image
not
available

8
9 F
4

ROMA

Digitized by Google

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS.

TOMVS II.

Digitized by Google

Digitized by Google



ANTVERPIÆ, EX OFFICINA PLANTINIANA BALTHASARIS MORETI. M. DC. XLVI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO
PRINCIPI
MAXIMILIANO
COMITI PALATINO RHENI,
VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCI,
S. R. I.
ARCHIDAPIFERO ELECTORI.

VOLVMINIS huius SERENITATI TVÆ dicandi nomina non pauca me obligant, nec vulgaria: nam ortum in primis suum TIBI singulariter acceptum debet. Ex selectissimo quippe Tuo Codice M. S. quem mihi clementissimè commodasti, quàm latè à Psalmo quinquagesimo Græcus Catenæ textus patet meâ manu descriptus, be-

neficium eſt Tuum: quod vel eò cenſendum eſt maius, quò iniquiori tempore animoq́ue liberaliori à Te conceſſum eſt: quando nimirum inimica Suecorum arma longè lateq́ue per Imperium diffuſa, ipſimet Bauariæ (meminiſſe horret animus) imminebant; tunc inquam non ſolùm mihi Codicis tam rari tamq́ue chari (cuius vnicum, quod equidem ſciam, integrum in tota Germania exemplar extat) vtendi fruendiq́ue copiam feciſti: verùm etiam, quod longè amplius eſt, Monachio Viennam, indeq́ue mox in Belgium Diuinâ me ſuauiter tunc euocante Prouidentiâ, quò hoc Opus faciliùs abſoluerem, mecum aſportandi facultatem ampliſſimam indulſiſti. Quo ſicut nullum luculentius clementiæ in me Tuæ ſignum, ita nec ſtudijs meis opportunius pro tempore beneficium conferre potuiſti.

Su-

Digitized by Google

Superaſti fateor, PRINCEPS CLEMENTISSIME, non tantùm in hoc meum (quod equidem in me nullum agnoſco) meritum; verùm etiam, quod longè diuinius eſt, votum. Neque hoc TIBI de me ſemel tam præclarè merito ſatis fuit, niſi porrò nouis pro re nata beneficijs me cumulare pergeres. Itaque hoc Opere meo in Pſalmos tam vaſto tamq́ue vario diuinâ feliciter ope ad calcem perducto, & Codice Tuo M. S. qui non minimam eius partem explet, ſimul atque per viarum diſcrimina ſecurè licebat, cum debita gratiarum, vti par eſt, actione, Antuerpiâ Monachium tandem remiſſo, ſuoq́ue in Bibliotheca pluteo ex fide reſtituto; cùm ad duas Græcorum Patrum in SS. Lucam & Ioannem Catenas (quas Romanorum Imperatorum FERDINANDI II. & III. Dominorum meorum clementiſſimorum auſpicijs iam pri-

dem bono Ecclesiæ publico in lucem edideram) vt ex biga quadrigam euangelicam absoluerem, binas alias adiungere desiderarem (scilicet Nicetæ in S. Matthæum, & Victoris alteram in S. Marcum; quas in Bibliotheca similiter Tua, tot M.SS. Codicibus celebri ac fœcunda, me vidisse memineram) non tantùm voto meo propitius annuisti; sed insuper in Collegio isthic, in paucis toto orbe celeberrimo, Soc[ti] nostræ à gloriosæ memoriæ Ser[mo] DVCE GVILIELMO, parente Tuo, sumptu regio ædificato & dotato, quidquid commoditatis ad opus illud perficiendum optare potuissem, prolixè suppeditari præcepisti. Quàm beneuolè porrò ibidem exceptus, quàm commodè per plures menses, quibus isti Operi insudabam vnà cum Socio amanuensi, habitus, & non semel ad Tuum colloquium patrociniumq́; benignissimè admissus sim,

&

& munere ab opima liberalitate profectò affectus recesserim, nihil attinet hîc dicere, cùm istiusmodi beneficia celari malis quàm propalàm prædicari.

Ne tamen ego tot nominibus SERENITATI TVÆ plurimùm obstrictus, beneficiorum tantorum immemor & ingratus viuere perpetuò cogar; pace Tuâ mihi liceat quæso, vt si non illam quam vel maximè mereris laudem Tibi tribuam; DEO saltem, cui quòd omnia Tua accepta referas, tantâ cælesti benedictione perfrueris, gratias agam, quòd Te hoc æuo nostro tam turbulento & ancipiti, Patriæ Patrem, atque Orthodoxæ fidei & auitæ religionis vindicem ac defensorem nobis hactenus concesserit, Tuisque armis, quæ pro Ecclesia Cæsareque feliciter geris, non semel Imperium propè ab interitu vindicarit. Testes sunt victoriæ à sæculo celeberrimæ, ductu Tuo non sine singu-

ſingulari Numinis prouidentia fauoreq́ue maximis de hoſtibus plus vice ſimplici diuinitus obtentæ: quibus publica Germaniæ ſalus, tot pridem cladibus attrita, quòd necdum penitus conclamata ſit, iure merito debetur. Scilicet (quemadmodum de Iuſto Sapientis prodit Oraculum) verè cuſtodiuit TE ab inimicis Tuis DEVS, & certamen dedit TIBI forte vt vinceres, & ſcires quoniam omnium potentior eſt SAPIENTIA. Hæc eſt quæ docuit manus Tuas ad prælium, & digitos Tuos ad bellum, & in periculis numquam TE deſerüit; ſed ex omnibus anguſtijs ereptum in latitudinem eduxit; quia voluit TE. Ideò iuſti tulerunt ſpolia impiòrum, & decantauerunt nomen ſanctum Domini, & victricem manum eius pariter laudauerunt.

Quid ni igitur & ego præpotenti Domino Exercituum DEO SABAOTH ſoli ac vero

vero ΝΙΚΟΠΟΙΩ, ΚΑΙ ΤΡΟΠΑΙΟΥΧΩ, (cui plurimi à Dauide hoc titulo inſcribuntur Pſalmi) VIRGINIQVE MATRI, Bauariæ Protectrici (cui non vnicum trophæum erexiſti) pro Te ΝΙΚΗΤΗΡΙΑ votaq́ue offeram & Pſalmos, quibus cum Propheta regio diuinâ ope imploratâ, de reliquis omnibus inimicis Tuis victor glorioſus euadas, iiſdemq́ue feliciter debellatis optatam tandem Toti Germaniæ pacem aliquando reducas.

Hoc pacis publicæ votum eſt omnibus: hoc vti Reipublicæ Chriſtianæ vniuerſæ, ita Tuæ in primis ſenectuti iſti vegetæ adhuc & florenti affectu maximo apprecamur, vnà cum annis pluribus, quibus interim bini filij Tui, diuino planè munere Tibi donati, natu maximus in primis, ita matureſcant, vt diſciplinæ Tuæ præceptis informati & exemplis imbuti, grandæuo Patri aliquando nec rudes, nec an-

nis immaturi, non minùs paternarum virtutum quàm terrarum heredes bono publico ſuccedant. Quod vti meum bonorum omnium deſiderium eſt, ita teſtem animi mei obſeruantiam omnem obligo atque obſequium. Antuerpiâ, v. Idus Iunij M. DC. XLV.

SERENITATI TVÆ

æternùm deuotus

Balthaſar Corderius
è Soc. IESV.

EXPOSITIO PATRVM GRÆCORVM IN PSALMOS,

à BALTHASARE CORDERIO Soc. IESV Doct. Theol. ex diuersis SAC. CÆS. MAIESTATIS, & SER^MI ELECTORIS BAVARIÆ DVCIS MS. Codicibus antehac non editis concinnata, Latinitate donata, & Annotationibus illustrata.

IN PSALM. QVINQVAGESIMVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

α'. Εἰς τὸ τέλος, συνέσεως τῷ Δαβίδ,

β'. Ἐν τῷ ἐλθεῖν Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαοὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· ἦλθε Δαβὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ.

Φυγὼν ὁ Δαβὶδ, κατήχθη πρὸς Ἀβιμέλεχ, τῶν τε ἱερῶν ἄρτων ἐγεύσατο, καὶ τὴν τοῦ Γολιὰθ ῥομφαίαν ἔλαβεν. Ὁ Δωὴκ οὖν ὁ Σύρος, νέμων τὰς ὄνους Σαοὺλ, ἀπελθὼν κατεῖπε ταῦτα πρὸς Σαοὺλ, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐξέμηνεν, ὡς ἀποστεῖλαι, καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ἀπολέσαι. Ταῦτα μεμαθηκὼς ὁ Δαβὶδ, τὸν ψαλμὸν ἔγραψεν, εἰς τε ὑπομονὴν [illegible]είφων τοὺς ἀδικουμένους, καὶ τὴν θείαν ψῆφον διδάσκων τὸ δίκαιον. Διὸ καὶ εἰς τέλος ἐπέγραψε καὶ συνέσεως, ἵνα συνέσει χρώμενοι τῶν πραγμάτων τὸ τέλος προσαναμένωμεν. Κυριώτερον δὲ εἰς Ῥαψάκην ἀναφέρεσθαι δύναται, ὡς ἐξ Ἑβραίων ὢν, καὶ ὑπ' Ἀσσυρίων ἀνδραποδισθεὶς, τὴν ἐκείνων ἐκμαθὼν, βλασφήμοις ἐχρήσατο λόγοις κατὰ Θεοῦ. Ἡ μὲν γὰρ Δωὴκ κακία, εἰς αὐτὸν μόνον ἐστὶ τὸν Δαβίδ, ἡ δὲ τοῦ Ῥαψάκου, εἰς ὁλόκληρον τὸν δῆμον τοῦ Ἰσραήλ. Πρεπωδέστερον δ' ἂν εἴη τῷ Δαβίδ, τὸν κοινὸν μᾶλλον ἐχθρὸν κατηγορεῖν, ἐπείπερ φαίνεται εἰς τὰ ἴδια μᾶλλον μακροθυμῶν.

1. In finem, intellectus ipsi Dauid,

2. Cùm venit Doëc Idumæus, & annuntiauit Saüli, & dixit ei: Venit Dauid in domum Abimelech.

Cùm fugeret Dauid, venit ad Abimelech, sacrosque panes gustauit, atque Goliæ gladium accepit. Doëc itaque Syrus, cùm pasceret asinas Saül, abiens hæc Saüli indicauit, adeòque ipsum exacerbauit, vt quosdam mitteret ad vniuersam sacerdotum ciuitatem deuastandam. Hæc vbi Dauid cognouisset, Psalmum hunc conscripsit, cùm ad patientiam inungens eos qui affecti sunt iniurijs; tum etiam diuinæ sententiæ iustitiam edocens. Quare & in finem *eum, &* ad intellectum *inscripsit, vt intellectu vtentes rerum finem præstolemur. Magis propriè autem ad Rapsacen referri potest; vt. qui ex Hebræis erat, & ab Assyrijs in seruitutem redactus, illorum linguâ & blasphemis sermonibus instructus, ijsdem contra Deum vtebatur. Siquidem malitia Doëc in solum Dauidem, Rapsacæ verò in vniuersum populum Israël redundabat. Dauidi sanè magis congruit, vt in communem potiùs hostem inuectus sit, quandoquidem in rebus proprijs potissimùm mansuetudine vsus fuisse videatur.*

Dauid fugiens hunc Psalmum scripsit.

Ad patientiam se armat.

Rapsacen perstringit.

PARA-PHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. QVID gloriaris in malitia, * potens iniquitate?

* Vulgata addit qui potens es in

Esto, inquit, vt conuiuas prauitati, quid etiam gloriaris in ea? Cur verò confidis in malitia, sicut alius in virtute? Dicebatur quippe Rapsaces (uti etiam anteà dictum est) ex Iudæis genus deducere, sed religionem deseruiſſe, & ad Sennacherib impietatem acceſſiſſe; quamobrem etiam ab eo miſſus fuerat, vt Iſraëlitis dolum strueret, tamquam qui ob linguæ communicationem, & quòd Iſraëlitarum mores haberet exploratos, facilè etiam poſſet illorum mentes ad se rapere.

Rapsaces defectio.

4. Totâ die

Istud *Totâ die* vocat semper, seu aſſiduè. Vult nimirum dicere, ipſum & prauum eſſe, & potentem, & aſſiduè malitiam machinari. vnde subiungit:

Prauus semper malo molitur.

Iniuſtitiam cogitauit lingua tua:

Iniuſtitiam vocat dolum, eius verbis contextum, cùm dixit Iſraëlitis, Deducam vos in terram, quæ sicut terra veſtra eſt frumenti, & olei, & vini, & vinearum.

Sicut nouacula acuta feciſti dolum.

Et affatim, inquit, in verbis iſtis inſtar nouaculæ consecutus es vltionem, & vniuersum populum ad impietatem tranſtuliſti.

5. Dilexiſti malitiam super benignitatem:

Pulchrè [dixit] *dilexiſti*. Hæc autem, inquit, tibi accidunt, eò quòd malitiam semper virtuti præferas.

Iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.

DIAPSALMA.

Et quòd dolos potiùs loquaris, quàm veritatem.

6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, * linguam dolosam.

* Vulgata lingua dolosa.

Et vt compendio, inquit, dicam, conuer-

γ. Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν;

Ἔστω, φησὶ, πονηρίᾳ συζῇς. τί καὶ σεμνύνῃ ἐπ' αὐτῇ; τί δὲ πέποιθας ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ὡς ἄλλος ἐπ' ἀρετῇ; καὶ γὰρ ἐλέγετο (καθὼς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται) ὁ Ῥαψάκης ἐξ Ἰουδαίων κατάγειν τὸ γένος, ἀποτεθηκέναι δὲ τὴν εὐσέβειαν, καὶ προσκεχωρηκέναι τῇ Σενναχηρεὶμ ἀσεβείᾳ· ὅθεν καὶ ἀπεστάλη κατασκευάσαι τὸν δόλον τοῖς Ἰσραηλίταις, ὡς δυνατὸς ὢν καὶ τῇ ὁμοφωνίᾳ, καὶ τῷ εἰδέναι τῶν Ἰσραηλιτῶν τὰ ἤθη, καὶ ῥᾳδίως ὑποκλέπτειν αὐτῶν τὰς διανοίας.

δ. Ὅλην τὴν ἡμέραν

Τὸ ὅλην τὴν ἡμέραν διαπαντὸς λέγει. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ κακός ἐστι, καὶ δυνατὸς, καὶ διαπαντὸς ἐπιτηδεύει τὴν κακίαν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου·

Ἀδικίαν καλεῖ τὸν διὰ τῶν ῥημάτων αὐτοῦ δόλον, δι' ὧν ἔλεγεν Ἰσραηλίταις, ὅτι ἀπάξω ὑμᾶς εἰς γῆν, ὡς ἡ γῆ ὑμῶν γῆ σίτου καὶ ἐλαίου, καὶ οἴνου, καὶ ἀμπελώνων.

Ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησας δόλον.

Καὶ ἐπέτυχες φησὶν ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις ξυροῦ δίκην ἀθρόως τὴν ἄμυναν, καὶ τὸν δῆμον ἅπαντα μετέφερες πρὸς τὴν ἀσέβειαν.

ε. Ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην·

Καλῶς ἠγάπησας. Ταῦτα δέ σοί φησι συμβαίνει ἀπὸ τοῦ πάντοτε προτιμοτέραν τίθεσθαι τὴν κακίαν τῆς ἀρετῆς.

Ἀδικίαν ὑπὲρ τοῦ λαλῆσαι δικαιοσύνην.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ τὸ δόλους λαλεῖν μᾶλλον, ἢ ἀλήθειαν.

ς'. Ἠγάπησας πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, γλῶσσαν δολίαν.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, ὅλην ἀπέ-

σαι

οἷα καταποντισμῷ τινὶ ἡ συντυχία ἡ σὴ, καὶ τὸ ἀκοῦσαί σου μόνον, ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια.

ζ. Διὰ τοῦτο ὁ θεὸς καθέλοι σε εἰς τέλος·

Ἀλλὰ μὴ νόμιζε, φησὶν, ἀτιμωρητὶ ἐπιτηδεύειν τὴν τοσαύτην κακίαν. Ἔστι δὲ ὁ κρίνων τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ὁ τιμῶν ἀρετὴν, καὶ κακίαν κολάζων· καὶ καθαιρῶν μὲν ὑπερηφανίαν, πρᾳότητα δὲ ὑψῶν.

Ἐκτίλαι σε, καὶ μετοικίσαι σε ἀπὸ σκηνώματός σου.

Σκήνωμα καλεῖ τὴν οἴκησιν τὴν ἐπὶ τῆς γῆς. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετατίθησί σε ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκήσεως, εἰς τὸ τῶν ἀποθνησκόντων καταλυτήριον.

Καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τὸ ῥίζωμα, ἀντὶ τοῦ, πανοικεὶ σε καὶ πανγενεὶ ἐξολοθρεύσει.

η. Ὄψονται δίκαιοι, καὶ φοβηθήσονται.

Ὥστε, φησὶ, τοὺς ἐπὶ τῷ θεῷ πεποιθότας εἰδεῖν καὶ θαυμάσαι τὸν θεὸν, ὅτι οὕτως αὐτῷ μέλει τῶν ἀνθρωπίνων.

Καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται, καὶ ἐροῦσιν·

θ. Ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ·

Ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τὸ πλῆθος τοῦ πλούτου αὐτοῦ, καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ.

Καλῶς τὸν πλοῦτον καὶ τὴν δυναστείαν ματαιότητα ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. Οὐδὲν γὰρ αὐτοὺς ταῦτα ὠφέλησεν ἐν τῷ καιρῷ τῆς αὐτῶν ἀπωλείας· ὁπηνίκα ἑνὸς ἀγγέλου παρουσία, ἀφείλετο μὲν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, ἄταφα δὲ αὐτῶν ἐπὶ γῆς κατέλειπε σώματα. Σημειωτέον δὲ, ὅτι ταῦτα οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Δαβὶδ, ἐπὶ τοῦ Δωὴκ τοῦ Ἰδουμαίου, οὔτε γὰρ πλοῦτον ἐκεῖνος εἶχεν, οὔτε δύναμιν.

ι. Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ,

Τὸ ἐγὼ ἐνταῦθα ὁ λαὸς λέγει ὁ πεποιθὼς ἐπὶ τὸν θεὸν, ὁ Ἰσραὴλ φημι. ὅθεν ἐπάγει·

satio tua non absimilis erat submersioni; cùm vel audire te solùm, perditio esset, & interitus. PARAPHRASIS ANONYMI.

7. Propterea Deus* destruat te in finem: * Vulgata destruet

Sed ne putes, inquit, impunè te tantam malitiam machinari. Est qui humana iudicet; & virtutem honoret; ac malitiam puniat; atque superbiam quidem pessumdet; mansuetudinem verò extollat. *Non impunè fit malum.*

* Euellat te, & emigret te de tabernaculo tuo; * Vulgata Euellet te, & emigrabit

Tabernaculum vocat habitaculum in terra. Vult itaque dicere, quòd te emigrare faciet ab hac habitatione, ad diuersorium mortuorum.

Et radicem tuam de terra viuentium.

DIAPSALMA.

Radicem, id est, omnem domum, & omne genus tuum extirpabit.

8. Videbunt iusti, & timebunt.

Ita vt, inquit, ij qui in Deo fidunt, videant & admirentur Deum, quòd adeò ipsi curæ sint res humanæ.

Et super eum ridebunt, & dicent:

9. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum:

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum; & præualuit in vanitate sua.

Pulchrè diuitias ac principatum ex re ipsa vanitatem appellauit. Nil enim ipsis hæc profuerunt in tempore perditionis eorum, quando vel vnius angeli præsentia, animas quidem eorum absumpsit; corpora verò ipsorum supra terram insepulta reliquit. Ceterùm obseruandum, hæc Dauidem non dixisse de Doëc Idumæo, siquidem ille neque opes, neque potentiam habuit. *Diuitiæ dicuntur vanitas & cur.*

10. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, *Iustus oliuæ comparatur.*

Istud *Ego* dicit hoc loco populus, qui in Deum confidebat; Israël inquam. vnde subdit:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Speraui in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.

Ego, inquit, populus qui semper in Deum speraui.

11. Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti:

Ego, inquit, populus, qui gratias ago de omnibus bonis, quæ in nos confers.

Et expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Qui etiam, inquit, gratias ago, semper à te clementiam expectans, & non in alium sperans.

Ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ἐγώ, φησιν, ὁ λαὸς ὁ ἐλπίζων ἀεὶ ἐπὶ τὸν θεόν.

ιά. Ἐξομολογήσομαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα, ὅτι ἐποίησας·

Ἐγώ, φησιν, ὁ λαὸς ὁ εὐχαριστῶν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ποιεῖς εἰς ἡμᾶς ἀγαθοῖς.

Καὶ ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου, ὅτι χρηστὸν ἐναντίον τῶν ὁσίων σου.

Ὁ καὶ εὐχαριστῶν, φησιν, ἀεὶ τὴν παρὰ σοῦ φιλανθρωπίαν ἀναμένων, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον ἐλπίζων.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

3. QVID GLORIARIS IN MALITIA POTENS.] Potentem appellat Doëc, vtpote Saülis familiarem; vel etiam Rapsacen, tamquam exercitus ducem. Per interrogationem autem sermonem format, monens non superbiendum in malitia, neque tempus omne in prauitate consumendum esse. Nam istud, *totâ die*, Symmachus, *per singulos dies*, dixit, vel pro *semper*. Ac si diceret: Esto, inquit, peruersè viuas, ad quid etiam in eo gloriaris? Quid extolleris in malitia, sicut alius in virtute?

Non gloriandum in malitia.

Ceterùm istud, *potens*, fortassis etiam per ironiam, propter ipsius iactantiam dictum est. Vel quia qui quidem inglorius & pusillus est in malitia, melioribus moribus in ipso præualentibus, tamquam infirmus in malitia, confunditur cùm peccauerit, & à conscientia stimulatus resipiscit; qui verò potens est in malitia, is intumescit, & tamquam de magno benefacto gloriabundus insolescit. Prætereà qui potens est in malitia, quasi nouacula acuta fecit dolum: Rapsaces quidem dum decipere voluit populum; Doëc verò, dum simplici quidem sermone decepit insidiatorem; sed impiè cum ipso conspirauit. Ceterùm ipsi licebat quoque loqui iustitiam, si dixisset sacerdotem ignorasse causam discessionis Dauid, atque ipsum tamquam regis amicum, ad ministerium missum suscepisse. Verùm mendacibus vsus criminationibus, dilexit iniqui-

Quis potens, & quis pusillus in malitia.

Rapsaces & Doëci dolus.

γ'. ΤΙ ΚΑΥΧΑ ΕΝ ΚΑΚΙΑ Ο ΔΥΝΑΤΟΣ.] Δυνατὸν καλεῖ τὸν Δωὴκ, ὡς τῷ Σαοὺλ προσῳκειωμένον, ἢ τὸν Ῥαψάκην, ὡς στρατηγεῖν πεπιστευμένον. Εἰς ἐρώτησιν δὲ σχηματίζει τὸν λόγον, μὴ μεγαλοφρονεῖν ἐπὶ κακίᾳ παρεγγυῶν, μηδὲ πάντα καιρὸν ἀναλίσκειν εἰς πονηρίαν. Τὸ γὰρ ὅλην τὴν ἡμέραν καθ᾽ ἑκάστην ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, ἢ ἀντὶ τοῦ διαπαντός. ὡσεὶ εἶπεν· Ἔστω φησὶ πονηρίᾳ συζῇς, τί καὶ σεμνύνῃ ἐπ᾽ αὐτῇ; τί ἐπαίρῃ ἐπὶ κακίᾳ, ὥσπερ ἕτερος ἐπ᾽ ἀρετῇ;

Τὸ δὲ δυνατὸς, ἴσως καὶ κατ᾽ εἰρωνείαν, διὰ τὸ ἐκείνου μεγάλαυχον· ἢ ἐπεὶ ὁ μὲν ἄτιμος ἐν κακίᾳ, καὶ ὀλίγος, πλεονάζοντος ἐν αὐτῷ τοῦ κρείττονος τρόπου, ὡς ἂν ἀσθενὴς ἐν κακίᾳ ἐγκαλύπτεται ἂν ἁμαρτάνων, καὶ ὑπὸ τοῦ συνειδότος κεντούμενος μεταγνώσεται· ὁ δὲ δυνατὸς ἐν κακίᾳ τυφοῦται, καὶ ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κατορθώματι σεμνυνόμενος ἐγκαυχᾶται. Ἔτι ὁ δυνατὸς ἐν κακίᾳ, ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον ἐποίησε δόλον. ὁ μὲν Ῥαψάκης ἀπατῆσαι βουλόμενος τὸν λαὸν, ὁ δὲ Δωὴκ ἁπαλῷ μὲν λόγῳ ἀπατήσας τὸν ἐπιβουλευόμενον, ἀσεβῶς δὲ αὐτῷ συσκευαζόμενος. Ἐξῆν δὲ αὐτῷ καὶ λαλῆσαι δικαιοσύνην, διδάξαντι ὅτι τὴν μὲν αἰτίαν τῆς ἀναχωρήσεως τοῦ Δαβὶδ ἠγνόει ὁ ἱερεὺς, ὡς φίλον δὲ αὐτὸν τοῦ βασιλέως ὑπεδέξατο, ἀπεσταλμένον ἐπὶ διακονίᾳ. Ὁ δὲ ψευδέσι διαβολαῖς χρησάμενος, ἠγάπησεν ἀδικίαν,

ἀδικίαν, ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην. Ἀλλὰ καὶ πάντα ῥήματα καταποντισμοῦ, καὶ γλῶσσαν δολίαν ἠγάπησε. Πάντα γὰρ τὰ πρὸς ἐπιβουλὴν καὶ θάνατον κατεπράξατο. Διὸ ῥήματα καταποντισμοῦ εἴρηνται εἰκότως. Ἀθρόαν γὰρ πᾶσαν τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐν βυθῷ κατεπόντισε. καταποντισμοῦ γὰρ ῥήματά εἰσιν, ἅπερ ἱκανὰ ἀνελεῖν καὶ ἀφανίσαι, ὡς ἐν καταποντισμῷ τὴν τιμωρίαν φέροντα. Οὐκ εἶπε δὲ τί καυχᾷ; ἀλλὰ τί ἐγκαυχᾷ; οὐδέποτε γὰρ ἐπ' ἀγαθῷ λέγεται ἐγκαυχᾶσθαι, ἀλλ' εἴ τις ἁμαρτάνει ἐγκαυχᾶται. εἰ τὸ λογιζόμενον, τὸ ἡγεμονικόν ἐστι, καὶ ἡ καρδία, πῶς ἡ γλῶσσα ἐλογίσατο; ἀλλ' ἔστι τὸ ῥητὸν οὕτως ἔχον· ἐν στόματι μωρῶν ἡ καρδία αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἐπιπόλαιος, καὶ οὐκ ἐν βάθει. ἀλλ' ἐξεπήδησεν ἡ καρδία ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτῶν. ἐν καρδίᾳ δὲ σοφῶν τὸ στόμα αὐτῶν. Ἐπεὶ οὖν μωρὸς καὶ ὁ Δωὴκ, διὰ τοῦτο ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου, τουτέστιν ἀδίκους λογισμοὺς ἐφθέγξατο. Οὐ γὰρ αὐτὴ ἡ λογιζομένη, ἀλλ' ἡ τοῖς λόγοις ἐξυπηρετουμένη. ὡσεὶ ξυρὸν δὲ οἷον ἐπεπόνησας φησὶ πανουργίαν, δι' ἧς μετ' εὐκολίας τὴν πόλιν ἐξύρησας. ῥᾳδίως γὰρ τὸ ξυρὸν τὰς τρίχας ὑποτέμνεται.

ζ'. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ Ο ΘΕΟΣ ΚΑΘΕΛΟΙ ΣΕ.] Διὰ τὸ ἠγαπηκέναι τὰ βλαβερὰ εἰς τέλος, διὰ τοῦτο παντελῶς καθελεῖ σε ὡς οὐ καλῶς οἰκοδομηθέντα, καὶ ὡς κακῶς φυτευθέντα. ἐκτίλαι σε, ἀντὶ τοῦ μεταστῆσαι, ἢ ἐκριζῶσαι, σκηνώματος δὲ, ἤγουν τοῦ θείου ἐκβαλὼν καὶ φυγαδεύων· ἢ ἵνα εἴπῃ, ἀπὸ τῆς κατοικήσεώς σου, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ συγκατοικεῖν ἀνθρώποις, ἀπὸ τῆς οἰκήσεως τῆς ἐπὶ γῆς. ἀνασπάζει δὲ καὶ τὸ ῥίζωμά σου, ἤτοι τὸ γένος, ἐπεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐν τάξει ῥίζης ἐστὶ τὸ γένος ἀντὶ τοῦ πανοικὶ καὶ παγγενῆ σε ἐξολοθρεύσει. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα καὶ πρὸς πάντας τοὺς τῆς εὐσεβείας καταπίπτοντας. οὗ φησι γινομένου, ὄψονται δίκαιοι καὶ ἑξῆς. οἷον ὁ τῶν δικαίων φησὶ χορὸς μείζονος εὐλαβείας ἐμφορηθήσεται τὴν δικαίαν τοῦ θεοῦ θεασάμενος κρίσιν, καὶ γεγανωμένος ἐγγελάσει τῆς πονηρίας τὴν ἀκαρπίαν. ἢ ἐπεὶ οἱ πάνυ εὐλαβεῖς, ὅταν μεταπίπτοντά τινα ἴδωσι πρὸς κακίαν ἐξ ἀρετῆς, φόβον λαμβάνουσι μὴ τοιαῦτα πάθωσιν. Οὗτοι δὲ καὶ ἐπικερτομήσουσιν

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

tatem magis, quàm loqui æquitatem. Quin & omnia verba præcipitationis, & linguam dolosam adamauit; siquidem omnia ad insidias & mortem direxit. Quamobrem meritò verba præcipitationis seu submersionis dicta sunt. Penitus enim vniuersam ciuitatem, tamquam in profundum demersit. Præcipitationis namque verba sunt, quæ tamquam in submersione sufficiunt è medio tollere & delere, dum irrogant supplicium. Non dixit autem, τί καυχᾷ; sed τί ἐγκαυχᾷ, siue, *quid insolescis?* numquam enim in bono dicitur quis ἐγκαυχᾶσθαι, id est, *nequiter gloriari*. Sed si quis peccet is nequiter gloriatur, seu insolescit. Quòd si id quod cogitat, sit pars principalis, & cor, quomodo lingua cogitauit? Verùm sententia sic se habet: *In ore fatuorum cor eorum*; id est, in superficie, & non in profundo est. Siquidem exsilijt cor ad labia eorum. *In corde autem sapientum os eorum*. Quia igitur Doëc fatuus erat, idcircò iniquitatem cogitauit lingua eius, id est, iniquos sermones protulit. Non enim ipsa cogitabat, sed verbis expromebat. Tamquam nouaculam verò, inquit, fraudem adornasti, quâ facili negotio ciuitatem abrasisti. Nouacula enim facillimè crines succidit.

Quid intersit inter καυχᾶσθαι & ἐγκαυχᾶσθαι.

Quid sit lingua cogitare.

Eccli. 21, 29. *Stultorum cor in ore: prudentum os in corde.* Ibid.

7. PROPTEREA DEVS DESTRVAT TE.] Eò quòd noxia dilexeris in finem, idcircò penitus te destruet, tamquam non rectè ædificatum, & malè plantatum. *Euellat te*, id est, transferat, vel extirpet; *de tabernaculo* verò scilicet diuino eijciens, & exulare faciens. Siue ac si diceret: ab habitaculo tuo, id est, ab hominum conuersatione atque cohabitatione super terram. Quin etiam *euellet radicem tuam*, id est genus tuum, quandoquidem cunctis hominibus per modum radicis est genus cuique suum. ac si dicat, Ex omni domo & omni cognatione tua te eliminabit. Ceterùm hæc quoque quadrant in omnes qui deserunt pietatem. Quod dum fit, *videbunt*, inquit, *iusti*, &c. quæ sequuntur. q. d. Chorus iustorum maiori reuerentiâ afficietur, vbi iustum Dei iudicium conspexerit, & cum lætitia malitiæ sterilitatem deridebit. Vel quoniam qui valdè reuerentes sunt, vbi viderint quempiam à virtute ad malitiam declinare, timore afficiuntur, ne quid simile ipsis accidat. Hi verò etiam increpabunt il-

Deus destruit dolosos.

Radix impiorum euellitur.

Ex supplicio impiorum alij corriguntur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

lum qui deficit, dicentes: *Hic homo non posuit Deum adiutorem suum.*

Dauid & Ezechias oliuæ similes.

10. EGO AVTEM SICVT OLIVA.] Hæc etiam de semetipso dicit magnus Dauid, & quasi ex persona Ezechiæ. Vterque enim pietatis amator & alumnus erat. Possit etiam dici ex persona populi in Deum confidentis. Ego, inquit populus, qui Deo fisus sum, gratias illi agam de omnibus bonis in me collatis; & semper à te opem expectans, in nullum alium sperabo. Cùm autem semel sperauerim, expectabo: siquidem dum in spe bona sumus, patientiâ nobis opus est. *Suaue* autem est nomen Dei, siue *bonum*, iuxta Symmachum; bonorum enim opifex est, non ijs qui in malitia potentes sunt, sed sanctis.

Nomen Dei quibus bonum.

11. CONFITEBOR TIBI IN SÆCVLVM.] Id est, assiduè gratias agam tibi, propterea quòd feceris me sperare in gloria tua. Nomen autem Dei est gloria eius. In omni igitur necessitate sperabo in gloria tua, quoniam bona est omnibus tibi addictis, siue piè viuere volentibus. Vel per illud, *in sæculum*, perpetuam gratiarum actionem Deo offerendam annuntiat. Tu enim, inquit, fecisti mihi quæ digna sunt gratiarum actione. Bona enim est sanctis tuis patientia.

Nomen Dei pro gloria eius.

ALIVS. Non ego, inquit, feci memetipsum oliuam fructiferam, sed tu. A te enim gratia; quapropter non cessabo gratias agere.

κατὰ τοῦ ἀλόντος, λέγοντες· οὗτος ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ.

ί. ΕΓΩ ΔΕ ΩΣΕΙ ΕΛΑΙΑ.] Ταῦτα καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγει ὁ μέγας Δαβίδ, καὶ ὡς ἐκ τοῦ Ἐζεκίου. Ἄμφω γὰρ εὐσεβείας ἐρασταὶ καὶ τρόφιμοι. Λέγοιτο δ' ἄν, καὶ ἐκ τοῦ λαοῦ τοῦ πεποιθότος ἐπὶ Θεόν. Ἐγώ, φησιν, ὁ λαὸς ὁ ἐπὶ Θεῷ πεποιθώς, εὐχαριστήσω ἐπὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἐμὲ ἀγαθοῖς, καὶ ἀεὶ τὴν ἐκ σοῦ ἀναμένων βοήθειαν οὐκ ἐλπίσω πρὸς ἕτερον. ἅπαξ δὲ ἐλπίσας ὑπομενῶ, τῆς γὰρ ἀγαθῆς ἐλπίδος ὑποκειμένης, ὑπομονῆς ἡμῖν χρεία. Χρηστὸν δέ ἐστι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἤτοι ἀγαθὸν κατὰ Σύμμαχον, ἀγαθῶν γὰρ ποιητικὸν οὐ τοῖς ἐν κακίᾳ δυναστοῖς, ἀλλὰ τοῖς ὁσίοις.

ιά. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] Ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς εὐχαριστήσω σοι, ἀνθ' ὧν ἐποίησας ἐλπίζειν ἐπὶ τῇ σῇ δόξῃ. Ὄνομα δὲ Θεοῦ, ἡ δόξα αὐτοῦ. ἐν πάσῃ οὖν περιστάσει ἐλπίσω ἐπὶ τῇ σῇ δόξῃ, ὅτι χρηστή ἐστι πᾶσι τοῖς σοι ἀνακειμένοις, ἢ εὐσεβεῖν βουλομένοις. ἢ διὰ τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα εὐχαριστίαν ἀΐδιον τῷ Θεῷ προσοίσειν ἐπαγγέλλεται. Σὺ γάρ μοι, φησι, τὰ ἄξια τῆς εὐχαριστίας ἐποίησας καὶ ὑπομενῶ τὸ ὄνομά σου. ἀγαθὸν γάρ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ τοῖς ὁσίοις σου.

ἌΛΛΟΣ. Οὐκ ἐγώ, φησιν, ἐποίησα ἐμαυτὸν ἐλαίαν κατάκαρπον, ἀλλὰ σύ· παρὰ σοῦ γὰρ ἡ χάρις, διὸ οὐδὲ παύσομαι εὐχαριστῶν.

CATENA PATRVM.

Dauid fugit ad Abimelech.

EVSEBII. Psalmus quidem trigesimus tertius dictatus est à Dauide, *quando mutauit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt.* Hic verò illi consonat secundùm historiam. Nam liber Regum sic ait: *Et illic erat quidam de pueris Saül in die illa.* Adsignificatur

1. Reg. 21. autem tempus quo venit Dauid in domum Abimelech, & panes propositionis comedit, à summo sacerdote acceptos. Eodem enim tempore, inquit, erat ibi Doëc Syrus, pascens mulas Saülis; & veniens ad Saülem, dixit: Vidi filium Iesse aduenientem in Noben, ad Abimelech, filium Achitob, sacerdotem. Et interrogauit

Doëg Dauidem prodit.

1. Reg. 22, 9.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μὲν λγ'. ψαλμὸς εἴρηται τῷ Δαβίδ, ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτόν, καὶ ἀπῆλθεν. οὗτος δὲ ἐκείνῳ ἀκόλουθος ἂν εἴη κατὰ τὴν ἱστορίαν. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῶν βασιλειῶν, καὶ ἐκεῖ ἦν εἷς τῶν παιδαρίων τοῦ Σαοὺλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. ἐπισημαίνεται δὲ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἦλθε Δαβὶδ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Ἀβιμέλεχ, καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγε, λαβὼν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως. κατ' αὐτὸν γὰρ τὸν καιρὸν ἐκεῖ ἦν φησι, Δωὴκ ὁ Σύρος, ὁ νέμων τὰς ἡμιόνους Σαούλ, καὶ ἐλθὼν πρὸς Σαοὺλ εἶπεν· Ἑώρακα τὸν υἱὸν Ἰεσσαὶ παραγενόμενον εἰς Νοβὰν πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν υἱὸν Ἀχιτὼβ τὸν ἱερέα, καὶ

ἠρώτα

προσέτι αὐτοῦ διὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπισιτισμὸν ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ τὴν ῥομφαίαν Γολιὰθ τοῦ ἀλλοφύλου ἔδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς καλέσαι τὸν Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα· καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τοὺς ἱερεῖς τοὺς ἐν Νοβά, καὶ παρεγένοντο πάντες πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτε καὶ κελεύσαντος τοῦ Σαούλ, αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Δωὴκ ἐθανάτωσεν ἱερεῖς τοῦ κυρίου, π' καὶ ε' ἄνδρας αἴροντας ἐφοὺδ καὶ τὴν Νοβὰν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ἐπάταξεν ἐν στόματι ῥομφαίας, ἀπὸ ἀνδρὸς ἕως γυναικός, ἀπὸ παιδίου ἕως θηλάζοντος, καὶ μόσχου, καὶ ὄνου, καὶ προβάτου. Ταῦτ' οὖν μαθὼν Δαβὶδ τοῦτο τὸ πεπραγμένον τὸν τρόπον, τοὺς προκειμένους προσφέρεται λόγους, οὔτε ᾠδὴν προσποιοῦντος, οὔτε ὕμνον, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον. Πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν ἐπὶ συμφορᾷ τοσούτων ἱερέων ᾠδὰς αὐτὸν καὶ ψαλμοὺς ᾄδειν; διὸ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιγέγραπται. Μόνον δὲ εἰς τὸ τέλος εἴρηται καὶ συνέσεως· ἐπειδὴ τὰ τελευταῖα τῶν λόγων ἀγαθῶν ἐστιν ἐπαγγελτικὰ ἐν οἷς φησιν· Ἐγὼ δὲ ὡς ἐλαία κατάκαρπος, καὶ τὸ ἑξῆς.

γ'. ΤΙ ΕΓΚΑΥΧΑ ΕΝ ΚΑΚΙΑ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὡς πρὸς αὐτὸν τὸν Σύρον, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα ἐν αὐτῷ διάβολον ἀποτείνει τὸν λόγον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ τῇ ἀσεβείᾳ τῶν ῥημάτων, καὶ τῇ μοχθηρίᾳ τῆς γνώμης, καὶ τῇ ὠμότητι τοῦ τρόπου, μετὰ πολλῆς ἐκέχρητο τῆς παρρησίας ὁ Ῥαψάκης, ὡς πρὸς αὐτὸν φησί. Τί κέχρησαι τῇ κακίᾳ μετὰ πολλῆς τῆς ἀναιδείας, καὶ ὥσπερ καυχώμενος ἐπ' αὐτῇ δέον αἰσχύνεσθαι μᾶλλον; Τὸ δέ, ὁ δυνατός, κατ' εἰρωνείαν εἶπεν· ἐπειδὴ μεγάλα φρονῶν, τοῦτο ἄνω καὶ κάτω φθεγγόμενος ἐφαίνετο.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μὲν ἀδύνατος, καὶ ἥττων, καὶ ὀλίγος ἐν κακίᾳ, πλεονάζοντος ἐν αὐτῷ τοῦ κρείττονος ἔθους, ὡς ἂν ἀσθενέστερος ἐν κακίᾳ ἐγκαλυφθήσεται ἁμαρτάνων, καὶ εἰ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως κεντούμενος μετανοήσειεν ἄν. Ὁ δὲ δυνατὸς ἐν κακίᾳ τυφοῦται ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἐγκαυχᾶται, ὡς ἐπὶ μεγάλῳ κατορθώματι σεμνυνόμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Οὐκ εἶπεν ὄνομα μέσον, ἐμφαῖνον τὸ φαῦλον. οὐ γὰρ εἶπε, τί καυχᾷ, ἀλλὰ τί ἐγκαυχᾷ· οὐδέποτε δὲ ἐν ἀγαθῷ λέγεται τὸ ἐγκαυχᾶσθαι, ἀλλ' εἴ τις ἁμαρτάνει ἐγκαυχᾶται. Δύναται δὲ καὶ πρὸς τὸν Σαοὺλ ὁ λόγος εἰρῆσθαι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δυνατὸν μὲν καλεῖ τὸν Δωὴκ, ὡς τῷ Σαοὺλ προσῳκειωμένον· τὸν

eum per Deum, & cibaria dedit ei, & gladium Goliath alienigenæ dedit ei. Et miſit Rex vocare Abimelech ſacerdotem, & omnes filios patris eius, ſacerdotes qui in Noba: & aduenerunt omnes ad Regem, quando etiam iubente Saül, is ipſe Doëc interfecit ſacerdotes Domini, octoginta & quinque viros portantes Ephod, & ipſam Nobam, ciuitatem ſacerdotum, percuſſit in ore gladij, à viro vſque ad mulierem, ab infante vſque ad lactentem, & vitulum, & aſinum, & ouem. Vbi ergo Dauid rem hanc, & facti modum intellexiſſet, præſentes ſermones profert, quos neque canticum inſcribit, neque hymnum, neque aliud quid ſimile. Quomodo enim potuiſſet in clade tot ſacerdotum vel cantica, vel pſalmos canere? Idcircò nil tale inſcriptum eſt. Tantùm verò, *in finem*, dictum, & *ad intellectum*; quia poſtrema ſermonum horum bona annuntiant, in quibus ait: *Ego verò tamquam oliua fructifera, &c.*

Doëg interfecit ſacerdotes in Noba.

3. QVID GLORIARIS IN MALITIA?] ATHANASII. Tamquam ad ipſum Syrum, vel ad eum qui in ipſo operabatur diabolum, dirigit ſermonem.

THEODORI. Quia Rapſaces verborum impietate, & ſententiæ peruerſitate, ac morum immanitate multa cum audacia vſus fuerat, tamquam ad ipſum ait: Quid vſus es malitia cum multa impudentia, & quaſi gloriaris in ea, cùm confundi potiùs oportuiſſet? Illud autem, *qui potens es*, per ironiam dixit: quia nimirum magna cogitans, hoc ſuſque deque iactaſſe viſus eſt.

Rapſaces impietas.

EVSEBII. Qui quidem impotens ac debilis, & puſillus eſt in malitia, meliori conſuetudine in ipſo præualente, tamquam imbecillior in malitia occultabitur cùm peccauerit, & ſi à conſcientia fuerit exſtimulatus, reſipiſcet. Qui verò potens eſt in iniquitate, ſuperbit in ea & gloriatur, tamquam de inſigni facinore ſe iactans.

Quis debilis & quis potens ſit in iniquitate.

ORIGENIS. Non dixit nomen aliquod medium, vt prauitatem inſinuaret. Non enim dixit, τί καυχᾷ, ſed τί ἐγκαυχᾷ; Numquam verò τὸ ἐγκαυχᾶσθαι dicitur in bono; ſed ſi quis peccet ἐγκαυχᾶται. Poteſt etiam hic ſermo de Saüle dici.

THEODORETI. Doëc quidem vocat potentem, vtpote Saüli familiarem; Rapſacen

verò

verò tamquam exercitus ducem. Ceterùm per interrogationem format orationem, admonens non superbiendum in malitia, neque in malo tempus omne consumendum esse.

VICTORIS. Nonnulli quoque de Rapsace dicunt Dauidem vaticinari, quomodo nimirum Iudæus cùm esset, mores suos immutauerit, atque consilium dederit ipsismet Assyrijs prodendi Hierosolymam, ac si Deus nil ipsis prodesse potuisset. Quid igitur, inquit, tam impudenter vsus es malitia? Illud verò, *qui potens es*, per ironiam dictum, propter eius insolentiam.

HESYCHII. Hoc prœmium est quasi admirantis & obstupescentis; quòd nimirum aliqui ad tantam deuenerint malitiam, vt in ijs glorientur, de quibus lugere oportuerat. Ceterùm historia quidem Doëc continet, sed Psalmista Iudam proditorem insinuat in malitia potentem euasisse, eo vsque, vt benefactorem, & educatorem & magistrum proderet, neque assiduas increpationes, neque admonitiones reuereretur.

Iudæ proditoris malitia quanta.

4. INIQVITATEM TOTA DIE.] THEODORI. Totam diem vocat illam, quâ cingentes Hierosolymam custodiebant. Omni die loquitur iniqua sine satietate, non desistens à malis. Ceterùm istud, *Cogitauit lingua tua*, id est, iniquos sermones lingua tua protulit. Non enim illa erat quæ cogitabat; sed quæ cogitationibus subseruiebat.

Quid sit linguâ cogitare.

EVSEBII. Is qui totâ die diuinum sermonem edocetur; si peccauerit, in die peccat, & cogitat iniquitatem totâ die.

Quis in die quasi in medio peccat.

DIDYMI. Vox *dies* hoc loco manifestationem designat, vel totum istud tempus quo delinquit.

THEODORETI. Istud, *totâ die*, Symmachus dixit, *per singulos dies*.

HESYCHII. Quando Iudas dixit Pharisæis: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet.* Itaque totâ die meditationi proditionis immorabatur, donec nox instaret, in qua facinus hoc patrauit.

Matt. 26, 15.
Iudas meditatus est proditionem.

INIVSTITIAM COGITAVIT LINGVA TVA.] EVSEBII. Id quod cogitat, est ratio superior, & cor, non lingua.

Ῥαψάκην δὲ ὡς στρατηγὸν πεποιημένου. Εἰς ἐρώτησιν δὲ σχηματίζει τὸν λόγον, μὴ μεγαφρονεῖν ἐπὶ κακίᾳ παρεγγυῶν, μηδὲ πάντα καιρὸν ἀναλίσκειν εἰς πονηρίαν.

ΒΙΚΤΟΡΟΣ. Τινὲς καὶ τὰ περὶ Ῥαψάκου φασὶ προφητεύειν τὸν Δαβὶδ ὡς Ἰουδαῖος μὲν ὑπάρχων μεταβάλλετο τοῖς τρόποις, καὶ συμβάλλειν αὐτοῖς προδοῦναι τοῖς Ἀσσυρίοις τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖν δυναμένου τοῦ Θεοῦ. Τί οὖν, φησὶ, κέχρησαι κακίᾳ μετὰ τοσαύτης ἀναιδείας; τὸ δὲ, ὁ δυνατὸς, κατ᾽ εἰρωνείαν διὰ τὸ μεγαλοφρονεῖν αὐτόν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Θαυμάζοντος καὶ ἀπορουμένου, ὡς εἰκὸς, τὸ προοίμιον· ὅτι τοσοῦτόν τινες εἰς κακίαν προήκοψαν, ὥστε ἐφ᾽ οἷς δεῖ πενθεῖν, ἐπὶ τούτοις καυχᾶσθαι. πλὴν ὅτι τὸν μὲν Δωὴκ ἡ ἱστορία περιέχει, Ἰούδαν δὲ τὸν προδότην αἰνίττεται ὁ ψαλμῳδὸς, δυνατὸν λίαν ἐν κακίᾳ γενόμενον, ὥστε τὸν εὐεργέτην καὶ τροφέα, καὶ διδάσκαλον προδοῦναι, καὶ μηδὲ τοὺς συνεχεῖς ἐλέγχους, μηδὲ τὰς παραινέσεις αἰσχυνθῆναι.

δ΄. ἈΝΟΜΙΑΝ ὅΛΗΝ ΤΗΝ ἩΜΕΡΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκείνην λέγει, καθ᾽ ἣν κυκλώσαντες ἐφύλαττον τὰ Ἱεροσόλυμα. Διὰ πάσης τῆς ἡμέρας φθέγγεται ἄδικα ἀκορέστως, οὐ διαλιμπάνων ἐν τοῖς κακοῖς. Τὸ δὲ ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου, ἀντὶ τοῦ, ἀδίκους λογισμοὺς ἐφθέγξατο ἡ γλῶσσά σου. Οὐ γὰρ αὐτὴ ἡ λογιζομένη, ἀλλ᾽ ἡ τοῖς λογισμοῖς ὑπηρετουμένη.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐν πάσῃ ἡμέρᾳ διδασκόμενός τις τὸν θεῖον λόγον, ἐὰν ἁμαρτάνῃ, ἐν ἡμέρᾳ ἁμαρτάνει· καὶ λογίζεται ὅλην τὴν ἡμέραν ἀνομίαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ ἡμέρα, ἐνταῦθα φανέρωσιν δηλοῖ, ἢ ὅλον τὸν χρόνον καθ᾽ ὃν ἀνομεῖ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ ὅλην τὴν ἡμέραν, καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ὁ Σύμμαχος εἴρηκε.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡνίκα τοῖς Φαρισαίοις ὁ Ἰούδας ἔλεγε· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτόν. οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ λ΄ ἀργύρια· καὶ ἀπὸ τότε ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ, ὥστε ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶν τὴν ἁμαρτίαν τῆς προδοσίας ἔμενεν, μέχρις ἡ νὺξ ἐπέστη, καθ᾽ ἣν τὸ δρᾶμα ἐπέπραξεν.

ἈΔΙΚΙΑΝ ἘΛΟΓΙΣΑΤΟ Ἡ ΓΛΩΣΣΑ ΣΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸ λογιζόμενον τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ ἡ καρδία, οὐχὶ γλῶσσα.

Ὁ οὖν

Ὅ οὖν, φησὶν, ἐστὶ ῥητὸν οὕτως ἔχον· ἐν στόματι μωρῶν αἱ καρδίαι αὐτῶν, ἐξεπήδησε γὰρ ἡ καρδία ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτῶν. Καρδία δὲ σοφῶν, οὐ στόμα αὐτῶν. Ἐπεὶ τοίνυν μωρὸς ἐστὶ καὶ οὗτος, διάβολος ὤν, εἴτε Δωὴκ, εἴτε Σαοὺλ ἁμαρτήσας, διὰ τοῦτό φησιν, ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ψεύδεσι, φησι, λόγοις μολύνεις τὴν γλῶσσαν. Τὸ γὰρ ἐλογίσατο, ἀντὶ τοῦ ἐφθέγξατο τέθεικε. καὶ ξυροῦ δίκην ἠκονημένον προφέρεις τὸν λόγον, τοῖς πειθομένοις ὄλεθρον μηχανώμενος. Ἢ τοῦτό φησιν ὥσπερ διὰ τὸ ξυρέσαι καὶ ἐκκόψαι πᾶσαν τὴν τῶν ἱερέων πόλιν· ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ξυροῦ, τοῦ ῥαδίως καὶ εὐκόλως τὰς τρίχας ὑποτεμνομένου. Δόλον δὲ καλεῖ τὰ ῥήματα, δι' ὧν Ἰουδαίους Ῥαψάκης ἠπάτα.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δόλον καλεῖ ἐκεῖνα τὰ ῥήματα οἷς ἀπατᾷν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο, ὥστε προδοῦναι τὴν πόλιν, λέγων ἀπελεύσεσθαι καὶ πολὺ τῆς ἡμετέρας βελτίονα. Ἐπινόησας γάρ, φησι, πανουργίαν, δι' ἧς ᾤήθης ἀπατῆσαι αὐτοὺς, καὶ προδοῦναι τὴν πόλιν, παρασκευάσας ἄρδην ἀφανίσαι πάντας, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας· τοῦτο γὰρ εἶπεν τὸ, ὡσεὶ ξυρόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγεται περὶ τῶν ἄδικα λαλούντων· ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἵνα παραστήσῃ ὁ λόγος, ὅτι ὡσεὶ ὄφεις ἠκόνησαν γλῶσσαν, ἐνθάδε δὲ ἵνα παραστήσῃ, πῶς ὀξεῖα ἐστὶν ἡ διαβολή.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τὸ δὲ ὡσεὶ ξυρὸν, τουτέστιν ἀναισθήτως τέμνοντα. Τί γὰρ ἐκείνου τοῦ δόλου ὀξύτερον, ὃν τῇ γλώσσῃ τῆς προδοσίας πρὸς τοὺς συλλαβόντας τὸν Ἰησοῦν συνέθετο· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι, κρατήσατε αὐτόν.

ε. ΗΓΑΠΗΣΑΣ ΚΑΚΙΑΝ ΥΠΕΡ ΑΓΑΘΩΣΥΝΗΝ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Προείλου, φησὶ, τῶν κρειττόνων τὰ χείρω, καὶ τῶν ἀληθινῶν ψευδῆ προτετίμηκας, καὶ ὑπὲρ τὸ δίκαιον τὸ ἄδικον ἠγάπησας. Ἠδίκει δὲ καὶ ὁ τοῦ ἱερέως καταψευδόμενος, καὶ ὁ τοῖς Ἀσσυρίοις προσετίθηκεν Ἰουδαίους παρεγγυώμενος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εἰσὶν οἱ ὥσπερ εἰ τὰ ἐναντία ἀγαπῶντες· τῷ μήποτε πάντη ἀνακεῖσθαι ἀρετῇ, μήτε ὅλῃ κακίᾳ προσέχειν ἐθέλειν· τούτων οἱ μὲν φαυλότεροι, κακίαν μᾶλλον ἀγαπῶσιν ἢ ἀρετήν· οἱ δὲ ἀνάπαλιν.

Quod igitur ait, est istiusmodi sententia: *In ore fatuorum corda eorum*; exilijt enim cor ad labia ipsorum: cor verò sapientum non est os eorum. Cùm itaque fatuus esset, quòd calumniator existeret, siue Doëc, siue Saül peccans, idcircò ait: *Iniustitiam cogitauit lingua tua.* CATENA PATRVM. *Fatuorum cor in lingua.* Eccli. 21, 29.

THEODORETI. Mendacibus, inquit, sermonibus linguam inquinas. Nam verbum *cogitauit*, pro *dixit* posuit. Et instar nouaculæ acutæ profers sermonem, auditoribus interitum machinando. Vel hoc eò dixit, quòd vniuersam sacerdotum ciuitatem erasisset atque excidisset, metaphorâ à nouacula desumptâ, quæ facili ac leui negotio crines succidit. Porrò *dolum* appellat verba, quibus Rapsaces Iudæos decepit. *Cogitare pro dicere.*

THEODORI. Dolum vocat illa verba quibus ipsos decipere conabatur, vt ciuitatem proderent, dicens, etiam multò meliorem nostrâ euenturam. Vafritiam enim, inquit, commentus es, quâ ipsos decipere ac ciuitatem prodere putasti, dum omnes simul è medio tollere machinatus es maximâ facilitate; hoc enim ait, *sicut nouacula*.

EVSEBII. Etiam alibi de iniqua loquentibus dicitur: *Acuerunt linguam suam sicut serpentis.* Sed ibi quidem, vt sermo ostendat, quòd sicut serpentes linguam exacuerint; hîc verò vt declaret, quàm acuta esset calumnia. Ps. 139, 4. *Calumniator serpentis linguâ vtitur.*

HESYCHII. Illud verò *sicut nouacula*, id est, insensibiliter secans. Quid enim acutius isto dolo, quem linguâ proditoriâ composuit ad illos qui Iesum comprehenderunt: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Matt. 26, 48.

5. DILEXISTI MALITIAM SVPER BENIGNITATEM.] THEODORETI. Melioribus, inquit, deteriora prælegisti, & veris falsa prætulisti, & præ iusto iniquum dilexisti. Quin & iniuriam intulit, sacerdotem falsò accusans, atque Iudæos Assyriis tradendo adiunxit.

ORIGENIS. Sunt qui quodammodò contraria diligunt; quòd neque omnino virtuti adhæreant, neque penitus malitiæ se dedicare velint: quorum quidem deteriores, malitiam magis quàm virtutem amant; alij verò è contra. *Quinam contraria diligant.*

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Malitia est diabolus, vtpote qui omnia mala atque omnibus velit. Benignitas verò Christus est, quoniam naturâ suâ Dei bonitas existit. Suo igitur Christo

Iudas satanam Christo praetulit.

derelicto, Iudas satanam dilexit; quin & iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem elegit. Poterat enim verè iustitiam recipere, & cum ceteris Apostolis Euangelium prædicare; verumtamen ad proditionis iniquitatem semet ipse deiecit. Hoc ipsum vsuuenit omni qui accusatione gaudet, & calumniatur fratri suo, cùm lubentiùs iniquitatem, hoc est mendacium, loquatur, & sileat iustitiam, id est virtutem, quam proximus eius possidet.

6. DILEXISTI OMNIA VERBA PRÆCIPITATIONIS.] ORIGENIS. Verba præcipitationis dilexit Doëc, quando Dauidem traduxit.

THEODORI. Elegisti, inquit, magis loqui iniqua, quàm iusta. Iniquum enim erat ipsis persuadere, vt ciuitatem inimicis traderent.

ATHANASII. Super iustitiam, inquit, amplectitur iniquitatem. Omnia enim ad insidias, & cædem, ac mortem sacerdotis, ac reliquorum omnium, qui cum ipso occisi

Verba praecipitationis qualia.

sunt, referebat. Idcircò mendaces sermones Doëc, verba præcipitationis appellantur. Confestim enim vniuersam sacerdotum ciuitatem quasi in profundum verbis suis præcipitauit. Iure merito hæc etiam de Principibus Iudæorum atque ipso Iuda dici possunt.

THEODORETI. Verba præcipitationis vocat illa quæ proferebat, vtpote quæ satis erant ad Iudæos è medio tollendos & abolendos, desumptâ metaphorâ ab ijs qui demerguntur. Itaque potissimùm, inquit, istiusmodi verba proferre studuisti, quibus omnino sperabas nos è medio tollendos, & vsus es sermonibus dolo & simulatione plenis. Vtitur autem verbo *dilexisti*, vt ostenderet eum ex animi destinatione hoc malum perpetrasse, quod crimen auget.

7. PROPTEREA DEVS DESTRVET TE.] THEODORI. Idcircò omnimodam vastitatem sustines, & extremum tibi suppli-

Quid sit in finem destrui.

cium Dominus irrogabit. Istud autem *in finem* dixit, tamquam qui iampridem euersus fuerit ab ijs, à quibus redactus fuerat in captiuitatem; extremum verò interitum laturus sit à Deo.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κακία ὁ διάβολος, ὡς κακὰ πάντα καὶ πᾶσι βουλόμενος. Ἀγαθωσύνη δὲ ὁ Χριστὸς, θεοῦ γὰρ ἡ ἀγαθότης κατὰ φύσιν. Ἴδιον ἀφεὶς τοίνυν τὸν Χριστὸν ὁ Ἰούδας, τὸν Σατανᾶν ἠγάπησεν· ἀλλὰ καὶ ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην εἵλατο. Ἐξὸν γὰρ αὐτῷ τὴν ὄντως δικαιοσύνην λαβεῖν, καὶ μετὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων κηρύττειν τὸ εὐαγγέλιον· εἰς τὴν ἀδικίαν δὲ ἑαυτὸν τῆς προδοσίας ἐνέβαλε. Τὸ δὲ αὐτὸ πάσχει πᾶς ὅστις κατηγορίᾳ χαίρει, καὶ λοιδορεῖ τὸν ἀδελφὸν, ἡδύτερον τὴν ἀδικίαν, τουτέστι τὸ ψεῦδος λαλῶν, καὶ τὴν δικαιοσύνην σιωπῶν, δηλαδὴ τὴν ἀρετὴν, ἣν ὁ πλησίον κέκτηται.

ϛʹ. ΗΓΑΠΗΣΑΣ ΠΑΝΤΑ ΡΗΜΑΤΑ ΚΑΤΑΠΟΝΤΙΣΜΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ῥήματα καταποντισμοῦ, διαβάλλων τὸν Δαβὶδ, ἠγάπησεν ὁ Δωήκ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἵλου δὲ, φησι, μᾶλλον ἄδικα λαλεῖν ἢ δίκαια. Ἄδικον γὰρ ἦν τὸ πείθειν αὐτοὺς, προδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς ἐχθροῖς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὑπὲρ τὸ δίκαιον, φησιν, ἀσπάζει τὸ ἄδικον. πάντα γὰρ πρὸς ἐπιβουλὴν, καὶ φθόνον, καὶ θάνατον τοῦ ἱερέως, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων σὺν αὐτῷ τεθανατωμένων, διεπράξατο. Διὸ ῥήματα καταποντισμοῦ, οἱ λόγοι τοῦ Δωὴκ ψευδολογίας εἴρηνται. Ἀθρόως γὰρ πᾶσαν τὴν πόλιν τῶν ἱερέων ὥσπερ ἐν βυθῷ κατεπόντισε τοῖς ἑαυτοῦ ῥήμασι. Λέγοιτο ἂν ταῦτα δικαίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων τῶν Ἰουδαίων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ῥήματα καταποντισμοῦ καλεῖ, ἅπερ ἐφθέγγετο ὡς ἱκανὰ ἀνελεῖν, καὶ ἀφανίσαι τοὺς Ἰουδαίους, ἐκ μεταφορᾶς τῶν καταποντιζομένων. Μᾶλλον οὖν, φησὶν, ἐσπούδαζες τοιαῦτα φθέγγεσθαι δι᾽ ὧν παντελῶς ἡμᾶς ἀφανίζειν ἤλπιζες, καὶ ῥήμασι κέχρησο δόλου καὶ ὑποκρίσεως μεστοῖς. Τὸ δὲ ἠγάπησας λέγει, δεικνὺς ὡς διαθέσει τὸ κακὸν εἰργάσατο, ὅπερ ἐστὶν ἐπίτασις τῆς ἁμαρτίας.

ζʹ. ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ Ο ΘΕΟΣ ΚΑΘΕΛΕΙ ΣΕ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διὰ τοῦτο παντελῆ τὴν καθαίρεσιν ὑπομένεις, καὶ τελείαν ἀπάξει σοι τὴν τιμωρίαν ὁ δεσπότης· τὸ δὲ εἰς τέλος εἶπεν, ὡς ἤδη μὲν καθαιρεθέντος, δι᾽ ὧν αἰχμάλωτος ἐλήφθη, τελείαν δὲ ὑποστησομένου τὴν καθαίρεσιν παρὰ τοῦ θεοῦ.

ΕΥΣΕ-

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διὰ τὸ ἠγαπηκέναι τὰ βλαβερὰ εἰς τέλος, διὰ τοῦτο παντελῶς καθελεῖ σε, ὡς οὐ καλῶς οἰκοδομηθέντα, ἀλλὰ καὶ ὡς κακῶς φυτευθέντα ἐκτίλαι ὁ φάσκων· πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου, ἐκριζωθήσεται. Ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱεροῦ σκηνώματος μετανάστασιν ποιήσει, ἐκβάλλων, καὶ φυγαδεύων σε ἐκ τῆς σκηνῆς ἐκείνης, ἧς τοὺς ἱερεῖς διαβέβληκας, καὶ εἰς θάνατον ἤγαγες· ἔτι μὲν καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. εἰ γὰρ καὶ Ἰδουμαῖος ἦν, ἀλλὰ προσηλυτεύσας τῷ Ἰσραὴλ διὰ τῆς τοῦ νόμου κατηχήσεως ἐν τῷ σκηνώματι, καὶ τῇ τῶν ζώντων γῇ πεφύτευτο. ἁρμόσει δὲ τὰ πρὸς τοῦτον λεγόμενα καὶ πρὸς πάντας τοὺς τῆς εὐσεβείας μεταπίπτοντας.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μετετέθησαν γὰρ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν σκηνῆς, γεγονότες αἰχμάλωτοι, διὰ τὸν κατὰ τοῦ κυρίου σταυρόν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀπὸ σκηνώματος, ἵνα εἴπῃ ἀπὸ κατοικήσεως, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ κατοικεῖν ἐν ἀνθρώποις. Ἀνασπάσει σε, φησὶν, ὁ θεὸς ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατοικίας ἀντὶ τοῦ ἀναιρήσει· οὕτως γὰρ ἦν τῆς τῶν ἀνθρώπων κατοικίας ἐκσπασθῆναι διὰ τοῦ θανάτου· διὸ ἐπήγαγε· Καὶ τὸ ῥίζωμά σου ἐκ γῆς ζώντων. ῥίζωμα λέγων τὸ γένος, ἐπειδὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐν τάξει ῥίζης ἐστὶ τὸ γένος. σὲ τοίνυν, φησὶ, μετὰ παντός σου τοῦ γένους ἀφανίσει καὶ ἀνασπάσει ὁ θεὸς ἀπὸ κατοικήσεως ἀνθρώπων, καὶ ἀπὸ τῶν ζώντων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταῦτα παντὶ μὲν δολίῳ, πολὺ δὲ μᾶλλον πρὸς τὸν προδότην λέγεται· καθεῖλεν γὰρ αὐτὸν ὁ θεὸς εἰς τέλος, καὶ ἀπὸ τῆς σκηνῆς, τουτέστιν ἐκ τοῦ τόπου τῆς μαθητείας μετέστησεν, καὶ τὴν ῥίζαν ὡς ἀκανθώδους φυτοῦ ἐκ γῆς ζώντων, ἐκ τοῦ γεωργίου τῶν Ἀποστόλων ἐξέτιλεν.

η΄. ΟΨΟΝΤΑΙ ΔΙΚΑΙΟΙ ΚΑΙ ΦΟΒΗΘΗΣΟΝΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῶν γὰρ ἀσεβῶν ἀναιρουμένων, οἱ δίκαιοι περίφοβοι γίνονται. καὶ σὺ μὲν, φησὶ, ταῦτα ὑπομένεις, οἱ δὲ δίκαιοι, τουτέστιν οἱ σοῦ λαοὶ θεασάμενοι τὴν σὴν ἀπώλειαν, φόβῳ κατασχεθήσονται. ἱκανὴ γὰρ ἡ εἰς σὲ τιμωρία κἀκείνους φοβῆσαι· καίτοι διὰ τὴν εἰς ἐκείνους εὐεργεσίαν τοιαῦτά σου πάσχειν μέλλοντος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ τῶν δικαίων, φησὶ, χορὸς, μείζονος εὐλαβείας ἐμφορηθήσεται, τὴν δικαίαν τοῦ θεοῦ θεασάμενος κρίσιν, καὶ γεγηθὼς καὶ γεγανυμένος γελάσει τὴν πον-

EVSEBII. Eò quòd noxia dilexeris in finem, idcircò penitus te destruet, tamquam qui non benè ædificatus sis: quin imò tamquam malè plantatum euellet, qui dicit: *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur.* Adhæc etiam è sacro tabernaculo te migrare faciet, eijciens te, & exulare faciens à tabernaculo illo, è quo sacerdotes exturbasti, & ad mortem adduxisti, atque insuper radicem tuam de terra viuentium. Licet enim Idumæus esset, attamen Israëli per legis instructionem aggregatus, in tabernaculo, & in terra viuentium plantatus fuerat. Illa quæ ad hunc dicta sunt, quadrabunt quoque in omnes pietatis desertores. Matt. 15, 13.

ATHANASII. Eiecti enim sunt de sancto tabernaculo suo, postquam redacti sunt in captiuitatem, eò quòd Dominum crucifixissent.

THEODORETI. *De tabernaculo*, quasi dicat de habitaculo, id est, à commoratione inter homines. Auellet te, inquit, Deus ab habitatione hominum, id est, tollet è medio. sic enim poterat ab habitatione hominum euelli per mortem; quare subiunxit: *Et radicem tuam de terra viuentium.* Radicem appellans genus, quoniam omnibus hominibus genus est vice radicis. Te igitur, inquit, cum omni tua gente delebit & euellet Deus à commoratione hominum, & è viuentibus. *Radix appellatur genus.*

HESYCHII. Hæc omni quidem homini doloso; sed multò maximè ad proditorem dicuntur. Deus enim ipsum sustulit in finem, & de tabernaculo, id est, de loco discipulatus transtulit, & tamquam spinosæ plantæ radicem de terra viuentium, de Apostolorum agricultura euulsit.

8. VIDEBVNT IVSTI, ET TIMEBVNT.] ATHANASII. Impijs enim è medio sublatis, iusti subtimidi euadunt. Et tu quidem, inquit, hæc sustines. Iusti verò, id est populi tui, considerantes interitum tuum, timore corripientur. Supplicium enim tibi irrogandum, satis est ad ipsos deterrendos: siquidem ob tua in ipsos beneficia istiusmodi sustinebis. *Punitio impiorum reddit alios cautos.*

THEODORETI. Iustorum, inquit, chorus maiori reuerentiâ afficietur, cùm iustum Dei iudicium fuerit contemplatus, & exultans ac lætabundus ob sterilitatem iniquitatis,

CATENA PATRVM.

quitatis, ac præsentis serenitatis emolumentum, ridebit.

DIDYMI. Qui valdè pij sunt, cùm viderint aliquos à virtute ad iniquitatem deficere, metu corripiuntur, ne eadem patiantur.

THEODORI. Quomodonam timebunt, & ridebunt? ob insolentiam nimirum eius qui patitur. Quid enim dicent, ac ridebunt?

9. ECCE HOMO.] ATHANASII. Proditor enim dilexit magis aurum accipere, quàm adiutorem habere Iesum.

Opes nil prosunt ei qui Deum deserit.

THEODORI. Quia Deo ante oculos minimè proposito, debitæ quidem erga ipsum pietati iniurius extitit, ita vt nullum inde fructum acceperit; ob propriam verò opulentiam, & exercitus atque equorum multitudinem sese extulit. Hæc proferentem ridebunt, verborum eius iactantiam considerantes: quòd nimirum, cùm magna promitteret, tale supplicium dederit.

EVSEBII. Si enim Deum posuisset adiutorem suum, vtique seruos ac famulos eius non traduxisset. Oportebat autem Deum in adiutorem aduocasse: sed cùm tantùm non saperet, sperauit in multitudine, quam habuit, temporalium diuitiarum. Siquidem in regali dignitate constitutus erat, & præualebat in vanitate sua, quam habebat ex validarum belluarum imperio.

DIDYMI. Fortasse omnis qui diues est in iniquitate, dum in falsi nominis cognitione se extollit, in multitudine cæcarum diuitiarum sperat. Quin & præualere se existimat, eò quòd certamini præsit, & ad omne opus bonum sterilis existat.

Potens in iniquitate, accumulat mala.

ANONYMI. Malum est in malitia potentem esse. Talis enim minimè cessat malum malo, & peccatum peccatis accumulare; vti Iudas auaritiæ proditionem, & proditioni suspendium.

Iustus oliuæ comparatur.

10. EGO VERO SICVT OLIVA FRVCTIFERA.] THEODORI. Atque ille quidem talia patietur; ego verò tamquam oliua fructifera in domo Dei custodiar, semper eius ope protectus; & in ea virens, nec inde vmquam inimicorum insultu dimotus, siquidem oliua naturâ suâ perpetuò pullulat.

EVSEBII. Semper virenti ac frugiferæ

ρίας τὴν ἀκαρπίαν, καὶ τῆς παρούσης εὐημερίας τὸ κέρδος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ πάνυ εὐλαβεῖς, ὅταν μεταπίπτοντας ἐκ ἀρετῆς εἰς κακίαν ἴδωσί τινας, φόβον λαμβάνουσι, μὴ τὰ αὐτὰ πάθωσιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πῶς ἂν φοβηθήσονται, καὶ γελάσονται; διὰ τὴν τοῦ πάσχοντος ἀλαζονείαν. τί γὰρ ἐροῦσιν, καὶ γελάσονται;

θ. ΙΔΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἠγάπησε γὰρ χρυσίον μᾶλλον ὁ προδότης λαβεῖν, ἢ βοηθὸν ἔχειν τὸν Ἰησοῦν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅτι τὸν Θεὸν οὐ θέμενος πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ἀνείδιζε μὲν ἐπὶ τῇ εἰς αὐτὸν εὐσεβείᾳ. ὡς οὐδὲν ὠφελούμενος ἐκ τούτου. μεγάλα δὲ ἐφρόνει ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ περιουσίᾳ, τῷ τε πλήθει τοῦ στρατοπέδου, καὶ τῶν ἵππων. Ταῦτα λέγοντος γελάσονται, ὁρῶντες αὐτοῦ τῶν ῥημάτων τὴν ἀλαζονείαν, ὅτι μεγάλα ἐπαγγελλόμενος, τοιαύτην ἔδωκε δίκην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰ γὰρ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, οὐκ ἂν διέβαλε τοὺς δούλους καὶ θεράποντας αὐτοῦ. Δέον δὲ τὸν Θεὸν βοηθὸν ἐπικαλέσασθαι. ἧττον δὲ τούτου φροντίσας, ἤλπιζεν ἐπὶ τῷ πλήθει, οὗ εἶχε, προσκαίρου πλούτου. ἦν γὰρ τὴν τεταγμένην ἐπὶ βασιλικὴν ὑπηρεσίαν καὶ ἐνεδυναμοῦτο ἐν τῇ ματαιότητι αὐτοῦ, ἣν εἶχε τῶν στερεῶν ζώων τυγχάνων ἡγούμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τάχα πᾶς πλουτῶν ἐν κακίᾳ, ψευδωνύμου γνώσει ἐν τῷ μεγαλοφρονεῖν ἐπὶ τούτοις, ἐπελπίζει ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ τυφλοῦ πλούτου. Ἀλλὰ καὶ ἐνδυναμοῦσθαι νομίζει, ἄρχων ἀγωνίας, καὶ στείρος πρὸς πᾶν ἀγαθὸν ἔχων ἔργον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κακὸν τὸ ἐν κακίᾳ ἰσχύειν. Οὐ παύεται γὰρ ὁ τοιοῦτος κακὸν κακῷ, καὶ ἁμαρτίαν ἁμαρτίαις συνάπτων ὡς ὁ Ἰούδας τῇ φιλαργυρίᾳ τὴν προδοσίαν, τῇ προδοσίᾳ τὴν ἀγχόνην.

ι. ΕΓΩ ΔΕ ΩΣ ΕΛΑΙΑ ΚΑΤΑΚΑΡΠΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Κἀκεῖνος μὲν πείσεται τοιαῦτα· ἐγὼ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ διαφυλαχθήσομαι, δίκην ἐλαίας κατακάρπου, ἀεὶ φυλαττόμενος τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ, καὶ ἀκμάζων ἐν αὐτῇ, καὶ οὐδέποτε μεθιστάμενος ἐνθεῦθεν ὑπὸ πολεμίων ἐφόδου· ἐπειδὴ καὶ ἡ ἐλαία διηνεκὲς ἐν τῇ φύσει τὸ θάλλειν ἔχει.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Παραβαλλόμενος ἀεὶ θαλεῖ

λαίᾳ πολυκάρπῳ φυτῷ, ἐν οἴκῳ θεοῦ εἰμὶ πεφυτευμένος. Τήρει δὲ, ὅτι ταῦτα λέγων Δαβὶδ, οὔτε ἐπὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐτύγχανεν, ἣν ἐνόμιζον εἶναι οἱ Ἰουδαίων παῖδες οἶκον θεοῦ· οὐδὲ γὰρ ᾠκοδόμητο, ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ὑπὸ Μωσέως κατασκευασμένῃ, εἰσέτι τότε παρὰ Ἰουδαίοις οὔσῃ. φεύγων γὰρ τὸν Σαοὺλ, παρ' ἑτέροις τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ὅμως οὐκ ἠγνόει ἑαυτὸν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, νοῶν τὸ εὐσεβὲς πολίτευμα καὶ ἀθανασίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον πορίζόμενος ἐκ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ διὰ πίστεως φυτευθεὶς, ἀρετὴν φέρει ἀλέξουσαν τὰς ἐκ παθῶν καὶ ἁμαρτημάτων νόσους, καὶ ζέφουσαν τὸ φῶς τῆς γνώσεως. Ὁ τοιούτους ἐλεημοσυνὰς καρποφορήσας, ἐλπίζει ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, εἰδὼς ὅτι οἱ ἐλεήμονες ἐλεηθήσονται. Ἔχει δὲ τὴν ἐλπίδα, οὐκ ἐφ' ἕνα αἰῶνα, ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγει ὁ Δαβὶδ, καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ προσφέρει διδασκαλίαν. Ἄμφω γὰρ εὐσεβείας ἐρασταί, καὶ τρόφιμοι. Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ μὲν ψαλμῷ, τῷ δένδρῳ ποταμῷ πεφυτευμένῳ, καὶ τεθηλότι διηνεκῶς, καὶ τὸν καρπὸν ὥριμον φέροντι, τὸν τῆς ἀρετῆς ἀπείκασεν ἀθλητήν· ἐνταῦθα δὲ ἐλαίᾳ πολλῷ βρίθουσαν καρπῷ, καὶ ἐν οἴκῳ θείῳ πεφυτευμένην, τὸν δίκαιον εἴρηκεν. ἅτε βεβαίαν τὴν ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίδα κεκτημένον, καὶ δι' ἐκείνην ὁτιοῦν ποιεῖν ἀνεχόμενον, καὶ τοὺς ἐπιπόνους τῆς ἀρετῆς φέρειν καρπούς.

ΗΛΠΙΣΑ ΕΠΙ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἔλεος τοῦ θεοῦ αἱ θεῖαι γραφαί, αἳ ὀνομάζουσι τὸν κύριον, διὰ τὸ γενέσθαι ἡμῖν δι' αὐτοῦ ἔλεος. Ἀνακεφαλαιώσατο γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα, καὶ ἀνεστοιχείωσεν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτα δέ μοι ὑπῆρξεν, ἐπειδὴ διηνεκῶς ἐλπίζων τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας τυχεῖν, εἰκότως, καὶ ἀπολαύω τῶν προσδοκωμένων, καὶ οὐ μόνον ἐλπίζων διατελέσω. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὑπὲρ ὧν ἐποίησας ἤδη, διηνεκῶς εὐχαριστήσω.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εὐχαριστίαν, διὰ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι τῷ θεῷ, δηλοῖ ἐπὶ τῷ πεποιηκέναι αὐτὸν, ἃ ᾐτήσατο, ἢ ἃ προέθετο. Προθέμενος γὰρ τὴν φυγὴν ἀπὸ προσώπου τοῦ Σαοὺλ, ἀλλὰ καὶ ἔτι ὑπομένω, φησὶ, τὸ ὄνομά σου, ἕως ἂν αὐτοῦ

plantæ comparatus, in domo Domini plantatus sum. Obserua verò, quòd Dauid, dum hæc diceret, non esset Hierosolymæ, quam Iudæi existimabant esse domum Dei; quia nondum ædificata erat; sed neque in tabernaculo à Moyse exstructo, quod tunc adhuc apud Iudæos extabat: siquidem Saülem fugiens, apud extraneos commorabatur. Ceterùm non ignorabat se in domo Dei esse, pium vitæ institutum animo versans, & immortalitatem ac vitam æternam ex bonâ spe obtinens.

DYDIMI. Qui in domo Ecclesiæ Dei per fidem plantatus, virtutem profert passionum ac peccatorum morbos abigentem, & lumen cognitionis fouentem. Is qui istiusmodi est, cùm eleëmosynarum fructum ferat, in misericordia Dei sperat, sciens quòd misericordes misericordiam consecuturi sint. Habet autem spem, non ad vnum sæculum, sed in sæculum sæculi.

THEODORETI. Hæc etiam de semetipso Dauid ait, & Ezechiæ instructionem adfert. Ambo enim pietatis amatores & alumni existebant. Ac in primo quidem Psalmo, arbori iuxta fluuium consitæ, & perpetuò virenti, atque fructum tempestiuum producenti, virtutis athletam comparauit; hoc loco verò iustum dixit esse oliuam, plurimo fructu onustam, & in domo diuinâ plantatam; vtpote, qui firmam in Deum spem habeat, & per illam quidlibet facere, atque laboriosos virtutis fructus producere valeat.

SPERAVI IN MISERICORDIA DEI.] ATHANASII. Misericordia Dei, sunt diuinæ scripturæ, quæ Dominum vocant, quia per ipsum nobis facta sit misericordia. Omnia enim in ipso consummata sunt, atque innouata.

THEODORI. Hæc autem mihi euenerunt, quia dum assiduè clementiam eius consequi spero, iure merito etiam optatis fruar, & non solùm sperabo: quin & pro his quæ iam pridem fecisti perpetuò gratias agam.

ANONYMI. Gratiarum actionem exhibet per hoc, quòd confiteatur Deum fecisse quæ petierat, vel quæ proposuerat. Cùm enim, inquit, à facie Saülis fugere statuissem, adhuc tamen expecto nomen tuum, donec illo potiar,

CATENA PATRVM.

Iustus est frugifer.

Matt. 5. 7.

David & Ezechias arboribus frugiferis comparati.

Misericordia Dei, pro sacra scriptura.

Nomen Dei sanctis bonum.

CATENA PATRVM. tiar, quoniam bonum, & bonitate plenum, in conspectu Sanctorum tuorum. Nam qui sanctitatem colunt, nominis tui benignitatem experiuntur.

EVSEBII. Non ego, inquit, feci memetipsum oliuam semper frugiferam, sed tu; siquidem à te gratia est. Idcircò non cessabo tibi gratiam referre, ac tibi confiteri. Non semel autem speraui in misericordia tua; verùm etiam ipsius Dei nomen expecto. Benignum autem, siue, iuxta Symmachum, bonum est nomen Dei; siquidem bona facit, non ijs qui potentes sunt in iniquitate, neque his qui à vita reiecti sunt, sed sanctis.

THEODORETI. Hoc, inquit, beneficium consecutus, semper te laudabo Domine, amabile te cognoscentibus nomen semper desiderans, & expectans, atque inde fructum referens. Suaue enim & desiderabile est nomen Dei non omnibus hominibus, sed ijs qui diuina cognitione digni sunt habiti.

S. Petrus oliua fructifera. HESYCHII. Quadrant hæc verba quoque Petro negationem suam in memoriam reuocanti, qui sicut oliua fructifera in domo Dei, id est, in fide semper constitit; licet ad exiguum tempus negationis æstum sustinuerit: verumtamen minimè exaruit: siquidem pœnitentiæ lacrymis radicem irrigauit. Propterea, inquit, *confitebor tibi, quia fecisti.* Quid fecisti? misericordiam, benignitatem, commiserationem. Quia eum qui negauerat, mysteriorum præconem effecisti, columnam titubantem confirmasti; & eum qui errauerat, pastorem agnorum constituisti. *Bonum* autem non Iudæis, neque idololatriæ morbo laborantibus; sed *in conspectu sanctorum* qui per gratiam & lætitiam iustificati sunt. His enim nomen eius bonum. Quid enim Iesu appellatione suauius? Expecto autem: ad quid? quoniam qui expectat in finem, hic saluus erit.

τύχω, ὅτι χρηστὸν, καὶ ἀγαθότητος ἐστὶ πλῆρες, ἐναντίον τῶν ὁσίων σου. Οἱ γὰρ ὁσιότητα κατορθώσαντες, τῆς χρηστότητος τοῦ ὀνόματός σου αἰσθάνονται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ἐγώ, φησιν, ἐποίησα ἐμαυτὸν ἀεὶ ἐλαίαν κατάκαρπον, ἀλλὰ σύ· παρὰ σοῦ γὰρ ἡ χάρις. Διὸ οὐ παύσομαί σοι τὴν χάριν εἰδὼς, καί σοι ἐξομολογούμενος. Οὐχ ἅπαξ δὲ ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεός σου· ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ ὑπομένω τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Χρηστὸν δέ ἐστι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ἤτοι ἀγαθὸν κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἀγαθῶν γάρ ἐστι ποιητικὸν, οὐ τοῖς δυνατοῖς ἐν κακίᾳ, οὐδὲ τοῖς ἀποβλήτοις τῶν ζώντων, ἀλλὰ τοῖς ὁσίοις.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτης τῆς εὐεργεσίας φησὶ τετυχηκὼς, ἀεί σε ὑμνήσω δέσποτα, τὸ ἀξιέραστον ὄνομα τοῖς ἐπισταμένοις σε ποθῶν ἀεὶ, καὶ προσμένων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ὠφέλειαν καρπούμενος. χρηστὸν γὰρ καὶ ποθητὸν τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τοῖς τῆς θεογνωσίας ἠξιωμένοις.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἁρμόττει ταῦτά γε τὰ ῥήματα Πέτρῳ εἰς ἀνάμνησιν ἐρχομένῳ τῆς οἰκείας ἀρνήσεως, ὅστις ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ, τουτέστι, τῇ πίστει διηνεκῶς ἱστάμενος, εἰ καὶ πρὸς μικρὸν ὑπέστη τὸν καύσωνα τῆς ἀρνήσεως. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐξηράνθη. τῷ γὰρ δακρύῳ τῆς μετανοίας τὴν ῥίζαν ἐπότισεν. Διὰ τοῦτό φησιν. ἐξομολογήσομαί σοι, ὅτι ἐποίησας. Τί ἐποίησας; ἔλεον, χρηστότητα, συμπάθειαν. Ὅτι τὸν ἀρνησάμενον, κήρυκα τῶν μυστηρίων ἐποίησας, στῦλον τὸν σαλευθέντα κατέστησας, καὶ ποιμένα τῶν ἀμνῶν τὸν πλανηθέντα ἐποίησας. Χρηστὸν δὲ οὐκ Ἰουδαίοις, οὐδὲ εἰδωλολατρείαν νοσοῦσιν, ἀλλ' ἐναντίον τοῖς ὁσίοις, τοῖς διὰ χάριτος καὶ εὐφροσύνης δικαιωθεῖσι. παρὰ τούτοις γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ χρηστόν. Τί γὰρ τῆς Ἰησοῦ προσηγορίας χρηστότερον; Ὑπομένω δέ. διὰ τί; ἐπειδὴ ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS huius Psalmi notissimus est ex historia libri primi Regum cap. 22. S. Chrysostomus monet, hunc Psalmum, si in disponendis Psalmis ordo seruaretur, post trigesimum tertium collocari debuisse; cuius titulus erat: *Ipsi Dauidi, cùm immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt.* Verùm alibi notauimus, in Psalmis historiæ ordinem minimè seruari.

De ordine Psalmi.

Argumentum autem est reprehensio Doëg Idumæi qui calumniatus est Dauidem & Achimelech sacerdotem apud Regem Saül, & causa fuit perditionis plurimorum. Ex alia parte sibimet salutem præsagit Dauid, eò quòd soli Deo fidat, & ab eo totus dependeat. Quare & *intelle-* De argumento.

Etus

Docet patientiam.

ctus inscribitur, quo maximè opus est iis, qui malignantium insidiis impetuntur, quibus ad patientiam communiendis hîc Psalmus apprimè conuenit; vt intellectu vtentes, finem rerum lætum expectent. Sic enim fecit Dauid, qui non præsentem iniuriam, quam Doëg ipsi intulerat, considerauit; sed intellectum euexit, ad considerandum finem, quem res erant habituræ, si patientiam retineret. Vnde & prædicit miserum & infelicem interitum ipsius Doëg; sibi autem magnum præmium reseruatum, quo in æternum fruetur.

Mysticus sensus huius Psalmi.

Allegoricè autem (vt obseruat Lorinus) proditio Doëg refertur ad Iudam & Iudæos, qui Pilato Christum tradiderunt. Panes propositionis, quos Dauid gustauit, ad Pascha institutum à Christo; gladius Goliæ, ad arma quæ fortior Christus diripuit. Alij hæc Antichristo, & secundo Christi aduentui accommodant.

De nomine Doëg, *& genere.*

Nota Δωὴκ *Doec* Hebraicè legi דואג *Doëg:* quod S. Augustinus ait significare *motum*, & *emigrandum*: sed Lorinus mauult interpretari *anxium*, *sollicitum*, *pauidum*. quod aptè congruit isti Doëg, & cuiuis proditori, præsertim crudeli. cognominatur autem Ἰδουμαῖος *Idumæus*, id est, semiiudæus: Iosephus autem lib. 2. Antiquitatum cap. 13. facit ipsum natione *Syrum*. Erant nempe Syri & Idumæi, à fraudibus ac dolis infames. plura de hoc vide apud Lorinum nostrum.

Syri & Idumæi dolis infames.

Ἀβιμέλεχ *Abimelech.*] Symmachus & Theodotion, Ἀχιμέλεχ *Achimelech*; Aquila, Ἀϊμέλεχ *Aimelech*. Sicut autem *Doëg* refert hominem versutum & sanguinarium; ita *Abimelech*, seu *Achimelech*, hominem innocentem & rectum; atque ille quidem Iudæ, hic verò Christi typum gerit.

Doëg Iudam, Abimelech Christum refert.

3. *Quid gloriaris?*] Græcè Τί ἐγκαυχᾷ; quod S. Hilarius & Augustinus legunt, *Quid gloriatur?* Sed Hebræo magis congruit, vt in secunda persona efferatur, vti habet Vulgata. Apparet item hîc apud veteres fuisse varias interpunctiones. Nam S. Hilarius legit, *Quid gloriatur in malitia, potens iniquitate tota die? iniustitiam*, &c. S. Augustinus verò, *Quid gloriatur in malitia, qui potens est? In iniquitate totâ die iniustitiam cogitauit.* Vulgata, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?* Crescit enim inuerecundiæ modus, cùm quis non modò malum facinus indignè admittit, sed etiam de illo gloriatur: qui gradus in hoc genere summus est. Vnde grauissimi Theologi docent, sceleratiùs illum delinquere, qui peccatum suum gloriosè ostentat, quàm cùm illud commisit; quòd in ea gloriatione sit maior voluntatis contentio, quæ sceleri pondus addit. Meritò igitur Dauid hanc impudentiam exprobrat crudeli & furioso Doëgo, qui in causa fuerat, cur Saül cruore innocentium sacerdotum, regium ferrum atque manus contaminaret: ob quod facinus mirificè exultabat, & insolentissimè gloriabatur. Diuinus autem Poëta carmen hoc panxit, ad æternam illius impudentiæ memoriam in hominum mentibus imprimendam: vt intelligerent omnes, rem detestabilem & vitandam esse. In ijs enim, quæ maximè pudenda sunt, gloriari, sanè argumentum summæ est impudentiæ. Quamobrem describuntur à Salomone, vt in culmine malitiæ positi: *Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Vbi in Hebræo est, *qui rident in rebus malis.* Sed profectò Sardonius ille risus est: siquidem in funesto exitio gloriantes, more vecordium moriuntur & rident.

Pessimum est in malo gloriari.

ANNOTATIONES CORDERII. Prou. 2, 14.

IBIDEM. *Potens iniquitate.*] Græcè δυνατὸς ἀνομίαν, subaudiendo scilicet ὢν, vel ἐστι. Hebraicè est חֶסֶד אֵל *Chesed el.* Hoc Masoretæ, quos sequuntur recentiores, interpretantur *misericordiâ Dei*: sed Genebrardus & Bellarminus ostendunt vocem Hebræam *Chesed* non significare solam misericordiam, sed etiam opprobrium, scelus & probrum: vt patet ex Leuitico cap. 20. ver. 17. & ex Prouerbijs cap. 14. ver. 37. quomodo hoc loco verti debet: agit enim de illo qui nequitiâ potens est. Dicitur autem potens in iniquitate, qui potentiam iniquè agendi in actum profert; sicut è contra potens est in bonitate, qui potentiam hanc frenat, & rectè faciendi potentiâ Deo iuuante vtitur: iuxta illud, *Potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit.* Ille similis est arbori siluestri ad pestilentes fructus producendos potenti, quæ postmodum eradicatur, ignisque fit pabulum: hic virentis ac fructiferæ oliuæ speciem gerit, quæ in agro pingui consita, vtilissimo fructu affluit, vti in decursu Psalmi exponitur.

Vox Hebræa Chesed *quid significet.*

Quis dicatur potens iniquitate.

Eccli. 31, 10.

Potentes porrò, qui in hoc potentiam suam iactant, quòd perimere homines possint, ita arguit S. Augustinus locum hunc exponens: *Quid facturus es, ô potens? quid facturus es? Multum te iactas. occisurus es hominem? Hoc & scorpius, hoc & vna febris, hoc & fungus malus. Huccine redacta est omnis potentia tua, vt vni malo fungo coæquetur?* Sic ille more suo argutè.

4. *Totâ die.*] Græcè Ὅλην τὴν ἡμέραν; Symmachus, Καθ' ἑκάστην ἡμέραν. *Per singulos dies.* Hæc ad superiorem versum Masoretæ transtulerunt.

IBIDEM. *Cogitauit lingua.*] Nota ibi metaphoricè tribui linguæ, quod est cordis & animi, vt nimirum significetur, eam non temerè aut ex improuiso; sed præmeditatam, diuque animo agitatam & deliberatam, è composito & destinato malitiam & calumniam protulisse. Vnde Theodoretus superiùs in Catena citatus ait *cogitauit* positum esse pro *elocuta est.* vt sit sensus: *Iniustitiam cogitauit lingua tua*; hoc est, excogitatè protulit, attentè ac de industria meditatum & excogitatum scelus elocuta est. Sic etiam in bono cogitare lingua dicitur, quia nihil proferre debet quod priùs examinatum non fuerit, ac prudentiæ lance pensatum. Vnde ex profana etiam schola Gellius lib. 1. cap. 15. linguam vinculis de pectore imo ac de corde aptis mouendam, & quasi gubernandam monebat.

Nil nisi præmeditatum loquendum est.

IBIDEM. *Sicut nouacula acuta.*] Pulchrè hac similitudine amplificat noxios Doëgi dolos. q. d. Sicut nouacula, quæ præter expectationem aberrat, secans carnem, vel iugulum, loco capillorum & barbæ; sic tu perniciosè fefellisti: sic tu celeri fraude, & præter opinionem meam, me grauiter læsisti. Nouacula enim sæpè imprudenter acumine suo fallit, & aberrans petit iugulum, idque expeditè ac celeriter. *Nequitiæ* (inquit S. Ambrosius lib. 3. Officiorum cap. 11. locum hunc exponens) *arguit proditorem: eò quòd instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerumque vlcerat. Si quis igitur*

Doli nouaculæ comparati.

prætendat

ANNOTATIONES CORDERII.

prætendat gratiam, & dolum nectat Doëgi proditoris exemplo, instrumenti istius comparatione censetur, quod ebria mentis, & titubantis vitio, manus vulnerare consueuit. Sic ille. Iuxta S. Augustinum verò Serm. 6. de verbis Domini, iniqui Iudices, quia muneribus corrumpuntur, comparantur nouaculæ, quæ superflua corporis abradit: *Quare* (inquit) *dolum potentia mala nouaculæ comparauit? Quia non admittitur nisi ad superflua nostra.* Quemadmodum ergo nouacula crines, sic iniquus Iudex facultates & diuitias (quæ instar pilorum hominem ornant) absumit, & miserum depilat. Nicetas denique in Commentario ad Orationem quadragesimam S. Gregorij Nazianzeni locum hunc diabolo accommodat, quem ait nouaculæ instar sine sensu gratiam, vt comam radere. *Vt enim nouacula ita comam abscindit, vt qui raditur nihil sentiat; sic etiam diabolus ita dolos machinatur, atque animæ gratiam, hoc est virtutem & scientiam detondet, vt ea sibi hæc ornamenta detrahi non sentiat.* Ceterùm, cùm *capilli* (vt S. Augustinus ad hunc Psalmi locum obseruat) *non superfluè facti sint à Deo in corpore hominum, sed ad aliquod ornamentum*, antiquorum is ferè omnium fuit sensus, vt tonderi vile quiddam atque ignominiosum ducerent. Vnde versiculus ille Nicephori in Onirocriticis:

Iniqui iudices nouaculæ comparati.

Diabolus instar nouaculæ succidit gratiam.

Τρίχα καρῆναι δυσφορωτάτη θέα.

Tondere crines, visum infelicissimum.

Radi olim ignominiosum.

S. Cyrillus quoque in Amos cap. 8. *Est omnino*, inquit, ἀτιμωτατὸν ἐστὶ *ignominiosissimum, pilis nudari caput.* Itaque videmus in diuinis prædictionibus, Deum pro maximæ ignominiæ genere, & meriti supplicii loco, rasuram capillorum minari. Sic enim horribili oris tonitru denuntiat

Isa. 3, 17. Isaias: *Decaluabit Dominus verticem filiarum*

Michæ. 1, 16. *Sion.* Et Michæas: *Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te.*

Deut. 32, 42. Quò item spectat illud in Deuteronomio: *Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.* Vbi minatur se inimicos suos absumpturum morte, & vilissimâ captiuitate. Morte quidem, vt fluat sanguis & cruor occisorum ab ictu sagittarum & gladij: captiuitate verò tali, vt inimici nudent & tondeant eorum capita. Quo nomine abiectissimam & contemptissimam seruitutem declarat. Doëg itaque sicut nouacula dolum fecit, quando proditione suâ sacerdotes, qui instar capillorum Ecclesiæ caput exornant, occidit.

5. *Dilexisti malitiam, &c.*] Inuehitur Propheta his verbis in eos, qui cùm possint honestè loqui, & pia verba emittere; malunt tamen verba iniqua & impia fundere: eosque carpit sumptâ metaphorâ ab alio oris officio. Duplex enim munus commisit natura hominum ori; nimirum vt voces in verba formet, tum etiam vt cibos molat, atterat, attritosque ventri committat. q. d. Nullus adeò desipit, qui priùs non exploret cibos, quos ori & linguæ committat, ne quid ori inferat, quod nocumentum aliquod adferre possit: quod si aliquid eiusmodi post iniectum ori deprehenderit, illicò excutit, euomitque. Hoc idem naturâ duce faciendum in promendis verbis, ne quid linguæ committas quod minùs sit honestum aut pium, sed hæc omnia aurificis staterâ expendas, neque sinas aliquid eiusmodi ab ore tuo effundi. Non enim minùs nocent homini, & animum lædunt, quæ ab ore procedunt, quàm ea quæ in os inferuntur. Iure ergo natura vtrumque munus eidem ori eidemque linguæ commisit: nimirum vt ex vno noscat, quid circa aliud faciendum sibi sit. Ita locum hunc exponit S. Augustinus his verbis: *Ante te est æquitas, ante te est iniquitas. Vnam linguam habes, quò vis eam vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? sicut eligis quod vescaris, sic elige quod loquaris. Præponis ergo iniquitatem æquitati, & præponis malitiam benignitati.*

Oris duplex officium.

Verba magis examinanda quàm cibi.

6. *Verba præcipitationis.*] Græcè καταποντισμοῦ, quod est propriè *demersionis*, absorptionis, deglutitionis. ita nimirum vocat verba Doëgi, quæ bonis illis sacerdotibus Domini exitium, præcipitium, & veluti malorum omnium diluuium attulerunt. Ita quiuis etiam detractor dicitur alienas carnes mordere, edere, lacerare, iisque saturari. Quàm ingens ab ore non custodito præcipitium, quàm noxia ruina? Maledici verba non solùm præcipitationis dicuntur, quia alios præcipitet; sed quia ipse etiam in præcipitium labitur. Opportunè Hugo Carensis ad hunc locum: *Verba*, inquit, *præcipitationis dicuntur actiuè & passiuè: passiuè, scilicet præcipitata; actiuè, videlicet præcipitantia; quia præcipitant in malum ipsum loquentem: secundùm quod dicitur: Qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala:* Prou. 13, 3.
item: Labia insipientis præcipitabunt ipsum. Itaque infeliciter labitur, qui alios deijcit, & præcipitatur qui præcipitat. Imò peior est maleuoli & maledicentis lapsus, quàm illius qui maledictis obruitur; faciliùs iste resurget quàm ille. Vnde S. Ambrosius lib. 7. Epist. 44. *Fouea*, inquit, *alta est os maleuoli, grande innocentiæ præcipitium, sed maius maleuolentiæ. Innocens dum credit facilè, citò labitur, sed tamen iste lapsus resurgit. Maledicus autem suis artibus præcipitatur, vnde numquam exiliat aut euadat. Ponderet ergo vnusquisque sermones suos, non cum fraude & dolo.* Væ igitur istis foueis, quæ ita alijs sunt ad exitium, vt ipsæ non sistant, nisi in inferni foueam numquam inde euasuræ præcipitentur, vt foueæ foueis sepeliantur. Hæc Dauidis verba etiam ad adulatores flecti possunt; quorum verba sunt veluti foueæ dolosè tectæ, & ita paratæ, vt incautus in eas incidat. Scitè idem Hugo ad hunc locum: *Verba præcipitationis etiam dicuntur verba adulationis. Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati.* Infelix beatificatio ista, quæ ad exitium & ad ruinam est: miser, qui dum beatus dicitur, in præcipitium labitur, & deceptus adulatoris verbis, in foueam cadit. Pergit Hugo, & ad malos consiliarios rem extendit: *Item verba mali consiliarii dicuntur verba præcipitationis. Præcipitauit eum, id est impium consilium suum.* Præcipitant & alios, cùm mala noxiaque consilia exhibent, quibus exitium sibi alijsque creant.

Eccle. 10, 12.

Isa. 9, 16.

Iob 18, 7.

Verba detractoris sunt verba præcipitationis & deuorationis.

Maledicus dum alios præcipitat, præcipitatur.

Os maleuoli sibi grauiùs nocet quàm aliis.

Verba adulatoria sunt præcipitationis verba.

Mali consiliarii verba sunt præcipitationis.

7. *Destruat.*] Græcè est καθέλοι; sed apud Theodoretum legitur καθελεῖ *destruet*: quod Vulgata habet. Quin imò euellet omnem talem de tabernaculo suo; nec admittet ad illud, destruetque

que in finem; vel quia non permittet linguam dolosam diu stare impunitam: ac licet initia illius prospera spondeant; claudentur tamen infelici fine. Vt primùm enim innotescunt doli, qui diu premi non possunt, omnium prudentum iudicio damnantur. Vel sanè destruet Dominus linguam dolosam in finem, in omnem nimirum æternitatem. Sed & in radice puniet, vt non videat semen longæuum & fortunatum lingua dolosa, euellaturque de terra viuentium. Quæ qui effugere desiderat, audiat eumdem Prophetam Regium alibi dicentem: *Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Respondet: *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.* Vitam & dies securos spondet non loquenti, non struenti dolum proximo. Struenti verò neque vita longa erit, neque dies securi: artibus enim suis cadet: & qui dolos struit, dolos sentiet; iisdemque quibus alios petit, irretitus laqueis iacebit. Hæc merces seminanti proximo dolum.

Lingua dolosa destruetur.

Psal. 33, 13.

8. *Et super eum ridebunt,* &c.] Diuitum illa fiducia, quod meritò videri debet grauissimum, in communi orbis theatro illudenda proponetur. Auarum enim Dei oblitum, atque opibus nimiùm præfidentem, *Iusti*, inquit Dauid, *ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum; sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.* Est pius sarcasmus, opportunus ad notandam cupidorum insaniam, qui in huius vitæ nauigatione, aurum & argentum pro Helice & Cynosura sequuntur: opes & supellectilem, pro velis & anchoris habent: qui denique obryzo dicunt, Fiducia mea. Dauidis verba notanda sunt. *Ecce homo* in Hebræo est גֶּבֶר *geber*, hoc est propriè *fortis, strenuus*. q. d. Ecce ille Thraso gloriosus, qui ob copiam se diuitiarum magnificè ac superbè circumspiciebat, qui nummis aureis atque argenteis, vt rotundis clypeis pænè innumeris, se tutum satis & munitum opinabatur aduersus omne fortunæ genus, & futuros casus. Ecce homo, qui Dei præsidio pro nihilo habito, nec optato, spem omnem suam in fluxis & vanissimis rebus posuit.

Diuites in iudicio erunt ludibrio.

9. *Præualuit in vanitate sua.*] Inanis quippe ac futilis diuitiarum fortitudo est, quin imò vanitas & inanitas ipsa. S. Hieronymus legit, *Confortatus est in insidiis suis*; Chaldæus, *Fortis factus est in opulentia sua*; ac si opulentia & vanitas in idem reciderent; & vana etiam fortitudo esset, quam opes administrant.

Diuitis fortitudo vanitas.

10. *Ego autem sicut oliua fructifera.*] Pulchra est oppositio inter se iustum, & iniquum de quo locutus est: nam illum eradicandum dixit, se verò perennaturum. Ducit autem comparationem ab oliua, quia semper viret; foliis non defluit, vberes fert fructus, quasique perpetuos, nouis succedentibus, priusquam veteres decidant. Misericordiæ pacisque symbolum est: eius liquore vnguntur Reges, Sacerdotes, Prophetæ: valet eiusdem liquor ad leniendum, sanandum, exhilarandum, fouendum ignem, &c. plures eius proprietates tropologicè explicatas, vide apud Lorinum nostrum.

Iustus cum oliua comparatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Notandum autem hîc fructus bonorum operum cum spe coniungi. Quasi diceret: Non otiosus, neque desidiosus, neque infructuosus in Deo sperabam; sed oleo charitatis delibutus, & bonorum operum fructibus locupletatus, instar oliuæ fructiferæ meam in Deo fiduciam reponebam. Nam *vir iustus*, inquit Theodoretus ad hunc locum, *spem in Deo fixam habet: & per illam laborare, & laboriosos virtutis fructus producere non recusat.* Bona enim spes sperantem reddere debet sedulum, non ignauum. Hanc sperandi rationem non solùm exercebat Regius Vates, sed aliis quoque exercendam inculcabat: *Sacrificate*, inquit, *sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Quasi diceret: Prius vestram conscientiam per iustitiæ sacrificium, hoc est, per bona opera expiate: tum demum accedite ad spem vestram in Deo collocandam. Nam vt ibi D. Chrysostomus; *Non parua*, inquit, *est virtus in Deo confidere, cum iustitia tamen.* Ac si prædicat: Spes & confidentia in Deo, vt virtutis nomen mereatur, debet cum iustitia seu bonis operibus coniungi. Talis ergo cùm esset Dauid, iure merito se comparat oliuæ, dicens: *Ego autem sicut oliua fructifera.* Symmachus vertit: *Ego autem sicut oliua virens.* Vbi S. Chrysostomus ait oliuam solere vsurpari *ἐν τοῖς ἀειθαλέσι, de iis quæ perpetuò virent*, & vigorem semper retinent suum. quæ laudatæ & coronatæ perseuerantiæ imago est. Quare apud antiquos dari consueuit in victoriæ præmium, quæ laborum finis & meta videtur. Græci quidem post Salaminiam pugnam Themistocli dedere oleaginam coronam *σοφίας ἀριστεῖον, sapientiæ honoratum præmium*, vt Plutarchus ait; vt esset clara testificatio virtutis, semper in dies efflorescentis magis, semperque virentis, quæ marcere & deficere non potuisset. Deus autem, qui nostras pugnas è solio splendidissimo tuetur, pollicetur amaranthinas coronas, vt in huius vitæ curriculo numquam lentescat ardor animorum, donec ad metam brauiumque venerimus.

Dauidis spes cum charitate coniuncta, & cum operibus iustitiæ.

Bona opera spei præcurrant.

IN PSALMVM LII. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τέλος ὑπὲρ Μαελὲθ, συνέσεως τῷ Δαβίδ.

Τίνα λέγουσι τὸν Μαελὲθ οἱ ἐπιγεγραφότες, αὐτοὶ εἰδεῖεν ἄν. Ἀπὸ δὲ τῶν ῥημάτων, εἰς τοὺς Ἀσσυρίους καὶ οὗτος φαίνεται εἰρημένος, ὅμοιος ὢν τῷ ιγ΄. Τὸ δὲ Μαελὲθ, ὁ Θεοδοτίων ὑπὲρ τῆς χορείας ἡρμήνευσεν· ὁ δὲ Σύμμαχος διὰ χοροῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας

1. In finem, pro Maëleth, intellectus ipsi Dauid.

Quem inscriptores Maëleth vocent, ipsi nouerint. Ex verbis autem videtur etiam hic Psalmus contra Assyrios dictatus esse, cùm sit similis decimo tertio. Porrò Maëleth, *Theodotion interpretatus est*, pro chorea; *Symmachus autem*, per chorum; *Aquila*

Maëleth quid.

PARA-PHRASIS ANONYMI.

verò super chorea. Intellectus *verò, quia nobis intellectu opus est ad intelligendum quæ sit illa chorea. Illud autem,* in finem, *tempus designat, quo hæc implenda erant. Est autem similis Psalmo decimo tertio. Vterque enim Sennacheribi & Rapsacis blasphemias reprehendit, & infamem eorum interitum prænominatur; quamobrem etiam* super chorea *inscribitur, quam celebrarunt ij qui salutem adepti sunt.*

ἐπὶ χορείᾳ. Συνέσεως δὲ, ἐπεὶ συνέσεως ἡμῖν δεῖ πρὸς τὸ νοῆσαι τίς ἡ χορεία. Τὸ δὲ, εἰς τέλος κείμενον, σημαντικὸν ἂν εἴη τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἔμελλε ταῦτα πληροῦσθαι. Ὅμοιος δέ ἐστι τῷ ιγ'. ἀμφότεροι γὰρ τῆς Σενναχηρεὶμ, καὶ Ῥαψάκου κατηγοροῦσι βλασφημίας, καὶ τὸν ἐξαίσιον ἐκείνων προθεσπίζουσιν ὄλεθρον, οὗ χάριν καὶ ὑπὲρ χορείας ἐπιγέγραπται, ἣν ἐποιήσαντο οἱ τῆς σωτηρίας τετυχηκότες.

PARAPHRASIS ANONYMI.

DIXIT insipiens in corde suo, Non est Deus.

Hoc ait, Rapsacen insinuans, & omnes eius commilitones; vtpote putantes vel non esse Deum, vel suis non prouidere. Admiratione autem digna est Dauidis gratia, quòd tot annis antè, non solùm res ipsas prædixerit, verùm etiam ipsasmet hominum cogitationes, dicens: *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.* At quid inde?

ΕΙΠΕΝ ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός.

Αὐτὸν τοῦτον αἰνιττόμενος τὸν Ῥαψάκην φησὶ, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὡς οἰομένους ἢ μὴ εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ προνοεῖν τῶν οἰκείων. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον τὴν χάριν τὴν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ, ὅτι πρὸ τοσούτων ἐτῶν, οὐ μόνον τὰ πράγματα προεῖπεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τῶν τότε ἀνθρώπων τοὺς ἐνθυμήσεις λέγων, εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἔστι Θεός. τί οὖν ἀπὸ τούτου;

2. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus:

Impietas ad omne scelus viam sternit.

Eò enim quòd existimarent non esse Deum, semetipsos omni detestabili ac prauo facinori, omnique non bono officio tradiderunt; nam subiungit:

β'. Διεφθάρησαν, καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις·

Ἀπὸ γὰρ τοῦ νομίσαι αὐτοὺς μὴ εἶναι Θεὸν, ἐξέδωκαν ἑαυτοὺς παντὶ βδελυκτῷ καὶ πονηρῷ ἐπιτηδεύματι, καὶ πάσῃ οὐ χρηστῇ ἐργασίᾳ. ἐπάγει γάρ·

Non est qui faciat bonum.

Rom. 3, 12.

Hæc beatus Paulus in Epistola ad Romanos accepit, quasi vniuersim dicta de omni homine. Verùm hæc ex diuina Scriptura sumpsit, tamquam sermonibus suis opportuna, non tamen in proprio sensu huius Psalmi. Hic enim loquendi modus Scripturæ vsitatus est, vt ea quæ de quibusdam propriè dicuntur, quasi in communi indefinitè accipiantur. subdit igitur:

Οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν.

Ταῦτα ὁ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐξέλαβε, ὡς κατὰ κοινοῦ λεγόμενα, περὶ παντὸς ἀνθρώπου. ἀλλ' ἔλαβε μὲν αὐτὰ ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ὡς ἁρμόζοντα τοῖς αὐτοῦ λόγοις, οὐ μὴν ἀνεῖλε τὴν ἰδίαν τοῦ ψαλμοῦ ὑπόθεσιν. Ἰδίωμα γάρ ἐστι γραφικὸν, τὰ ἐπί τινων ἰδικῶς λεγόμενα, ὡς ἐπὶ κοινοῦ ἀορίστως ἐκλαμβάνειν. ἐπάγει οὖν·

3. Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.

Quanta paucitas iustorum.

Ceterùm, inquit, inimici qui cum Rapsace in nos insurgunt, vsque adeò ab omni pietate ac veritate alieni facti sunt, vt etiam ipse Deus de cælo dispiciat, & scrutetur, an quispiam inter illos virtutis aut iustitiæ cultor reperiretur, & non inueniat. vnde subdit:

γ'. Ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιῶν, ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν.

Ἀλλ' οὕτω, φησὶ, πάντες οἱ ἐπελθόντες ἡμῖν πολέμιοι μετὰ τοῦ Ῥαψάκου, ἔξω πάσης κατέστησαν εὐσεβείας καὶ ἀληθείας, ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν ἄγειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταδεῖν, καὶ ἐρευνῆσαι εἰ εὑρεθήσεταί τις ἐν αὐτοῖς ἀρετῆς ἐπιμελούμενος, ἢ δικαιοσύνης. καὶ μὴ εὑρεῖν, ὅθεν ἐπάγει·

δ'. Πάντες

δ'. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτό, φησι, πάντας εὑρεῖν περὶ τὰ φαῦλα τὴν σπουδὴν ἔχοντας.

Οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἔστι ἕως ἑνός.

Τί γὰρ διαπράττονται, ἐπάγει ἐν τῷ ιγ'. Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ε'. Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου ἐν βρώσει ἄρτου;

Τὸ οὐχὶ γνώσονται πάντες, καθ' ὑπόθεσιν ἀναγνωστέον, καὶ καθ' ὑπόνοιαν, ἢ κατὰ βεβαίωσιν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οἱ τοιοῦτοι μάθωσιν ἀπὸ τῶν πραγμάτων, ὅπως ἐστὶ χαλεπὸν τὸ ἀδικεῖν τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, οἱ οὕτως εἰσὶ περὶ ἡμᾶς πικροὶ, ὥστε ἀντὶ βρώματος ἡμᾶς καὶ ἄρτου ἐθέλειν ἔχειν.

ϛ'. Τὸν θεὸν οὐκ ἐπεκαλέσαντο· ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος.

Ἐπειδὴ οὖν, φησιν, οἷον ὠμοὺς ἡμᾶς καταπιεῖν ἕτοιμοί εἰσι, καὶ θεὸν οὐκ ἔχουσι πρὸ ὀφθαλμῶν, ἥξει αὐτοῖς φόβος, ὅθεν οὐ προσδοκῶσι. Προλέγει γὰρ καὶ τὴν γενομένην ἐπ' αὐτοὺς τιμωρίαν, καὶ πληγὴν τὴν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου. τίνος δὲ ἕνεκα ταῦτα, φησι, γίνεται περὶ αὐτούς;

Ὅτι θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, κατῃσχύνθησαν ὅτι ὁ θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς.

Οὐκ εἴ τις ἀνθρώποις ἀρέσκει ἀνθρωπάρεσκός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ προθέμενός τις, καὶ ἀνθρώποις ἐσθότε ἀρέσκειν, καθηκόντως αὐτὸ ποιήσῃ, καὶ οὐκ ἀνθρωπάρεσκος ἔσται. Κατῃσχύνθησαν δὲ ἅπαντες οἱ μὴ προσιέμενοι τὸ μέγα μυστήριον, μήτε μὴν ἐπικαλεσάμενοι, τουτέστιν ὀνομάσαντες τὸν κυριακὸν ἄνθρωπον καὶ θεόν. Ὅτι ὁ ἐνανθρωπήσας θεὸς, ἐξουδένωσεν αὐτούς.

ζ'. Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; ἐν τῷ ἐπιστρέψαι τὸν θεὸν τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακώβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.

4. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: PARAPHRASIS ANONYMI.

Sed omnes simul, inquit, inueniat rebus malis operam nauantes.

Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Quid enim agant in Psalmo decimo tertio subiungit: *Sepulchrum patens est guttur eorum*, & quæ sequuntur.

5. Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam * in cibo panis? * Vulgata vt cibum

Istud, *Nónne scient ómnes*, per suppositionem legendum, & per suspicionem, aut per assertionem. Vult enim dicere, ac si dicat: Hi qui tales sunt, rebus ipsis discant, quàm graue sit Dei populum iniurijs lacessere, qui adeò erga nos acerbi sunt, vt pro cibo & pane nos habere velint.

6. Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Cùm itaque, inquit, quasi crudos nos deuorare parati sint, & Deum ante oculos non habeant; adueniet ipsis timor, vnde minimè expectant. Prædicit enim supplicium, & plagam ipsis ab Angelo irrogandam. Quam autem ob causam, inquit, hæc ipsis eueniunt? Malorum pauor quan-

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.

Non si quis hominibus placeat, illicò fauoris humani studiosus est; sed & si quis hominibus etiam placere proponat, licitè quandoque hoc aget, & fauoris humani minimè studiosus erit. Confusi verò sunt omnes qui non accesserunt ad magnum mysterium, neque inuocarunt, id est, nuncuparunt hominem Dominicum etiam Deum. Quoniam Deus homo factus, ipsos ad nihilum redegit.

7. Quis dabit ex Sion salutare Israël? cùm conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Atque ita oportebat sperare Ezechiam tam sibi, quàm omni populo suo. Quis enim alius poterat vel captiuitatem dissoluere, vel populum ad gentes proprias reducere, aut exultationem ac lætitiam vniuersò populo adferre, præter solum ipsum Deum, qui omnia potest?

Οὕτω καὶ ἐχρῆν τὸν Ἐζεκίαν ἐλπίσαι, αὐτῷ τε, καὶ παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἄλλος δυνατὸς ἦν, ἢ τὴν αἰχμαλωσίαν λῦσαι, ἢ τὸν λαὸν ἐπαναγαγεῖν εἰς τὰ οἰκεῖα ἔθνη, ἢ ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην προξενῆσαι τῷ δήμῳ παντὶ, ἢ μόνος αὐτὸς, ὁ πάντα δυνάμενος, Θεός;

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. DIXIT INSIPIENS IN CORDE SVO.] Scilicet Sennacherib, dum verum Deum cum idolis conferret, ac diceret: Non valuerunt Dij gentium regionem suam de manu mea liberare; vtique Dominus liberabit Ierusalem.

Impiorum quales sint cogitationes.

ALIVS. Qui tamquam oliua fructifera in domo Dei radicatus est, & firmamentum fidei in semetipso stabiliuit, indignatur insipientibus illis, qui supra omnia existentem, & verè existentem Deum, non esse dicere audebant. Quomodo autem, inquit, insipiens, corruptus in istiusmodi mentis commentationibus? Defectio enim ab eo qui est, reuerà corruptio, & concreti dissolutio est. Quo pacto enim quis esse possit, si non sit in eo qui est? Quomodo item quis manere possit in eo qui est, si non credat illi qui est, quòd sit? Is autem qui reuerà est, Deus est. Qui igitur è mente Dei esse exterminat, dicendo ipsum non esse, sui ipsius esse corrupit, cùm alienus sit ab eo qui est. Idcircò, inquit, quia à Deo declinauerunt, inutiles facti sunt, tamquam vas proiectitium quod inutile reputatur. Vita iniqua, est causa impietatis. Qui enim imperterritè peccant, non admittunt in animum suum omnium inspectorem, sed sibi persuadent neminem esse, qui rebus huiatibus prospiciat. Idcircò, cùm ab ipsis factorum rationem exacturus minimè crederetur, omnes reperit à diuino cultu defecisse, qui & impietatis supplicium experientur. Istud enim, *Deus de cælo prospexit*, prouidum esse Deum astruit, non solùm cælestium, sed etiam terrestrium. De cælo igitur prospicere dictus est. Et non tantùm secundùm corpus intuetur, sed etiam secundùm cordis occultum. Prospicit autem vt videat, vtrùm sit qui benè agendo sapiat, & veritatem inuestigando, Deum exquirat. Ceterùm humano quoque

Corruptio eorum qui Deum negant.

Vita iniqua, est causa impietatis.

Deus omnibus prouidet.

α. ΕΙΠΕΝ ΑΦΡΩΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] Δηλαδὴ ὁ Σενναχηρεὶμ παραβαλὼν τὸν ἀληθῆ Θεὸν τοῖς εἰδώλοις, καὶ εἰπὼν, μὴ ἠδυνήθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν ῥύσασθαι τὴν ἑαυτῶν χώραν ἐκ χειρός μου· ὅτι κύριος ῥύσεται τὴν Ἱερουσαλήμ.

ΑΛΛΟΣ. Ὁ ῥιζωθεὶς ὡς ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἑδραῖον τῆς πίστεως ἐν ἑαυτῷ βεβαιώσας, θυμῷ χρῆται κατὰ τῶν ἀφραινόντων, καὶ τὸν ἐπὶ πάντων ὄντα Θεὸν καὶ ἀληθῶς ὄντα, μὴ εἶναι λέγειν τολμώντων. Πῶς δὲ λέγει ἄφρων, διαφθαρεὶς ἐν τοῖς τοιούτοις τῆς διανοίας ἐπιτηδεύμασι; Φθορὰ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς καὶ διάλυσις τοῦ συνεστῶτος, ἡ τοῦ ὄντος ἀπόπτωσις. Πῶς γὰρ ἄν τις ἐν τῷ εἶναι εἴη, μὴ ἐν τῷ ὄντι ὤν; Πῶς δ' ἄν τις μένοι ἐν τῷ ὄντι, μὴ πιστεύων τῷ ὄντι, ὅτι ἐστίν; Ὁ δὲ ἀληθῶς ὤν, Θεός ἐστιν. ὁ οὖν ἐκβαλὼν ἐκ τῆς διανοίας τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι, ἐκ τοῦ ἐκεῖνον μὴ εἶναι λέγειν, ἑαυτοῦ τὸ εἶναι διέφθειρεν, ἔξω τοῦ ὄντος γινόμενος. Διὰ τοῦτό, φησιν, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξέκλιναν, ἠχρειώθησαν, οἷόν τι σκεῦος ἀπόβλητον, ἀχρηστίαν καταγνωσθέν. Αἴτιος τῆς ἀσεβείας ὁ παράνομος βίος. Ἀδεῶς γὰρ ἁμαρτάνοντες, εἰς νοῦν λαβεῖν τὸν πάντων ἔφορον οὐκ ἀνέχονται, ἀλλὰ πεπείκασιν ἑαυτοὺς, μηδένα τῶν τῇδε προνοεῖσθαι. Διὸ ἀπιστούμενος παρ' αὐτῶν, ἐξέτασιν τῶν δρωμένων ποιήσας, πάντας εὗρε τῆς θείας ἐκτραπέντας. οἳ καὶ πεῖραν γνώσονται τῆς ἀσεβείας τὸ ἐπιζήμιον. Τὸ γάρ· Ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψε, προνοητὴν εἰσάγει τὸν Θεὸν, οὐ τῶν κατ' οὐρανὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς. Ἐξ οὐρανοῦ γοῦν ἐφορᾶν εἴρηται. καὶ οὐ κατὰ τὸ σῶμα μόνον ἐπιβλέπει, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ κρυπτὸν τῆς καρδίας. Ἐπιβλέπει δὲ ὅπως ἴδοι, εἰ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ τὸ καλὸν ποιεῖν συνιεὶς, καὶ διὰ τοῦ ἐξετάζειν τὴν ἀλήθειαν, ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Ἀνθρωπίνως δὲ

εἴρηται

εὕρηται καὶ τὸ διακύπτειν αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ. καὶ τὸ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιῶν. εἴποις δ' ἂν διάκυψιν σημαίνειν, καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις τοῦ σωτῆρος ἀναστροφήν, καθ' ἣν οἱ Φαρισαῖοι τοῖς βλασφήμοις αὐτῶν ὀδοῦσι τὸν λαὸν τοῦ κυρίου κατήσθιον ἀποσπῶντες· καὶ ἐφοβοῦντο φόβον, ἀλλοτριοῦντα τοῦ σώζοντος, καὶ φόβῳ τοῦ μὴ ἀπολέσθαι, κατεσκεύαζον αὐτοῖς τὴν ἀπώλειαν, τὴν σωτηρίαν ἀποστρεφόμενοι. ὅμοιον πάσχοντες τῷ πάθει τῶν ὑδροφόβων, οἷς εἰ παραδειχθείη ὕδωρ, ἴαμα γίνεται. οὐκ εἰδότες, ὅτι ἐν γενεᾷ δικαίων θεὸς γίνεται, ὁ διδοὺς ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ. Τὸ δέ, ἕως ἑνός, προσκείμενον δηλοῖ μηδένα εἶναι τὸ ἀγαθὸν ποιοῦντα, ἢ τὸ μηδὲ ἓν ἀγαθὸν ποιοῦντα.

ϛ. ΟΥΧΙ ΓΝΩΣΟΝΤΑΙ ΠΑΝΤΕΣ.] Καθ' ὑπερβατὸν ἐστὶν ἡ φράσις οὕτως· Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων; ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ ὁ Ἀκύλας· διεσκόρπισεν ὀστᾶ παρεμβαλλόντων περὶ σέ. Διὰ τοῦτο γάρ, φησιν, ἐφοβήθησαν οὗ φόβος οὐκ ἦν. Ἐπεὶ ὁ βλασφημηθεὶς παρὰ τὴν αὐτοῦ πόλιν, ὀλέθρῳ περιέβαλεν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτῳ, τοὺς ὡς ἄρτον τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀναλίσκειν ἐλπίσαντας. Δύναται δὲ τό, οἱ ἐσθίοντες, καὶ ἐπὶ ἀντικειμένων δυνάμεων λέγεσθαι, οἳ κατάβρωμα ποιοῦνται οἷα θῆρες τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. Ὅτι ὁ θεὸς διεσκόρπισεν. Οἱ τὴν κακίαν, φησίν, ἐργαζόμενοι, ταῖς κολάσεσι περιτεύξονται· οἱ δ' ἀνθρωπαρέσκως τὴν ἀρετὴν ὑποκρινόμενοι, κολάσεως ἄλλης οὐ πειραθήσονται, διελεγχθείσης αὐτῶν τῆς ὑποκρίσεως. Οἷον ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην πρὸς τὸ δοξασθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. οὐ κολασθήσεται, ἠλέησε γάρ· καταισχυνθήσεται δὲ ἀποδειχθεὶς μὴ διὰ θεόν, ἀλλὰ δι' ἀνθρώπους κοινωνήσας τῶν ὑπαρχόντων τοῖς πένησι.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

more dictus est de cælo prospicere, & videre si quis sit intelligens. Possis quoque dicere prospectionem, significare saluatoris inter homines conuersationem, propter quam Pharisæi maledicis suis dentibus Domini populum lacerantes, deuorabant: & timuerunt timore, qui à saluatore abalienabat, & metu ne perirent, interitum sibi accersebant, salutem auersantes, simile quid patientes ijs, qui aquæ metu laborant, quibus si aqua ostendatur, fit ipsis medicina. Non scientes, quoniam in generatione iustorum Deus sit, qui det ex Sion salutare Israël. Illud autem *vsque ad vnum*, quod adiungitur, demonstrat nullum esse qui bonum agat, aut qui vel vnicum bonum faciat.

Timor inutilis impiorum.

5. NONNE SCIENT OMNES.] Hæc per hyperbaton locutio est eiusmodi: *Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, quòd Deus dispersit ossa eorum qui hominibus placent?* Symmachus verò & Aquila: *Dispersit ossa eorum qui castrametati sunt circa te.* Idcircò enim, inquit, timuerunt timore, vbi timor non erat. Quia qui in ciuitate sua maledictis affectus fuerat, improuiso interitu oppressit eos, qui populum ipsius tamquam panem absumere sperabant. Ceterùm possit istud, *Qui deuorant*, de aduersarijs quoque potestatibus dici, quæ ferarum instar animas hominum depascuntur. *Quoniam Deus dissipauit.* Qui, inquit, malitiam operantur, supplicijs afficientur: qui verò vt hominibus placeant virtutem simulant, simulatione ipsorum detectâ, aliâ pœnâ non mulctabuntur. Exempli causâ, qui fecerit eleëmosynam vt ab hominibus laudaretur, minimè punietur, quoniam misertus fuit; verumtamen confundetur, eò quòd arguatur non propter Deum, sed propter homines res suas pauperibus communicasse.

Mali vindictam non effugiunt.

CATENA PATRVM.

α. ΕΙΠΕΝ ΑΦΡΩΝ ΕΝ ΚΑΡΔΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Φρονεῖ μὲν ὁ ἄφρων ὅτι οὐκ ἔστι θεός, διὰ τοῦτο ἐν καρδίᾳ εἶπεν· οὐχ ὁμολογεῖ δὲ τῷ στόματι, διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον. ἢ ἄφρων ὁ λαός, ὃς ἀρνεῖται Χριστὸν εἶναι θεόν, ὡς πρὸς τὴν προτέραν

1. DIXIT INSIPIENS IN CORDE SVO.] ORIGENIS. Cogitat quidem insipiens, quòd non sit Deus, idcircò in corde dixit; non profitetur autem ore, propter hominum timorem. Vel populus insipiens, qui Christum negat esse Deum, iuxta priorem de in-

Impius corde Deum negat.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EM.

insipiente illo expositionem, non ore, sed corde fertur dicere, non esse Deum.

Impius insipiens est.

DIDYMI. Insipientem existimandum est dixisse eum, qui diuinâ sapientiâ priuatus sit. Hic enim, de quo sermo est, videtur non seruasse sensum communem. Cùm enim omni animæ notionem Dei insitam sciret, impietatem amplexatus est, nulli alteri prætterquam cordi suo dicens, non esse Deum.

THEODORETI. Non solùm enim contra nominatitios Deos, sed aduersus verum Deum linguam mouit, dicens: Non potuerunt dij gentium regionem suam de manu mea liberare, an liberabit Dominus Hierusalem?

HESYCHII. Cuius enim erat istud dicere, nisi insipientis? de quo Isaias dixit:
Isa. 32, 6. *Fatuus fatua loquetur, & cor eius vana intelliget.* Qualia ista? Quoniam cùm praua quædam & absurda patrantes, & Dei erga ipsos longanimitatem aspicientes, tamquam benigno, & malorum toleranti gratias agere, & laudes deferre oporteret, ad stoliditatem exorbitant, Deum res humanas non intueri, sed indifferenter ac temerè cuncta ferri arbitrantes.

Impij abutuntur Dei benignitate.

THEODORI. Ostensus est omnino de Assyriis dicere illud, *Non est qui faciat bonum*, id est, omnes praui sunt.

2. CORRVPTI SVNT ET ABOMINABILES FACTI.] EVSEBII. Hæc etiam in Psalmo decimo tertio exposita sunt, licet quædam, præsertim nostræ interpretationis, vocabula immutata continere videatur. Ibi enim habetur, *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis*; hîc verò, *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus.* Ab interpretibus autem fertur hæc immutatio facta. Ceterùm per hæc sermo designat defectionem à sensibus communibus, impiam & Deo repugnantem cogitationem, toti generi humano ante aduentum saluatoris inoleuisse, & vt ipsis insita de Deo sana semina corruperint, & execrando idolorum cultui sese addixerint, impietatem amplexantes, aut omnino Deum negantes, & multitudinem Deorum inducentes, & his similia impijs & peruersis suis studijs molientes.

Psal. 13, 1.

Omnes corrupti erant ante aduentum saluatoris.

DIDYMI. Qui enim malè de Deo sentit, etiam in aliam incidit iniquitatem. Nam

Qui malè de Deo sentit, religionem perdit.

ἐκδοχὴν περὶ ἄφρονος, οὐ στόματι, ἀλλὰ καρδίᾳ λέγεσθαι, μὴ εἶναι Θεὸν, φέρεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἄφρονα ἡγητέον λέγεσθαι τὸν φρονήσεως θείας ἐστερημένον. Φαίνεται γὰρ οὗτος, περὶ οὗ ὁ λόγος, μὴ σώζων κοινὴν φρένα. εἰδὼς γὰρ πάσῃ ψυχῇ ἔννοιαν θεοῦ καταβεβλημένην, ἀθεότητα, ἀσπαζόμενος, οὐδενὶ ἄλλῳ, εἰ μὴ ἑαυτοῦ καρδίᾳ λέγων μὴ εἶναι θεόν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ γὰρ μόνον κατὰ τῶν καλουμένων θεῶν, ἀλλὰ καὶ κατὰ ὄντως ἀληθοῦς τὴν γλῶσσαν ἐκίνησε, λέγων μὴ ἠδυνήθησαν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, ῥύσασθαι τὴν ἑαυτῶν χώραν ἐκ χειρός μου, ὅτι ῥύσεται κύριος τὴν Ἱερουσαλήμ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος γὰρ ἦν τοῦτο λέγειν, ἀλλ᾽ ἢ ἄφρονος; περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγεν· Ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια φρονήσει. Ποῖα ταῦτα; Ὅτι φαῦλά τινα καὶ ἄτοπα ἐργαζόμενοι, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν βλέποντες, δέον εὐχαριστεῖν καὶ δοξάζειν ὡς χρηστὸν, καὶ ἀνεξίκακον, εἰς παραφροσύνην ἐκτρέπονται, οὐ νομίζοντες θεὸν ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα, ἀπρονοήτως δὲ καὶ αὐτομάτως φέρεσθαι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐδείχθη καθόλου περὶ τῶν Ἀσσυρίων λέγειν, οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, τουτέστι πάντες κακοί.

β΄. ΔΙΕΦΘΑΡΗΣΑΝ ΚΑΙ ΕΒΔΕΛΥΧΘΗΣΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα καὶ ἐν τῷ ιγ΄ ψαλμῷ ἐδηλοῦτο, εἰ καὶ τὰς μάλιστα τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἑρμηνείας λέξεις τινὰς ἐνηλλαγμένας περιέχειν δοκεῖ. Ἐκεῖ γὰρ, διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἔχει· ἐνταῦθα δὲ, διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις. Παρὰ δὲ τοὺς ἑρμηνεύσαντας ἡ ἐναλλαγὴ φέρεται. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, τὴν ἔκπτωσιν τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, τὸν δυσσεβῆ τε καὶ ἄθεον λογισμὸν τῆς ἀνθρωπότητος ἁπάσης, πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας ἐπικρατήσαντα, καὶ ὡς διέφθειρεν ἐν αὐτοῖς τὰ σπαρέντα ὑγιῆ περὶ θεοῦ σπέρματα, καὶ τῇ τῶν βδελυρῶν εἰδώλων λατρείᾳ ἑαυτοὺς παραδεδώκασι, τὴν ἀσέβειαν δηλούμενοι, ἔστε παντελῶς ἀθεΐαν, καὶ πολυθεΐαν, καὶ τὰ ἀκόλουθα δρῶντες, τοῖς ἀθέοις καὶ ἐνδιαστρόφοις αὐτῶν ἐπιτηδεύμασι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ γὰρ κακῶς περὶ θεοῦ φρονήσας, καὶ εἰς τὴν ἄλλην ἔρχεται κακίαν. Τὴν

γὰρ

γὰρ εὐσέβειαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐκβαλὼν, συνεκβέβληκεν αὐτῇ πᾶσαν ἀρετὴν ἀκολουθοῦσαν, ὡς βασιλίδι τῇ εὐσεβείᾳ. Οἱ γοῦν δι' ἀφροσύνην λέγοντες, μὴ εἶναι θεὸν, διέφθειραν τὴν ἑαυτῶν γνώμην ἀνομίαις αἷς ἔπραξαν· ἐξ ὧν ἐβδελύχθησαν, τουτέστι, βδελυκτοὶ ἐγένοντο.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αἴτιος, φησι, τῆς ἀσεβείας ὁ παράνομος βίος. ἀδεῶς γὰρ πᾶν ὁτιοῦν δρῶντες, εἰς νοῦν λαβεῖν οὐκ ἐθέλουσι τὸν ἐφορῶντα θεὸν, ἀλλὰ πεπείκασι σφᾶς αὐτοὺς μηδένα τῆς κτίσεως ἀφεστάναι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡ τοῦ βλασφήμου διαδοθεῖσα νόσος, τοὺς ἄλλους ἐν ἀνομίαις παρασκευάζει φθείρεσθαι, βδελυκτούς τε εἶναι τῷ κτίσαντι, ἀπορεξίαν τῆς ἀρετῆς τοσαύτην νοσοῦντας, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ διὰ τοῦ ἄφρονος, τὴν τῶν εἰδωλολατρῶν μανίαν αἰνίττεται. Λέγοντες γὰρ ἐν καρδίᾳ οὐκ εἶναι θεὸν, εἴδωλα ξυλίνων θεῶν καὶ λιθίνων ἐποίησαν. Διὰ δὲ τῆς ἀνομίας, ἥτις ἐστὶ τοῦ νόμου παράβασις, τοὺς Ἰουδαίους αἰνίττεται, οὓς τῇ ἀπιστίᾳ φθαρέντας, ὁ θεὸς ἐβδελύξατο.

ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΠΟΙΩΝ ΑΓΑΘΟΝ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἢ πάντων ἁμαρτανόντων, ἢ καὶ αὐτῶν τῶν δοκούντων ἀγαθὸν ποιεῖν, οὐ κυρίως καὶ ἀληθῶς ποιούντων· ἀλλ' ἵνα κἂν τύπον αὐτοῦ λάβωσι, δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος αὐτὸ ποιούντων.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἅπαν φησὶ τῶν Ἀσσυρίων τὸ πλῆθος τὴν πονηρίαν ἠγάπησεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ ὁ σωτὴρ τὸν εἰπόντα, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω, εὐθετῶν φησι· Τί με λέγεις ἀγαθόν; ᾔδει γὰρ ὅτι οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν. Τάχα δὲ ἐπεὶ ὁ νόμος σκιὰν ἔχει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ βίῳ ποιῶν, ἀγαθὸν, ἀλλ' ἢ ἄρα σκιὰν ἀγαθοῦ. καὶ ἐπεὶ οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν ἐπιτιμᾶται ὁ εἰπὼν, τί ἀγαθόν;

γ'. Ο ΘΕΟΣ ΕΚ ΤΟΥ ΟΥΡΑΝΟΥ ΔΙΕΚΥΨΕΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο οὖν αὐτὸ, φησι, καὶ ἐξετάσαι βουλόμενος ὁ θεὸς, εἶδεν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐξετάσας εὗρεν, ὅτι μηδεὶς ἐν αὐτοῖς συνιεὶς τὸ χρήσιμον. ἀλλὰ πάντες μὲν μοχθηροὶ, ἀγαθοποιῶν δὲ οὐδείς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ παρὼν στίχος προνοητὴν εἰσάγει τὸν θεὸν, οὐ τῶν κατ'

cùm religionem ex anima sua eiecerit, omnem simul virtutem, quæ religionem veluti reginam comitatur, exturbauit. Qui itaque præ insipientia dicunt, non esse Deum, hi mentem suam corruperunt iniquitatibus quas patrarunt: vnde abominabiles facti sunt, id est, execrabiles euaserunt.

THEODORETI. Vita, inquit, iniqua est causa impietatis. Qui enim quidlibet sine metu peragunt, Deum inspectorem in mentem admittere nolunt, sed sibi persuasum habent, neminem præesse creaturæ.

HESYCHII. Morbus qui per maledicum diffunditur, alios quoque in iniquitatibus corrumpi facit, & creatori suo abominabiles existere, tanto virtutis defectu laborantes, vt nullum penitus bonum operentur. Ceterùm per insipientem, idololatrorum insaniam insinuat. Dicentes enim in corde suo non esse Deum, ligneorum ac lapideorum deorum simulachra fabricati sunt. Per iniquitatem autem, quæ legis est transgressio, Iudæos insinuat, quos incredulitate corruptos, Deus abominatus est.

Maledici contagiosi.

NON EST QVI FACIAT BONVM.] DIDYMI. Scilicet vel omnibus peccantibus, vel etiam ijs qui bonum agere videntur, propriè tamen ac verè illud non facientibus; sed vt eius speciem quadantenus accipiant, per speculum & ænigma id peragentibus.

Quomodo nullus faciat bonum.

THEODORETI. Omnis, inquit, Assyriorum multitudo malitiam dilexit.

ORIGENIS. Etiam Saluator dicentem, *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* erudiens ait: *Quid me dicis bonum?* sciebat enim quòd non sit qui faciat bonum. Fortasse verò quia lex vmbram habet futurorum bonorum, non est in hac vita qui faciat bonum, sed tantùm vmbram boni. Et quia non est qui faciat bonum, increpatur is qui dixit, Quid bonum?

Luc. 10, 25.
Luc. 18, 18.

3. DEVS DE CÆLO PROSPEXIT.] THEODORI. Hoc ipsum igitur, inquit, Deus quoque indagare volens, de cælo aspexit, & indagando reperit neminem inter ipsos esse, qui quid vtile sit intelligat, sed omnes esse abominabiles, nec vllum benè agere.

EVSEBII. Præsens versiculus introducit Deum prouisorem, non solùm eorum

Quomodo Deus de cælo prospiciat.

quæ

THEODORI. Quoniam illi, qui ciuitatem obsidebant, hoc præcipuè exprobrabant, quòd ea quæ ab Ezechia dicebantur, nil ipsis prodesse possent: (erant autem hæc; quòd nimirum in Deum confidendum sit, qui ipsos è periculo esset omnino liberaturus:) pulchrè dixit istud: *In nomine tuo saluum me fac.* Id est: Quandoquidem nomen tuum inuocans ab ipsis derideor, in hoc ipso salutem mihi præbe, ne bello vel exercitu sit opus; sed solâ tuâ inuocatione consequar quæ peto, vt discant hi, quanta virtus sit eorum, qui auxilium tuum implorant.

HESYCHII. Non propter opera mea, inquit, neque enim vllius pretij digna habeo, neque ob parentum nobilitatem (alius enim alium seruare non potest) sed *in nomine tuo*; siquidem hæc salus perpetua & inuiolabilis existit. Si enim nonnulli in latrones aut barbaros incidentes, postquam principum nomen produxerint, tamquam ipsorum familiares pericula euadunt, quomodo non multò magis in nomine Dei ab omnibus dæmonum insidijs liberemur?

ET IN VIRTVTE TVA IVDICA ME.] ATHANASII. Iudicans enim iudicium eorum, illos quidem tradidit in interitum; hos verò seruauit ab inimicis.

DIDYMI. Christus est virtus Patris. *Christus est virtus Patris.*

CATENA PATRVM.

Ipse autem iudicat occulta hominum. Rogat autem ne alijs iudicibus, sed virtuti boni Dei tradatur examinandus. Sciebat quippe se negligentiarum suarum veniam obtenturum; vltionem verò sumendam de ijs qui ipsum merè opprimebant.

HESYCHII. Iudicium cupit, non quo condemnemur, sed quo ab oppressore liberemur; quapropter in potentia iudicari postulauit, vt aduersario, siue sensibili, siue spiritali, potentiâ Dei subacto, nos ab insidiatoribus remoti simus.

Cuius accepta sit precatio.

4. DEVS EXAVDI ORATIONEM MEAM.] EVSEBII. Rogat vt accepta fiat sua deprecatio, & vt votorum compos fiat; quin imò, tamquam Deo per bona opera propinquus factus; *Auribus*, inquit, *percipe verba oris mei*. Nemo enim otiosum aut turpe verbum proferens, aut aliud quidpiam mali loquens, vult Deum auribus talia percipere; sed solus is qui vera & pia loquitur.

ATHANASII. Meas, inquit, supplicationes cum beneuolentia admitte.

THEODORI. Attende, inquit, & cum propensione audi verba orationis meæ.

Orationis arma fortissima.

HESYCHII. Nulla enim arma contra inimicos validiora habemus oratione, dummodò Deo digna rogauerimus; cuius sibi ipsi conscius Propheta, cupit Deum auribus percipere verba oris sui, vt sciens ipsum nihil humani postulare, sacrificium orationis admittat.

Dauidis prudentia in orando.

5. QVONIAM ALIENI INSVRREXERVNT.] EVSEBII. Vide, vt non prolixos sermones faciat, sed Deo omnia scienti loquens, huius solius mentionem facit, prolixam plurimorum doctrinam subticens. Fortè verò per alienos insinuauit Ziphæos; per fortes verò Saülem & commilitones eius, qui animam eius quærebant; & non proponentes Deum in conspectu suo, eiecerunt eum qui nil deliquerat, in hoc errantes, quòd existimarent, etiam contra Dei voluntatem, se aduersus eum quidpiam præualituros. Hoc autem erat hominum eorum, qui non proponunt Deum in conspectu suo.

Impij non proponunt Deum in conspectu suo.

ORIGENIS. Imploro, inquit, ô Domine, auxilium tuum, cùm eiectus sim ab hostibus ijs qui in potentia sua maximè præsi-

οὗτος δὲ κρινεῖ τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων. Παρακαλεῖ δὲ μὴ ἄλλοις κριταῖς, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ εἰς ἐξέτασιν παραδοθῆναι. Οἶδε γὰρ συγγνώμης τεύξεσθαι ἐφ' οἷς παρεῖδεν· ἐκδικίαν δὲ γενήσεσθαι κατὰ τῶν αὐτὸν πορθούντων ματαίως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Κρίσιν, οὐχ ὅτι κατακριθῶμεν, ἀλλ' ὥστε ἐλευθερωθῆναι τοῦ τυραννοῦντος διαβόλου· διόπερ ἐν δυναστείᾳ κριθῆναι προσηύξατο· ἵνα τοῦ ἀντιδίκου, εἴτε τοῦ αἰσθητοῦ, εἴτε νοητοῦ τῇ δυναστείᾳ τοῦ θεοῦ χειρωθέντος, ἡμεῖς γενώμεθα τῶν ἐπηρεαζόντων ἀλλότριοι.

δ'. Ο ΘΕΟΣ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ΤΗΣ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ ΜΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δεῖται ὅπως εὐπρόσδεκτος ἡ προσευχὴ αὐτοῦ γενήσεται, καὶ ἵνα λάβῃ τὰ περὶ ὧν ηὔξατο· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐγγὺς θεοῦ διὰ καλῶν ἔργων γεγενημένος· Ἐνώτισαι, ἔφη, τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Οὐδεὶς γὰρ ἀργὸν προφερόμενος ῥῆμα ἢ αἰσχρὸν, ἢ ἕτερόν τι κακὸν φθεγγόμενος, θέλει τὸν θεὸν ἐνωτίσασθαι αὐτοῦ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ μόνος ὁ ἀληθῆ καὶ εὐσεβῆ λαλῶν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δέξαι μου, φησὶ, τὰς ἱκετείας σὺν εὐμενείᾳ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Φρόντισον, φησὶ, καὶ μετὰ διαθέσεως, ἄκουσον τῶν τῆς προσευχῆς μου ῥημάτων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲν γὰρ ὅπλον πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ τὴν εὐχὴν ἰσχυρότερον ἔχομεν, μόνον ἐὰν ἄξια τοῦ θεοῦ προσευξώμεθα, ὅπερ ὁ προφήτης ἑαυτῷ συνειδὼς ἐνωτίσασθαι τὸν θεὸν τὰ ῥήματα τοῦ στόματος βούλεται, ἵνα διαγνοὺς, ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον ζητεῖ, τὴν θυσίαν τῆς προσευχῆς προσδέξηται.

ε'. ΟΤΙ ΑΛΛΟΤΡΙΟΙ ΕΠΑΝΕΣΤΗΣΑΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅρα, πῶς οὐ διὰ μακρῶν ἐκτείνει τοὺς λόγους, ἀλλὰ τῷ θεῷ τῷ τὰ πάντα εἰδότι διαλεγόμενος, αὐτὸ μόνον ὑπόμνησιν ποιεῖται, τὴν μακρὰν τῶν πολλῶν ἀποσιωπῶν διδασκαλίαν. Μή ποτε δὲ τοὺς μὲν ἀλλοτρίους ᾐνίξατο τοὺς Ζιφαίους, τοὺς δὲ κραταιοὺς ὡς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ζητοῦντας Σαοὺλ καὶ σὺν αὐτῷ, οἱ μὴ προθέμενοι τὸν θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν, ἤλαυνον τὸν μηδὲν ἠδικηκότα ἀπατηθέντες, τῷ νομίζειν, ὅτι καὶ παρὰ τὸ βούλημα τοῦ θεοῦ, δυνήσονταί τι κατ' αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ ἦν ἀνδρῶν, μὴ προθεμένων τὸν θεὸν ἐνώπιον αὐτῶν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δέομαι, φησὶ, τῆς σῆς ἐπικουρίας ὦ δέσποτα, ὑπὸ δυσμενῶν ἐλαυνόμενος πλείστῃ δυνάμει τεθαρρηκότων,

καὶ

καὶ θανάτῳ με παραδοῦναι ποθοῦντων. Ταῦτα δὲ κατ' ἐμοῦ πολεμοῦσιν, ἐπειδὴ τὴν σὴν πρόνοιαν ἀγνοοῦσιν. ὅθεν ἐπάγει· καὶ οὐ προέθεντό σε ἐνώπιον αὐτῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐδὲ γὰρ πρὸς οἰκείους μοι πόλεμος, ἀλλ' ἐχθροὶ καὶ ἀλλόφυλοι οἱ πολεμοῦντες, ὥστε μηδὲ ἄξιον εἶναι φείσασθαι αὐτῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀλλότριοι πάντες οἱ μὴ φρονοῦντες τὰ τοῦ θεοῦ, κἂν συγγενεῖς, κἂν φίλοι, κἂν ἀδελφοὶ τυγχάνωσι. Διὸ καὶ ἐπιβουλεύειν ἡμῖν ὡς ἀλλότριοι, ἀλλοτρίοις, καὶ συγγενεῖς ὄντες πολλάκις οὐκ αἰσχύνονται. Οἱ γὰρ ἑαυτοὺς ἀλλοτριώσαντες τοῦ θεοῦ, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον καὶ τοῦ νόμου τῆς φύσεως ἀλλότριοι γίνονται; Κραταιοὺς δὲ τοὺς ἰσχυροὺς τῇ κακίᾳ λέγει, οἵτινες εἰς τοσοῦτον ἰσχυρὰν καὶ ἀνένδοτον τὴν πονηρίαν κέκτηνται, ὥστε καὶ εἰς ἑαυτὴν ἐπιβουλεύειν τὴν ψυχήν, οὐ μόνον τὸν αἰσθητὸν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν νοητὸν κατασκευάζοντες θάνατον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ταῦτα δὲ οὕτως ἱκετεύσας, τῆς οὐκ εἰς μακρὰν ἐσομένης ἐπικουρίας τὴν πρόγνωσιν, βοᾷ.

ϛʹ. ΙΔΟΥ ΓΑΡ Ο ΘΕΟΣ ΒΟΗΘΕΙ ΜΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλὰ κἂν πρὸ τῶν πραγμάτων, οὐκ ἐβουλήθησαν συνιέναι τὴν παρά σου δύναμιν καὶ βοήθειαν· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς γνώσονται τῆς πείρας, ὅτι βοηθεῖς, καὶ κινδυνεύοντος ἀντιλαμβάνῃ, καὶ αἰσθήσονται μάτην ἡμῖν ὀνειδίζοντες περὶ τούτου. Κἀνταῦθα δὲ πρόσκειται τὸ, ἰδοὺ, ἀπὸ τοῦ ἰδιώματος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ὑπὸ τῆς σῆς δεδίδαγμαι χάριτος, ὡς ἐμὲ μὲν ἀξιώσεις προνοίας, τοῖς δὲ κατ' ἐμοῦ τυρευθεῖσι κακοῖς, τοὺς ταῦτα κεκτημένους περιβαλεῖς, καὶ τὴν δικαίαν κατ' αὐτῶν ἐξοίσεις τὴν ψῆφον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Θεὸν βοηθὸν ἔχειν ὁμολογεῖ, τάχα τὸν πατέρα, καὶ τὸν κύριον ἀντιλαμβανόμενον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ· ἵνα εἴπῃ, τὸν υἱόν, ὃς ἀποστρέψει τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου· ἃ γὰρ ἐπαγαγεῖν μοι βεβούλευνται, κακωτικὰ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς ἀναστρέψει, τοῦτο τοῦ κυρίου κρίναντος. Οὕτω συνᾴδει τὸ, ποιήσατε αὐτῷ ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοὺς ψευστὰς ὄντως διελέγχουσα ἡ τοῦ θεοῦ ἀλήθεια ὀλοθρεύσει, εἰ τοιοῦτοί εἰσιν· οὐ γὰρ ἀναιρεθῆναι καθάπαξ αὐτοὺς, ἀλλ' εἰ τοιοῦτοί εἰσιν ὁ ἅγιος εὔχεται. ὡς πολλάκις δὲ τοῦ θεοῦ τῆς ἀληθείας μέ-

dunt, & me ad mortem exposcunt. Hæc autem aduersus me bella gerunt; quia prouidentiam tuam ignorant. vnde subiungit: *Et non proposuerunt te in conspectu suo.*

CATENA PATRVM.

THEODORI. Neque enim cum domesticis mihi bellum est, sed qui me impugnant inimici sunt & alieni, ita vt minimè æquum sit ipsis parcere.

Alieni sunt, qui non sapiunt ea quæ Dei sunt.

HESYCHII. Alieni sunt omnes qui non sapiunt ea quæ Dei sunt, quantumuis & cognati, & amici & fratres fuerint. Quamobrem sæpenumerò non pudet eos nobis tamquam alienos alienis, licet cognati sint, insidiari. Qui enim semetipsos Deo alienos reddiderunt, quomodo non multò magis à naturæ lege alieni sint? Fortes verò vocat eos qui potentes sunt malitiâ, qui tam vehementi & implacabili prauitate laborant, vt etiam ipsimet animæ struant insidias, non solùm sensibilem nobis, sed etiam spiritalem mortem machinantes.

Fortes malitiâ.

ORIGENIS. Cùm autem sic orasset, non longè abfuturum auxilium præsagiens, exclamat.

6. ECCE ENIM DEVS ADIVVAT ME.] THEODORI. Verumtamen licet ante rerum euentum, virtutem & auxilium tuum agnoscere noluerint; ex ipsa tamen experientia cognoscent te opitulari, & præsidio esse periclitanti, sentientque se temerè nobis hactenus exprobrasse. Hîc autem apponitur istud, *ecce*, ex phrasi illorum.

Impij ipsâ experientiâ coguntur Dei manum agnoscere.

THEODORETI. Ego enim, inquit, à tua gratia edoctus sum, te mei curam habiturum, & malis mihi præparatis, auctores horum traditurum, & iustam aduersus ipsos sententiam laturum.

Protectio Dei iustis manifesta.

DIDYMI. Profitetur se Deum habere adiutorem, scilicet Patrem, & Dominum animæ suæ defensorem; ac si dicat, Filium, qui mala inimicis meis auertet: siquidem molestias, quas mihi adferre cogitarunt, has in ipsos conuertet, Domino sic iudicante. Huic consonat istud: Facite ipsi quemadmodum malè cogitauit facere proximo suo.

THEODORI. Mendaces omnino increpans exterminabit veritas Dei, si fuerint istiusmodi: quoniam hic sanctus non simpliciter ipsos è medio tolli rogat, sed si fuerint istiusmodi. Vt plurimum autem veritatis mentionem

Veritas Dei mendaces arguit.

CATENA PATRVM.

tionem facit, ad confirmandam euentuum certitudinem. Verum igitur & certum, & vehementem interitum ipsis machinatur, id est vehementer ipsos extinguet.

Diapsalma sensus mutationem induxit.

CONFITEBOR NOMINI TVO.] EVSEBII. Hoc Diapsalma sensus mutationem induxit: siquidem alia tamquam in oratione Deo obtulit, alia propheticè prædicit, quæ salutem quidem oranti vaticinentur, sed ruinam inimicis, à quibus liberari postulauit. Hæc itaque ex Spiritu sancto prædicit; aliqua quidem de seipso in his significans: *Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ:* alia verò de aduersarijs suis, siue de Ziphæis, & spiritualibus aliquibus, & occultis inimicis, & ipsi inuidentibus profectum secundùm Deum. Iuxta Symmachum verò, *Retribuet*, inquit, *mala circumdantibus me, in veritate tua fac illos obmutescere.* Et obserua, num hæc Historiæ non benè consentiant. Cùm Ziphæi vellent ipsum apud se occultari, quasi detegentes & circumdantes traduxerunt eum apud Saülem. Quapropter, vti verosimile est, ipsos innuens dixit: *Retribuet mala circumdantibus me, in veritate tua fac ipsos obmutescere.* Bonum enim silentium, ne istiusmodi aduersus me calumnijs vtantur. Ceterùm pro, *Voluntariè sacrificabo tibi*, Aquila legit, *Voluntariam oblationem sacrificabo tibi.* Cùm enim exul & extorris ac domus exors existeret, in locis desertis commorabatur, & quem adinuenerat sacrificandi modum tenebat. Quis autem iste? *Voluntariam*, inquit, *oblationem sacrificabo tibi.* Sufficit enim spontanea & prompta voluntas, quâ sacrificium offeram. Non ignorabat enim Deum facilè quidem excusare à cruentis illis, & quæ in animalium cæde fiunt, sacrificijs; rationale verò, quod per laudem fit, sacrificium diligere. Hoc igitur, inquit, sacrificium sacrificabo tibi, ipsammet animi mei promptitudinem ac voluntatem, ac libertatem offerens tibi.

Sacrificium voluntarium Deo gratum.

THEODORETI. Ego autem hæc adeptus, cum omni alacritate grata tibi sacrificia offeram; ac sacrificandi ritum edocens, subiunxit: *Confitebor nomini tuo Domine.*

THEODORI. Cùm hæc euenerint, cum magna diligentia & alacritate gratiarum actionis sacrificia tibi offeram, istud *diligen-*

μηνύεται εἰς παράστασιν τῆς βεβαίας τῶν γινομένων. Ἀληθῆ οὖν καὶ βεβαίαν καὶ ἰσχυρὰν τὴν ἐξολόθρευσιν αὐτῶν ἐργάζεται, τουτέστι σφόδρα αὐτοὺς ἀφανιεῖ.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΤΩ ΟΝΟΜΑΤΙ ΣΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸ διάψαλμα μεταβολὴν εἰργάσατο τῆς διανοίας· τὰ μὲν γὰρ ὡς ἐν προσευχῇ ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ, τὰ δὲ προφητικῶς ἐπιλέγει, τὰ θεσπίζοντα σωτηρίαν μὲν τῷ εὐξαμένῳ, πτῶσιν δὲ τοῖς ἐχθροῖς, ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι ηὔξατο. Ταῦτα οὖν ἐξ ἁγίου πνεύματος προφητεύει· τὰ μὲν περὶ αὐτοῦ σημαίνων ἐν τούτοις· Ἰδοὺ γὰρ ὁ Θεὸς βοηθεῖ μοι, καὶ ὁ κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου· τὰ δὲ περὶ τῶν ἐναντίων αὐτοῦ, ἤτοι περὶ τῶν Ζιφαίων, καὶ νοητῶν τινῶν, καὶ ἀφανῶν ἐχθρῶν, καὶ διαφθονουμένων αὐτῷ τῇ κατὰ Θεὸν προκοπῇ. κατὰ δὲ τὸν Σύμμαχον, ἀνταποδώσει, φησί, κακὰ τοῖς ἀποτειχίζουσί με, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς. Καὶ ὅρα εἰ μὴ συμφωνεῖ ταῦτα τῇ ἱστορίᾳ. Ἐπειδήπερ οἱ Ζιφαῖοι βουλόμενοι αὐτὸν κρύπτεσθαι παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ ἀπογυμνοῦντες καὶ ἀποτειχίζοντες διέβαλον πρὸς τὸν Σαούλ. Διόπερ ὡς εἰκὸς αὐτοὺς αἰνιττόμενος ἔλεγεν. Ἀνταποδώσει κακὰ τοῖς ἀποτειχίζουσί με, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου ἀποσιώπησον αὐτούς. Καλὴ γὰρ ἡ σιωπή, ἵνα μὴ τοιαύταις κατ' ἐμοῦ χρῶνται διαβολαῖς, ἀντὶ δὲ τοῦ ἑκουσίως θύσω σοι, ὁ Ἀκύλας, ἑκουσιασμῷ θυσιάσω σοι. Ἐπειδήπερ γὰρ ἄπολις καὶ ἄοικος, καὶ ἀνέστιος ὤν, ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐποιεῖτο τὰς διατριβάς, καὶ ὃν ἐξεῦρε τρόπον θυσίας. Τίς δὲ ἦν οὗτος; ἐν ἑκουσιασμῷ, φησί, θυσιάσω σοι. Ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἑκουσιότης καὶ ἡ προαίρεσις, δι' ἧς ἀναπέμψω τὴν θυσίαν. Οὐ γὰρ ἠγνόει τὸν Θεὸν παραιτούμενον μὲν τὰς δι' αἱμάτων καὶ ζώων σφαγῆς θυσίας, λογικὴν δὲ θυσίαν τὴν δι' αἰνέσεως ἀσπαζόμενον. Ταύτην οὖν, φησί, τὴν θυσίαν θύσω σοι, αὐτὸ τὸ ἐπ' ἐμοὶ ἑκούσιον καὶ τὸ θέλημά μου, καὶ τὴν ἐμὴν προαίρεσιν ἀνατιθεὶς σοι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐγὼ δὲ τούτων ἀπολαύσας, σὺν πάσῃ προθυμίᾳ τὰς θυμήρεις σοι προσοίσω θυσίας· καὶ διδάσκων τῆς ἱερουργίας τὸ εἶδος, ἐπήγαγεν· Ἐξομολογήσομαι τῷ ὀνόματί σου κύριε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τούτων γενομένων, μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς καὶ τῆς προθυμίας τὰς εὐχαριστηρίους προσάξω σοι θυσίας, καλῶς τὸ προ-

προθύμως ἑκουσίως εἰπών· ἐπειδὴ ταῦτα μάλιστα προθύμως ποιοῦμεν, ἅπερ ἂν ἑκοντὶ διαπραττόμεθα.

Ἡσυχίου. Ἀκούσιον γὰρ θυσίαν ὁ Θεὸς οὐ προσδέχεται· οὐδέποτε γὰρ τῷ προσφέροντι, ἀλλὰ τῷ ἀναγκάζοντι τὴν προσφορὰν λογίζεται. Ὅπερ εἰδὼς καὶ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος, ἔλεγε· Μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης· ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός. Σὺ δὲ καὶ ἀπὸ καιροῦ τὸ ἑκούσιον νόησον. Πολλάκις γὰρ θλίψει περιπεσόντες γινόμεθα ἑαυτῶν εὐλαβέστεροι. Χρὴ δὲ ἡμᾶς καὶ τῆς θλίψεως μεταβληθείσης παραπλησίως εὑρίσκεσθαι.

Εὐσεβίου. Εὐχαριστήσω δέ, φησιν, ὑπὲρ τῶν γεγονότων, ἐπειδὴ καὶ κάλλιστον τὸ εὐχαριστεῖν· βεβαιοῖ γὰρ τὰ δοθέντα ἀγαθά. Τὸ δὲ ἐξομολογήσομαί σοι, σαφέστατα ἐπὶ τοῦ παρόντος τὴν ἐξομολόγησιν ἀντὶ εὐχαριστίας ἔλαβεν.

Θεοδωρήτου. Τὴν τῆς αἰνέσεώς σοι προσοίσω θυσίαν, τὰς σὰς εὐεργεσίας διεξιών, τοῦτο γὰρ κἀμοὶ ὠφέλιμον καί σοι καταθύμιον· δίκαιον δέ με τοῦτο ποιεῖν, καὶ συμφέρον ἀπαλλαγέντα παντοδαπῶν θλίψεων.

Ἡσυχίου. Τῶν πολεμίων τὸν ὄλεθρον θεασάμενος, ἐξομολόγησιν εἶπεν τὴν εὐχαριστίαν· ἀγαθὸν γὰρ τὸ ἐπ' αὐτῇ κατόρθωμα· ὁ γὰρ εὐχαριστῶν τῷ εὐεργέτῃ, φιλοτιμότερον αὐτὸν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐργάζεται· ἡ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων ὧν ἔχει καὶ τῶν μελλόντων λύτρωσις, αὐτῷ ἐργάζεται οἰκείωσιν Θεοῦ, ἐλπίδα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, πάσης θλίψεως ἀπαλλαγήν, ὥστε εἰς μακαριότητα τοιούτῳ ὁ βίος μεθίσταται.

Θεοδώρου. Ὑπὲρ ἀμφοτέρων δὲ εὐχαριστήσω· ἀμφότερα γὰρ ἅπερ ἐχαρίσω μεγάλα· ὅτι τῶν κινδύνων ἐρρύσω, καὶ ὅτι τῶν ἐχθρῶν ἰδεῖν με τὴν ἀπώλειαν παρεσκεύασας.

ter, seu *alacriter*, rectè *voluntariè* dicens; quoniam ea maximè alacriter facimus, quæ spontè peragimus. CATENA PATRVM.

Hesychii. Inuoluntarium enim sacrificium Deus minimè suscipit; siquidem tunc non offerenti, sed cogenti oblationem attribuit. Quod cùm sciret quoque Paulus Apostolus, dixit: *Non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus.* Tu verò etiam ex tempore voluntatis promptitudinem considera. Sæpè enim cùm in afflictionem inciderimus, nobis ipsis pientiores euadimus. Oportet autem cessante etiam afflictione nos similiter gerere.

Inuoluntaria dona Deus non admittit.

2. Cor. 9, 7.

Oportet semper sibi similem esse in bono.

Evsebii. Gratias, inquit, agam pro ijs quæ acciderunt, quoniam optima est gratiarum actio; siquidem bona data confirmat. Istud autem, *confitebor tibi*, in præsentiarum clarissimè accepit confessionem pro gratiarum actione.

Theodoreti. Laudis sacrificium tibi offeram, beneficia tua commemorans, quoniam illud & mihi vtile, ac tibi gratum existit: me autem ab omnigenis tribulationibus liberatum, hoc agere æquum est atque vtile.

Sacrificium laudis quale.

Hesychii. Viso inimicorum interitu, confessionem dixit gratiarum actionem: bonum enim est quod in ipsa rectè agitur: nam qui benefactori gratias agit, in posterum promptiorem ipsum reddit; peccatorum autem præsentium ac futurorum redemptio conciliat ipsi familiaritatem Dei, futurorum bonorum spem, omnis afflictionis liberationem, ita vt ad beatitudinem istiusmodi vita transferatur.

Theodori. Pro vtrisque autem gratias agam; siquidem vtraque quæ concessisti magna sunt; quoniam à periculis me liberasti, & inimicorum interitum me videre fecisti.

ANNOTATIONES CORDERII.

Titvlvs indicat Psalmi argumentum, quod describitur lib. 1. Regum cap. 23. vbi Ziphæi, ad quos Dauid confugerat, ipsum Saüli produnt. Est autem *Ziph* duarum vrbium nomen in possessionibus Iudæ, vt habetur Iosue 15, 24, 55. simulque mons adiacens, siue etiam desertum sic denominabatur. Lorinus noster etymologiam huius nominis deducit à זפת, *Zephet*; quæ vox picem aut bitumen significat; indeque loco nomen inditum putat Arias in Iosue, & Abulensis in 1. Reg. 23. vt nempe vocarentur Ziphæi, qui faciebant picem. Meritò autem proditores *piceos* cognominaueris & bituminosos, iuxta parœmiam, *Mus picem gustans*; quia vt plurimum malè ipsis cedit proditio. Tales erant Ziphæi isti, qui Dauidem blandè excipientes, interim eum Saüli prodiderunt. S. Augustinus videtur ad aliam notionem

Ziph quid; & nominis etymologia ac significatio.

Proditores picei rectè dicti.

ANNOTATIONES CORDERII.

Alia etymologia & notio vocis Ziph. Matt. 6, 30. Coloss. 3, 4.

tionem allusisse, nempe זִיו *Ziu*, vel זִיז *Ziz*, quòd *splendorem* ac *gloriam* significat: *Ziphæos* enim interpretatur *florentes*; & designat illos qui hîc florent, & quasi virent rerum copiâ temporalium: quorum gloria est vt flos fœni, *quod hodie est, & cras in clibanum mittitur:* inter quos latet Dauid, id est, sancti; quorum *vita est abscondita cum Christo in Deo*; dum inter illos sunt viles & absconditi. S. Hilarius autem in Glossa adhuc aliam assignat illius vocis notionem, dicens: *Ziphæi* Hebraicè sunt *aspersiones oris*, & designant proditores qui labijs honorant. Nyssenus autem tract. 2. in Psalmos cap. 13. per *Ziphæos* in arenti desertoque loco dæmonas intelligit, qui, quò minùs per angustam arctamque viam salutis ingrediamur, impediunt, ac veluti Principi suo produnt, ac deferunt.

Ziphæi dæmonas designant.

Dei nomen in periculis inuocandum.

3. *Deus in nomine tuo saluum me fac.*] Hostilibus copijs vndique occlusus Dauid sic, vt quocumque pedem moueret, præsentissimum occurreret exitium; haudquaquam tamen animum desponder, sed diuini nominis fiduciâ fretus, ex omnibus illis periculis liber & illæsus emergit. *Dicamus igitur & nos semper* (inquit B. Ephræm Serm. in 40. Martyres) *Deus in nomine tuo salua nos, & mox emittet auxilium suum ab alto: hoc etenim Daniel proclamans, in lacu etiam ferarum agrestium fauces effugit: huius quoque Propheta meminit Ionas in ventre ceti, & ab omni interitu saluata est vita eius: ex medio ardentis ignis sanctissimum hoc nomen tres pueros liberauit*, &c. Plura de diuini nominis inuocatione ac patrocinio vide superiùs ad Psal. 19. ver. 6. & Psal. 32. ver. 2. & sparsim alibi annotata.

IBIDEM. *In virtute tua iudica me.*] Græcè κρῖνόν με: cuius loco Aquila & V. Editio κρινεῖς με, *iudicabis me*: quod est in multis codicibus, & apud Theodoretum: Scholion putat legendum κρινεῖς μοι, *iudicabis mihi*. de qua locutionum diuersitate dictum superiùs in Commentario Græco ad hunc locum. Symmachus, δικάσεις, *iudicio persequeris, iudicabis*, vt scilicet sententiam pro me feras & innocentem liberes: S. Hieronymus, *Et in fortitudine tuâ vlciscere me:* Chaldaicè, *In spiritu fortitudinis iudica me.*

Alieni qui.

5. *Alieni insurrexerunt.*] Paraphrasis superiùs posita intelligit *Assyrios*; sed meliùs Commentarius, & Eusebius in Catena, intelligunt *Ziphæos*, & *Saulem:* qui licet genere & affinitate propinqui essent, erant tamen animo alieno & infesto erga Dauidem. Simpliciori igitur sensu *alieni* intelliguntur, abalienati & inimici. Nam cùm vicinitas, hostes quoque ipsos, ad aliquam humanitatem flectere soleat, Dauid, vt eorum truculentiam amplificet, à quibus non minùs violenter impetebatur quàm quispiam ignotus, & ferè natus in alio orbe, dicit ab alienis in se impetum fieri; significans eos belluino furore ruere, & abiecto omni humanitatis sensu, non secùs ac rabiosas feras in eius perniciem ferri. Vnde etiam *quærere animam* dicuntur; vt quorum crudelitas nullâ mediocri læsione contenta, satiari non posset, nisi morte. Quò autem meliùs effrenem rabiem exprimat, nullum illis esse Dei respectum dicit: quia hoc solum erat frenum quo poterant cohiberi, si venisset illis in mentem, sedere mundi iudicem in cælo; ad cuius tribunal, semel omnibus reddenda sit vitæ ratio: exclusâ

Qui dicantur quærere animam.

verò Dei memoriâ nullus erat moderationi locus. Hinc mirum non est Dauidem expauefactum, sub Dei tutelam confugisse; quâ & protectus fuit, vt sequenti versu testatur.

6. *Ecce enim Deus adiuuat me*, &c.] Vbi demonstratiuum aduerbium magnam emphasin continet. Necesse enim fuit ipsum mirâ fidei ac fiduciæ virtute excellere, quâ tot obstacula transscendens, ab ipsis inferis vsque ad Deum celeriter penetraret; quo præside ac directore futurus sit omnibus aduersarijs superior.

7. *Auertet mala.*] Græcè ἀποστρέψει. Vnde benè notat Iansenius eo quoque modo legisse S. Augustinum, quamquam in impressis libris habeatur, *Auerte*; quod satis patet ex eo quòd coniungat hanc partem cum illa præcedenti, *Dominus susceptor est animæ meæ*; tum etiam ex Commentario. Eadem corruptio manifestior est in D. Hilario; apud quem, etsi etiam legatur *conuerte*, tamen eum legisse *conuertet*, manifestissimum est. Tres enim illas partes, *Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ, conuertet mala inimicis meis*, in vnum versum coniungens, singulas dicit respondere membris versus præcedentis. *Ecce alieni insurrexerunt aduersum me*, &c. Ac mox expositurus partem quæ sequitur, *In veritate tua disperde illos*; deinde, inquit, rursum fit ad personam Dei, ad quem primùm deprecatio erat cœpta, conuersio. Itaque mox ante hæc verba non intellexit esse verba ad Deum. Nec in libris nostris emendatioribus, vti nec in Græco, est coniunctio *&*, sed tantùm, *In veritate tua disperde illos.* In quo versu etiam cauendum, ne quis cum S. Augustino legendum putet, *In virtute tua*, cùm Græcè sit ἐν τῇ ἀληθείᾳ.

8. *Voluntariè sacrificabo tibi.*] Id est animo voluntario, vltrò, spontaneè, libenter, vel vltra debitum, spontaneâ oblatione: quæ pertinebat ad gratiarum actionem, & erat species sacrificij pacifici. q. d. Sacrificium supererogationis, oblationem spontaneam & voluntariam sacrificabo tibi. Id est, non tantùm offeram quæ mihi iniunxisti, & ad quæ me obligasti; verùm etiam addam multa sponte & liberè: quod sibi vult hoc loco vox Hebræa בִּנְדָבָה *Bindabah*. Hoc ipsum imitabantur Pagani, vt apud Virgil. lib. 8. Æneid.

Voluntarium sacrificium quale.

> *Communemque vocate Deum, & date vina volentes.*

Vnde perperàm contra vota hoc loco abutuntur hæretici: nam illud *voluntariè* opponitur dumtaxat tristitiæ & coactioni, non autem necessitati, quæ oritur ex præcepto, vel voto; præterquam quòd vota in se ipsis maximè sint libera, & opus ex sola obligatione voti plerumque perfectius sit quàm ex necessitate præcepti. Solet enim tale opus esse nobilius, cùm Deus minora imperet, de maioribus consilium det; & plerumque ad opus non imperatum maior alacritas & promptitudo concurrit. Ideoque, vt scribit S. Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, *plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum; maiorisque gratiæ est offerre quod non debeas, quàm reddere quod exigaris.* Vide hæc fusiùs apud Lorinum deducta. Primas autem in omni munere partes tenet animus liberalis: nempe non à pretio, aut magnitudine, sed à spontaneo animo & voluntate grata Deo munera

Vota sunt maximè voluntaria sacrificia.

munera sunt; nec placere ei poterit, qui maxima & preciosissima quæque inuitus & reluctans obtulerit. Ita S. Valerianus Hom. 3 de arcta & angusta via; qui versum hunc, *Voluntarie sacrificabo tibi*, sic premit: *Quamuis parua, ex voto offerentis magna fiunt munera; consumunt verò auctorem suum beneficia, quæ constiterint extorta: sic denique semper plangit quod erogauit, qui communium inuitus instituit.* Sic ille, coniurans cum Seneca lib. 4. de Beneficijs cap. 18. dicente: *Ingratum voco, quisquis metu gratus est.* Vides quomodo animus inueniat liberalitatis materiam, etiam inter angustias, cùm semetipsum Deo deuouet? Non quanti quæque sint, sed quali dentur animo, quàm pronâ voluntate perspiciendum est. Multum dat Deo, imò dat omnia, qui quotidie se suamque voluntatem diuinæ penitissimè transscribit. Facundissimè ad hunc locum S. Augustinus: *Quare*, inquit, *voluntariè? quia gratis amo quod laudo: laudo Deum, & in ipsa laude gaudeo; ipsius laude gaudeo, quo laudato non erubesco. Gratuitum sit quod amatur & quod laudatur. Quid est gratuitum? ipse propter se, & non propter aliud. Quod premium accepturus es à Deo ò auare? non tibi terram, sed seipsum seruat, qui fecit cælum & terram.* Voluntariè sacrificabo tibi: *noli ex necessitate. Si enim propter aliud laudas Deum, ex necessitate laudas: si adesset tibi quod amas, non laudares Deum. Vide quid dicam. Laudas Deum v. g. vt tibi det amplam pecuniam. Si haberes aliunde amplam pecuniam, non à Deo, numquid laudares Deum? Si ergo propter pecuniam laudas Deum, non voluntariè sacrificas Deo, sed ex necessitate sacrificas; quia præter illum nescio quid aliud amas. Contemne omnia, ipsum attende, ipsum gratis dilige; quia melius ab eo non inuenis quod det quam seipsum.* Et confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est: *ob nihil aliud, nisi quia bonum est. Numquid ait, Confitebor nomini tuo Domine, quia das mihi fructuosa prædia, quia das mihi aurum & argentum, quia das mihi latas diuitias, excellentissimam dignitatem? non; sed quid!* Quoniam bonum est. *Melius nihil inuenio quàm nomen tuum; ideò confitebor nomini tuo Domine, quia bonum est.*

ANNOTATIONES CORDERII.

IN PSALMVM LIV. ARGVMENTVM.

α´. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις συνέσεως τῷ Δαβίδ.

Εἴρηκε τὸν ψαλμὸν ὁ μακάριος Δαβίδ, ὑπὸ Σαοὺλ διωκόμενος· προθεσπίζει καὶ τὰς κατὰ τοῦ σωτῆρος τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλὰς, καὶ ἐν ἑαυτῷ προδιαγράφει τὰ τοῦ δεσπότου παθήματα, ἅτε καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ εὐεργετηθέντος πάσχων Σαούλ· ὥσπερ ὁ Χριστὸς ὑπὸ τῶν εὖ πεπονθότων. Διὸ καὶ εἰς τὸ τέλος παραπέμπει τὸν ἀκροατὴν, καὶ συνεχῶς προσέχειν ἀξιοῖ, ὡς τῆς προφητικῆς διανοίας κεκαλυμμένης, καὶ μετὰ χρόνους δεξαμένης τὸ πέρας.

Ἕτερος δὲ Μακκαβαϊκόν φησι τὸν ψαλμὸν, ὡς ἐκ τοῦ ἀρχιερέως Ὀνίου, ὃν δωροδοκηθεὶς Ἀντίοχος τῆς Ἀρχιερωσύνης ἐξέβαλεν, ἕτερον δὲ ἀντεισήγαγεν.

1. In finem, in * hymnis intellectus ipsi Dauid.

* Vulgata carminibus

Recitauit hunc Psalmum beatus Dauid, cùm eum Saül persequebatur: prædicit quoque Iudæorum aduersus Saluatorem insidias, atque in seipso prædescribit Domini passiones; vtpote & ipse passus à Saüle, de quo benè meritus fuerat; sicut Christus ab ijs quibus benè fecerat. Quare etiam in finem remittit auditorem, & rogat vt assiduè attendat sensui prophetico, tamquam occulto, & successu temporum finem habituro.

Alius ait Psalmum hunc esse Macchabaicum, quasi ex persona Oniæ Principis sacerdotum, quem Antiochus muneribus corruptus summo sacerdotio deturbauit, eique alium substituit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β´. ΕΝΩΤΙΣΑΙ ὁ θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου.

Τὸ ἐνώτισαι, ἀντὶ τοῦ, δεκτὴ γένηται ἡ προσευχή μου, ἐν τοῖς ὠσί σου, καὶ μὴ ἀμελήσῃς μου.

γ´. Πρόσχες μοι καὶ εἰσάκουσόν μου.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει ἀνθρωπινώτερον. ἄρχεται νῦν τοῦ πράγματος ἐντεῦθεν.

2. EXAVDI Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam:

Illud *Exaudi*, id est, accepta fiat oratio mea in auribus tuis, & ne negligas me.

3. Intende mihi, & exaudi me.

Id ipsum iterùm dicit more humano. Exinde igitur ad rem aggreditur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum

Quia dixerat, *exaudi me*, iam rationem exponit: Quoniam, inquit, multa me tristitia & cordis mœror occupauit ex vicissitudine calamitatum. *Exercitationem* enim hoc loco vocat malorum assiduitatem. Deinde etiam vnde calamitates istæ illatæ sint recensuit.

Exercitatio quid.

4. A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Intelligit ipsiusmet aduersarij sui. Simon autem vocabatur is qui ipsi aduersabatur.

Quoniam declinauerunt in me * iniquitatem :

* *Vulgata iniquitates:*

Hic etiam accusat commilitones eius. *Iniquitatem* autem vocat illam ipsam iniuriam, quâ deturbauerat illum de sacerdotali principatu. Et rectè dixit, *declinauerunt*, omnimodam calamitatem insinuans.

Iniquitas pro iniuria.

Et in ira molesti erant mihi.

Hæc autem, inquit, mihi ab ipsis per inuidiam contigerunt, & per odium ex ira non omnino irrationabili conflatum.

5. Cor meum conturbatum est in me : & formido mortis cecidit super me.

Ob hanc igitur, inquit, causam timidus factus sum & conturbatus, tamquam morte iam mihi imminente.

6. Timor & tremor venerunt super me: & contexerũt me tenebræ:

Tantus autem, inquit, metus mihi incumbebat, tantaque angustia, vt ne solem quidem intueri possem; sed eius radium tenebricosum esse existimarem.

Mœrentes quodammodo obfuscantur tenebris.

7. Et dixi : Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam ?

Vix igitur paululùm respirans, considerabam omnium optimam esse fugam; & volebam mihi fieri pennas sicut columbæ, vt à locis proprijs migrarem; alibi autem conquiescerem ac commorarer. Deinde etiam quò abiturus erat subiungit:

Fuga est solatium miserorum.

8. Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.

Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου· καὶ ἐταράχθην

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ἐπάκουσόν μου, λέγει τὴν αἰτίαν· Ὅτι, φησὶ, πολλὴ κατέχει με λύπη καὶ ὀδύνη καρδίας ἐκ τοῦ ἐπαλλήλου τῶν συμφορῶν. ἀδολεσχίαν γὰρ ἐνταῦθα λέγει τὴν συνέχειαν τῶν κακῶν. εἶτα καὶ πόθεν ἐπήχθησαν αἱ συμφοραὶ εἶπε.

δ΄. Ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ.

Αὐτοῦ ἐκείνου λέγει τοῦ ἀντικαθεστῶτος αὐτοῦ. Σίμων δὲ ἐλέγετο ὁ ἀντικαθεστὼς αὐτοῦ.

Ὅτι ἐξέκλιναν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν.

Ἐνταῦθα καὶ τοὺς συνεργήσαντας αἰτιᾶται. Ἀνομίαν δὲ λέγει αὐτὴν τὴν ἀδικίαν, καθ' ἣν ἐξέβαλον αὐτὸν τῆς ἀρχιερωσύνης. καὶ καλῶς εἶπεν, ἐξέκλιναν, ὁλοτελῆ τὴν συμφορὰν αἰνιξάμενος.

Καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι.

Ταῦτα δὲ μοι, φησὶν, ἐγένετο παρ' αὐτῶν διὰ φθόνον, καὶ διὰ μνησικακίαν τεχθεῖσαν ἐξ ὀργῆς οὐκ ἀλόγου.

ε΄. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί· καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ.

Διὰ ταύτην οὖν, φησι, τὴν αἰτίαν περιδεὴς τε ἐγενόμην καὶ τεταραγμένος, ὡς ἐπιστάντος ἤδη μοι τοῦ θανάτου.

ϛ΄. Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμέ· καὶ ἐκάλυψέ με σκότος·

Τοσοῦτος δὲ ἦν, φησι, ὁ περικείμενός μοι φόβος, καὶ ἀγωνία τοσαύτη, ὥστε μηδὲ τὸν ἥλιον ὁρᾶν δύνασθαι, ἀλλὰ νομίζειν εἶναι τὴν ἀκτῖνα σκοτεινήν.

ζ. Καὶ εἶπα· τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι, καὶ καταπαύσω;

Ἐλογισάμην οὖν μόλις μικρὸν, ἀναπνεύσας τὴν φυγὴν εἶναι πάντων ἀμείνω, καὶ ἐβουλόμην μοι γενέσθαι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς ἐπὶ τῷ μεταναστῆναί με τῶν οἰκείων τόπων· καταπαῦσαι δὲ ἀλλαχοῦ καὶ καταλῦσαι. εἶτα καὶ ποῦ ἔμελλεν ἀπιέναι ἐπάγει·

η΄. Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων· καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Οὕτω γάρ, φησι, κατέλαβον τόπον ἔρημον πόῤῥωθέν που διακείμενον, κἀκεῖ ἐμαυτῷ ἡσύχασα.

θ΄. Προσεδεχόμην τὸν θεὸν, τὸν σώζοντά με ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, καὶ ἀπὸ καταιγίδος.

Κἀκεῖ ἡσυχάσας, φησὶ, τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ ἀνέμενον βοήθειαν· οὐ γὰρ ἂν ἐπήρκεσεν ἀνθρωπίνη συμμαχία πρὸς τοσαύτας συμφορὰς καταιγίδα μιμουμένας. Καταιγίδα δὲ λέγει τιμωρίαν, ὀξέως κατάγουσαν εἰς ᾅδην.

ι΄. Καταπόντισον κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν·

Ἀλλ' ἐπειδὴ, φησι, δέσποτα πᾶς τόπος τῆς σῆς ἐστι δεσποτείας, καὶ νῦν ἐπάκουσόν μου δεομένου· καὶ πρῶτον μὲν ἀσυμφώνους αὐτοὺς ἀπέργασαι πρὸς τὴν κατ' ἐμοῦ πονηρίαν, καὶ καθόλου ἄπρακτον τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ποίησον. τοῦτο γὰρ λέγει, καταπόντισον.

Ὅτι εἶδον ἀνομίαν, καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει.

Ἐν τῇ πόλει τῇ Ἱερουσαλὴμ, φησίν. ἐπειδὴ ἐπλήρωσαν, φησι, τὴν πόλιν ἀνόμων πράξεων, καὶ δόλων πολλῶν, καὶ ἀδικίας ὑπερβλήτου. Ἀντιλογίαν γὰρ ἐνταῦθα τὴν βλάβην λέγει, καὶ τὴν ἀδικίαν.

ια΄. Ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλώσει αὐτὴν ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνομία·

Τὸ κυκλώσει, κυκλοῦσαν βούλεται εἰπεῖν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἄνω, ὅτι εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει, ἐφεξῆς ἐπήγαγε κυκλοῦσαν τὴν πόλιν διαπαντός· τὸ γὰρ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἀντὶ τοῦ διαπαντὸς λέγει. ὅτι διαπαντὸς πονηρία κυκλοῖ τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων.

Καὶ κόπος ἐν μέσῳ αὐτῆς,

Κόπος, ἵνα εἴπῃ ὃν παρέχουσι τοῖς εὐσεβοῦσιν οἱ ἀσεβεῖς οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες.

ιβ΄. Καὶ ἀδικία. Καὶ οὐκ ἐνέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος, καὶ δόλος.

Τόκον τὴν πλεονεξίαν καλεῖ, καὶ δόλον τὴν βλάβην. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι μεμέστωται ἡ πόλις πάντων τῶν κακῶν, καὶ τὸ δὲ μεῖζον·

Sic enim, inquit, attigi locum desertum, procul alibi situm, atque illic me ad quietem composui. PARAPHRASIS ANONYMI.

9. Expectabam * Deum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. * Vulgata eum.

Atque ibi, inquit, conquiescens auxilium à Deo præstolabar: non enim sufficiebat auxilium humanum ad tantas calamitates, quæ tempestatem imitabuntur. Tempestatem enim vocat supplicium, quod celeriter ad infernum adducat. *Tempestas pro supplicio.*

10. Præcipita Domine, & diuide linguas eorum:

Ceterùm, inquit, Domine, cùm omnis locus sit Dominationis tuæ, etiam modò me orantem exaudi: ac primùm quidem discordes ipsos effice in malitia aduersus me, & insidias eorum omnino irritas redde. hoc enim ait, *Præcipita.* *Rogat ut inimici sui discordes fiant.*

Quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate.

In ciuitate Ierusalem, inquit. Quoniam impleuerunt, inquit, ciuitatem iniquis actionibus, & dolis plurimis & iniustitiâ immensâ. Contradictionem enim hoc loco noxam vocat, & iniustitiam. *Contradictionem vocat noxam & iniustitiam.*

11. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas:

Per *circumdabit* circumdantem vult dicere. Cùm enim superiùs dixisset; *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate*; deinde subiunxit circumdantem ciuitatem semper. Nam *die ac nocte*, pro semper dicit. Quoniam semper iniquitas circumdat ciuitatem per inhabitantes.

Et labor in medio eius,

Labor, quem videlicet impij ciuitatis incolæ pijs exhibent.

12. Et iniustitia. Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus.

Vsuram appellat auaritiam, & dolum detrimentum. Vtique vult dicere ciuitatem omnibus malis refertam esse; & quod maius est: *Vsura & dolus quid.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

13. Quoniam si inimicus * exprobrasset mihi, sustinuissem vtique.

* Vulgata meus maledixisset

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me * vtique ab eo.

* Vulgata forsitan

Amicus fraudulentus inimico deterior.

Maximè accusat simulationes eorum qui cum ipso erant, quas propter familiaritatis fictionem effugere non valebat. Inimicus enim notus, & osor manifestus, caueri potest; amicum verò fictum, & occultè insidiantem, haud facilè est declinare: quapropter etiam ad ipsos orationem conuertit, cum ipsis quodammodò præsentibus contendens. Hoc enim proprium est vehementer dolentium. vnde subiungit:

14. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus:

Vnanimis, scilicet prout ego opinabar; & *dux meus*, scilicet qui fingebas te mei curam gerere: *& notus meus*, vt cui omnia credebam. Et non hoc solùm, sed etiam aliud.

* Vulgata mecum

15. Qui simul * dulces capiebas cibos:

Qui etiam, inquit, in cibis mecum communicabas, & quod ampliùs est.

In domo Dei ambulauimus cum consensu.

Et sub ipso Deo, inquit, mecum constitutus, & eumdem iudicem mecum inuocans; Hæccine, inquit, contra me machinari debueras? Hoc enim per omissionem dicit, sensu id indicante. vnde infert:

16. Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:

Falso amico nullum supplicium satis dignum.

Non enim reperitur, inquit, supplicium dignum similibus, præter mortem, eamque atrocem; ita vt etiam videntibus terrorem incutiant, sicut qui à Moyse demersi sunt. Et cur hæc?

* Vulgata habitaculis

Quoniam nequitia in * hospitijs eorum, in medio eorum.

Hospitium eorum vocat vitam eorum in terra. Quoniam, inquit, tam iniquè viuentes, tale supplicium subire merentur.

ιγʹ. Ὅτι εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέν με, ὑπήνεγκα ἄν.

Καὶ εἰ, ὁ μισῶν με, ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησεν· ἐκρύβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ.

Τὰς ὑποκρίσεις μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν συνόντων αὐτῷ, ἃς οὐδὲ διαφυγεῖν ἠδυνήθη διὰ τὴν τῆς οἰκειότητος προσποίησιν. Ἐχθρὸν μὲν γὰρ ὡμολογημένον, καὶ μισοῦντα ἐκ τοῦ προφανοῦς, δυνατὸν καὶ φυλάξασθαι· ὑποκρινόμενον δὲ φιλίαν, καὶ βαθέως ἐπιβουλεύοντα, οὐκ ἔστι ῥαδίως ἐκκλῖναι. διὰ τοῦτο καὶ πρὸς αὐτοὺς στρέφει τὸν λόγον, ὥσπερ μαχόμενος αὐτοῖς παροῦσι. Τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν ἄγαν λυπουμένων. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιδʹ. Σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου·

Ἰσόψυχε, ἀντὶ τοῦ, καθὼς ἐγὼ ὑπελάμβανον, καὶ ἡγεμών μου, ἀντὶ τοῦ, κήδεσθαί μου προσποιούμενε· καὶ γνωστέ μου, πάντα θαῤῥηθεὶς παρ' ἐμοῦ. καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄλλο.

ιεʹ. Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα·

Ὃς καὶ ἀλλαῖν μοι φησὶν ἐκοινώνεις, καὶ τὸ μεῖζον.

Ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ.

Καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ θεῷ, φησι, τεταγμένος σὺν ἐμοὶ, καὶ ἵνα δικαστὴν ἐπικαλούμενος μετ' ἐμοῦ· Ταῦτα, φησιν, ὤφειλες εἰς ἐμὲ διαπράξασθαι; κατ' ἔλλειψιν γὰρ αὐτὸ λέγει τῆς διανοίας δηλούσης. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιϛʹ. Ἐλθέτω δὴ θάνατος ἐπ' αὐτούς· καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες·

Οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται, φησιν, ἀξία τιμωρία τῶν τοιούτων, πλὴν ὁ θάνατος, καὶ οὗτος ἀθρόως, ὥστε καὶ φόβον ἐγγεννῆσαι τοῖς ὁρῶσιν κατὰ τοὺς ἐπὶ Μωσέως καταποθέντας. καὶ τίνος ἕνεκα ταῦτα;

Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν, ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Παροικίαν αὐτῶν καλεῖ τὴν ζωὴν αὐτῶν τὴν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἐπειδή φησι παρανομίᾳ τοιαύτῃ συζήσαντες, τοιαύτην δίκαιοί εἰσιν ὑπέχειν τιμωρίαν.

ιζʹ. Ἐγὼ

ιζ'. Ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα· καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσέ μου.

Ὑπὲρ τοιούτων οὖν πραγμάτων παρακαλῶ εἰσάκουσόν μου, ὑπὲρ τοῦ δοῦναι δίκας τοὺς ἀσεβοῦντας καὶ πονηρευομένους. Τὸ γὰρ, εἰσήκουσέ μου, ἀντὶ τοῦ εἰσάκουσόν μου λέγει. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιη'. Ἑσπέρας, καὶ πρωῒ, καὶ μεσημβρίας διηγήσομαι, καὶ ἀπαγγελῶ, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου.

Ἵνα εἴπῃ ὅτι διαπαντὸς τοῦτο ποιῶ, καὶ προσφέρω τὴν δέησίν μου. Τὸ γὰρ διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, τοῦτο λέγει, ὅτι διαπαντὸς προσοίσω σοι τὴν δέησιν, ἐπὶ τῷ ἀκουσθῆναί με, φησὶ, διαπαντός.

ιθ'. Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου, ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι·

Ἵνα τὴν ἐμὴν, φησι, ψυχὴν παραδόξως λυτρώσῃ ἀπὸ τῶν δοκούντων ἐγγίζειν μοι, καὶ φιλεῖν προσποιουμένων.

Ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί.

Τὸ σὺν ἐμοὶ, ἀντὶ τοῦ κατ' ἐμοῦ. ὅτι σύστημά φησι κακῶν γενόμενοι, οὕτως ὅλοι ἐχώρησαν κατ' ἐμοῦ.

κ'. Εἰσακούσεται ὁ θεὸς, καὶ ταπεινώσει αὐτοὺς, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων.

Οὐ γὰρ ἕξουσί, φησι, πρὸς ἄλλον θεὸν καταφυγεῖν, ὅταν παρὰ σοῦ τιμωρῶνται τοῦ ἀϊδίου καὶ μόνου.

Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸν θεόν·

Οὐδὲ γὰρ ἕξουσί, φησι, θυσίαν προσενεγκεῖν ἀνάλογον τῆς πονηρίας αὐτῶν. Οὐ γὰρ εὔωνος εἶ δέσποτα, οὐδὲ θυσίαις παραδίδως τὴν τῶν ἀδικούντων τιμωρίαν.

κα'. Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι.

Τὸ ἐξέτεινεν ἐνήλλακται πάλιν κατὰ τὸν χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου δέσποτα ἐν τῷ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τὰ κακά. Ὑπερβολὴν δὲ καὶ ἐπίτασιν βουληθεὶς σημᾶναι, εἶπε τὸ ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου, ἀπὸ τοῦ τοὺς τύπτοντας σφοδρότερον τύπτειν, ὅταν ἐκτείνωσι τὰς χεῖρας· καὶ διὰ τί τοῦτο αἰτεῖ, ἐπάγει·

PARAPHRASIS ANONYMI.

17. Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus * exaudiuit me.

* Vulgata saluabit

Pro istiusmodi igitur rebus rogo exaudi me, vt impij & maligni pœnas luant. Nam istud, *exaudiuit me*, dicit pro exaudi me. vnde subdit:

18. Vespere, & manè, & meridie narrabo, & annuntiabo: & exaudiet vocem meam.

Ac si dicat: Quoniam assiduè hoc ago, & orationem meam offero. Nam istud, *narrabo & annuntiabo*, idem est quod assiduè tibi offeram orationem, vt semper, inquit, me exaudias.

19. Redimet in pace animam meam, ab his qui appropinquant mihi:

Vt animam, inquit, meam mirabiliter liberet ab his qui mihi appropinquare videntur, & amicitiam simulant.

Quoniam * in multis erant mecum.

* Vulgata inter multos

Istud *mecum*, id est, contra me. Quoniam, inquit, facto exercitu malorum, sic contra me omnes egressi sunt.

20. Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante sæcula.

Non enim, inquit, poterunt ad alium Deum confugere, quando à te Deo solo & æterno punientur.

Subdoli nullâ veniâ digni.

Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum:

Nam non habebunt, inquit, sacrificium malitiæ suæ conueniens, quod offerant. Non enim vilis es Domine, neque sacrificijs condonas supplicium impiorum.

21. Extendit manum suam in retribuendo.

Istud *extendit* iterùm secundùm tempus mutatum est. vult enim dicere: Extende manum tuam Domine, vt retribuas illis mala. Cùm enim excessum & intensionem significare vellet, dixit illud, *Extende manum tuam*, exemplo verberantium, qui vehementiùs feriunt, quando manus extendunt; & cur hoc petat subiungit:

Quomodo Deus dicatur manum extendere.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Contaminauerunt testamentum eius,

Testamento enim, inquit, tuo, ac legibus tuis, iniustitiam, & iniquitatem ac simulationem prohibentibus, contraria facientes, præcepta tua violarunt.

Ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ,

Τῆς γὰρ διαθήκης σου φησὶ, καὶ τῶν νόμων τῶν σῶν ἀπαγορευόντων τὸ ἀδικεῖν καὶ παρανομεῖν, καὶ ὑποκρίνεσθαι, πάντα τὰ ἐναντία διαπραξάμενοι, ἠκύρωσαν τὰ προστάγματά σου.

22. Diuisi sunt ab ira vultus eius:

Rursus istud, *diuisi sunt*, pro *diuidantur* dicit. Vult igitur dicere q. d. Ipsemet etiam Domine irâ tuâ ipsos dissipa, vt irritum euadat consilium eorum quo inter se conspirarunt ac conuenerunt. Quam ob causam?

κβʹ. Διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ·

Πάλιν τὸ διεμερίσθησαν, ἀντὶ τοῦ διαμερισθήτωσαν λέγει. βούλεται ἂν εἰπεῖν ὅτι ἐκείνων διάσπασον καὶ αὐτὸς τῇ ὀργῇ σου καθάπερ ἄλλοι αὐτοὺς, ὥστε ἄπρακτον αὐτῶν γενέσθαι τὴν βουλὴν, τὴν διὰ τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. Τίνος ἕνεκα;

* Vulgata appropinquauit cor illius.

Et * appropinquarunt corda illorum.

Quoniam, inquit, simulabant se corde suo mihi appropinquare, id est, me curare, sed rebus ipsis contrarium agere comperti sunt. Quale illud?

Καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν.

Ἐπειδὴ ὑποκρινόμενοι, φησιν, ἐγγίζειν ἐδόκουν μοι τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, τουτέστι, θεραπεύειν με, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον ἀπὸ τῶν πραγμάτων εὑρίσκοντο ποιοῦντες. ποῖον τοῦτο;

* Vulgata eius

Molliti sunt sermones * eorum super oleum: & ipsi sunt iacula.

Fraudulentorum verba sunt sagittis truculentiora.

Iacula vocat sagittas. Vult itaque dicere, quòd cùm verbis valdè blandirentur, insidijs suis acutiùs sagittis vulnerarent. Deinde etiam post preces istiusmodi, quod exanimatorum quoque impiorum proprium est, vt inducias aliquas & consolationem excogitent, hoc ipsum faciens, omnem spem in Deum transfert. vnde sibi ipse præcipit, & ait:

Ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον· καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες.

Βολίδας καλεῖ τὰ βέλη. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι τοῖς λόγοις ἄγαν κολακεύοντας, βελῶν ὀξύτερον ἐτίτρωσκον ταῖς ἐπιβουλαῖς. εἶτα καὶ μετὰ τὰς δεήσεις τὰς τοιαύτας, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον τῶν ἀθυμούντων καὶ ἀσεβούντων, ἀνακωχήν τινα καὶ παραμυθίαν ἐπινοεῖν, τοῦτο ποιῶν, πᾶσαν ἐπὶ τὸν θεὸν μετατίθησι τὴν ἐλπίδα. ὅθεν ἑαυτῷ ἐγκελεύεται, καί φησιν.

23. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet:

Istud *enutriet* idem est quod viuere faciet, quocumque voluerit modo.

κγʹ. Ἐπίρριψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει·

Τὸ διαθρέψει, ἀντὶ τοῦ ζῆσαι ποιήσει, οἵῳ δ' ἂν βουληθείη τρόπῳ.

Non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Deus suos non deserit in æternum.

Pulchrè, *in æternum*. Quoniam tentari quidem ipsos patietur; verumtamen non penitus derelinquet eos. Sed illos quidem mirabiliter è calamitatibus liberat; malignos verò extremo tradit supplicio. vnde subiungit:

Οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ.

Καλῶς εἰς τὸν αἰῶνα. πειρασθῆναι μὲν γὰρ αὐτοὺς συγχωρήσει, οὐκ ἐγκαταλείψει δὲ αὐτοὺς παντελῶς. Ἀλλὰ τοὺς μὲν παραδόξως ἀπαλλάττει τῆς συμφορᾶς· τοὺς δὲ πονηροὺς τῇ παντελεῖ παραδίδωσι τιμωρίᾳ. ὅθεν ἐπιφέρει

24. Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.

Deus pijs parcit, impios perdit.

Siquidem pijs, inquit, parcis, & eorum curam geris, impios verò in barathrum malorum deducis; & simili modo prauitatem ipso-

κδʹ. Σὺ δὲ ὁ θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς.

Τῶν μὲν γὰρ εὐσεβῶν καὶ φείδῃ φησὶ, καὶ κήδῃ, τοὺς δὲ ἀσεβοῦντας εἰς βάθος κακῶν κατάγεις, καὶ διαφθείρεις ἀναλόγως αὐτῶν τῇ πονηρίαν,

ρίαν, ὥστε μὴ παντελῆ τὴν ἐξ αὐτῶν κακίαν ἐπάγειν τοῖς δικαίοις. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἄνδρες αἱμάτων, καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὰς ἡμέρας αὐτῶν·

Οὐδὲ γὰρ συγχωρεῖς τοῖς τοιούτοις, φησί, δέσποτα (τοῖς φονικοῖς καὶ δολίοις φημί) ἄχρι τοῦ παντελῶς βλάπτειν τοὺς εὐσεβοῦντας· ἐγκόπτεις δὲ αὐτοῖς τρόπον τινὰ μεσοπάτιον τὴν ζωήν, ἵνα ἐκκόψῃς αὐτῶν τῇ ζωῇ τὴν πονηρίαν. Τὸ γὰρ ἡμισεύσουσιν ἀντὶ τοῦ· οὐδὲ γὰρ ἄχρι τοῦ ἡμίσεως τῆς ζωῆς αὐτῶν συγχωρήσεις αὐτοῖς εἶναι πονηροῖς, ἐπάγων αὐτοῖς τὸν θάνατον.

Ἐγὼ δὲ κύριε ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.

Ἐπὶ τούτοις οὖν, φησί, δέσποτα τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ἐθέμην πρός σε, ἐπὶ τῷ ἐμὲ μὲν ῥυσθῆναι τῶν κακῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς περιβληθῆναι τιμωρίαν.

rum consumis, ne omnimoda malitia ex ipsis in iustos redundet. vnde subdit: COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Viri sanguinum, & * dolositatis non dimidiabunt dies suos: * Vulgata dolosi

Talibus enim, inquit (nempe homicidis & dolosis) Domine non permittis, vt vsque in finem omnino iustos lædant: sed vitam ipsis quodammodò mediam abrumpis, vt è vita illorum rescindas prauitatem. Nam istud *dimidiabunt* idem est ac si dicat: Non permittes ipsos vsque ad medietatem vitæ suæ malos esse, mortem ipsis irrogans. *Vita improborum abbreuiatur.*

Ego autem sperabo in te Domine.

In his igitur, inquit, Domine, omnem spem meam in te collocaui, vt me quidem à malis liberes, peruersi verò supplicio tradantur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. ΕΝΩΤΙΣΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣΕΥΧΗΝ.] Ἐνωτίζεταί τις ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ λέγοντος· εἰς τὰ ὦτα τὸν λόγον δεχόμενος. Προσκαλεῖται δὲ διὰ τούτων τὴν τοῦ ἀγωνοθέτου ἀκοήν, λέγων, ἐνώτισαι, καὶ προσχεῖν αὐτοῦ τῇ ἀθλήσει παρακαλεῖται, ὑποδεικνὺς διὰ τοῦ λόγου τῶν ἀγώνων τοὺς πόνους· λύπην δὲ καὶ ἀδολεσχίαν, καὶ θλῖψιν ἁμαρτωλοῦ διηγούμενος, καὶ οἷόν τινα ἀγωνίσματα ταῦτα ὑπὸ τῷ ἀγωνοθέτῃ ἐνδεικνύμενος, καὶ πρὸς τούτοις καρδίας ταραχήν, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις· ὧν πάντων, μίαν ἐπίνοιαν εὕρατο πρὸς ἀποφυγήν, τὸ πτερωθῆναι, καὶ μετάρσιον γενόμενον ἐκεῖ καταπαῦσαι, οὗ ἐρημία μὲν τῶν παθῶν, εὐθαλὴς δὲ τῶν θείων συνουσία, οὗ ἀσυλευθεὶς ὑπὸ τῆς κάτω ὀλιγοψυχίας, καὶ τῆς τῶν πειρασμῶν καταιγίδος· ἐκεῖ προσδέξασθαι τὴν σωτηρίαν αἰτεῖ, οὗ ἀφανίζεται ἡ κακία. τὸ γὰρ καταποντιζόμενον ἀφανίζεται, καὶ ἀπόλλυται πᾶν ὅπερ τοῦ συνεστῶτος διαλύεται. ἀκόλουθα δὲ καὶ ὅσα ἑξῆς, λέγει τὴν τῆς πόλεως ὑπογραφὴν τὴν ἐκ πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων συνῳκισμένην· τοὺς κακοὺς ταύτης οἰκήτορας, ἀνομίαν λέγων καὶ ἀντιλογίαν περιπολοῦσαν τὸ τεῖχος, καὶ ἀδικίαν καὶ κόπον ἀναστρεφόμενον, τὸν κακὸν δῆμον, τὰς πλατείας περιπολοῦντα, τόκον καὶ δόλον, καὶ τῶν εἰρημένων

2. EXAVDI DEVS ORATIONEM.] Exaudit quis, cùm vicinus existens, loquentis sermonem in aures admittit. Implorat autem per hæc munerarij attentionem, dicens, *Exaudi*; & rogat vt ad luctam suam attendat, sermone hoc certaminum suorum labores insinuans: tristitiam autem, & exercitationem & afflictionem peccatoris enarrans, atque hæc veluti certamina quædam sub agonotheta exhibens, atque insuper cordis perturbationem, atque his maiora, è quibus omnibus vnicum excogitando adinuenit effugium, si assumptis alis, & sublimis effectus, ibi requiesceret, vbi solitudo quidem passionum, sed fertilis est rerum coniunctio diuinarum, vbi à terrena pusillanimitate & à tentationum tempestate protegatur; ibi salutem consequi postulat, vbi aboletur malitia. Nam quod demersum est aboletur; & perit quidquid à consistentia diffluit. Hisce consonant illa quæ deinde recenset, describens ciuitatem prauis institutis constantem; malos eius incolas iniquitatem vocans, & contradictionem mœnia circumeuntem, & iniustitiam ac laborem versantem, plebem peruersam, plateas obeuntem, vsuram & dolum: atque eorum quæ dicta sunt omnium grauissimum dicit esse

Postulat attentionem.

Vbi sit tutum effugium.

Descriptio ciuitatis iniqua.

COMMENTARIVS HIRACLEOTÆ.

esse simulationem seu hypocrisin. Nam cùm vnanimem speciem præ se ferat, sub benigno velamine dolum abscondit. Idcircò in istiusmodi incolas iustus iudex mortem emittit, vt descendant in infernum viuentes. Postquam autem atrocia omnia circa ipsos exhibuisset, subiungit vocem dulcem, in qua ciuitatem sibi subegit.

4. QVONIAM DECLINAVERVNT IN ME INIQVITATEM.] Manifestiùs Symmachus dixit: *Quoniam proiecerunt super me impietatem, & in ira aduersabantur mihi*. Aquila pro iniquitatibus res inutiles posuit. Iniqui hoc modo declinauerunt in me, vt me quoque iniquum redderent: siquidem peccatum peccatum prouocat. Vel si iniquitatem scripserit, intelligit iniustitiam eorum qui aduersus ipsum conspirabant. Illud verò, *In ira molesti erant*, id est, oderant, furiebant: κότος enim est ira permanens. Hæc, inquit, mihi faciebant propter odium ex ira irrationabili conceptum. Hanc autem ob causam, inquit, timidus factus sum & conturbatus, tamquam morte mihi iam imminente: & tanta me anxietas & timor inuasit, vt solis radius non lucere, sed obscuratus esse videretur, atque fugam rebus omnibus potiorem arbitrarer, & optarem mihi pennas fieri ad transmigrandum, & alibi quiescendum. Fugit enim verè etiam Dauid Saülem & Gethæos, cùm vtrorumq; furorem conspexisset. Columbæ autem & non alterius auis pennas dixit, significans quantum Spiritus sancti gratiam desideraret, qui in istiusmodi specie deuolauit.

Κότος quid.

Timor caliginem inducit.

Cur columba pennas desideret.

Contradictio autem erat inter ipsos, & controuersia, cùm plurimi falsi testes in ipsum insurgerent, & nil veri aut consoni proferrent. Aduersus ipsum enim temerè omnia fiebant non de die tantùm, sed etiam nocte:

Iudæi die ac nocte Christum persecuti sunt in passione.

siquidem in nocte Petrus eum negabat. Et nox erat, quando adducebant Dominum, modò quidem ad Annam, modò verò ad Caipham: manè autem ligantes ipsum tradiderunt Pilato, & passionem adornarunt. Quæ vtique omnia cùm in spiritu Propheta præuideret, ea quæ iam dicta sunt cecinit: atque hæc quidem in ciuitate.

Intra & extra ciuitatem passus est Christus. Luc. 23, 33.

Circa muros verò eius *iniquitas & labor*, vel, iuxta Symmachum, *dolor & miseria*, designant ea quæ extra ciuitatem transacta sunt; quando educentes ipsum, duxerunt ad locum qui vocatur Golgotha: atque ista erant, è quibus reuerà existebat dolor & miseria. Rursus verò, quæ intus illam, plena, inquit, erant iniuriâ, & damno, & manuum iniectione: atque iniustitia erat in medio eius. *Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.* pro quibus Aquila interpretatus est, *debitum & inuasionem.* Omnibus enim malis replebantur, qui Saluatori insidias construebant.

Dies tempus crucis; nox tempus proditionis; muri sunt sacerdotes.

HESYCHII. *Die* quidem, id est tempore crucis; *nocte* verò, id est tempore proditionis; *super muros*, id est super sacerdotes: ipsi enim sunt muri populi: fortes quidem, dum secundùm legem sacerdotij viuunt; cariosi verò ac ruinosi, quando à dignitate sua aliena tractant. Iniquitatem verò & laborem

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦ Χριστοῦ κρινομένου ἀνόμως, ἀντιλογία τῶν κρινόντων, Πιλάτου δηλαδὴ καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέων ἐγένετο· τοῦ μὲν λέγοντος, Οὐδὲν αἴτιον εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· ἐκείνων δὲ, ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· Ὅτι ἐθεώρησα βίαιον ἀδικίαν καὶ διαδικασίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλοῦντα αὐτῆς τὰ τείχη· ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία ἔνδον αὐτῆς. Ἀνομίας δὲ ἔργα, ἦν τὰ κατὰ τοῦ σωτῆρος τολμώμενα, καὶ βιαίας ὡς ἀληθῶς ἀδικίας· Ἀντὶ γὰρ τοῦ ἀγαπᾶν με, φησὶν, ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. Ἀντιλογία δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς, καὶ διαδικασία, πολλῶν ψευδομαρτύρων παριόντων κατ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἀληθὲς μηδὲ σύμφωνον λεγόντων. Κατ' αὐτοῦ γὰρ εἰς κενὸν ἅπαν ἐπεπράττετο οὐδὲ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτός· καὶ γὰρ ἐν νυκτὶ Πέτρος ἀρνεῖται. καὶ νὺξ ἦν, ὅτε ἀνήγαγον τὸν κύριον, ποτὲ μὲν πρὸς Ἄνναν, ποτὲ δὲ πρὸς Καϊάφαν· πρωΐας δὲ δήσαντες αὐτὸν παρέδωκαν Πιλάτῳ, καὶ τὰ κατὰ τὸ πάθος ἐνήργουν, ἃ δὴ πάντα τῷ πνεύματι προειδὼν ὁ προφήτης ἀποφαίνει, τὰ εἰρημένα· καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει. Περὶ δὲ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνομία καὶ κόπος· ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία, σημαίνει τὰ ἐκτὸς τῆς πόλεως πεπραγμένα, ὁπηνίκα ἐξαγαγόντες αὐτὸν, ἤγαγον εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον Γολγοθᾶ· καὶ τὰ μὲν ἐξ ὧν ἦν ὡς ἀληθῶς ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία. Πάλιν δὲ, τὰ ἔνδον αὐτῆς, ἐπηρείας, φησὶ, καὶ ζημίας, καὶ ἐπιθέσεως χειρῶν μεστά· ἀδικία τε ἦν ἐν μέσῳ αὐτῆς. καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. ἀνθ' ὧν ὁ μὲν Ἀκύλας ὄφλημα καὶ ἐπίθεσιν ἡρμήνευσε. πάντων γὰρ ἐπεπλήρωντο κακῶν, οἱ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐργαζόμενοι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡμέρας μὲν, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ· νυκτὸς δὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προδοσίας· ἐπὶ τὰ τείχη, δηλαδὴ ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς· αὐτοὶ γὰρ τείχη τοῦ λαοῦ τυγχάνουσιν· ἰσχυρὰ μὲν, κατὰ τὸν νόμον τῆς ἱερωσύνης ζῶντες· σαθρὰ δὲ πεπτωκότα, ὅταν ἀλλότρια τοῦ προσχήματος πράττωσιν. Ἀνομίαν δὲ καὶ κόπον

ἐν μέσῳ

ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικίαν λέγει τὴν δουλείαν τοῦ γράμματος· ἀνομίαν, ὅτι τὸν νόμον πνευματικῶς οὐκ ἐφύλαττον· ἀδικίαν, ὅτι τοσαύτας παρὰ τοῦ πατρὸς εὐεργεσίας δεξάμενοι, σταυρῷ τὸν ἰατρὸν καὶ τὸν τροφέα παρέδωκαν. Οὐκ ἐξέλειπε δὲ ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ἴσως μὲν καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων φιλαργυρίαν διαβάλλει· οἵτινες, τοκίζειν αὐτοὺς τοῦ νόμου κωλύοντος, δόλῳ τοὺς τόκους δι' ἐπινοιῶν ἑτέρων ἐκέρδαινον. Πλὴν τόκος τῆς ἀπάτης ἡ ὑπόκρισις· αὕτη μετὰ δόλου τὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ πλατείας οὐκ ἐπέλειπε· σφόδρα γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ὡς ἐπ' ἀρεταῖς ἐπαρρησιάζοντο. Πλὴν καὶ ἡμεῖς φυλαξώμεθα, καὶ μήτε ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἐπὶ τὰ ἡμέτερα τείχη, δηλαδὴ τὰς ἀρετάς, ἀνομίαν ἔχειν, ἢ ὅλως ἀντιλογίαν καρτερήσωμεν· ἀλλὰ μηδὲ τόκον ἢ δόλον ἐν πλατείαις ταῖς ἡμετέραις ἔχωμεν. πλατεῖαι γὰρ καὶ εὐθύνουσαι αἱ ὁδοί, ἐν αἷς τὰ πλημμελήματα οὐ μὲν εἰς ζωήν, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν ἄγουσιν.

ιγ'. ΟΤΙ ΕΙ ΕΧΘΡΟΣ ΩΝΕΙΔΙΣΕ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα εἰς πρόσωπον τοῦ προδότου ἀναφέροι τ' ἂν δικαίως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Φορητὰ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀποκεκαλυμμένων διὰ τοῦτο νομίζεται, ἐπειδήπερ εὐχερὲς ταῦτα φυλάξασθαι· οἱ δὲ φίλοι δοκοῦντες, τὰ τῶν ἐχθρῶν λογιζόμενοι, οὐκ εἰσὶ φορητοί· μέλιτι γὰρ τὸν ἰὸν κεράσαντες λανθάνοντα, κατασκευάζουσι θάνατον. Τοῦτο καὶ τῷ Ἰούδᾳ ὁ Χριστὸς διὰ τῆς παρούσης προφητείας ὠνείδισεν. ὃν ἵνα παραστήσῃ σαφέστερον, τὰ ἐχόμενα ὁ προφήτης ἐπήγαγεν·

ιδ'. ΣΥ ΔΕ ΑΝΘΡΩΠΕ ΙΣΟΨΥΧΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, κατεστάθης ἡγεμὼν ὑπ' ἐμοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος, ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, καὶ συνήθης, καὶ γνώριμος. τὸ δέ, ἡγεμών μου, καλῶς ὡς πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπειδὴ τοῦ μακαρίου Ὀνίου ἀρχιερατεύοντος, προστασίαν τινὰ ἐνεχειρίζετο. οὕτως ἡγεμόνας καὶ ἄρχοντας βασιλέων καλοῦμεν τοὺς ὑπ' αὐτῶν προστάντας, εἴτε παρ' αὐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένους.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Συνέστιός μοι, φησί, γενόμενος, ὥστε καὶ κοινολογεῖσθαι γλυκεῖαν ὁμιλίαν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἀναστρεφομένους. Ἐγλύκανας ἐδέσματα· τουτέστι, συνέφαγες μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς, οὐχ ὡς ξένος, ἀλλ' ὡς γνήσιος φίλος, μετὰ τέρψεως καὶ θάρσους συμφαγών.

in medio eius & iniuſtitiam vocat ſeruitutem litteræ: iniquitatem, quia legem ſpiritaliter non ſeruarunt: iniuſtitiam, quia tantis à Patre beneficijs affecti, medicum & altorem ſuum cruci tradiderunt. *Non defecit* autem *de plateis eius vſura & dolus.* Fortaſſis quidem etiam Iudæorum auaritiam taxat; qui, dum lex ipſos fœnerari prohiberet, dolo vſuras alijs artificijs extorquebant. Ceterùm deceptionis fœnus eſt hypocriſis: hæc vna cum dolo de Hieroſolymæ plateis minimè defecit: in ijs enim tamquam in virtutibus valdè præfidebant. Verumtamen & nos caueamus, ne die neque nocte ſuper muros noſtros, nempe virtutes, habeamus iniquitatem, vel omnino contradictionem toleremus: ſed neque vſuram vel dolum in plateis noſtris habeamus. Plateæ enim & latæ viæ ſunt, in quibus delicta non ad vitam, ſed ad interitum ducunt.

CATENA PATRVM. — *Auaritia Iudæorum.* — *A quibus maximè cauendum ſit.*

13. QVONIAM SI INIMICVS EXPROBRASSET ME.] ATHANASII. Hæc ad perſonam proditoris meritò referri poſſint.

HESYCHII. Ea quæ à manifeſtis inimicis inferuntur idcircò tolerabilia cenſentur, quia facile eſt iſta cauere: at qui, cùm amici videantur, hoſtilia machinantur, intolerabiles exiſtunt: ſiquidem melle venenum miſcentes, clandeſtinam mortem inferunt. Hoc etiam Iudæ Chriſtus præſenti vaticinio exprobrauit. Quæ, vt Propheta clariùs exponeret, ſequentia ſubiunxit:

Manifeſti inimici tolerabiles ſecius quàm occulti.

14. TV VERO HOMO VNANIMIS.] ATHANASII. Scilicet, qui ſub me dux es conſtitutus.

THEODORI. Symmachus, *Sed tu homo eorumdem morum, & familiaris meus, & notus.* Illud verò, *Dux meus,* rectè tamquam ad Simonem dictum; vt qui, Oniâ ſupremo ſacerdotio fungente, præfecturam aliquam gerebat. Hoc modo Duces & Imperatores Regum appellamus eos, qui ipſis ſubordinati ſunt, ſiue qui ab ipſis imperium ſibi concreditum acceperunt.

EVSEBII. Conuictor, inquit, meus factus; ita vt etiam communi colloquio & ſuaui conuerſatione frueremur in domo Dei verſantes. *Dulces mecum capiebas cibos;* id eſt, comedebas cum magna voluptate, non quaſi hoſpes, ſed vt ſincerus amicus, eum delectatione & confidentia ſimul cibum ſumens.

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Istud, *Notus meus*, id est, à me cognitus; *qui simul mecum dulces capiebas cibos*; vnà cum reliquis discipulis pascens me bonis operibus.

ATHANASII. Simile est ac si dicat, eidem mensæ frequenter adhibitus.

Iudæ detestabilis ingratitudo & proditio qualis.

THEODORETI. Omnium molestissimum mihi videtur, virum familiarem & concordem, & meum sodalem, & conuictorem factum, & diuinarum & humanarum rerum mecum conscium, res inimicas & hostiles facere. Ceterùm per hæc verba manifestò nobis prophetica gratia proditorem Iudam descripsit; qui dux quidem à Rege Christo electus fuit
Psal. 44. 17.
(Constitues enim eos Principes super omnem terram) & eius mensæ mysticorumque sermonum compos extitit, sed instrumentum insidiantium euasit. Hæc beato Dauidi nequaquam congruunt: nam nemo amicorum intimorum, dum eum Saül persequeretur, ipsum prodidit: neque enim Doëc neque Ziphæi ex legitimis amicis eius erant. Sed Euangeliorum Historiæ vaticinatio quadrat:
Ioan. 13, 18.
Qui manducat, inquit, *mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum*. Cùm hoc modo proditionem prænuntiasset, mortem etiam eius repentinam prædicit.

Iudas quomodo fuerit vnanimis Christi: Ioan. 17. 11.

HESYCHII. *Vnanimis*, propter dilectionem, quam erga discipulos suos Dominus ostendit, cùm Patri diceret: *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos.*
quomodo Dux:
Dux, quia cùm ipse marsupium pecuniarum ferret, fortasse rei familiaris habebat potestatem.
quomodo notus.
Notus, quia tamquam discipulo ei omnia reuelauerat.
Matt. 26, 23. Marc. 14, 20.
Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Solus enim cum Iesu intingebat manum in catino.
Quomodo ambulauerit cum consensu.
In domo Dei ambulauimus cum consensu. Domum Dei vocat Sionem: illic enim cum consensu cœnam paschæ cum discipulis Christus perfecit; verùm Iudas cœnæ mysterium non obseruauit: inde enim egressus proditionem adornauit. Hæc itaque Dei Spiritus ante plurimas generationes, proditori exprobrando, insinuauit.

16. VENIAT MORS SVPER ILLOS.] EVSEBII. Iam pridem nobis frequenter etiam per ea, quæ præcesserunt, ostensum est, ea, quæ prædictionis sunt, imperandi modo, pro Scripturæ consuetudine, efferri.

Scriptura sæpè imperatiuo vtitur pro futuro.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ, γνωστέ μου, ἀντὶ τοῦ, γινωσκόμενε ὑπ' ἐμοῦ, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα· ἅμα τοῖς λοιποῖς μαθηταῖς τρέφων με τοῖς καλοῖς ἔργοις.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅμοιον ὥσπερ λέγει, τῆς αὐτῆς τραπέζης πολλάκις ἠξιωμένος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάντων ἀνιαρότατον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ ἄνδρα συνήθη καὶ ὁμογνώμονα, καὶ ὁμοτράπεζόν μοι, καὶ σύσσιτόν μοι γεγενημένον, καὶ θείων μοι καὶ ἀνθρωπείων κεκοινωνηκότα μοι πραγμάτων, τὰ δυσμενῶν δρᾶσαι καὶ πολεμεῖν. Σαφῶς δὲ τούτων ἡμῖν τῶν λόγων ἡ προφητικὴ χάρις τὸν προδότην Ἰούδαν διέγραψεν· ἡγεμόνα μὲν ὑπὸ τοῦ βασιλέως χειροτονηθέντα Χριστοῦ (καταστήσεις γὰρ αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν) τραπέζης αὐτῷ καὶ μυστικῶν κεκοινωνηκότα λόγων, ὄργανον δὲ τῶν ἐπιβουλευόντων γεγενημένον. Ταῦτα δὲ τῷ μακαρίῳ οὐδαμῶς ἁρμόττει Δαβίδ· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενον τῶν συνήθων προέδωκε· οὔτε γὰρ ὁ Δωὴκ οὔτε οἱ Ζιφαῖοι τῶν γνησίων αὐτοῦ φίλων ἐτύγχανον. τῇ δὲ τῶν εὐαγγελίων ἱστορίᾳ ἡ προφητεία συμβαίνει· ὁ ἐσθίων, φησί, μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. οὕτω τὴν προδοσίαν προαγορεύσας, καὶ τὸν αἰφνίδιον αὐτοῦ θάνατον προθεσπίζει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἰσόψυχε, διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ κύριος ἐπιδείκνυτο, ὥστε τῷ πατρὶ λέγειν· Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι· ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς καὶ ἡμεῖς. Ἡγεμὼν, ἐπειδὴ τὸ γλωσσόκομον τῶν χρημάτων βαστάζων αὐτὸς, ἴσως τὴν ἐξουσίαν τῆς οἰκονομίας ἐκέκτητο. γνωστὲ, πάντα γὰρ ὡς μαθητῇ ἀπεκάλυψεν. Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι τὰ ἐδέσματα. Μόνος γὰρ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐνέβαπτεν εἰς τὸ τρυβλίον. ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. οἶκον θεοῦ τὴν Σιὼν λέγει· ἐκεῖ γὰρ ἐν ὁμονοίᾳ τὸ δεῖπνον τοῦ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς ἐπετέλεσεν· οὐ μὴν ἐφύλαξεν Ἰούδας τοῦ δείπνου τὸ μυστήριον· ἐκεῖθεν γὰρ ἐξελθὼν τὴν προδοσίαν ἔπραξεν. ὥστε ταῦτα τῷ προδότῃ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ πολλῶν γενεῶν ὀνειδίζον ἐφθέγγετο.

ιϛ'. ΕΛΘΕΤΩ ΔΗ ΘΑΝΑΤΟΣ ΕΠ' ΑΥΤΟΥΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἤδη πολλάκις ἡμῖν καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται, ὅτι τὰ προῤῥητικὰ, προστακτικῷ τρόπῳ, ἔθος τῇ γραφῇ, προφέρεσθαι.

καὶ

καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἀντὶ τοῦ, ἐλεύσεται θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήσονται εἰς ᾅδου, προστακτικῶς εἴρηται. Θεσπίζει δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ συμβησόμενα τοῖς τὰ προλεχθέντα τετολμηκόσιν. ὁ γοῦν Ἀκύλας ὀρθότερον ἡρμήνευσεν, εἰπών· ἐπάξει θάνατον ἐπ' αὐτοὺς, τουτέστι τὰ ἔργα αὐτῶν· ἢ ὁ κρίνας αὐτοὺς θανάτου ἀξίους, διὰ τὰς ἀσεβεῖς πράξεις αὐτῶν. Θάνατος δὲ τοὺς ἀσεβεῖς μετερχόμενος, οὐχ ὁ κοινὸς λέγοιτ' ἄν· οὗτος γὰρ καὶ τοὺς δικαίους ἅπαντας μετῆλθεν, οἳ καὶ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον ζῶσι παρὰ θεῷ. Ψυχῶν δὲ θάνατος καὶ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ δεδήλωται· ψυχὴ ἁμαρτάνουσα αὕτη ἀποθανεῖται. ἐπεὶ τοίνυν ἑαυτοὺς τῆς ζωῆς οἱ δηλούμενοι κεχωρίκασιν, ἦν δὲ ὁ σωτὴρ ἡ ζωή, εἰκότως ἀποτμηθέντες αὐτοῦ, τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ παρεδόθησαν· οὐχ ὥστε φθαρῆναι αὐτὴν καὶ ἀφανισθῆναι εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσασαν, ἀλλ' ὥστε ζῶσαν αὐτὴν καὶ ἀθάνατον τὴν οὐσίαν κεκτημένην, ἐν τῷ λεχθέντι θανάτῳ διάγειν. Διὸ λέλεκται· Καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Μήποτε δὲ καὶ ἄλλως ζῶντες κατήεσαν εἰς ᾅδου οἱ γνώσει ἁμαρτάνοντες, καὶ εἰδότες μὲν τὸν σωτῆρα ὡς αὐτὸς εἴη Χριστὸς, προσποιούμενοι δὲ μὴ εἰδέναι. Διὸ καὶ ὁμοίως τοῖς περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καταποθήσεσθαι, καὶ αὐτοὺς εἰς ᾅδου τε ζῶντας καταβήσεσθαι προαγορεύει· Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν, ἐν μέσῳ αὐτῶν. τῶν γὰρ κατὰ τοῦ σωτῆρος γενομένων αἱ συστάσεις καὶ αἱ κατὰ τὸ αὐτὸ σύνοδοι πονηραὶ γεγόνασι· διὸ καὶ Ἀκύλας φησὶν, ὅτι πονηρίαι ἐν συστροφῇ αὐτῶν. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἐπὶ καλῷ συνήρχοντο, συστροφὰς δὲ καὶ συστάσεις ἐποιοῦντο, εἰκότως ἐθέσπισεν ὁποῖον αὐτοὺς διαλήψεται τέλος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔλεγέ τις τῶν παλαιῶν, ζῶντας εἰς ᾅδου κατέρχεσθαι μόνους, τοὺς κατήχησιν τῶν θείων παιδευμάτων ἔχοντας· ὁ γὰρ ἄγευστος τῶν τῆς ζωῆς λόγων, νεκρός. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰούδας, καὶ πᾶς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, κατήχησιν εἶχον τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, θανάτου ἐπ' αὐτοὺς ἐρχομένου τοῦ ἑπομένου τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντες εἰς ᾅδου κατέρχονται. Ἀκολούθως δὲ καὶ ὁ ἐπιφερόμενος λέγεται στίχος· Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν. εἰ γὰρ καὶ πεῖραν ἔχον ζωοποιῶν γραφῶν, οὐ κατῴκησαν, ἀλλὰ παρῴκησαν

Itaque hoc etiam loco, pro, *Veniet mors super eos, & descendent in infernum*, imperatiuè dictum est. Vaticinatur autem Spiritus sanctus ea quæ euentura sint ijs qui prædicta fuerint machinati. Aquila igitur rectiùs interpretatus est, dicens: *Inducent mortem super eos*, scilicet opera eorum; siue qui iudicat ipsos morte dignos, ob impias eorum actiones. Mors autem, quæ impios comitatur, non potest dici mors communis: hæc enim etiam iustos omnes comitata est, qui post communem quoque mortem viuent apud Deum. Mors autem animarum etiam ab Ezechiele declarata fuit: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Cùm itaque illi qui declarati sunt, à vita semetipsos segregauerint, Saluator autem vita fuerit, meritò ab illo resecati, animæ morti sunt deputati: non quòd illa intereat & aboleatur in nihilum redacta; sed quòd viuam & immortalem essentiam obtinens, in dicta morte versetur. Idcircò dictum est: *Et descendant in infernum viuentes*. Aliter verò etiam viuentes descendebant in infernum hi qui cognitione peccabant, & sciebant quidem Saluatorem ipsum esse Christum, sed simulabant se nescire. Quapropter etiam eos non secùs ac qui cum Dathan & Abiron absorpti sunt, in infernum viuentes descensuros prædicit: *Quoniam nequitia in tabernaculis eorum, in medio eorum*. Prauæ enim erant seditiones & congregationes eorum qui aduersus Saluatorem conspirabant: quamobrem & Aquila dixit, *Quoniam nequitiæ in conuersatione eorum*. Cùm itaque non in bonum conuenirent, sed conspirationes & seditiones moliebantur, iure merito vaticinatus est qualis finis ipsis esset residuus.

CATENA PATRVM.

Mors impiorum qualis.

Ezech. 18, 4.

ANONYMI. Referebat quidam seniorum, solos illos in infernum viuentes descendere, qui diuinis essent doctrinis instituti: nam qui vitæ sermones non degustauit, mortuus est. Cùm itaque Iudas, atque omnis populus Iudæorum, legis ac Prophetarum habuerint institutionem, morte, quæ peccatum sequitur, super ipsos veniente, viuentes in infernum descendunt. Ceterùm congruenter quoque subsequens versiculus adiungitur: *Quoniam nequitia in tabernaculis eorum*. Etsi enim experimentum habuerint viuificantium Scripturarum, eas minimè incoluerunt, sed accoluerunt

Quinam descendant in infernum viuentes.

CATENA PATRVM.

lucrunt illis. *Nequitia* autem *in medio eorum*; id est in principali animæ portione: hæc enim in totius animalis medio esse perhibetur.

Quid sit medium hominis.

Vitam repudiantes mors excipit.

ATHANASII. Quia, inquit, noluerunt te vitam suscipere, idcirco mors excipiet illos. Istud autem *descendant*, id est, *descenderunt in infernum viuentes*. Quoniam cùm scirent ipsum esse heredem, dixerunt: *Venite, occidamus eum*. Scientiam enim pro vita posuit.

Matt. 21, 38.

Iudas laqueo perit.

HESYCHII. Hoc quidem in Iuda impletum est: proditionem enim laqueus excepit. Quin & in alijs Iudæis impletum est: cùm enim Christum vitam veram haberent, erga ipsum impiè se gerentes, terribile mortis maledictum incurrerunt. Porrò tabernaculum humana vita dicitur. Habitare enim hîc longo tempore non valemus; sed tamquam incolæ, quando Dominus domus præceperit, illicò eiicimur. Cùm autem Propheta multa tabernacula pro vno dixerit, plurimas hominum in hac vita differentias insinuat. Siquidem alij v. g. in paupertate, alij in agricultura, alij in diuino cultu exercentur. Verùm in his omnibus Iudæi nequiter se gesserunt, non solùm plebs communis, sed etiam primicerij eorum, cùm principes, tum sacerdotes nequitiam, quasi in medio sui excipientes, sectati sunt.

Humana vita tabernaculum.

17. EGO AD DEVM CLAMAVI.] ATHANASII. Et quid clamauit? nisi vt liberaretur anima eius ab ijs qui quærebant eam perdere; propter quod etiam exauditus est.

EVSEBII. Exauditus enim & seruatus, non cesso, neque quietem ducere valeo; sed prædico & euangelizo omnibus hominibus, exponens, vt singulis diebus atque horis omnibus annuntient, quæ in sancto Spiritu propheticè conspexi mirabilia & stupenda.

Semper prædicandum & euangelizandum.

DIDYMI. Cùm talia contra Saluatorem attentarent, ego ad Deum clamaui, & exaudibilem habui à Domino vocem meam. Is enim solus à Domino exauditur, qui ad Deum clamauit. Non enim omnis qui vociferatur, ad Deum clamat. Nam de Sodomitis scriptum est: * *Vox Sodomorum & Gomorrhæ multiplicata est*, qui non ad Deum clamabant.

Vt exaudiaris, clamandum, & non vociferandum.

Gen. 18, 20.

* Vulgata Clamor

HESYCHII. Christus etiam hæc dicit:

ἐν αὐταῖς. ἡ δὲ πονηρία ἐν μέσῳ αὐτῶν· τουτέστι, τοῦ ἡγεμονικοῦ· ἐν μέσῳ γὰρ εἶναι λέγεται τοῦ ὅλου ζώου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ οὐκ ἠθέλησαν, φησὶ, σοῦ τὴν ζωὴν παραδέξασθαι, τούτους ὁ θάνατος διαδέξεται αὐτούς. τὸ δὲ καταβήτωσαν, ἀντὶ τοῦ, κατέβησαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Ὅτι δὴ γινώσκοντες αὐτὸν εἶναι τὸν κληρονόμον, εἶπον· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν. τὴν γὰρ γνῶσιν ἀντὶ τῆς ζωῆς ἐπιθείκει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο πεπλήρωται μὲν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα· τὴν γὰρ προδοσίαν ἀγχόνη διεδέξατο. Πεπλήρωται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων· Χριστὸν γὰρ τὴν ζωὴν τὴν ἀληθινὴν ἔχοντες, ἀσεβήσαντες εἰς αὐτὸν, ὑπὸ τὴν φοβερὰν τοῦ θανάτου κατάραν ἐγένοντο. Παροικία δὲ ὁ βίος ὁ ἀνθρώπινος λέγεται. οὐδὲ γὰρ οἰκεῖν ἐνταῦθα μέχρι πολλοῦ δυνάμεθα, ἀλλ' ὡς πάροικοι, ὅταν οἰκοδεσπότης προστάξῃ, παραχρῆμα ἐκβαλλόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ παροικίας ὁ προφήτης πολλὰς ἀντὶ μιᾶς εἶπε, τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸν βίον διαφορὰς αἰνίττεται. οἱ μὲν γὰρ τυχὸν ἀπορίαν, οἱ δὲ γεωργίαν, οἱ δὲ τὴν ἐν τοῖς θείοις λειτουργίαν μετέρχονται. Ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες ἐπονηρεύοντο, οὐ γὰρ μόνον ὁ ἄλλος δῆμος, ἀλλὰ καὶ οἱ κατ' ἐξοχὴν αὐτῶν, εἴτε ἄρχοντες, εἴτε ἱερεῖς τὴν πονηρίαν, μέσην αὐτῶν ὥσπερ ἀπολαβόντες, μετήρχοντο.

ιζ'. ΕΓΩ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τί ἐκέκραξεν; ἢ λυτρωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ζητούντων ἀπολέσαι αὐτήν, διὸ δὴ καὶ εἰσήκουσται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰσακουσθεὶς γὰρ καὶ σωθεὶς, οὐκέτι ἠρεμῶ, οὐδὲ ἡσυχίαν ἄγειν δύναμαι, ἀλλὰ κηρύττω καὶ πάντας ἀνθρώπους διαγγελίζομαι, διηγούμενος, ἀφ' ἑκάστης ἡμέρας καὶ ὥρας ἀπαγγέλλεσθαι εἰς πάντας, ἅπερ ἐν ἁγίῳ πνεύματι προφητικῶς τεθέαμαι θαυμαστὰ καὶ παράδοξα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος τολμηθησομένων τοιούτων ὄντων, ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ἔσχον εἰσακουομένην ὑπὸ κυρίου τὴν φωνήν μου. Μόνος γὰρ εἰσακούεται ὑπὸ κυρίου, ὁ πρὸς τὸν θεὸν κεκραγώς. Οὐ γὰρ πᾶς κράζων, πρὸς θεὸν βοᾷ. Περὶ γὰρ Σοδομιτῶν γέγραπται· φωνὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται, οὐ πρὸς θεὸν κεκραγότων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ Χριστὸς καὶ ταῦτα λέγει·

πρὸς

πρὸς γὰρ τὸν θεὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐκέκραξε, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ. εἴτε τὸ πνεῦμα λέγοις (ὁ γὰρ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν) εἴτε τὸν κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰσακούοντα, ἐκεῖν' ἐντεῦθεν δῆλον ὡς προσεύχεται μὲν ὁ Χριστὸς φυλάξαι τὸν νόμον τῆς ἀνθρωπότητος βουλόμενος, ἀλλ' ὅμως αὐτὸς ἑαυτοῦ εἰσακούει· αὐτὸς γὰρ τὴν οἰκείαν ἐπιτελεῖ προσευχήν, ἅπερ ἂν ὡς ἄνθρωπος αἰτῆται, ταῦτα ὡς θεὸς ἐπιτελῶν.

ιή. ΕΣΠΕΡΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΩΙ, ΚΑΙ ΜΕΣΗΜΒΡΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, οὐ παύσομαι διηγούμενος· ὅτι δὴ εἰσακούσας λελύτρωταί τὴν ψυχήν μου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐμοῦ γὰρ ταῦτα βοῶντος πρὸς πάντας ἐξ ἕω τε καὶ μέχρις ἑσπέρας, ἐν αὐτῷ τε τῷ ἀκμαιοτάτῳ φωτὶ τῆς μεσημβρίας τὰ σωτήρια τέλη κηρύττοντος, εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου, ὁ ταύτης με τῆς γνώσεως καταξιώσας· καὶ οὐκέτι μὲν ταράττεσθαι ἐν ἐμοὶ ἐάσει τὴν καρδίαν μου, οὐδὲ τὴν δειλίαν τοῦ θανάτου ἐπικεῖσθαί μοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἑσπέρας, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, περὶ τὴν τελευτὴν τοῦ κόσμου, ὅτε ἔπαθεν ὁ σωτήρ. πρωΐ, ὅτε ἀνέστη. μεσημβρίας, ὅτε ἰσχυρότερον πεισθέντες ἐπίστευσαν. ἢ ἄρχεται τῆς διηγήσεως ἑσπέρας, καὶ ἀκμάζει ἐν αὐτῷ πρωΐ· καὶ τελειοῖ ἀκμαζούσης ἡμέρας ἐν μεσημβρίᾳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἢ ἀπαγγέλλει τὰ κατὰ τοὺς εἰρημένους καιροὺς πεπραγμένα μυστήρια. Ἑσπέρας μέν, ὅπως αὐτὸν ἔθαψεν Ἰωσήφ, καὶ ἐκήδευσε Νικόδημος· καὶ πάλιν, ὅπως τῶν θυρῶν τῆς Σιὼν κεκλεισμένων, εἰσήρχετο δεύτερον. Πρωῒ δέ, ὅπως ἀπηνέχθη εἰς τὸ Πιλάτου πραιτώριον, καὶ ὅπως ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ταῖς γυναιξὶν ἑαυτὸν ἐνεφάνισε. Μεσημβρίας, ὅπως ἐσταυρώθη, καὶ τὴν κτίσιν ἐσάλευσεν, οὐκ ἀπολέσαι ταύτην, ἀλλ' ἀνακαινίσαι καὶ διορθῶσαι βουλόμενος. Καὶ διά τι ταῦτα διηγεῖσθαι ὑπέσχετο; ἐπειδὴ περιεκτικὰ καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ μονογενοῦς θαυμάτων ἐτύγχανεν. ὅθεν αὐτοῦ φησι καὶ τὸν πατέρα τῆς φωνῆς εἰσακούσεσθαι, τῇ διηγήσει τῶν μυστηρίων τῶν εἰρημένων χαίροντα.

ιθ'. ΛΥΤΡΩΣΕΤΑΙ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα δέ, φησι, πάντα περιαγαγὼν καὶ διασκεδάσας τῆς ἐμῆς ψυχῆς, λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι, καὶ θορυβεῖν αὐτὴν ἐθελόντων. Ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί. ἀνθ' οὗ Σύμμαχός φησιν, ὅτι

siquidem ad Deum Patrem suum clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Siue spiritum dixeris (Dominus enim spiritus est) siue ipsum Dominum semetipsum exaudientem, vtique hinc manifestum fit, Christum quidem orare vt humanitatis legem obseruet, ipsum nihilominùs semetipsum exaudire: ipse enim propriam consummat orationem, dum ea quæ vt homo rogat, eadem tamquam Deus exequitur.

CATENA PATRVM. Quomodo Christus clamet, & exaudiatur.

18. VESPERE, ET MANE, ET MERIDIE.] ATHANASII. Id est, Non cessabo narrare; quoniam exaudiens liberasti animam meam.

EVSEBII. Dum ego enim hæc ad omnes à manè vsque ad vesperam clamo, atque in ipsamet clarissima meridiana luce salutares fines prædico, vocem meam exaudiet is, qui hanc mihi notitiam indulsit; neque vmquam in me cor meum conturbari, neque timorem mortis mihi imminere permittet.

ORIGENIS. *Vespere*, sub horam vndecimam, circa finem mundi, quando passus est Saluator. *Manè*, quando resurrexit. *Meridie*, quando persuasi, fortiùs crediderunt. Vel inchoat narrationem vesperi, & viget ipso manè; atque adultâ iam die in meridie illam perficit.

Quid vesper, quid manè, quid meridies.

HESYCHII. Vel narrat mysteria quæ dictis temporibus peracta sunt. *Vespere* quidem, quando Ioseph ipsum sepeliuit; & Nicodemus eius curam gessit: & rursus, quando ostijs Sionis clausis, secundùm ingressus est. *Manè* verò, quando adductus fuit in Pilati prætorium; & quando à mortuis resurgens mulieribus semetipsum manifestauit. *Meridie*, quando cruci affixus fuit, & terræ motum excitauit, non illam interire, sed innouari ac emendari volens. Et cur ista se narraturum recepit? quia nimirum etiam cetera vnigeniti miracula continebant. Vnde quoque Patrem suum hanc vocem exauditurum asserit, cùm prædictorum mysteriorum commemoratione gaudeat.

Christus vesperi sepultus: manè ad prætorium adductus: meridie crucifixus.

19. REDIMET IN PACE ANIMAM MEAM.] EVSEBII. Cùm autem, inquit, hæc omnia transtulerit ac dissipauerit ab anima mea, *Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi*, & illam perturbare volunt. *Quoniam inter multos erant mecum*: pro quo Symmachus ait, *Quoniam multe-*

Iusti in Deum fiducia.

CATENA PATRVM.

solo pendeamus. Istud autem *enutriet*, id est, viuere faciet. Si enim in ipso spes collocata fuerit, numquam commouebitur.

Viri sanguinarij non sunt longæui.

24. VIRI SANGVINVM.] Non dimidiabunt terminum, qui vt plurimùm humanæ vitæ præstitutus est septuaginta vel octoginta annorum. Vel, quoniam sine proposito pœnitendi vitam transigunt, parcens ipsis, rogat, vt è medio vitæ cursu abripiantur; vt de paucis peccatis, & non de plurimis puniantur. Puteum autem interitus vocauit supplicium ineuitabile. Cùm igitur iustam tuam sententiam cognoscerem, omnem spem meam in te collocaui, & auxilium à te exspecto.

μόνου ἐκκρέμασθαι. Τὸ δὲ διαθρέψει, ἀντὶ τοῦ ζῆσαι ποιήσει. Εἰ γὰρ ὑπ' ἐκείνῳ τάττῃ οὐκ ἄν ποτε σαλευθήσῃ.

κδ'. ΑΝΔΡΕΣ ΑΙΜΑΤΩΝ.] Οὐ μὴ ἡμισεύσωσι τὸν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὅρον τὸν ἑβδομήκοντα ἢ τὸν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. ἤ, ἐπεὶ ἀμετανοήτῳ προαιρέσει τὸν βίον διαπερῶσι, φειδόμενος αὐτῶν, ἀξιοῖ ὅπως μεσούσης τῆς ζωῆς ἁρπαγῶσι τοῦ βίου· ἵνα ὑπὲρ ὀλίγων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ πολλῶν τιμωρηθῶσι. Φρέαρ δὲ διαφθορᾶς τὴν ἄφυκτον ἐκάλεσε τιμωρίαν. Τὴν τοίνυν δικαίαν σου ἐπιστάμενος ψῆφον, ἐγὼ τὴν ἐλπίδα μου πᾶσαν ἔθεμην πρὸς σέ, καὶ τὴν ἀπὸ σοῦ προσμένω βοήθειαν.

CATENA PATRVM.

Argumentum Psalmi.

ATHANASII. Cùm Propheta in spiritu vidisset ea quæ à populo Iudæorum atque ipsomet Iuda contra Christum patranda erant; plenus luctu ac desolatione (quam & exercitationem hoc in Psalmo appellauit) hæret perturbatus; & tanta facinora obstupescens, rogat Deum, vt orationem suam exaudiat, atque hoc primum ipsi concedat: deinde secundo loco, vt intelligat supplicationem, quæ per orationem offerenda sit; ac tertio loco intueatur affectum eius qui emittit orationem; atque ita ipsum attentione suâ dignetur. Idcircò dicit, *Intende mihi, & exaudi me.*

HESYCHII. Psalmus hic eumdem quoque scopum habet: describit enim hominem tentationibus examinatum: propterea monet, vt cum intelligentia eum canamus illi, qui à tentationibus liberare possit. Ceterùm perspicua quoque Dominicarum passionum prophetia proponitur.

Rogandus Deus vt audiat nos.

2. EXAVDI DEVS ORATIONEM MEAM.] THEODORETI. Diuersas preces affert, illas admitti rogans. Ne despexeris enim, inquit, me obsecrantem; sed benignè mihi intende, & auxilium præbe.

DIDYMI. Orationem offerens Deo, rogat ipsum sibi propinquum fieri, vt in aures proprias admittat orationem quam attulit. Auribus enim percipit qui propinquus est loquenti, in aures sermonem admittens. Et quoniam, inquit, rogans non aliunde confido defectus

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῷ πνεύματι θεωρήσας ὁ προφήτης τὰ ἐσόμενα κατὰ Χριστοῦ παρὰ τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα, λύπης πληρούμενος καὶ ἀμηχανίας (ἣν καὶ ἀδολεσχίαν ἐν τῷ παρόντι ὠνόμασε) διατελεῖ ταραττόμενος, καὶ ἀπορῶν ἐπὶ τοῖς τετολμημένοις, παρακαλεῖ τὸν θεόν, ἐνωτίσασθαι τὴν προσευχὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο αὐτῷ πρῶτον παρασχεῖν· εἶτα δεύτερον, γνῶναι τὴν διὰ προσευχῆς ἀναπεμπομένην δέησιν, καὶ τρίτον τὴν κατάστασιν θεάσασθαι τοῦ τὴν προσευχὴν ἀναπέμποντος, καὶ οὕτως αὐτὸν καταξιῶσαι τῆς ἑαυτοῦ ἀκοῆς. Διὸ ἐπιλέγει, πρόσχες μοι καὶ εἰσάκουσόν μου.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σκοποῦ τοῦ αὐτοῦ καὶ ὁ ψαλμὸς ὁ ἐχόμενος ἔχεται· διαγράφει γὰρ τὸν ἐν πειρασμοῖς ἐξεταζόμενον ἄνθρωπον· διόπερ ὑμνεῖν μετὰ συνέσεως τὸν δυνάμενον ἐλευθερῶσαι πειρασμῶν ἐπαγγέλλεται. Σαφὴς δὲ καὶ τῶν δεσποτικῶν παθῶν ἡ προφητεία πρόκειται.

β'. ΕΝΩΤΙΣΑΙ Ο ΘΕΟΣ ΤΗΝ ΠΡΟΣΕΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διαφόρους ἱκετείας προσφέρει, δεχθῆναι ταύτας ἀντιβολῶν. Μὴ παρίδῃς με γάρ, φησι, ποτνιώμενον, ἀλλ' εὐμενῶς μοι πρόσχες, καὶ τὴν βοήθειαν ὄρεξον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Προσευχὴν ἀναφέρων θεῷ, παρακαλεῖ αὐτὸν ἐγγίσαι αὐτῷ, ὅπως εἰς τὰ ἴδια ὦτα δέξηται ἣν προσήνεγκε προσευχήν. Ἐνωτίζεται γὰρ ὁ ἐγγὺς ὢν τοῦ λέγοντος, εἰς τὰ ὦτα δεχόμενος τὸν λόγον. Καὶ ἐπεί, φησι, δεόμενος οὐκ ἄλλοθεν θαρρῶ, τὰ λείποντα

μοι ἀναπληρωθῆναι, ἢ οὐδ᾽ οὐ μὴ ὑπερίδῃς τὴν ὑπὲρ ὧν δέομαι παράκλησιν· πρόσχες δέ μοι ἐπαίροντι ὁσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν κοσμίως καὶ ἱεροπρεπῶς παρεσταμένῳ σοι, καὶ εἰσάκουσον τῶν λόγων ὧν ἐκ καθαρᾶς συνειδήσεως ἀναπέμπω.

Ὠριγένους. Οὐδεὶς τῶν ἁμαρτανόντων, μάλιστα παρὰ τὸν τῆς ἁμαρτίας καιρὸν, θέλοι ἂν ἵνα προσέχῃ αὐτῷ ἀνὴρ σεβάσμιος, πόσῳ ἧττον Θεός; εἴπερ συνιεὶς τὸ, Ἐνωτίσασθε πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, τὰ ἔρημα τοῦ λόγου τῆς κακίας χωρία καταλιπὼν, ἐλήλυθας ἐπὶ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐλθὼν κατῴκισας ἐν αὐτῇ. καὶ ἐνωτίσας τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, λέγε· Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ ἐνωτίσεται. Ἀλλὰ καὶ μὴ ὑπεριδὼν δεομένου σου, θάρρει ὡς οὐχ ὑπεροφθησόμενος εἰπεῖν· Καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου. Ἀλλὰ καὶ εἰ προσέχεις Θεῷ, πεποιθὼς αὐτῷ, λέγε τό· Πρόσχες μοι· ἔτι δὲ εἰ ἤκουσας αὐτοῦ, εἰσακούσεταί σου. Ἀλλὰ εἰ καὶ ὡς ὁ Ἀπόστολος διὰ φιλανθρωπίαν λυπούμενος κλαίεις μετὰ κλαιόντων, καὶ στενάζεις ἐν τῷ σκήνει βαρυνόμενος, εἰπὲ τό· Ἐλυπήθην, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἡσυχίου. Ταῦτα Χριστοῦ προσευξαμένου, καὶ ἡμεῖς προσευξώμεθα, καὶ τὸν δεσπότην οἱ δοῦλοι, καὶ τὸν πλούσιον οἱ πτωχοὶ μιμησώμεθα· αὐτὸς τὴν ἡμῶν προσευχὴν εἰσακουσθῆναι βούλεται, καὶ μὴ παροφθῆναι τὴν δέησιν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ γένους οὖσαν, ὡς ἀπαρχὴ τυγχάνων ὧν πρεσβεύει. Ὁ μὲν καὶ τίνα δεῖ προσεύχεσθαι τρόπον δεῖξαι βουλόμενος, ἐνώτισαι, φησι, καὶ μὴ ὑπερίδῃς. Πολλάκις γὰρ ἡμῶν τὴν προσευχὴν ἀκούσας, ὡς περιττὴν καὶ ἀναξίαν τῆς ἀκοῆς αὐτοῦ, παρορᾷ καὶ παραπέμπεται.

Θεοδώρου. Μὴ διαπτύσῃς, μηδὲ καταφρονήσῃς μικρὰν αὐτὴν καὶ εὐτελῆ λογισάμενος. Ὑπεριδεῖν γὰρ λέγεται τὸ καταφρονῆσαι, ὡς μικροῦ καὶ οὐδενός.

γ΄. Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου.] Ἡσυχίου. Λόγισαι, φησι, τίς οὗτος ὁ εὐχόμενος, ὅτι υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁμοούσιος βασιλεὺς, ἀλλὰ δούλου μορφὴν φέρων, ἵνα σώσῃ τὸ πλάσμα τὸ ἡμέτερον.

Ἀθανασίου. Ἀμηχανίας γὰρ ἐπληροῦτο, βλέπων τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς γινομένην παρανομίαν, ἣν καὶ διδάσκει ἐφεξῆς, λέ-

meos supplendos, quàm si non despexeris eorum pro quibus deprecor consolationem: intende autem mihi puras manus attollenti absque ira & disceptatione, modestè & sacrosanctè tibi assistenti, & exaudi sermones quos ex pura conscientia emitto. CATENA PATRVM.

ORIGENIS. Nemo eorum qui peccant, præsertim peccati tempore, velit sibi virum religiosum attendere, quantò minùs Deum? Si intellexeris istud, *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem*, deserta verbi malitiæ loca deserens, venisti in orbem habitatum, & veniens habitasti in eo. Atque audiens oracula Dei, dic: *Auribus percipe Deus orationem meam*; & auribus percipiet. Atque insuper vbi te deprecantem non despexerit, confide, tamquam minimè despectui habendus, dicere: *Et ne despexeris deprecationem meam*. Quin imò si Deo attenderis, ipsi confisus, dic istud; *Intende mihi*: atque insuper si ipsum audieris, exaudiet te. Ceterùm si etiam, vt Apostolus per commiserationem lugens, fleueris cum flentibus, & gemueris, in hoc tabernaculo aggrauatus, dicito illud: *Contristatus sum*, &c.

Nemo malus vult Deum sibi intendere.

Rom. 12, 15.
Rom. 8, 23.

HESYCHII. Christo hæc orante nos pariter oremus, & serui Dominum & diuitem pauperes imitemur: ipse vult preces nostras exaudiri, & minimè despici deprecationem, quæ pro salute generis existat, cùm sit primitiæ illorum pro quibus obit legationem. Præterea etiam quomodo orandum sit ostendere volens, *Auribus*, inquit, *percipe*; *& ne despexeris*. Frequenter enim nostram orationem audiens, tamquam nullius pretij & auditu suo indignam, despicit reijcitque.

Deus vult nos exaudiri, cùm digna petimus.

THEODORI. Noli respuere, vel contemnere, paruam & vilem illam æstimans. Despicere enim dicitur idem quod contemnere, tamquam quid parui & nullius momenti.

Parat attentionem à rei grauitate:

3. CONTRISTATVS SVM IN EXERCITATIONE MEA.] HESYCHII. Expende, inquit, quisnam sit is qui orat, scilicet Filius Patris, eiusdem cum ipso substantiæ Rex, sed formam serui gerens, vt figmentum nostrum saluum faceret.

item, à persona dignitate:

ATHANASII. Mœrore enim replebatur, cùm videret iniquitatem quæ contra Patrem fiebat, quam etiam deinceps edocet, dicens,

item, à tristitia magnitudine

CATENA PATRVM.

dicens, *A voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Totus autem hic est sensus: q. d. Attende quomodo contristatus sim, quomodo conturbatus, quomodo anxietate repletus sim; atque hæc admittens, exaudi me.

item, à malorum multitudine & duratione.

THEODORI. Exercitationem vocat cuiuscumque negotij continuationem. Istud igitur, *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus*; id est, continuam habui tristitiam & conturbationem à multitudine malorum, dum alia ex alijs semper oriuntur.

EVSEBII. Hæc diuino Spiritu Propheta dicit, ea quæ à Iudæis in Filium Dei patranda erant tamquam iam tum præsentia cernens; propter quæ confusus ac conturbatus, atque mœrore & anxietate (quam exercitationem nominauit) repletus mansit. Inimicos verò vocat populum peccatorem. Affligebant enim Prophetam hi qui talia ausi sunt.

Exercitatio pro oratione.

ORIGENIS. Vel exercitationem hoc loco orationem significat; vt etiam in Anna: *Ex multitudine * meditationis meæ extabui.* Et quæcumque præter rectam rationem vel facimus vel dicimus, ἀδολεσχία seu *futilitas* est; sicut etiam illa quæ temerè effutimus. Neglexit itaque seipsum, dum conturbatus fuit, atque animi tranquillitatem amisit *à voce inimici & à tribulatione peccatoris.* Confitetur igitur Propheta, vt doceat nos confiteri, personam nostram assumens.

1. Reg. 1, 16. * *Vulgata* doloris & mœroris mei locuta sum

Exercitatio est meditatio.

HESYCHII. Exercitationem vocat illam in meditando eleuationem, quam sustinuit Dominus, dum res nostras expenderet; propter quas etiam conturbabatur, quòd ad tantam dementiam deuenissemus, vt illi, qui pro nobis currebat, crura succideremus, & obstacula poneremus illi, qui ad seruandum aduenerat. Hæc etiam Caiaphas, & Iudas ac commilitones eorum faciebant; de quibus in decursu sermonis subiunxit, *A voce inimici, & à tribulatione peccatoris*; inimicum appellans Caiapham, vt qui tempore iudicij vocem istiusmodi contra Saluatorem emittere ausus sit, *Blasphemauit, quid adhuc quæritis?* peccatorem verò Iudam. Quomodo enim non peccator sit, qui præceptorem prodidit? A quo, vtpote discipulo ac proditore, vehementer afflictus, subiungit ea quæ sequuntur.

Caiphas est inimicus.

Matt. 26, 65. * *Vulgata* egemus testibus? *Iudas peccator.*

5. COR MEVM CONTVRBATVM EST IN ME.] ATHANASII. Ecce, in-

γων, ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Ὁ δὲ πᾶς νοῦς οὗτος· Πρόσχες ὅπως ἐλυπήθην, ὅπως ἐταράχθην, ὅπως ἀδολεσχίας πεπλήρωμαι, ἀποδεξάμενός τε ταῦτα ἐπάκουσόν μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀδολεσχίαν καλεῖ παντὸς πράγματος συνέχειαν. Τὸ οὖν, Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην· τουτέστι, συνεχῆ τὴν λύπην ἔχον καὶ τὴν ταραχὴν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν κακῶν, ἄλλων ἐπ' ἄλλοις ἀεὶ συμβαινόντων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα λέγει θείῳ πνεύματι ὁ προφήτης, τὰ κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μέλλοντα ὑπὸ Ἰουδαίων τολμᾶσθαι, ὡς ἤδη παρόντα βλέπων, ἐφ' οἷς συγχεόμενος καὶ ταραττόμενος λύπης τε πληρούμενος καὶ ἀμηχανίας (ἣν ἀδολεσχίαν ὠνόμασε) διετέλει. Ἐχθροὺς δὲ ἁμαρτωλὸν φησι λαόν. Θλίψιν γὰρ παρεῖχον τῷ προφήτῃ οἱ τὰ τοιαῦτα τολμήσαντες.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἡ ἀδολεσχίαν ἐνταῦθα τὴν εὐχὴν σημαίνει, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Ἄννης· Ἐκ πλήθους ἀδολεσχίας μου ἐκτέτηκα. Καὶ ὅσα δὲ πράττομεν ἢ λέγομεν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀδολεσχία ἐστὶ, ὡς καὶ ὅσα εἰκῇ λαλοῦμεν. Κατέγνω οὖν ἑαυτοῦ ἐπὶ τῷ τετάραχθαι, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπολωλεκέναι γαλήνην ἐπὶ τῇ φωνῇ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. Ἐξομολογεῖται οὖν, διδάσκων ἡμᾶς ὁ προφήτης ἐξομολογεῖσθαι, τὸ πρόσωπον ἡμῶν ἀναλαβών.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀδολεσχίαν τὸν ἐν θεωρίᾳ μετεωρισμὸν λέγει, ὃν ὑπέμεινεν ὁ κύριος, τὰ καθ' ἡμᾶς λογιζόμενος, ἐφ' ἃ καὶ ἐταράττετο, ὅτι τοσοῦτον ἀνοίας προκόψαμεν, ὥστε σκελίζειν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν τρέχοντα καὶ τὸν παραγενόμενον σῶσαι, τιθέναι προσκόμματα. Ταῦτα καὶ Καϊάφας καὶ Ἰούδας καὶ οἱ συνεργοὶ διεπράττοντο, περὶ ὧν κατὰ λόγον ἐπήγαγεν, ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ· ἐχθρὸν τὸν Καϊάφαν λέγων, ὡς ἀφιέναι φωνὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ καιρῷ τοῦ κριτηρίου τοιαύτην τετολμηκότα, ἐβλασφήμησε· τί ἔτι ζητεῖτε; ἁμαρτωλὸν δὲ τὸν Ἰούδαν. πῶς γὰρ οὐκ ἁμαρτωλὸς ὁ προδιδοὺς τὸν διδάσκαλον; ἐφ' ᾧ καὶ σφόδρα ὡς μαθητῇ καὶ προδότῃ θλιβόμενος, ἐπιφέρει τὰ ἐχόμενα.

ε. Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ ΕΤΑΡΑΧΘΗ ΕΝ ΕΜΟΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἰδοὺ ἡ καρδία

καρδία μου, φησὶ, διέστρεψεν τὰ ἔνδον μου, ἀλλὰ καὶ δειλία θανάτου ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμέ. Ἤτοι δὲ τοῦ σωτηρίου θανάτου λέγει, ἐφ' ᾧ δειλίας ὁ προφήτης ἐπληροῦτο, ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ κινούμενος· ἢ τούτων ψυχῶν θανάτου τῶν ἀπόλλυσθαι μελλόντων διὰ τὰ τοιαῦτα τολμήματα. Ἀλλὰ φόβος καὶ τρόμος δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας ἐπέπεσε τῷ προφήτῃ, ὁρῶντι τὸν ἀγαπητὸν τοῦ θεοῦ τοιαῦτα ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν πάσχοντα. Ἐκάλυψεν τε αὐτὸν σκότος, ἢ, κατὰ τὸν Ἀκύλαν, δείνωσις, ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, φρίκη. Φρίκης γὰρ καὶ σκότους ἀληθῶς ἄξια κατὰ τοῦ σωτῆρος δρώμενα, ἃ θεωρούντα τῷ προφητικῷ πνεύματι ἐλάμβανε τὸν προφήτην. εἶτα μέσος ἀπολειφθεὶς τῶν ταῦτα δρώντων, μηδεμίαν τε ἔχων ἀποφυγὴν, μηδὲ ὅποι κλίνας ἑαυτὸν ἐκτὸς τῶν κακῶν, εὔχεται μετέωρος ἀρθῆναι, καὶ ὡς πτηνὸς δι' ἀέρος ἐκφυγεῖν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτην αὐτῶν τὴν δυσμένειαν καὶ τὰς τῶν ἐπιβούλων θεασάμενος μηχανὰς, φρίττω καὶ δέδια, καὶ προσμένω τὸν θάνατον. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους ἐβόα, Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. Ἔδει γὰρ καὶ ἐν τούτῳ δειχθῆναι τὴν φύσιν, τὴν δεχομένην τὸ πάθος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἔχει τι ὅμοιον τῷ, ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί· καὶ τῷ, πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ θανάτῳ προσδοκωμένῳ δειλία ἀπό τινος πονηρᾶς ἐνεργείας γίνεται, ἥτις βουλομένη ἐνεργῆσαι εἰς τὸν λέγοντα τὸν ψαλμὸν, ἐπέπεσεν αὐτῷ, οὐ πάντως δὲ καὶ ἐνήργησεν ὃ ἐβουλήθη. Τὸ δὲ ὅμοιον ἐρεῖς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλθόντος ἐπ' αὐτὸν φόβου καὶ τρόμου· ἅτινα ἐπεὶ εὗρεν αὐτὸν ἐγρηγορότα, οὐκ ἐνήργησεν. Ἐκάλυψέ με δὲ σκότος εἶπε, διὰ τὸ σῶμα σκοτίζειν τὴν ψυχὴν, ὅτι ἁμαρτωλὸς καὶ ἐχθρὸς ἐκκλίνουσιν ἐπ' ἐμὲ ἀνομίαν ποιῆσαι. ἁμαρτία γὰρ ἁμαρτίαν ἐρεθίζει· δίκαιος δὲ δικαίῳ συνὼν δικαιότερος γίνεται. Καὶ ἐν ὀργῇ ἐνεκότουν μοι. Καὶ τοῦτο τῶν ἁμαρτωλῶν, οἳ καὶ τὴν ἔχθραν οὐχ ἁπλῶς ἐργάζονται, ἀλλὰ καὶ ἐν σκότῳ. Ἐγκοτεῖν δέ ἐστιν, ἐναποκειμένην ἔχειν τὴν ὀργήν. Ἐπίσταται σπουδαῖος ἅπας ἕτερον εἶναι, τὸ ἐν λογισμοῖς ἁμαρτάνειν (ὃ καὶ ἀνεκτόν ἐστι) καὶ ἕτερον, ἐν πράξει καὶ λόγοις (ὃ καὶ ἐπικίνδυνον καὶ βαρύ.) Διὸ καὶ εἴ ποτε ἐν λογι-

quit, cor meum inuertit interiora mea; sed *& formido mortis cecidit super me*. Hoc nempe de Saluatoris morte dicit, propter quam Propheta formidine replebatur, humanâ ratione motus; vel propter istarum animarum mortem, quæ ob istiusmodi temeritates erant perituræ. Ceterùm timor & tremor præ nimia reuerentia Prophetæ incidit, videnti dilectum Dei ab impijs talia tolerantem. *Contexerunt* etiam ipsum *tenebræ*, vel, secundùm Aquilam, *vertigo*, vel, iuxta Symmachum, *horror*. Reuerà enim horrore ac tenebris digna contra Saluatorem patranda erant, quæ Prophetam diuino Spiritu contemplantem corripuerunt. Deinde cùm inter illos qui hæc patrabant medius relictus esset, nec vllum effugium haberet, vel vbi seipsum extra mala reclinaret, rogat vt in sublime attollatur, & tamquam auis per aëra effugiat.

CATENA PATRVM.

Quomodo Dauid afficeretur ex consideratione iniuriarum Christo inferendarum.

THEODORETI. Hanc illorum inimicitiam insidiarumque machinationem videns, perhorresco & timeo, & mortem exspecto. Quin & ipsemet Saluator passionis tempore exclamabat, *Nunc anima mea turbata est*. Oportebat enim vt in hoc natura demonstraretur, quæ cruciatus exciperet. Ioan. 12, 27.

ORIGENIS. Habet hoc quid simile isti, *Cor meum conturbatum est in me*; & isti, Psal. 54, 5. *Ad meipsum anima mea conturbata est*. Ceterùm etiam mortem expectanti à prauo quodam spiritu timor inijcitur; qui cùm vellet operari in illo qui hunc Psalmum dictabat, irruit in eum, sed non omnino effecit quod volebat. Similiter quoque dices de timore ac tremore super ipsum veniente: quæ quia ipsum repererunt vigilantem, nil effecerunt. *Contexerunt* verò *me tenebræ* dixit, quia corpus animo tenebras offundit, quando peccator & inimicus declinant in me iniquam actionem. Peccatum enim peccatum prolicit; iustus verò iusto commanens iustior euadit. *Et in ira molesti erant mihi*. Hic etiam peccatorum mos est, qui inimicitias non simpliciter exequuntur, sed in tenebris. Ἐγκοτεῖν verò idem est quod inueteratam iram habere. Quilibet probus nouit aliud esse, peccare cogitationibus (quod & tolerabile est) & aliud, rebus ac verbis (quod & periculosum & graue est.) Quapropter si quando in cogitationibus

Psal. 41, 7.

Mortem expectanti timor inijcitur.

Ἐγκοτεῖν quid sit.

Ira in cogitationibus ipsis supprimenda.

CATENA PATRVM.

tionibus contingat iram vel noxam existere, hæc in seipso custodit, neque verbum profert, iuxta peccatum quod in occulto fit, neque complete perficit, sciens cogitationem esse curabilem. Quod verò opere ac verbis fit, curatu difficile, & quandoque incurabile existit. Idcircò ait, *Cor meum conturbatum est in me.* Non enim turbationem enuntiaui, vel feci quidquam aduersus eum: quin imò cùm timor ingrueret mortis peccatum subsequentis, in memetipso illum continui. Contingit enim ex signis externis timorem apparere, & ostensum alijs offendiculum fieri. Illud verò, *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ*, humanæ naturæ est, patiendi, & irascendi & concupiscendi vim habentis: & etiamsi quis in virtute profecerit, potentiâ patiendi minimè deletâ, contingit in dicta compassione versari. Certè persona quoque proposita, cùm à vocibus inimicis & tribulatione peccatoris concuteretur, insitam patiendi vim habebat excitatam, adeò vt timore corriperetur, & tremori subiaceret præ tenebris anxietatis: nam caligationem tenebras appellauit.

Natura humana passionibus obnoxia.

Hesychii. Hoc tentatis & afflictis proprium est, vt non solùm timore ac tremore, sed etiam tenebris secundùm animam deficientes corripiantur. Quin & Christus, tamquam verus ac sincerus pastor, pro grege suo timuit, tremuitque: siquidem mœrentem ac dolentem nil prohibebat timere ac tremere, cùm absque peccato omnia nostra pateretur: itaque etiam tenebræ nostræ ipsum obumbrarunt. Quin potiùs tenebras illas intelligit, quæ mundum contexerunt tempore crucis à sexta hora vsque ad nonam.

Tenebræ tentatis & afflictis ingruunt.

Christus pro nobis timuit.

Tenebræ nostræ Christum obumbrarunt.

Theodori. Hoc exanimationis proprium est. Quando enim quis propter periculorum magnitudinem de salute desperat, exanimatione victus, quasi tenebris quibusdam circumfunditur, vt præsentia congruè discernere nequeat.

Exanimati caligant.

7. Et dixi, Qvis dabit mihi pennas?] Theodori. Cùm itaque malorum multitudinem viderem, nec vllam superesse spem rerum meliorum, hoc deinceps perpendebam (nam *dixi* hoc loco pro *cogitaui* posuit) num alatus fortè possem columbæ instar auolare; atque ita procul

Hominis anxij cogitationes quales.

σμοῖς συμβαίνῃ κλέπτον καὶ βλάβην γίνεσθαι, ἐν ἑαυτῷ φυλάττει αὐτά, οὐδὲ προτέρῳ λόγον, κατὰ τὸ ἐν κρυπτῷ ἁμάρτημα, οὐδὲ πράττει ἀποτελεσματικῶς, εἰδὼς ἰάσιμον εἶναι τὸ ἐνθύμημα. τὸ δὲ ἐν πράξει καὶ λόγοις, δυσίατον ἔσθ' ὅτε καὶ ἀνίατον. διό φησιν, Ἡ καρδία μου ἐταράχθη ἐν ἐμοί. οὐ γὰρ ἡρμήνευσα τὴν ταραχὴν, ἢ ἔπραξά τι κατ' αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ δειλίας ἐπιπεσούσης θανάτου ἀκολουθοῦντος τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐν ἐμαυτῷ αὐτὴν κατεῖχον. Συμβαίνει γὰρ ἐκ τῶν ἔξω τὴν δειλίαν φαίνεσθαι, καὶ ἑτέροις πρόσκομμα γίνεσθαι τὸν δειλαθέντα. Τὸ δὲ, Φόβος καὶ τρόμος ἦλθεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐκάλυψέ με σκότος, τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης ὑπάρχει, ἐχούσης τὸ παθητικὸν καὶ θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν· κἂν κατ' ἀρετήν τις προκόπτῃ, οὐκ ἀφανιζομένου τοῦ παθητικοῦ, συμβαίνει ἐν τῇ λεγομένῃ συμπαθείᾳ γίνεσθαι. Ἀμέλει γοῦν καὶ τὸ προκείμενον πρόσωπον, ὠθούμενον ὑπὸ φωνῶν ἐχθρῶν καὶ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ ἀναρριπιζόμενον, ἔχει τὸ ἐνυπάρχον παθητικὸν, ὡς φοβηθῆναι, καὶ τρόμῳ ὑποπεσεῖν ὑπὸ τοῦ τῆς ἀπορίας σκότους· τὴν γὰρ σκοτοδινίασιν σκότος ἐκάλεσεν.

Ἡσυχίου. Τοῦτο τῶν ἐν πειρασμοῖς καὶ θλίψεσιν ἴδιον, μὴ μόνον φόβῳ καὶ τρόμῳ, ἀλλὰ καὶ σκότῳ τὸ κατὰ ψυχὴν ἀπορριπτομένους συνέχεσθαι. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς, ὡς ποιμὴν ἀληθινὸς καὶ γνήσιος, ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ποίμνης ἐδειλία, καὶ ἔτρεμεν· τὸν γὰρ ἀδημονοῦντα καὶ λυπούμενον οὐδὲν ἦν ἀπεικὸς φοβεῖσθαι καὶ τρέμειν, πάντα χωρὶς ἁμαρτίας τὰ ἡμέτερα πάσχοντα· οὐκοῦν καὶ σκότος αὐτὸν ἐκάλυψε τὸ ἡμέτερον. Μᾶλλον δὲ σκότος ἐκεῖνο λέγει, ὅπερ τὸν κόσμον ἐκάλυψε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ ἀπὸ ἕκτης ὥρας ἕως ἐννάτης γινόμενον.

Θεοδώρου. Τοῦτο τῆς ἀθυμίας ἴδιον. Ὅταν γάρ τις διὰ μέγεθος τῶν κινδύνων ἀπελπίσῃ τὴν σωτηρίαν ἀθυμίᾳ κρατηθεὶς, ὥσπερ σκότῳ τινὶ περιβάλλεται, μηδὲ διακρίνειν τὰ παρόντα προσηκόντως δυνάμενος.

ζ'. Καὶ εἶπα, Τίς δώσει μοι πτέρυγας;] Θεοδώρου. Ὁρῶν οὖν τὸ πλῆθος τῶν κακῶν, καὶ οὐδεμίαν ὑπολειμπανομένην ἐλπίδα τῶν κρειττόνων, ἐκεῖνο λοιπὸν ἐδοκίμαζον (κἀνταῦθα γὰρ τὸ εἶπα ἀντὶ τοῦ ἐδοκίμασα) εἴ πως οἷόν τε ἦν πτερωθέντα δίκην περιστερᾶς ἀποπτῆναι, καὶ μακρὰν γενό-

γενόμενον ὥστε εὑρεῖν ἀνάπαυσιν τῶν κακῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος πεποίηκε Δαβίδ· φυγὼν γὰρ τὸν Σαοὺλ, καὶ πάλιν τῶν ἐν τῇ Γὲθ ἀλλοφύλων τὴν δυσμένειαν θεασάμενος, εἰς τὴν ἔρημον ἀπέδρα· ὡς ἡ πρώτη τῶν βασιλείων ἱστορία διδάσκει. καὶ ὁ δεσπότης δὲ Χριστὸς πολλάκις μὲν εἰς τὸ ὄρος, πολλάκις δὲ εἰς τὴν ἔρημον ὑπεχώρησε, τὸν τῶν Ἰουδαίων φθόνον ἐκκλίνων. θαυμάσαι δὲ ἄξιον, τὸν μέγαν Δαβὶδ περιστερᾶς, καὶ οὐκ ἄλλου ὀρνέου πτέρυγας λαβεῖν ἐθελήσαντα. δῆλος γάρ ἐστι τῆς πνευματικῆς χάριτος ἐφιέμενος, τῆς ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπιπτάσης.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πτέρυγας τοὺς Ἀποστόλους καλεῖ· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἐπὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον ἔπτη, καὶ καθάπερ ἐν νεοσσίαις ἐκκλησίαις κατέπαυσε· τούτοις οἷα πτέρυγας περιστερᾶς, τουτέστι πλήρεις τῆς χορηγίας τοῦ πνεύματος, βούλεται. τὸ δὲ τίς οὐκ ἀποροῦντος ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντος καὶ κατεπείγοντός ἐστι.

η. ΙΔΟΥ ΕΜΑΚΡΥΝΑ ΦΥΓΑΔΕΥΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστιν, ἐπὶ πολὺ φυγαδεύων τὸν ἐχθρὸν καὶ τὸν ἁμαρτωλὸν, ὡς ἐκείνου ἐληλασμένου αὐλισθῆναί με ἐν τῇ ἐρήμῳ· τουτέστι, διαναπαύσασθαι ἐν καταπαύσει εἰρηνικῇ. εἰ δὲ τὸ φυγαδεύειν ἰδίως ἐνταῦθα τὸ φυγεῖν σημαίνει, ἐρεῖ ὁ δίκαιος τοὺς ἐκ περιτομῆς φεύγων, καὶ μακρυνόμενος διὰ τὴν παροῦσαν αὐτοῖς ἀλαζονείαν. Καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ, δηλαδὴ νόμου καὶ προφητῶν ἐκκλησίας. Ἁρμόζει δὲ ταῦτα μάλιστα τῷ κατ' οἰκονομίαν Χριστῷ· ταῦτα γὰρ συμβολικῶς ποιῶν ἀνεγράφη ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· Ἀκούσας γάρ, φησιν, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν εἰς ἔρημον τόπον. Περὶ ταύτης τῆς ἐρήμου ἐστὶ τὸ, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ὅταν γὰρ ἐν πειρασμοῖς ὄντες, ἀνθρώπων ἑαυτοὺς τῶν περιττῶν καὶ τῶν ὀχληρῶν ἀποστήσωμεν, ἀναλαμβάνοντες τὰς ἐπιβουλὰς ὑπομένειν ἰσχύσομεν. Διόπερ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐν τῷ ναῷ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἀλλὰ καὶ κατ' ἰδίαν ἐν ἐρήμῳ τόπῳ προσηύξατο· ἀλλὰ μὴν ἡμᾶς διδάσκων, τίνα δὴ τρόπον ἐν πειρασμοῖς προσεύχεσθαι· ἅμα δὲ ταύτην περὶ αὐτοῦ τὴν προφητείαν σφραγίσαι βουλόμενος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ τοιούτων, φησὶ, γινομένων, ἐγὼ τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν ἀνέμενον, ὡς ἱκανοῦ σώζειν τε καὶ ἀπαλλάττειν τῆς ὀλιγοψυχίας, ἣν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν κακῶν ὑπέμενον, πολλάκις μικροῦ δεῖν πρὸς αὐτὸν ἐγγίζων τὸν θάνατον

positus à malis quietem aliquam reperire.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Hoc beatus Dauid fecit: nam cùm Saülem fugeret, & rursus in Geth alienigenarum insidias conspicaretur, in solitudinem se abdidit; vt prima Regum historia edocet. Quin etiam Christus Dominus sæpè quidem in montem, frequenter etiam in solitudinem secessit, Iudæorum inuidiam declinans. Porrò admiratione dignum est, magnum Dauidem columbæ, & non alterius auis alas accipere voluisse. Manifestum est enim eum Spiritus sancti gratiam desiderare, qui in columbæ specie deuolauit.

Dauid, vti & Christus, sæpè petit solitudinem.

HESYCHII. *Pennas* vocat Apostolos: in ipsis enim per totum terrarum orbem Christi mysterium volauit, & quasi in nouellis Ecclesijs requieuit: ipsis quodammodò alas columbæ, id est Spiritus sancti dispensatione plenas, optat. Particula autem *quis* non est hîc hæsitantis, sed potiùs desiderantis & vrgentis.

Pennæ sunt Apostoli.

8. ECCE ELONGAVI FVGANS.] THEODORI. Id est, procul fugans inimicum & peccatorem, vt ipso exturbato commorarer in deserto; id est, in pacifica quiete requiescerem. Quod si *fugare* hoc loco propriè idem quod *fugere* significet, dicet hoc iustus fugiens illos qui sunt de circumcisione, & elongans se ab ijs propter superbiam eorum. *Et mansi in solitudine*, scilicet legis & Prophetarum Ecclesiæ. Hæc secundùm dispensationem Christo maximè conueniunt: hæc enim symbolicè fecisse fertur in Euangelijs: *Cùm autem*, inquit, *audisset Iesus, quòd Ioannes traditus esset, secessit* * *inde in desertum locum.* De hoc deserto est & illud, *Vox clamantis in deserto.* Quando enim in tentationibus versantes, ab hominibus naucis ac turbulentis recesserimus, resumptis animis insidias sustinere poterimus. Propterea Christus sub tempus passionis non in templo, sed seorsum in loco deserto orauit, vt nos doceret, quomodo in tentationibus orandum sit; & vt simul Prophetiam hanc, quæ de ipso erat, confirmaret.

Qualiter iustus fuget & fugiat.

Solitudo legis & Prophetarum.

Matt. 4, 12.

* Vulgata in Galilæam.

Isaiæ 40,3.

Homines turbulenti fugiendi.

Christus cur in deserto oret.

EIVSDEM. Cùm talia, inquit, eueniebant, ego à te auxilium expectabam, eò quòd sufficeres ad seruandum me, & liberandum à pusillanimitate, quam præ malorum multitudine sustinebam, ad ipsam vsque mortem

Tempestas tentationum & malorum.

ἄβυσσος σοφίας, ἐν ᾗ ἐστι τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καταποντίζει ἐπικλύζουσα γλώσσας καὶ φωνὰς ἐχθροῦ τῇ ἀληθείᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῶν πρεσβυτέρων αὐτῶν, καὶ καταδιαιρεῖ αὐτὰς, διελέγχουσα τὸ ἀσύμφωνον καὶ τὸ διεσπασμένον αὐτῶν. Ἡ δὲ αἰτία, τοῦ ταῦτα λέγεσθαι, ἐπιφέρεται. Ἔστι γὰρ καὶ ἀντιλογία ἡ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῶν λογομαχούντων, εἰς οὐδὲν χρήσιμον εἰ μὴ ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Χριστὸς δὲ λέγοι ἂν τὰ ἑξῆς περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ πόλεως, ἰδὼν τὴν ἐν αὐτῇ ἀνομίαν, καὶ τὴν περὶ αὐτοῦ ἀντιλογίαν, τῶν διάφορα περὶ αὐτοῦ λεγόντων. Καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς. εἰς πρόσωπον τοῦ προδότου ἀναφέροιτο ἂν δικαίως.

ί. ΟΤΙ ΕΙΔΟΝ ΑΝΟΜΙΑΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΛΟΓΙΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αἰτίας παρατίθησι, δι᾽ ἃς καὶ τὴν προσευχὴν ἐποιήσατο.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀναγκάζομαι δὲ ταῦτα αἰτεῖν, οὐ τιμωρηθῆναι τοὺς οἰκείους ἐπιθυμῶν· ἀλλ᾽ ὁρῶν πλεονάζοντα τὰ κακὰ, καὶ τὴν πόλιν γέμουσαν ἀτοπίας τε καὶ πάσης ἔριδος, ἵν᾽ οὕτω τιμωρηθέντων ἐκείνων, λάβῃ λύσιν τὰ κατὰ τὴν πόλιν κακά.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῦτο ἀναφέρεσθαι δύναται ἐπὶ τὸ, ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ, διὰ μέσου εἰρημένων τῶν δύο στίχων, ἀπὸ τοῦ, προσεδεχόμην τὸν Θεὸν τὸν σώζοντά με, ἕως τοῦ, καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν. ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Ἐπεὶ ἐν τῇ νομιζομένῃ τοῦ Θεοῦ πόλει τῇ Ἱερουσαλὴμ, εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἀνομούντων, καὶ ἀντιλεγόντων τῇ ἀληθείᾳ, ἐμάκρυνα φυγαδεύων ἀπ᾽ αὐτῆς, ὥστε γενόμενον ἐν τῇ ἀπὸ ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ, ἐρήμῳ καλουμένῃ, αὐλισθῆναι ἐν αὐτῇ, διαναπαυόμενον καὶ διανυκτερεύοντα ἐν τοῖς πιστεύουσιν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῷ μακαρίῳ Δαβὶδ οὐκ οἶμαι ἁρμόττειν ταῦτα τὰ ῥήματα· οὐδὲ γὰρ Ἱερουσαλὴμ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπὸ Ἰουδαίων κατείχετο, οὐδὲ ἄλλη τις βασιλικὴ ἐνενόμιστο πόλις· ἀλλ᾽ ἔοικε τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἀντιλογίαν καὶ παρανομίαν προλέγειν, ὁμοῦ καὶ τῆς πονηρίας αὐτῆς δεῖξαι τὰ εἴδη, τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν, τὸν τόκον, τὸν δόλον· ἅπερ ἀσπαζόμενοι, τοὺς ἐπωφελεῖς τοῦ σωτῆρος οὐκ ἐδέχοντο νόμους. Ἐπισημαίνεσθαι μέντοι προσήκει, ὡς οὐ μόνον τῆς καινῆς διαθήκης ἡ τελειότης, ἀλλὰ καὶ ἡ νομικὴ πολιτεία τοὺς τόκους κατηγορεῖ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ, καὶ τῇ ἀδικίᾳ, καὶ τῷ δόλῳ τούτους συνέζευξεν.

CATENA PATRVM.

Deus dissipat voces inimici veritatis.

tamquam abyssus sapientiæ, in qua sunt profunda Dei, præcipitat inundans linguas & voces inimici sermonis veritatis, & ipsorum seniorum; & dissoluit ipsas, arguens dissonantiam & dissensionem eorum. Porrò causa, cur hæc dicantur, subiungitur. Est enim etiam contradictio pro veritate contendentium, quæ ad nihil vtilis est, nisi ad subuersionem audientium. Ceterùm Christus ea quæ sequuntur dicere possit de ciuitate Hierosolyma, videns in ea iniquitatem, & aduersus se contradictionem, diuersa de ipso differentium. *Et non defecit de plateis eius.* Hoc iure merito ad personam proditoris referri possit.

2. Tim. 2, 14.

Hierosolyma Christo contradicebat.

10. QVONIAM VIDI INIQVITATEM ET CONTRADICTIONEM.] ATHANASII. Causas adiungit, propter quas etiam orationem instituerit.

Iustus petit mala puniri, vt desinant.

THEODORI. Cogor autem hæc rogare, non quòd familiares puniri cupiam; sed quòd mala videam redundare, & ciuitatem omni absurditate ac contentione refertam esse, vt illis hoc modo punitis, ea quæ in ciuitate mala sunt, finem capiant.

ANONYMI. Hoc referri potest ad illud, *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine,* interiectis duobus versibus, ab eo, *Expectabam Deum, qui saluum me fecit,* vsque ad illum, *Diuide linguas eorum.* vt hoc sit quod dicitur: Cùm in ciuitate Hierosolyma, quæ Dei putabatur, viderem iniquitatem & contradictionem eorum qui delinquebant, & veritati contradicebant, elongaui fugiens ab ea; vt vbi Gentium Ecclesiam attigissem, quæ solitudo vocabatur, habitarem in illa, requiescens & pernoctans in fidelibus.

Cùm Christo Iudæi contradicerent, venit ad Gentium solitudinem.

THEODORETI. Hæc verba beato Dauidi minimè congruere existimo: non enim Hierosolyma eo tempore à Iudæis detinebatur, neque alia ciuitas Regia existimabatur: sed videtur prædicere Hierosolymæ contradictionem & iniquitatem, ac simul prauitatis eius species recensere, iniquitatem, iniustitiam, fœnus, dolum; quæ cùm amplecterentur, vtiles Saluatoris leges minimè receperunt. Ceterùm obseruandum est, non modò noui Testamenti perfectionem, verùm etiam legis statum vsuras condemnare, dum eas cum iniquitate, & iniustitia & dolo coniungit.

Qualis fuerit contradictio & iniquitas Hierosolymæ.

Vsura semper damnata.

CATENA PATRVM.

Contentio Iudæorum cum Pilato in Christi passione.
Luc. 23, 4.
Ioan. 19, 7.

Hesychii. Dum Christus iniquè iudicabatur, contentio facta est, Pilati scilicet & Principum sacerdotum Iudæorum: illo quidem dicente, *Nihil inuenio causa in hoc homine*; ipsis verò respondentibus, *Nos legem habemus; & scimus, quia secundùm legem nostram debet mori.*

Violentia & iniquitas passionis Christi.

Eusebii. Istud *die ac nocte*, & quæ sequuntur, Symmachus ita interpretatus est: *Quoniam vidi violentam iniustitiam & altercationem in ciuitate die ac nocte circuire muros eius: dolor & miseria intus eam.* Iniquitatis autem opera erant, quæ contra Saluatorem attentata sunt, & violentæ reuerà iniustitiæ: Nam pro eo, inquit, quòd me diligerent, traduxerunt me, & posuerunt contra me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.

Contradictio inter falsos testes de Christo.

Contradictio autem erat inter ipsos, & controuersia, cùm plurimi falsi testes in ipsum insurgerent, & nil veri aut consoni proferrent. Aduersus ipsum enim temerè omnia fiebant non de die tantùm, sed etiam nocte:

Iudæi die ac nocte Christum persecuti sunt in passione.

siquidem in nocte Petrus eum negabat. Et nox erat, quando adducebant Dominum, modò quidem ad Annam, modò verò ad Caipham: manè autem ligantes ipsum tradiderunt Pilato, & passionem adornarunt. Quæ vtique omnia cùm in spiritu Propheta præuideret, ea quæ iam dicta sunt cecinit: at-

Intra & extra ciuitatem passus est Christus.
Luc. 23, 33.

que hæc quidem in ciuitate. Circa muros verò eius *iniquitas & labor*, vel, iuxta Symmachum, *dolor & miseria*, designant ea quæ extra ciuitatem transacta sunt; quando educentes ipsum, duxerunt ad locum qui vocatur Golgotha: atque ista erant, è quibus reuerà existebat dolor & miseria. Rursus verò, quæ intus illam, plena, inquit, erant iniuriâ, & damno, & manuum iniectione: atque iniustitia erat in medio eius. *Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.* pro quibus Aquila interpretatus est, *debitum & inuasionem.* Omnibus enim malis replebantur, qui Saluatori insidias construebant.

Dies tempus crucis, nox tempus proditionis; muri sunt sacerdotes.

Hesychii. *Die* quidem, id est tempore crucis; *nocte* verò, id est tempore proditionis; *super muros*, id est super sacerdotes: ipsi enim sunt muri populi: fortes quidem, dum secundùm legem sacerdotij viuunt; cariosi verò ac ruinosi, quando à dignitate sua aliena tractant. Iniquitatem verò & laborem

Ἡσυχίου. Τοῦ Χριστοῦ κρινομένου ἀνόμως, ἀντιλογία τῶν κρινόντων, Πιλάτου δηλαδὴ καὶ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέων ἐγένετο· τοῦ μὲν λέγοντος, Οὐδὲν αἴτιον εὑρίσκω ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· ἐκείνων δὲ, ἡμεῖς νόμον ἔχομεν, καὶ οἴδαμεν, ὅτι κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν.

Εὐσεβίου. Τὸ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· Ὅτι ἐθεώρησα βίαιον ἀδικίαν καὶ ἀντιδικασίαν ἐν τῇ πόλει ἡμέρας καὶ νυκτὸς κυκλοῦντα αὐτῆς τὰ τείχη· ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία ἔνδον αὐτῆς. Ἀνομίας δὲ ἔργα, ἦν τὰ κατὰ τοῦ σωτῆρος τολμώμενα, καὶ βιαίας ὡς ἀληθῶς ἀδικίας· Ἀντὶ γὰρ τοῦ ἀγαπᾶν με, φησὶν, ἐνδιέβαλλόν με, καὶ ἔθεντο κατ᾽ ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. Ἀντιλογία δὲ ἦν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἀντιδικασία, πολλῶν ψευδομαρτύρων παριόντων κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ἀληθὲς μηδὲ σύμφωνον λεγόντων. Κατ᾽ αὐτοῦ γὰρ εἰς κενὸν ἅπαν ἐπράττετο οὐδὲ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ νυκτός· καὶ γὰρ ἐν νυκτὶ Πέτρος ἀρνεῖται. καὶ νὺξ ἦν, ὅτε ἀπῆγαγον τὸν κύριον, ποτὲ μὲν πρὸς Ἄνναν, ποτὲ δὲ πρὸς Καϊάφαν· πρωΐας δὲ δήσαντες αὐτὸν παρέδωκαν Πιλάτῳ, καὶ τὰ κατὰ τὸ πάθος ἐνήργουν, ἃ δὴ πάντα τῷ πνεύματι προειδὼν ὁ προφήτης ἀποφαίνει, τὰ εἰρημένα· καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ πόλει. Περὶ δὲ τὰ τείχη αὐτῆς ἀνομία καὶ κόπος ἦ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία, σημαίνει τὰ ἐκτὸς τῆς πόλεως πεπραγμένα, ὁπηνίκα ἐξαγαγόντες αὐτὸν, ἤγαγον εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον Γολγοθᾶ· καὶ τὰ μὲν ἐξ ὧν ἦν ὡς ἀληθῶς ὀδύνη καὶ ταλαιπωρία. Πάλιν δὲ, τὰ ἔνδον αὐτῆς, ἐπηρείας, φησὶ, καὶ ζημίας, καὶ ἐπιθέσεως χειρῶν μεστά· ἀδικία τε ἦν ἐν μέσῳ αὐτῆς. καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. ἀνθ᾽ ὧν ὁ μὲν Ἀκύλας ὄφλημα καὶ ἐπίθεσιν ἡρμήνευσε. πάντων γὰρ ἐπεπλήρωντο κακῶν, οἱ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐργαζόμενοι.

Ἡσυχίου. Ἡμέρας μὲν, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ· νυκτὸς δὲ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προδοσίας· ἐπὶ τὰ τείχη, δηλαδὴ ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς· αὐτοὶ γὰρ τείχη τοῦ λαοῦ τυγχάνουσιν· ἰσχυρὰ μὲν, κατὰ τὸν νόμον τῆς ἱερωσύνης ζῶντες· σαθρὰ δὲ πεπτωκότα, ὅταν ἀλλότρια τοῦ προσχήματος πράττωσιν. Ἀνομίαν δὲ καὶ κόπον

ἐν μέσῳ

ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ ἀδικίαν λέγει τὴν δουλείαν τοῦ γράμματος· ἀνομίαν, ὅτι τὸν νόμον πνευματικῶς οὐκ ἐφύλαττον· ἀδικίαν, ὅτι τοσαύτας παρὰ τοῦ πατρὸς εὐεργεσίας δεξάμενοι, σταυρῷ τὸν ἰατρὸν καὶ τὸν σωτῆρα παρέδωκαν. Οὐκ ἐξέλειπε δὲ ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. Ἴσως μὲν καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων φιλαργυρίαν διαβάλλει· οἵτινες, τοκίζειν αὐτοὺς τοῦ νόμου κωλύοντος, δόλῳ τοὺς τόκους δι' ἐπινοιῶν ἑτέρων ἐκέρδαινον. Πλὴν τόκος τῆς ἀπάτης ἡ ὑπόκρισις· αὕτη μετὰ δόλου τὰς τῆς Ἱερουσαλὴμ πλατείας οὐκ ἐπέλειπε· σφόδρα γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ὡς ἐπ' ἀρεταῖς ἐπαρρησιάζοντο. Πλὴν καὶ ἡμεῖς φυλαξώμεθα, καὶ μήτε ἡμέρας μήτε νυκτὸς ἐπὶ τὰ ἡμέτερα τείχη, δηλαδὴ τὰς ἀρετάς, ἀνομίαν ἔχειν, ἢ ὅλως ἀντιλογίαν καρτερήσωμεν· ἀλλὰ μηδὲ τόκον ἢ δόλον ἐν πλατείαις ταῖς ἡμετέραις ἔχωμεν. πλατεῖαι γὰρ καὶ εὐθυνοῦσαι αἱ ὁδοί, ἐν αἷς τὰ πλημμελήματα οὐ μὴν εἰς ζωὴν, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν ἄγουσιν.

ιγ'. ΟΤΙ ΕΙ ΕΧΘΡΟΣ ΩΝΕΙΔΙΣΕ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα εἰς πρόσωπον τοῦ προδότου ἀναφέροιτ' ἂν δικαίως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Φορητὰ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀποκεκαλυμμένων διὰ τοῦτο νομίζεται, ἐπειδήπερ εὔκολον ταῦτα φυλάξασθαι· οἱ δὲ φίλοι δοκοῦντες, τὰ τῶν ἐχθρῶν λογιζόμενοι, οὐκ εἰσὶ φορητοί· μέλιτι γὰρ τὸν ἰὸν κεράσαντες λανθάνοντα, κατασκευάζουσι θάνατον. Τοῦτο καὶ τοῦ Ἰούδα ὁ Χριστὸς διὰ τῆς παρούσης προφητείας ὀνειδίζει. ὧν ἵνα παραστήσῃ σαφέστερον, τὰ ἐχόμενα ὁ προφήτης ἐπήγαγεν.

ιδ'. ΣΥ ΔΕ ΑΝΘΡΩΠΕ ΙΣΟΨΥΧΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, κατασταθεὶς ἡγεμὼν ὑπ' ἐμοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος, ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, καὶ συνήθης, καὶ γνώριμος. τὸ δὲ, ἡγεμών μου, καλῶς ὡς πρὸς τὸν Σίμωνα· ἐπειδὴ τοῦ μακαρίου Ὀνίου ἀρχιερατεύοντος, προστασίαν τινὰ ἐγκεχείριστο. οὕτως ἡγεμόνας καὶ ἄρχοντας βασιλέων καλοῦμεν τοὺς ὑπ' αὐτῶν προτεταγμένους, εἴτε παρ' αὐτῶν τὴν ἀρχὴν ἐγκεχειρισμένους.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Συνέστιός μοι, φησί, γενόμενος, ὥστε καὶ κοινολογεῖσθαι γλυκεῖαν ὁμιλίαν περὶ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἀναστρεφομένους. Ἐγλύκανας ἐδέσματα· τουτέστι, συνέφαγες μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς, οὐχ ὡς ξένος, ἀλλ' ὡς γνήσιος φίλος, μετὰ τέρψεως καὶ θάρσους συμφαγών.

in medio eius & iniustitiam vocat seruitutem litteræ: iniquitatem, quia legem spiritaliter non seruarunt: iniustitiam, quia tantis à Patre beneficijs affecti, medicum & altorem suum cruci tradiderunt. *Non defecit* autem *de plateis eius vsura & dolus.* Fortassis quidem etiam Iudæorum auaritiam taxat; qui, dum lex ipsos fœnerati prohiberet, dolo vsuras alijs artificijs extorquebant. Ceterùm deceptionis fœnus est hypocrisis: hæc vna cum dolo de Hierosolymæ plateis minimè defecit: in ijs enim tamquam in virtutibus valdè præfidebant. Verumtamen & nos caueamus, ne die neque nocte super muros nostros, nempe virtutes, habeamus iniquitatem, vel omnino contradictionem toleremus: sed neque vsuram vel dolum in plateis nostris habeamus. Plateæ enim & latæ viæ sunt, in quibus delicta non ad vitam, sed ad interitum ducunt.

CATENA PATRVM.

Auaritia Iudæorum.

A quibus maximè cauendum sit.

13. QVONIAM SI INIMICVS EXPROBRASSET ME.] ATHANASII. Hæc ad personam proditoris meritò referri possint.

HESYCHII. Ea quæ à manifestis inimicis inferuntur idcircò tolerabilia censentur, quia facile est ista cauere: at qui, cùm amici videantur, hostilia machinantur, intolerabiles existunt: siquidem melle venenum miscentes, clandestinam mortem inserunt. Hoc etiam Iudæ Christus præsenti vaticinio exprobrauit. Quæ, vt Propheta clariùs exponeret, sequentia subiunxit:

Manifesti inimici tolerabiles fictis quàm occulti.

14. TV VERO HOMO VNANIMIS.] ATHANASII. Scilicet, qui sub me dux es constitutus.

THEODORI. Symmachus, *Sed tu homo eorumdem morum, & familiaris meus, & notus.* Illud verò, *Dux meus,* rectè tamquam ad Simonem dictum; vt qui, Onià supremo sacerdotio fungente, præfecturam aliquam gerebat. Hoc modo Duces & Imperatores Regum appellamus eos, qui ipsis subordinati sunt, siue qui ab ipsis imperium sibi concreditum acceperunt.

EVSEBII. Conuictor, inquit, meus factus; ita vt etiam communi colloquio & suaui conuersatione frueremur in domo Dei versantes. *Dulces mecum capiebas cibos*; id est, comedebas cum magna voluptate, non quasi hospes, sed vt sincerus amicus, eum delectatione & confidentia simul cibum sumens.

CATENA PATRVM.

Didymi. Istud, *Notus meus*, id est, à me cognitus; *qui simul mecum dulces capiebas cibos*; vnà cum reliquis discipulis pascens me bonis operibus.

Athanasii. Simile est ac si dicat, eidem mensæ frequenter adhibitus.

Iudæ detestabilis ingratitudo & proditio qualis.

Theodoreti. Omnium molestissimum mihi videtur, virum familiarem & concordem, & meum sodalem, & conuictorem factum, & diuinarum & humanarum rerum mecum conscium, res inimicas & hostiles facere. Ceterùm per hæc verba manifestò nobis prophetica gratia proditorem Iudam descripsit; qui dux quidem à Rege Christo electus fuit *(Constitues enim eos Principes super omnem terram)* & eius mensæ mysticorumque sermonum compos extitit, sed instrumentum insidiantium euasit. Hæc beato Dauidi nequaquam congruunt: nam nemo amicorum intimorum, dum eum Saül persequeretur, ipsum prodidit: neque enim Doëc neque Ziphæi ex legitimis amicis eius erant. Sed Euangeliorum Historiæ vaticinatio quadrat: *Qui manducat*, inquit, *mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum*. Cùm hoc modo proditionem prænuntiasset, mortem etiam eius repentinam prædicit.

Psal. 44, 17.

Ioan. 13, 18.

Iudas quomodo fuerit vnanimis Christi: Ioan. 17, 11.

Hesychii. *Vnanimis*, propter dilectionem, quam erga discipulos suos Dominus ostendit, cùm Patri diceret: *Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti : mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Dux*, quia cùm ipse marsupium pecuniarum ferret, fortasse rei familiaris habebat potestatem. *Notus*, quia tamquam discipulo ei omnia reuelauerat. *Qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Solus enim cum Iesu intingebat manum in catino. *In domo Dei ambulauimus cum consensu.* Domum Dei vocat Sionem: illic enim cum consensu cœnam paschæ cum discipulis Christus perfecit; verùm Iudas cœnæ mysterium non obseruauit: inde enim egressus proditionem adornauit. Hæc itaque Dei Spiritus ante plurimas generationes, proditori exprobrando, insinuauit.

quomodo Dux:

quomodo notus.

Matt. 26, 23. Marc. 14, 20.

Quomodo ambulauerit cum consensu.

16. Veniat mors super illos.] Evsebii. Iam pridem nobis frequenter etiam per ea, quæ præcesserunt, ostensum est, ea, quæ prædictionis sunt, imperandi modo, pro Scripturæ consuetudine, efferri.

Scriptura sæpè imperatiuo vtitur pro futuro.

Διδύμου. Τὸ, γνωστός μου, ἀντὶ τοῦ, γινωσκόμενος ὑπ' ἐμοῦ, ὁ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλυκαίνας μοι ἐδέσματα· ἅμα τοῖς λοιποῖς μαθηταῖς τρέφων με τοῖς καλοῖς ἔργοις.

Ἀθανασίου. Ὅμοιον ὡσεὶ λέγει, τῆς αὐτῆς τραπέζης πολλάκις ἠξιωμένος.

Θεοδωρήτου. Πάντων ἀνιαρότατον εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ ἄνδρα συνήθη καὶ ὁμογνώμονα, καὶ ὁμοτράπεζόν μοι, καὶ σύσσιτόν μοι γεγενημένον, καὶ θείων μοι καὶ ἀνθρωπείων κεκοινωνηκότα μοι πραγμάτων, τὰ δυσμενῶν δρᾶσαι καὶ πολεμεῖν. Σαφῶς δὲ τούτων ἡμῖν τῶν λόγων ἡ προφητικὴ χάρις τὸν προδότην Ἰούδαν διέγραψεν· ἡγεμόνα μὲν ὑπὸ τοῦ βασιλέως χειροτονηθέντα Χριστοῦ (καταστήσεις γὰρ αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν) τραπέζης αὐτῷ καὶ μυστικῶν κεκοινωνηκότα λόγων, ὄργανον δὲ τῶν ἐπιβουλευόντων γεγενημένον. Ταῦτα δὲ τῷ μακαρίῳ οὐδαμῶς ἁρμόττει Δαβίδ· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενον τῶν ἐπιτηδείων προέδωκε· οὔτε γὰρ ὁ Δωὴκ οὔτε οἱ Ζιφαῖοι τῶν γνησίων αὐτοῦ φίλων ἐτύγχανον. τῇ δὲ τῶν εὐαγγελίων ἱστορίᾳ ἡ προφητεία συμβαίνει· ὁ ἐσθίων, φησί, μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. οὕτω τὴν προδοσίαν προαγορεύσας, καὶ τὸν αἰφνίδιον αὐτοῦ θάνατον προθεσπίζει.

Ἡσυχίου. Ἰσόψυχε, διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ κύριος ἐπεδείκνυτο, ὥστε τῷ πατρὶ λέγειν· Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι· ἵνα ὦσιν ἓν, καθὼς καὶ ἡμεῖς. Ἡγεμὼν, ἐπειδὴ τὸ γλωσσόκομον τῶν χρημάτων βαστάζων αὐτὸς, ἴσως τὴν ἐξουσίαν τῆς οἰκονομίας ἐκέκτητο. γνωστὲ, πάντα γὰρ ὡς μαθητῇ ἀπεκάλυψεν. Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκαινάς μοι τὰ ἐδέσματα. Μόνος γὰρ μετὰ τοῦ Ἰησοῦ ἐνέβαπτεν εἰς τὸ τρυβλίον. ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμονοίᾳ. οἶκον θεοῦ τὴν Σιὼν λέγει· ἐκεῖ γὰρ ἐν ὁμονοίᾳ τὸ δεῖπνον τοῦ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς ἐπετέλεσεν· οὐ μὴν ἐφύλαξεν Ἰούδας τοῦ δείπνου τὸ μυστήριον· ἐκεῖθεν γὰρ ἐξελθὼν τὴν προδοσίαν ἔπραξεν. ὥστε ταῦτα τῷ προδότῃ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καὶ πρὸ πολλῶν γενεῶν ὀνειδίζον ἐφθέγγετο.

ιϛʹ. ΕΛΘΕΤΩ ΔΗ ΘΑΝΑΤΟΣ ΕΠ ΑΥΤΟΥΣ.] Εὐσεβίου. Ἤδη πολλάκις ἡμῖν καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀποδέδεικται, ὅτι τὰ προρρητικὰ, προστακτικῷ τρόπῳ, ἔθος τῇ γραφῇ, προφέρεσθαι.

καὶ

καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἀντὶ τοῦ, ἐλεύσεται θάνατος ἐπ' αὐτοὺς, καὶ καταβήσονται εἰς ᾅδου, προστακτικῶς εἴρηται. Θεσπίζει δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ συμβησόμενα τοῖς τὰ προλεχθέντα τετολμηκόσιν. ὁ γοῦν Ἀκύλας ὀρθότερον ἡρμήνευσεν, εἰπών· ἐπάξει θάνατον ἐπ' αὐτοὺς, τουτέστι τὰ ἔργα αὐτῶν· ἢ ὁ κρίνας αὐτοὺς θανάτου ἀξίους, διὰ τὰς ἀσεβεῖς πράξεις αὐτῶν. Θάνατος δὲ τοὺς ἀσεβεῖς μετερχόμενος, οὐχ ὁ κοινὸς λέγοιτ' ἂν· οὗτος γὰρ καὶ τοὺς δικαίους ἅπαντας μετῆλθεν, οἳ καὶ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον ζῶσι παρὰ θεῷ. Ψυχῶν δὲ θάνατος καὶ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ δεδήλωται· ψυχὴ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθανεῖται. ἐπεὶ τοίνυν ἑαυτοὺς τῆς ζωῆς οἱ δηλούμενοι κεχωρίκασιν, ἦν δὲ ὁ σωτὴρ ἡ ζωὴ, εἰκότως ἀποτμηθέντες αὐτοῦ, τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ παρεδόθησαν· οὐχ ὥστε φθαρῆναι αὐτὴν καὶ ἀφανισθῆναι εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσασαν, ἀλλ' ὥστε ζῶσαν αὐτὴν καὶ ἀθάνατον τὴν οὐσίαν κεκτημένην, ἐν τῷ λεχθέντι θανάτῳ διάγειν. Διὸ λέλεκται· Καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Μήποτε δὲ καὶ ἄλλως ζῶντες κατῄεσαν εἰς ᾅδου οἱ γνώσει ἁμαρτάνοντες, καὶ εἰδότες μὲν τὸν σωτῆρα ὡς αὐτὸς εἴη Χριστὸς, προσποιούμενοι δὲ μὴ εἰδέναι. Διὸ καὶ ὁμοίως τοῖς περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καταποθήσεσθαι, καὶ αὐτοὺς εἰς ᾅδου τε ζῶντας καταβήσεσθαι προαγορεύει· Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν, ἐν μέσῳ αὐτῶν. τῶν γὰρ κατὰ τοῦ σωτῆρος γινομένων αἱ στάσεις καὶ αἱ κατὰ τὸ αὐτὸ σύνοδοι πονηραὶ γεγόνασι· διὸ καὶ Ἀκύλας φησὶν, ὅτι πονηρίαι ἐν συστροφῇ αὐτῶν. Ἐπεὶ τοίνυν οὐκ ἐπὶ καλῷ συνήρχοντο, συστροφὰς δὲ καὶ στάσεις ἐποιοῦντο, εἰκότως ἐθέσπισεν ὁποῖον αὐτοὺς διαλήψεται τέλος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔλεγέ τις τῶν παλαιῶν, ζῶντας εἰς ᾅδου κατέρχεσθαι μόνους, τοὺς κατήχησιν τῶν θείων παιδευμάτων ἔχοντας· ὁ γὰρ ἄγευστος τῶν τῆς ζωῆς λόγων, νεκρός. Ἐπεὶ οὖν ὁ Ἰούδας, καὶ πᾶς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς, κατήχησιν εἶχεν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, θανάτου ἐπ' αὐτοὺς ἐρχομένου τοῦ ἑπομένου τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντες εἰς ᾅδου κατέρχονται. Ἀκολούθως δὲ καὶ ὁ ἐπιφερόμενος λέγεται στίχος· Ὅτι πονηρία ἐν ταῖς παροικίαις αὐτῶν. εἰ γὰρ καὶ πεῖραν ἔσχον ζωοποιῶν γραφῶν, οὐ κατῴκησαν, ἀλλὰ παρῴκησαν

CATENA PATRVM.

Itaque hoc etiam loco, pro, *Veniet mors super eos, & descendent in infernum*, imperatiuè dictum est. Vaticinatur autem Spiritus sanctus ea quæ euentura sint ijs qui prædicta fuerint machinati. Aquila igitur rectiùs interpretatus est, dicens: *Inducent mortem super eos*, scilicet opera eorum; siue qui iudicat ipsos morte dignos, ob impias eorum actiones. Mors autem, quæ impios comitatur, non potest dici mors communis: hæc enim etiam iustos omnes comitata est, qui post communem quoque mortem viuent apud Deum. Mors autem animarum etiam ab Ezechiele declarata fuit: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Cùm itaque illi qui declarati sunt, à vita semetipsos segregauerint, Saluator autem vita fuerit, meritò ab illo resecati, animæ morti sunt deputati: non quòd illa intereat & aboleatur in nihilum redacta; sed quòd viuam & immortalem essentiam obtinens, in dicta morte versetur. Idcircò dictum est: *Et descendant in infernum viuentes*. Aliter verò etiam viuentes descendebant in infernum hi qui cognitione peccabant, & sciebant quidem Saluatorem ipsum esse Christum, sed simulabant se nescire. Quapropter etiam eos non secùs ac qui cum Dathan & Abiron absorpti sunt, in infernum viuentes descensuros prædicit: *Quoniam nequitia in tabernaculis eorum, in medio eorum*. Prauæ enim erant seditiones & congregationes eorum qui aduersus Saluatorem conspirabant: quamobrem & Aquila dixit, *Quoniam nequitia in conuersatione eorum*. Cùm itaque non in bonum conuenirent, sed conspirationes & seditiones moliebantur, iure merito vaticinatus est qualis finis ipsis esset residuus.

Mors impiorum qualis.

Ezech. 18, 4.

ANONYMI. Referebat quidam seniorum, solos illos in infernum viuentes descendere, qui diuinis essent doctrinis instituti: nam qui vitæ sermones non degustauit, mortuus est. Cùm itaque Iudas, atque omnis populus Iudæorum, legis ac Prophetarum habuerint institutionem, morte, quæ peccatum sequitur, super ipsos veniente, viuentes in infernum descendunt. Ceterùm congruenter quoque subsequens versiculus adiungitur: *Quoniam nequitia in tabernaculis eorum*. Etsi enim experimentum habuerint viuificantium Scripturarum, eas minimè incoluerunt, sed accoluerunt

Quinam descendant in infernum viuentes.

CATENA PATRVM.

Quid sit medium hominis.

luerunt illis. *Nequitia* autem *in medio eorum*; id est in principali animæ portione: hæc enim in totius animalis medio esse perhibetur.

Vitam repudiantes mors excipit.

ATHANASII. Quia, inquit, noluerunt te vitam suscipere, idcircò mors excipiet illos. Istud autem *descendant*, id est, *descenderunt in infernum viuentes.* Quoniam cùm scirent ipsum esse heredem, dixerunt:

Matt. 21, 38.

Venite, occidamus eum. Scientiam enim pro vita posuit.

Iudas laqueo perit.

HESYCHII. Hoc quidem in Iuda impletum est: proditionem enim laqueus excepit. Quin & in alijs Iudæis impletum est: cùm enim Christum vitam veram haberent, erga ipsum impiè se gerentes, terribile mortis

Humana vita tabernaculum.

maledictum incurrerunt. Porrò tabernaculum humana vita dicitur. Habitare enim hîc longo tempore non valemus; sed tamquam incolæ, quando Dominus domus præceperit, illicò eiicimur. Cùm autem Propheta multa tabernacula pro vno dixerit, plurimas hominum in hac vita differentias insinuat. Siquidem alij v. g. in paupertate, alij in agricultura, alij in diuino cultu exercentur. Verùm in his omnibus Iudæi nequiter se gesserunt, non solùm plebs communis, sed etiam primicerij eorum, cùm principes, tum sacerdotes nequitiam, quasi in medio sui excipientes, sectati sunt.

17. EGO AD DEVM CLAMAVI.] ATHANASII. Et quid clamauit? nisi vt liberaretur anima eius ab ijs qui quærebant eam perdere; propter quod etiam exauditus est.

Semper prædicandum & euangelizandum.

EVSEBII. Exauditus enim & seruatus, non cesso, neque quietem ducere valeo; sed prædico & euangelizo omnibus hominibus, exponens, vt singulis diebus atque horis omnibus annuntient, quæ in sancto Spiritu prophetice conspexi mirabilia & stupenda.

Vt exaudiaris, clamandum, & non vociferandum.

DIDYMI. Cùm talia contra Saluatorem attentarent, ego ad Deum clamaui, & exaudibilem habui à Domino vocem meam. Is enim solus à Domino exauditur, qui ad Deum clamauit. Non enim omnis qui vociferatur, ad Deum clamat. Nam de Sodomitis

Gen. 18, 20.

scriptum est: * *Vox Sodomorum & Gomorrhæ multiplicata est*, qui non ad Deum clamabant.

* Vulgata Clamor

HESYCHII. Christus etiam hæc dicit:

ἐν αὐταῖς. ἡ δὲ πονηρία ἐν μέσῳ αὐτῶν· τουτέστι, τοῦ ἡγεμονικοῦ· ἐν μέσῳ γὰρ εἶναι λέγεται τοῦ ὅλου ζώου.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ οὐκ ἠθέλησαν φησὶ σὲ τὴν ζωὴν παραδέξασθαι, ταύτῃ τοι θάνατος διαδέξεται αὐτούς. τὸ δὲ καταβήτωσαν, ἀντὶ τοῦ, κατέβησαν εἰς ᾅδου ζῶντες. Ὅτι δὴ γινώσκοντες αὐτὸν εἶναι τὸν κληρονόμον, εἶπον· δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν. τὴν γὰρ γνῶσιν ἀντὶ τῆς ζωῆς ἐπιθείκει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτο πεπλήρωται μὲν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα· τὴν γὰρ προδοσίαν ἀγχόνη διεδέξατο. Πεπλήρωται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων· Χριστὸν γὰρ τὴν ζωὴν τὴν ἀληθινὴν ἔχοντες, ἀσεβήσαντες εἰς αὐτὸν, ὑπὸ τὴν φοβερὰν τοῦ θανάτου κατάραν ἤχθησαν. Παροικία δὲ ὁ βίος ὁ ἀνθρώπινος λέγεται. οὐδὲ γὰρ οἰκεῖν ἐνταῦθα μέχρι πολλοῦ δυνάμεθα, ἀλλ᾽ ὡς πάροικοι, ὅταν οἰκοδεσπότης προστάξῃ, παραχρῆμα ἐκβαλλόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ παροικίας ὁ προφήτης πολλὰς ἀντὶ μιᾶς εἶπε, τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸν βίον διαφορὰς αἰνίττεται. οἱ μὲν γὰρ τυχὸν ἀπορίαν, οἱ δὲ γεωργίαν, οἱ δὲ τὴν ἐν τοῖς θείοις λειτουργίαν μετέρχονται. Ἀλλ᾽ ἐν πᾶσι τούτοις οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες ἐπονηρεύοντο, οὐ γὰρ μόνον ὁ ἄλλος δῆμος, ἀλλὰ καὶ οἱ κατ᾽ ἐξοχὴν αὐτῶν, εἴτε ἄρχοντες, εἴτε ἱερεῖς τὴν πονηρίαν, μέσην αὐτῶν ὥσπερ ἀπολαβόντες, μετήρχοντο.

ιζ. ΕΓΩ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τί ἐκέκραξεν; ἢ λυτρωθῆναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ζητούντων ἀπολέσαι αὐτὴν, διὸ δὴ καὶ εἰσήκουσαι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰσακουσθεὶς γὰρ καὶ σωθεὶς, οὐκέτι ἠρεμῶ, οὐδὲ ἡσυχίαν ἄγειν δύναμαι, ἀλλὰ κηρύττω καὶ πάντας ἀνθρώπους διαγγελίζομαι, διηγούμενος, ἀφ᾽ ἑκάστης ἡμέρας καὶ ὥρας ἀπαγγέλλειν εἰς πάντας, ἅπερ ἐν ἁγίῳ πνεύματι προφητικῶς τεθέαμαι θαυμαστὰ καὶ παράδοξα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος τολμηθησομένων τοιούτων ὄντων, ἐγὼ πρὸς τὸν θεὸν ἐκέκραξα, καὶ ἔσχον εἰσακουομένην ὑπὸ κυρίου τὴν φωνήν μου. Μόνος γὰρ εἰσακούεται ὑπὸ κυρίου, ὁ πρὸς τὸν θεὸν κεκραγώς. Οὐ γὰρ πᾶς κράζων, πρὸς θεὸν βοᾷ. Περὶ γὰρ Σοδομιτῶν γέγραπται· φωνὴ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται, οὐ πρὸς θεὸν κεκραγότων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ Χριστὸς καὶ ταῦτα λέγει·

πρὸς

πρὸς γὰρ τὸν Θεὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἀνέκραξε, καὶ ὁ κύριος εἰσήκουσεν αὐτοῦ. εἴτε τὸ πνεῦμα λέγοις (ὁ γὰρ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν) εἴτε τὸν κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ εἰσακηκοότα, ὁμοῦ ἐντεῦθεν δῆλον ὡς προσεύχεται, μὲν ὁ Χριστὸς φυλάξαι τὸν νόμον τῆς ἀνθρωπότητος βουλόμενος, ἀλλ' ὅμως αὐτὸς ἑαυτοῦ εἰσακούει· αὐτὸς γὰρ τὴν οἰκείαν ἐπιτελεῖ προσευχήν, ἅπερ ἂν ὡς ἄνθρωπος αἰτεῖται, ταῦτα ὡς Θεὸς ἐπιτελῶν.

ιη'. ΕΣΠΕΡΑΣ, ΚΑΙ ΠΡΩΙ, ΚΑΙ ΜΕΣΗΜΒΡΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, οὐ παύσομαι διηγούμενος· ὅτι δὴ εἰσακούσας λελύτρωσαι τὴν ψυχήν μου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐμοῦ γὰρ ταῦτα βοῶντος πρὸς πάντας ἐξ ἕω τε καὶ μέχρις ἑσπέρας, ἐν αὐτῷ τε τῷ ἀκμαιοτάτῳ φωτὶ τῆς μεσημβρίας τὰ σωτήρια τέλη κηρύττοντος, εἰσακούσεται τῆς φωνῆς μου, ὁ ταύτης με τῆς γνώσεως καταξιώσας· καὶ οὐκέτι μὲν ταράττεσθαι ἐν ἐμοὶ ἐάσει τὴν καρδίαν μου, οὐδὲ τὴν δειλίαν τοῦ θανάτου ἐπικεῖσθαί μοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἑσπέρας, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν, περὶ τὴν τελευτὴν τοῦ κόσμου, ὅτε ἔπαθεν ὁ σωτήρ. πρωΐ, ὅτε ἀνέστη. μεσημβρίας, ὅτε ἰσχυρότερον πεισθέντες ἐπίστευσαν. ἢ ἄρχεται τῆς διηγήσεως ἑσπέρας, καὶ ἀκμάζει ἐν αὐτῷ πρωΐ· καὶ τελειοῖ ἀκμαζούσης ἡμέρας ἐν μεσημβρίᾳ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἢ ἀπαγγέλλει τὰ κατὰ τοὺς εἰρημένους καιροὺς πεπραγμένα μυστήρια. Ἑσπέρας μὲν, ὅπως αὐτὸν ἔθαψεν Ἰωσὴφ, καὶ ἐκήδευσε Νικόδημος· καὶ πάλιν, ὅπως τῶν θυρῶν τῆς Σιὼν κεκλεισμένων, εἰσήρχετο δεύτερον. Πρωῒ δὲ, ὅπως ἀπηνέχθη εἰς τὸ Πιλάτου πραιτώριον, καὶ ὅπως ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ταῖς γυναιξὶν ἑαυτὸν ἐνεφάνισε. Μεσημβρίας, ὅπως ἐσταυρώθη, καὶ τὴν κτίσιν ἐσάλευσεν, οὐκ ἀπολέσαι ταύτην, ἀλλ' ἀνακαινίσαι καὶ διορθῶσαι βουλόμενος. Καὶ διά τι ταῦτα διηγεῖσθαι ὑπέσχετο; ἐπειδὴ προοιμιακὰ καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ μονογενοῦς θαυμάτων ἐτύγχανεν. ὅθεν αὐτοῦ φησι καὶ τὸν πατέρα τῆς φωνῆς εἰσακούσεσθαι, τῇ διηγήσει τῶν μυστηρίων τῶν εἰρημένων χαίροντα.

ιθ'. ΛΥΤΡΩΣΕΤΑΙ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα δέ, φησι, πάντα περιάγαγών καὶ διασκεδάσας τῆς ἐμῆς ψυχῆς, λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι, καὶ θορυβεῖν αὐτὴν ἐθελόντων. Ὅτι ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοί. ἀνθ' οὗ Σύμμαχός φησιν, ὅτι

siquidem ad Deum Patrem suum clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Siue spiritum dixeris (Dominus enim spiritus est) siue ipsum Dominum semetipsum exaudientem, vtique hinc manifestum fit, Christum quidem orare vt humanitatis legem obseruet, ipsum nihilominùs semetipsum exaudire: ipse enim propriam consummat orationem, dum ea quæ vt homo rogat, eadem tamquam Deus exequitur.

CATENA PATRVM. *Quomodo Christus clamet, & exaudiatur.*

18. VESPERE, ET MANE, ET MERIDIE.] ATHANASII. Id est, Non cessabo narrare; quoniam exaudiens liberasti animam meam.

EVSEBII. Dum ego enim hæc ad omnes à manè vsque ad vesperam clamo, atque in ipsamet clarissima meridiana luce salutares fines prædico, vocem meam exaudiet is, qui hanc mihi notitiam indulsit; neque vnquam in me cor meum conturbari, neque timorem mortis mihi imminere permittet.

ORIGENIS. *Vespere*, sub horam vndecimam, circa finem mundi, quando passus est Saluator. *Manè*, quando resurrexit. *Meridie*, quando persuasi, fortiùs crediderunt. Vel inchoat narrationem vesperi, & viget ipso manè; atque adultâ iam die in meridie illam perficit.

Quid vesper, quid manè, quid meridies.

HESYCHII. Vel narrat mysteria quæ dictis temporibus peracta sunt. *Vespere* quidem, quando Ioseph ipsum sepeliuit; & Nicodemus eius curam gessit: & rursus, quando ostijs Sionis clausis, secundùm ingressus est. *Manè* verò, quando adductus fuit in Pilati prætorium; & quando à mortuis resurgens mulieribus semetipsum manifestauit. *Meridie*, quando cruci affixus fuit, & terræ motum excitauit, non illam interire, sed innouari ac emendari volens. Et cur ista se narraturum recepit? quia nimirum etiam cetera vnigeniti miracula continebant. Vnde quoque Patrem suum hanc vocem exauditurum asserit, cùm prædictorum mysteriorum commemoratione gaudeat.

Christus vesperi sepultus: *manè ad prætorium adductus:* *meridie crucifixus.*

19. REDIMET IN PACE ANIMAM MEAM.] EVSEBII. Cùm autem, inquit, hæc omnia transtulerit ac dissipauerit ab anima mea, *Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi*, & illam perturbare volunt. *Quoniam inter multos erant mecum*: pro quo Symmachus ait, *Quoniam multe-*

Iusti in Deum fiducia.

CATENA PATRVM.

multesimi erant contra me. Non enim pauci aliqui erant, qui animam meam perturbare volebant; quos Deus humiliabit, cùm clamorem meum exaudierit. Hæc itaque sunt Prophetæ, tamquam ex persona propria voces has emittentis. Quòd si ex persona Saluatoris hæc dicat (quandoquidem etiam ex eiusdem persona dictum sit illud, *Si inimicus exprobrasset me*, & cetera) consequenter etiam Saluator hæc dixerit: Quoniam non inimicus, sed amicus; & non is qui oderat, sed qui diligebat, talia contra me attentauit.

Christus in omnibus iniurijs ad solum Deum clamabat.

Ego autem nil ampliùs faciebam, sed ad Deum clamabam, scilicet secundùm humanitatem, & habebam ipsum fauentem. Ceterùm illi quidem insidiabantur mihi, sed ipse me seruauit: idcircò non cessabo vespere, & manè, & meridie, Patris virtutes omnibus enarrare, atque salutare Euangelium prædicare. Et vbi Pater hanc meam vocem exaudiuerit, *redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi*; id est, ijs qui me cominus, & non eminus oppugnant: vel etiam à Iudæis, qui ipsi appropinquabant, & cum ipso in lectione & meditatione Scripturarum versabantur, & legem receperant. Hi erant multesimi; quos & humiliabit qui est ante sæcula.

Quomodo humiliati sint Iudæi propter mortem Christi.

Neque enim prosperitas, quæ ad exiguum tempus ipsis accidit, propter quam elati fuerunt, & ciuitatem suam iniquitate & contradictione repleuerunt, ipsis perseuerat; sed vsque adeò humiliati sunt, Dei irâ in ipsos & in ciuitatem ipsorum irruente, vt etiam celebre illud templum, quod in ea erat, destructum sit; & cultus, qui in illo celebrabatur, defecerit.

In aduersitate continuò orandum.

THEODORETI. Continuam, inquit Dauid, deprecationem noctu diuque à me oblatam aspiciens, ab hostibus me liberabit, & pacem largietur. Hæc verba, *Inter multos erant mecum*, multos hostes esse declarant. ita enim Symmachus exposuit: *Multesimi in me fuerunt.*

Quàm multi Christum obsederint.

HESYCHII. Siue militum, qui sepulcrum eius obsidebant; siue falsorum testium, qui ipsum criminantes iudicij tempore circumdabant; siue potestatum infernalium, quæ ipsum quidem obstupescebant; simul verò etiam obseruabant ne vniuersam defunctorum captiuitatem reduceret.

πολλοστοὶ ἐγένοντο πρὸς ἐμέ. Οὐ γὰρ βραχεῖς τινὲς ἦσαν, οὗτοι οἱ θορυβεῖν ἐθέλοντές μου τὴν ψυχὴν, οὓς ὁ Θεὸς ταπεινώσει, τῆς ἐμῆς κραυγῆς ἐπακούσας. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς τοῦ προφήτου, ἐξ οἰκείου προσώπου τὰς προκειμένας φωνὰς διηγησαμένου. εἰ δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ταῦτα λέγει (ἐπειδήπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐλέγετο τὸ, εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, καὶ τὰ ἑξῆς) ἀκολούθως καὶ ταῦτα φησὶν ὁ σωτήρ· Ὅτι ὁ μὲν οὐκ ἐχθρὸς, ἀλλὰ φίλος, καὶ οὐχ ὁ μισῶν, ἀλλ' ὁ ἀγαπῶν, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ τετόλμηκεν. Ἐγὼ δὲ πλέον οὐδὲν ἔπραττον, ἀλλ' ἐβόων πρὸς Θεὸν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον δηλονότι, εἶχόν τε αὐτὸν ἐπήκοον. Ἀλλὰ καὶ οἱ μὲν ἐπεβούλευόν μοι, ὁ δὲ ἔσωζέ με. διὸ οὐ παύσομαι ἑσπέρας, καὶ πρωῒ, καὶ μεσημβρίας, τοῦ πατρὸς τὰς ἀρετὰς διηγούμενος εἰς πάντας, καὶ κηρύττων τὸ σωτήριον εὐαγγέλιον. Καὶ ταύτης μου τῆς φωνῆς ἐπακούσας ὁ πατὴρ, λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι· τουτέστιν, ἀπὸ τῶν ἐγγύθεν, καὶ οὐ πόρρωθέν με πολεμούντων· ἢ καὶ ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ Ἰουδαίων, καὶ σὺν αὐτῷ ὄντων ἐν ἀναγνώσει καὶ μελέτῃ γραφῶν, καὶ ἐν τῇ ὑποδοχῇ τοῦ νόμου. Οἵτινες ἦσαν πολλοστοί· οὓς καὶ ταπεινώσει ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Οὐδὲ γὰρ ἡ πρὸς ὀλίγον αὐτοῖς γενομένη εὐημερία, καθ' ἣν ἐμεγαλαύχησαν, καὶ ἐπλήρωσαν τὴν ἑαυτῶν πόλιν ἀνομίας καὶ ἀντιλογίας, παραμένει αὐτοῖς· ἀλλ' οὕτως ἐταπεινώθησαν, ἐκ Θεοῦ ὀργῆς μετελθούσης αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν, ὡς καὶ τὸν ἐν αὐτῇ διαβόητον ναὸν ἀφανισθῆναι, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ λατρείαν καταλυθῆναι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν ἐνδελεχῆ μου, φησὶν ὁ Δαβὶδ, θεώμενος προσευχὴν τὴν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν παρ' ἐμοῦ προσφερομένην, ἀπαλλάξει με τῶν πολεμούντων, καὶ χαριεῖται εἰρήνην. Τὸ δὲ, ἐν πολλοῖς ἦσαν σὺν ἐμοὶ, τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς πολεμίους δηλοῖ. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· πολλοστοὶ ἐγένοντο πρός με.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἴτε τῶν στρατιωτῶν, οἵτινες αὐτοῦ τὸν τάφον ἐκύκλωσαν· εἴτε τῶν ψευδομαρτύρων, τῶν αὐτὸν συκοφαντούντων, περιέστησαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως· εἴτε τῶν ἐν ᾅδῃ δυνάμεων, αἳ περὶ αὐτὸν ὁμοῦ μὲν ἐκπεπληττόμεναι· ὁμοῦ δὲ καὶ φρουροῦσαι, ὥστε μὴ πᾶσαν τὴν νεκρῶν τὴν αἰχμαλωσίαν ἀναγαγεῖν.

κ΄. ΕΙΣ Α-

κ'. ΕΙΣΑΚΟΥΣΕΤΑΙ Ο ΘΕΟΣ, ΚΑΙ ΤΑΠΕΙΝΩΣΕΙ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δεξάμενος δέ μου τὴν δέησιν ὁ ἀεὶ Θεὸς, ἀσθενείᾳ περιβαλεῖ τοὺς ἐπιβουλεύοντας.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταπεινωθήσονταί, φησιν· ἐπειδὴ οὐδὲ ἔχουσι τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἀντάλλαγμα. Ἅπαξ γὰρ ἀρνησάμενοι τὸ τίμιον αἷμα Χριστοῦ, τὸ εἰλημμένον ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, οὐκέτι εὐποροῦσι λύτρου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δι' ὅλων μέντοι τοὺς οἰκείους αἰτιώμενος φαίνεται μᾶλλον· ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ πάντων αἴτιοι γενόμενοι τῶν κακῶν. Δέξονται γοῦν, φησι, τὴν τιμωρίαν εἰκότως· οὐδὲ γάρ ἐστι χρήματα δόντας ἀνταλλάξασθαι τὴν τιμωρίαν, καὶ ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεὸν· ὃν οὔτε ἐφοβήθησαν, οὔτε εἰς διάνοιαν ἔθεντο, τοιαῦτα διαπραττόμενοι κακὰ, καὶ τὴν τῶν νόμων λύοντες εὐταξίαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταπεινώσει τοὺς προλεχθέντας ἀσεβεῖς ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων· ἔσονταί τε ταπεινούμενοι, καὶ διαμένουσιν ἐπὶ μήκιστον τοιοῦτοι· ἐπεὶ μηδεὶς ἔσται ὁ ὑπὲρ αὐτῶν διδοὺς ἀντάλλαγμα. Ἅπαξ γὰρ Χριστὸς, λύτρον ἑαυτὸν δοὺς καὶ ἀντάλλαγμα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, τοὺς μὲν πεπιστευκότας εἰς αὐτὸν ἐξηγόρασε, καὶ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων ἠλευθέρωσε· τοὺς δὲ εἴασε ταπεινοὺς, ἐπεὶ μὴ προσήκαντο τὴν ὑπὲρ αὐτῶν δοθεῖσαν τιμὴν, μηδὲ ἐφοβήθησαν τὸν Θεόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἀντάλλαγμα. τῶν ἁμαρτημάτων τὰ μὲν δυσίατα, ἢ καὶ ἀνίατα· τὰ δὲ ἰάσιμα· καὶ περὶ μὲν τῶν ἰασίμων ἐστὶν ἀντάλλαγμα εὑρεῖν, τὴν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσαγομένην θυσίαν, ἀλλὰ καὶ ἐλεημοσύνην, καὶ νηστείαν μετὰ προσευχῆς· ταῦτα γὰρ ῥύεται ἐκ θανάτου. Τῶν δὲ ἀνίατα ἡμαρτηκότων οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δέξονταί, φησι, τιμωρίαν εἰκότως· οὔτε γάρ ἐστι χρήματα δόντας ἀνταλλάξασθαι τὴν τιμωρίαν, καὶ ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεὸν· ὃν οὔτε ἐφοβήθησαν, οὔτε εἰς διάνοιαν ἔθεντο, τοιαῦτα διαπραττόμενοι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· οὐ γὰρ ἀλλάσσονται, οὐδὲ φοβοῦνται τὸν Θεόν. Ὁρῶν, φησιν, αὐτῶν τὸν ἀμεταμέλητον τρόπον, ταῖς προειρημέναις συμφοραῖς περιβάλλει.

κα'. ΕΞΕΤΕΙΝΕ ΤΗΝ ΧΕΙΡΑ.]

20. EXAVDIET DEVS, ET HVMILIABIT.] THEODORETI. Cùm autem æternus Deus preces meas admiserit, imbecillitate circumdabit insidiantes.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Humiliabuntur, inquit; quandoquidem non habent animæ suæ commutationem. Cùm enim semel pretiosum Christi sanguinem, in commutationem pro mundi vita effusum, negauerint, non ampliùs habent pretium redemptionis.

Christi inimici humiliantur.

THEODORI. Vtrobique videtur potissimùm culpare familiares suos: siquidem illi malorum omnium auctores existebant. Meritò igitur, inquit, supplicio afficientur: quoniam non licet pecuniarum oblatione pœnam redimere, ac Deum placare: quem neque timuerunt, neque in mente habuerunt, dum istiusmodi mala patrarent, & legum ordinem dissoluerent.

Nulla est commutatio iis qui Christum repudiant.

EVSEBII. Prædictos impios humiliabit is qui est ante sæcula; & erunt humiliati, & longissimo tempore manebunt istiusmodi: quia nemo erit qui det pro ipsis commutationem. Semel enim Christus, dans semetipsum redemptionem & commutationem pro peccatoribus, eos quidem, qui in ipsum crediderunt, redemit, atque à prioribus peccatis liberauit; alios verò viles reliquit; quia pretium pro ipsis oblatum non admiserunt, neque Deum timuerunt.

Heb. 7. 27. Heb. 9. 12.

DIDYMI. *Non enim est illis commutatio.* Peccatorum quædam sunt curatu difficilia, vel etiam incurabilia; quædam verò curabilia: ac pro curabilibus quidem est reperire commutationem, v. g. sacrificium quod offerebatur pro peccato, aut etiam eleëmosynam, & ieiunium cum oratione: hæc enim liberant à morte. Pro iis autem qui * incurabilia peccarunt non est commutatio.

Peccata quædam curabilia, quædam incurabilia.

* Intellige illos peccatores qui impœnitentes sunt, & excludunt remedia salutis.

ANONYMI. Meritò, inquit, supplicium subibunt: neque enim diuitias largiendo supplicium redimere, neque Deum placare poterunt; quem neque timuerunt, neque in mente habuerunt, cùm talia gesserunt.

THEODORETI. Hoc Symmachus sic interpretatus est: *Non enim mutantur, neque timent Deum.* Videns, inquit, mores eorum nullâ pœnitentiâ corrigendos, prædictis calamitatibus eos circumdat.

21. EXTENDIT MANVM SVAM.]

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Ipse quidem, inquit, manum suam bonorum largitricem, vt benedictionem acciperent, extendit: ipsi verò non solùm eam non admiserunt; verùm etiam testamentum contaminauerunt, nimirùm Euangelicum.

Iudæi magnâ diligentia faciebant iniuriam.

THEODORI. Irruerunt, inquit, ad nos puniendos, desumptâ metaphorâ ab ijs, qui dum reddunt id quod omni ratione debent, ad retributionem manum extendunt. Voluit demonstrare, quoniam magnâ diligentiâ & incitatione aduersus ipsum iniuriam atque iniustitiam exercuerint. Itaque istud, *in retribuendo*, quasi in debiti redditione, dicit. Pluribus enim locis à nobis ostensus est, absque particula *sicut* parabolam tradidisse, & in modum rei similitudinem expressisse.

Deus vult omnes saluos fieri.

EVSEBII. Deus enim, inquit, vtpote bonus, & omnes saluos fieri volens, *extendit manum suam in retribuendo*: id est, salutare suum extendit, vt ipsos bonorum suorum participes redderet: verùm ipsi non admiserunt ea quæ à Dei dextera porrigebantur: sed contaminauerunt testamentum eius, legem nouam repudiantes. Idcircò Symmachus ait: *Extendit manum suam in eos qui pacem habebant erga ipsum: transgreßi sunt testamentum.* & Aquila: *Emisit manum suam in pacificis suis.* Ipse enim pacificam dexteram protendit ijs, qui inter ipsos pacem cupiebant; ipsi verò violauerunt testamentum eius, protensam ipsis pacem non admittentes: quapropter eius loco bellum referentes, *diuisi sunt ab ira vultus eius.*

Qui Deum nolunt pacificum, sentiunt iratum.

Christus cuique tribuit pro meritis.

DIDYMI. *Extendit manum suam in retribuendo* illis reciproca eorum quæ gesserant. Cùm enim proditores & occisores Christi euaserint, hisce delictis digni apparuerunt qui supplicio subiacerent: contaminauerunt enim testamentum Dei, quòd ipsi minimè congruerent, sed eum quoque è medio tollerent, qui in illo prænuntiabatur. Fortasse verò etiam, quia cùm ad tempus præfinitum esset, vt secundùm sensum testamentum seruaretur, impleto iam tempore, quo oportebat illud à carnali ad spiritalem obseruantiam transferre, typico cultui inhærentes, contaminauerunt testamentum eius. Quamobrem etiam vltricem manum extendens, ipsis retribuit, ita vt ira eius ad finem pertingeret; à

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτὸς μὲν, φησι, τὴν παρεκτικὴν χεῖρα τῶν ἀγαθῶν, εἰς τὸ μεταλαβεῖν αὐτοὺς τῆς εὐλογίας, ἐξέτεινεν· οἱ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ τὴν διαθήκην ἐβεβήλωσαν, δηλονότι τὴν εὐαγγελικήν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὡρμησάν, φησιν, ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι ἡμᾶς, ἐκ μεταφορᾶς δὲ τῶν ἀποδιδόντων, ἅπερ ὀφείλουσι ἐκ παντὸς λόγου, ἐπὶ τῇ ἀποδόσει τὴν χεῖρα ἐκτεινόντων. Ἠβουλήθη δεῖξαι, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς καὶ τῆς ἐπείξεως ἐκέχρηντο τὴν κατ' αὐτοῦ ὕβριν τε καὶ ἀδικίαν. τὸ οὖν, ἐν τῷ ἀποδιδόναι, ὥσπερ ἐν ἀποδόσει χρέους. πολλαχοῦ γὰρ δέδεικται ἡμῖν, ἄνευ τοῦ ὡς λέγων τὴν παραβολήν, καὶ ἐν τάξει τιθεὶς τοῦ πράγματος ὁμοίωμα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μὲν γὰρ Θεός, φησιν, ἅτε ἀγαθὸς ὤν, καὶ πάντας θέλων σωθῆναι, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι· ἀντὶ τοῦ, τὸ σωτήριον αὐτοῦ ἐξέτεινεν, εἰς τὸ αὐτοῖς μεταδοῦναι τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν· οἱ δὲ οὐκ ἐδέξαντο τὰ παρὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ Θεοῦ τεινόμενα· ἀλλ' ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, τὸν καινὸν νόμον παραχρησάμενοι. διὸ ὁ Σύμμαχός φησιν· Ἐξέτεινε χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν· παρέβησαν συνθήκην. καὶ ὁ Ἀκύλας· Ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ. αὐτὸς μὲν γὰρ εἰρηνικὴν αὐτοῖς προέτεινε δεξιάν, πρὸς τοὺς ἐθέλοντας τὴν παρ' αὐτοῖς εἰρήνην· οἱ δὲ παρέβησαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, μὴ καταδεξάμενοι τὴν προτεινομένην αὐτοῖς εἰρήνην· διὸ πόλεμον ἀνταλλαξάμενοι, διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ ἀποδιδόναι τὰ ἀντάξια ὧν ἠργάσαντο. Ἐπεὶ γὰρ προδόται καὶ φονεῖς Χριστοῦ γεγένηνται, ταῦτα ἠνομηκότες ἄξιοι ὑποπεσεῖν τιμωρίᾳ ὤφθησαν· ἐβεβήλωσαν γὰρ τὴν διαθήκην τοῦ Θεοῦ, οὐ προσηκάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀναιρήσαντες τὸν ἐπ' αὐτῆς προφητευόμενον. Τάχα δὲ καί, ἐπεὶ μέχρι καιροῦ ὥριστο, τηρεῖσθαι κατὰ τὸ αἰσθητὸν ἡ διαθήκη, πληρωθέντος τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἔδει ἐκ τοῦ κατὰ σάρκα ἐπὶ τὸ κατὰ πνεῦμα αὐτὴν μεταβαλεῖν, ἐμμείναντες τῇ τυπικῇ λατρείᾳ ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα τὴν κολαστικήν, ἀπέδωκεν αὐτοῖς, ὡς φθάσαι τὴν ὀργὴν αὐτοῦ εἰς τὸ τέλος, ὑφ'

ἧς

τῆς καὶ διεμερίσθησαν, ἐν παντὶ ἔθνει διεσκορπισμένοι.

Ησυχιου. Θαυμαστὴ τὴν ἀκρίβειαν τῆς προφητείας ἄξιον. αὐτοῖς γὰρ ἔργοις τοῦτο ἐπὶ τοῦ Ιούδα καταλαμβάνεται, ὅτε τὸ ἀργύριον, τῆς προδοσίας, τοῖς ἀρχιερεῦσιν ὑποστρέψαι βουληθεὶς, ἀναγκαίως τὴν χεῖρα ἐξέτεινεν.

Εβεβηλωσαν την διαθηκην αυτου.] Θεοδωρου. Εμίαναν, καὶ ὕβρισαν τὰ θεῖα τὰ νόμιμα. Οὕτω λέγει Σύμμαχος· καὶ παρεβίβασαν συνθήκην. παρεβίβασαν γὰρ πολλαχοῦ· εἴτε τὰ ἱεροῦ τὰ χρήματα προδοῦναι βουληθέντες τοῖς ἀλλοφύλοις· εἴτε ἀλλοφύλους ἐπεισαγαγόντες τῷ ἔθνει, καὶ τῆς λοιπῆς τῶν νομίμων φυλακῆς πάντη καταμελήσαντες.

Θεοδωρητου. Τοῦ γὰρ θείου νόμου διαγορεύοντος ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, τὸν εὐεργέτην ὡς πολέμιον ἐδίωκον.

Ανωνυμου. Αὐτὸς μὲν, φησι, τὴν πρακτικὴν χεῖρα τῶν ἀγαθῶν ἐξέτεινεν, ἤτοι ἥπλωσεν, εἰς τὸ μεταλαβεῖν αὐτοὺς τῆς εὐλογίας· οἱ δὲ, οὐ μόνον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ τὴν διαθήκην ἐβεβήλωσαν· δῆλον δὲ, ὅτι τὴν εὐαγγελικήν.

Αθανασιου. Επειδὴ δὲ κακοῦργοι περὶ τὸν εὐεργέτην γεγόνασι· ταύτῃ τοι καὶ εἰς πάντα ἄνεμον αὐτοὺς διεσκόρπισε.

Ευσεβιου. Εὰν μὴ προσεδέξαντο τὴν χάριν, εἰκότως ὀργῇ παραδοθέντες, μακρὰν διεσκορπίσθησαν, καὶ ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν· ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτῶν ὑπὲρ ἔλαιον· καὶ αὐτοί εἰσι βολίδες. ἀνθ' ὧν σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε· λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία αὐτῶν ἑκάστου. ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀνατμητικοί. ὅρα δέ, τίνα τρόπον κἀνταῦθα δύο δόγματα παρίστησιν ὁ λόγος· ἓν μὲν πολλοῖς ἀθρόως, καὶ τὸ αὐτὸ περὶ ὧν πληθυντικῶς φησι· λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν· ἕτερον δὲ, ὥσπερ ἑνὸς μεμονωμένου, περὶ οὗ ἰδίως ἐπιλέγει· ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου ὄντες ἀνατμητικοί. Εκεῖνα μὲν, ὡς καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, ἐδήλωσε τοὺς τὴν πόλιν οἰκοῦντας, περὶ ὧν ἔλεγεν· εἶδον ἀνομίαν καὶ ἀντιλογίαν ἐν τῇ πόλει· τοῦτο δὲ περὶ τοῦ προδότου. Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν,

qua etiam diuisi sunt, in omnem gentem dispersi.

CATENA PATRVM.

Hesychii. Accuratio prophetiæ huius digna est admiratione. Siquidem hoc rebus ipsis in Iuda deprehenditur, quando argentum, proditionis pretium, principibus sacerdotum restituere volens, necessariò manum extendit.

Iudas restituit argenteos.

Contaminaverunt testamentum eius.] Theodori. Legitima Dei polluerunt, & injurijs affecerunt. Symmachus dicit hoc modo: *Et transgressi sunt testamentum.* Multis enim modis transgressi sunt; siue dum res templi alienigenis prodere voluerunt; siue dum alienigenas genti superinduxerunt, & reliquam legitimorum obseruantiam omnino neglexerunt.

Theodoreti. Cùm enim diuina lex præciperet diligere proximum sicut seipsum, ipsi benefactorem tamquam hostem persecuti sunt.

Matt. 19, 19.

Anonymi. Ipse quidem, inquit, manum bonorum operatricem extendit, siue expandit, vt reciperent benedictionem; at illi, non solùm eam minimè receperunt, verùm etiam testamentum violauerunt; manifestum autem, quòd Euangelicum.

Iudæorum ingratitudo.

Athanasii. Cùm autem erga benefactorem malefici extiterint; idcircò etiam in omnem ventum ipsos dispersit.

Evsebii. Cùm non susceperint gratiam, meritò iræ traditi, procul *dispersi sunt, & appropinquauerunt corda eorum: molliti sunt sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula.* pro quibus clariùs Symmachus interpretatus est: *Nitidiora butyro ora eorum: pugnat autem cor vniuscuiusque eorum. Molliores sunt sermones eius oleo, cùm sint secantes.* Obserua verò, quomodo hîc etiam duas doctrinas hic sermo exhibeat; vnam quidem valdè confusam, seu generalem, secundùm quod de ipsis pluraliter ait: *Nitidiora butyro ora eorum: pugnat autem cor vniuscuiusque eorum:* aliam verò, quasi vno solitariè nominato; de quo singulariter subiungit: *Molliores sermones eius oleo, cùm sint secantes.* Illa quidem, sicut in præcedentibus, designarunt incolas ciuitatis; de quibus dixit: *Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate:* hoc verò est de proditore. Itaque etiam hîc,

Adulatorum & hypocritarum lingua qualis.

CATENA PATRVM. quandoquidem principes Iudaicæ gentis Saluatorem cum hypocrisi & adulatione aggressi sint; aliquando quidem ipsum præceptorem appellantes corde non puro; aliquando verò Matt. 22, 16. dicentes ipsi, *Scimus, quia verax es*, & similia: meritò de ipsis dicit, *Nitidiora butyro ora eorum: pugnat autem cor vniuscuiusque eorum.* Singulariter verò rursum de proditore; quia & Rabbi & Magistrum appellabat, & affectus signa exhibebat, dum proditionem adornabat; meritò de ipso dicitur: *Molliores sermones eius oleo, cùm sint secantes.*

Christi sermones oleum vngens bonos, sed iacula sunt malis. DIDYMI. Nonnulli istud, *Appropinquauerunt corda eorum*, dicunt. Cor suum Deus appropinquauit, hominibus condescendens, & sermones proferens, qui instar olei sanant, & dissoluunt dolores ægrotantium. Hi autem sermones, qui oleo molliores sunt, sapientibus reperiuntur esse iacula, punientia negligentes: sæpenumerò autem in punitionibus mentio fit sagittæ. Sagitta autem & iaculum idem sunt subiectum; licet Iudæi molles & lenes haberentur, eò quòd cum hypocrisi sua proferrent, iacula tamen erant interimentia, & veneno plena.

Saülis & Iudæ verba proditoria. 1. Reg 24, 17. Matt. 26, 25. THEODORETI. Hæc Saülis ac Iudæ verba erant. Saül siquidem Dauidi dicebat, *Si tu es fili Dauid*; Iudas verò, *Numquid ego sum Rabbi? & osculatus est eum.* Sermones quidem olei butyrique leuitati similes sunt; consilia verò iaculis & telis acutissimis. Iacula enim Aquila *lanceas* interpretatus est.

Quales sint sermones tentantium Christum. HESYCHII. Iudæi, inquit, sermones habebant adeò molles, vt etiam omnem benignitatem superare viderentur, in quibus Dei sapientiam tentabant; non secùs ac nautæ per bolides mare explorant; sed eam minimè attigerunt. Quid enim bolis in abysso facere possit? Abyssus autem est Dei sapientia; Rom. 11, 33. de qua etiam Paulus dixit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* quin & ipsemet hic Propheta: Psal. 35, 7. *Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.* Ceterùm exemplaria nonnulla habent, *Molliti sunt sermones eius.* ita vt vaticinium ad Iudam referatur: hic enim sermones suos per figmenta emolliuit, dum quandoque quidem curam pauperum prætendunt, vt crumenam clepet; quandoque

ἐπειδὴ προσῄεσαν τῷ σωτῆρι μεθ' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους· ποτὲ μὲν αὐτὸν διδάσκαλον ἀποκαλοῦντες οὐ καθαρᾷ καρδίᾳ· ποτὲ δὲ λέγοντες αὐτῷ, οἴδαμεν, ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ τὰ ὅμοια· εἰκότως περὶ αὐτῶν φησι, λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν· πολεμεῖ δὲ καρδία ἑκάστου αὐτῶν. ἰδίως δὲ πάλιν περὶ τοῦ προδότου· ἐπειδὴ καὶ ῥαββὶ καὶ διδάσκαλον ἀποκαλεῖ, σύμβολα τε διαθέσεως παρεῖχεν, τὴν προδοσίαν ποιούμενος, εἰκότως περὶ αὐτοῦ λέγεται· ἁπαλώτεροι οἱ λόγοι αὐτοῦ ἐλαίου, ὄντες ἀνατμητικοί.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τινὲς τὸ, ἤγγισαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, φασί. τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ θεὸς ἤγγισεν, τοῖς ἀνθρώποις συγκαταβαίνων, λόγους τε προφέρων, ἐλαίου δίκην ἰωμένους, καὶ λύοντας τὰς ἀλγηδόνας τῶν καμνόντων. οὗτοι δὲ, οἱ ὑπὲρ ἔλαιον ἁπαλοὶ λόγοι, τοῖς εὐφρονοῦσιν εὑρίσκονται βολίδες, κολάζοντες τοὺς καταφρονοῦντας· πολλαχοῦ δὲ ἐπὶ τῶν κολάσεων κεῖται ἡ βέλους προσηγορία. βέλος δὲ καὶ βολὶς ταὐτὸν ὑποκείμενον· εἰ καὶ ἁπαλοὶ εἶναι καὶ λεῖοι νομιζόμενοι Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ μεθ' ὑποκρίσεως αὐτοὺς προφέρεσθαι, βολίδες ἦσαν ἀναιρετικαὶ, καὶ ἰοῦ πλήρεις.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταῦτα ἦν τοῦ Σαοὺλ καὶ τοῦ Ἰούδα ῥήματα. ὁ μὲν γὰρ Σαοὺλ πρὸς τὸν Δαβὶδ ἔλεγεν, εἰ σὺ εἶ τέκνον Δαβίδ· ὁ δὲ Ἰούδας, μήτι ἐγώ εἰμι Ῥαββί; καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. καὶ ἐοίκει μὲν τὰ ῥήματα ἐλαίου καὶ βουτύρου λειότητι, τὰ δὲ βουλεύματα βέλεσι καὶ δόρασιν ὀξυτάτοις. λόγχας γὰρ ὁ Ἀκύλας βολίδας ἡρμήνευσεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Λόγους, φησὶν, εἶχον οἱ Ἰουδαῖοι ἁπαλοὺς, καὶ χρηστότητα κατὰ τὸ δοκεῖν ἅπασαν ὑπερβαίνοντας, ἐν οἷς τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν ἐπείραζον· ὥσπερ οἱ ναῦται πειράζουσι διὰ βολίδων τὴν θάλατταν· οὐ μὴν ἔφθανον. Τί γὰρ βολὶς ἐν ἀβύσσῳ ποιῆσαι δυνήσεται; Ἄβυσσος δὲ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία· περὶ ἧς καὶ Παῦλος ἔλεγεν· ὦ βάθος πλούτου σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ; ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ; αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ προφήτης· Ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη θεοῦ· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή, ἀλλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔνια ἔχει ἡπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ. ὥστε τὴν προφητείαν εἰς τὸν Ἰούδαν ἀναφέρεσθαι· οὗτος γὰρ ἑαυτοῦ τοὺς λόγους διὰ τῶν εἰδώλων ἡπάλυνε, ποτὲ μὲν τῶν πτωχῶν προσποιούμενος κήδεσθαι, ἵνα κλέπτῃ τὸ γλωσσόκομον· ποτὲ

δὲ

δὲ διὰ φιλήματος καὶ ἀσπασμοῦ τὸν Χριστὸν εἰρωνευόμενος.

κγ'. ΕΠΙΡΡΙΨΟΝ ΕΠΙ ΚΥΡΙΟΝ ΤΗΝ ΜΕΡΙΜΝΑΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅμοιον τῷ, Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί ἐνδύσησθε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὡς ἀφ' ἑαυτοῦ λοιπὸν ὁ προφήτης πρὸς αὐτόν· Παῦσαι, φησι, φροντίζων διὰ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν, καὶ τὸ πᾶν ἀνάθες τῷ Θεῷ· αὐτὸς γάρ σοι βοηθήσει, καὶ πάντων σε πληρώσει τῶν καλῶν, πάσης ῥυσάμενος στενοχωρίας. Σὺ, φησὶν, ὁ τούτων ἀκροώμενος, σωφρονισθεὶς ἀπὸ τούτων προλελεγμένων, τέλος τῷ προφητευομένῳ σωτῆρι ὅλον σαυτὸν ἐπιδοὺς, θάρσει, τὴν σαυτοῦ φροντίδα ἐπιρρίψας ἐπ' αὐτόν· αὐτὸς γάρ σε διαθρέψει, τὸν ἄρτον σοι διδοὺς ἐπιούσιον καὶ τὴν λογικὴν καὶ ἐπουράνιον τροφὴν, ἐπαρκῶν δὲ καὶ τὰ πρὸς βίον χρειώδη· οὕτω δέ σε διαθρέψει ὡς καὶ πάντα δίκαιον· οὐδένα γάρ ποτε τῶν δικαίων καταλέλοιπεν, ὡς ὑπομεῖναι αὐτὸν σάλον πρὸς τὸ σαλευθῆναι, καὶ ἐκπεσεῖν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Κυβερνήτην ἔχε, φησὶ, τὸν Θεὸν καὶ ἡνίοχον· καὶ τὰ κατὰ σαυτὸν τῆς προνοίας ἐκείνης ἐξάρτησον· οὕτω γὰρ ἀσάλευτος διαμενεῖς, καὶ ἀκλόνητος. Καὶ γάρ φησιν, οὐ δώσει εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ· κἂν γὰρ συγχωρήσῃ ποτὲ περιπεσεῖν πειρασμῷ, ἀλλὰ ταχεῖαν παρέξει βοήθειαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἴρηται μὲν αὐτὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς πιστεύομεν· ἐὰν γὰρ τῷ Θεῷ τὰς ἡμετέρας φροντίδας ἐπιρρίψωμεν, αὐτὸν τροφέα καὶ στήριγμα, ὥστε μηδαμῶς σαλευθῆναι, εὑρήσομεν. Δοκεῖ δέ μοι τοῦ Ἰούδα μνησθεὶς ὁ προφήτης, ἀναγκαίως καὶ τὸν Πέτρον ᾐνίξατο, ἵνα σφάλματος ἀκουσίου καὶ παραπτώματος ἑκουσίου διαφορὰν ἐνδείξηται. Τὸν γὰρ Πέτρον ἕνεκα τοῦ σφάλματος τῆς ἀρνήσεως παραθαρρύνων, καὶ προτρέπων εἰς μετάνοιαν, ἐπιρρίψαι, τῷ Θεῷ τὴν ὑπὲρ τούτων προτρέπεται μέριμναν, διαθρέψαι τὸν μαθητὴν τῇ συγγνώμῃ δυνάμενον, καὶ μὴ συγχωροῦντα εἰς τὸν αἰῶνα σάλον τῷ δικαίῳ γενέσθαι· ἀλλὰ κἂν ὑπομένῃ πρὸς καιρὸν, εὐθέως τοῦτον εἰς γαλήνην μεταβάλλοντα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῷ δικαίῳ οὐ διδοὺς σάλον ὁ Θεὸς, τοὺς βεβηλώσαντας τὴν διαθήκην αὐτοῦ, κατάξει εἰς φρέαρ διαφθορᾶς· ἐναντίως ἔχον τοῖς φρέασιν, ἀφ' ὧν πίνειν ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν προστάττει ὁ

verò per osculum & salutationem Christo illudens. CATENA PATRVM.

23. IACTA SVPER DOMINVM CVRAM TVAM.] ATHANASII. Hoc simile est isti, *Ne soliciti sitis quid manducetis, aut quid bibatis, vel quo induamini.* Matt. 6, 25.

THEODORI Tamquam ex seipso deinceps Propheta ad ipsum: Desine, inquit, solicitari propter malorum multitudinem, atque totum Deo committe: ipse enim tibi opitulabitur, atque omnibus te bonis implebit, ab omni liberans angustia. Tu, inquit, qui hæc audis, ex ijs quæ prædicta sunt sapientior factus, tandem Saluatori per oracula promisso totum temetipsum tradens, confide, curam tuam in ipsum proijciens: nam ipse te enutriet, panem tibi quotidianum & rationalem ac cælestem cibum præbens, & ad vitam necessaria suppeditans: sic autem te enutriet sicut omnem iustum: neminem enim vmquam iustorum ita deseruit, vt fluctuationem sustineret ad titubandum aut excidendum. *Tota solicitudo in Deum conijcienda.*

THEODORETI. Deum, inquit, in gubernatorem & aurigam habe, & res tuæ ab illa prouidentia pendeant: nam hoc modo inconcussus manebis, & immobilis. Etenim ait, *Non dabit in æternum fluctuationem iusto:* etsi enim aliquando in tentationem incidere permiserit; attamen celerem opem feret.

HESYCHII. Hæc etiam nobis dicta credimus: si enim in Deum solicitudines nostras coniecerimus, ipsum & educatorem & firmamentum esse reperiemus, ne vllâ ratione commoueamur. Ceterùm cùm Propheta Iudæ fecerit mentionem, visus est mihi Petrum quoque necessariò insinuasse, vt lapsus inuoluntarij & sceleris voluntarij differentiam indicaret. Petrum enim post negationis lapsum excitans, & ad pœnitentiam adhortans, monet, vt in Deum horum curam conijciat, qui discipulum per indulgentiam enutrire possit, & non permissurus sit, vt iustus in æterna fluctuatione versetur; sed si ad tempus eam sustinuerit, illicò ipsum reducturus sit ad tranquillitatem. *Differentia lapsus Iudæ & Petri.*

DIDYMI. Deus, qui non dat fluctuationem iusto, eos, qui testamentum ipsius contaminauerint, adducet in puteum interitus; qui se habet contrario modo puteis illis, è quibus sermo sacer iubet nos haurire vitam

&

CATENA PATRVM

& incorruptionem. Vel fortè puteum interitus vocat infernum, in quem hi, qui corruptâ mente sunt, adducuntur à Deo, sententiæ iudicioque ipsius tradendi.

Viri sanguinum crucifixores Christi.

24. VIRI SANGVINVM ET DOLOSITATIS] ATHANASII. Viros sanguinum vocat eos qui auctorem vitæ occiderunt: qui & vitæ suæ tempus minimè expleuerunt, traditi gladio Romanorum.

Viri sanguinarij citò moriuntur.

THEODORI. Hi igitur, inquit, scelerati, & versipelles, & tuorum sanguinum amantes, Dei supplicio addicentur; & non attingent dimidium vitæ suæ; id est, non longo tempore vitam prorogabunt. Hoc non eò dicit, quasi ipsis dies mortis definitus sit; sed quòd, cùm, quantum est ex propria constitutione, ad longum tempus viuere potuissent, citiùs à Deo supplicium mortis accepturi sint.

Iudæi occiso Christo statim deuastati sunt.

EVSEBII. Si reflexeris, intelliges, quomodo etiam hæc impleta sint. Confestim enim, & non longo tempore post insidias Saluatori factas, totum pænè genus prædictorum traditum est in interitum in obsidione, quæ ipsos comprehendit per exercitum Romanum.

Iudæi Deo reluctati sunt.

DIDYMI. Eos, quos petit humiliari à Deo, qui est ante sæcula, Iudæos esse intelligemus: ipsi enim reluctati sunt voluntati vnigeniti, Deum non formidantes; sed ipsius etiam testamentum contaminantes. Viros sanguinum vocat eos qui dixerunt, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros:* qui & rei fuerunt omnis sanguinis iustorum effusi. Illi ipsi quoque dolositatis viri sunt, cùm dolosè semper cùm ad Saluatorem tum ad sanctos accesserint. Hos igitur optat non attingere dimidium dierum suorum: cùm enim diem ex veræ lucis splendore constantem auersati, sibi ipsis diem quasi illustrationis per fabulosas traditiones commenti sint (malum autem sit in istis dies eorum adimpleri) ne ad dimidium dierum istorum perueniant, obsecrat vt sol iustitiæ ipsis oboriatur, quo fiant dies Domini. Ceterùm ad litteram possit quis etiam istiusmodi torquere. q. d. Cùm in vita permanentes ex proposito mala faciant, rogo vt sub dimidium humanæ vitæ è viuis abripiantur, vt pro paucis peccatis, & non pro multis supplicium dent.

Iudæi viri sanguinum. *Matt. 27, 25.* *Matt. 23, 35.*

Bonum est prauos non attingere dimidium dierum.

λόγος. Ἢ τάχα φρέαρ διαφθορᾶς τὸν ᾅδην λέγει, εἰς ὃν διαφθαρέντες τὴν γνώμην κατάγονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ψήφῳ αὐτοῦ καὶ κρίσει παραδιδόμενοι.

κδ΄. ΑΝΔΡΕΣ ΑΙΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΔΟΛΙΟΤΗΤΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἄνδρας αἱμάτων τοὺς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀποκτείνοντάς φησι· οἳ καὶ τῆς ζωῆς οὐ πεπληρώκασι τὸν χρόνον, τῇ Ῥωμαίων παραδοθέντες μαχαίρᾳ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὗτοι οὖν, φησιν, οἱ μοχθηροὶ, καὶ πανοῦργοι, καὶ τῶν αἱμάτων ἐρῶντες τῶν σῶν, τῇ τοῦ θεοῦ περιβληθήσονται τιμωρίᾳ· καὶ οὐ φθάσουσι τὸ ἥμισυ τῆς οἰκείας ζωῆς· ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐκτενοῦσιν ἐπὶ μήκιστον τὴν ζωήν. οὐ δὲ γὰρ ὡς ὡρισμένης αὐτοῖς ἡμέρας τοῦ θανάτου λέγει· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, δυνάμενοι, ὅσον ἐκ τῆς οἰκείας συστάσεως, ἐπὶ πλεῖον βιῶσαι, θᾶττον τὴν τοῦ θεοῦ τιμωρίαν τοῦ θανάτου δέξονται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Νοήσεις, ἐπιστήσας, ὅπως καὶ ταῦτα ἐπληρώθη. Παραχρῆμα γὰρ, καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλῆς, ἄρδην τὸ πᾶν γένος τῶν προλεχθέντων ὀλέθρῳ παρεδόθη ἐν τῇ καταλαβούσῃ αὐτοὺς πολιορκίᾳ κατὰ τὸν Ῥωμαϊκὸν πόλεμον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὓς εὔχεται ταπεινωθῆναι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑπάρχοντος πρὸ τῶν αἰώνων, τοὺς Ἰουδαίους εἶναι νοήσομεν· ἐκεῖνοι γὰρ τῷ θελήματι ἀντέπιπτον τοῦ μονογενοῦς, οὐ φοβηθέντες τὸν θεὸν ἀλλὰ καὶ βεβηλώσαντες τὴν διαθήκην αὐτοῦ. ἄνδρας αἱμάτων λέγει τοὺς εἰπόντας, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· ὄντας καὶ ἐνόχους παντὸς αἵματος ἐκκεχυμένου τῶν δικαίων. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ δολιότητός εἰσιν ἄνδρες, δολερῶς ἀεὶ τῷ σωτῆρι καὶ τοῖς ἁγίοις προσερχόμενοι. Τούτους οὖν εὔχεται μηδ' ἐπὶ τὸ ἥμισυ τῶν ἡμερῶν αὐτῶν φθάσαι· ἐπεὶ γὰρ ἀποστραφέντες τὴν ἡμέραν τὴν ἐκ τῆς λάμψεως τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς συνισταμένην, ἑαυτοῖς ἡμέραν δῆθεν φωτισμοῦ διὰ μυθικῶν παραδόσεων ἐπενόησαν (πονηρὸν δὲ τὸ ἐν τούτοις ἀναπληρωθῆναι αὐτῶν τὰς ἡμέρας) παρακαλεῖ, μήποτε ἐπὶ τὸ ἥμισυ αὐτῶν τῶν ἡμερῶν φθάσωσιν, ἀνατεῖλαι αὐτοῖς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης, ἵνα ἡμέρα κυρίου γένωνται). Καὶ πρὸς τὸ ῥητὸν δὲ βιάσοιτό τις τοιαῦτα· Ἐπεὶ ἐν τῷ βίῳ μένοντες προαιρέσει κακὰ δρῶσι, φειδόμενος αὐτῶν ἀξιῶ ὅπως μεσούσης τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἁρπαγῶσι τοῦ βίου, ἵνα ὑπὲρ ὀλίγων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ πολλῶν τιμωρηθῶσιν.

Ετα

ΕΓΩ ΔΕ ΚΥΡΙΕ ΕΛΠΙΩ ΕΠΙ ΣΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τούτων, φησὶν, οὕτω διακειμένων, ἐγὼ τὴν προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα ἐπὶ σὲ ἔχω κύριε.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ταύτην γὰρ σου τὴν δύναμιν καὶ τὴν δικαίαν ἐπιστάμενος ψῆφον, τὴν παρὰ σοῦ προσμένω βοήθειαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ πιστὸς λεγέτω τοῦτο· ἡ γὰρ εἰς θεὸν ἐλπὶς τῶν κακῶν ἐλευθερίαν ἀγαθῶν τε πάντων παρουσίαν χαρίζεται.

EGO AVTEM SPERABO IN TE DOMINE.] DIDYMI. His, inquit, ita constitutis, ego Domine in te expectationem & spem habeo.

ANNOTATIONES CORDERII. *Spes iusti in Domino.*

THEODORETI. Nam hanc tuam potentiam & iustam sententiam sciens, opem à te expecto.

HESYCHII. Fidelis hoc dicat: nam spes in Deum malorum liberationem & bonorum omnium copiam largitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. IN *finem.*] Pulchrè hoc loco S. Augustinus per illa verba *In finem* intelligit Christum: *Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Intentio ergo,* inquit, *dirigatur in finem, dirigatur in Christum. Quare finis dicitur? Quoniam quidquid agimus, ad illum referimus: & cùm ad eum peruenerimus, vltrà quod quaramus non habebimus.*

Rom. 10, 4. *Finis noster Christus.*

IBIDEM. *In hymnis.*] Vulgata, *In carminibus.* S. Augustinus exponit, *In laudibus: Siue enim,* inquit, *tribulemur & angustiemur; siue lætemur & exultemus; ille laudandus est, qui & in tribulationibus erudit, & in lætitia consolatur nos.*

Semper laudandus Deus.

IBIDEM. *Intellectus ipsi Dauid.*] *Pertinet enim* (inquit idem S. Augustinus) *ad nos magna cura intelligendi, in quo malo nunc sumus, & de quo malo, vt liberemur, optamus. Inter multas ergo tribulationes plangit aliquid Psalmus iste de intellectu: ille cum isto non plorat, qui non habet intellectum.*

Intellectus est plangere mala, vt ijs liberemur.

Magis recepta de argumento sententia est, conqueri Dauidem de Ceilanis, à quibus, postquam illos obsidione liberasset, proditus turpissimè fuisset, nisi diuino monitus oraculo, inde se proripuisset in montem solitudinis Ziph; vti describitur 1. Regum 23.

Argumentum.

Mysticè autem passim sumitur de Christi passione, & Ecclesiæ persecutione; aitque Glossa, hunc esse tertium Psalmum, qui de passione & resurrectione Christi latiùs tractet.

Mystica expositio.

2. *Exaudi.*] Græcè, Ἐνώτισαι; quod in Scriptura solet verti *Auribus percipe*: S. Hilarius habet, *Inaurire*: & quid hoc verbo significetur exponens; *Non cuiusque,* inquit, *est innocentia id postulare, vt orationem suam Deus inauriat: Deus enim vbique semper audit; sed non omnium meriti est, vt, quod audit, inauriat; auditum quidem eius voce penetrante, sed dignationem eorum qua audiantur inauriendi solâ orationis innocentiâ promerente.*

Inaurire quid sit apud S. Hilarium.

IBIDEM. *Et ne despexeris.*] Græcè, καὶ μὴ ὑπερίδῃς: S. Hieronymus, *Ne despicias*: Hebraicè ואל־תתעלם מתחנתי *Veal thithhallam mitthechinnati*; id est, *Ne abscondas te à prece mea. Despiciuntur autem* (inquit Hilarius) *orationes leues, diffidentes, inutiles, sæculi curis anxia, & rerum corporalium desiderijs implicata, bonorum operum fructibus infecunda: de quibus per Isaiam Prophetam ait: Et cùm extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis. & causam despiciendæ orationis continuò subiecit, dicens: Manus enim vestra sanguine plena sunt. Vbi ergo operatio iniquitatis extabit, illic despicitur oratio deprecantis.* Sic ille.

Qualis oratio à Deo despiciatur. Isa. 1, 15.

IBIDEM. *Intende mihi.*] S. Hieronymus, *Attende mihi*: Chaldaicè, *Attende sermoni meo. Oratio autem,* inquit S. Hilarius, *in eo qui sperat intenditur, cùm tacita spei fides pia conscientia religione cohibetur.* Vbi nota cum eodem S. Hilario, in hoc primo versu triplicem peti orationis conditionem. Prima est, vt audiatur; Secunda, ne despiciatur; Tertia, vt intendatur. *Et est,* inquit, *absolutissimum vniuscuiusque proprietatis exemplum. Inaurinit Dominus verba Chananaæ sæpe clamantis: despexit orationem adolescentis illius, qui ab æternitatis largitore diuisionem patrimonij postulabat: intendit autem in eam feminam, quæ fidei silentio salutem sibi, etiam à vestis fimbria, expectabat.*

Qualis oratio intendatur. Matt. 15, 22. Luc. 12, 13. Matt. 9, 21.

3. *Contristatus sum in exercitatione mea.*] Græcè, Ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, S. Hieronymus, *Humiliatus sum in meditatione mea,* iuxta Hebræum: alij, *Vociferatus sum in loquela mea*: vel, *Eiulaui in prece mea*: Symmachus, κατηνέχθην προσλαλῶν ἐμαυτῷ, *Collapsus sum alloquens meipsum*: Aquila, ἐλυπήθην ἐν τῇ ὁμιλίᾳ μου, *Contristatus sum in collocutione mea,* id est, in oratione mea, & mussitatione: ἐν ἀδολεσχίᾳ: quod in Catena Theodorus exponit, *negotij continuationem,* seu *assiduitatem*; Eusebius, *mærorem,* seu *anxietatem*; Origenes, *orationem*; Hesychius, *in meditando eleuationem*: sed optimè Bibliorum Interpres vertit, *in exercitatione,* siue exercitio, & mentis occupatione; in qua meditor plurima & maxima pericula. Preces autem sunt piorum exercitatio: nam ἀδολεσχεῖν apud Scriptores sacros sumi solet pro contemplari, assiduè se exercere, meditari, vt ex suprà citatis Patribus & Euthymio patet; cùm apud profanos *nugari* significet: quamquam etiam olim apud profanos in bonam partem accipiebatur; vt apud Platonem, pro μετεωρολογεῖν, id est, *de rebus sublimibus loqui.* Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus: *Vbi contristatus? vbi conturbatus? In exercitatione mea, inquit, homines malos, quos patitur, commemoratus est; eamdemque passionem malorum hominum, exercitationem suam dixit. Hæc autem* (inquit S. Hilarius) *in Domino Iesu Christo*

Ἀδολεσχία quid. *Ἀδολεσχεῖν quid apud sacros Scriptores, quid apud profanos.*

ANNOTATIO NES CORDERII.

Christo exercitatio, nostræ salutis operatio est; quam diuersarum sanitatum dehinc passionis ipsius exercitatio promerebat. Est enim militaris exercitatio, quâ vires probantur, patientia demonstratur, virtus splendescit, honor comparatur: quæ causa est, vt aliquando, propter hæc emolumenta, diutiùs sinat Dominus hominem affligari. Hoc ipsum Stoicus Philosophus intellexit; etsi, vti ethnicus, non Dei, sed fortunæ fecerit mentionem: libro enim, Quare bonis mala accidant, ita scripsit: *Non est sæuitia, certamen est; quò sæpiùs adierimus, fortiores erimus.* hæc Seneca. Igitur æquo animo tolerandum, quidquid aduersitatis contigerit. Non est enim, quòd patimur, Dei flagellantis inhumanitas, sed nostræ virtutis certamen: & quantò sæpiùs in agonem prodimus, tantò fortiores euadimus, & illustriùs triũphamus: vti in sanctissimo Iobo videre licet.

Tribulatio, nostra exercitatio est, quâ fortiores euadimus.

4. *Declinauerunt in me iniquitatem.*] Omnes ferè Latinæ editiones habẽt *iniquitates*; & apud Theodoretum est ἀνομίαν: Symmachus, Ὅτι ἐπέῤῥιψαν κατ' ἐμοῦ εἰς ἀδικίαν, καὶ μετ' ὀργῆς ἀνταπέδωκάν μοι. quæ ita videtur vertisse S. Hieronymus: *Quoniam proiecerunt super me iniquitatem; & in furore aduersabantur mihi.* Pro ἀνομίαν verò Scholion refert, Theodotionem esse interpretatum vt Septuaginta, Aquilam verò ἀνωφελὲς, *rem inutilem.* Sensus autem est: Quoniam imposuerunt mihi iniqua, inclinauerunt in me, seu super me; & quasi in humeros meos crimina falsa & ficta deuoluerunt.

IBIDEM. *In ira molesti erant mihi.*] S. Augustinus, *Adumbrabant me*: Græcè est, ἐνεκότουν μοι; id est, *indignabantur, irascebantur*: Scholion, ἐμνησικάκουν, ἐμήνιζον, *malorum memoriam retinebant, altè irascebantur.*

5. *Cor meum conturbatum est in me.*] Vide, quæ mala Rex patiebatur, in quanto discrimine versetur, in quas impegerit difficultates, quâ ratione malum timeat, quod ab inimicis sibi imminet: certè non effeminatus quispiam vel mollis loquitur; sed qui iam multa constantiæ documenta præbuerat. Vnde iam clariùs liquet, quàm duros cruciatus pertulerit Dauid, cùm hæc dixit; in magnis scilicet mundi sceleribus contabescebat, & corde suo vtebatur pro multiforatili tibia ad Lydios modos faciendos, quibus hominum perfidiosam voluntatem insaniamque lugeret. In Hebræo est לבי יחיל *libbi iachil*; id est, *Cor meum perforatum est*; à verbo חלל *chalal*: vnde Hebræis חליל *chalil* dicitur *tibia*; quòd multis sit foraminibus distincta, ad sonorum varietatem: vt funestam quamdam elegiam intelligamus pij Vatis, acerbos hominum casus mœrentis; qui Dei suique obliti se voluntariam propè in perniciem & scelus conijciunt. Eodem modo Ieremias, cùm luctuosum Moabitarum excidium calamitatemque defleret; *Cor meum*, inquit, *ad Moab quasi tibia resonabit.* Atque vt vir sanctus in id æuum inciderat, sæculique iactationem, quâ lex Dei indignè violabatur, sic continua hæc illius fuisse videtur exercitatio: nam alio quodam loco, vbi in Vulgatis habemus, *Sensus cordis mei turbati sunt, in me non tacebo*, Pagninus vertit, *Doleo, resonat in me cor meum.* Qui sonus Libitinæ cantus est; qualis in exequijs mortuorum à tibicine adhiberi consueuit. Nec aliter Isaias impiorum hominum stragem deplorans;

Cor Dauidis tibiæ comparatum.

Ier. 48, 36.

Ier. 4, 19.

Super hoc, inquit, *venter meus ad Moab quasi cithara sonabit.* Vbi ventrem suum appellat citharam, vt Ieremias cor suum tibiam nuncupauerat; funereum videlicet instrumentum, atque flebile, quo velut tymbaulæ diuini pereuntium funus comitentur. Isa. 16, 11.

6. *Contexerunt me tenebræ.*] Græcè, ἐκάλυψέ με σκότος: quod S. Hilarius vertit, *Contexit me tenebra*; S. Hieronymus, *Operuit me caligo*: in Psalmo 43. ver. 20. idem valet, *Cooperuit nos vmbra mortis.* Sunt autem tenebræ symbolum maximarum calamitatum.

Tenebræ symbolum calamitatum.

7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?*] Pennas quærit Dauid ad volandum; quas vtique non habebat, alioquin non quæreret: quis enim quærat quod habet? ergo conqueritur Dauid, quòd pennas non habeat, neque volare possit; & eas quærit, si fortè quis ei alas accommodet. Verùm quid ais, ô Dauid? excelsa tranare volatu desideras, ima fastidis, te sideribus inserere satagis, & columbinas pennas requiris? Nónne sublimiùs volares, accipitris aut aquilæ plumis instructus? Ad mores locum hunc trahit Ambrosius. Nempe columba pietatis symbolum est, quæ felle caret, comparem amat, cicur auis, hominis amica; reliquæ verò, quas commemorauimus, rapido magis cursu feruntur; ceterùm ex raptu viuunt, infirmioribus insidiantur, societatem subterfugiunt, amicitias oderunt, soliuagæ, superbæ, insidiantes; quapropter impietatem designant. En tibi quam ob causam columbinas alas præferat aquilinis; nempe, quia de pio volatu agitur, ad quem plus pietas quàm studium conducat. Pennas enim petit, quibus volare possit, & requiescat. Sed cur pennas petit, vt requiescat? Sanè pennas natura concessit auibus ad volandum; dum enim ipsas explicant, corpora in aëre suspendunt: quis autem dicat alas eis datas esse ad quiescendum? Quid ergo est quod ait Dauid, *& requiescam?* Nimirum in spiritali volatu requies sita est; & dum viri pij volant requiescunt. Sanè aues partim volant, partim requiescunt: quandoque enim alas expandunt, & aëra tranant; aliquando verò alas complicant, & quietem capiunt. Illi verò qui pietatem colunt, dum suprema petunt, dum æthere feruntur, dum alas mouent, dum expandunt, dum volant, quiescunt: si quando verò volare & pergere desinunt, defatigantur. Ergo vera quies spiritus in studio indefesso pietatis sita est: si verò hoc studium quis intermittat, si langueat, lassatur, & defatigatur. ita S. Ambrosius de Fuga sæculi cap. 5. locum hunc exponit his verbis: *Denique illas pennas quærebat accipere, vt volaret, & requiesceret, sicut scriptum est; Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? vbi enim volatus, ibi requies.* In quem sensum inflectit idem S. Pater titulum huius Psalmi; nempe, *In finem, in carminibus intellectus Dauid.* Quid, quæso, est *In finem?* id est in coronidem, in apicem perfectionis. Finis & terminus totius virtutis situs est in studio pietatis. Ille enim breuî ad supremum virtutis apicem peruenit, coronidem imponit, & verticem attingit, qui indefessâ curâ in virtutem incumbit; si quis verò supinus iaceat, & negligens sit, hic numquam vel ipsam metam contingit. Non frustrà igitur Dauid ad pennas suspirabat columbinas.

Cur columbæ & non aquilæ pennas petat.

In spiritali volatu vera quies mentis.

8. *Ecce*

8. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*] Ad quem locum ita pulchrè Ambrosius serm. 14. in Psal. 118. piam animam alloquens:

Pura anima cælum affectat.

Quid te reflectis in terram? si in Enoch raptus ad cælum es; in Elia leuatus in curru; in Paulo raptus in paradisum, conuersatus in cælis; in Dauide exauditus; vt pennas columbæ assumeres, & volares; in Christo exaltatus; volucris factus in spiritu? Se pingit ipse venerandus Præsul, qui excellenti hac animi puritate & segregatione à terrenarum omnium rerum affectu, iam quodammodò in sanctimoniæ arcem conscenderat, vnde manant illa pulchra & salutaria monita. Neque dubito, quin vehementer obstupesceret, si quem vidisset Deo votum, sacris initiatum, gradu & ordine sanctitudinem profitentem, nec cum Enoch rapi in cælum, neque Eliæ curru vehi, nec columbinis euolare pennis cum Dauide, nec D. Paulum in sublimibus versantem comitari, nec exaltari cum Christo Iesu à terra, nec cum sancto Spiritu in altum efferri. Et opinor id in virtutis inopiam referebat, cùm sanctimoniæ proprium sit, homines à terra seiungere.

Quotannis in solitudinem recedendum per exercitia spiritualia.

Quare nimium quantum vtile id quod Societati nostræ solemne est, vt, præter quotidianam considerationem, quæ manè fieri solet, sacri & religiosi homines annuum otium & quietem sibi sumant, quâ liberi ab omni alio opere, & communium rerum cura, sese totos ad rerum piarum commentationem per aliquot dies conferant, & cum solo Deo soli versentur. S. Gregorius Nyssenus in Vita Moysis ait hoc modo Moysem ad Sinai montem ascendentem, & ingredientem in nubem, accepisse θείας μυσταγωγίαν, *diuinam initiationem*; vbi cum inuisibili, non conspectus ipse, versabatur: *vt nos*, inquit, *admoneret, quòd oporteat, si quis velit esse cum Deo, omnia hæc, quæ videntur, contemnere, atque prætereuehi, vt secretus ab humilium rerum cogitatione, cum parente omnium Deo versari possit.* S. Greg. Nazianzenus Orat. 41. id vocat ἀποχωρῆσαι Θεῷ, *Deo secedere*: *Bonum*, inquit, *est* ἀποχωρῆσαι Θεῷ τι μικρὸν, *parumper sese ad Deum subducere, vt Moyses ille olim fecit, & posteà Ieremias.* Tum etiam exponit de consuetudine sua: *Paulisper secessi*, ὅπως ἐμαυτὸν ἐπισκέψωμαι, *vt meipsum inspicerem, & explorarem.* Nam licet religiosissimè viueret, & esset pro munere suo intentus in populi institutionem & salutem; non tamen constare animi sanctimoniam puritatemque censuit, nisi in otio seipsum excuteret, & sedulâ meditatione sese in dies ad pietatem renouaret. Itaque alio in loco Carm. 13. pium illum secessum vocat φάρμακον ἐν παθέεσσι, *in morbis animi medicinam.* Ibi cum animo suo multa repetens ac loquens, in primis hanc materiam meditationis suæ ponit,

Τίς γενόμην, τίς δ' εἰμὶ, τί δ' ἔσσομαι;

Quis prius ipse fui, quis sum modo, quidve futurus?

Deinde post aliquot dierum meditationes redibat ad aliorum commercium, vt Ioannes à deserto, plenus Deo: cuius sine dubio ductu in solitudinem illam sanctam ierat. de qua plura inferiùs ad Psal. 84. ver. 9. & Psal. 101. ver. 7.

9. *A pusillanimitate.*] Græcè, ἀπὸ ὀλιγοψυχίας; id est, ab animi angustia, mœrore, deiectione: S. Augustinus, *à pusillo animo*: in Vulgata est, *à pusillanimitate spiritus*: quod inde additum esse innuit S. Hieronymus ad Suniam, quòd pro ὀλιγοψυχία Aquila, & Symmachus, & Theodotion, & Quinta editio, interpretati sunt, ἀπὸ πνεύματος, *à Spiritu*. Ceterùm hic Dauid in Deum gratabundus refert, quòd eius auxiliari manu à pusillitate & confractione, siue nimia deiectione animi, fuerit liberatus: coniunxit autem pusillitatem spiritus cum tempestate; vt intelligamus, pusillanimitatem nihil à tempestate differre.

Pusillanimitas est magna tempestas animi.

Vnde S. Hieronymus eodem modo vtramque vocem est interpretatus legens: *Festinabo, vt salner à spiritu tempestatis & turbinis.* Quò maximè facit duplex Genebrardi obseruatio, dum primò annotat, spiritum ibi poni pro animo vehementer commoto atque rapido; deinde ait nonnullos legere, *à vento vehementiùs tumultuante quàm tempestas*. Nec omittendum est, hunc ventum, siue turbinem, plus premere: certè ex Hebræa voce (quod apud Mercerum in eius expositione Rabbi Solomon admonet) *spiritus eradicationis, propulsionis*, siue translationis significatur, sumptâ imagine à vehementissimo & rapidissimo vento, qui arbores radicitus euellat, omniaque rapiat atque perturbet. Sed quomodo, inquies, hæc simul subsistere possint; cùm à nimia deiectione & consternatione animi nihil videatur magis alienum, quàm ille adeò vehemens rapidusque spiritus, qui omnia sursum deorsum vertat, terrasque cælo misceat? Ad quod respondeo, quàm optimè hæc, quæ in speciem pugnantia videntur, sibi ipsis constare, eumdemque sensum reddere: quippe spiritus eradicationis ac propulsionis, qui vno flatu omnia se conturbaturum & eradicaturum comminatur; idem ipse est cum pusillo, abscisso & confracto animo, qui à leui folij motu territatur atque prosternitur, & qui in pace leo, in bello ceruus est.

Dauid non columbinam pusillanimitatem, sed celeritatem assumpsit.

Notandum ergo, Dauidem, postquam columbinas ad fugiendum alas desiderauit, haudquaquam in columbinam timiditatem collapsum, sed in aquilinam generositatem elatum fuisse: siquidem saluus euasit *à pusillanimitate spiritus*, sic vt fugiendo timidus & ignauus non fieret; sed potiùs omni ignauiâ ac timiditate exueretur: columba nempe reddebatur non pusillanimitate, sed celeritate volandi, & puritate viuendi; quemadmodum D. Gregorius Nazianzenus Orat. 17. ad Ciues, sub initium, exponens: *Columba*, inquit, *pennas expetit: vel quod leuiores ac perniciores sint; vel quod Spiritum adumbrent; cuius vnius auxilio pericula fugimus: vt quàm longissimè se à præsentibus malis remoueat.*

10. *Præcipita.*] Græcè, καταπόντισον. Huius verbi proprietatem notat Hilarius, vti in alijs multis, à Latinis interpretibus non satis fuisse expressam; cùm propriè significet demersionem in profundum. S. Augustinus *Submerge* legit. *Demerge ergo eos*, inquit Hilarius, *linguasque eorum diuidi rogat: quorum aliud sub Noë, aliud post ædificationem turris scimus esse effectum, cùm illos diluuio submersos consumpsit profundum; hos linguarum diuisio, ad causam æternæ in se concertationis, discreuit, vt concertationem aduersus Deum initam, dum se inuicem & nesciunt, & metuunt, non tenerent.* Sic ille. Cui consentiens S. Gregorius lib. 34. Moralium cap. 3. *Si malorum*, inquit, *vnitas non fuisset, nequaquam diuina*

ANNOTATIONES CORDERII.

Lingua diuisio facit diuisionem animorum.

uina prouidentia superbientium linguas in tanta diuersitate dissipasset: si malorum vnitas noxia non fuisset, de sancta Ecclesia hostibus Propheta non diceret: Præcipita Domine, & diuide linguas eorum. Tantam verò solet animorum ingenerare concordiam linguæ vnius eiusdemque societas, vt, hac sublatâ, putetur illa confestim dissoluenda: quod malum, pænè omnium malorum seminarium, in ciuitate Ierusalem non tam precatur, quàm vaticinatur hîc Dauid, in vindictam Christi Domini à Iudæis crucifixi. In Hebræo autem propriè est, *Degluti*, vel, *Perde*, vel, *Demerge* Domine; diuisionem linguarum vocans perditionem, demersionem, & deglutitionem, videlicet pacis, concordiæ, multorumque in republica bonorum. Hanc eamdem vim intelligit D. Hieronymus in verbo *Præcipita*, quasi in pelagus. Ergo hi ita demergantur, sicut in diluuio; & dispergantur diuisis linguis, ceu factum est in ædificatione turris. Sed cur ista fiant adiecit: *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate:* iniquitatem, cùm non crediderunt; contradictionem, cùm Christo exprobrarunt, & insultarunt.

Regimen iniquitatis.

11. *Die ac nocte circumdabit eum super muros eius iniquitas*, &c.] Vbi, dum prauum Ducem, seu Principem, sub tragica iniquitatis persona, velut stationarium militem, excubias circum mœnia agentem eleganter inducit; scitè infert, nullum vitijs obseratum ostium, omnem virtuti ac pietati interclusum aditum esse; ideoque ea in vrbe vitia & peccata, instar senatorum ac illustrium ciuium, quietam ac pacatam vitam in publicis plateis agere. Vnde sic ibi per ironiam exclamat Agellius: O felicem scilicet vrbem! cui tales custodes ad muros positi sint, & eiusmodi muris septa, ne virtuti & paci pateat aditus; quæ adeò indefessis peruigilibus & custodibus tenetur, vt die ac nocte peruigilent, neque tantillum quieti concedant. Inest verò alia non minùs elegans ijs verbis imago, præsertim in lectione S. Hieronymi, quæ habet: *Peruersitas*, siue, *prauitates in medio eius.* Videtur enim Principis iniquitas cum puncto centrico, à quo omnes lineæ deriuantur, componi: quasi eius prauitas atque peruersitas omnium peruersitatum subditis causa & origo sit: nam, vt scitè dixit Horatius,

——— Falsa regula prima,
Omnia mendosè fieri & distorta necesse est.

Graue est ab amicis iniuriam pati.

13. *Si inimicus exprobrasset mihi.*] Ita etiam S. Augustinus legit; Hilarius verò vtitur verbo *improperasset*; Vulgata, *maledixisset*: sed S. Hieronymus in Epist. ad Suniam notat, maledicta & opprobria sensu non discrepare. Locum hunc expendens eleganter Scribanius noster in suis ad Christi passionem exercitationibus; Quid miramur, inquit, homines, si beneficiorum obliuiscantur, in quos illa contulimus? aut querimur cum beneficijs memoriam perire, nec vltra beneficia hanc stare, etiam in viris cetera bonis? Grauius est, cùm pro benefactis malefacta reponuntur; pro nutricio & patrio pectore, contemptus, risus, opprobria, detractiones: nimirum pro violis lapides, pro rosis tela, pro lacte & melle venena; pro amplexu & osculis foueæ, & laquei: quales apud Ieremiam leges: *Numquid redditur pro bono malum? quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.* Quæ cum facta legimus ab Israële

Ier. 18, 20.

Deo; quid nouum, si eadem experiamur? si pari ingratitudine percutiamur ab ijs, quos aut amicorum aut filiorum loco habuimus? si aut foueas, aut laqueos pares, insidiasque pares parari ab ijs videamus, quorum in nos fidem amoremque meritò nobis promittebamus? si denique illos, præter omne meritum nostrum, sentiamus aduersarios, factorumque dictorumque obtrectatores, damnatores, quos iure quodam nostro deposcere debebamus propugnatores? solemur nos exemplo magni Dei, verbis Christi, apud Ioannem dicentis, *Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* subdit: *Quia odio habuerunt me gratis.* Nam ex causa odio haberi, non nouum; gratuitò, & post beneficia haberi, nouum; & tamen non nouum. Neque enim nouum videri iam debet, quod Christo ab vniuerso Israële accidit. Imò & inter beneficia diuina reponendum, si gratuitis nos odijs & æmulationibus prosequantur non exteri tantùm, & in quos nullum nostrum beneficium exstat, sed in quos magna merita, etiam domestici, & vteri vnius. Vnde subdit:

Ioan. 15, 20.

Vnanimis quis est.

14. *Tu verò homo vnanimis.*] Græcè ἰσόψυχε; id est, *vnius mecum animi.* Sic in Deuteronomio cap. 13. ver. 6. amicus, quem quis diligit vt animam, vocatur Græcè, ἴσος τῇ ψυχῇ, *æqualis animæ*; Hebraicè, כְּנַפְשְׁךָ *Chenephes*, id est, *sicut anima:* Symmachus, Ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, καὶ συνήθης μου, καὶ γνώριμος, *Sed tu homo eorumdem morum, & familiaris meus, & notus.* Sed quæ vel Patres, vel Ethnici, de veræ amicitiæ & charitatis natura scitè & floridè varijs sententijs & imaginibus tradidêre, amicitiam definientes, vt sit omnium tam diuinarum quàm humanarum rerum cum beneuolentia & charitate consensio, vti habet S. Augustinus Epist. 115. ad Marcianum; vel, vt Plato in Lyside, vt vnus fiat è pluribus; à quo similia mutuati sunt Aristoteles lib. 2. Moralium cap. 13. & Seneca Epist. 109. vno hoc verbo *vnanimis* expressit Psalmista. Quòd si expenderis, quidquid aliud addideris, superfluum erit. Cùm enim voluerimus impensè amicum dicere, Vna mea & huius anima est, dicere solemus. Nihil enim vltrà cogitare valemus, quàm vnam animam in duobus corporibus inclusam. Vnde Christus hîc sub Dauidis persona, vt intimam, quam cum proditore contraxerat amicitiam, declararet, hanc phrasim vsurpans queritur: *Tu verò homo vnanimis.* Quæ verba versans S. Ambrosius lib. 3. de Offic. cap. 16. *Qui est vnanimis, ipse amicus est; quod vnitas animorum in amicis sit.* & paulò antè: *Quid est enim amicus, nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiungas, atque applices, & ita misceas, vt vnum velis fieri ex duobus, qui te, tamquam alteri tibi, committas.* Sed hinc illud acutè infert, notanter hoc nomine Iudam increpatum, vt simul ostenderet, illum se simul lædere, qui vnanimem sibi læderet. Certè, vt vel hac ratione à proditione executioni mandanda deterreret; vel, vt de illa, quòd proditoris damnum potiùs quàm suum esset, doleret. *Itaque ad acerbam peccati inuidiam non dixit, Tu verò seruus meus, Apostolus meus, sed, vnanimis meus, hoc est, non meus; sed tuus proditor es, qui vnanimem prodidisti.* Sic Ambrosius. Auget crimen barbari hominis atque feri ab ipsius Christi inexplica-

Iudæ proditoris inaudita immanitas & perfidia.

plica-

plicabili humanitate & amore; qui potiùs ad beneuolentiam & dulcissimam animorum coniunctionem, quàm ad infame illud dissidium & extinctionem concordiæ inuitare debuit. Vocat hominem *vnanimem*, Græcè ἰσόψυχον, *æqualem animæ*; quem videlicet tanti faciebam quanti animam meam: in Hebræo est, כְּעֶרְכִּי *ehegherchi*, id est, *iuxta pretium meum*, vel, vt vertit Caietanus, *æstimationem*: quem habebam non minori pretio, quàm meipsum. *Dux meus*, quem militantis Ecclesiæ ducem cum ceteris Apostolis elegeram; *& notus meus*, quem habui cum ceteris domesticis meis familiarissimum.

15. *Qui simul dulces capiebas cibos.*] Græcè, Ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανας ἐδέσματα· posset etiam reddi, *Qui simul dulces faciebas cibos*: in aliquot Codicibus, & apud Theodoretum est, ἐγλύκανάς μοι, *dulces faciebas mihi*: Editiones Latinæ habent, *Qui simul mecum dulces capiebas cibos*: Aquila, Οἱ ἅμα ἐγλυκάναμεν ἀπόῤῥητον, *Qui simul dulce faciebamus* (aut, vt S. Hieronymus, *habuimus*) *secretum*: Symmachus, Οἵτινες κοινολογούμενοι γλυκεῖαν ὁμιλίαν, *Qui quidem communicando reddebamus dulcem consuetudinem, seu collocutionem*. ac si diceret: Qui adeò obstinato efferatoque animo fuisti, vt tantâ suauitate, secretaque illâ amoris mei dulcedine, intimos omnes recessus imbuente, non demulceteris: qui aquam verti in vinum vidisti, ebibisti: multiplicatos diuinitùs panes & cælestem in terris abundantiam gustasti: quem admisi ad vltimum conuiuium, in quo victima illa pretiosa, & philotesius crater fuit, blandi pignus amoris, sempiternæ beneuolentiæ monumentum, philtrum gloriosum. Quæ omnia faciunt, vt Iudas non modò impius & amens, & præcipiti animi cupidine cæcus, verùm etiam derelictus à communi humanitate videatur. Fuit enim à condito orbe nationum hæc opinio, symposium atque mensam, effectricem esse amicitiæ, & honestis in conuiuiis fieri animorum conciliationem: vnde vulgatum est Prouerbium, *Salem & mensam ne prætereas*; hoc est, Ne amicorum consuetudinem negligas, ne violes iura amicitiæ. Hinc vetuit Pythagoras *frangi panem*; videlicet ne dissecaretur quod amicos copularet, vt qui simul ederent, meminissent, constantissimè beneuolentiæ fœdus retinendum & tuendum esse. Quare Iudam, qui Angelorum panem eduisset, omne genus amicitiæ complexum, & singularis concordiæ, sceleratissimum fuisse oportet; qui panem frangeret, animos discinderet, pulchritudinem pacis inauditâ perfidiæ labe indignè pollueret.

Iudas nulla Christi suauitate mouebatur.

16. *Veniat mors super illos, &c.*] Communior sensus magisque litteralis est superiùs in Commentario expositus, vt loquatur de Iuda proditore, eiusque similibus: de quo præmiserat; *Si inimicus meus maledixisset mihi, &c.* Et si hoc pacto intelligatur, non sunt accipienda Dauidis verba sensu imprecantis, aut optantis affectu; sed prædicentis & prophetantis consilio. quasi dicat: *Veniet mors super illos, &c.* quomodo B. Augustinus lib. 1. de Sermone Domini in monte cap. 2. similes sententias docuit explicandas: cui etiam consentit Eusebius in Catena citatus cum Athanasio & Hesychio ibidem. Verùm hîc ambiges fortè, ac quæres: Si mors super illos venerit, quomodo viuentes in infernum descendent? Et si viuentes in infernum descendant, quomodo mors super illos venerat priùs? Dicam, quòd eo modo, quo de Curtio Romano refert Valerius Max. lib. 5. *Cùm in media parte fori vasto ac repentino hiatu terra subsideret, ipse, militaribus insignibus ornatus, equum conscendit, eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit.* Huic equum conscendere, viuumque ad infernum descendere, idem fuit. Id ipsum de impijs affirmari potest. Si equum quæris, *Ecce equus pallidus*; si equitem, *Qui sedebat super eum, nomen illi Mors*; si calcaria, *Stimulus autem mortis peccatum est*: si verò impium præcipitem à morte datum; en ita in momento ab inferno absorbetur, vt vix discernas, an mortuus vel viuens illuc descenderit. Ita nimirum quasi vltimum supremumque supplicium illi rebelles, Core, Dathan & Abiron incurrerunt, quando *disrupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum, deuorauit illos, descenderuntque viui in infernum.* Pulchrè autem Hugo Cardinalis in hunc Psalmi locum notat verbum *super illos*; in quo significatur mortis dominium, & oppressio super malos, iuxta illud: *Calcet super eum, quasi Rex, interitus*: vnde & in momento in infernum descendunt. *Nec mirum*, inquit Hugo, *quòd descendant in infernum viuentes, qui hic viuunt mundo & peccato, & qui descendunt in infernum, id est in cupiditatem, viuentes in hac præsenti vita: dicitur enim cupiditas, siue cor cupidi, infernus, quia non potest impleri.* Sic igitur & mors & infernus in peccatoris corpore equitantes in infernum projcientur inferiorem, Oraculumque implebitur: *Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.* Nam si Arethæ locum istum interpretanti credimus, *mortem & infernum vocat eos, qui digna supplicio operati sunt, tamquam tubam secundæ mortis explentes.* Hi enim à prima morte, & à primo inferno vocantur ad secundum infernum, mortemque secundam. Atque hic sensus litteræ maximè conformis.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quis dicatur viuens descendere in infernum.

Apoc. 6, 8.
1. Cor. 15, 56.
Num. 16, 31.
Iob 18, 14.
Apoc. 20, 14.

Tropologicè autem commendatur hîc mortis & inferni meditatio, quæ efficacissima est ad peccatorem à vitijs reuocandum. Hoc ergo sensu; *Veniat*, inquit, *mors super illos*, id est, Occupet eorum mentem, intellectum, cor, animum, & sic illos regat, gubernet, & moueat: quo sensu superiùs in alio Psalmo in remedium peccatorum dixit: *Constitue legislatorem super eos.* Vbi vide quæ annotauimus huic loco lucem adferentia.

Psal. 21, 9.

Denique de auaris locus hîc peculiariter exponi potest. Siquidem alia pleraque vitia suos alumnos in infernum præmittunt mortuos; quia iam in illis quieuit vel cupido vel potestas vlteriùs delinquendi: vna verò auaritia est, quæ semper cultores suos viuos in infernum immergit; quia numquam quiescunt, sed semper œstro cupidinis ad plus habendum adiguntur. Infernum autem vocat ipsam cupiditatem, siue cor auari; quia non potest impleri.

Auari descendunt in infernum viuentes.

IBIDEM. *Nequitia in hospitijs eorum.*] Ita etiam habet S. Augustinus & S. Hilarius: quod Græcè est παροικίαις; & in Vulgata, *habitaculis*: Theodoretus autem παροικίαν vocat præsentem vitam, in qua παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν, *in qua diuersamur, non habitamus.*

Παροικία quid.

18. *Vespere, & manè, & meridie.*] Alludit, inquit

ANNOTATIONES CORDERII.

Triplex sacrificium Iudæorum.

inquit Genebrardus, ad tres statas & solemnes precationis Iudæorum horas, quæ & dicuntur sacrificium vespertinum, matutinum & pomeridianum : quod appellatur Hebraicè מִנְחָה *Minchah*; quod propriè significat oblationem ex simílagine cum oleo, siue sacrificium farinaceum. Indicans (inquit Euthymius) fixa tempora trium magnarum synaxeon, siue collectarum Christianarum, scilicet matutinum, vespertinum & Liturgiam (sic Missæ sacrificium Græci vocant, quod inter duas præcipuas preces, matutinas & vespertinas, perpetuò celebratum fuit:) ex quo Apostoli instituisse leguntur, vt ter in die Oratio Dominica funderetur, apud Clementem Constitutionum Apostolicarum lib. 7. cap. 25. quot vicibus in die flectebat Daniel genua sua, & adorabat, confitens coram Deo suo. Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus : *Euangeliza*, inquit, *tu, noli tacere tu; dic quod accepisti. Vespere de præteritis, manè de futuris, meridie de sempiternis. Ideò ad id quod ait* vespere, *pertinet quod* enarrat; *ad id quod ait* manè, *pertinet quod* annuntiat; *ad id quod ait* in meridie, *pertinet quod* exauditur vox eius. *Finis enim in meridie est; sed inde non declinatur in occasum. In meridie enim lux excelsa est, splendor sapientiæ, feruor dilectionis. Vespere, manè, & meridie. Vespere Dominus in cruce, manè in resurrectione, meridie in ascensione. Et enarrabo vespere patientiam morientis; annuntiabo manè vitam resurrectionis; orabo, vt exaudias meridie sedens ad dexteram Patris.* Sed cur Propheta hoc loco primùm *vespere* posuit, & ordinem inuertit? Nam à manè ad meridiem, inde ad vesperum, recto & naturali cursu procedendum erat. Voluit nimirum Rex sapientissimus ac religiosissimus sese de fine securum reddere potiùs quàm de principio: illius est enim & laus, & corona. Totam ego, inquit, vitam ô Domine in tuis laudibus transigam & insumam, à manè scilicet vsque ad vesperum. Et quidem manè & meridie, ad matutinum vsque ad nonam, quidquid laudum & festorum erit, tu Domine efficies, tuum erit. Vespere autem mihi potiùs est, hoc vnum eligo, hoc vehementiùs desidero, vt tibi vesperas concinam. Magni quidem facio initia & media, benè incipere ac proficere; sed pluris facio finem, in quo securus fiam, in quo coronabor. Hanc Prophetæ perseuerantiam considerans S. Augustinus exclamat : *Quanta eius securitas ! quanta consolatio! quanta refectio !*

Triplex officium Christianorum.

Dan. 6,10.

Quid vespere, & manè & meridie orandum sit.

Optandus iusto perseuerandi finis.

19. *Redimet in pace.*] Id est, asseret in pacem & prosperitatem, in pacificum & securum statum vindicabit: quod Euthymius exponit, *Absque labore*; Nicephorus, *Sine bello redimet, ac liberabit.* Non enim gessit Dauid bellum contra Saülem, sed Philistæi. Mysticè hoc de Christo exponit Hilarius; quippe, *Qui pacificauit omnia in cælis & in terra*, scilicet per animam, siue vitam, quam pro mundo posuit, & eam ipsi Pater restituit, inquit Hieronymus, eripiendo de tribulationibus mortis. Vel in pace redemit Christus animam suam, id est, in seipso. *Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* Secundùm tropologiam, *Anima in pace redimitur*, inquit Ruffinus, *quando de vitijs ad virtutes, siue de hoc mundo ad Patrem, per omnipotentis Dei gratiam transfertur.*

Coloss. 1, 20.

Christus nos in pace redemit.

Ephes. 2, 14.

Ibidem. *In multis erant mecum.*] Ita S. Augustinus, & Psalterium Ambrosianum; Græcè, ἐν πολλοῖς; Vulgata, *Inter multos*; Symmachus, πολλοὶ γὰρ ἐγένοντο πρός με· quod S. Hieronymus vertit: *Multi enim fuerunt aduersum me:* id est, Multi mecum, siue contra me pugnabant: vti & Apollinarius in Paraphrasi exponit:

Οὕνεκά μοι πολέεσσι πεποιθότες ἀντιφέροντο,

Quoniam mihi multis fidentes repugnabant.

20. *Non enim est illis commutatio.*] Id est, conuersio morum in melius. q. d. Nolunt resipiscere & emendari, quia manent in violentia sua, nec mutant suum viuendi genus. Aquila, Οἷς οὐκ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, *Quibus non sunt mutationes eis:* Symmachus, Οὐ γὰρ ἀλλάσσονται, οὐδὲ φοβοῦνται τὸν Θεόν· quod S. Hieronymus vertit, *Non enim mutantur, neque timent Deum :* quia nimirum perdita est eorum obstinatio, adeoque sunt addicti suæ malitiæ, vt ad pœnitentiam sint inflexibiles, ac natiua quædam crudelitas eorum animos occupet, ne ad misericordiam vel humanitatem vmquam inclinent. Vel certè magis placet sub querimoniæ specie hoc dici, quòd nimirum continuo tenore fluat eorum prosperitas, ac si non essent communibus incommodis subiecti; tantâ verò Dei indulgentiâ corrumpantur, vt omnem metum exuant, ac si immunes forent ab omnium hominum sorte. quo sensu alibi de illis dicit: *In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur : ideò tenuit eos superbia*, &c. Quò enim diutiùs torpent in suis delicijs, in malitia quoque magis obdurescunt: & vbi dominatur superbia, quamdiu Dominus nobis parcit, non reuocamus in memoriam nos esse homines. Obliquè igitur perstringit eorum amentiam, qui se imaginantur quasi semideos, quia rebus aduersis non subiaceant vt reliqui.

Impij diuites difficilè emendantur in rebus prosperis.

Psal. 72, 5.

21. *Extendit manum in retribuendo.*] Aquila, Ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ, *Misit manum suam in pacificos suos:* Symmachus, Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας ἐν αὐτῷ πρὸς αὐτόν, *Extendit manum suam in eos qui pacem habebant in ipso ad ipsum.* Ceterùm hic versus licet in Paraphrasi & Catena ab Athanasio ac Theodoro & Didymo ad Deum ipsum, & quidem optimè, referatur; nihilominùs in Commentario Græco explicatur de Saüle, contra omne ius Dauidem persequente : & mystico subinde sensu intelligitur de quolibet peccatore, qui diuina beneficia, quibus est abundè cumulatus, non debitis officijs, sed grauibus atque innumeris sceleribus rependit. Ita Theodoretus: *Extendit* (inquit) *manum suam in retribuendo; quoniam cùm manum extendisset, vt merita persolueret, nihil quidem boni attulit, verùm omnia malitia referta fuerunt.*

Ibidem. *Contaminauerunt testamentum.*] Græcè, Ἐβεβήλωσαν, id est, *Polluerunt*, profanarunt, violarunt; Symmachus, Παρέβησαν συνθήκην, *Transgressi sunt testamentum.*

22. *Diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.*] Vbi nota expressam imaginem simulationis. Vultus, inquit, disiunctus ab ira, placidus, humanus, gratiosus, amicitiæ notis pictus, ad blanditiam mirificè amœnatus; sed cor ipsum ad malitiam & fraudem accessit. Vultus ergo diuisus ab ira, cor in ira, candor in fronte, sepia in corde, mirum oris & pectoris dissidium,

Imago simulationis.

dium, naturæ corruptio, gratiæ labes, & insigne probrum humanitatis. Vide quæ suprà ad Psalmum vndecimum versu secundo & tertio annotauimus.

Blandorum verborum fallacia. IBIDEM. *Molliti sunt sermones.*] Id est vtuntur verbis oleo molliotibus ad homines inescandos & fallendos; cùm ipsi sermones sint spiculis nocentiores & perniciosiores, vulnerentque vt lanceæ, iacula, gladij. *Sunt enim etiam* (inquit Hilarius) *in verbis iacula, sicut dentes, scutum & sagitta sunt; & lingua machara acuta est. Et istiusmodi fortè blandiloquij oleum Psalmo alio enitat Propheta, cùm dicit;* Oleum peccatoris non impinguet caput meum; *quia sub specie boni operis malitia arma commouet.* Et quod miteris, quantò leniora esse videntur hæc arma, tantò vulnerant truculentiùs. Huc spectat illud Nicetæ Choniatæ lib. 2. in Andronico Comneno: *Si blandis,* inquit, *verbis & oleo mollioribus vtuntur, iacula & ancipites gladij in ijs delitescunt.* Quid? quòd enses armaque oleo liniuntur, vt faciliùs feriant, & altiùs in ictivscera descendant? Ita nimirum adulatores plerique sermonem fraudulenter lenem ac blandum parant; vt magis sæuiant, & fœdiùs vulnerent: scilicet linguæ gladium dolosè aliquâ mollitudine velut oleo liniunt; vt vsque ad capulum (vt sic loquar) in aliorum viscera traijciant. Non dissimilis fraus est meretricis, de qua dicit Salomon in Prouerbijs: *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps.*

Ps. 140, 5.

Prou. 5, 3.

In Deum omnis cura projicienda. 23. *Iacta super Dominum curam tuam.*] Hebraicè est יְהָבְךָ *Iehauecha*, id est, *onus tuum, pondus tuum.* q. d. Tua negotia, tuas necessitates & molestias proijce, & repone super Deum, eaque Deo committe, conquiesce in eius prouidentia: Psalterium Romanum habet, *cogitatum tuum:* apud S. Hieronymum est: *Proijce super Dominum charitatem tuam*, vel, vt Chaldæus habet, *spem tuam*. Quæ omnia significant illud celsum & gloriosum propositum animi religiosi, qui sponte maximâ & voto laudabili curam omnem suam, spem, charitatem, omnem denique vitæ rationem à se transfert in Deum, vt ab illius beneuolentissima cura & amore pendeat. Deus autem, qui fidelissimus est, hominumque amantissimus, per se, perque alios, quibus moderandorum hominum quasi habenas quasdam concessit, non permittet, vt vlla in re obediendo fallantur; eisdemque in omnem partem arcanâ quadam ratione prouidebit. Quò spectat aureum illud D. Petri monitum, cùm de Numinis prouidentia meminit: *Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Hoc altè cordi infixum sibi habebat B. Franciscus; qui coram Assisinate Præsule vili dumtaxat linteo tectus; *Nunc,* inquit, *liberrimè dixero: Pater noster qui es in cælis:* idem suis in viaticum dare solitus est hunc Psalmi versum: *Iacta super Dominum curam tuam; & ipse te enutriet:* Romano autem Pontifici de alimentis sciscitanti respondit: *Matrem quidem habemus pauperem Religionem, sed Patrem ditissimum.* Ita prorsus est: hic Pater tantâ suos curâ & prouidentiâ complectitur, vt cùm humana desunt auxilia, subministret diuina. Huic ergo defixæ in Deo spei quid ex mente Psaltis respondeat audi; subdit enim: *Ipse te enutriet:* quam quidem phrasim dum optimè ad matrem, infantem suum lactentem & enutrientem, accommodas, ex illa summam hominis de rebus suis incuriam, quòd Deo se totum credens, ab illius prouidentia omnino dependeat; summamque Dei curam in illo seruando, tutando, & bonis omnibus cohonestando elicies: quid enim lactente infantulo minùs solicitum? quid matre lactente de illo maiori studio & prouidentiâ inuigilans fuerit? Quare meritò S. Augustinus lib. 1. Soliloquiorum cap. 15. *Constanter,* inquit, *Deo crede, eique te totum committe, quantum potes: noli esse velle quasi proprius, & in tua potestate, sed eius clementissimi Domini te seruum esse profitere: ita enim te ad se sublimare non desinet, nihilque tibi euenire permittet, nisi quod tibi prosit, etiamsi nescias.* Vnde subdit:

1. Pet. 5, 7.

Dei cura materna in suos.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iusto non est fluctuatio. IBIDEM. *Non dabit in æternum fluctuationem iusto.*] Optimum sanè spei exitum, firmissimumque illius præsidium, quod nullo modo conuelli disrumpique possit; sumptâ metaphorâ à *sacra* (vt est in prouerbio) *anchora*, quæ nullâ vi potest abrumpi: ac nauis ipsi innixa tutissimè consistit, nec hac nec illac fluctuat. Quam imaginem sic illustrans Apostolus; *In quo,* inquit, *abundantiùs volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem: quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis: vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus.* Quæ extrema verba sic capio, vt spes nostra, tamquam validissima anchora, non terræ, aut cælo, sed ipsimet Deo viuo & vero, æternumque immutabili innitatur; vt eadem ac illa sententia sit; *Non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo.* Cui videtur intentus S. Paulinus in Natal. 2. de S. Felice ita canens:

Heb. 6, 17.

1. Tim. 6, 17.

In te composita mihi fixa sit anchora vitæ.

Ad quem etiam modum alibi dicebat Dauid: *Dixi Domino: Susceptor meus es tu, & refugium meum; Deus meus sperabo in eum.* Vbi lectio Tygurina pro, *sperabo in eum,* habet, *Domino nitar.* Quò, quid certius? quid tutius? modò nimirum quis rectò sit corde. Nam de impijs mox subiungit:

Psal. 90, 2.

Viri sanguinum citò moriuntur; iusti verò diu viuunt. 24. *Non dimidiabunt dies suos.*] Id est (inquit Genebrardus) non perducent eos ad dimidium suæ ætatis, neque ad metam, sed immaturâ & imparatâ morte præripientur, longè ante tempus naturæ ipsorum consentaneum: nondum ad ætatis medium prouecti interibunt, neque peruenient ad dimidium dierum suorum: dimidium vitæ, quod sperant, non attingent. Sic Saül ante tempus sublatus est, proprio cadens gladio, cum seruis & liberis in montibus Gelboë: sic Absalom in acie suismet crinibus suspensus: sic Achitophel sibimet laqueo vitam corripuit: è contrà Dauid, Abraham, Patriarchæ, Prophetæ, & sancti alij in multam senectutem vixerunt; & prorsùs compleuerunt dies vitæ suæ placidè morientes. Ita enim ferè fit.

1. Reg. 31, 5.

2. Reg. 18, 14.

2. Reg. 17, 23.

Plenitudo & dimidium dierum quid mysticè. Mysticè autem sicut *plenitudo dierum* accipitur pro vita virtute consummata & perfecta, iuxta illud, *Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectam diem;*

Prou. 4, 18.

ANNOTATIONES CORDERII.

diem; vnde sæpè iusti *pleni dierum* dicuntur: vti è contra, *dimidium dierum* capitur pro imminuta vel extincta virtute. Hinc in effatis Prophetarum tribuitur Antichristo *dimidium temporis*, Dan. 7,25. seu *diei*, cùm polluti hominis scelus & maculata conscientia depingitur. Isa. 38,10. Ezechias quoque, cùm in sordium suarum cognitionem venisset, flens & eiulans aiebat, se in dimidio dierum suorum ad inferos manesque descendere. à quo malo liberari cupiebat magnus Dauid: Psal. 101, 25. *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum*; cùm sæuo exitio mori timeret. Ita quoque Deus, cùm illi sanctimoniæ lucem polliceretur, qui parentes honorat suos, Exod. 20, 12. futurum ait *longæuum super terram*. Vbi S. Ambrosius in Psal. 43. scribens argutè animaduertit, pro *longæuo* in Græco esse πολυήμερον, *multorum dierum*, clarissimorum scilicet luminum: quod negat propriè ad tempus esse referendum; quòd alioqui falsa esset pollicitatio; cùm multi fuerint vitæ breuissimæ, quorum tamen in parentes honor & singularis obseruantia olim fuisset. Dies ergo animi virtutem & sanctitatem significant. *Quicumque enim* (inquit idem Ambrosius) *cultus pios sedulo seruat officio, à tenebris noctis alienus, in dierum luce versatur*. Hinc illa eximia laus Abrahami, cuius in elogio diuinitus positum fuit, è vita migrasse *plenum dierum*: verè *dierum*: omne enim tempus vitæ eius *dies fuerunt, & non nox*, ait S. Hieronymus, hoc est, omni animi instructu ornatus, mirabili gratiæ lumine & honore fulgebat. *Plenus* autem ideò nominatur, id est perfectus, quòd eam virtutum copiam & donorum cælestium plenitudinem esset consecutus, ad quam Deus regio illo & humanissimo inuitamento eumdem euocauerat: *Ambula coram me, & esto perfectus*. Gen. 17, 1.

IN PSALMVM LV. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro populo, qui à Sanctis longè factus est, ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cùm tenuerunt eum allophyli in Geth.

Hic Psalmus quinquagesimus quintus duas visus est habere inscriptiones: vnam quidem vsque ad illa verba, In finem, pro populo, qui à Sanctis longè factus est. *Insinuatur autem, hunc Psalmum esse Babylonicum, tamquam ex persona populi sancti procul ab Hierosolymis constituti: hoc enim* à Sanctis *ait. Altera verò inscriptio*, Ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cùm tenuerunt eum allophyli in Geth. *Ita vt hinc manifestum fiat (id quod sæpè diximus) titulorum scriptores pro opinione sua titulos inscripsisse. In hoc igitur Psalmo priores, vti dictum est, opinati sunt ipsum esse Babylonicum; posteriores verò, illâ opinione reiectâ, suam propriam posuerunt; ac si hic Psalmus tunc à Dauide dictus fuisset, quando tenebant ipsum allophyli in Geth. Verùm, qui quidem titulos scripserunt, ita opinati fuere; at interpretatio secundùm litteram, ostendit potiùs hunc Psalmum esse Macchabaicum. Tales enim videntur quodammodò affectus esse vehementioris, cùm Propheta calamitates eorum adeò defleat: etenim magna passi fuerunt à Ducibus exercitus Antiochi; atque hæc cùm vixdum à calamitatibus Babylonicis respirassent. Hæc autem ipsa Psalmi verba declarabunt.*

Vnde varietas titulorum sit.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ.

Δύο ἔοικεν ἐπιγραφὰς ἔχειν ὁ νε΄ οὗτος ψαλμός· τὴν μὲν μίαν ἕως τούτου εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου. Ὑπαινίττεται δὲ, βαβυλωνιακὸν εἶναι τὸν ψαλμὸν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ τοῦ ἁγίου, τοῦ πόρρωθεν καθεστῶτος τῶν ἱεροσολύμων· τοῦτο γὰρ λέγει τῶν ἁγίων. Ἡ δὲ δευτέρα ἐπιγραφὴ, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. Ὡς ἐντεῦθεν δῆλον (ὅπερ πολλάκις εἰρήκαμεν) ὅτι καθὼς ὑπενόησαν οὕτως ὑπέγραψαν οἱ ἐπιγράψαντες. Ἐν τούτῳ οὖν τῷ ψαλμῷ, ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι, καθὼς εἴρηται Βαβυλωνιακὸν, οἱ πρεσβύτεροι· οἱ δὲ δεύτεροι, ταύτην τὴν ὑπόνοιαν ἀθετήσαντες, ἰδίαν τεθείκασιν· ὡς τότε λεχθέντος τοῦ ψαλμοῦ παρὰ τοῦ Δαβὶδ, ὁπότε ἐκράτησαν αὐτὸν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐπιγράψαντες οὕτως ἐνόμισαν· ἡ δὲ κατὰ λέξιν ἑρμηνεία, δείκνυσι μᾶλλον Μακκαβαϊκὸν εἶναι τὸν ψαλμόν. Περιπαθέστεροι γάρ πως δοκοῦσιν εἶναι οἱ τοιοῦτοι, σφόδρα ἐπικλασθέντος τοῦ προφήτου πρὸς τὰς συμφορὰς τὰς αὐτῶν· καὶ γὰρ μεγάλα πεπόνθασι παρὰ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν· καὶ ταῦτα μόλις ἀνασφήλαντες ἀπὸ τῶν συμφορῶν τῶν κατὰ Βαβυλῶνα. αὐτὰ δὲ δείξει τὰ ῥήματα τοῦ ψαλμοῦ.

PARA-

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. ΕΛΕΗΣΟΝ με ὁ Θεός, ὅτι κατεπάτησέ με ἄνθρωπος· ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν ἔθλιψέ με.

Ἐκ προσώπου εἴρηται τοῦ λαοῦ ἡττωμένου τότε ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν. Εὑρίσκονται μὲν γὰρ ἕτεροι ψαλμοὶ ἐν τύποις, οἳ καὶ μεταβολὴν σημαίνουσι τοῦ λαοῦ καὶ ἐπικράτησιν· ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ ψαλμὸς ὡς παρὰ ἡττωμένων εἴρηται, καὶ ὅμως ἐλπιζόντων διὰ τὸν Θεὸν σωτηρίαν. Καλῶς δὲ, οὐκ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος, ὁ πλούσιος, ὁ λάμπων τοῖς ὅπλοις, ὁ ἁρμάτων κεκτημένος πλῆθος, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶπεν· ἵνα δείξῃ, ὅτι ὅσα ἂν κέκτηται, θνητὸς ὑπάρχων, τὸ μηδέν ἐστιν· ἵνα καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ὀργὴν σημάνῃ, δι' ἣν αὐτοὶ πατοῦνται· καὶ τὴν ἐκείνου ὑπερηφανίαν στηλιτεύσῃ, ὅτι, ἄνθρωπος ὤν, οὕτως ἐπιγαυροῦται ταῖς νίκαις.

γ'. Κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν·

Τουτέστι, διηνεκῶς ἐπίκεινταί μοι.

Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με.

Καὶ οὐδὲν θαυμαστόν, φησιν, εἰ τοίνυν οὕτω ἐπίκεινται βαρέως, ὁπότε οὐκ ἐπέλειψαν ἡμῖν ἐχθροὶ ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς· ποτὲ μὲν Αἰγύπτιοι, ποτὲ δὲ Βαβυλώνιοι, νῦν δὲ οὗτοι.

δ'. Ἀπὸ ὕψους ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· ὅτι ἐγὼ ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, οὐδὲ νῦν σφόδρα ἀπογινώσκω ἐμαυτοῦ, πρὸς τὴν σὴν ἀφορῶν βοήθειαν, δι' ἧς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τῶν ἐχθρῶν κατεκράτησα. Τὸ γὰρ ἀπὸ ὕψους ἡμερῶν ἀντὶ τοῦ ἐξ ἀρχαίου λέγει, καὶ ἐκ παλαιοῦ, τόπον ἀντὶ χρόνου παραλαβών.

ε'. Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου.

Ἐπειδὴ ἐκαυχήσατο, ὡς ἐκφυγὼν τοῦ κινδύνου τὸ βάρος· λέγει, ἐν Θεῷ δὲ φθεγγόμενος, ταῦτά φημι· τὸ γὰρ, ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου· τουτέστιν, οὐκ ἐπ' ἐμαυτῷ ἐλπίζων ταῦτα λέγω, ἀλλ' ἐπί τινι ἐπιφέρει·

Ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα· οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι σάρξ.

2. MISERERE mei Deus, quoniam conculcauit me homo: totâ die impugnans tribulauit me.

Hæc dicta sunt ex persona populi hactenus ab Antiochi Ducibus subacti. Siquidem inter hos etiam alij Psalmi reperiuntur, qui rerum mutationem & populi victoriam significent; attamen hic Psalmus dicitur tamquam de victis, & simul salutem à Deo sperantibus. Rectè autem, non Rex Antiochus, diues, armis splendens, curruum habens multitudinem, sed *homo* dixit; vt ostenderet, quòd quæcumque possederit, cùm sit mortalis, nihil sint: vt etiam iram Dei declararet, propter quam ipsi conculcantur; & illius arrogantiam perstringeret, quòd, homo cùm esset, adeò victorijs insolesceret.

Nomen homo infirmitatem insinuat.

3. Conculcauerunt me inimici mei totâ die:

Id est, assiduè mihi imminent.

Quoniam multi* qui debellant me.

** Vulgata bellantes aduersùm me.*

Et nil mirum est, inquit, si tam grauiter instent; cùm iam inde à principio numquam defuerint nobis inimici: modò quidem Ægyptij, modò verò Babylonij, nunc verò hi.

4. Ab altitudine diei * non timebo: * quoniam ego sperabo in te.

** Vulgata omittit non * ego verò in te sperabo.*

Attamen, inquit, nequedum animum despondeo, ad auxilium tuum respiciens, quo iam inde ab initio hostes superaui. Illud enim *Ab altitudine dierum* pro ab antiquo dicit, &c. ab oletano, locum pro tempore accipiens.

Altitudo dierum quid.

5. In Deo laudabo sermones meos.

Quoniam se iactauerat, ac si periculi grauitatem euasisset; In Deo, inquit, hæc loquens dico: nam illud, *In Deo laudabo sermones meos*; id est, Non in meipsum sperans hæc dico, sed in quem subiungit:

In Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Caro nomen infirmitatis.

Quod superiùs dixerat *homo*, hîc subdidit *caro*; ac si dicat, mortalis. Carnem enim vbique vocat mortalitatem; vti etiam beatus Paulus: nam *etsi cognouimus secundùm carnem Christum*, id est mortalem; *sed nunc iam non nouimus* mortalem. & Isaias: *Omnis caro fœnum*; id est, res temporanea, & citò marcescens. Cùm itaque Antiocho plurima adessent, gloria, & diuitiæ, & in circuitu arma, vel hominem ipsum, vel carnem nominat, significans eius esse parui temporis felicitatem. Deinceps etiam insidias ipsorum particulariùs recenset.

2. Cor. 5, 16.
Isa. 40, 5.

6. Tota die verba mea execrabantur:

Verba mea, id est nos & nostra odio habentes, & execrationi, semper nobiscum bella gerunt.

Aduersum me cogitationes eorum in * mala.

* Vulgata malum.

Et in hoc, inquit, omnes cogitationes eorum tendunt, vt aliquid noui aduersus me adinueniant.

7. * Incolent, & abscondent.

* Vulgata Inhabitabunt,

Incolent, inquit, id est, obseruabunt, & in insidijs latebunt. Vult enim dicere, quòd obseruabunt me, vt laqueos mihi abscondant.

Ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Calcaneum quid.

Calcaneum meum, id est, actiones meas: per calcaneum enim actionis consummationem designat: quemadmodum ad primum hominem Deus & ad serpentem ait: * *Ipse seruabit caput tuum, & tu * seruabis eius calcaneum*, id est actionem. Illud itaque, *Calcaneum meum obseruabunt*, id est, actionibus meis insidiabuntur, vt me capiant, atque me illaqueent.

Gen. 3, 15.
* Vulgata Ipsa conteret
* insidiaberis calcaneo eius,

Sicut sustinuerunt animam meam,

Hoc modo, inquit, me oppugnant, & animam meam obseruant ad lædendum.

8. Pro nihilo * expelles illos:

* Vulgata saluos facies

Pro nihilo, id est, tamquam nihil. vult igitur dicere: Expelle illos tamquam nihil

Ὅπερ εἶπεν ἀνωτέρω ἄνθρωπος, ἐνταῦθα ἐπήγαγε σάρξ· ἵνα εἴπῃ, θνητός. σάρκα γὰρ πανταχοῦ τὴν θνητότητα λέγει· ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος· εἰ γὰρ καὶ ἐγνώκαμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀντὶ τοῦ θνητόν· ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν θνητόν. καὶ ὁ Ἡσαΐας· Πᾶσα σὰρξ χόρτος· ἀντὶ τοῦ, πρᾶγμα ἐπίκαιρον, καὶ ὀξέως μαραινόμενον. Ἐπειδὴ οὖν πολλὰ ἦν ἡ περὶ τὸν Ἀντίοχον, δόξα, καὶ πλοῦτος, καὶ ὅπλα πανταχοῦ, ἢ ἄνθρωπον αὐτὸν, ἢ σάρκα ὀνομάζει, σημαίνων αὐτοῦ τῆς εὐημερίας τὸ ὀλιγοχρόνιον. εἶτα λέγει καὶ τὰς ἐπιβουλὰς αὐτῶν κατὰ μέρος.

ϛ΄. Ὅλην τὴν ἡμέραν τοὺς λόγους μου ἐβδελύσσοντο·

Τοὺς λόγους μου, ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς καὶ τὰ ἡμέτερα ἐν μίσει ἔχοντες, καὶ ἐν ἀπεχθείᾳ, διαπαντὸς ἡμῖν πολεμοῦσιν.

Κατ᾽ ἐμοῦ πάντες διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακά.

Καὶ διὰ τοῦτο, φησι, πάντας αὐτῶν ἀπασχολοῦσι τοὺς λογισμοὺς, εἰς τό τι καινότερον ἐξευρεῖν κατ᾽ ἐμοῦ.

ζ΄. Παροικήσουσι, καὶ κατακρύψουσιν.

Παροικήσουσί, φησιν, ἀντὶ τοῦ ἐπιτηρήσουσι, καὶ ἐνεδρεύσουσι. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐπιτηρήσουσί με, ἐπὶ τῷ κατακρύψαι μοι παγίδας.

Αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσι.

Τὴν πτέρναν μου, ἀντὶ τοῦ, τὰς πράξεις μου· τῇ πτέρνῃ γὰρ τῆς πράξεως τὸ ἀποτέλεσμα σημαίνει· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ὁ Θεὸς καὶ ἐπὶ τοῦ ὄφεως· αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν, ἀντὶ τοῦ πρᾶξιν. Τὸ οὖν, πτέρναν μου φυλάξουσιν, ἀντὶ τοῦ, τὰς πράξεις μου ἐνεδρεύσουσι, ὅθεν ἂν λάβωνταί μου, καὶ παγιδεύσουσί με.

Καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου,

Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον πολεμοῦσί μοι, φησὶ, καὶ τὴν ψυχήν μου ὑποτηροῦσι εἰς τὸ βλάψαι.

η΄. Ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὥσεις αὐτούς·

Τὸ ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς, ἀντὶ τοῦ, ὡς οὐδέν. βούλεται οὖν εἰπεῖν· Ἄπωσαι αὐτοὺς ὡς μηδὲν ὄντας.

ὄντας. Οὐδὲ γὰρ κάμνεις, βουληθεὶς ἀποστρέψαι αὐτῶν τὴν μανίαν. πόθεν τοῦτο ἐπιφέρει·

Ἐν ὀργῇ λαοὺς καταξεῖς, ὁ θεός,

Οὐδὲ γὰρ εὑρίσκεται λαὸς, ἀντέχων πρὸς τὴν σὴν ὀργὴν, βουληθέντος σοῦ δέσποτα.

θ'. Τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι·

Ἰδοὺ γάρ, φησι, πᾶσάν μου τὴν ζωήν σοι ἀνεθέμην.

Ἔθου τὰ δάκρυά μου ἐνώπιόν σου, ὡς καὶ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ σου·

Τὸ ἔθου ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι τὰ δάκρυά μου κατάστησον ἔμπροσθέν σου, καὶ ἔπιδε αὐτὰ, καθὼς καὶ διὰ τῶν προφητῶν ἐπηγγείλω βοηθεῖν μοι ἐν θλίψεσι, καὶ ἐν ἀνάγκαις. Καὶ τί αἰτεῖς γενέσθαι σοι; ἐπιφέρει

ι'. Ἐπιστρέψουσιν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω· ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε· ἰδοὺ ἔγνω, ὅτι θεός μου εἶ σύ.

Καὶ ἐπειδὴ καιρός, φησι, πάρεστι τῆς ἐπικλήσεως τῆς σῆς, ἐμφάνισον σεαυτὸν ἡμῖν, καὶ πεῖσον ἅπαντας ἐκ τῶν πραγμάτων, ὅτι θεὸς ἡμῶν ὑπάρχεις.

ια'. Ἐπὶ τῷ θεῷ αἰνέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ κυρίῳ αἰνέσω λόγον· ἐπὶ τῷ θεῷ ἤλπισα, οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

Πάλιν γὰρ αὐτὸ λέγω, φησίν, ὅτι διὰ τὴν εἰς σὲ ἐλπίδα προσδοκῶ τῶν συμφορῶν ἀπαλλαγῆναι· ἀλλὰ τοῦτο λέγω ἐν θεῷ, καὶ ἐν κυρίῳ· τουτέστι, παρὰ σοῦ ἐλπίζων τυχεῖν τῆς βοηθείας, καὶ οὐ παρ' ἐμαυτοῦ μοι γενέσθαι τὴν σωτηρίαν.

ιβ'. Ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς εὐχαὶ, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σου.

Ἀντὶ τοῦ, πρὸς ἐμοῦ οὖν γενοῦ δέσποτα, ἵνα τὰς συνήθεις εὐχὰς ἀποδώσω, καὶ τὰς θυσίας τῆς αἰνέσεώς σου. Τίνος ἕνεκα;

ιγ'. Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος.

Ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ περιτροπῆς καὶ πτώματος.

Τοῦ εὐαρεστῆσαί με ἐνώπιον κυρίου ἐν φωτὶ ζώντων.

existentes. Non enim laboras, si volueris insaniam eorum euertere. vnde hoc subdit: PARAPHRASIS ANONYMI.

In ira populos confringes. Deus,

Non enim reperitur populus, qui obsistat iræ tuæ, cùm volueris Domine.

9. Vitam meam annuntiaui tibi:

Ecce enim, inquit, omnem vitam meam tibi consecraui.

Posuisti lacrymas meas in cõspectu tuo, sicut & in promissione tua:

Istud *posuisti* mutatum est secundùm tempus. Vult enim dicere: q. d. Lacrymas meas ante te propone, & illas respice, sicut per Prophetam promisisti mihi opem in tribulationibus, & in necessitatibus. Et quid petis tibi fieri? subiungit: *Petit opem.*

10. * Conuertentur inimici mei retrorsum: in quacumque die inuocauero te: ecce cognoui, quoniam Deus meus es * tu.

* *Vulgata addit* Tunc

* *Vulgata omittit* tu.

Et quoniam, inquit, adest tempus inuocationis tuæ, manifesta temetipsum nobis, & omnibus persuade ex factis ipsis, quòd Deus noster sis.

11. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

Rursus enim, inquit, idem dico, quia per meam in te spem expecto liberari à calamitatibus: verumtamen hoc dico in Deo, & in Domino; id est, à te expectans opem consequi, & non à memetipso mihi salutem obuenturam. *A solo Deo sperat liberari.*

12. In me sunt Deus vota *, quæ reddam * laudationis tibi.

* *Vulgata addit* tua.

* *Vulgata* laudationes

Id est, Adsis igitur mihi Domine, vt consueta vota tibi reddam, & sacrificia laudis tuæ. Quam ob causam?

13. Quoniam eripuisti animam meam de morte [* oculos meos à lacrymis] & pedes meos à lapsu:

* *Vulgata omisit parenthesi inclusa.*

Id est, à subuersione, & lapsu.

Vt * complaceam coram Deo in lumine viuentium.

* *Vulgata* placeam

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Lumen pro fruitione.

Id est, in fruitione viuorum. *Lumen* enim appellat fruitionem. Considerandus est scopus beati Dauidis, quomodo ad virtutem ipsos adhortetur, & inducat intercessores, qui liberationem postulent calamitatum, non simplici ratione, sed promittendo posthac viuere ex placito diuino.

Ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει τῶν ζώντων. φῶς γὰρ τὴν ἀπόλαυσιν καλεῖ. κατανοητέον δὲ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ τὸν σκοπὸν, ὅπως ἐπ' ἀρετὴν αὐτοὺς προτρέπει, καὶ εἰσάγει παρακαλοῦντας, ἀπαλλαγὴν τῶν συμφορῶν, οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπαγγελλομένους μετὰ τοῦτο δι' ἀρέσκειας ζῆν τοῦ θεοῦ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. MISERERE MEI DEVS.] Ait Saülem in se insurgere, & non vnâ die, sed pluribus sibi imminere. *Conculcatio* autem hîc ponitur pro contemptu: quemadmodum de infatuato sale dicitur, quòd conculcetur; & qui Filium Dei conculcat, id est, vilipendit. Dictum quoque sit ex persona Christi, quòd Deum existentem homo conculcauerit. Porrò illud, *Quoniam multi bellantes ab altitudine*, in Hexaplo sic habetur, *Multi qui debellant me ab altitudine dierum*. q. d. Desuper iam inde ab initio inimici non defecerunt. Huic enim quadrat istud *totâ die*, id est, per omnem diem. Alij, istis verbis *ab altitudine* vocem *diei* coniungentes, sic exponunt; q. d. cum humana felicitate ac prosperitate: quamobrem isti voci *diei* subiungitur *non timebo*, scilicet temporaneam tuam prosperitatem, Dei fretus subsidio. Altitudinem enim dierum vocauit præsentem felicitatem. Symmachus verò sic habet, *Quacumque die timuero, in te confisus sum*. id est, Oppono timori fiduciam in te; neque animis cado, ad opem tuam respiciens. Qua de causa?

Conculcatio ponitur pro contemptu.
Matt. 5, 13.
Altitudo diei pro felicitate accipitur.

5. IN DEO LAVDABO.] Si quando, inquit, perturbationis metus ex inimicis mihi incideret, repellebam eum, in te sperando; & pro incantamento atque amuletis hymnos recitabam; quibus etiam adiutus sum. Vel quia etiam dum loquor, commemoratione tuâ sermones meos orno; & cùm oppugnor, curâ tuâ inimicos despicio. Quod autem dixit, *totâ die*, id est, semper me oppugnant, & ac si nihil aliud haberent quod agerent, neque de rebus alijs sermones mouerent, omnem suam cogitationem ad insidias mihi ponendas conferunt. Theodotion autem pro *execrabantur* dixit *quærebant*. id est, Semper obseruabant sermones meos, vt cauillandi

Spe & hymnis vtendum contra inimicos.
Improborum nocendi studia quanta sint.

β'. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] Τὸν Σαοὺλ ἐπαναβαίνοντα φησὶν αὐτῷ, καὶ οὐ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ πολλὰς ἐπιτιθέμενον κατ' αὐτοῦ. Τὸ καταπατεῖσθαι δὲ ἐπὶ καταφρονήσεως τάττεται· ὡς ἐπὶ τοῦ μεμωραμμένου ἅλος λέγεται, καταπατεῖσθαι· καὶ ὁ τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καταπατήσας, ἀντὶ τοῦ, ἐξευτελίσας. εἴη δὲ ἂν καὶ ἐκ προσώπου Χριστοῦ, ὅτι θεὸν ὄντα ἄνθρωπος κατεπάτησε. Τὸ δὲ, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντες ἀπὸ ὕψους, ἐν τῷ ἑξαπλῷ οὕτως ἔχει, πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους ἡμερῶν. Ἵνα σημαίνῃ· Τὸ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐχθραίνοντες οὐ διέλειπον. Τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ὅλην τὴν ἡμέραν συμφωνεῖ, ἀντὶ τοῦ, πᾶσαν ἡμέραν. Ἄλλοι, τῷ ἀπὸ ὕψους τὸ ἡμέρας συνάπτοντες, οὕτως ἐξηγοῦνται· ἀντὶ τοῦ, μετὰ ἀνθρωπίνης εὐημερίας καὶ εὐπραξίας· διὸ καὶ ἡ ἐπαγωγὴ τῷ ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι, ἀντὶ τοῦ πρόσκαιρον δηλαδὴ εὐημερίαν τὴν σὴν, ἔχων τὴν τοῦ θεοῦ ἐπικουρίαν. Ὕψος γὰρ ἡμερῶν τὴν παροῦσαν ἐκάλεσεν εὐπραξίαν. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, ἧ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα. ἀντὶ τοῦ, Ἀντιτάττω τῷ φόβῳ τὸ ἐπὶ σοὶ θάρσος· καὶ οὐκ ἀπογινώσκω ἐμαυτοῦ, πρὸς τὴν σὴν ἀφορῶν βοήθειαν. τίνος ἕνεκα;

ε'. ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΕΠΑΙΝΕΣΩ.] Εἴ ποτέ, φησι, φόβος μοι ἐκ πολεμίων ἐνέπεσε ταραχῆς, διεκρουόμην αὐτὸν, ἐλπίζων εἰς σέ· καὶ ἀντὶ ἐπῳδῆς καὶ φυλακτηρίων ὕμνους διεξῄειν· ὑφ' ὧν καὶ ἐβοηθούμην. ἢ ὅτι καὶ φθεγγόμενος, τῇ σῇ μνήμῃ τοὺς ἐμοὺς λόγους κοσμῶ· καὶ πολεμούμενος, τῇ σῇ κηδεμονίᾳ τῶν πολεμίων καταφρονῶ. Ὁ δὲ εἶπεν, ὅλην τὴν ἡμέραν, τουτέστι, διηνεκῶς μοι πολεμοῦσι, καὶ ὡς μηδὲν ἕτερον ἔχοντες πράττειν, μηδὲ περὶ ἑτέρων λόγους κινεῖν, πάντα αὐτῶν λογισμὸν εἰς τὰς κατ' ἐμοῦ κινοῦσιν ἐπιβουλάς. Ὁ δὲ Θεοδοτίων τὸ ἐβδελύσσοντο ἐζήτησαν εἶπε. τουτέστι, ἀεὶ παρετήρουν τοὺς λόγους μου, βουλόμενοι

λαβὰς

λαβὰς εὑρεῖν κατ' ἐμοῦ. Ἔοικε δὲ τοῦτο περὶ τῶν οἰκείων λαλεῖν, οἳ πάντα ἐπιτηροῦντες, διαβάλλειν ἐπειρῶντο πρὸς τοὺς πολεμίους, μείζονα βουλόμενοι παροξύνειν αὐτοὺς κατ' αὐτοῦ. Οἱ μέντοι ἑβδομήκοντα τὸ ἐβδελύσσοντο εἶπον ἐμφαντικώτερον εἰπόντες, ὡς δῆλον ἀπὸ τῶν ἑξῆς. Κατ' ἐμοῦ γάρ, φησι, πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν. Ἐπεξηγεῖται κατὰ μέρος, πῶς τὰ τῆς πονηρίας αὐτοῦ ἐξηρτύοντο· καί, φησιν, ὅτι συναθροιζόμενοι, καὶ ὡς ἐν παροικίᾳ παραμένοντες, καὶ προσδοκῶντες τὴν ἔξοδον τῆς ψυχῆς μου, ὅπως πᾶσαν πρᾶξίν μου περισκόπουν. Τὸ γὰρ ἐπιτηρεῖν καὶ ἐπισκοπεῖν καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ φυλάττειν φαμέν. ἀνθ' ὧν, φησιν, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς ὤσεις αὐτούς· ἀλλ' ἐν ὀργῇ αὐτοὺς συντρίψον. Τὸ γὰρ κατάξεις ἀντὶ τοῦ συντρίψεις κεῖται. ἔχει δέ τινα τῶν ἀντιγράφων, Καὶ σώσεις. τὸ μὲν οὖν ὤσεις βούλεται δηλοῦν, ὅτι ἐπειδὴ πάντα κατ' ἐμοῦ διαλογίζονται, διὰ πάντα ταῦτα μηδεμιᾶς τεύξονται σωτηρίας. Τὸ δὲ ὤσεις, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν λογιζόμενος αὐτούς. ὦσον, ἀντὶ τοῦ, ἀπόπεμψον αὐτούς, ὤθησον αὐτοὺς ὥσπερ ἀπὸ κρημνοῦ. διὸ ἐπάγει καὶ τὸ κατάξεις, ὡς τοῦ ὠθῆναι καὶ συντριβὴν ποιοῦντος. Εὐκρινέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε τό, παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν, εἰπών· Συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου παρετήρουν, προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου· διὰ τὴν ἀδικίαν αὐτῶν ῥῦσαί με ἀπ' αὐτῶν· ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάγαγε ὁ Θεός. Διὰ πάσης ἡμέρας, φησίν, ἐμοὶ ἐσχόλαζον, τοὺς περὶ ἐμοῦ λόγους κινοῦντες· καὶ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν κατ' ἐμοῦ ἐγίνετο, ὡς σπουδάζειν συνάγεσθαι αὐτοὺς καὶ λαθραίως ποιεῖσθαι τὰς κατ' ἐμοῦ σκευωρίας, ἀλλὰ καὶ περιεργάζεσθαί μου τὴν πτέρναν ἤτοι τὴν τοῦ βίου πορείαν, εἴ πως σκελίσαντες δυνηθεῖεν καταβαλεῖν με· καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ τὴν ψυχὴν ἐπιτηροῦσιν, εἰς τὸ βλάψαι. τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦ μηθενός· ἀντὶ τοῦ, ἀπόνως, καὶ ῥᾳδίως.

θ'. Ο ΘΕΟΣ ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΜΟΥ.] Ὁ γὰρ ἐφ' οἷς ἔπραξεν ἀποκλαιόμενος, τῆς ὄψεως τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἄξιος. εἰσακουομένου δέ, φησιν, ἐμοῦ, φεύξονται καὶ οἱ ἐχθροί, καὶ τῆς θρασύτητος παύσονται. Οἶδα δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι, φησίν, ὅσα ᾔτησα ἤκουσάς μου, ἃς ηὐξάμην ἀποδώσω σοι. Ὅτι ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου, καὶ ἑξῆς. ἢ τὸ· Ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς εὐχαί· ἀντὶ τοῦ· Οὐκ ἐπιλέλησμαι, φησιν, ὧν ηὐξάμην· ἀλλ' ἐν ἐμοί εἰσι,

ansas reperirent aduersum me. Visus est autem hoc de familiaribus dixisse, qui omnia obseruantes, apud hostes ipsum traducere conabantur, vt eos contra illum magis exacerbarent. Verùm Septuaginta dixerunt *execrabantur*: quod significantius dictum, vti manifestum fit ex sequentibus. Nam *aduersum me*, inquit, *omnes cogitationes eorum in malum*. Exponit sigillatim, quomodo nequitias ipsi struxerint: quoniam conferti, inquit, & quasi in vicina domo permanentes, & egressum animæ meæ præstolantes, ita omnem actionem meam explorabant. Nam explorare & inspicere etiam in communi vsu dicimus pro obseruare. Propter quæ, inquit, *pro nihilo expelles eos*: verumtamen in ira ipsos contere. Nam istud *confringes* pro *conteres* ponitur. Ceterùm quædam exemplaria habent, *Et saluos facies*. itaque verbum *expelles* vult declarare, quòd cùm omnia contra me comminiscantur, per hæc omnia nullam consecuti sint salutem. Illud autem *expelles*, id est, nihili ipsos facies. *Expelle*, id est, dimitte ipsos, deturba illos quasi è præcipitio. Quare subiungit etiam istud *confringes*, ita vt expulsio illa etiam contritionem adferat. Planiùs autem Symmachus interpretatus est istud, *Inhabitabunt & abscondent*, dicens: *Congregabantur clanculùm, & vestigia mea obseruabant, expectantes animam meam; propter iniustitiam eorum libera me ab eis: in ira populos confringe Deus*. Omni, inquit, die vacabant mihi, mouentes de me sermones: & omnis cogitatio eorum erat contra me, ita vt studerent etiam in conuenticulis clandestinis insidias mihi struere, quin imò calcaneum siue vitæ meæ gressum curiosè obseruare, si fortè supplantando possent me deijcere: atque hoc modo etiam animam meam obseruant, vt ei noceant. Istud autem *pro nihilo*; id est, sine labore, ac facilè.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

Insidiantium consuetudo qualis.

9. DEVS VITAM MEAM.] Qui enim facinora sua deflet, is conspectu Dei dignus est. Cùm autem, inquit, exauditus fuero, fugient etiam inimici, & ab immanitate sua cessabunt. Quin & hoc, inquit, scio, quoniam quæ petiui audiuisti me, ea quæ voui reddam tibi. *Quia liberasti animam meam*, &c. vel istud: *In me sunt Deus vota*. Id est: Non sum oblitus, inquit, ea quæ voui: sed in me sunt,

Votorum semper memorem esse oportet.

CATENA PATRVM. & memoriâ teneo omnia quæcumque vouendo promisi; quæ & instar debiti cuiusdam reddam tibi, offerens sacrificia laudis. At quæ sunt vota illa? Salus eorum qui ex Gentibus (hæc siquidem ad litteram prædicta sunt) aliquando consensuri sunt Iudæis. Secundùm sensum autem manifestè referuntur ad Deum incarnatum; cuius omnis lex vmbra, & figura fuit. Vel istud, *In me*. Id est: Mecum igitur esto Domine, vt offeram tibi sacrificia laudis. Quî sic? *Quoniam eripuisti animam meam de morte*, siue insidiantium, siue peccati, quod ducit ad mortem. *Et pedes meos de lapsu*; id est, ab euersione & casu, subligans ijs sublimem calceum, ac terris celsiorem faciens. Sublimato enim subligaculo, consequens est, vt à lapsu pedes liberati sint. Quî sic? *Vt placeam coram Domino in lumine viuentium*; siue vt partem habeam in regione viuorum, quam nobis aduentus Christi suppeditauit: propter quod etiam in tituli seu columnæ inscriptionem hic Psalmus inscriptus est.

καὶ κατέχω τῇ μνήμῃ πάντα ὅσα ἐπηγγειλάμην εὐξάμενος· ἃ καὶ ὥσπερ τι χρέος ἀποδώσω σοι, θυσίας ἀναφέρων τὰς δι' αἰνέσεως. Καὶ τίνες αἱ εὐχαί; ἡ σωτηρία τῶν ἐξ ἐθνῶν (ταῦτα γὰρ πρὸς μὲν ῥητὸν προείρηται) τῶν ποτὲ συμβησομένων Ἰουδαίοις. πρὸς δὲ διάνοιαν ἐπὶ τὸν ἐνανθρωπήσαντα φέρεται ἀναντιρρήτως Θεόν· οὗ πᾶς ὁ νόμος σκιὰ καὶ προτύπωσις. ἢ τὸ, ἐν ἐμοί. ἀντὶ τοῦ· πρὸς ἐμοῦ οὖν γενοῦ δέσποτα, ἵνα τὰς τῆς αἰνέσεως σοι προσάξω θυσίας. Διὰ τί; Ὅτι ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, ἢ τοῦ ἐξ ἐπιβουλῶν, ἢ τοῦ τῆς ἁμαρτίας· ἣ κατάγει εἰς θάνατον. Καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος· ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ περιτροπῆς καὶ συμπτώματος, ὑποδήσας αὐτοῖς μετεωρίζον ὑπόδημα, καὶ τῆς γῆς ὑπεράνω ποιῶν. Μετεωριζομένου γὰρ τοῦ ὑποδεδεμένου, ἀκολουθεῖ τὸ, ἐξ ὀλισθήματος ἐρρύσθαι τοὺς πόδας. διὰ τί; τοῦ εὐαρεστῆσαί με ἐνώπιον κυρίου ἐν φωτὶ ζώντων· ἤτοι τοῦ μερίδα σχεῖν ἐν τῇ τῶν ζώντων χώρᾳ, ἧς πρόξενος γέγονεν ἡμῖν ἡ τοῦ Χριστοῦ παρουσία· διὸ καὶ εἰς στηλογραφίαν ὁ ψαλμὸς ἀναγέγραπται.

CATENA PATRVM.

Historia & argumentum. *1. Reg. 23, 13.* EVSEBII. Populus, qui à sanctis longè factus est, quantum ad historiam, videntur esse illi sexcenti viri qui cum Dauide à facie Saülis fugiebant; quemadmodum in libris Regum reperimus. Cùm autem bis fuerit apud allophylos in *1. Reg. 21, 13.* Geth: semel, quando solus relictus intra portas stultitiam simulauit; quando item tympanum pulsabat in portis ciuitatis, & diffluebat *1. Reg. 27, 2.* saliua eius: aliàs verò, quando cum sexcentis fugit ad Regem Geth, & assignatum est illi diuersorium in Siceleg. Videtur itaque præsens tituli inscriptio dicta Dauidi illo tempore, quo simul cum sexcentis illis, qui cum illo fugerant, peregrè agebat apud Gethæos, & quando à Rege Geth honore afficiebatur: *Varij tituli huius Psalmi.* propter quod etiam inscriptio habet, *In finem, pro populo*, &c. secundùm Aquilam verò dictum est: *Vincenti pro columba muta, elongationum Dauidis humilis, perfecti, quando eum tenuerunt Philistæi in Geth*: iuxta Symmachum verò: *Triumphus pro columba, pro allophylo, qui expulit Dauidem humilem animo, & immaculatum, cùm detinuerunt eum*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λαὸς, ὁ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένος, ὅσον ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἔοικεν εἶναι οἱ σὺν Δαβὶδ φεύγοντες ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ ἑξακόσιοι· ὡς ἐν ταῖς Βασιλείαις εὕρομεν. Ἐπειδὴ δὲ δὶς γέγονε παρὰ τοῖς ἐν Γὲθ ἀλλοφύλοις· ἅπαξ, ὅτε μόνος ἀπολειφθεὶς εἴσω πυλῶν μανίαν προσεποιήσατο· ὅτε καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐν ταῖς πύλαις τῆς πόλεως, καὶ κατέρρει τὰ σίελα αὐτοῦ· ἄλλοτε δὲ, ὅτε σὺν ἑξακοσίοις προσέφυγε τῷ βασιλεῖ τῆς Γὲθ, ἀφωρίσθη τε αὐτῷ οἰκητήριον ἡ Σικελάτ. Ἔοικεν οὖν ἡ προκειμένη στηλογραφία εἰρῆσθαι τῷ Δαβὶδ καθ' ὃν καιρὸν, ἅμα τοῖς ἑξακοσίοις, τοῖς σὺν αὐτῷ φυγοῦσιν, ἐπεδήμει τοῖς ἐν Γὲθ, ὅτε καὶ τιμῆς ἠξιοῦτο παρὰ τῷ βασιλεῖ τῆς Γέθ· διὸ τὰ τῆς προγραφῆς περιέχει, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν εἴρηται· Τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς ἀλάλου, μακρυσμῶν τοῦ Δαβὶδ ταπεινοῦ, τελείου, ἐν τῷ κρατῆσαι αὐτοὺς φιλισταίους ἐν Γέθ· κατὰ δὲ Σύμμαχον· Ἐπινίκιος ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ ἀλλοφύλου, ἀπωσαμένου τὸν Δαβὶδ τὸν ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου, ὅτε κατεῖχον αὐτὸν οἱ φιλι-

Φιλισταῖοι ἐν Γέθ· ἡ δὲ πέμπτη ἔκδοσις· Τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου, κεκρυμμένῳ τῷ Δαβίδ, εἰς στηλογραφίαν. Καὶ ὁ Θεοδοτίων δὲ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ὡς ἐπὶ τῆς περιστερᾶς ἐξέδωκε. τάχα δὲ αἰνίττονται, οἱ περιστερὰν ἄλαλον ἢ μογιλάλον εἰρηκότες, αὐτὸν τὸν Δαβὶδ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις ὄντα, καὶ μὴ δυνάμενον λαλεῖν συνήθως τὰς ἐν ἁγίῳ πνεύματι προφητείας· διὸ μογιλάλον ἢ ἄλαλον αὐτὸν ὠνόμαζον. Καὶ ἐν τῷ προτέρῳ δὲ ψαλμῷ λέλεκται· τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πετασθήσομαι; ἢ καὶ ἑδρασθήσομαι. Πόῤῥω γὰρ ἂν ποιήσας τὴν ἀναχώρησίν μου, ηὐλιζόμην ἂν ἐν τῇ ἐρήμῳ, κατὰ τὸν Σύμμαχον. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν τῷ προφήτῃ ἐνεργοῦν, ὃ καὶ ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπὶ τὸν σωτῆρα καταληλυθέναι λέγεται, ἁπαλὸν ὂν καὶ ἄκακον, ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκομένου τοῦ Δαβίδ· ἐλαυνόμενον δὲ οὐκ ἠμύνετο, ἀλλ᾽ ἐῴκει περιστερᾷ ἀλάλῳ, μεμακρυμμένῃ καὶ ἀπωθουμένῃ ὑπὸ τῶν διωκόντων· τούτου χάριν, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτάς, ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς εἴρηται. Ἀντὶ δὲ τοῦ, εἰς στηλογραφίαν, ὁ μὲν Ἀκύλας, ταπεινοῦ, τελείου, ὁ δὲ Σύμμαχος, τοῦ ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου, ἡρμήνευσαν, τὸν τρόπον δηλοῦντες, δι᾽ ὃν περὶ στήλης καὶ αἰωνίας μνήμης ἠξιοῦτο παρὰ τῷ θεῷ ἡ τοῦ προφήτου ἀρετή. Τὸ γὰρ μέγιστον τοῦ Δαβὶδ κατόρθωμα ἡ ταπεινότης ἦν· καθ᾽ ἣν τελείαν ἐπεδείκνυτο ἀρετήν, οὐδένα μῶμον ἐπαγομένην· διὸ τοὺς προκειμένους λόγους ὑπερβαλλούσης, καὶ τελείας ταπεινοφροσύνης δείγματα περιέχοντας ἀνέπεμπε, τῷ θεῷ λέγων, Ἐλέησόν με, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σημαίνει καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ὡς διπλῆ τοῦ ψαλμοῦ ἡ διάνοια, καὶ αὐτῷ ἁρμόττουσα τῷ Δαβίδ, καὶ τῷ λαῷ τῷ δοριαλώτῳ γεγενημένῳ, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκεῖν ἠναγκασμένῳ. Συγγενῆ γὰρ τὰ παθήματα. Ἐκεῖνοί τε γὰρ Βαβυλωνίοις ἐδούλευον ἀλλοφύλοις ἀνθρώποις· καὶ οὗτος τὸν Σαοὺλ ἀποδρὰς, μέτοικος ἀλλοφύλων ἐγένετο. Ἰστέον μέντοι, ὅτι δὶς ἀφίκετο εἰς Γέθ· καὶ πρότερον μὲν, πολέμιος εἶναι δόξας· εἶτα, κινδυνεύσας, καὶ ἐπιληψίαν ὑποκρινάμενος, ἀφείθη τε, καὶ ἔφυγεν. ὕστερον δὲ θαῤῥήσας, συνδιέτριβεν, ἀπολαύων εἰρήνης. Τὸν μέντοι παρόντα ψαλμὸν, τὸν πρότερον κίνδυνον ὑπομείνας, συνέγραψεν.

Philistæi in Geth: Quinta autem editio: *Vincenti pro columba mussitante, abscondito ipsi Dauid, in tituli inscriptionem*. Porrò Theodotion quoque cum reliquis tamquam de columba exposuit. Fortassis autem illi, qui columbam mutam vel mussitantem dixerunt, ipsum Dauidem insinuant apud allophylos existentem, & pro more suo prophetias in Spiritu sancto proloqui non valentem; propter quod mussitantem, vel mutum ipsum nominarunt. In præcedenti autem Psalmo quoque dictum est: *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo?* vel etiam firmabor. Procul enim faciens secessionem meam, commorabar in deserto, secundùm Symmachum. Cùm itaque Spiritus sanctus, qui in Propheta operabatur, qui etiam in specie columbæ super Saluatorem descendisse dicitur, delicatus & innocens existens, à Saüle Dauidem persequente expulsus esset; expulsus autem non se vlciscebatur, sed columbæ mutæ, elongatæ & à persequentibus expulsæ assimilabatur; idcircò, secundùm reliquos interpretes, *pro columba* dictum est. Ceterùm pro, *in tituli inscriptionem*, Aquila quidem, *humilis, perfecti*, Symmachus verò, *humilem animo, & immaculatum*, interpretati sunt, modum declarantes, quo Prophetæ virtus columnâ & memoriâ æternâ à Deo digna est habita. Maximum enim Dauidis facinus erat humilitas: quam virtutem perfectam exhibuit, nullâ reprehensione obnoxiam: quapropter præsentes sermones ad Deum emisit, qui excellentis ac perfectæ humilitatis specimina præ se ferunt, dicens, *Miserere mei*, &c.

Cur David columbæ mussitanti assimiletur.

Psal. 54, 8.

Quid tituli inscriptio designet.

THEODORETI. Titulus designat geminum sensum Psalmi, qui consonet ipsi Dauidi, & populo in captiuitatem redacto, qui alienam terram habitare coactus erat. Consimilia enim passi sunt. Siquidem illi Babylonijs, alienigenis hominibus, seruiebant; & hic Saülem fugiens, alienigenarum inquilinus fuit. Sciendum est igitur, ipsum bis in Geth peruenisse: primùm quidem, cùm hostis esse visus est; deinde, cùm periclitatus esset, & dementiam simulasset, dimissus est, & aufugit: postremò verò confisus, simul commoratus est, pacem consecutus. Præsentem igitur Psalmum, cùm primum periculum subiuisset, conscripsit.

Quoties David Saülem fugerit.

ANO-

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Dauid Saülem fugiens, habebat sexcentos viros qui ipsum comitabantur: deinde cùm in Geth peruenisset, ab alienigenis honore affectus fuit: assignarunt enim ipsi diuersorium Siceleg. Hic Psalmus quoque referri possit ad personam Ecclesiæ; quæ olim quidem à Sanctis longè facta fuit, eo tempore quo idola colebat, dæmonibus seruiens; liberata verò à spiritalibus inimicis per eum qui de semine Dauid secundùm carnem natus est, & pro nobis bellum gessit, & quasi in columna victoriam, quam pro nobis obtinuerat, descripsit. Tunc enim etiam alienigenæ, id est, qui ex Gentibus in ipsum crediderunt, honorem illi detulerunt.

Mystica expositio.

1. Macch. 1.

Applicatio ad Macchabæos.

THEODORI. Cùm Onias Princeps sacerdotum ciuitatem deseruisset, atque mala in ciuitate incrementum caperent, ara iussu Regis Iouis nomini in ciuitate erecta fuit; & cùm multi sacrificare cogerentur, aliqui quidem ex animi sententia, alij verò necessitate compulsi id fecerunt. Mattathias autem quidam de Iudæis, vir iustissimus, legem zelatus, tam eum qui ad sacrificandum cogebat, quàm illum qui ad sacrificium sponte ruebat, è medio sustulit; atque ita cum religiosioribus Iudæis bellum contra aduersarios auspicatus, pugnæ initium dedit: verumtamen statim quidem hic occumbit, sed principatum filijs tradit, Iudam cognomento Macchabæum adhortatus, vt contra hostes bellum susciperet, & exercitui præesset, quippe ceteris fratribus maior, atque animis ac robore præstantior, & omnino ad imperandum idoneus. Plurima igitur & continua pro gente pericula subeuntes, tam cùm Ducibus exercitus Antiochi, quàm cum accolis suis prælia habuerunt, qui ipsos omni ratione è medio tollere satagebant. Pessimum autem omnium erat proditio familiarium: non pauci enim fauebant rebus aduersariorum; qui & plurimorum malorum auctores extiterunt. Hunc itaque Psalmum facit beatus Dauid ex persona Macchabæorum, proferens ea, quæ ipsos in calamitatibus constitutos dicere conueniebat.

HESYCHII. Verba tituli videntur quodammodò esse contraria. Siquidem Dauid peruenit in Geth, quando Saülem fugiebat; non tamen Prophetam alienigenæ retinebant,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ Δαβὶδ φεύγων τὸν Σαοὺλ, εἶχε τοὺς συνακολουθοῦντας αὐτῷ ἄνδρας ἑξακοσίους· εἶτα παρερχόμενος εἰς Γὲθ, τετίμηται παρὰ τῶν ἀλλοφύλων· ἀφώρισαν γὰρ αὐτῷ οἰκητήριον τὴν Σικελάγ. Ἀναφέροιτο δ' ἂν ὁ ψαλμὸς καὶ εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας· τῆς πάλαι μὲν ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένης, καθ' ὃν εἰδωλολάτρει καιρὸν, δουλευούσης δαίμοσι, ῥυσθείσης δὲ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν διὰ τοῦ γεγονότος ἐκ σπέρματος τοῦ κατὰ σάρκα Δαβὶδ, τοῦ καὶ πολεμήσαντος ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ὥσπερ ἐν στήλῃ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν νίκην γράψαντος. Τότε γὰρ καὶ τιμῆς αὐτὸν, οἱ ἀλλόφυλοι ἠξίωσαν, τουτέστιν, οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντες εἰς αὐτόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως τὴν πόλιν καταλελοιπότος, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν κακῶν εἰς ἐπίδοσιν χωρούντων, βωμός τε προστάγματι τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῷ τοῦ Διὸς ὀνόματι κατὰ τὴν πόλιν ἀνέστη καὶ πολλῶν θύειν ἀναγκαζομένων, οἱ μὲν γνώμῃ πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐχώρουν, οἱ δὲ καὶ ὑπὸ τῆς ἀνάγκης συνωθούμενοι. Ματταθίας δέ τις ἐκ τῶν Ἰουδαίων, ἀνὴρ δικαιότατος, ζηλώσας τὸν νόμον, ἀνεῖλε μὲν τὸν ἀναγκάζοντα θύειν, ἀνεῖλε δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τὴν θυσίαν, ὁρμήσαντα ἑκοντί· οὕτω τε συστρατεύσας τῶν Ἰουδαίων τοὺς εὐσεβεστέρους, ἦρχε τῆς κατὰ τῶν ἐναντίων μάχης· ἀλλὰ τελευτᾷ μὲν οὗτος εὐθὺς, παραδίδωσι δὲ τοῖς υἱοῖς τὴν ἀρχὴν, Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Μακκαβαῖον, στρατηγεῖν τε, καὶ ἐξάρχειν τῶν πολεμίων παρακελευσάμενος, ὡς μείζονα, καὶ τὴν προθυμίαν, καὶ τὴν ἰσχὺν κεκτημένον παρὰ τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ ὅλως τοῦ ἄρχειν ἱκανόν. Ἀναδεξάμενοι δὴ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ἔθνους κινδύνους πολλοὺς καὶ συνεχεῖς, πρός τε τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς, πρός τε τοὺς περιοίκους εἶχον τὰς μάχας, ἐκείνων ἀνελεῖν αὐτοὺς παντὶ τρόπῳ βουλομένων. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο πάντων χεῖρον ἡ τῶν οἰκείων προδοσία· οὐδὲ γὰρ ὀλίγοι τοῖς πρὸς τὰ τῶν ἐναντίων ἔβλεπον. οἱ καὶ πολλῶν κακῶν αἴτιοι γεγόνασι. Τόνδε τοίνυν ποιεῖται ψαλμὸν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ τῶν Μακκαβαίων προσώπου, λέγων ὅσα ἐκείνοις εἰπεῖν ἥρμοττεν ἐν ταῖς συμφοραῖς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Δοκεῖ πως ἐναντία εἶναι τῆς προγραφῆς τὰ ῥήματα. ἐπεδήμησε μὲν γὰρ ὁ Δαβὶδ τῇ Γὲθ, ἡνίκα ἀπὸ Σαοὺλ ἐδραπέτευσεν· οὐ μὴν ἐπεῖχον τὸν προφήτην οἱ ἀλλόφυλοι,

ἀλλὰ

ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀπώσαντο, ἐπειδὴ ἐξεστηκότα καὶ παραφρονοῦντα ἐν ταῖς θύραις κιθαρίζοντα, καὶ σίελον ἀπορρίπτοντα τοῦ στόματος ὑπεκρίνατο, ὡς ἡ βίβλος τῶν Βασιλειῶν δείκνυσι. Τίνα δὲ καὶ λαὸν μεμακρυμμένον ἀπὸ τῶν ἁγίων, ὑπὲρ οὗ τὸν ψαλμὸν ὁ Δαβὶδ ἔγραψε, ζητοῦντες κατὰ τὴν ἱστορίαν, οὐχ εὑρήσομεν. Οὐκοῦν ἀνάγκη νοητῶς ταῦτα, ὥσπερ δὴ τῷ πνεύματι γέγραπται, παραδέχεσθαι. Ὑπὲρ γὰρ τοῦ λαοῦ τῶν ἐθνῶν τὸν ψαλμὸν ὁ προφήτης συνέγραψεν, ὅστις μεμακρυμμένος ἀπὸ τῶν ἁγίων ἐτύγχανεν· οὐδεμιᾶς γὰρ κοινωνίας πρὸς πατριάρχας ἢ προφήτας ἐκέκτηντο. Ἀλλ' ὅμως οἱ μακρὰν ἐγγύς, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ἐγένοντο, ὅτε τὸν νέον Δαβὶδ ἐκράτησαν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ, τουτέστιν ἐν τῇ ληνῷ· (ληνὸς γὰρ ἡ Γὲθ ἑρμηνεύεται.) ληνὸς δὲ καὶ ἡ ἐκκλησία, διὰ τὸν Θεόν, τὸν ἐν αὐτῇ ληνοβατοῦντα τὸ μυστήριον, λέγεται, ὡς διὰ τῆς Ἡσαΐου προφητείας, ληνὸν ἐπάτησα μόνος, βοήσας εὑρίσκεται· ὥστε πρὸς αὐτὸν τὰς τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, τὰ τῆς αὐτῆς προφητείας ἀντιφθέγγεσθαι· Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ ἐνδύματά σου, ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ πλήρους καταπεπατημένου;

β'. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ, ΟΤΙ ΚΑΤΕΠΑΤΗΣΕ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἢ περὶ τοῦ Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ φησιν, ἢ ἅγιος πᾶς διὰ τὰς θλίψεις, ἃς ἔχει ἐν τῷ κόσμῳ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Κατεπάτησεν, ἀντὶ τοῦ, συνέθλιψε τῷ πλήθει τῶν κακῶν, καὶ κατανάλωσεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς πρὸς τὴν λέξιν, τὸν Σαοὺλ σημαίνει ἐπαναβάντα αὐτῷ, καὶ οὐ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἐπιθέμενον κατ' αὐτοῦ· ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, πᾶσαν τὴν ἡμέραν. εἶτα, ἐπειδήπερ τῷ θείῳ πνεύματι συνεώρα, οὐχ οὕτως τὸν Σαοὺλ αἴτιον ὄντα τῆς τοσαύτης κατ' αὐτοῦ σπουδῆς, ὅσον ἀφανεῖς τινὰς καὶ νοητοὺς ἐχθρούς, ἀοράτους δηλαδὴ δυνάμεις, τὸν Σαοὺλ διεγείροντας ἐπὶ τὸν κατ' αὐτοῦ πόλεμον, εἰκότως ἐπιλέγει· κατεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν· ἤ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἐπέτριβον οἱ θλίβοντές με κατὰ πᾶσαν ἡμέραν· τίνες δέ; οἱ ἐχθροὶ οἱ θλίβοντες αὐτόν, καὶ οἱ εἰς τὸν Σαοὺλ ἐνεργοῦντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ καταπατεῖσθαι ἐπὶ καταφρονήσεως τάττει ἡ γραφή, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ μεμωραμμένου ἁλὸς λέγεται· ἔξω βάλουσιν αὐτό, τοῦ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ὁ Ἀπό-

quin potiùs expellebant, quia se amentem & insanum simulabat in portis citharizando, & saliuam oris proijciendo, vti liber Regum declarat. Quem porrò populum à Sanctis elongatum dicat, pro quo Dauid Psalmum scripserit, secundùm historiam quærentes, non facilè reperiemus. Quamobrem necesse est hæc spiritaliter accipi, prout à Spiritu sancto scripta sunt. Nam Psalmum hunc Propheta conscripsit pro populo è Gentibus, qui à Sanctis longè factus fuit: nullam enim cum Patriarchis & Prophetis habebant communicationem. Verumtamen qui erant longè, vt Paulus ait, facti sunt propè, quando nouum Dauidem ceperunt alienigenæ in Geth, hoc est in torculari: (Geth enim torcular interpretatur.) Ceterùm torcular etiam Ecclesia dicitur propter Deum, qui in eâ ceu torculari V. Sacramentum expressit; sicut per illud Isaiæ vaticinium, *Torcular calcaui solus*, exclamasse reperitur; ita vt ad ipsum cælestes Virtutes quasi interrogando dicerent: *Quare rubra sunt vestimenta tua, & indumenta tua, sicut à calcato torculari pleno conculcato?*

CATENA PATRVM. *Dauid insaniam simulans.* 1. Reg. 21, 13. Ephes. 2, 13. *Geth interpretatur torcular.* Isaiæ 63, 3.

2. MISERERE MEI DEVS, QVONIAM CONCVLCAVIT ME.] ATHANASII. Vel de Saüle Dauid hoc ait, vel quilibet sanctus ob tribulationes, quas habet in hoc mundo.

THEODORI. *Conculcauit*, id est, contriuit præ multitudine malorum, & consumpsit.

EVSEBII. Quantum ad litteram, significat Saülem contra se insurgentem, & non vnâ die, sed pluribus sibi imminentem; vel, secundùm Symmachum, *omni die*. Deinde, quoniam diuino Spiritu contuebatur, non tam Saülem causam esse tanti contra se moliminis, quàm occultos quosdam ac spiritales inimicos, nempe virtutes inuisibiles, quæ Saülem ad bellum aduersum se concitabant, meritò subiungit: *Conculcauerunt me inimici mei totâ die*; vel, iuxta Symmachum, *Contriuerunt tribulantes me per omnem diem*: qui porrò illi? Inimici qui tribulant eum, & qui in Saüle operantur.

Saül Dauidem persequitur.

DIDYMI. Conculcationem Scriptura ponit pro contemptu, sicut de sale infatuato dicitur: foras eijciunt illud, vt *conculcetur ab hominibus*. Et Apostolus: *Quan-*

Conculcatio quid in Scripturis. Matt. 5, 13. Heb. 10, 29.

CATENA PATRVM.

Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit? Hic itaque sanctus despectus ab eo, qui propter prauitatem homo erat (iuxta illud, *Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, numquid* homines estis?*) rogat à Deo liberari. Hic autem cùm continuus inimicus & homicida sit, toto vitæ die iustum oppugnans affligit.

1. Cor 3, 3. * *Vulgata carnales*

THEODORETI. A diuersis inimicis exactus, & bello petitus, & quodammodò conculcatus, & continuè hoc patiens, tuam Domine benignitatem expecto. Hoc autem, *totâ die*, Symmachus vertit *omnem diem*, pro assiduè & semper.

Homo semper à satana oppugnatur.

HESYCHII. Sæpenumerò etiam noster homo difficile hoc bellum sustinet, à satana toto die oppugnatus, & ab eo conculcatus. Etsi enim hic Psalmus hominis meminerit, simul tamen ipsum satanam, qui in diuina Scriptura frequenter hoc nomine appellatur, aut ducem aliquem ipsi subordinatum insinuat. Quin imò consentaneum sit, hæc populum quoque Gentium succinere; vtpote longo tempore à satana deceptum, eiusdemque bellum per dæmonum insidias sustinentem; quos in sequentibus insinuans, manifestiùs expressit.

3. CONCVLCAVERVNT ME INIMICI MEI.] ATHANASII. Sciebat Saülem sibi insidiari, ab inuisibilibus dæmonibus impulsum. Vel etiam istud: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem; sed contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.*

Ephes. 6, 12.

Frequens in Psalmis variatio sermonis.

THEODORI. Diuersimodè variat orationem idem dicens; quoniam intolerabilia sustinui. Hoc enim beato Dauidi proprium est, quando mali incrementum significare cupit.

Ephes. 6, 12.

EVSEBII. Non ignorabat sibi non esse colluctationem aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes, &c. à quibus quoque Saül infestatus, eum, qui nil vmquam contra se deliquerat, temerè eijciebat, & bello impetebat.

Spiritales nostri hostes numquam cessant nos infestare.

HESYCHII. Non vnam diem dicit, sed omnis temporis labentis spatium, quo inimici nostri spirituales ab alto nos oppugnare & conculcare minimè cessarunt; conculcarunt autem; quomodo? per idololatriam & voluptates alios supplantantes, & postmodum

σαλος· Πόσον δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας; καὶ ὁ ἅγιος οὖν ἐξουτελιζόμενος ὑπὸ τοῦ, διὰ φαυλότητα ἀνθρώπου ὄντος (κατὰ τὸ, Ὅπου γὰρ ἔρις καὶ ζῆλος ἐν ὑμῖν, οὐχὶ ἄνθρωποί ἐστε;) ἐλεηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ ἀξιοῖ. οὗτος δὲ ἀδιάστατος πολέμιος καὶ φονικὸς ὤν, ὅλην τὴν τοῦ βίου ἡμέραν ἐκθλίψει πολεμῶν τὸν δίκαιον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὑπὸ διαφόρων ἐχθρῶν ἐξελαυνόμενός τε, καὶ πολεμούμενος, καὶ οἱονεὶ συμπατούμενος, καὶ διηνεκῶς τοῦτο πάσχων, τὴν σὴν ὦ δέσποτα φιλανθρωπίαν προσμένω. Τὸ δὲ, ὅλην τὴν ἡμέραν, ὁ Σύμμαχος πᾶσαν ἡμέραν ἡρμήνευσεν, ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχῶς καὶ διηνεκῶς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πολλάκις δὲ καὶ ὁ ἡμέτερος ἄνθρωπος τὸν χαλεπὸν τοῦτον ὑφίσταται πόλεμον, ὅλην τὴν ἡμέραν παρὰ τοῦ σατανᾶ πολεμούμενος, καὶ παρ' αὐτοῦ πατούμενος. εἰ γὰρ καὶ ἀνθρώπου ὁ ψαλμὸς ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ὅμως τὸ σατανᾶν αὐτὸν, οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ πολλάκις ὀνομαζόμενον, ἢ τινὰ τῶν ἐκείνῳ στρατευομένων αἰνίττεται. Πλὴν καὶ τὸν λαὸν τῶν ἐθνῶν ταῦτα ὑποψάλλειν ἁρμόδιον, χρόνῳ πολλῷ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ ἀπατηθέντα, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ πόλεμον διὰ τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς ὑπομείναντα, οὓς ἐν τοῖς ἑξῆς σαφέστερον, ἔφησεν αἰνιττόμενος.

γ'. ΚΑΤΕΠΑΤΗΣΑΝ ΜΕ ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἤδει ὅτι Σαοὺλ ἐπιβουλεύσειν αὐτῷ, ἐπηχούμενος παρὰ τῶν ἀοράτων δαιμόνων. ἢ καὶ τό· οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα· ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διαφόρως ποικίλλει τὸν λόγον τὸ αὐτὸ λέγων· ὅτι ἔπαθον ἀνήκεστα. Ἴδιον δὲ τοῦτο τοῦ μακαρίου Δαβὶδ, ὅταν βούληται λέγειν τοῦ κακοῦ τὴν ἐπίτασιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ἠγνόει ὡς οὐκ ἦν αὐτῷ ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ ὅμοια· ὑφ' ὧν καὶ ὁ Σαοὺλ διωκόμενος, τὸν μηδὲν ἠδικηκότα πώποτε, αὐτὸν μάτην ἤλαυνε, καὶ ἐπολέμει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μίαν ἡμέραν λέγει, ἀλλὰ τοῦ χρόνου παντὸς τοῦ φθάσαντος τὸ διάστημα, ἐν ᾧ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν οἱ νοητοὶ ἀφ' ὕψους ἡμᾶς πολεμοῦντες καὶ πατοῦντες οὐκ ἐπαύσαντο· κατεπάτουν δέ· πῶς; διὰ τῆς εἰδωλολατρείας καὶ τῶν ἡδονῶν, τῶν ἄλλων σκελίσαντες, καὶ μετὰ τοῦτο

κειμένοις ἐπεμβαίνοντες. Μὴ τοίνυν ἡμεῖς ὀκλιθῶμεν εἰς γῆν, τουτέστιν, εἰς τὰ γήινα· καὶ οὐδεὶς ἡμᾶς καταπατῆσαι δυνήσεται· ἀλλὰ μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ὑψηλοτέρους γενέσθαι συγχωρήσωμεν, ἀλλὰ τὴν ἀρετῆς ἀναβάντες ἐπὶ κλίμακα, κατωτέρους ἑαυτῶν τοὺς ἐπιβούλους ποιήσωμεν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ δέδοικα, φησι, τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐημερίας, αἷς θαῤῥοῦντες, τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεδέξαντο πόλεμον. ὕψος γὰρ ἡμερῶν τὴν παροῦσαν ἐκάλεσεν εὐπραξίαν, τὴν πρόσκαιρον, τὴν ἐφήμερον, τὴν ἐπίκηρον, τὴν εἰς μακρὸν οὐ διαμένουσαν· εἶτα διδάσκει, τίνος χάριν οὐ χρὴ δεδιέναι τοὺς ἐπὶ ταῖς εὐημερίαις βρενθυομένους.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἔνια τῶν ἀντιγράφων τὸ ὅτι πολλοί, οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους ἡμερῶν, οὐκ ἔχει· ἴσως τινῶν δευτερολογίαν περιττὴν νομισάντων, καὶ διὰ τοῦτο τῆς βίβλου περιελόντων· οὓς ἐλεεῖν ἄξιον, ὡς περιττόν τι τῆς γραφῆς νομίσαντας. ἀμφότερα δὲ κεῖται παρὰ τῷ προφήτῃ, καὶ μᾶλλον ἀναγκαίως· τὸ γὰρ ἀπὸ ὕψους ἡμερῶν, λέγει ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς, ἀπὸ τῶν ἄνω ἡμερῶν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ἀνώτερον ἡμῶν, πάντως καὶ ὑψηλότερον, ὕψος ἡμερῶν εἶπεν ἀντὶ τοῦ τῶν ἄνω. βούλεται δὲ εἰπεῖν· ὅτι ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν καταφρονήσας τῶν πολεμούντων μοι, καὶ θλιβόντων με, οὐδέποτε δείσας αὐτούς, καὶ καταπλαγείς· καίτοιγε ἄνωθεν ἔχων τοὺς ἐχθρούς, οὐδέποτε διαλείποντας τῆς πρὸς ἐμὲ φιλονεικίας. Λέγει δὲ τοῦτο ἀπὸ προσώπου τῶν Μακκαβαίων, οὐχ ὡς περὶ ἑαυτῶν λεγόντων, ἀλλ' ἀπὸ κοινοῦ τοῦ λαοῦ· ὑπὲρ πάντων γὰρ καὶ τὸν λόγον ἐποιοῦντο. Ἄνωθεν, φησιν, ἔχον τοὺς πολεμοῦντας. Μέμνημαι γὰρ τῶν κατ' Αἴγυπτον, μετὰ ταῦτα ἀλλοφύλων, ὅσων καὶ οἵων καθ' ἕκαστον ἐπειράθην καιρόν, ἀλλὰ καταπλαγεὶς οὐδένα· τὸ μηδὲν γὰρ τοὺς πάντας ἐλογισάμην, τῇ σῇ βοηθείᾳ πάντων περιγενόμενος. Ἀναγκαίως οὖν κεῖται καὶ τὸ δεύτερον. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ μέγα· τὸ ἄνωθεν καὶ τοὺς πολεμοῦντας ἔχοντα, ἀεὶ καταφρονῆσαι τῶν ἐχθρῶν, μηδέποτε καταπλαγέντα.

ΗΜΕΡΑΣ ΟΥ ΦΟΒΗΘΗΣΟΜΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε. ἀλλ' οὐδεμίαν, φησὶν, ἡμέραν οὐκ ἂν φοβηθείην αὐτούς· πέποιθα γὰρ τῇ εἰς σὲ βοηθείᾳ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὃ δὴ σαφέστερον Σύμμαχος ἡρμήνευσεν· Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα. εἰ γὰρ καὶ τὰ μά-

prostratis insultantes. Nos itaque nequaquam ad terram, id est, ad terrena prosternamur; & nemo nos poterit conculcare: sed neque inimicos nostros excelsiores fieri permittamus, sed virtutum scalam conscendentes, insidiantes nobis ipsis inferiores efficiamus.

CATENA PATRVM.

THEODORETI. Non timui, inquit, hominum felicitates, quibus freti, bellum contra nos suscipiunt. *Altitudinem* enim *diei* præsentem felicitatem vocauit, temporariam, caducam, fluxam, nec multum temporis permanentem: deinde edocet, quare non oporteat timere felicitatibus elatos.

Non timendi homines prosperè agentes.

THEODORI. Quædam exemplaria non habent istud, *Quoniam multi bellantes aduersum me ab altitudine dierum:* quia nonnulli fortè putarunt esse superfluam repetitionem, & idcircò è libro expunxerunt: qui commiseratione digni sunt, quòd quidquam superflui in Scripturis esse putent. Verùm vtraque à Propheta posita sunt; & perquam necessariò: nam istud, *ab altitudine dierum,* dicit pro *superius*, & *ab initio, à præcedentibus diebus.* Cùm enim id quod nobis superius existit, omnino etiam altius fit, altitudinem dierum dixit pro superioribus. vult autem hoc significare: q. d. Quoniam ab initio, & iam pridem despexi eos qui me debellant, & tribulant, nequaquam ipsos metuens, vel formidans; tametsi desuper habeam inimicos, qui numquam cessent mecum dimicare. Dicit autem hoc ex persona Macchabæorum, non quasi de semetipsis loquentium, sed ex communi populo: pro omnibus enim sermonem faciebant. Desuper, inquit, habui bellantes. Mentionem enim feci Ægyptiorum, postmodum alienigenarum; à quantis & qualibus per quodlibet tempus tentatus fuerim; sed neminem formidaui: nam omnes nihili feci, ope tuâ cunctis superior euadens. Necessariò igitur etiam illud alterum apponitur. Hoc enim magnum erat: quod cùm desuper etiam belligerantes haberet, semper despexerit inimicos, nec vmquam formidauerit.

In Scriptura nil superfluum.

DIEI NON TIMEBO.] THEODORI. Id est, numquam. Quin nullo, inquit, die ipsos timui: siquidem ope tuâ confisus sum.

EVSEBII. Quod vtique manifestiùs Symmachus interpretatus fuit: *Quacumque die timuero, in te confisus sum.* Etsi enim ma-

CATENA PATRVM.

Nil timendum, si Deus adsit.

ximè videretur homo me conculcasse, cùm copiosus aduersum me Saül euasisset; attamen inimici, qui me oppugnant desuper, & ab alto sagittas suas in animam meam torquent, plurimi existunt: verùm hos omnes didici contemnere, propter te propugnatorem ac protectorem meum: tibi enim confidenti, si quando timor animæ meæ inciderit, illum dispello.

Rom. 13, 13. HESYCHII. Si enim, inquit, in lumine ambulemus, & in die, quemadmodum Paulus ait, honestè ambulauerimus, meritò neminem insidiantium formidamus, vtentes aduersus ipsos armaturâ fidei & spei in Deum.

5. IN DEO LAVDABO.] ATHANASII. Ab inimicis, inquit, oppugnatus, armaui meipsum, vt nihil mali paterer, omnes sermones meos in hymnos formans, ac Deo offerens, atque spem in ipsum collocans: quare etiam omnem carnalem metum expellebam.

THEODORI. Cùm autem, inquit, hoc laudibus omnino & admiratione dignum sit, ope tuâ sermones mei admirabiles & omni veritate pleni demonstrabuntur: hoc ipsum enim quod dico, me neminem hostium meorum propter auxilium Dei timuisse, commonstrabitur magnificè, verè ac iure merito dictum esse.

ANONYMI. Pro, *In Deo laudabo sermones meos*, Symmachus quidem, *Propter Deum celebrabo sermonem eius*; Aquila verò, *In Deo celebrabo verba eius*; & Quinta editio, *In Deo laudabo sermonem meum*, exposuerunt. Si quando autem, inquit, timor mihi incidebat ex turbatione eorum qui me oppugnant, dissipabam illum in te sperando; & pro incantatione & amuletis hymnos memorabam: cùm enim sermonem tuum celebrabam, opem consequebar; ita vt nullus persequentium reuerteretur. Hoc modo in Deum sperans, atque sermones eius in ore meo ferens, omnes hominum insidias contempsi, non timens quid faciat mihi caro. Quid enim valeat caro & sanguis contra Deum adiutorem? Caro autem erat Saül, qui ea quæ carnis sunt sapiebat. Hoc confirmat Apostolus scribens: *Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?*

Spes in Deum abigit timorem inimicorum.

1. Cor. 3, 4.

λιστα δοκεῖ ἄνθρωπος με καταπεπατηκέναι, πολὺς γενόμενος κατ' ἐμοῦ ὁ Σαοὺλ· ἀλλ' οἱ ἐχθροὶ, καὶ οἱ πολεμοῦντές με ἄνωθεν, ἀπὸ ὕψους τὰ ἑαυτῶν βέλη κατὰ τῆς ἐμῆς βάλλουσι ψυχῆς, πλεῖστοι τυγχάνοντες· τούτων δὲ πάντων καταφρονεῖν μεμάθηκα, διὰ σὲ τὸν ἐμὸν πρόμαχον καὶ ὑπερασπιστήν· σοὶ γὰρ πεποιθὼς, εἴ ποτε ἐμπέσοι φόβος τῇ ἐμῇ ψυχῇ, διαχρῶμαι τοῦτον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐὰν γὰρ, φησιν, ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶμεν, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καθά φησιν ὁ Παῦλος, εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, οὐδένα τῶν ἐπιβουλεύοντων εἰκότως φοβούμεθα, ὅπλῳ πρὸς αὐτοὺς πίστει τῇ εἰς Θεὸν καὶ ἐλπίδι χρώμενοι.

5. ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΕΠΑΙΝΕΣΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πολεμούμενος παρὰ τῶν ἐχθρῶν, φησι, καθώπλιζον ἐμαυτὸν εἰς τὸ μηδὲν παθεῖν κακὸν, ὅλους τοὺς λόγους μου ὕμνους ποιῶν, καὶ ἀνατιθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ τὴν ἐλπίδα ἐπ' αὐτῷ ποιούμενος· διὸ καὶ πάσης σαρκὸς ἔξω τὸν φόβον ἐποιούμην.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ δὲ ἐπαίνου ἄξιον πάντως καὶ θαυμαστὸν φησι, τῇ σῇ βοηθείᾳ θαυμαστοὶ οἱ λόγοι μου καὶ πάσης γέμοντες ἀληθείας δειχθήσονται· τοῦτο γὰρ αὐτὸ τὸ λέγειν, με ὅτι μηδένα δέδοικα τῶν πολεμίων διὰ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν, δειχθήσεται μεγάλως, ἀληθῶς καὶ εἰκότως λεγόμενον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τοὺς λόγους μου, ὁ μὲν Σύμμαχος, διὰ τὸν Θεὸν ὑμνήσω τὸν λόγον αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἐν τῷ Θεῷ ὑμνήσω τὰ ῥήματα αὐτοῦ· καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τὸν λόγον μου, ἐκδεδώκασιν. εἴποτε δὲ, φησι, φόβος ἐκ τῆς τῶν πολεμούντων με ταραχῆς ἐνέπιπτέ μοι, διεκρουόμην αὐτὸν ἐλπίζων ἐπὶ σέ· καὶ ἀντ' ἐπῳδῆς καὶ φυλακτηρίων ὕμνους διεξῄειν· ὑμνῶν γὰρ τὸν λόγον σου ἐβοηθούμην, ὥστε μηδένα τῶν διωκόντων ἐπιστρέφεσθαι. οὕτως ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐλπίζων, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ φέρων ἐν τῷ στόματί μου, πάσης τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς καταπεφρόνηκα, οὐ φοβούμενος τί ποιήσει μοι σάρξ. Τί γὰρ ἂν καὶ δυνήσαιτο σὰρξ καὶ αἷμα πρὸς Θεὸν βοηθόν; Σὰρξ δὲ ἦν ὁ Σαοὺλ, τὰ τῆς σαρκὸς φρονῶν. ὃ δὴ παρίστησιν ὁ Ἀπόστολος γράφων· ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε, καὶ κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε.

ΔΙΑΥ-

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σάρκα δὲ λέγει ἐκείνην, ἧς τὸ φρόνημα ἔχθρα εἰς Θεόν· τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτασσομένης. Ὁ γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ σαρκὶ γενόμενος, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύναται. οὐ φοβεῖται οὖν μή τι ποιήσῃ αὐτῷ σάρξ, ὁ ἐν πνεύματι γενόμενος, ὡς ἂν τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς νεκρώσας· οὗτος γὰρ ἀληθῶς ἐπὶ τὸν Θεὸν ἤλπισεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπειδὴ πᾶς λόγος θεογνωσίαν ἔχων, ἐπαίνου καὶ εὐφημίας ἄξιος, αὐτῷ, φησιν, ὡς χορηγοῦντι τοὺς ἐπαίνους προσάγωμεν· καὶ ὅσα ἐν αὐτῷ λαλοῦμεν, ταῦτα κατευοδοῦται, καὶ εἰκότως ἀποδοχῆς καθίστησιν ἄξια. Σάρκα δὲ πολλάκις τὰ σαρκικὰ πάθη λεγόμενα καὶ τὰς ἡδονὰς εὑρήσομεν· ὡς ὅταν ὁ Παῦλος, Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν· πολλάκις δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον· ὥσπερ δὴ καὶ Δαβὶδ ἔλεγε· Πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. Ἡ τοῦ Θεοῦ τοίνυν ἐλπὶς καὶ τὴν ἡδονὴν χαλινοῖ, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἄνθρωπον συμποδίζει, καὶ ἀφοβίαν ἡμῖν ἐξ ἑκατέρου δίδωσιν.

ϛʹ. ΟΛΗΝ ΤΗΝ ΗΜΕΡΑΝ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐγὼ μέν, φησιν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἀνετίθουν τοὺς λόγους μου τῷ Θεῷ· αὐτοὶ δὲ οὐ διέλειπον πᾶσαν ἡμέραν κατ' ἐμοῦ τὴν σπουδὴν ἑαυτῶν συντιθέντες εἰς κακά.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καλῶς εἶπε τὸ ἐβδελύσσοντο· Θεοδοτίων, ἐζήτησαν. Τοῦτο γὰρ λέγει, ὅτι ἀεὶ παρετήρουν μου τοὺς λόγους, βουλόμενοι λαβὰς εὑρεῖν κατ' ἐμοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὃ δὴ σαφέστερον ἡρμήνευσεν ὁ Σύμμαχος, εἰπών· διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον· κατ' ἐμοῦ πᾶς διαλογισμὸς αὐτῶν εἰς κακόν. ὡς γὰρ μηδὲν ἔχοντες ἕτερον πράττειν, μήτε περὶ ἑτέρων λόγους κινεῖν, τὴν πᾶσαν αὐτῶν σχολὴν τοῖς περὶ ἐμοῦ λόγοις καὶ τοῖς κατ' ἐμοῦ λογισμοῖς ἀνετίθεσαν, οὐδὲν ἀγαθὸν περὶ ἐμοῦ βουλευόμενοι, ἀλλ' εἰς κακόν, καὶ ἐπὶ κακῷ τὴν ἑαυτῶν ἀναλίσκοντες σπουδήν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πάντα, φησί, λογισμὸν εἰς τὰς κατ' ἐμοῦ κινοῦσιν ἐπιβουλάς, ὡς ψευδεῖς τοὺς ἐμοὺς ἀποστρεφόμενοι λόγους, καὶ τὴν προσφερομένην ἀπολογίαν ἀποσειόμενοι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σαφῶς καὶ νῦν τοὺς Ἰουδαίους αἰνίττεται· οὗτοι γὰρ τοὺς λόγους τῶν πιστῶν, ὡς ἔλεγχον ἔχοντας τῆς αὐτῶν ἀπιστίας, διὰ παντὸς ἐβδελύττοντο· ἀπὸ πρωὶ τοιγαροῦν ἕως ἑσπέρας τοῦ Παύλου πρὸς αὐτοὺς ῥητορεύοντος, ἐκεῖνοι τὴν

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Carnem autem dicit illam, cuius *ſapientia inimica eſt Deo; cùm legi Dei non ſit ſubiecta.* Qui enim in iſta carne eſt, Deo placere non poteſt. Qui igitur in ſpiritu eſt, non timebit vtique quid faciat ei homo, cùm carnis opera mortificauerit: hic enim verè in Deum ſperauit.

Rom. 8, 7.

Homo ſpiritualis non timet mala.

HESYCHII. Cùm omnis ſermo, qui Dei notionem continet, laude ac celebratione dignus ſit, ipſi, inquit, tamquam auctori laudes exhibeamus: & quæcumque in ipſo loquimur, hæc benè dirigit, ac meritò retributione digna conſtituit. Porrò *carnem* frequenter carnales affectus & voluptates dici reperiemus; vt quando Paulus ait, *Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum:* ſæpè verò etiam hominem; ſicut etiam Dauid dixit: *Ad te omnis caro veniet.* Spes igitur Dei & voluptatem frenat, & inimicum hominem coërcet, & vtrobique nos reddit imperterritos.

Caro quid ſignificet in Scripturis.

Rom. 7, 18.

Pſal. 64, 3.

6. TOTA DIE VERBA MEA.] ATHANASII. Ego quidem, inquit, totâ die ſermones meos Deo offerebam; ipſi verò non deſiſtebant omni die ſtudium ſuum contra me in mala impendere.

THEODORI. Rectè dixit *aſpernabantur*; Theodotio, *quærebant*. Hoc enim ait, quoniam ſemper obſeruabant ſermones meos, volentes contra me anſas reperire.

EVSEBII. Hoc vtique manifeſtiùs interpretatus eſt Symmachus, dicens: *Per omnem diem ſermones de me comminiſcebantur: aduerſum me omnis cogitatio eorum in malum.* Quaſi enim nil aliud haberent quod agerent, neque de alijs ſermones mouerent, omnem ſuam occupationem in ſermonibus de me & cogitationibus aduerſum me habendis collocabant, nil boni de me volentes, ſed in malum, & in malo omne ſuum ſtudium conſumentes.

Dauid inimicorum fabula factus.

THEODORETI. Omnem, inquit, cogitationem in inſidias contra me mouent, meos ſermones vt falſos auerſantes, & excuſationem allatam repellentes.

HESYCHII. Manifeſtè etiamnum Iudæos innuit: hi enim verba fidelium, veluti infidelitatis ſuæ refutationem continentia, ſemper execrati ſunt: à manè nimirum vſque ad veſperam Paulo ad ipſos perorante, ipſi

Iudæorum omnes cogitationes tendunt aduerſus Chriſti fideles.

M 3 veri-

CATENA PATRVM. Act. 22.

veritatem sermonis execrati, dissentientes, vti Lucas ait, discesserunt. *Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.* Nihil enim boni de Gentibus Iudæi cogitant (quoniam omnis homo malus profert malum) & omni ratione nos decipere conantur.

Iudæi dispersionis suæ causam non celent.

Eivsdem. Nihil certè prophetiâ hac manifestius. Iudæi enim Hierosolymis eiecti ob peccatum contra Christum, & vniuersi orbis terrarum incolæ effecti [dispersionis huius] causam interrogati, illam celant, & suum erga Christum delictum reticentes, alia peccata prætexunt. Certè nec idola iam colunt, neque Prophetas occidunt. At cur celant? ne videlicet eorum confessio fiat fidei nostræ comprobatio. *Ipsi*, inquit, *calcaneum meum obseruabunt.* Siquidem Iudæi etiam quodlibet delictum nostrum scrutantur: atque ita intelliges id quod Deus ad serpentem dixit: *Ipse obseruabit caput tuum, & tu obseruabis eius calcaneum.* Nos autem eius caput, nempe idololatriam, obseruare ante omnia iubemur; simul tamen etiam cauere reliqua peccata, quantumuis minima existant, quantumuis leuia videantur, ita vt calcaneum reputentur; quandoquidem hostis hæc obseruet, volens ob quæcumque etiam nos apud Iudicem traducere. Itaque non in Iudæos solos, sed in inimicos reuerà dæmones versiculus etiam iste quadrare putandus est; cui consonum sequentia quoque subiungi.

Iudæi delicta nostra scrutantur.

Gen. 3, 15.

Idololatria in primis cauenda.

7. Incolent et abscondent.] Athanasii. Istud *incolent* positum est pro congregabuntur. Sensus autem est iste: Sic, inquit, omni die vacabant, vt contra me sermones mouerent: & omnis cogitatio eorum aduersum me erat, vt studerent technas suas simul contexere, & latenter insidias mihi struere, & calcaneum meum, id est vitæ gressum, curiosè obseruare, si quando supposito crure possent me prosternere. Ceterùm vestigia quoque mea obseruabant, quónam irem, vt me comprehenderent. Atque hæc quidem mihi faciebant, qui temerè me persequebantur. Tu autem Domine spes mea, libera me ab iniqua illorum machinatione; illos verò iræ tuæ indulgens deijce.

Mali quomodo probos obseruent, vt eos traducant.

Theodori. Secundùm connexionem sic habet: *Incolent abscondentes*, &

ἀλήθειαν τοῦ λόγου βδελυξάμενοι, ἀσύμφωνοι, καθά φησιν ὁ Λουκᾶς, ἀνεχώρησαν. κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν εἰς κακόν. οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν περὶ τῶν ἐθνῶν οἱ παῖδες τῶν Ἰουδαίων λογίζονται (ἐπειδὴ πᾶς ἄνθρωπος πονηρὸς προφέρει τὸ πονηρὸν) καὶ πάντα τρόπον ἡμᾶς ἀπατῆσαι πειράζουσιν.

Τοῦ αὐτοῦ. Οὐδὲν ἄρα τῆς προφητείας ταύτης σαφέστερον. Ἐκβληθέντες γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες, καὶ πάροικοι πάσης τῆς γῆς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἁμαρτίαν γενόμενοι, τὴν αἰτίαν ἐρωτώμενοι, κρύπτουσι, καὶ ἁμαρτίας ἑτέρας τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ σιωπῶντες, προβάλλονται. καίτοι μήτε εἰδωλολατροῦντες νῦν, μήτε προφήτας φονεύοντες. κρύπτουσι δὲ τίνος χάριν; ἵνα μὴ συγκρότησις τῆς ἡμετέρας πίστεως ἡ παρ' αὐτῶν ὁμολογία γένηται. Αὐτοὶ τὴν πτέρναν μου φυλάξουσί, φησιν. ἐρευνῶσιν γὰρ ἡμῶν Ἰουδαῖοι καὶ τὸ τυχὸν πλημμέλημα· καὶ οὕτω νοήσεις ὅπερ ὁ Θεὸς πρὸς τὸν ὄφιν ἐφθέγξατο· Αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. Ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, δηλαδὴ τὴν εἰδωλολατρείαν, τηρεῖν πρὸ πάντων κελευόμεθα, φυλάττεσθαι δὲ ὅμως καὶ τὰ λοιπὰ ἁμαρτήματα, κἂν ἔσχατα τυγχάνῃ, κἂν εὐτελῆ εἶναι δοκῇ, ὥστε πτέρναν νομίζεσθαι· ἐπειδήπερ παρατηρεῖ ταῦτα ὁ ἐχθρὸς, διαβάλλειν ἡμᾶς τῷ κριτῇ. Καὶ διὰ τῶν τυχόντων βουλόμενος εἰ κᾀν οὐ περὶ τῶν Ἰουδαίων μόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ὄντως ἐχθρῶν τῶν δαιμόνων τοῦτον ἁρμόττειν τὸν στίχον ὑπολαμβάνεσθαι· καθ' ὃν ἁρμόττει καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιφέρεσθαι.

ζ'. Παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν.] Ἀθανασίου. Τὸ παροικήσουσιν ἀντὶ τοῦ συναχθήσονται τέθειται. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· οὕτω, φησὶ, διὰ πάσης ἡμέρας ἐσχόλαζον, τοὺς κατ' ἐμοῦ κινοῦντες λόγους· καὶ πᾶς ὁ διαλογισμὸς αὐτῶν κατ' ἐμοῦ ἐγίνετο, ὡς σπουδάζειν συνάγεσθαι αὐτοὺς ὁμοῦ, καὶ λαθραίως ποιεῖσθαι τὰς κατ' ἐμοῦ συσκευὰς, καὶ περιεργάζεσθαί μου τὴν πτέρναν, τουτέστι τὴν τοῦ βίου πορείαν, εἴ πως σκελίσαντες, δυνηθεῖεν καταβαλεῖν με. Καὶ τὰ ἴχνη δέ μου παρετήρουν, ὁποῖα βαδίζοιμι, ἵνα ἐπιλάβωνταί μου. Καὶ ταῦτα μὲν οἱ μάτην διώκοντες, κατ' ἐμοῦ ἐποίουν. Σὺ δὲ κύριε ἡ ἐμὴ ἐλπὶς, ἐμὲ μὲν τῆς ἀδίκου αὐτῶν κατασκευῆς ῥῦσαι, αὐτοὺς δὲ μετελθὼν τῇ σαυτοῦ ὀργῇ κατάβαλε.

Θεοδώρου. Κατὰ τὴν ἀκολουθίαν οὕτως ἔχει· Παροικήσουσι κατακρύπτοντες, καὶ τὴν

πτέρναν

πτέρναν μου φυλάττοντες, καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου. Οἶδα δὲ τοῦτο τοῦ μακαρίου Δαβὶδ καὶ πολλαχοῦ τῶν ψαλμῶν εὑρισκόμενον, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἑβραϊκοῦ ἰδιώματος, εἴτε ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, οὕτω φαινόμενον τὸν πολλάκις ἀντιλέγοντα, ὥσπερ διαιροῦντα δύο λέγειν δοκεῖν. οἷον ὡς ὅταν λέγῃ· Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν· ἀντὶ τοῦ, φθέγγονται καὶ λαλοῦσιν ἀδικίαν· δοκεῖ γὰρ δύο λέγειν, καὶ μάλιστα τοῦ καὶ συνδέσμου μεσιτεύοντος· ἓν δὲ ἐστιν ὅ φησιν, ὅτι φθέγγονται ἀδικίαν λαλοῦντες. Οὕτω καὶ ἐν τῷ μθ΄· τὸ Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν. ἑρμηνεύοντες ἐπεσημηνάμεθα, ὅτι ἓν ἐστιν ὃ βούλεται εἰπεῖν, δύο εἶναι δοκοῦντα. Λέγει δὲ αὐτὸ Σύμμαχος οὕτω, Συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου παρετήρουν, προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου. ἐνέδρας, φησὶν, εἰργάζοντο, καὶ ἐτήρουν ἃ ἔπραττον, ὅπως ἄν με ἢ συλλαβόμενοι ἀνέλωσιν, ἢ προδόντες τοῖς πολεμίοις. Τὸ μὲν οὖν κατακρύπτεσθαι εἶπεν ἀντὶ τοῦ λαθραίως· ἴδιον γὰρ τῶν λανθάνειν βουλομένων τὸ κρύπτεσθαι· πτέρναν δὲ τὴν ὁδὸν, ἀντὶ τοῦ τὴν πρᾶξιν, ὡς καὶ ἐν τῷ μη΄· ἡ ἀνομία τῆς πτέρνης μου κυκλώσει με. εἴρηται δὲ ἐκεῖ, καὶ ὅθεν λαβὼν τὴν πρᾶξιν οὕτω καλεῖ. Τὸ δὲ παρατηρεῖν φυλάττειν ἐκάλεσεν· ἐπειδὴ τῶν φυλαττόντων τὸ τηρεῖν ἴδιον, ὡς καὶ συμπίπτειν ἄμφω πολλάκις κατὰ τὴν σημασίαν καὶ τὴν χρῆσιν. Πολλάκις γοῦν ἀντὶ τοῦ φυλάττειν τὸ τηρεῖν φαμὲν, τὸ δὲ προσδοκᾷν ὑπομένειν· ἐπειδὴ ὁ ὑπομένων πάντων ἔσεσθαί τι, προσδοκῶν ὑπομένει, μέχρις ἂν γένηται. Τὸ μέντοι συνάγεσθαι παροικεῖν· ἐπειδὴ τῶν παροικούντων τοῦ ἴδιον, τὸ ἐκεῖ συνεῖναι καὶ διάγειν, καὶ ἅπαντα πράττειν, ὅπερ ἂν παροικῶσι. Διὰ τοῦτο τὸ συνάγονται καὶ παροικοῦσιν ἐκάλεσεν, ἵνα δείξῃ τῆς πρὸς τοῦτο συνόδου τὸ σπουδαῖον· ὅτι ὡς παροικοῦντες τῷ τόπῳ, καὶ ἀναγκαίας ἐκ τῆς οἰκήσεως καὶ τῆς ἐκεῖ διαγωγῆς συνόδους ποιούμενοι, οὕτω διεμελέτων τὰ κατ' ἐμοῦ. Συνήεσαν οὖν, φησι, κρύπτοντες, ἀντὶ τοῦ λάθρα, καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ πραττόμενα ἐπιτηροῦντες· σπουδάζοντες γὰρ καὶ προσδοκῶντες μονονουχὶ τὴν ἔξοδον ἰδεῖν τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς, ἅπαντα ἔπραττον πρὸς τοῦτο. τήν τε ἐναλλαγὴν ταύτην εἰρήκαμεν γεγενῆσθαι ῥητῶν, καὶ τόδε μὲν ἀντὶ τοῦδε εἰρῆσθαι. Ἀλλὰ καὶ τὴν Συμμάχου ἔκδοσιν ἀντιπαρα-

calcaneum meum obseruantes, sicut sustinuerunt animam meam. Scio autem hoc apud B. Dauidem frequenter in Psalmis reperiri, siue ex phrasi Hebraica, siue ex interpretatione, ita vt sæpenumerò sibi contradicere, sicut diuidendo duo dicere videatur. v. g. quando dicit: *Effabuntur & loquentur iniquitatem:* id est, Effantur & loquuntur iniquitatem: videtur enim duo dicere, præsertim coniunctione & mediante: vnum autem est quod ait, Quoniam effantur iniustitiam loquentes. Sic etiam in Psalmo quadragesimo nono: *Deus Deorum dominus locutus est, & vocauit terram.* quod dum explicamus, vnum esse dicimus quod vult dicere, cùm duo videantur. Hoc autem Symmachus hoc modo dicit, *Congregati sunt clanculùm, & vestigia mea obseruarunt, expectantes animam meam.* Insidias, inquit, struebant, & obseruabant ea quæ faciebam, vt me vel comprehendentes, vel hostibus prodentes, è medio tollerent. Illud siquidem *abscondi* dixit pro *latenter:* nam latere volentium proprium est abscondi: *calcaneum* verò viam, id est actionem; vt in Psalmo quadragesimo octauo: *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Ibi autem etiam dictum est, vnde actionem sic appellet. *Obseruare* autem vocauit *custodire*; quandoquidem custodum proprium est obseruare, ita vt cùm vsus tum significatio vocis frequenter coincidant. Sæpenumerò enim pro custodire dicimus obseruare, pro *expectare* verò *sustinere:* quia qui sustinet vt quid fiat, expectando sustinet, donec fiat. *Congregari* item dixit *incolere*; quia incolarum quodammodò proprium est, vt ibidem simul sint & conuersentur, omniaque illic agant, vbi commorantur. Idcircò pro *congregantur* dixit *inhabitant*, vt congregationis diligentiam denotaret, quòd tamquam loci incolæ, cùm etiam necessarias ex cohabitatione & ibidem conuersatione congregationes facerent, hoc modo contra me meditati sint. Nouerant itaque, inquit, abscondentes, id est clanculùm, & quæ à me fiebant obseruantes: satagentes enim & expectantes tantùm non videre egressum animæ meæ, omnia ad hoc faciebant. Atque hanc verborum immutationem factam esse diximus, ac τόδε pro τοῦδε dictum fuisse. Sed & Symmachi editionem conferentes,

CATENA PATRVM.

Vnde in Psalmis aliquando appareat contradictio.

Psal. 93, 4.

Psal. 49, 1.

Calcaneum pro via & actione.

Psal. 48, 6.

Obseruare pro custodire.

CATENA PATRVM.

Ex interpretum diversitate oritur diversitas lectionum.

rentes, ostendimus, vnamquamque dictionem secundùm Septuaginta editionem in diuina Scriptura positam fuisse, prout Symmachus in propria editione dixisse videtur. Sed quorsum hoc exposuimus? vt nimirum sensus quoque clarior fieret, & ostenderentur, minimè dissentanea dixisse, sed magnam etiam significationum affinitatem habentia protulisse. Diuersitas autem in hoc est; quòd vnus quidem ad sensum attendendo manifestiùs dixerit, dum alter obscuriùs significantioribus vocabulis sensum ex Hebræo edere conatur: quod frequenter & ferè in plerisque reperire licet. Vnde Septuaginta quidem magis studuerunt, vt vim verborum, quæ in Hebræo est, integram seruarent; Symmachus

Symmachus plerumque studens claritati aliqua addit supra textum.

verò visus est maiorem claritatis habere rationem; sed illam non vbique pro conatu suo condignè assequi: frequenter enim dum claritati studet, quæ multùm sanè sensui dissentanea sint apponit. Vnde nonnulli, cùm ad sequelam non attenderent, existimarunt, secundùm obuiam expositionem, Symmachi editionem meliorem esse quàm Septuaginta: quòd non opportunè omnia ab ipsis interpretata sint: in quibusdam enim infirmiorem interpretationem tradiderunt: quandoque verò etiam alios manifestiùs & consequentiùs loquentes non sunt assecuti. Verumtamen

Septuaginta interpretatio ceteris præferenda; & cur.

vniuersim cum ceteris comparati, multò præstantiores reperiuntur, licet plurima magis incompositè narrent. Ceterùm, quòd Septuaginta quidem magis ad vim verborum attendant, Symmachus verò maiorem claritatis habeat rationem, plurima inuestiganti suppetunt argumenta: vnum autem alterúmve ad totius dicti confirmationem apponatur.

Psal. 67, 31. V. g. in Psalmo sexagesimo septimo, ***Congregatio taurorum in vaccis***; Symmachus ait, ***conuentu prægrandium.*** Atque alij quidem magis secuti sunt textum Hebraicum; hic verò clariùs explicuit. Item in illo,

Ibid. 34. ***Qui ascendit super cælum cæli ad orientem***, Symmachus ***ex prima*** dicit. Hic autem perspicuè dixit id quod propositum erat. Horum autem

Hebræus textus multa per similitudines efferre solet.

causa est hæc; quòd Hebræus multa quasi disertè dicat, cùm illam habeat linguæ proprietatem per similitudines & parabolas loquendi. Verùm ista vix sufficiunt ad demonstrationem: siquidem illa non tamquam similitudines, sed pro rebus ipsis ponit: sicut modò

θέντες, ἐδείξαμεν, ἑκάστην λέξιν κειμένην ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὴν τῶν ἑβδομήκοντα ἔκδοσιν, ὅπως Σύμμαχος ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐκδόσει φαίνεται εἰρηκώς. Ἡρμηνεύσαμεν δὲ διότι τόδε; ὥστε καὶ τὴν διάνοιαν σαφηνίσαι, καὶ δεῖξαι ὅτι οὐκ ἀπᾴδοντα εἰρήκασιν, ἀλλὰ πολλὴν ἔχοντα τὴν ἐγγύτητα ἀπὸ τῶν σημαινομένων. Ἡ δὲ διαφορὰ ἐν τῷ, τὸν μὲν σαφέστερον εἰπεῖν ἀπὸ τῆς διανοίας φροντίσαντα, τὸν δὲ ἀμαυρότερον ἐμφαντικωτέραις ταῖς λέξεσι καὶ κατὰ τὴν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ διάνοιαν ἐκδοῦναι βουληθέντος· ὃ καὶ πολλαχοῦ καὶ μικροῦ ἐν τοῖς πλείοσιν ἐστὶν εὑρεῖν. ὅθεν ἑβδομήκοντα μὲν ἐσπούδασαν μᾶλλον, τὴν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ ἔμφασιν ἀδιάφθορον φυλάξαι· ὁ δὲ Σύμμαχος τῆς σαφηνείας ἐπιμελέστερος ἔδειξεν· ἐπιτυγχάνει δὲ οὐ πανταχοῦ τῆς οἰκείας ἀξίως ἐπιχειρήσεως· πολλαχοῦ γὰρ περὶ τὴν σαφήνειαν ἀσχολῶν, ἑαυτὸν δῆθεν πολὺ ἀπᾴδοντα τῆς διανοίας τίθησιν. ὅθεν τινὲς, οὐ πρὸς τὴν ἀκολουθίαν ἰδόντες, ᾠήθησαν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ πρόχειρον σαφηνείας, κρείττονα εἶναι τὴν Συμμάχου ἔκδοσιν τῆς τῶν ἑβδομήκοντα· ὅτι οὐ καιρίως ἅπαντα τούτοις ἡρμήνευται· ἔστι γὰρ ἐν οἷς ἀσθενέστερον τὴν ἑρμηνείαν ἐξήνεγκαν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπέτυχον τῶν ἄλλων σαφέστερον καὶ ἀκολουθότερον εἰπόντων. Ἀλλὰ μὴν καθόλου τοῖς ἄλλοις συγκρινόμενοι, κρείττους εὑρίσκονται πολλῷ, κἂν ἀσυνηθέστερον εἰπόντες τὰ πλείονα. Τοῦ δὲ τοὺς μὲν ἑβδομήκοντα τῆς ἐμφάσεως φροντίσαι μᾶλλον, τὸν δὲ Σύμμαχον τοῦ σαφεστέρου ἐπιμεληθῆναι, πολλὰ μὲν τῷ ζητοῦντι τὰ γνωρίσματα· κείσθω δὲ ἓν ἢ δύο πρὸς πᾶσαν σύστασιν τοῦ λεγομένου. οἷον ἐν τῷ ξζ΄, ἡ συναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι· Σύμμαχος λέγει, συνόδῳ παμμεγεθῶν. καὶ ἄλλοι μὲν συνηκολούθησαν τῇ τοῦ ἑβραϊκοῦ διανοίᾳ· ὁ δὲ μᾶλλον ἐσαφήνισεν. οὕτω δὲ ἐπὶ τῷ, ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολὰς, Σύμμαχος ἐκ πρώτης λέγει. Οὗτος γὰρ σαφῶς εἶπε τὸ προκείμενον. Ἡ δὲ αἰτία τούτων ἐστὶν αὕτη· ὅτι ὁ Ἑβραῖος πολλὰ ὥσπερ ἐμφαντικῶς λέγει, τοῦτο ἔχων ἰδίωμα δι᾽ ὁμοιωμάτων καὶ παραβολῶν λέγειν. Ταῦτα δὲ μόλις πρὸς παράστασιν ἱκανά· λέγει γὰρ αὐτὰ οὐχ᾽ ὡς ὁμοιώματα, ἀλλ᾽ ἀντὶ πραγμάτων τιθείς· οἷον τὸ

νυν ῥηθὲν ταύρων εἶπεν ἀντὶ τοῦ παμμεγέθων· οὐκ εἰπὼν ὡς ταύρων, ἀλλὰ ταύρων ἁπλῶς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐν ταῖς ἀγέλαις τῶν βοῶν τοὺς ταύρους μάλιστα μεγάλους φαίνεσθαι, τὸ παμμέγεθες λαβών, εἶπε ταύρων, αὐτὸ τεθεικὼς ἀντὶ τῆς σημασίας. Οὕτω καὶ τὸ κατὰ ἀνατολάς, ἐπειδὴ ἀρχὴ ἡμέρας ἡ πρώτη ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου, τὸ ἐκ πρώτης φαύσεως ἀνατολὴν καλέσας, οὐκ εἶπεν, ὡς κατὰ ἀνατολάς. Ὁμοίως οὖν κἀνταῦθα. Καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις οἱ μὲν ἑβδομήκοντα τὴν ἔμφασιν τοῦ ἐμφαντικοῦ μὴ διαφθεῖραι ἐσπούδασαν. Σύμμαχος δὲ τὴν διάνοιαν εἰπεῖν ἐν πολλοῖς προείλετο, τῆς ἐμφάσεως φροντίσας· πολλαχοῦ μέντοι καὶ ὡς ἑρμηνείας τὴν αὐτὴν ἐξηλλαγμέναις ταῖς λέξεσιν εἶπε διάνοιαν· οἷον δὴ καὶ νῦν ποιήσας εὑρίσκεται. Τούτων δέ τις τῶν νῦν εἰρημένων ἔχων τὴν μνήμην ἐν πολλοῖς ἀκριβέστατον αὐτὰ καὶ σαφέστερον ἕξει κανόνα, τὴν ἑρμηνείαν ἐπιτηρῶν.

θʹ. ΤΗΝ ΖΩΗΝ ΜΟΥ ΕΞΗΓΓΕΙΛΑ ΣΟΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παῤῥησίαν ἄγων, φησι, καὶ μὴ ἐπαισχυνόμενος τῇ ἐμαυτοῦ ζωῇ, ταύτην σοι πᾶσαν ἐξήγγειλα· σὺ δὲ ἐκδεχόμενος αὐτήν, τὰ δάκρυα οὐκ ἀπώσω, ἀλλὰ παρὰ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἔθου αὐτά, πιστούμενος τὴν σὴν ἐπαγγελίαν, τὴν λέγουσαν. Ἔτι σου λαλοῦντος, ἐρῶ ἰδοὺ πάρειμι. Διὸ συνέβαινεν ἐμοῦ εἰσακουομένου, τοὺς ἐχθρούς μου εἰς τὰ ὀπίσω ἀναχωρεῖν· ὅθεν φημί, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ καλέσωμαί σε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πᾶσάν μου τὴν ζωήν, φησι, καὶ πάντα σοι κατ' ἐμαυτὸν ἐγνώρισα καὶ σοι ἀνεθέμην· ἀντὶ τοῦ, ἐμαυτόν σοι ἐπέρριψα. Τὸ δὲ ἐξήγγειλα λέγει, ἀπὸ τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀπαγγελλόντων τε καὶ γνωριζόντων φίλοις· ὥστε εἰς βοήθειαν αὐτοὺς ἐπισπάσασθαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μακάριοι, ὧν ὁ θεὸς τὰ δάκρυα δέχεται· παρακαλεῖ γὰρ αὐτῶν τὰ πάθη, καθάπερ διὰ τῆς οἰκείας ἐπαγγελίας ὑπέσχετο. τίς δὲ ἡ ἐπαγγελία; Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

ιʹ. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΥΣΙΝ ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτοῖς ἔργοις, φησί, παρείληφα, καὶ ἔγνων ἀκριβῶς, ὅτι οὐκ ἐπὶ ματαίῳ ἡ ἐλπίς, ἀλλὰ θεὸν βοηθὸν ἐκτησάμην.

allatam vocem *taurorum* dixit pro *pregrandium*; cùm non dixisset *tamquam taurorum*, sed absolutè *taurorum*. Ex eo enim, quòd in boum gregibus tauri præ ceteris maiores appareant, insignem magnitudinem designans, dixit *taurorum*, ponens ipsummet exemplum pro significatione. Sic etiam illud *ad Orientem*, cùm principium diei sit primus ortus solis, illud ex prima illustratione Orientem appellans, non dixit, *velut ad Orientem*. Eodem igitur modo etiam hîc se res habet. Atque in similibus quidem Septuaginta vim verborum eius quod exprimitur minimè eneruandam esse censuerunt. Symmachus verò in plurimis sensum ipsum dicere maluit, significationi attendens: siquidem multoties per modum explicationis eumdem sensum tradidit dictionibus variatis; vti etiamnum fecisse reperitur. Ceterùm ea quæ iam dicta sunt memoriâ quis retinens, poterit hæc in plurimis pro exactissima & clariori regula habere, dum obseruat interpretationem.

CATENA PATRVM.

9. VITAM MEAM ANNVNTIAVI TIBI.] ATHANASII. Confidenter, inquit, agens, & non erubescens vitam meam, eamdem tibi totam exposui: tu verò eam excipiens, minimè repulisti lacrymas meas, sed easdem ante oculos tuos statuisti, promissionem tuam confirmans, quæ dicit, *Adhuc loquente te, dicam, Ecce adsum*. Idcircò contigit, vt cùm exauditus essem, inimici mei retrorsum concederent: vnde dico, *In quacumque die inuocauero te*.

Quomodo vita nostra Deo exponenda.

THEODORI. Omnem, inquit, vitam meam, & omnia mea nota feci ac dedicaui tibi: id est, memetipsum in te proieci. Dicit autem *annuntiaui*, iuxta illos qui amicis res suas annuntiant & notas reddunt; vt ad auxilium ferendum ipsos alliciant.

HESYCHII. Beati, quorum lacrymas Deus admittit: consolatur enim eorum passiones, quemadmodum per propriam promissionem pollicitus fuit. Quæ autem hæc promissio? *Beati qui lugent; quoniam ipsi consolabuntur*.

Beati qui lugent.

Matt. 5, 5.

10. CONVERTENTVR INIMICI MEI.] ATHANASII. Ipsismet operibus, inquit, accepi, & exactè cognoui, non fuisse inanem spem meam, sed me Deum adiutorem habuisse.

CATENA PATRVM.

Praedicit inimicis interitum.

THEODORI. *Tunc conuertentur.* Istud *tunc* quasi ad superiora refertur. Cùm igitur, inquit, etiam vitam meam tibi dedicauerim, & acerba secundùm prædictionem tuam impleta sint, æquum est, vt deinceps inimici supplicium dent. Istud itaque, *Conuertentur retrorsum*, id est, Conuertantur. ac si dicat: Desciscant deinceps à nobis, & in fugam vertantur. Itaque particula *tunc* quasi ad superiora refertur. q. d. Tunc inimici ista patientur, ac iuſ è sustinebunt, quando ego tibi meipsum obtulero, & promissa tua finem sortita fuerint. ac si dicat: Hisce peractis, ipsi pœnas dabunt.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τότε ἐπιστρέψουσι. τότε ὡς πρὸς τὰ ἄνω. Ἐπειδὴ πάνυ, φησί, καὶ τὴν ζωὴν ἀνεθέμην ἐγώ σοι τὴν ἐμὴν, καὶ τὰ λυπηρὰ τῆς καθ' ἡμῶν ἐπαγγελίας πεπλήρωταί σοι, δίκαιον λοιπὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς δοῦναι τιμωρίαν. Τὸ οὖν, ἐπιστρέψουσιν εἰς τὰ ὀπίσω, ἀντὶ τοῦ, ἐπιστραφήτωσαν. ἵνα εἴπῃ· ἀποσταίην λοιπὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ τραπεῖεν εἰς φυγήν. Τὸ οὖν τότε ὡς πρὸς τὰ ἄνω. ἀντὶ τοῦ· τότε πείσονται ταῦτα οἱ ἐχθροὶ, καὶ ὑποστήσονται δικαίως ἐπειδὰν ἐγώ τε σοὶ ἐμαυτὸν ἀνάθωμαι, καὶ τὰ τῆς ἐπαγγελίας πέρας λάβῃ τῆς σῆς. ἵνα εἴπῃ· ὅτι τούτων γενομένων, ἐκεῖνοι δώσουσι δίκας.

In iudicio mali ad sinistram collocandi peribunt.

EVSEBII. Secundùm Symmachum, *Numquid quando annumeraueris, tunc conuertentur inimici mei retrorsum?* Quando enim tribus discernens, emundaueris eos qui te digni sunt, delectum faciens illorum qui ad dexteram tuam collocandi erunt, & eorum qui ad sinistram segregandi sunt; tunc, quando iste delectus fiet, conuertantur inimici mei retrorsum.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κατὰ τὸν Σύμμαχον, Μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμήσῃ, τότε ἀποστραφήσονται οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω; Ἐπειδὰν γὰρ φυλοκρινῶν, ἐκκαθάρῃς τοὺς ἑαυτοῦ ἀξίους, ἐξαρίθμησιν ποιούμενος τῶν μελλόντων εἰς τὰ δεξιὰ ἵστασθαι, καὶ τῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ χωρισθησομένων· τότε, ἐν τῷ τὴν ἐξαρίθμησιν ταύτην ποιεῖσθαι, ἀποστραφείησαν οἱ ἐχθροί μου εἰς τὰ ὀπίσω.

THEODORETI. Te autem meas preces admittente, hostes fugient, & à crudelitate cessabunt: & ex rebus ipsis persuadeor, quantam curam geras.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Σοῦ δὲ τὴν ἐμὴν δέησιν δεξαμένου, φεύξονται οἱ πολέμιοι, καὶ τῆς θρασύτητος παύσονται· καὶ δι' αὐτῶν πείθομαι τῶν πραγμάτων, ὅσην κηδεμονίαν ποιῇ.

Auxilium Dei praestò est petenti.

IN QVACVMQVE DIE INVOCAVERO TE.] THEODORI. Hinc deinceps non ampliùs inuoco te, & opem tuam reperire differor; sed simul ac voco, etiam sequitur auxilium tuum. Nam istud, *Ecce cognoui, quoniam Deus meus es tu*: id est, *Et notum facies, quòd tu meus sis Dux armorum.* ac si dicat: Quoniam fruor imperio tuo, pro re ipsa, vti solet, scientiam ponens; quandoquidem id quod consecutus erat, hoc omnino etiam sic se habere notum fecit.

ΕΝ Η ΑΝ ΗΜΕΡΑ ΕΠΙΚΑΛΕΣΩΜΑΙ ΣΕ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐντεῦθεν λοιπὸν οὐκέτι καλῶ σε, καὶ τὴν παρά σου βοήθειαν ὑστερῶ εὑρεῖν· ἀλλ' ὁμοῦ τε καλῶ, καὶ ἕπεται ἡ παρά σου βοήθεια. Τὸ γὰρ, ἰδοὺ ἔγνων, ὅτι θεός μου εἶ σύ· ἀντὶ τοῦ, καὶ γνωριῶ, ὅτι σύ μου εἶ ὁπλοστρατηγός. ἵνα εἴπῃ· ὅτι ἀπολαύω τῆς προστασίας τῆς σῆς, ἀντὶ τοῦ πράγματος τὴν γνῶσιν, κατὰ τὸ συνήθες, τιθεικώς· ἐπειδὴ ὅπερ ἂν ἀπήλαυσε, τοῦτο πάντως καὶ οὕτως ἔχειν ἐγνώρισε.

Verbum & sermo Domini quid: & quomodo communicetur.

DIDYMI. Verbum, quod in Deo & propter Deum profertur, laudabile est, similiter & sermo. Pariter nempe de eodem verbum & sermonem prædicat: vel de diuerso ponit istiusmodi appellationes. Cùm autem verbum pars sit sermonis, is qui ad Dei cultum inducturus est, cùm plenissimo sermoni nondum communicare valeat, incipit à verbo, id est, partiali sermone. v. g. Priùs verbum Domini fit ad Ieremiam, & tunc sermo Domini. Et in Isaia, *Audite verbum Domini*, dicitur illi qui ab ipso instrui incipie-

Ierem. 1, 1.

Isaie 1, 10.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ ἐπὶ τῷ θεῷ, καὶ διὰ τὸν θεὸν προσφερόμενον ῥῆμα, αἰνετόν ἐστιν, ὡσαύτως καὶ ὁ λόγος. ἤτοι δὲ ἐκ παραλλήλου κατὰ τοῦ αὐτοῦ τὸ ῥῆμα καὶ τὸν λόγον κατηγορεῖ· ἢ ἐπ' ἄλλου τίθεται τὰς τοιαύτας προσηγορίας. Ἐπειδὴ δὲ τὸ ῥῆμα μέρος ἐστὶ λόγου, ὁ εἰς τὴν θεοσέβειαν εἰσαγόμενος, πληρεστάτῳ λόγῳ μήπω δυνάμενος κοινωνεῖν, ἀπὸ ῥήματος ἄρχεται, τουτέστι, μερικοῦ λόγου. Ἀμέλει πρότερον τὸ ῥῆμα κυρίου γίνεται ἐπὶ Ἱερεμίαν, καὶ τότε λόγος κυρίου. καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ, Ἀκούσατε ῥῆμα κυρίου, τῷ ἐν εἰσαγωγῇ γινομένῳ δι' αὐτοῦ.

αὐτοῦ. εἰ δέ τις ἐνστήσεται, ῥῆμα λέγων δίδοσθαι τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, εἰς τὸ πρὸς τὴν μέλλουσαν γνῶσιν καὶ διδασκαλίαν ῥῆμα λαμβάνειν, νῦν ἐκ μέρους γινώσκοντας καὶ προφητεύοντας ἀποδεχόμενος, καὶ τὴν εἰσαγωγὴν, καὶ τὴν πληρεστάτην τοῦ λόγου ἐπιχορήγησιν ἐπὶ τοῦ θεοῦ αἰνεῖ ῥήματι καὶ λόγῳ.

ιβ'. ΕΝ ΕΜΟΙ Ο ΘΕΟΣ ΑΙ ΕΥΧΑΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅσα ἐπηγγειλάμην ἀποδοῦναι, τυχὼν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας, ταῦτα καὶ ἀποδώσω· ἐν ἐμοὶ γάρ εἰσιν. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀπέβαλον τὴν περὶ τὸ πρᾶγμα διάθεσιν· ἀλλ' ἔχω αὐτὰς ἐν ἐμαυτῷ, καὶ μέμνημαι, ὥστε σοι ἐν καιρῷ μετὰ τὴν τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν ἀποδοῦναι ἅπερ ἐπηγγειλάμην.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ἐπιλέλησμαι, φησὶν, ὧν ηὐξάμην, ἀλλ' ἐν ἐμοί εἰσιν, καὶ κατέχω τῇ μνήμῃ πάντα ὅσα ἐπηγγειλάμην εὐξάμενος· ἃ καὶ ὥσπερ τι χρέος ἀποδώσω, θυσίας ἀναφέρων τὰς δι' αἰνέσεως, κατὰ τὸ, Θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καὶ, Θῦσον τῷ θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ εὐχόμενος, ὅτε καταλλήλως διάκειται οἷς ἐπαγγέλλεται διὰ τῆς εὐχῆς, ἐν ἑαυτῷ ἔχει τὰς εὐχὰς τῆς αἰνέσεως, ἃς ἀποδώσει τῷ θεῷ. Εὐχαὶ δὲ αἰνέσεως, αἱ περὶ αἰνέσεως. ὡς γὰρ εὔχεταί τις ποιῆσαι ἢ ἀποδοῦναι τῷ θεῷ· τόδε τι οὕτως εὔχεταί τις αἰνέσαι τὸν θεόν.

ιγ'. ΟΤΙ ΕΡΡΥΣΩ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ μὲν γὰρ ἐχθροὶ, τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοὺς, ἤλαυνόν με, καὶ ἐξεβιάζοντο εἰς θάνατον ἐκπεσεῖν, καὶ μέσον ἀλλοφύλων καὶ ἀλλογενῶν ἐθνῶν οἰκεῖν, ταῦτα ἀναγκάζοντες συναφθῆναι τῇ τῶν ἀλλοφύλων εἰδωλολατρείᾳ· ἀλλ' ἡ σὴ χάρις καὶ τὸ ἔλεος οὐ συνεχώρησε τοῦτο γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοφύλοις με ὄντα προέφθασας, ὡς μηδὲν καταβλαβῆναι ἐκ τῆς τούτων συνουσίας. Διὸ εὐχαριστῶ, ὅτι ἐρρύσω τοὺς πόδας μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ὀλισθήματος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπείπερ ἀκολουθεῖ, τῷ θανατωμένῳ τὸ θρηνεῖσθαι, καὶ δάκρυα ἐπ' αὐτῷ γίνεσθαι· οὐκ ἄλλος δὲ θρηνεῖ τὸν κατὰ ψυχὴν τεθνηκότα, ἢ αὐτὸς ἑαυτόν· εἰκότως μετὰ τὸ ῥύεσθαι τὴν ψυχὴν ἐκ θανάτου, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ δακρύων ἠλευθέρωνται. Ἐρρύσατο δὲ ἀπὸ ὀλισθήματος τοὺς πόδας, ὑποδήσας

bat. Si quis autem institerit, dicens, *verbum* datum esse *euangelizantibus virtute multâ*, pro futura cognitione & doctrina verbum accipiendum, nunc ex parte cognoscentes ac prophetantes accipiens, cùm introductionem, tum plenissimam sermonis instillationem de Deo laudat verbo & sermone.

CATENA PATRVM.
Psal. 67, 12.

12. IN ME SVNT DEVS VOTA.] THEODORI. Quæcumque promisi reddere, vbi à te auxilium consecutus fuero, hæc & reddam; quoniam *in me sunt*. id est, Non abieci affectum erga hoc negotium; sed ipsa vota in me habeo, & eorumdem memor sum, vt tibi suo tempore post malorum liberationem reddam ea quæ promiseram.

Vota Deo reddenda.

EVSEBII. Non sum oblitus, inquit, eorum quæ voueram, sed in me sunt, & memoriâ teneo omnia quæcumque promisi vouens; quæ etiam veluti debitum reddam, offerens sacrificia laudis, iuxta illud, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*; &, *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altißimo vota tua.*

Psal. 50, 19.
Psal. 49, 14.

DIDYMI. Is qui vouet, quando pariter affectus est ijs quæ per votum promittit, tunc in semetipso habet vota laudis, quæ Deo reddet. Vota porrò laudis sunt, quæ de laude fiunt. Quemadmodum enim vouet quis facere aut reddere quidquam Deo; ita quoque vouet quis laudare Deum.

Quis in se habeat vota.

13. QVONIAM ERIPVISTI ANIMAM MEAM.] ATHANASII. Nam inimici quidem, quantum in ipsis erat, exturbabant me, & in mortem irruere cogebant, atque in medio allophylorum & alienigenarum Gentium habitare, vt ad allophylorum idololatriam adiungeremur: verùm tua gratia tuaque misericordia non permisit hoc fieri, sed me, etiam apud alienigenas existentem, præmuniuisti, ne quidquam ex consortio illorum detrimenti caperem. Idcircò gratias ago, quoniam eripuisti pedes animæ meæ à lapsu.

Alienigenæ ad idololatriam instigant.

DIDYMI. Cùm consentaneum sit, vt defunctus lugeatur, & pro ipso lacrymæ fundantur, nemo autem alius eum, qui secundùm animam defunctus est, lugeat, quàm ipse semetipsum; meritò post liberationem animæ à morte, etiam oculi eius à lacrymis liberati sunt. Porrò pedes à lapsu liberauit, subligans ijs

Defunctus lugendus.

Quomodo oculi à lacrymis & pedes à lapsu liberentur.

CATENA PATRVM.

ijs calceum sublimantem, & supra terram eleuantem. Sublimato autem subligaculo, consequens est, vt pedes eius à lapsu liberati sint. Liberatur autem aliquis à prædictis noxis, vt viuens & illuminatus Deo placeat. *Quis in lumine viuentium sit.* Qui enim placet Deo, in lumine viuentium hoc facit. Viuit autem & illuminatus est, quisquis Dei particeps existit: ipse enim cùm sit vita, lux est hominum.

THEODORI. Huic consonat istud, *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudis tibi.* Cetera verò intermedia. Cùm enim interposuisset beneficia, pro quibus vota fecerat, tunc subiunxit etiam vota ipsa, qualia sint recensens. Hæc enim dicit vota, quorum & commemorationem & exhibitionem pollicetur, vt placeat Deo. Hoc igitur, inquit, annuntiaui, & hoc adimpleui, cùm à te magna bona receperim. Illud autem, *in lumine viuentium:* id est, vsque dum secundùm hanc vitam etiam fruar isto lumine, quo omnes viui fruuntur, tamdiu quoque tui beneplaciti curam habebo, memor eorum quæ adeptus sum. Pulchrè autem istud vouere dixit, & se redditurum promisit, si liberaretur ab inimicis, quippe propter peccata patientibus, & verosimiliter emendationis promissione solutionem obtinentibus.

Iusti habent partem in lumine viuentium. ANONYMI. Qui enim à peccato liberatus, & purus effectus fuerit, hic in futuro sæculo, in viuentium terra, placebit Deo. Vt autem liberarer à morte, & liber essem à peccato, & partem haberem in terra viuentium, aduentus Domini nobis procurauit. Quapropter etiam, *Tituli inscriptio ipsi Dauidi,* hic Psalmus inscriptus est. Quoniam autem Propheta sciebat, quòd qui receperant lucem
Ioan. 1, 9. veram, quæ illuminat omnem hominem, ijsdem dederit potestatem filios Dei fieri, per precationem adhibuit illud, *Vt placeam coram Deo in lumine viuentium.*

αὐτοῖς ὑπόδημα μετεωρίζον, καὶ ἄνω γῆς ποιοῦν. Μετεωριζομένου δὲ τοῦ ὑποδεδεμένου, ἀκολουθεῖ τὸ, ἐῤῥύσθαι ἀπὸ ὀλισθήματος τοὺς πόδας αὐτοῦ. ῥύεται δέ τις ἀπὸ τῶν προειρημένων ἐπιβλαβῶν, ἐπὶ τῷ εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ ζῶντα καὶ πεφωτισμένος. ὁ γὰρ εὐαρεστῶν τῷ Θεῷ, ἐν φωτὶ ζώντων τοῦτο ποιεῖ. ζῇ δὲ καὶ πεφώτισται, πᾶς μετέχων Θεοῦ· αὐτὸς γὰρ ζωὴ ὢν, φῶς ἐστι τῶν ἀνθρώπων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταύτῳ ἀκόλουθόν ἐστι τὸ, Ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς εὐχαὶ, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι. Τὰ δὲ λοιπὰ διὰ μέσου. Παρενθεὶς γὰρ τὰς εὐεργεσίας, ὑπὲρ ὧν τὰς εὐχὰς ἐποιήσατο· τότε ἐπήγαγε καὶ τὰς εὐχὰς αὐτὰς, αἵτινές εἰσι λέγων. Ταύτας γὰρ λέγει τὰς εὐχὰς, ὧν καὶ μεμνῆσθαί φησι καὶ ἀποδώσειν ἐπαγγέλλεται, τῷ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ. Τοῦτο οὖν, φησὶν, ἐπηγγειλάμην, καὶ τοῦτο ἐπλήρωσα, μεγάλων τῶν παρὰ σοῦ τυχὼν καλῶν. Τὸ δὲ ἐν φωτὶ ζώντων· τουτέστι, μέχρις ἂν ὦ κατὰ τόνδε τὸν βίον, καὶ ἀπολαύω τοῦδε τοῦ φωτὸς, οὗπερ πάντες ἀπολαύουσιν οἱ ζῶντες, μέχρι τότε καὶ τῆς εὐαρεστήσεως ἐπιμελήσομαι τῆς σῆς, μεμνημένος ὧν ἔτυχον. Καλῶς δὲ τοῦτο καὶ εὔχεσθαι εἶπε, καὶ ἀποδώσειν ἐπηγγείλατο, εἰ ῥυσθείη τῶν πολεμίων, ὡς δι' ἁμαρτίας παθόντων, καὶ εἰκότως τῇ τῆς διορθώσεως ἐπαγγελίᾳ τὴν λύσιν λαμβανόντων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ γὰρ ῥυσθεὶς τῆς ἁμαρτίας, καὶ καθαρὸς ἀποτελεσθεὶς, οὗτος ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἐν τῇ τῶν ζώντων χώρᾳ, εὐαρεστήσει τῷ Θεῷ. τοῦ δὲ ῥυσθῆναί με ἐκ θανάτου, καὶ ἐλευθερωθῆναί με ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, μερίδα δὲ σχεῖν καὶ ἐν τῇ τῶν ζώντων χώρᾳ, πρόξενος ἡμῖν γέγονεν ἡ τοῦ κυρίου παρουσία. Διὸ καὶ, στηλογραφία τῷ Δαβὶδ, ἀναγέγραπται οὗτος ὁ ψαλμός. Ἐπείπερ δὲ ᾔδει ὁ προφήτης, ὅτι ὅσοι ἐδέξαντο τὸ ἀληθινὸν φῶς, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, δι' εὐχῆς εἶχε τοῦτο, εὐαρεστήσω ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν φωτὶ ζώντων.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVM & argumentum habes satis fusè & dilucidè superiùs in Paraphrasi, & in Catena Patrum: vbi & variæ eius inscriptiones referuntur, & examinantur. S. Hilarius & S. Augustinus totum Psalmum de Christo exponunt, qui per Dauidem figuratus est: & per tituli inscriptionem S. Augustinus titulum crucis intelligit.

2. *Quoniam conculcauit me homo.*] Exprimit Paraphrastes: *Quoniam conculcauit me ex incolis Geth homo sceleratus*, scilicet Achis: cuius manus stultitiam simulando euasit, vti habetur 1. Regum 21. Aptè autem, vt etiam ex titulo patet, hæc conculcatio, seu tribulatio, in Geth facta significatur. *Geth* enim significat *torcular*; nec sine mysterio, vt ibi D. Augustinus interpretatur, qui locum hunc de Christo sic exponit: *Tenetur in torculari corpus eius, id est Ecclesia eius. Quid est in torculari? In pressuris. Sed in torculari fructuosa pressura est. Vna in vite pressuram non sentit, integra videtur; sed nihil inde manat: mittitur in torcular, calcatur, premitur; iniuria videtur fieri vuæ; sed ista iniuria sterilis non est: imò, si nulla iniuria accederet, sterilis remaneret.* Ita planè & iusti homines numquam plures fructus afferunt, quàm cùm plures iniurias patiuntur. Quapropter pulchrè ibidem subdit D. Augustinus: *Noli timere, quia conculcauit te homo: vinum habeto, vua factus es, vt calceris.* & paulò pòst subdit: *Primus botrus in torculari pressus est Christus: cùm ille botrus passione expressus est, manauit illud vnde calix inebrians quàm præclarus est.* & post pauca: *Si putas te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus. Et vbi est vox Apostoli:* Omnes qui volunt in Christo piè viuere, persecutiones patiuntur? *Si ergo non pateris pro Christo vllam tribulationem, vide ne nondum cœperis in Christo piè viuere: cùm autem cœperis in Christo piè viuere, ingressus es torcular; præpara te ad pressuras, sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat.*

Geth quid significet.

Omnes sancti calcantur pro Christo.

2. Tim. 3.

4. *Ab altitudine diei non timebo.*] Græcè, Ἀπὸ ὕψους ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι: vbi S. Hieronymus in Epistola ad Suniam dicit illud οὐ additum esse, cùm absit à Vulgata. Ceterùm ista verba non eodem modo ab omnibus interpunguntur: quidam enim illud ἀπὸ ὕψους, *ab altitudine*, coniungunt cum antecedentibus; ac deinde illud ἡμέρας coniungunt cum sequentibus, dicendo: *Die* (aut *dies*) *non timebo*: quidam verò (vt etiam notatur in scholio, & patet apud Theodoretum, & alios) simul proferunt, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας: sed horum nonnulli omnia ista connectunt cum superioribus, vt Apollinarius in Metaphrasi; nonnulli sequentibus, vt plerique. In Psalterio Æthiopico est; *Tota die ab altitudine diei quoniam multi qui impugnant me; & timui:* Aquila, Ὅτι πολλοὶ πολεμοῦσί με ὕψιστε, ἡμέρας φοβηθήσομαι ἐγὼ, πρὸς σὲ πεποιθώς, *Quoniam multi impugnant me Altissime, interdiu timebo ego, in te confidam:* Symmachus, Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ὑψηλότεροι, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα, *Quoniam multi sunt qui impugnant me altiores: quacumque die timuero, in te confidi:* Theodotion, Ἡμέρας φοβηθήσομαι, ἐγὼ δὲ ἐπὶ σοὶ ἐλπιῶ, *Interdiu timebo, ego verò in te sperabo.* Hunc versum Genebrardus exponit de ærumnis & periculis. q. d. Ab altis & summis periculis propter profundas calamitates, quæ quotidie oboriuntur, & propter mea periculosa tempora, timebo quidem: verumtamen in te confidam, & in auxilio tuo sperabo. Non possum enim, inquit, non timere temporibus hisce periculosis; quoniam homo sum, & humani à me nil alienum puto; at in te sperare non desinam. Mysticè S. Hilarius *altitudinem diei* exponit diem iudicij; qui huius sæculi nouissimus futurus est; & meritò tremendus dicitur.

Altitudo diei sumitur pro summis periculis:

mysticè pro die iudicij:

Tropologicè Hugo altitudinem diei pro humana prosperitate pulcherrimæ lucis plus ascendentis & augustiori pompâ splendentis imagine capit. ac si dicat: Etsi plures, iíque atrocissimi hostes, implacabiles in me iras exerceant, & cruenta bella indesinenter gerant; non est cur mihi ab ipsis adeò, vt à secunda fortuna & blandienti rerum cursu, timendum putem. Altitudinem sanè diei, & lucem sese extollentem & prouehentem timet. Solis enim æstu animi virtutem liquefieri, atque dissolui, malo ipse fato in suis vulneribus expertus nouit. Quid enim? Num cùm illum conculcabant inimici totâ die, bellantes vndique aduersus eum? an verò cùm sole in altum sublato meridianis horis in solarium ipse domus suæ conscendit; cùm pace, inquam, otio & prosperitate vndequaque erat vallatus, & circummunitus, alienum matrimonium libidine incensus fœdauit, & se turpissimo amore ad satietatem expleuit? Audi S. Augustinum lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 21. *In alienam feminam irruit, temporalium rerum prosperitatibus abreptus.* Sic ille.

moraliter, pro magna prosperitate.

5. *In Deo laudabo sermones meos.*] Aliqui habent, *res meas:* vox enim Hebræa דבר *dauar*, quæ hîc habetur, etiam de rebus dicitur & operibus. Sic in Iobo, vbi Vulgata legit, *Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo*, Septuaginta sic efferunt; Μὴ γὰρ λέγε, Ἐν καθαρὸς εἰμι τοῖς ἔργοις, *Ne quidem dicas, Purus sum operibus.* Nempe magna sermonis operisque cognatio est, cùm promiscuè vnum pro altero vsurpetur. Purus eius sermo est, cuius pura ac munda operatio. Falsi sunt, qui in puro sermone gloriantur, & se inaniter iactant, cùm lutulenta eorum vita sit, fœculenti mores. Sermonum porrò verorum fons Deus est; sed suos vocat Propheta, quia sitiens accessit, ac bibit: sic enim exponit hunc locum S. Augustinus, dum ait: *In Deo ergo laudabo sermones meos; quia ipse est fons sermonum verorum: meos, quia sitiens accessi, & bibi.*

Sermo pro opere sumitur in Scriptura. Iob 11, 4.

Deus verorum sermonum fons.

IBIDEM. *Non timebo quid faciat mihi caro.*] Id est, vnam virtutem, quæ ex Dei gratia & fauore originem trahit, suspiciam; neque timebo, quid ab origine & maiorum genere mihi acciderit; neque dolebo generis obscuritatem; neque nimiùm deferam nobilitati; sed omnia ad virtutem & pietatem referam. Ita S. Ambrosius lib 6. in Lucam; *Sed vtinam*, inquit, *caro & sanguis non*

ANNOTATIONES CORDERII.

non sint qui audiunt. A carnis & sanguinis remotis cupiditatibus possunt dicere singuli : Non timebo quid faciat mihi caro.

6. *Totâ die verba mea execrabantur.*] Græcè ἐβδελύσσοντο : S. Augustinus reddit, *abominabantur*; id est, grauiter accipiebant orationem, quam ad eos habebam. Quid inde? *Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.* Persona displicuit eis, quibus doctrina non placuit. Frequenter enim hoc accidit, dum verba nostra aliquorum vellicant aures, vt & qui ea profert, apud eosdem offendat. Hæc est mens D. Augustini locum hunc sic exponentis : *Quando verba mea respuunt, quando verba mea abominantur; quæ verba de fonte veritatis manant : quid facient illi, per quem verba ipsa dicuntur? Quid, nisi quod sequitur, Aduersum me omnia consilia eorum in malum? Si panem ipsum abominantur, vasculo, in quo ministratur, quomodo parcunt?* Symmachus vertit, Διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἀοριστίζον, *Per omnem diem sermones de me sollicitè tractabant*; S. Hieronymus, *Sermonibus me affligebant.*

Persona facilè displicet, cuius doctrina non placet.

7. *Incolent.*] Ita S. Augustinus; quod Græcè est παροικήσουσι; & admonet, vt alibi, hoc significare habitationem in terra non sua : S. Hilarius, *Habitabunt* : Vulgata, *Inhabitabunt* : Symmachus, Συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου ἐτήρουν, προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου, *Congregabantur clanculùm, & vestigia mea obseruabant, expectantes animam meam* : S. Hieronymus, *Congregabuntur absconditè* : alij hoc efferunt in præsenti, *Congregantur*, aut, *simul morantur, delitescunt*; vel, *Conspirant & insidiantur.* Scholion notat illud παροικήσουσι positum esse pro συναχθήσονται, *congregabuntur.*

IBIDEM. *Sicut sustinuerunt animam meam.*] Ita Vulgata, & Psalterium Arabicum & Æthiopicum, & Metaphrasis Apollinarij: Græcè, Καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου : pro quo Sixtina editio habet, καθάπερ ὑπέμεινε τῇ ψυχῇ μου, *Sicut sustinui animâ meâ* : S. Augustinus, *Sicut sustinuit anima mea* : Psalterium Romanum, *Expectauit.*

8. *Pro nihilo expelles illos.*] Græcè ὤσεις : pro quo Sixtina habet σώσεις, *saluos facies*; prout etiam habet Vulgata : Scholion, Ἐπὶ ἀνωφελεῖ διέσωσεν αὐτούς, *Propter rem inutilem seruauit illos*: Symmachus, Διὰ τὴν ἀδικίαν ῥύσῃ ἀπ' αὐτῶν, *Propter iniustitiam erues ab eis* : Quinta editio, Ὑπὲρ τοῦ μὴ εἶναι διασωζόμενον αὐτοῖς. quod ferè S. Hieronymus ita vertit: *Quia nullus est saluus in eis.* S. Augustinus verò ex hoc versu concludit, neminem adeò esse desperatum, quin, si velit, saluus fieri possit : *Noli*, inquit, *dicere, Numquid ecce talem hominem Deus correcturus est, tam malum, tam peruersum? noli desperare : quem roges attende, non pro quo roges. Magnitudinem morbi vides, potentiam medici non vides? Pro nihilo saluos facies eos. Sic illos saluos facies, vt nihil tibi sit, id est nullus labor tibi sit. Hominibus desperati sunt, sed tu verbo curas : non laborabis in curando; quamuis nos stupeamus in inspiciendo.* Sic ille. & mox subiungit alium sensum, qui sic habet : *Pro nihilo saluos facies eos : nullis eorum meritis præcedentibus saluos facies eos.* Vbi notandum, verba illa, *pro nihilo*, continere exaggerationem. q. d. Tanta cum misericordia incumbit peccatori Deus, etiam dum animam agit; vt si vel tantillum emittat gemitum pro malè acta vita, & quantum in se est resipiscat, statim saluum faciat illum.

Nemo dum viuit est desperatæ salutis, si velit resipiscere.

IBIDEM. *In ira populos confringes.*] Ita etiam Vulgata; Græcè κατάξεις : quòd etiam significat *deduces*, prout vertit S. Hilarius & S. Augustinus : sed admonet S. Hieronymus ad Suniam meliùs dici, *deycies*; ait autem in Hebræo esse modum imperandi; ac si diceretur, *Depone*; & Symmachum reddidisse, κατάγαγε, *Decute.* Pulchrè S. Augustinus, qui *deduces* legit, locum hunc in meliorem partem sic exponit : *Irascitur pater filio contemptori præceptorum suorum: iratus ei, eum colaphizat, cædit, aurem vellit, manu trahit, ad scholam ducit. In ira populos deduces. Quàm multi ingressi sunt, quam multi impleuerunt domum Domini in ira eius deducti, id est, tribulationibus territi, & fide impleti?* Itaque quantumuis frangere nos tribulationibus Deus videatur; non frangit tamen, sed ad domum suam ducit : quæ videbatur fractio, deductio est : ad se vrget, dum premit.

Tribulationibus suos Deus non frangit, sed ducit.

9. *Vitam meam annuntiaui tibi.*] In Hebræo est נדי *nodi*, id est, *fugam meam.* Vbi vitam suam appellat fugam, vel propter humanæ vitæ fugacitatem; vel, quòd totam ferè vitam suam fugiendo ex hostibus transegerit. Notant enim ad hunc locum Genebrardus & Lorinus, Dauidem duodecies fugisse à facie Saülis : & colligunt ex Sacris Litteris, in quibus hæ fugæ continentur. Sensu autem tropologico hinc facilè colliges, quo in loco, siue quanto in pretio Dauidi fuga à facie peccati fuerit, cùm eam vitæ nomine appellet; idemque illi fugere ac viuere sit. Quin & victoriæ gloriam egregium ducem fugiendo fuisse consecutum sapienter adnotauit S. Ambrosius lib. de Fuga sæculi cap. 5. obseruans illis in Psalmis, in quibus pennarum suarum, ad capiendam fugam, Vates mentionem facit, victoriæ titulum signatè præfigere; vbi verò pennas has, siue fugiendi opportunitatem, ad manum non habere significat, non obscurè innuere se in incerto hærere, atque fluctuare. Idem elegantiore quadam similitudine expressit Ieremias deflens calamitatem extremam populi Iudaici, atque in eo peccatoris cuiusque infelicissimum statum, cùm ait: *Peccatum peccauit Ierusalem; propterea instabilis facta est*: vbi Septuaginta legunt, εἰς σάλον ἐγένετο, *in commotionem facta est.* Irruit igitur in peccatoris animam tempestas vitiorum; iactatur maris pelago, hinc inde ventis & fluctibus quatitur, vitijs nimirum alijs atque alijs subinde ingruentibus fatigata & collisa naufragium tandem facit sempiternum. Eodem modo Isaias impios comparat mari feruenti, quod numquam potest quiescere; sed etiam in summa tranquillitate fractis ad littora voluitur fluctibus, finisque eius lutum est & conculcatio.

Vita nostra fuga est.

Thren. 1, 8. *Peccator semper instabilis fluctuat.*

Isaiæ 57, 20.

Alij verò locum hunc ex Hebræo vertunt, *Fluctuationem & errores meos dinumerasti.* Nimirum cùm peccator vno in vitio consistere non consueuerat, plures & varios conficit errores, vsque adeò, vt eos solus Deus ipse obseruare ac recensere numerando queat: vnde Symmachus ita reddit, Τὰ ἔνδον μου ἐξηρίθμηταί σοι, *Quæ intra me sunt, annumerata sunt tibi.* Habet nimirum suum codicem Deus vtraque paginâ constantem; in

Liber rationum Dei.

in quarum altera peccatoris crimina, in altera ipsius lacrymæ pro illis profusæ è regione conscriptæ sint, vt, collatis subductisque calculis, rationes conficiantur. Sed ne nostrum id inuentum videatur, audi Dauidem hunc librum vtraque instructum paginâ adornantem; alibi enim ait, *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo*; hîc verò de pœnitentiæ ac lacrymarum pagina subdit: — Psal. 89, 8.

IBIDEM. *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.*] Cuius dicti arcanum mysterium clariùs in Hebræo cernitur; ex quo Nebiensis & Pagninus vertunt in hunc modum, *Posuisti lacrymas meas in libro tuo*: Campensis verò legit, *Posuisti lacrymas meas in rationibus tuis.* Vides vtramque paginam sese mutuo respicientem? vt iniquitates in Dei libro & rationibus conscriptæ lacrymis paulatim diluantur ac deleantur, donec pariter subductis calculis ratio constet. Tigurina porrò vertit in hunc modum, *Lacrymas meas repone in laguunculam tuam; an non in rationario tuo?* Regia verò sic, *Tu pone lacrymam meam in vtre tuo; nónne in libro tuo?* Quasi Deus, vt res pretiosissimas, & perquam sibi charas, studiosissimè colligat piorum lacrymas, easque reponat in vtrem regium empyreasque lagenas, vt Creticum vinum & saccaratum, quo vtatur sua in mensa, & delicijs perfruendis. Significat item, ne guttulam quidem vnam lacrymarum deperdi, sed referri omnes in librum rationum codicemque diuinum, vt illas Deus præmio donet & inauditâ liberalitate compenset. Pulchrè de his lacrymis S. Bernardus; *Lacrymæ*, inquit, *pœnitentium vinum Angelorum*; quòd in illis sit vitæ odor, sapor gratiæ, indulgentiæ gustus, reconciliationis iucunditas, &c. Vide quæ de lacrymis annotauimus ad Psal. 6. ver. 7. & Psal. 7. ver. 9. & Psal. 41. ver. 4.

Deus magni facit lacrymas pœnitentiæ & deuotionis.

11. *In Deo laudabo verbum: in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui*] Id est, Omnia ad Deum referam: omnia verba mea Deum resonabunt: in Deo omnem fiduciam meam collocabo. Inde Dauidi tanta securitas, vt Deo fretus dicat: *Non timebo quid faciat mihi caro.* Non timebo rebelles carnis motus, & corpus aduersus animam calces allidens, sed spiritu facta carnis mortificabo.

ANNOTATIONES CORDERII.

12. *In me sunt Deus vota tua.*] Quid est *In me*? Intra meipsum, apud meipsum. Quæris, quid reddas Deo. *An fortè animalia* (inquit S. Augustinus) *quæ offerebantur ad aras aliquando. Nihil tale offeras: in te est quod voueas, & reddas. De cordis arca profer laudis incensum: de cellario bonæ conscientiæ profer sacrificium fidei. Quidquid profers, accende charitate. In te sint vota, quæ reddas laudis Deo.* De teipso profer teipsum, voluntatem tuam, cor tuum. In te enim sunt vota, quæ Deo reddas. Si voti nomine intelligas, quod communi sensu intelligimus, desiderium, aut rem concupitam; idem erit, *In me sunt Deus vota tua.* ac si dicat: In meipso, intra meipsum sunt Deus, quæ tu exoptas, & concupiscis, quæque à me exigis; qui non externa appetis, imò neque accepta habes sine internis. *Holocausta, victimæ & sacrificia Christianorum omnium* (inquit S. Chrysost. Homil. 11. in Epist. ad Hebræos) *sunt opera sancta; vt eleemosyna, temperantia, orationes, laudes Dei.* Nullus ergo hostiam offerat nudam, cui semetipsum non adiungat. Quo sensu etiam S. Gregorius Hom. 5. in Euangelia locum hunc exponit: *Ac si apertè dicat: Etsi exteriùs munera offerenda non habeo; intra memetipsum tamen inuenio, quod in ara tua laudis impono: quia qui nostrâ damnatione non pasceris, oblatione cordis meliùs placaris. Nihil quippe offertur ditius bonâ voluntate.*

Intra nos est quod Deo offeramus.

IN PSALMVM LVI. ARGVMENTVM.

α'. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον.

Καὶ τὸν πρότερον καὶ τὸν δεύτερον διαφυγὼν κίνδυνον ὁ Δαβίδ, ὡς ἐν στήλῃ τινὶ τῇ μνήμῃ τὴν θείαν εὐεργεσίαν ἀνέγραψεν. εἰς τὸ τέλος δὲ καὶ οὗτος κἀκεῖνος· ἐπειδὴ πρόρρησιν ἔχουσιν ἐσομένων πραγμάτων· ὁ μὲν γὰρ τὰ κατὰ τὸν λαὸν προθεσπίζει· ὁ δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν. Πρόσκειται δὲ τό, μὴ διαφθείρῃς· διὰ τὸ ἐν ἐξουσίᾳ γενέσθαι τοῦ ἀνελεῖν τὸν Σαοὺλ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἢ φείσασθαι. οἷον· μὴ διαφθείρῃς τῆς μνησικακίας τὴν ἀρετήν. Ἀπεδίδρασκε δέ, ὡς μὴ παρὼν ἐρεθίζῃ τὸν ἐχθρόν, καὶ αἴτιος αὐτῷ τῆς μιαιφονίας γένοιτο. Τὸ γάρ, μὴ ἔκκαιε ἄνθρακας ἁμαρ-

1. In finem, ne disperdas, ipsi Dauidi in tituli inscriptionem, cùm fugeret à facie Saül in speluncam.

Cùm & primum & secundum periculum Dauid declinasset, veluti in quadam columna diuinum beneficium in memoria inscripsit. In finem *verò & hic & ille est; quandoquidem rerum futurarum prædictionem continent: illie siquidem ea quæ populo acciderunt prædixit; hic autem Gentium vocationem vaticinatur. Adiungitur autem,* Ne disperdas: *quia nimirum potestatem habebat in spelunca Saülem perdendi aut seruandi. q.d. Ne disperdas virtutem obliuiscendi iniurias. Abcessit autem, ne præsens inimicum irritaret, & causa ipsi fieret homicidij. Nam istud,* Ne incendas carbones peccatorum,

Cur In finem inscribatur.

Quid sibi velit istud, Ne disperdas. 1. Reg. 24.

Eccli. 8, 13.

PARAPHRASIS ANONYMI.

torum, *omnium maximè Dauid credidit: quocirca subtraxit se, ac discessit.*

Alivs *autem*, Ne corrumpas, *ait. q. d. Psalmus hic est scriptus Dauidi pro columna patientiæ, in quam intuentem oportet mala tolerare, & fines non corrumpere, sed primum propositum seruare. Nonnulli aiunt hunc Psalmum potiùs esse Macchabæorum adhuc in malis versantium, & à calamitatibus liberari postulantium.*

τωλῶν, πάντων μᾶλλον ὁ Δαβὶδ ἠπίστατο· διὸ ὑπεχώρει, καὶ παρεχώρει.

Αλλος δὲ τὸ, μὴ διαφθείρῃς, φησίν. ἀντὶ τοῦ περὶ ὑπομονῆς ἐστιν ὁ ψαλμὸς οὗτος τοῦ Δαβὶδ γραφεὶς ἀντὶ στήλης, εἰς ἣν ἀφορῶντά τινα καρτερεῖν χρὴ τὰ δεινὰ, καὶ μὴ διαφθείρειν τὰ τέλη, ἀλλὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τηρεῖν πρόθεσιν. Ἔνιοί φασιν εἶναι μᾶλλον τῶν Μακκαβαίων τὸν ψαλμὸν ἔτι ὄντων ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ δεομένων ἀπαλλαγῆναι τῶν συμφορῶν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2 MISERERE mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Pulchram causam addidit: Quoniam non in alio aliquo spero, vt illi in turbis, & armis & curribus.

β. ΕΛΕΗΣΟΝ με ὁ Θεὸς, ἐλέησόν με· ὅτι ἐπὶ σοὶ πέποιθεν ἡ ψυχή μου.

Καλὴν προστέθεικεν αἰτίαν· ὅτι οὐκ ἐπ' ἄλλῳ τινὶ ἐλπίζω, ὡς ἐκεῖνοι ὄχλοις, καὶ ὅπλοις καὶ ἅρμασιν.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.

Vmbra alarum vocatur Dei prouidentia. Vmbram alarum vocat Dei prouidentiam, ex metaphora auium pullos suos alis tegentium, & illæsos custodientium. Istud autem, *Donec transeat iniquitas*; id est calamitas, quam inferunt mihi inimici ex iniquitate sua. Atque hoc non dicit, quoniam tantùm eo vsque spero, posteà verò non ampliùs spero: sed Scripturæ phrasis est: prout

Isaiæ 46,4. etiam in Isaia, *Et donec senescatis ego sum:* manifestum vtique, quòd etiam postmodum sit.

Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία.

Σκιὰν πτερύγων καλεῖ τὴν πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀρνίθων τῶν καλυπτόντων τοὺς νεοττοὺς ταῖς πτέρυξι, καὶ φυλαττόντων αὐτοὺς ἀβλαβεῖς. Τὸ δὲ, Ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία· ἀντὶ τοῦ ἡ συμφορὰ, ἣν ἐπάγουσίν μοι οἱ πολέμιοι ἐκ παρανομίας αὐτῶν. καὶ οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἕως τότε ἐλπίζω μόνον, μετὰ δὲ τοῦτο οὐκ ἔτι ἐλπίζω· ἀλλ' ἰδίωμά ἐστι γραφικὸν· ὡς καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, Καὶ ἕως ἂν καταγηράσητε ἐγώ εἰμι· δῆλον ὄντος, ὅτι καὶ μετὰ τοῦτό ἐστιν.

3. Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.

DIAPSALMA.

Et idcircò, inquit, te Deum inuoco, qui semper mihi benefecit, iam inde ex maioribus, etiam ab Ægypto huc vsque.

γ΄. Κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον· τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ διὰ τοῦτό, φησι, σὲ τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι, τὸν ἀεὶ εὐεργετήσαντά με, ἄνωθεν καὶ ἐκ προγόνων, ἐκ τῆς κατ' Αἴγυπτον ἄχρι τοῦ δεῦρο.

* Vulgata liberauit

4. Misit de cælo, & * saluum fecit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Præsta igitur, inquit, mihi hoc beneficium, vt liceat mihi hæc dicere cum confidentia: Quoniam de cælis nostratia respicis: atq; res nostras quidem direxisti, inimicorum verò ad extremum opprobrium adduxisti.

δ΄. Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔσωσέν με· ἔδωκεν εἰς ὄνειδος τοὺς καταπατοῦντάς με.

Παράσχου οὖν μοι, φησὶ, τὴν εὐεργεσίαν, ἵνα ἐξῇ μοι λέγειν μετὰ παρρησίας ταῦτα· Ὅτι ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπεῖδες τὰ καθ' ἡμᾶς· καὶ τὰ ἡμέτερα μὲν διώρθωσας, τὰ δὲ τῶν ἐχθρῶν πρὸς ὀνειδισμὸν τὸν ἔσχατον ἤγαγες.

Ἐξαπέ-

Ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου ἐκ μέσου σκύμνων·

Ἵνα ἐξῇ μοί, φησι, καὶ ταῦτα λέγειν· ὅτι ἐξαπέστειλε τὴν ἀληθινὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁ θεός, καὶ ἔσωσέν με· καὶ ὡς ἐκ μέσου λεόντων ἐξείλατό με.

έ. Ἐκοιμήθην τεταραγμένος.

Τὸ ἐκοιμήθην ἐταπεινώθην λέγει· Καὶ γάρ, φησιν, οὐ μικρῶς τεταπείνωμαι, ταραττόμενος ὑπὸ τῶν ἐπικειμένων μοι συμφορῶν. Οὐ γὰρ μικροὶ οἱ πολέμιοι· ἀλλ᾽ ὁποῖοι ἐπάγει·

Υἱοὶ ἀνθρώπων, ὀδόντες αὐτῶν ὅπλα καὶ βέλη·

Ὀδόντας νῦν τοὺς λόγους λέγει· ἀπὸ δὲ τῶν λόγων τὰς ἐπιβουλὰς αἰνίττεται. Ὅπλα οὖν εἰσί, φησι, καὶ βέλη οἱ λόγοι αὐτῶν, καὶ τὰ βουλεύματα αὐτῶν· ἀντὶ τοῦ, λεπτικώτατοι εἰσὶ διὰ πάντων. ὅθεν ἐπιφέρει

Καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ὀξεῖα.

Τί οὖν, ἐπειδὴ ἐκεῖνοι τοιοῦτοι;

ς´. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεός· καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.

Ἀλλ᾽ αὐτός, φησι, δέσποτα, δεῖξον σαυτὸν ὑψηλότερον τῶν ἐνθυμημάτων αὐτῶν, καὶ φανερὰν ποίησόν σου τὴν δόξαν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ὅτι σοὶ μέλει τῶν ἐπὶ σοὶ πεποιθότων. εἶτα καὶ ἐπιμένει διηγούμενος τῶν πολεμίων τὰς συμφοράς, ὡς ἂν κινήσειε τὸν δεσπότην πρὸς συμμαχίαν αὐτῶν τῶν πασχόντων κακὰς πλεῖστα. ἐπιφέρει γάρ·

ζ. Παγίδα ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου· καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου.

Τὸ ἡτοίμασαν, ἀντὶ τοῦ, βεβαίως καὶ ἰσχυρῶς ἐνήδρευσάν με φησί. τὸ γὰρ τοῖς ποσί μου ἀντὶ τοῦ ἐμοὶ λέγει· ὥσπερ καὶ τό, Κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου, πάλιν ἀπὸ τῆς γῆς αὐτὸ λέγει. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· Ὅτι τοιαύτας μοι παγίδας κατεσκεύασαν, ὥστε με παντελῶς ἀνακύπτειν μὴ δύνασθαι.

Ὤρυξαν πρὸ προσώπου μου βόθρον· καὶ ἐνέπεσαν εἰς αὐτόν.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum : PARAPHRASIS ANONYMI.

Vt liceat, inquit, mihi etiam hæc dicere: Quoniam misit veram benignitatem suam Deus, & saluum me fecit; & quasi è medio leonum me exemit.

5. Dormiui conturbatus.

Istud *dormiui* humiliatus sũ dicit:Etenim, inquit,haud parum humiliatus sum,à periculis mihi imminentibus cõturbatus.Non enim parui sunt inimici;sed quales sint subiungit:

Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ:

Dentes nunc sermones vocat; à verbis autem insidias innuit. Arma igitur, inquit, & sagittæ, sunt sermones eorum, & consilia eorum; id est, subtilissimi sunt per omnia. vnde subiungit :

Dentes pro sermonibus. Qualia sint arma mala linguæ.

Et lingua eorum gladius acutus.

Quid igitur, cùm ipsi tales sint ?

6. Exaltare super cælos Deus: & * super omnem terram gloria tua.

** Vulgata in*

Sed tu ipse, inquit, Domine, ostende temetipsum sublimiorem esse cogitationibus eorum; & manifestam fac gloriam tuam in omni terra; quoniam tibi curæ est eorum qui in te confidunt. Deinde etiam pergit narrare hostium detrimenta, vt moueret Dominum ad auxilium ferendum ijs qui plurima mala patiebantur. subdit enim:

7. Laqueum parauerunt pedibus meis: * & incuruauerunt animam meam.

** Vulgata omisit &*

Istud *parauerunt* ait, pro, constanter ac validè mihi insidiabantur. Nam illud *pedibus meis* dicit pro mihi;sicut & istud, *Incuruauerunt animam meam,* rursum de terra hoc dicit. Vult igitur significare: Quoniam tantos mihi laqueos parauerunt, vt omninò sursum aspicere non possem.

Impiè insidias agunt.

Foderunt ante faciem meam foueam : & inciderunt in eam.

DIAPSALMA.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Impij in proprios laqueos incidunt.

Illud, *Et inciderunt*, secundùm tempus mutatum est, pro incidant in eam. Vult enim dicere. q. d. Dispone igitur illos Domine, vt ijs laqueis, quos mihi præpararunt, illi ipsi capiantur, ac intereant.

8. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & Psalmum dicam.

Rursus *paratum* pro *firmatum* posuit. Cor enim, meum, inquit, firmatum est ad te laudandum & honorandum.

9. Exurge gloria mea,

Excita, inquit, temeipsum, Domine. (Gloriam enim suam appellat Deum.) Vult igitur dicere. q. d. Exurge itaque Deus meus. Hoc facto enim, inquit, etiam res meæ paratæ sunt. Vnde videtur etiam instrumentis suis imperare; atque ait:

Exurge psalterium & cithara:

Ipse igitur, inquit, Domine temetipsum excita, quoniam instrumenta, quibus te laudaturus sum, iam parata sunt.

Exurgam diliculo.

Diluculum pro celeriter.

Diluculum pro celeriter exurgam dicit. vult enim significare: Quoniam & velociter hoc faciam, non nectens moras post beneficium. vnde subiungit:

10. Confitebor tibi in populis Domine: & Psalmum dicam tibi in Gentibus:

Instituam autem hanc hymnodiam testibus multis præsentibus, cùm Gentium, tum populorum. Et meritò hoc faciam, inquit. Cur?

11. Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

Rursum istud, *Misericordia tua, & veritas tua*, dicit pro misericordia tua vera: illud verò, *Vsque ad cælos, & vsque ad nubes*, idem dicit; pro, Magnam in nos benignitatem demonstrasti, & quæ res humanas excedat.

12. Exaltare super cælos Deus; & super omnem terram gloria tua.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τὸ, καὶ ἐνέπεσαν, ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον, ἀντὶ τοῦ ἐμπέσοιεν εἰς αὐτόν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν. ὅτι παραχώρησον αὐτοὺς δέσποτα, εἰς τὰς παγίδας, ἃς ἐμοὶ ηὐτρέπισαν, εἰς αὐτὰς ἐκείνους ἁλῶναι, καὶ διαφθαρῆναι.

η΄. Ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου· ᾄσομαι, καὶ ψαλῶ.

Πάλιν τὸ ἑτοίμη ἀντὶ τοῦ ἑδραία. ἐμοῦ γάρ, φησιν, ἡ καρδία ἑδραία ἐστιν εἰς τὸ ὑμνεῖν σε καὶ δοξάζειν.

θ΄. Ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου,

Διέγειρον, φησι, σεαυτόν, δέσποτα. (δόξαν γὰρ αὐτοῦ καλεῖ τὸν θεόν.) Βούλεται οὖν εἰπεῖν. ὅτι ἐξεγέρθητι οὖν ὁ θεός μου. Τούτου γὰρ γινομένου, φησί, καὶ τὰ ἐμὰ ηὐτρέπισται. ὅθεν καὶ δοκεῖ ἐγκελεύεσθαι τοῖς ὀργάνοις· καί φησιν·

Ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα·

Αὐτὸς οὖν, φησι, δέσποτα διανάστησον σεαυτόν. τὰ γὰρ ὄργανα, δι᾽ ὧν ἀνυμνεῖν σε μέλλω, ηὐτρέπισται.

Ἐξεγερθήσομαι ὄρθρου.

Ὄρθρου ἀντὶ τοῦ ταχέως ἐξεγερθήσομαι λέγει. θέλει γὰρ εἰπεῖν· Ὅτι καὶ ταχέως τοῦτο ποιήσω, οὐκ ἐπιβραδύνων μετὰ τὴν εὐεργεσίαν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ι΄. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε· ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν·

Ποιήσω δὲ ταύτην τὴν ὑμνῳδίαν πολλῶν παρόντων μαρτύρων, ἐθνῶν τε, καὶ λαῶν. καὶ εἰκότως τοῦτο ποιήσω φησί. διὰ τί;

ια΄. Ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν ἡ ἀλήθεια σου.

Πάλιν τὸ, Ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου, ἀντὶ τοῦ τὸ ἔλεός σου λέγει τὸ ἀληθινόν· τὸ δέ, ἕως τῶν οὐρανῶν, καὶ ἕως τῶν νεφελῶν, τὸ αὐτὸ λέγει· ἀντὶ τοῦ, μεγάλην εἰς ἡμᾶς ἐπεδείξω φιλανθρωπίαν, καὶ ὑπερβάλλουσαν τὰ ἀνθρώπινα.

ιβ΄. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ θεός· καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.

Παράγχ

Παράσχου οὖν, φησι, τὴν βοήθειάν σου, δέσποτα· καὶ δεῖξον σαυτὸν οἷος ὑπάρχεις μέγας· ὅτι τοὺς οὐρανοὺς ὑπερῆρες δόξῃ, καὶ προνοίᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ.

Præbe igitur, inquit, opem tuam, Domine; & ostende temetipsum quàm magnus sis: quoniam gloriâ, & prouidentiâ & clementiâ cælos excedis. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ, ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ.] Δεῖται ἐν προοιμίοις ὁ τοῦ ἐλέησόν με διπλασιασμὸς, ὡσανεὶ σφόδρα κεκακωμένων τῶν αἰτούντων· ἢ, τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κινδύνου παραδηλοῦν, ἀνάλογον αἰτεῖ τὸν ἔλεον. Σκιὰν δὲ θείων πτερύγων ἀντὶ περιβολῆς ἡμῖν γενομένην τις νοῶν, οὐχ ἁμαρτάνει. Διδασκόμεθα δὲ δι' αὐτοῦ, ὡς μέχρις ἐκείνου τῆς συμμαχίας τοῦ ἐλέους δεόμεθα· ἕως ἂν παρέλθοι τὸν βίον ἡμῶν, ἡ κακῶς τούτῳ ἐπιδημήσασα ἁμαρτία. Τὴν δὲ τοιαύτην συμμαχίαν χαρίζεται τὸ πεποιθέναι τῇ δυνάμει τοῦ συμμαχοῦντος, καὶ τὸ τῇ σκιᾷ τῶν θείων πτερύγων καθοπλίζεσθαι. Μέγα δὲ ἡμῖν ἡ ἐκεῖθεν εὐεργεσία, κἂν σκιὰ μόνον πτερύγων, ἀλλὰ μὴ πτέρυγες. Τὸ δὲ, Ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία· ἀντὶ τοῦ, ἡ συμφορὰ ἣν ἐπάγουσι· τοῦτο σαφέστερον ὁ Ἀκύλας, Ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἐπιβουλή· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἕως ἂν παρέλθοι ὁ ἐπηρεαστής. Οὐ παύσομαι, φησιν, ἱκετεύων, ἕως τῶν ἐπιβουλευόντων ἀπαλλαγῶ· τούτους γὰρ οἱ ἑβδομήκοντα ἀνομίαν ἀπὸ τοῦ πράγματος προσηγόρευσαν· ἢ, Ἕως ἐκ μέσου γένηται ὁ σατανᾶς. Ἔστι δὲ καὶ ἁπλούστερον περὶ τούτου εἰπεῖν, Ἕως οὗ παρέλθοι ἡ ἀνομία· ἀντὶ τοῦ, Ἕως ἂν ἐν τῷ παρόντι ὦμεν βίῳ, ἐν ᾧ ἐνεργεῖται ἡ ἀνομία. Μάλιστα γὰρ ἐνταῦθα χρῄζομεν τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ συνεργίας καὶ σκέπης, οὗ πολλοὶ, οἱ ἐπιβουλεύοντες καὶ πολεμοῦντες ἡμᾶς· κατὰ γὰρ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, οὐ τοσαύτης δεόμεθα, πλὴν ἢ τῆς τοῦ θεοῦ εὐμενείας.

γ'. ΚΕΚΡΑΞΟΜΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ.] Κραυγὴν μὲν τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν δηλοῖ. Οὐ μάτην δὲ τὸν ὕψιστον εἶπε. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ἁμαρτία ἑρπηστικὴ, καὶ χαμαιπετής ἐστιν, ὁ ταύτης ἀπαλλαγῆναι ζητῶν, πρὸς τὸν ὕψιστον βοᾷ, ἵν' εἰς ὕψος αἰρόμενος, τῇ βοῇ μακρὰν ἀπὸ τοῦ βλαβεροῦ γένηται θηρίου. Σὲ, φησιν, ἐπικαλοῦμαι, τὸν ἐκ προγόνων εὐεργετήσαντά με. Σωτηρίαν δὲ λέγει, ἣν ἐσώθη ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὅτε μᾶλλον ὑποχείριον ἔλαβε τὸν ἐχθρόν· εἰ καὶ ἐφείσατο·

2\. MISERERE MEI DEVS, MISERERE MEI] In procemijs opus erat geminatione vocum illarum *Miserere mei*, vtpote ijs qui hoc postulabant valdè afflictis: vel, vt periculi immensitatem denotaret, illi proportionatam postulat misericordiam. Vmbram verò alarum diuinarum si quis pro munimento nobis factam intellexerit, minimè aberrarit. Ceterùm per hoc docemur, nos ad istud vsque præsidium misericordiâ indigere; donec pertranseat vitam nostram peccatum, quod malè eam peruadit. Porrò subsidium hoc præstat confidentia in virtute auxiliantis, & vmbræ alarum diuinarum munitio. Magnum autem nobis inde existit beneficium, licet tantùm vmbra alarum, & non ipsæ alæ sint. Istud autem, *Donec transeat iniquitas*; id est, damnum quod inferunt: hoc manifestius Aquila, *Donec transeant insidiæ*; Symmachus verò, *Donec transeat calumniator*. Non cessabo, inquit, obsecrare, donec ab insidiantibus liberer; hos enim Septuaginta iniquitatem à re ipsa nuncuparunt; vel, donec è medio tollatur satanas. Liceat verò etiam simpliciùs de hoc dicere, *Donec transeat iniquitas*: id est, Donec in præsenti vita sumus, in qua iniquitas vires exerit. Maximè enim hîc opus habemus Dei adiutorio & protectione, vbi plurimi sunt, qui nos insidijs & bello impetant: in futuro enim sæculo non tanto præsidio egemus, sed solâ Dei beneuolentiâ.

Vmbra alarum Dei qualis.

Præsens vita insidijs exposita.

3\. CLAMABO AD DEVM.] Clamorem quidem animæ promptitudinem significat. Non temerè autem Altissimum dixit. Cùm enim peccatum serpat, & humi repat, qui ab hoc liberari quærit, ad Altissimum clamat, vt in altum elatus, per vociferationem à fera noxia procul fiat. Te, inquit, inuoco, qui iam inde ex maioribus me beneficijs affecit. Salutem autem vocat; quâ in spelunca seruatus, quando inimicum suum maximè habuit in potestate; tametsi pepercerit ei: quod

Clamor pro animi promptitudine.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Misericordia & veritas est verbum Dei. Psal. 106, 20.

quod sic seruato valdè probrosum erat, quippe saluatori suo temerè insidianti. *Misericordiam* autem & *veritatem* vocat benignitatem, per quam seruatus fuit: vel benignitatis æquitatem ostendit. Vel misericordia & veritas missa est verbum Dei. de quo dictum est: *Misit verbum suum, & sanauit eos.* Id quod sequitur sic habet, *De medio catulorum leonum liberauit animam meam.* Idcircò, licet liberatus sim, attamen conturbatus fui: id est, cum tumultu & perturbatione hoc accidit. Verumtamen tamquam in tranquillo constitutus, nunc quiescens cessaui. Quietem enim somnum appellare solet; vti in isto, *Cùm dedero dilectis suis somnum.* Vel istud, *de medio,* pro, quasi de medio leonum eripuit me: quapropter quoque non mediocriter conturbatus fui, ob imminentes calamitates. Non pusilli enim sunt inimici; sed quales sint subiungit. Hoc Theodotio sic interpretatus est, *Dormiui cum absumentibus*; Aquila verò, *cum vehementibus*; Symmachus autem, *cum ardentibus.* Meritò igitur, inquit, conturbabar inter tales dormiens. Saülem enim & commilitones eius hoc modo nominauit, efferatum eorum animum exponens.

Somnus pro quiete. Psal. 126, 2.

5. FILII HOMINVM DENTES.] Hæc, inquit, feræ sunt filij hominum: quarum dentes sunt arma & sagittæ. Verùm naturæ nostræ conditio minimè nouit has sagittas dentibus insertas. Sed quando quis per passionem efferatus, & per inualescentem malitiam transformatus fuerit, formâ naturali deperditâ, fera fit. Vel fortè cùm catulos leonum nominasset, dentium quoque mentionem fecit, cum hastis ipsos comparans, nec non per linguam instar gladij acuminatam cruentas eorum insidias designans. Deinde damna hostium enumerare pergit, dicens, *Laqueum parauerunt,* &c. Quoniam, inquit, istiusmodi laqueos mihi pararunt, vt sursum aspicere non valerem. per animam seipsum designat. Omnis autem, qui ea quæ deorsum sunt sapit, incuruatam habet animam; cùm ea quæ sursum sunt sapere non valeat. Cuniculos autem, inquit, posuerunt mihi, ac foueas foderunt: verùm contrarijs cuniculis euersi sunt, proprijs laqueis irretiti. Aliter verò, qui rebus aduersis superior existit, cùm quasi sub vmbra alarum diuinarum commoretur, & à terra eleuatus sit, non amplius ad

Improbitas nos feroces facit.

Dolosi proprijs cuniculis euertuntur.

ὃ δὴ καὶ ὄνειδος ἦν τοῦ σεσωσμένου, ὡς μάτην ἐπιβουλεύοντι τῷ σωτῆρι. Ἔλεος δὲ καὶ ἀλήθειάν φησι φιλανθρωπίαν, δι' ἧς ἐσώθη· ἢ τὸ δίκαιον τῆς φιλανθρωπίας δεικνυσιν. ἢ ἔλεος καὶ ἀλήθεια ἐξαποστελλομένη ὁ τοῦ θεοῦ λόγος. περὶ οὗ λέλεκται τό· Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς. Τὸ ἑξῆς οὕτως, Ἐκ μέσου σκύμνων ἐρρύσατο τὴν ψυχήν μου. διό, εἰ καὶ ἐρρύσθην, ἀλλ' ὅμως τεταραγμένος· τουτέστι, μετὰ θορύβου καὶ ταραχῆς. πλὴν ὡς ἐν ἀνέσει γενόμενος, νῦν ἡσυχάσας ἠρέμησα. Τὴν γὰρ ἡσυχίαν ὕπνον εἴωθε καλεῖν· ὡς ἐν τῷ, Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον. ἢ τό, ἐκ μέσου, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐκ μέσου λεόντων ἐξείλετό με· διὸ καὶ οὐ μικρῶς τετάραγμαι, ὑπὸ τῶν ὑποκειμένων συμφορῶν. Οὐ γὰρ μικροὶ οἱ πολεμοῦντες· ἀλλ' οἵους ἐπάγει. Τοῦτο ὁ Θεοδοτίων οὕτως ἡρμήνευσεν, ἐκοιμήθην μετὰ ἀναλισκόντων· ὁ δὲ Ἀκύλας, μετὰ λάβρων· ὁ δὲ Σύμμαχος, μετὰ φλεγόντων. εἰκότως οὖν, φησιν, ἐταραττόμην, μεταξὺ τοιούτων καθεύδων. Τὸν Σαοὺλ γὰρ καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ οὕτως ὠνόμασε, τὸ θηριῶδες τῆς γνώμης αὐτῶν ἐξηγούμενος.

ε. ΥΙΟΙ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΟΙ ΟΔΟΝΤΕΣ.] Τὰ θηρία, φησί, ταῦτα υἱοὶ ἀνθρώπων εἰσίν· ὧν οἱ ὀδόντες ὅπλα καὶ βέλη. Πλὴν οὐκ οἶδεν ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν κατασκευὴ τὰ βέλη ταῦτα τοῖς ὀδοῦσιν ἐγκείμενα. ἀλλ' ὅταν τις ὁμοιωθῇ πρὸς τὸ πάθος, καὶ μεταμορφωθῇ πρὸς τὴν ἐπικρατοῦσαν κακίαν, ἀπολέσας τὴν κατὰ φύσιν μορφήν, θηρίον γίνεται. ἢ εἰκότως σκύμνους ὀνομάσας, ἐμνήσθη καὶ ὀδόντων, αἰχμαῖς αὐτοὺς ἀπεικάζων, καὶ τεθηγμένην τὴν γλῶτταν ὡς μάχαιραν τὰς μιαιφόνους αὐτῶν σημαίνων ἐπιβουλάς. Εἶτα ἐπιμένει διηγούμενος τῶν πολεμίων τὰς συμφοράς, Παγίδα, λέγων, ἡτοίμασαν, καὶ ἑξῆς. Ὅτι, φησί, τοιαύτας μοι παγίδας κατεσκεύασαν, ὥστε μὴ δύνασθαί με ἀνακύψαι. ἀπὸ τῆς ψυχῆς γὰρ ἑαυτὸν λέγει. Καὶ πᾶς δὲ τὰ κάτω φρονῶν, κατακεκαμμένην ἔχει τὴν ψυχήν· μὴ δυνάμενος τὰ ἄνω φρονεῖν. καὶ λόχους δέ μοι, φησίν, ἔστησαν, καὶ βόθρους ὤρυξαν· ἀλλ' ἀντελοχήθησαν, ταῖς οἰκείαις πάγαις ἐμπαρέντες. Καὶ ἄλλως δέ, ὁ ὑπεραρθεὶς τῶν ἐναντίων, ὡς ὑπὸ σκιὰν τῶν θείων πτερύγων αὐλίζεσθαι, καὶ ἀπὸ γῆς ἐπαρθῆναι, οὐκέτι εἰς

γῆν

γῆν βλέπει, ἀλλὰ τὸν οὐρανὸν φαντάζεται, Ὑψώθητι, λέγων, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός. Καὶ δείκνυσι τὰ κατ' αὐτοῦ τῶν ἐχθρῶν μηχανήματα καθ' ἑαυτῶν γινόμενα. Αὐτὸς δὲ τὴν θείαν δόξαν ἐν ἑτοίμῳ ἔχει ὑμνεῖν, οὕτω λέγων·

η'. Ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ Θεός.] Ἐμοῦ, φησι, ἑδραία ἡ καρδία ἐστὶν εἰς τὸ ὑμνεῖν σε. Προφανῶς γὰρ ὁρῶν σου τὴν πρόνοιαν, οὐ δέδοικα τὰ παντοδαπὰ τῶν ἐχθρῶν μηχανήματα· ἀλλ' ἕτοιμός εἰμι τὰς σὰς εὐεργεσίας ὑμνεῖν· ὡς μακάριος ἐκεῖνος, οὗ ἡ καρδία πρὸς εὐφημίαν τῆς θείας δόξης ἡτοίμασται, καὶ οὐκ ἀναβάλλεται τὴν ᾠδὴν, ἀλλὰ προσκαλεῖται ζῶντα ὄργανα ὀνομαστὶ πρὸς τὴν τῆς ὑμνῳδίας ὑπηρεσίαν, Ἐξεγέρθητι, λέγων, ἐξεγέρθητι ψαλτήριον καὶ κιθάρα. ὅπερ τοῦ διπλοῦ ἀνθρώπου, τοῦ φαινομένου καὶ κεκρυμμένου, τὴν ἐναρμόνιον ὑμνῳδίαν ἐνδείκνυται. Καιρὸς δὲ τῆς τοιαύτης μουσικῆς ὄρθρος ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ τῷ μὴ ἀποθεμένῳ τὰ ἔργα τοῦ σκότους, ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ διεγείρεται. Τὴν εὐχαριστίαν δὲ ἐξομολόγησιν λέγει, ἐν λαοῖς πληρουμένην καὶ ἔθνεσι· μερίζεται γὰρ πρὸς ἄμφω ἡ χάρις. Οὐ γὰρ δὴ Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν· ἀπ' ἀμφοτέρων οὖν ἡ εὐχαριστία. Ὅτι τῆς ἁμαρτίας ἀφανισθείσης, ὑπερέχει ἐν τῷ ἰδίῳ μεγέθει τὸ θεῖον ἔλεος. τὰ δὲ ῥήματα τῆς δοξολογίας, τὸ Ὑψώθητι, καὶ ἑξῆς. Ὅσον γὰρ πλεονάζει κατὰ γῆν ἡ τοῦ Θεοῦ δοξολογία, διὰ τῶν σωζομένων· τοσοῦτον αἱ ἄνω δυνάμεις, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν ἀγαλλόμεναι, τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦσιν.

Ἄλλος. Ἑαυτῷ λοιπὸν ἐγκελεύεται τὸν θεῖον ἐξυφαίνειν ὕμνον· δόξαν μὲν οἰκείαν τὴν προφητικὴν χάριν καλῶν· ἑαυτὸν δὲ ψαλτήριον καὶ κιθάραν· ὡς γεγενημένος τοῦ πνεύματος ὄργανον· (τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν διὰ τοῦ ψαλτηρίου, τὸ δὲ σῶμα διὰ τῆς κιθάρας αἰνίττεται.) ἢ καὶ αὐτὰ τὰ συνήθη ὄργανα ἀναλαμβάνει, ἐπὶ τῷ ἀνακρούσασθαι συνήθως τὰ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὑποβαλλόμενα· οἷς προστίθεται τὸ, Ἐξεγέρθητι ὄρθρου. ἀντὶ τοῦ· φωτισθεὶς διὰ τοῦ πνεύματος τῆς προφητείας, οὐ νῦν μόνον ὑμνήσω· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡλίου ἀνατείλαντος, καὶ τῆς προσδοκωμένης ἡμέρας τὸν ὄρθρον ὑποδείξαντος, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων καὶ τῶν πιστευόντων λαῶν χοροδιδάσκαλος ἔσομαι. Οὐ γὰρ μόνος ὁ οὐρανὸς, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ ἄγγελοι, τὸ σὸν ἐπέγνωσαν ἔλεος·

terram respicit, sed cælum imaginatur, dicens, *Exaltare super cælos Deus.* Et inimicorum aduersum se machinationes contra ipsosmet fieri ostendit. Ipse autem ad diuinam gloriam laudandam expeditus est, sic dicens: COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

8. PARATVM COR MEVM DEVS.] Meum, inquit, cor firmatum est ad te laudandum. Manifestò enim tuam cernens prouidentiam, minimè veritus sum omnigenas inimicorum machinationes; sed paratus sum ad beneficia tua collaudanda; quemadmodum beatus ille, cuius cor ad diuinæ gloriæ celebrationem expeditum est, neque canticum differt, sed viua instrumenta nominatim ad hymnodiæ subseruiendum inuitat, dicens, *Exurge, exurge psalterium & cithara.* quod gemini hominis, scilicet apparentis & occulti, concinnum laudis canticum designat. Tempus autem istiusmodi musicæ est matutinum. Neque enim illi, qui tenebrarum opera non abiecit, Dei gloria exurgit. Ceterùm gratiarum actionem vocat confessionem, quæ in populis & Gentibus complenda sit: gratia enim vtrisque distribuitur. Nam *non Iudæorum Deus tantùm, sed & Gentium:* quare ab vtrisque gratiarum actio præstanda. Quoniam peccato deleto, in propria magnitudine Dei misericordia supereminet. Porrò verba glorificationis sunt, *Exaltare*, &c. Quantum enim in terra laudis Dei canticum, propter eos qui saluandi sunt, exuberat; tantum supernæ virtutes, de salute nostra exultantes, Deum collaudant. *Non differenda laus Dei.* — Rom. 3, 29. — *Misericordia Dei celebranda.*

ALIVS. Deinceps semetipsum exhortatur ad diuinum hymnum contexendum: propriam quidem gloriam appellans gratiam propheticam; semetipsum verò Psalterium & citharam: vt qui spiritus instrumentum factus sit: (animam enim per Psalterium, corpus verò per citharam innuit.) Vel etiam illa ipsa consueta resumit instrumenta, vt consueto more pulset illa quæ spiritui subiecta sunt: quibus adiungitur illud, *Exurge diluculo.* id est: Vbi illuminatus fuero per spiritum prophetiæ, non modò tantùm laudes decantabo; sed etiam sole oriente, & expectatæ diei diluculum ostendente, omnium Gentium ac fidelium populorum chorimagister ero. Siquidem non solùm cælum, & qui in eo sunt Angeli, misericordiam tuam cognouerunt; *Quomodo spiritales hymni decantandi.*

CATENA PATRVM. *Nubes sunt Prophetæ.*

sed etiam per nubes veritatem tuam demonstrasti, nubes Prophetas appellans. Quemadmodum enim nubes aliunde pluuiarum occasiones accipit; sic etiam Prophetæ & Apostoli desuper inspirati spiritalem irrigationem animis hominum instillarunt: per quos manifestatâ veritate cognitus fuit Altissimus, qui tam supernorum quàm infernorum Dominus existit. Vel quoniam misericordia, quæ missa fuit, talia perfecit, vt etiam Dauid propheticè confiteatur tibi, & in cunctis Gentibus psallat tibi: *Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua.* Siquidem vsque ad cælos attraxit eos qui inter homines proficiunt. Nubes autem sunt Prophetæ, qui consilio diuinæ prouidentiæ subseruiunt. Hinc autem probat Deum hominibus prospicere, eò quòd vsque ad cælos eius gubernatio extendatur, & veritas inspectionis eius vsque ad nubium dispensationem pertingat.

ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν νεφελῶν τὴν ἀλήθειάν σου δεδήλωκας, νεφέλας τοὺς προφήτας καλῶν. ὡς γὰρ ἡ νεφέλη ἑτέρωθεν δέχεται τῶν ὄμβρων τὰς ἀφορμάς· οὕτω καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ Ἀπόστολοι ἄνωθεν ἐμπνεόμενοι τὴν πνευματικὴν ἄρδειαν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς προσήνεγκαν· δι' ὧν τῆς ἀληθείας φανείσης πᾶσιν ἐγνώσθη ὁ ὕψιστος, ὃς καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω δεσπόζων. Ἢ ὅτι τοιαῦτα κατώρθωσε τὸ ἀποσταλὲν ἔλεος, ὡς καὶ τὸν Δαβὶδ προφητικῶς ἐξομολογεῖσθαί σοι, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ψάλλειν σοι· ὅτι ἐμεγαλύνθη ἕως τῶν οὐρανῶν τὸ ἔλεός σου. Ἐπεὶ μέχρι τῶν οὐρανῶν τοὺς ἐν ἀνθρώποις προκόψαντας εἵλκυσε. νεφέλαι δὲ οἱ προφῆται, τῷ τῆς θείας προνοίας βουλήματι διακονούμενοι. οὕτω δὲ παρίστησι προνοεῖν ἀνθρώπων τὸν θεὸν, ἐκ τοῦ μέχρι τῶν οὐρανῶν ἐκτείνεσθαι αὐτοῦ τὴν διοίκησιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ μέχρι τῆς τῶν νεφελῶν φθάνειν ὑπηρεσίας.

CATENA PATRVM.

Argumentum & historia huius Psalmi.

ATHANASII. Dauid Saülem persequentem fugiens, venit in speluncam cum sexcentis viris: quando etiam partem chlamydis Saülis abscidit, tunc vtique hunc Psalmum cecinit. Refertur autem etiam ad ea quæ à Christo pro nobis gesta sunt, quando in nouissimis diebus in carne apparens super terram, eliminauit nostram corruptionem.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Φεύγων τὸν Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ διώκοντα, ἦλθεν εἰς σπήλαιον μετὰ ἀνδρῶν χʹ· ὅτε καὶ τὴν διπλοΐδα τοῦ πτερυγίου ἔτεμε τοῦ Σαοὺλ, τότε δὴ καὶ τὸν ψαλμὸν ᾄδει. ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς τὰ πεπραγμένα ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ Χριστοῦ, ὅτε ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ὀφθεὶς μετὰ σαρκὸς ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπήλασεν ἡμῶν τὴν φθοράν.

THEODORI. De ijsdem etiam hîc agit: sed in præcedenti quidem Psalmo loquitur de ijs tamquam in calamitatibus constitutis, & grauia tolerantibus, atque idcircò Dei opem implorantibus; hîc verò tamquam de agentibus gratias pro victorijs obtentis, licet pusillo aliquo adhuc superstite residui mali.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Περὶ τῶν αὐτῶν κἀνταῦθά φησιν· ἀλλ' ἐν μὲν τῷ προτέρῳ ὡς ἐν συμφοραῖς ὄντων καὶ πασχόντων μεγάλα φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ βοήθειαν αἰτούντων· ἐνταῦθα δὲ ὡς ἐπὶ γεγενημέναις νίκαις κατὰ τῶν ἐχθρῶν εὐχαριστούντων, εἰ καὶ ὡς ὀλίγου τινὸς ὄντος ἔτι τοῦ περιλιμπανομένου κακοῦ.

Dauid bis fugit in speluncam.

1. Reg. 22, 1.

1. Reg. 24, 1.

1. Paral. 12.

Psal. 141, 1.

ANONYMI. Videtur Dauid in speluncam bis fugisse à facie Saül; vti Regum Historia docet. Verùm ea quæ præ manibus est tituli inscriptio, in spelunca Odollam; illa verò oratio, quæ in Psalmo centesimo quadragesimo primo habetur, facta est in spelunca Engaddi, quando Saüle in spelunca præparato, repertus est intus latens. Ait enim ibi, *Voce mea ad Dominum clamaui*, & quæ sequuntur; angustiam in qua versabatur exponens; & adhuc ampliùs per ea quæ subiungit,

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φαίνεται μὲν ἐν τῷ σπηλαίῳ δὶς φεύγων Δαβὶδ ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, ὡς ἡ τῶν βασιλειῶν ἱστορία διδάσκει. ἀλλ' ἡ μὲν μετὰ χεῖρας στηλογραφία, ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολάμ· ἡ δὲ ἐν τῷ ρμαʹ προσευχὴ, ἐν τῷ σπηλαίῳ Ἐγγαδδὶ, ὅτε τοῦ Σαοὺλ παρασκευαζομένου ἐν τῷ σπηλαίῳ, εὑρίσκεται ἔνδον κρυπτόμενος. Φησὶ γὰρ ἐκεῖ, Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ τὰ ἑξῆς, τὴν συνοχὴν ἐν ᾗ ἐξητάζετο παριστὰν, καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ὧν ἐπάγει,

Ἀπώλετο

Ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ· περὶ τὰ θύρας γὰρ τοῦ σπηλαίου καθεζομένου τοῦ Σαοὺλ ἀπεγνώκει ἔνδον, καθεζόμενος τὴν ἑαυτοῦ φυγήν. εἰκότως οὖν καὶ προσευχὴν ἐπιγράφει τοὺς λόγους, δηλῶν διὰ τῆς προγραφῆς τὸν καιρόν. Ἡ δὲ μετὰ χεῖρας στηλογραφία, λέλεκται αὐτῷ, ὡς οἶμαι, ὅτε ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ, πάντας ὑποδεχομένῳ τούς τε ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ συγγενεῖς καὶ τοὺς λοιποὺς φυγάδας, τάχα δι' αὐτὸν ἐπιβουλευομένους. Ἀλλὰ καὶ πᾶς κατώδυνος τῇ ψυχῇ, καὶ πᾶς ἀδικούμενος, κοινωνὸς ἐγένετο τῆς τοῦ Δαβὶδ φυγῆς, παραμυθούμενοι τὰ ἑαυτῶν κακὰ, ἄνδρα δίκαιον ὁρῶντες ἀδίκως ἐλαυνόμενον. Ἐπὶ σχολῆς τοίνυν διάγων ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ Ὀδολλὰμ, τὴν παροῦσαν ἔγραψε στηλογραφίαν. Παρίστησι δὲ τοῦτο τὰ ἐπιλεγόμενα, καὶ μάλιστα δι' ὧν φησιν· Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔσωσέ με. καὶ· ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοὺς γὰρ ἐν Γὲθ ἀλλοφύλους διαφυγὼν, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ τυγχάνων, καὶ ἐν ἀνέσει διάγων, τὰς τοιαύτας ἠφίει φωνάς· καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τῶν ἐπιφερομένων· Ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ θεὸς, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα γὰρ πολλῆς σχολῆς ἐμφαντικὰ τυγχάνουσιν, ἀλλὰ καὶ θυμηδίας. οὐχ οἷός τε δὲ ἦν ταῦτα λέγειν ἐν τῷ σπηλαίῳ Ἐγγαδδὶ, συνεχόμενος ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ περὶ τοῦ σπηλαίου καθεζομένου· οὐ γὰρ τότε ψαλτήριον ἀναλαμβάνει καὶ κιθάραν, ὡς ἐν σχολῇ καὶ ἀνέσει διάγων. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ εἰκότως λέγει, ἀπώλετο φυγὴ ἀπ' ἐμοῦ· καὶ, ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου. Ἴωμεν δὲ ἐπὶ τὴν τῶν μετὰ χεῖρας ἐξήγησιν. εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἤλαυνε μὲν οὖν ὁ Σαοὺλ τὸν Δαβίδ· ὁ δὲ ἔργοις ἐπετέλει τὸ, Ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν. Ἀπεδίδρασκεν, ὡς ἂν μὴ παρὼν ἐρεθίζοι τὸν ἐχθρὸν, αἴτιός τε αὐτῷ γένοιτο μιαιφονίας. Καί μοι δοκεῖ τοῦτο αἰνίττεσθαι Παῦλον λέγοντα, Ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Τῆς δὲ αὐτοῦ ταπεινοφροσύνης, καὶ πραότητος καὶ ἀνεξικακίας ἀξίαν ἀνατίθησι στηλογραφίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐδεῖτο παραμονῆς καὶ τῆς ἐπὶ μήκιστον φυλακῆς ἡ τοιαύτη ἀρετὴ, διὰ τοῦτο ἐπιγέγραπται, εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς· μένε δὲ διόλου τοιοῦτος. Τὸ γὰρ θεῖον πνεῦμα οἱονεὶ ἀποδεχόμενον τὴν ἁπλότητα τῆς τοῦ δικαίου ψυχῆς, αὐτῷ νοερῶς ἐπηχεῖ, τὸ εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς· μένε δὲ

CATENA PATRVM.

Periȷt fuga à me: nam Saüle præ ſpeluncæ foribus ſedente intus ſedens, de fuga ſua deſperabat. Meritò igitur etiam orationem inſcribit ſermones illos, per titulum tempus ipſum indicans. Verùm ea quæ præ manibus eſt huius tituli inſcriptio, dicta eſt ab ipſo, vti autumo, in ſpelunca Odollam exiſtente, atque omnes, cùm fratres, tum cognatos ceteroſque profugas excipiente, qui propter ipſum fortè inſidias patiebantur. Ceterùm omnis quoque qui animo contriſtatur, atque omnis qui iniurijs afficitur, huius fugæ Dauidis particeps efficitur, dum ſe in malis ſuis ſolantur, videntes virum iuſtum iniuſtè eiectum. Dum igitur cum otio agebat in ſpelunca Odollam, præſentem tituli inſcriptionem conſcripſit. Probant autem hoc ea quæ ſubiunguntur, & præſertim vbi ait: *Miſit de cælo, & ſaluum me fecit*. &: *Miſit Deus miſericordiam ſuam*, &c. Cùm enim in Geth alienigenas effugiſſet, & in ſecuritate exiſteret, atque in tranquillo verſaretur, iſtiuſmodi voces emittebat; vti adhuc magis probant ſequentia: *Paratum cor meum Deus*, &c. illa enim magnam tranquillitatem atque animi alacritatem indicant. Neque verò hæc dicere poterat in ſpelunca Engaddi, cùm ibidem à Saüle ante ſpeluncam ſedente detinebatur: non enim tunc pſalterium ac citharam aſſumpſit, quaſi in otio ac tranquillo verſaretur. Quapropter illic meritò dicit, *Periȷt fuga à me*; &, *Educ de cuſtodia animam meam*. Psal. 141, 5. Veniamus nunc ad eorum quæ præ manibus ſunt expoſitionem. *In finem ne corrumpas*, &c. Saül quidem Dauidem exturbabat; hic verò operibus adimplebat illud, *Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam*. Matt. 10, 23. Fugit, ne præſens inimicum irritaret, atque illi occaſio fieret homicidiȷ. *Sancti ſemper malos fugerunt.* Huc Paulus quoque alludere videtur, dicens, *In ſolitudinibus errantes, & montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ*. Heb. 11, 38. Ceterùm humilitatis, & manſuetudinis & iniuriarum tolerantiæ dignam proponit tituli inſcriptionem. Quoniam verò perſeuerantiæ & diuturnæ maximè obſeruantiæ eſt virtus iſtiuſmodi, idcircò inſcripſit, *In finem ne corrumpas*; ſed manè ſemper talis. Nam Spiritus diuinus animæ iuſtæ ſimplicitatem quodammodò approbans, ſpiritaliter illi inſonat iſtud, *In finem ne corrumpas*; ſed manè ſemper iſtiuſ-

CATENA PATRVM.

istiusmodi, vt tituli inscriptionem & memoriam æternam consequaris.

2. MISERERE MEI DEVS.] ATHANASII. Ex persona humanitatis hanc ipsi hymnodiam Dauid obtulit.

THEODORI. Vberem, inquit, mihi præbe benignitatem tuam: hoc enim per geminationem illam significare cupit.

DIDYMI. Geminatio illa declarat, quòd & in præsenti hac vita & in futura Dei misericordiâ egeamus. Vmbram autem alarum vocat curam. Ceterùm quoniam vmbra priùs discreta est à veritate, quod cupit est eiusmodi. q. d. Dum in hac vita sum, in vmbra alarum tuarum existo, sperans etiam super ipsasmet alas venire, virtute & intelligentiâ spiritali alatus. Alæ porrò Dei sunt sublimes de illo cogitationes.

Alæ sunt sublimes cogitationes.

Iniquitas est res transitoria.

EIVSDEM. Quòd pertranseat iniquitas, designat ipsam esse temporaneam. Quemadmodum igitur pertransit, sic etiam ab aliquo tempore incipit iniquitas. de quadam enim eius specie dicitur: Neque erat ab initio, neque in æternum erit.

ORIGENIS. Donec quidem transeat iniquitas, sperat iustus in vmbra alarum Dei: quando verò pertransierit, & in nihilum euanuerit, non ampliùs in vmbra, sed in ipso sperabit. Ceterùm possent hæc etiam hoc modo distingui. q. d. Sperabo quidem in vmbra alarum tuarum; donec verò transeat iniquitas, clamabo ad Deum altissimum.

Alæ sunt symbolum prouidentiæ. Matt. 23, 37.

ATHANASII. Solet diuina Scriptura prouidam Dei virtutem alas appellare, iuxta quod dictum est: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.* In tuâ igitur ope, inquit, spem habeo, *donec transeat iniquitas:* id est, Donec è medio tollatur satanas, & vnà cum ipso prauæ potestates.

Iniquitas humi serpit.

DIDYMI. Cùm enim iniquitas serpat, & humi repat, is qui ab hac liberari cupit, ad Altissimum clamat, vt voce suâ in altum eleuatus, à noxia illa bestia remotus fiat. Idcircò vocat Deum altissimum.

Iusti in silentio clamant.

ANONYMI. Iusti solent dici ad Deum voces & clamores emittere, non tam vocis intensione quàm virtute spiritus eminente: quare etiam silentes non raro spiritu clama-

διόλου τοιοῦτος, ὡς ἂν τύχοις στηλογραφίας καὶ μνήμης αἰωνίου.

β. ΕΛΕΗΣΟΝ ΜΕ Ο ΘΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκ προσώπου τοῦ ἀνθρωπότητος τὴν εἰς αὐτὸν ὑμνῳδίαν προσέφερεν ὁ Δαβίδ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δαψιλῆ μοι, φησὶ, παράσχου τὴν παρὰ σοῦ φιλανθρωπίαν· τοῦτο γὰρ τῷ διπλασιασμῷ σημαίνειν βούλεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ἐπιδιπλασιασμὸς δηλοῖ, ὅτι καὶ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἐλέου Θεοῦ χρῄζομεν. σκιὰν δὲ πτερύγων τὴν θείαν κηδεμονίαν καλεῖ. Ὅτι δὲ προδιεστέλλετο ἡ σκιὰ τῇ ἀληθείᾳ, ὃ βούλεται τοιοῦτόν ἐστιν. ἐν τῷ βίῳ τούτῳ τυγχάνων, ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων εἰμὶ, ἐλπίζων καὶ ἐπ' αὐτὰς τὰς πτέρυγας ἐλθεῖν, ἐπτερωμένος ἀρετῇ καὶ νοήσει πνευματικῇ. Πτέρυγες δὲ Θεοῦ εἰσὶν αἱ ὑψιπετεῖς περὶ αὐτοῦ νοήσεις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τὸ παρέρχεσθαι τὴν ἀνομίαν, δηλοῖ πρόσκαιρον αὐτὴν εἶναι. Ὥσπερ οὖν παρερχομένη, οὕτω καὶ ἀπό τινος χρόνου ἀρξαμένη ἐστὶν ἡ ἀνομία. περὶ γάρ τινος εἴδους αὐτῆς εἴρηται· οὔτε ἦν ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἕως μὲν παρέλθοι ἡ ἀνομία, ἐλπίζει ὁ δίκαιος ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων τοῦ Θεοῦ· ἐπὰν δὲ παρέλθοι, καὶ ἀνυπαρκτος γένηται, οὐκέτι ἐλπίσει ἐν σκιᾷ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ. Δύναται δὲ καὶ οὕτω τομεῖσθαι ταῦτα. ἐλπιῶ μὲν ἐν σκιᾷ τῶν πτερύγων σου· ἕως δὲ παρέλθοι ἡ ἀνομία, κεκράξομαι πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ πτέρυγας καλεῖν τὴν ἐπισκοπικὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸ εἰρημένον· Ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας. Ἐπὶ τῇ σῇ οὖν βοηθείᾳ, φησὶ, τὴν ἐλπίδα ἔχω, ἕως οὗ παρέλθοι ἡ ἀνομία· τουτέστιν, ἕως ἐκ μέσου γένηται ὁ σατανᾶς, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ δυνάμεις αἱ πονηραί.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀνομία ἑρπυστικὴ, καὶ χαμαιπετής ἐστιν, ὁ ταύτης ἀπαλλαγῆναι ἐπιθυμῶν, πρὸς τὸν ὕψιστον βοᾷ, ἵν' εἰς ὕψος αἰρόμενος τῇ βοῇ, μακρὰν ἀπὸ τοῦ βλαβεροῦ θηρὸς γένηται. διὸ τοῦτό φησι τὸν Θεὸν τὸν ὕψιστον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κραυγὰς καὶ βοὰς εἰώθασιν οἱ δίκαιοι τῷ Θεῷ λέγειν πέμπειν, οὐκ ἐντόνῳ τῇ φωνῇ, δυνάμει δὲ ψυχῆς ὑπερβαλλούσῃ· διὸ καὶ σιωπῶντες πολλάκις τῷ πνεύματι ἐβόων.

ἰδόντ. Αὐτὸ γὰρ τὸ πνεῦμα στεναγμοῖς ἀλαλήτοις ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὕτως οὖν καὶ Δαβὶδ ἐκεκράγει πρὸς τὸν Θεόν. Εἶθ' ὡς ἂν ἤδη πεῖραν εἰληφὼς τοῦ ἑαυτοῦ σωτῆρος εὐγνωμόνως, ἐπάγει, λέγων, τὸν Θεὸν τὸν εὐεργετήσαντά με.

δ'. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ, ΚΑΙ ΕΣΩΣΕΝ ΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σαφῶς τὴν κάθοδον τοῦ κυρίου κηρύσσει.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοιαῦτα γὰρ ἃ πεποίηκε. Καλῶς δὲ τὸ ἐξαπέστειλεν, ὡς ἐπὶ βασιλέως δυνατοῦ, βοήθειαν καὶ συμμαχίαν ἀποστείλαντος. Ἐξ οὐρανοῦ δὲ εἰπὼν, ἔδειξε τῆς βοηθείας τὸ ἰσχυρόν. Αὐτὸς γάρ, φησι, συμμαχήσας ἔσωσεν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐξ οὐρανοῦ ἤτοι τὸν σωτῆρα ἐξαπέστειλεν, ἢ ἄγγελον σώζοντα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ ἀποσταλεὶς ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὸ σῶσαι, ὁ κύριός ἐστι, φάσκων· Καταβέβηκα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Τοῦτον γὰρ, ὄντα λόγον αὐτοῦ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς, καὶ ἰάσατο τοὺς τετρωμένους ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. Ζητήσειε δὲ ἄν τις, τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἀποστάλθαι εἰ τοπικὴν ἐκ τοῦ σωματικοῦ οὐρανοῦ ἐκπομπὴν δηλοῖ. Δόξει γὰρ ἄλογον, εἶναι τοπικὴν κατάβασιν τῷ Θεῷ προσάπτειν. Μήποτ' οὖν σημαίνει ἡ οὐράνιος φωνὴ τὴν ἀσώματον καὶ νοητὴν οὐσίαν· κατὰ τὸ, Θησαυρίζετε ἐν οὐρανῷ· καὶ τὸ, ὁ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω. Ὁ ἐν μορφῇ τοίνυν Θεοῦ, καὶ ἴσα Θεῷ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου λαβὼν, εἰς ἀνθρώπους ἥκει. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἀποστεῖλαι· ἵνα ὁ θεὸς λόγος σὰρξ γένηται, καὶ ἐπὶ γῆς ὀφθεὶς ἀνθρώποις συναναστραφῇ. Τὰ ἴσα καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μυσταγωγῶν ὁ Πέτρος γράφει· ἃ νῦν ἀνηγγέλη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμῖν, πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ. Ἀποσταλὲν γὰρ ἐκ τοῦ νοητὴν οὐσίαν τυγχάνειν, τὸ πνεῦμα ἀνθρώποις ἐνῳκίσθη τοῖς εὐαγγελισαμένοις ὑμῖν.

ΕΔΩΚΕΝ ΕΙΣ ΟΝΕΙΔΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὰς νοητὰς δηλονότι καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐν τῷ περὶ τούτου λέγει, Κατεπάτησέ με ἄνθρωπος· καλῶς οὖν ὧδε, τοὺς καταπατοῦντάς με (ἐκείνους, φησὶ, τοὺς πάντη τρόπῳ διαπατεῖν καὶ διαλύειν βουλομένους) τοσούτοις περιέβαλε κακοῖς, ὥστε ὀνειδίζεσθαι παρὰ πάντων, ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ περὶ τούτου διὰ τοῦ

bant. *Ipse* enim *Spiritus*, secundùm Apostolum, *postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Sic igitur etiam Dauid clamabat ad Deum. Deinde tamquam qui Saluatoris sui iam pridem experimentum ceperit, ex gratitudine subiungit, dicens, *Deum qui benefecit mihi.* [CATENA PATRVM. Rom. 8, 26.]

4. MISIT DE CÆLO, ET SALVVM FECIT ME.] ATHANASII. Perspicuè descensum Domini prædicat.

THEODORI. Talia enim sunt quæ fecit. Pulchrè autem illud *Misit*, tamquam de Rege potente, qui opem & subsidium mittat. Cùm autem dixit *de cælo*, auxilij robur declarauit. Ipse enim, inquit, opitulando saluauit. [*De cælo salus.*]

ORIGENIS. De cælo scilicet Saluatorem misit, vel Angelum saluantem.

DIDYMI. Qui de cælo missus est ad saluandum, Dominus est, qui ait: *Descendi de cælo.* Hunc enim, cùm esset verbum eius, emisit Deus, & sanauit vulneratos à corruptionibus suis. Quæret autem nonnemo, vtrùm emissio illa de cælo localem è corporali cælo emissionem significet. Videatur enim absonum, Deo localem descensum accommodare. Fortè igitur significet cælestis illa vox incorpoream ac spiritalem naturam; iuxtà illud, *Thesaurizate in cælo*; & illud, *Deus in cælo sursum.* Qui igitur in formâ Dei, & æqualis Deo erat, formam serui accipiens, ad homines venit. Atque istud est de cælo mitti; vt Deus Verbum caro fiat, & in terra visus cum hominibus conuersetur. Eadem quoque de Spiritu sancto docens Petrus scribit: *Ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo.* Missus enim ex eo quòd spiritalis naturâ sit, spiritus in hominibus illis habitauit qui euangelizauerunt vobis. [Ioan. 6, 38. — *Quomodo Dei Verbum è cælo mittatur.* — Matt. 6, 20. Deut. 4, 39. Philip. 2, 6. Ioan. 1. Bar. 3, 38. 1. Pet. 1, 12.]

DEDIT IN OPPROBRIVM.] ATHANASII. Spiritales nimirum & aduersarias potestates.

THEODORI. In præcedenti Psalmo ait, *Conculcauit me homo:* pulchrè igitur hîc, *conculcantes me* (illos, inquit, qui omni modo conculcare & dissipare volebant) tantis malis circumdedit, vt omnibus opprobrio sint, ob suas calamitates. [Psal. 55.]

ANONYMI. Qui antehac præ despectu

CATENA PATRVM.

me conculcabant, in opprobrium dati sunt, Deo cælitus misso, vt saluaret. Cùm enim viderem Dei Filium salutis meæ curam gerere, contemptos & opprobrio habitos vidi illos, qui conculcauerant eum, quem Deus saluum fecit.

5. MISIT DEVS MISERICORDIAM SVAM.] ATHANASII. Misericordia & veritas Patris est Filius.

Quale sit Dei subsidium.

THEODORI. Dixit quodnam subsidium à Deo missum sit, scilicet benignitas & veritas, more solito illa sibi mutuo coniungens, vt per misericordiam quidem benignitatem ac gratiam designaret; per veritatem verò, gratiæ firmitatem atque potentiam.

DIDYMI. Cùm in præcedenti versu dixerit, *Misit de cælo*, minimè expresso quid missum sit; nunc exponit illud, *Misericordia & veritas:* quæ non sunt secundùm naturam diuersa, sed ipsemet Saluator.

Dei Verbum misericordia & veritas, & lux. Psal. 106, 20.

EVSEBII. Sensum superiùs deficientem per proposita reddidit. Nam misericordia & veritas missa, quid aliud sint quàm Dei Verbum, de quo dixit: *Misit verbum suum, & sanauit eos.* Idem quoque lux missa dicitur. Porrò lux, & Verbum & veritas emissa ab Altissimo, haudquaquam mentis aut subsistentiæ expertia sint. Idem etiam misericordia nominatur. *In medio* autem *catulorum leonum* existens *dormiui conturbatus.* Relictus enim medius inter catulos leonum allophylorum in Geth, vel aliorum hostium me oppugnantium, quantum erat in me, ex humana infirmitate dormiebam conturbatus; verùm Altissimus prædictum verbum suum, & veritatem atque misericordiam suam mittens, liberauit animam meam, vt nihil ex catulorum leonum perturbatione pateretur: secundùm reliquos verò non conturbatus, sed intrepidus eram & animosus. Dicit itaque Aquila, *In medio leænarum dormiam cum vehementibus*; Symmachus verò, *In medio leonum, animosus existens, dormiebam.* Quinam autem sint hi leones, vel leænæ, aut catuli leonum, exinde declarat.

Quid per catulos leonum intelligatur.

ATHANASII. *De medio catulorum leonum*, scilicet spiritalium. Et quoniam, inquit, de spiritualibus leonum catulis liberatus sum; idcircò etiam quiescam, licet olim ab ijs fuerim conturbatus.

ἐξουδενίζειν καταπατοῦντές με, εἰς ὀνειδισμὸν ἐδόθησαν, θεοῦ ἀποστείλαντος ἐξ οὐρανοῦ, ὅπως σωθῶ. Ἑωρακὼς γὰρ τὸν τοῦ θεοῦ υἱὸν φροντίσαντα τῆς σωτηρίας μου, ἀσχημονοῦντας αὐτοὺς καὶ ὀνειδιζομένους, εἶδον καταπατήσαντας, ὃν ὁ θεὸς ἔσωσεν.

ἐ. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ Ο ΘΕΟΣ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἔλεος καὶ ἀλήθεια τοῦ πατρὸς ὁ υἱός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἶπε τίς ἡ ἀποσταλεῖσα παρὰ θεοῦ συμμαχία, ἡ φιλανθρωπία καὶ ἡ ἀλήθεια, συνήθως αὐτὰ συνάψας ἀλλήλοις, ἵνα τῷ μὲν ἐλέῳ τὴν φιλανθρωπίαν σημάνῃ καὶ τὴν χάριν· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, τὸ ἰσχυρὸν καὶ βέβαιον τῆς χάριτος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν τῷ προάγοντι στίχῳ εἰπών, Ἐξαπέστειλεν ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ εἰρηκὼς τί τὸ ἀποσταλέν· νῦν ἑρμηνεύει ὅτι, τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια· ἅπερ οὐχ ἕτερα κατ' οὐσίαν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σωτήρ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὴν ἄνω λείπουσαν διάνοιαν διὰ τῶν προκειμένων ἀπέδωκεν. Ἔλεος γὰρ καὶ ἀλήθεια ἐξαποστελλομένη, τίς ἂν εἴη ἢ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, περὶ οὗ ἔλεγεν· Ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς. Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ φῶς ἀποστελλόμενον εἴρηται. Φῶς δὲ, καὶ λόγος καὶ ἀλήθεια ἐξαποστελλόμενα παρὰ τοῦ ὑψίστου, οὐκ ἂν γένοιντο ἀνούσια ἢ ἀνυπόστατα. Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἔλεος ὠνόμασται. Μέσον δὲ σκύμνων γενόμενος ἐκοιμήθην τεταραγμένος. Μέσος γὰρ ἀπολειφθεὶς σκύμνων τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων, ἢ τῶν ἄλλων πολεμούντων με ἐχθρῶν, τὸ ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ ἐκοιμήθην τεταραγμένος· ἀλλ' ὁ ὕψιστος τὸν προλεχθέντα λόγον αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποστείλας, ἐῤῥύσατο τὴν ψυχήν μου, ὡς μηδὲν αὐτὴν παθεῖν ἐκ τῆς ταραχῆς τῶν σκύμνων· κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς οὐ τεταραγμένος, ἀλλ' ἀπτόητος ἤμην καὶ εὐθαρσής. Λέγει γοῦν Ἀκύλας, Ἐν μέσῳ λεαινῶν κοιμηθήσομαι μετὰ λάβρων· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐν μέσῳ λεόντων εὐθαρσὴς ὢν ἐκοιμήθην. Τίνες δὲ οἱ λέοντες, ἢ αἱ λέαιναι, ἢ οἱ σκύμνοι, ἑξῆς διασαφεῖ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκ μέσου σκύμνων, τῶν νοητῶν δηλονότι. Καὶ ἐπειδὴ ἐῤῥύσθην, φησὶν, ἐκ τῶν νοητῶν σκύμνων· τούτου χάριν καὶ ἀναπαύσομαι, καίτοι πάλαι ὑπ' αὐτῶν ταραττόμενος.

ΘΕΟ-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐγὼ οὖν, φησὶν, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν κακῶν μέσον ληφθεὶς τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων πολεμίων, ὑπὸ ταραχῆς τε καὶ ἀπορίας ἐταπεινώθην. Ἐπειδὴ ὥσπερ ὁ ὕπνος ἄπρακτον ἀποφαίνει τὸν καθεύδοντα, οὕτω καὶ ἡ ταπείνωσις, παρὰ πολεμίων ἐγγινομένη, καὶ ταραχῇ περιβάλλουσα τὸν κατεχόμενον, ἀργὸν πάντη ποιεῖ, καὶ τὸ πάσχειν πρόχειρον.

ΥΙΟΙ ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΟΙ ΟΔΟΝΤΕΣ ΑΥΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτά φησι, κατασημαίνων τὰ τῷ σωτῆρι συμβάντα κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Υἱοὺς ἀνθρώπων λέγει, ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπους. ὡς καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου, κατεπάτησέ με ἄνθρωπος· καὶ τὸ, οὐ φοβηθήσομαί τι ποιήσει μοι ἄνθρωπος· οὕτω κἀνταῦθα τῶν ἀνθρώπων τούτων, φησὶν, οἱ ὀδόντες, ὅπλα τε καὶ βέλη. ἵνα εἴπῃ Ὅτι ὥσπερ ὀδοῦσί τισι κατεσθίοντες, οὕτω τοῖς ὅπλοις καὶ τοῖς βέλεσιν ἅπαντας ἀναλίσκειν δύνανται, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτοῖς ἰσχύν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἄνωθεν τῆς οἰκείας με ἠξίωσας προνοίας, καταγελάστους ἀπέφηνέ μου τοὺς δυσμενεῖς. Διδάσκει δὲ καὶ ἱστορία, ὡς ἀναστάντι τῷ Σαοὺλ ἠκολούθησε· καὶ πόῤῥω γενόμενος, τὴν νύκτωρ παρασχεθεῖσαν ἐλευθερίαν δεδήλωκε· καὶ ὅτι λαβὼν ὑποχείριον, οὐκ ἐπήνεγκε τὴν πληγήν. ὄνειδος δὲ τοῦτο μέγιστον ἦν τῷ σεσωσμένῳ, καταπολεμοῦντι τὸν σεσωκότα. δικαίας δὲ, φησὶν, ἀπολαύσας φιλανθρωπίας, τῆς τῶν πολεμίων ἀπηλλάγην θηριωδίας· λεόντων γὰρ δίκην ἐπῆσαν, διασπάσαι βουλόμενοι. Τὴν δὲ ἀλήθειαν τῷ ἐλέῳ συνέζευξε τὸ δίκαιον τῆς φιλανθρωπίας δεικνύς. Τὸ δὲ, ἐκοιμήθην τεταραγμένος, ὁ Ἀκύλας, μετὰ λάβρων, ὁ δὲ Θεοδοτίων, μετὰ ἀναλισκόντων, ὁ δὲ Σύμμαχος, μετὰ φλεγόντων, ἡρμήνευσαν. εἰκότως τοίνυν ἐταραττόμην, μεταξὺ τοιούτων καθεύδειν ἠναγκασμένος, καὶ ὑπὸ τοιούτων κυκλούμενος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Παντὸς γὰρ θηρίου ἰοβόλου ἀγρίου τε ἑρπετοῦ χείρων ἂν γένοιτο ὁ φαῦλος καὶ πονηρὸς ἄνθρωπος· μάλιστα ὁ διάβολος, καὶ καταλαλιαῖς σχολάζων, καὶ ταῖς τῶν θεοφιλῶν ψυχαῖς ἐπιβουλεύων, οὐχ ὅπλοις καὶ δόρασι, κεκρυμμένοις δὲ καὶ λανθάνουσι, τοῖς διὰ λόγων ἀναιρετικοῖς ὀργάνοις. Ἀλλ' οἱ μὲν τοιοῦτοι ἄνθρωποι οὕτως· ἐγὼ δὲ αὐτῶν διέφυγον τὴν ἐπιβουλὴν

CATENA PATRVM.

THEODORI. Ego igitur, inquit, sub multitudine malorum medius comprehensus à tantis ac talibus inimicis, præ conturbatione & exanimatione humiliabar. Quoniam sicut somnus inhabilem reddit dormientem, sic etiam humiliatio, quæ ab inimicis irrogatur, atque conturbatione inuoluit eum quem comprehendit, ignauum omnino facit, & ad patiendum expeditum.

Somnus reddit inhabilem.

FILII HOMINVM DENTES EORVM.] ATHANASII. Hæc ait, significans ea quæ Saluatori euentura erant tempore passionis.

THEODORI. Filios hominum dicit, id est homines. Sicut etiam in præcedenti Psalmo, *Conculcauit me homo*; & illud, *Non timebo quid faciat mihi homo:* sic etiam hîc, Horum, inquit, hominum dentes, arma & sagittæ. ac si dicat: Veluti si dentibus quibusdam deuorarent, sic armis & sagittis omnes valent absumere, propter robur quod ipsis inest.

Psal. 55.

Malignorum arma qualia.

THEODORETI. Cùm à principio me propriâ prouidentiâ dignatus esses, meos inimicos ridiculos reddidit. Historia autem edocet, quomodo surgentem Saülem secutus sit; & cùm à longè esset, declararit se noctu libertatem ipsi concessisse; & cùm eum in manibus haberet, plagam minimè intulisse. Hoc autem maximum erat opprobrium ei qui seruatus fuerat, quòd seruatorem suum prosequeretur. Ceterùm, inquit, iustam benignitatem consecutus, ab hostium feritate liber fui: nam instar leonum me inuaserunt, discerpere volentes. Veritatem verò cum misericordia coniunxit, vt misericordiæ iustitiam ostenderet. Illud autem, *Dormiui conturbatus*, Aquila, *cum incontinentibus*, Theodotion, *cum consumentibus*, Symmachus, *cum vrentibus*, interpretati sunt. Meritò igitur conturbatus sum, cùm inter tales dormire coactus sim, & à talibus fuerim circumdatus.

Dauid Saülis parcit.

ANONYMI. Omni enim ferâ venenatâ & serpente agresti peior est vir prauus ac malignus; præsertim detractor, & qui iurgijs vacat, & amicorum Dei animis insidiatur, non armis & hastis, sed occultis & latentibus, quæ per sermones interimant, instrumentis. Atqui homines quidem istiusmodi sic se habent; ego verò ipsorum insidias euasi per Saluatorem

Detractor serpente deterior.

rem

CATENA PATRVM.

rem mihi à Deo missum. Vtrùm autem de Saüle, siue de ijs qui ipsi apud Saülem detrahebant, siue de alienigenis Gethæis, siue de inuisibilibus inimicis ista dixerit, etiam ipse cognosces.

Lingua detractoris arma.

THEODORI. Detractores, inquit, leui negotio occidunt linguâ suâ, dum ipsam instar gladij facilè vibrant. Cùm enim leones appellarit eos, qui ad detrahendum parati sunt; iure merito etiam dentium & linguæ mentionem fecit, ea quæ proposita sunt magis moraliter describens, & ostendens immanitate nil leonibus concedere eos, qui aduersus proximum calumnijs & detractionibus vtuntur.

Christus exinanitus. Philip.2,8.

6. EXALTARE SVPER CÆLOS DEVS.] ATHANASII. Etsi, inquit, pro salute nostra temetipsum exposueris spontaneæ exinanitioni, & factus sis obediens vsque ad mortem; verumtamen ascende rursum ad cælos; quoniam cùm ascenderis, gloriâ tuâ totam terram adimplebis.

Deus magnificatur in supplicijs improborum.

THEODORI. Ceterùm ipse proprio auxilio ostende temetipsum magnum & excelsum in ipsis quoque cælis existere, propter mirabile in illos supplicium: sic enim per vniuersam terram gloriosus eris, cùm omnes factum hoc fuerint reueriti.

THEODORETI. *Exaltare*, id est, ostende omnibus hominibus altitudinem tuam, & laude tuâ terram imple.

7. LAQVEVM PARAVERVNT PEDIBVS MEIS.] ATHANASII. Eos, inquit, qui me laqueis deijciebant, fecisti in ipsum, quem mihi foderant, puteum incidere: quapropter cùm hæc effeceris, super cælos exaltare.

THEODORI. Rursus insidias eorum commemorat: continuò enim sermonem vertit. Contrariorum, inquit, sermonum insidias mihi sæpenumerò struxerunt, vt me comprehenderent.

Luc.13,11. Quorum sit anima incuruata.

DIDYMI. *Incuruauerunt animam meam.* Huius symbolum erat mulier, quæ spiritu infirmitatis inclinata detinebatur, & non valebat omnino sursum aspicere; quam Iesus à laqueis satanicis absoluit, quòd esset filia Abrahæ. Fortassis verò etiam omnis qui ea quæ deorsum sunt sapit, incuruatam habet animam, quæ non possit sursum aspicere, quamdiu talis est.

διὰ τὸν ἐκ τοῦ θεοῦ ἀπεσταλμένον μοι σωτῆρα. εἴτε δὲ περὶ τοῦ Σαοὺλ, εἴτε περὶ τῶν διαβαλλόντων αὐτὸν εἰς Σαοὺλ, εἴτε περὶ τῶν ἐν Γὲθ ἀλλοφύλων ταῦτά φησιν, εἴτε περὶ ἀοράτων ἐχθρῶν, καὶ αὐτὸς ἐπιστήσῃς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σφάττουσί, φησι, τῇ γλώττῃ εὐκόλως ἐνδιαβάλλοντες, ὡς μάχαιραν αὐτὴν ῥαδίως κινοῦντες. Ἐπειδὴ γὰρ λέοντας ἐκάλεσε τοὺς περὶ τὸ διαβάλλειν ἑτοίμους· εἰκότως ὀδόντων καὶ γλώσσης ἐμνημόνευσε, τροπικώτερον τὰ τῆς ὑποθέσεως παραδοὺς, καὶ δεικνὺς μηδὲν ἀποδεῖν λεόντων τῇ ἀγριότητι, τοὺς κακηγορίαις καὶ διαβολαῖς κατὰ τῶν πλησίον χρωμένους.

ϛʹ. ΥΨΩΘΗΤΙ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ Ο ΘΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ καὶ καθῆκας, φησι, ἑαυτὸν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ γέγονας ὑπήκοος μέχρι θανάτου· ἀλλὰ καὶ πάλιν ἄνελθε εἰς οὐρανοὺς ὅτι καὶ ἀνελθὼν, τῆς σῆς δόξης πληρώσεις πᾶσαν τὴν γῆν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' αὐτὸς τῇ οἰκείᾳ βοηθείᾳ δεῖξον ἑαυτὸν μέγαν καὶ ὑψηλὸν καὶ ἐν αὐτοῖς ὄντα τοῖς οὐρανοῖς, τῷ παραδόξῳ τῆς εἰς τούτους τιμωρίας· οὕτω γὰρ κατὰ πᾶσαν ἐπίδοξος ἔσῃ τὴν γῆν, πάντων καὶ ἐκπλαττομένων τὸ γεγονός.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ ὑψώθητι, ἀντὶ τοῦ, δεῖξον ἀνθρώποις ἅπασι τὸ ὕψος σου, καὶ τῆς δόξης σου πλήρωσον τὴν γῆν.

ΠΑΓΙΔΑ ΗΤΟΙΜΑΣΑΝ ΤΟΙΣ ΠΟΣΙΝ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοὺς καταβάλλοντάς με, φησὶ, διὰ παγίδων, παρεσκεύασας εἰς αὐτὸν, ὃν ὤρυξαν, βόθρον ἐμπεσεῖν· διὸ δὴ καὶ ταῦτα κατορθώσας, ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὑψώθητι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πάλιν τὰς παρ' ἐκείνων ἐπιβουλὰς διηγεῖται· συνεχῶς γὰρ στρέφει τὸν λόγον. τῶν τὰς ἐναντίων λόγων ἐνέδρας μοι, φησὶ, κατεσκεύασαν πολλάκις, ὥστε με συλλαβεῖν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου. Τούτου σύμβολον ἦν ἡ συγκεχυμένη πνεύματι ἀσθενείας γυνὴ συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές· ἣν ἔλυσεν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῶν βρόχων τῶν σατανικῶν, θυγατέρα οὖσαν Ἀβραάμ. Τάχα δὲ καὶ πᾶς ὁ τὰ κάτω φρονῶν, κατακεκαμμένην ἔχει τὴν ψυχὴν, οὐ δυναμένην τὰ ἄνω σκοπεῖν, ἕως ἐστὶ τοιαύτη.

ΘΕΟ-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅσα δὲ ἐμηχανήσαντο κατ' ἐμοῦ οὕτω βαρέα καὶ χαλεπά, ὥστε ἐμπεσόντα, μηδὲ ἔκδυσιν εὑρίσκειν τινά, καὶ ἀπαλλαγὴν προσδοκᾶν. Τοῦτο γὰρ λέγει βόθρον, τὸ δυσαπάλλακτον καὶ ἀδιεξόδευτον κακόν. Καὶ τοιαῦτα μηχανησάμενοι κατ' ἐμοῦ, αὐτοὶ τοῖς κακοῖς περιεβλήθησαν. ὤφθην μὲν γὰρ ἐγὼ τῆς παρά σου τυχὼν βοηθείας· τιμωρίαν δὲ ἔδοσαν ἐκεῖνοι τοῦ καθ' ἡμῶν τολμήματος.

η'. ΕΤΟΙΜΗ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ Ο ΘΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παρακαλεῖ δέξασθαι τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὃ ἐπηγγείλατο ἀνερχόμενος πέμψειν ὁ μονογενής, ἑτοίμην εἰς τὸ ὑποδέξασθαι λέγων γεγενῆσθαι τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅτι τὸ ἕτοιμον ἑδραῖον λέγει, καὶ διὰ τί, εἴρηται ἡμῖν ἑτέρωθι. Φησὶ τοίνυν· ὅτι βέβαιον ἔχω τὸν λογισμὸν καὶ ἀπαρασάλευτον. Καρδίαν γὰρ τὸν λογισμὸν καλεῖ, ἀπαρασάλευτον δέ. διὰ τοῦτο ᾄσομαι καὶ ψαλῶ· τουτέστι, τελείας τυχὼν τῆς παρά σου βοηθείας καὶ εὐεργεσίας, ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς χρήσομαι πρεπούσαις ὑπὲρ τῶν γεγενημένων. Ὅμοιον δέ ἐστι τοῦτο, τῷ κειμένῳ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ· καὶ γὰρ ἐκεῖ φησιν, Ἐν ἐμοὶ ὁ θεὸς εὐχαί, ἃς ἀποδώσω αἰνέσεώς σοι. ἀντὶ τοῦ· ἐν ἑαυτῷ κατέχω, καὶ μέμνημαι τῶν ἐπαγγελμάτων, ἑτοίμως ἔχων ἀποδοῦναι ἐν καιρῷ. Οὕτω κἀνταῦθα ἥδρασταί μοι, φησίν, ὁ λογισμὸς εἰς τὴν ἀπόδοσιν τῆς χάριτος. χρῆται δὲ αὐτοῖς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἐπανόδου τυχόντες τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος οὐ πρὸ πολλοῦ, ἀγνώμονες ἐδείχθησαν τῇ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῇ, ὥσπερ ἀσφαλίζεται διὰ τῶν λόγων ὁ προφήτης, ὥστε κἂν νῦν γοῦν μὴ ἀγνώμονας φανῆναι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τό, Ἑτοίμη ἡ καρδία μου, Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, Ἑδραία ἡ καρδία μου ὁ θεός, ἑδραία ἡ καρδία μου· προφανῶς γὰρ ὁρῶν σου τὴν πρόνοιαν, οὐκέτι δέδοικα τὰ παντοδαπὰ τῶν ἐχθρῶν μηχανήματα· ἀλλ' ἕτοιμός εἰμι καὶ εὐτρεπὴς τοῖς σοῖς ἕπεσθαι νεύμασι, καὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ὑμνεῖν.

θ'. ΕΞΕΓΕΡΘΗΤΙ Η ΔΟΞΑ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δόξαν ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν εἶπε, καὶ ψαλτήριον τὴν ψυχήν· κιθάραν δὲ τὸ σῶμα.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Λοιπὸν ὥσπερ ἐγκελευόμενος περὶ τοῦ τὴν εὐχαριστίαν πληροῦν·

THEODORI. Quæ autem contra me machinati sunt adeò grauia & molesta acciderunt, vt cùm ingruerent, neque euasionem aliquam reperirem, neque liberationem expectarem. Hoc enim foueam vocat, scilicet malum quod difficulter caueri aut euadi possit. Cùm ergo talia mihi machinarentur, ipsimet malis ijs implicati sunt. Siquidem ego à te opem consequi videbar: ipsi verò supplicium dederunt sui erga nos facinoris.

CATENA PATRVM.

Fouea pro quo accipiatur.

8. PARATVM COR MEVM DEVS.] ATHANASII. Hortatur ad excipiendum Spiritum sanctum, quem Vnigenitus ascendens promisit se missurum, dicens, cor suum esse præparatum ad ipsum excipiendum.

THEODORI. Quòd autem *paratum* idem sit quòd *firmatum*, & cur, alibi à nobis dictum est. Ait igitur: q. d. Firmam habeo cogitationem & immobilem. Cor enim vocat cogitationem, sed immobilem. Idcircò canam & psallam: id est, vbi perfectum à te auxilium ac beneficium obtinuero, vtar hymnis & canticis congruis propter ea quæ contigerunt. Hoc simile est isti, quod in præcedenti Psalmo habetur: ibi enim ait, *In me sunt Deus vota, quæ reddam laudationes tibi.* id est: In memetipso habeo, & memor sum promissionum, promptus existens ad reddendum in tempore. Sic etiam hîc firmata est, inquit, cogitatio mea ad reddendam gratiam. His autem non simpliciter vtitur, sed quia non diu antè, cùm à Babylone reditum obtinuerant, ingrati visi sunt propter suam in peius commutationem, quemadmodum per verba sua Propheta confirmat, ne etiam nunc ingrati appareant.

Paratum idem quod firmatum.

Psal. 55, 12.

Dauid semper paratus ad gratias agendas.

THEODORETI. Istud, *Paratum cor meum Deus*, Symmachus ita vertit, *Firmatum cor meum Deus, firmatum cor meum:* nam prouidentiam tuam clarè videns, non amplius omnigenas inimicorum machinationes perhorresco; sed paratus & instructus sum ad nutus tuos sequendos, tuaque beneficia decantanda.

9. EXVRGE GLORIA MEA.] ATHANASII. *Gloriam suam* vocat spiritum propheticum, & *psalterium* animam; *citharam* verò corpus.

Quid gloria; quid psalterium, & cithara.

THEODORI. Deinceps quasi adhortans ad gratiarum actionem adimplendam;

CATENA PATRVM.

Exurge, inquit, *gloria mea.* id eſt, Moue me ad pſalmos & laudes Dei decantandas. *Gloriam* enim propriam appellat hymnodiam erga Deum: quia nimirum Dei notitia ſiue conſcientia ipſum exornauit, & glorioſum reddidit.

Promptitudo Dauidis ad laudes Dei.

THEODORETI. Ac ſi inſtrumenta ſua excitaret, ait: Moueatur cithara, moueatur pſalterium. q. d. Agedum, laus compleatur, ſonet pſalterium, moueatur cithara, fiant omnia quæ ad laudem Dei ſpectant.

ANONYMI. Obſecrat Saluatorem vt mittat ei Spiritum ſanctum, dicens ſe paratum ad ipſum excipiendum, quippe templum in ipſo, & hoſpitium animæ ſuæ, ſcilicet mentem ſuam emundatam eſſe. Hoc vtique confirmat dicens, *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Emitte Spiritum tuum: ipſo enim animæ meæ præſide ac directore, more ſolito canam & pſallam, virtuti ſpiritus miniſterium ac ſeruitium meum accommodans. Atque hoc dicto, illicò exauditus, ſenſit ſancti Spiritus præſentiam: deinde, ac ſi in foribus aſſiſteret, conuertitur Propheta, atque ipſe ſemetipſum excitat ad miniſterium prophetiæ.

Ex ſpiritu pſallendum.

EXVRGAM DILVCVLO.] ATHANASII. Cùm, inquit, ſpiritalem lucem ſenſero, ad laudandum exurgam.

Manè pſallendum.

THEODORI. Manè, inquit, meipſum excito ad hymnodiam, ab ipſo tempore diligentiam declarare volens.

THEODORETI. Non ſolùm nunc, inquit, hanc hymnodiam tibi offeram; verùm etiam, verâ luce exortâ, & longâ ignorantiæ nocte diſſipatâ, & optato diluculo apparente, omnium Gentium ac populorum chorimagiſter ero.

Confeſſionis adhortatio.

10. CONFITEBOR TIBI.] ORIGENIS. Poſſit hoc eſſe exhortatio ad confitendum de peccatis in Eccleſia.

ATHANASII. Gentium omnium conuerſionem annuntiat per ea quæ confitetur, vtpote omnibus Gentibus hos ipſos hymnos decantantibus.

Qui populi & Gentes dicantur.

DIDYMI. Populos verò intelliges eos qui ſunt de circumciſione; Gentes verò eos qui ab idolis reſipuerunt, vt vna fieret Eccleſia.

Ἐξεγέρθητί, φησιν, ἡ δόξα μου. ἀντὶ τοῦ, κίνει μοι πρὸς ψαλμῳδίαν καὶ ὑμνῳδίαν θεοῦ. Δόξαν γὰρ ἰδίαν καλεῖ τὴν εἰς τὸν θεὸν ὑμνῳδίαν· ἐπειδήπερ ἐκόσμει τε αὐτὸν καὶ ἐπίδοξον καθίστη, ἡ περὶ τὸν θεὸν συνείδησις.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὥσπερεὶ τοῖς ὀργάνοις ἐγκελευόμενος, φησί· κινηθήτω κιθάρα, κινηθήτω ψαλτήριον. ἀντὶ τοῦ Ἄγε δή, πληρούσθω ὕμνος, φθεγγέσθω ψαλτήριον, κινείσθω κιθάρα, πάντα ὅσα προσήκει πρὸς ὕμνον θεοῦ γινέσθω.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἱκετεύει τὸν σωτῆρα καταπέμψαι αὐτῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἕτοιμον ἑαυτὸν φάσκων εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ, κεκαθάρθαι γὰρ τὸν ἐν αὐτῷ ναόν, καὶ τὸ δοχεῖον τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, δηλαδὴ τὴν αὐτοῦ διάνοιαν. ὃ δηλαδὴ παρίστησι λέγων, Ἑτοίμη ἡ καρδία μου ὁ θεός, ἑτοίμη ἡ καρδία μου. Κατάπεμψόν σου τὸ πνεῦμα· Ἐπιστάτου γὰρ αὐτοῦ καὶ ἐποχουμένου τῇ ἐμῇ ψυχῇ, συνήθως ᾄσομαι καὶ ψαλῶ, τὴν ἐμαυτοῦ διακονίαν καὶ ὑπηρεσίαν παρέχων τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος. Καὶ τοῦτο εἰπών, παραχρῆμά τε εἰσακουσθείς, συνῄσθετο τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος παρουσίας· εἶθ᾽, ὥσπερ ἐπὶ θύραις ἑστῶτος, ἐπιστρέφεται ὁ προφήτης, καὶ διεγείρει αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς διακονίαν τῆς προφητείας.

ΕΞΕΓΕΡΘΗΣΟΜΑΙ ΟΡΘΡΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν αἰσθήσει, φησί, τοῦ νοητοῦ φωτὸς γενόμενος, ἐπὶ τὸ ὑμνεῖν ἐξεγερθήσομαι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὄρθριον, φησιν, ἐμαυτὸν διεγείρω πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν, ἀπὸ τοῦ καιροῦ τὸ σπουδαῖον εἰπεῖν βουληθείς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ νῦν, φησι, μόνον ταύτην προσοίσω τὴν ὑμνῳδίαν· ἀλλὰ καί, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἀνατείλαντος, καὶ τὴν μακρὰν ἀγνοίας ἀποσκεδάσαντος νύκτα, καὶ τὴν τῆς προσδοκωμένης ἡμέρας ὑποδείξαντος ὄρθρον, τῶν ἐθνῶν ἁπάντων καὶ τῶν λαῶν χοροδιδάσκαλος ἔσομαι.

ί. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δύναται τοῦτο προτρεπτικὸν εἶναι πρὸς τὸ ἐξομολογεῖσθαι περὶ ἁμαρτιῶν ἐν ἐκκλησίᾳ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἐπιστροφὴν εὐαγγελίζεται δι᾽ ὧν ἐξομολογεῖται, ἅτε δὴ πάντων τῶν ἐθνῶν τοὺς αὐτοὺς ᾀδόντων ὕμνους.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Λαοὺς δὲ νοήσεις τοὺς ἐκ περιτομῆς· ἔθνη δὲ τοὺς ἀπὸ εἰδώλων μετανοήσαντας, ὡς μίαν γενέσθαι ἐκκλησίαν.

ιά. ΟΤΙ

ιά. ΟΤΙ ΕΜΕΓΑΛΥΝΘΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅμοιον τῷ, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐδείχθη γὰρ ἡ φιλανθρωπία σου, φησὶ, δίκην οὐρανοῦ ὑψηλὴ, τοσοῦτον ἡμῶν νικήσασα τὰς κακίας, ὅσον ἡμῶν οὐρανὸς ὑπέρκειται.

ΚΑΙ ΕΩΣ ΤΩΝ ΝΕΦΕΛΩΝ Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀληθεῖς, φησὶ, τὰς τῶν νεφελῶν, τουτέστι τῶν προφητῶν, διὰ τῶν πραγμάτων ἀπέδειξάς σου φωνάς.

ιβ΄. ΥΨΩΘΗΤΙ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΥΡΑΝΟΥΣ Ο ΘΕΟΣ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Δὶς ἐν τῷ ψαλμῷ τούτῳ εἴρηνται οἱ δύο οὗτοι στίχοι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διὰ γὰρ τῶν πνευματικῶν νεφελῶν, τῶν προφητῶν, φημὶ, καὶ ἀποστόλων, τῆς ἀληθείας ἀναφανείσης, ὕψιστος ἀνεδείχθη τῶν ὅλων ὁ κύριος οὐρανοῦ καὶ γῆς ποιητὴς, ἐν ἁπάσῃ γῇ καὶ θαλάσσῃ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸν ὕμνον δεχόμενος.

11. QVONIAM MAGNIFICATA EST.] ATHANASII. Simile est isti, *Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* ANNOTATIONES CORDERII. Rom. 8, 21.

THEODORI. Ostensa est enim, inquit, benignitas tua instar cælorum sublimis, tantum iniquitates nostras superans, quantum nobis cælum supereminet.

ET VSQVE AD NVBES VERITAS TVA.] ATHANASII. Veras, inquit, nubium, id est, Vatum tuorum, voces rebus ipsis demonstrasti.

12. EXALTARE SVPER CÆLOS DEVS.] ORIGENIS. Bis in hoc Psalmo duo isti versiculi dicti sunt.

Qui sint nubes spirituales.

THEODORETI. Nam per spiritales nubes, per Prophetas, inquam, & Apostolos, veritate exortâ, vniuersorum Dominus Altissimus cæli & terræ creator declaratus est, in omni terra & mari ab hominibus laudem accipere.

ANNOTATIONES CORDERII.

Quid sibi velit inscriptio Ne disperdas.

IN titulo nihil est noui præter illa duo verba, *Ne disperdas:* quæ quid significent, varij diuersimodè explicant. S. Hilarius id refert ad Christi resurrectionem; per quam factum est, ne caro Christi in sepulchro corrumperetur. Nam alij illud μὴ διαφθείρῃς vertunt, *Ne corrumpas.* S. Augustinus & S. Hieronymus interpretantur de titulo crucis Christi, quem Pilatus noluit corrumpere ad petitionem Iudæorum; quasi id prædixerit Dauid hoc loco. Theodoretus & Euthymius exponunt de Dauide, qui noluit occidere Saülem, cùm impunè posset. Itaque volunt ad æternam rei memoriam scriptum, *Ne disperdas,* siue, *Ne perdas;* quia Dauid non perdidit Saülem. Alij volunt Dauidem pro se rogare Deum, vt non sinat eum occidi, & perdi. Alij denique arbitrantur illis verbis significari instrumentum musicum, in quo Psalmi isti, quibus hic titulus præfigitur, concinendi erant. Sed hoc mihi minimè probatur, placetque magis, vt ad generosam illam, quâ de semetipso, Saüli parcens, non semel triumphauit, victoriam referatur; quandoquidem hunc & sequentes duos Psalmos tunc edidit Dauid, cùm Saülis pateretur crudelem & sæuam persecutionem, cui semper pepercit, vt sacra narrat historia. Additur autem, *In tituli inscriptionem;* metaphorâ sumptâ à magnis Ducibus & Principibus, qui ex insignioribus victorijs, quas reportarunt, arma & stemmata sibi faciunt, quasi honoris sui trophæa; quæ in lapidibus duris aut æneis laminis sculpi curant, ad memoriam posteritatis sempiternam. Vnde aliqui legunt, *In finem, ne disperdas insigne aureolam Dauidis;* quasi hanc victoriam, tamquam aureolam insignem, sibi eligeret ad triumphum perpetuis futuris temporibus celebrandum. Notum est enim aureolas triumphatoribus & victoribus dari solitas, quibus tempora redimirent, & summo honore afficerentur; erantque quasi coronæ honoris & gloriæ. Hinc sibi aureolam petit Dauid, quòd inimicum crudelem dilexit, persequentem sustinuit, & cupientem occidere à morte seruauit; illudque vult perpetuò conseruari. Tropologicè monitum hoc D. Chrysostomus explanans; *Anima,* inquit, *nostra socordiam retrahens, & iam collapsuram suffulciens ac retinens pius Vates, assiduè nobis inclamat,* In finem ne corrumpas. *Et initio quidem non indigemus multa exhortatione, cùm animi ardor viresque suppeditent; at vbi maior viæ pars nobis peracta est, iamque alacritatis vigor emarcuit, viresque defecerunt, nec aliud superest, quàm vt decidamus, tunc nobis in tempore adest Propheta, & pro commodo scipione alloquium nobis suum porrigit, ac dicit:* In finem ne corrumpas. *Tunc enim diabolus spirat vehementiùs,* &c.

Condonatio iniuriæ fiduciam præbet misericordiæ. Tob. 4, 12.

2. *Miserere mei Deus, miserere mei.*] Iterùm atque iterùm misericordiam Dei postulat, & magnâ confidentiâ se præditum ad eius consecutionem profitetur; quòd nimirum prior ipse in capitalem inimicum misericors extitisset: Hinc, inquit, *in te confidit anima mea,* tuam vicissim misericordiam obtinere. Nam, vt pulchrè Tobias ait, *Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam.* Excellentissimum verò misericordiæ opus est, parcere inimicis propter Deum, cùm illos posses perdere. Quamobrem qui inimico remittit offensam, iure merito clamare potest ad Deum: *Miserere mei Deus, miserere mei; quoniam in te confidit anima mea.* tu dixisti: *Dimittite, & dimittemini:* Lucæ 6, 37.

ANNOTATIONES CORDERII.

mini: date, & dabitur vobis, &c. Fecimus quod iussisti, redde quod promisisti.

Duæ alæ duo præcepta charitatis: item duo Testamenta.

Ibidem. *Et in vmbra alarum tuarum sperabo.*] Mysticè ad hunc locum B. Bruno: *Duæ*, inquit, *alæ sunt duo præcepta charitatis, quibus protegi se petit Propheta, donec transeat iniquitas, id est diabolus cum satellitibus*: addit per duas alas intelligi & duo Testamenta posse, quæ nobis refrigerium & vmbram præstant. Præcipuè autem in Euangelij meditatione nos vmbram requiemque reperire indicat his verbis S. Gregorius lib. 5. in 1. Reg. ad cap. 14. *Morari in vmbra Redemptoris possumus, si videlicet vmbram eius ad consolationem de Euangeliorum meditatione capiamus*, &c. Hunc locum quoque de Christi cruce rectè explicabimus: spem quippe nobis crux ingerit: spem fouet ac nutrit qui nos obumbrat in cruce: alas verò eius brachia vocat, tum quia volantis quamdam speciem præ se ferebat; tum quia cælestia erant eius facta, nihilque terrenum sapiebant. Ita pulchrè S. Ambrosius lib. 3. de Virg. *In vmbra*, inquit, *alarum tuarum sperabo. Non solùm enim manus Domini affixa cruci in modum volantis extenta, sed etiam facta cælestia*; vt scilicet non solùm nos obtegeret, sed & ad cælestia prouocaret. Prouocauit hoc modo latronem, qui cum ipso pendebat in cruce, vt statim ad regnum mentem eius flexerit. Cur ergo non sub hac vmbra speremus, sub hoc tegmine, quod in animarum nostrarum salutem ac medicinam est institutum? Vide plura de vmbra alarum Dei ad Psal. 15. ver. 8. & 35. ver. 8. annotata.

Spes sub crucifixi vmbra.

Luc. 23, 42.

Ibidem. *Donec transeat iniquitas.*] Græcè ἀνομία; Aquila, ἐπιβουλὴ, *insidiæ*; vti & S. Hieronymus habet; Symmachus, ὁ ἐπηρεαστής, *calumniator, oppugnator*. Iniquitatem autem transire docet Nyssenus, ὅτι ἄστατος καὶ πρόσκαιρος τῆς ἁμαρτίας ἡ φύσις, *Quia instabilis ac transitoria est peccati natura.* idem docet Didymus in Catena: S. Augustinus autem dicit in hac vita sic numquam transire iniquitatem, quin semper noua succedat: *Non enim*, inquit, *iam transiuit iniquitas, adhuc feruet iniquitas. Et in fine dixit ipse Dominus abundantiam futuram iniquitatis.* & post pauca: *Numquid, quia tu transisti hinc, propterea iam transijt iniquitas? nascuntur alij iniqui, sicut moriuntur alij iniqui. Vsque in finem sæculi nec iniquitas deerit premens, nec iustitia patiens.*

Quomodo transeat iniquitas.

3. *Clamabo ad Deum altissimum; Deum qui benefecit mihi.*] Chaldæus transfert, *Ad Deum qui accersiuit aranean, vt conficeret in ore speluncæ telam propter me.* Quasi sic interpretetur, vt Dauid fugiens Saülem in speluncam se abdiderit; cuius aditum subitis aranearum telis ita Deus pertexuerit, vt Saül, nullum ibi latibulum suspicatus, irritus præterierit. Quemadmodum & aliquando in lege gratiæ Martyrem Felicem, in angusto loco latitantem, aranearum tela diuinitus expansa ab insequentibus hostibus occultauit;

Deus suos protegit.

——— *Et aërio cessit vis ferrea filo;*

vt eleganter cecinit D. Paulinus in Carmine de decem Natalibus S. Felicis Natali 5. vbi postquam totum hoc miraculum descripsit, concludit:

Sic vbi Christus adest nobis, & aranea muro est:
At, cui Christus abest, & murus aranea fiet.

Hoc igitur modo videtur olim Deus ex Saülis manibus Dauidem eripuisse. Neque enim Deus maiora requirit munimenta ad Reges dissipandos, quàm aranea ad muscas capiendas: suos verò vt strenuè tueatur, opus non est vt militum tela vibret, sed tantùm vt aranearum telas expandat. Quidquid tamen sit de hac interpretatione, quam aliqui minùs probant, certè Dauid, humano præsidio destitutus, ita Saülem magnò satellitio munitum eludebat, vt non illum timuisse, sed terruisse videretur. Vnde D. Chrysostomus Hom. 46. in Genesin: *Maxima*, inquit, *securitas, & inexpugnabilis murus est gratia Dei. Videamus, quomodo Dauid de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu supernâ munitus fuerit: Saül autem, cùm esset in medijs ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens, & armigeros, quotidie timebat, & tremebat inimicorum insidias: & ille quidem qui solus erat, non indigebat humano præsidio; hic verò coronatus, & purpurâ indutus, illius auxilio indigebat: & Regi opus erat pastoris opera, & diademate redimito, priuati adiumentum.*

5. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem.*] Misericordiæ enim fuit liberare Dauidem; veritatis, promissa ei facta implere. Nam Deus beneficia confert partim misericorditer, partim ex promissione, quam veritatis nomine adumbrat: siquidem hæc aliquid habet debiti, dum se fidelibus deuinxit & obligauit: quapropter aliqui pro *veritate* iustitiam posuerunt. Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus: *Ipsum*, inquit, *Christum inuenimus misericordiam & veritatem; misericordiam nobis compatientem, & veritatem nobis retribuentem.* Quæ S. Gregorius Nyssenus Tract. 2. in Psal. sic expendit: *Misericordia & veritas pulchra coniunctio: neque enim sine iudicio misericordia est, neque veritas sine misericordia: harumque subsidio liberabor.*

Beneficia Dei misericordiam & veritatem continent.

Præsens porrò versus nos docet, Respublicas optimè gubernari tum præmijs, tum supplicijs; imò verò vnumquemque peculiarem hominem his duobus in officio contineri, cum ait, *Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam*, id est, iustitiam & misericordiam; me pœnis deterrendo, & propositis præmijs erigendo, ab inimicis meis me eripuit, & ad meliorem frugem perduxit. Huius expositionis auctor est Richardus Victorinus lib. 5. de Rel. cap. 13. *Quid est*, inquit, *Deum misericordiam & veritatem mittere, & hominem à sua captiuitate eripere, nisi misericordia sua operatione veritatem inspirare, veritatisque inspiratione ad robur virtutis solidare?* Huc etiam pulchrè retulit Arnoldus Abbas Tractatu de Septem verbis Domini eam doctrinæ & veritatis scripturam, quam pectori summus Sacerdos gestabat insculptam; eamque cum Psalmi verbis ita composuit: *Oportet quippe vt omnia quæ agit moderatrix ratio sic disponat, & sic suis locis aptet misericordiam & iudicium, vt cùm iudicat, seueritas non excludat clementiam, & cum miseretur, iustitiam pietas non relinquat.*

Misericordiâ & iustitiâ homines gubernandi.

Ibidem. *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.*] Vbi, vt insigni quidem diuinæ misericordiæ miraculo deputat incolumem

mem ab ijs ferocissimis leonibus euasisse, ita notanter ait, apud ipsos, vel cùm somnum caperet, turbatum semper, & quasi exanimem extitisse. Aulicos autem vocat sæuiores & ferociores leones quàm qui in Libya degunt; quippe qui inuidiâ & odio ardentes, scintillas & ignem indesinenter spirent. Vnde pro eo quod Vulgatus habet, *Dormiui conturbatus*, Theodotion vertit, Ἐκοιμήθην μετὰ ἀναλισκόντων, *Dormiui cum absumentibus*; Aquila, μετὰ λάβρων, *cum vehementibus*; Alius, μετὰ λαύρων, *cum abundantibus*; Symmachus, μετὰ φλεγόντων, *cum ardentibus*: in Scholio pleniùs hoc refertur ex Symmacho, Εὐθαρσῶν ἐκοιμήθην μεταξὺ φλεγόντων, *Benè fidens dormiui inter ardentes.*

Pulchrè S. Augustinus ostendit illa verba non in Dauide, sed in Christo locum habuisse, dicens: *Expressit Christus mortem suam. Certè de illo Dauid legimus quòd fugerit in speluncam, non tamen quia dormiuit in spelunca. Alius Dauid est in spelunca, alius Dauid est qui dicit*, Dormiui conturbatus. *Videmus perturbationem ipsius, non illo turbato, sed illis turbantibus. Turbatum enim se dixit secundùm opinionem frementium, non secundùm cedentis conscientiam. Putauerunt se illum turbasse, putauerunt vicisse; ille autem dormiuit conturbatus. Tam placatus erat ille turbatus, vt quando vellet dormiret. Nemo dormit turbatus: omnes qui perturbantur, aut à somno excitantur, aut in somnum mergi non permittuntur. Ille autem turbatus est, & dormiuit. Magna humilitas perturbati, magna potestas dormientis. De qua potestate veniebat quòd dormiuit? De qua ipse dicit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo sumendi eam: nemo tollit eam à me, sed ego eam pono, & iterùm sumo eam. Turbauerant illi, & dormiuit ipse*, &c.

Quomodo Christus dormiuerit conturbatus.

Ioan. 10, 17.

IBIDEM. *Dentes eorum arma & sagittæ.*] Symmachus, Δόρατα καὶ βέλη: quod S. Hieronymus vertit, *lancea & sagitta*. Diuino planè consilio armorum duo genera posuit, ad vulnus & nocendum accommodata: illud ad præsentes, hoc ad distantes pertinet: *lanceis* cominus, *sagittis* eminus ferociunt: vt lanceis, ita probris & contumeliâ illos, cum quibus agunt, transuerberare solent, crudeliterque impetere: sagittas autem in procul positos & absentes mittunt: vno verbo, omnium hominum nomen atque famam impunitâ licentiâ rodunt atque violant; nec discrimen vllum faciunt dignitatis, nec vllius auctoritate mouentur: pari in loco sacros ponunt & profanos: imò verò, quod mali dæmonis artificium est, tunc sibi vehementer placent, & vrbani sibi videntur, eutrapeli & gratiosi, cùm Deo votos, cùm multis & magnis religionibus consecratos illuserint fictis fabulis, & mendacijs onerarint: colligunt auidè rumusculos omnes è tonstrinis otiosorum, è circulis impudentium, è triuijs ganeonum, è conuenticulis hæreticorum, è famosis libellis, & perditorum hominum volantibus chartis; tum addunt de suo, interpolant & consuunt, & malitiæ fœtum coagmentant: in omni loco scenam & theatrum faciunt, vt innocentiam, quam vereri & amare debuissent, impiâ & crudeli depompatione dedecorent. Itaque verè *dentes eorum lancea & sagitta*, innocentiæ cruore stillantes; in quas vtinam non ipsi induant se ad vulnus immedicabilis calamitatis. Vbi Rex

Qualia sint arma detrahentium & calumniantium.

ANNOTATIONES CORDERII.

pius *dentes* appellat orationem & sermonem, quòd sint loquendi instrumenta: Desperati, inquit, illi homines, & ab omni humanitate derelicti, sermone vtuntur suo pro lanceis vibrantibusque telis, quibus alios malitiosè cruentant, & honorem affligunt. Vel etiam sumptâ metaphorâ à bestijs, quæ dentibus pro armis vtuntur, figuratè hæc vsurpat de damnis quæ inferunt detrahendo, exprobrando, criminando, accusando. Ferro igitur & chalybe conflata sunt verba illorum, si molem spectes; si celeritatem, iaculorum alas præuertunt. In regia Saülis aula hoc ipsum expertus est Dauid; cuius fama complurium dentibus, Doëgi præsertim, fœdè lacerabatur: sed nec suammet coniugem Micholem in se mitiorem habuit: hæc femina dentes aprugnos marito regio infixit; nec tamen aliud sibi sumpsit conuellendum quàm magnam in Deum pietatem.

Pulchrè S. Augustinus exponit hæc de Iudæis Christum linguæ gladio ferientibus: *Noli*, inquit, *attendere inermes manus, sed os armatum: inde gladius processit, quo Christus occideretur.* & post pauca. *Quando ergo percusserunt, nisi quando clamauerunt, Crucifige, crucifige?* ibidem horum maligno gladio opponit bonum gladium Christi, dicens: *Habet enim ille gladium bis acutum, occidentis & resurgentis; & resurgens percussit eos, & diuisit ab eis quos faceret fideles suos; illi malum gladium, ille bonum; illi sagittas malas, ille bonas: nam habet & ipse sagittas bonas, verba bona; vnde sagittet cor fidele, vt ametur.*

Iudæi percusserunt Christum gladio linguæ.

8. *Paratum cor meum.*] Græcè ἑτοίμη; Symmachus Ἑδραία ἡ καρδία μου, *Stabile cor meum*; Hebraicè נָכוֹן *nachon*, id est *firmum, confirmatum*. Pulchrè ad hunc locum Bernardus: *Audi hominem, quem secundùm cor suum inuenerat Deus: Paratum, inquit, cor meum Deus, paratum cor meum: paratum ad prospera; paratum ad aduersa; paratum ad humilia; paratum ad sublimia; paratum ad vniuersa quæcumque præceperis. Vis pastorem ouium facere? Vis constituere Regem populorum? Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Quis vt Dauid fidelis ingrediens, & egrediens, & pergens ad imperium Regis?* Sic vtique quisquis vitam mixtam amplectitur, paratus esse debet, & in publicum prodire, & secum in spe & silentio commanere; animarum lucra sectari, & proprijs profectibus inhærere; vacare Deo, & ad tempus proximorum causâ Deum propter Deum derelinquere: certè paratus ad omnia, quæ Dominus per illum & in illo disposuerit operari. Quomodo autem ad cælestes gratias cor nostrum exemplo Dauidis præparandum sit, eleganter docet ex hoc loco B. Petrus Damiani Serm. 21. *Consideremus*, inquit, *quomodo se pauper ille ad percipienda de supernis munera præparauerat cùm clamabat, cùm vociferabatur, cùm precabatur, cùm interioris organi voces ingeminabat, dicens: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. ac si apertè dicat: Cor meum, Domine, ad capienda tuæ largitatis munera præparo, qui à cunctis hoc prauæ cogitationis squaloribus purgo; nihilque in eo relinquitur, quo gratiæ tuæ munus desuper veniens refundatur: ego curaui, quæ intus malè seruabantur, egerere; tu illud accelera dono tuæ pietatis dignanter*

Animus ad omnia præparandus.

Quomodo cor ad cælestes gratias præparandum.

ANNOTATIONES CORDERII. *ter implere: cor meum vacuefactum, atque ad te paratum teneo; quia effusis ex eo vitiorum rnderibus, ad amplectendam Spiritus gratiam totâ mentis intentione suspiro.* Sic omnes quotquot seriò virtuti student intentione totâ feruntur in Deum Deique honorem: si iam ipsis tam expeditum sit per aduersa hanc metam contingere quàm per prospera, per inualetudinem quàm per sanitatem, per egestatem quàm per abundantiam; nil sanè altercantur, sorte suâ contenti, & parati ad vtrumque, faciles in omnia: æquo certè ferunt animo cuncta quæ eueniunt, cum Psalmista dicentes: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Quòd si omnis generis aduersa, si paupertas, ignominia, dolor, breuiorem illis tutioremque ad Deum tramitem monstrent quàm prospera, quàm opes, honor, voluptas, hîc illis deliberatissimum est, præ opibus, honore, voluptatibus, paupertatem, ignominiam, dolorem obuijs vlnis amplecti, nec queri quidquam de difficultate viæ, cùm ad tantam ducat amœnitatem vitæ, & quidem æternæ. Atque isto quidem modo tam rectæ intentionis homo ad id fastigij ascendit, vt iam incipiat nil optare aut sperare, nil appetere, timere nihil nisi Deum, & peccatum; illum vt summum bonum, istud vt omnium malorum malum maximum.

Gloria vocatur lingua; & cur. 9. *Exurge gloria mea,* &c.] Notandum hîc, linguam in sacris Litteris gloriæ nomine indigitari: hinc vbi nos Psal. 15. ver. 9. habemus, *Et exultauit lingua mea,* S. Hieronymus legit, *Gloria mea:* quod expendens Isidorus Clarius in eiusdem Psalmi Scholijs ait: *Exultauit lingua mea: quod in Hebræo est gloria, Græcus reddidit lingua: nam sermo est quo præcipuè dignitas hominis constat.* Sed & aliam ob causam lingua quoque gloriæ nomen sortita est, vt nimirum intelligeremus ad hoc formatam esse linguam, vt Deum glorificemus, eaque decantemus quæ ad Dei gloriam & honorem spectant. Atque hoc potissimùm sensu Propheta semetipsum excitat, dicens, *Exurge gloria mea,* &c. Vbi etiam apostrophe vtitur ad instrumenta musica, Psalterium & citharam; & simul semetipsum excitans subdit: Exurgam ego quoque diluculo ad decantandas Dei laudes: Chaldæus vertit, *Expergiscar ad orationem matutinam.* De qua vide plura ad Psal. 5. ver. 4. & 5. annotata. Hic versus etiam Christo resurgenti congruit; ac si ad eum dicat: O Christe gloria mea exurge de sepulchro, ô psalterium meum, ô cithara mea dulcissima, cuius nimiùm delector harmoniâ, exurge, audiam rursus mei psalterij, meæ citharæ suauissimum concentum: die enim tertiâ è sepulchro surgens psalterium & citharam vocauit, reparauit ac sumpsit: & Matrem primùm dulcissimâ recreauit harmoniâ, deinde alias mulieres, ipso Dominico die; posteà discipulos congregatos, &c.

IN PSALMVM LVII. ARGVMENTVM.

1. In finem, ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptionem.

Hi Psalmi ad patientiam informant. *Qui inscribunt hos Psalmos, eosdem inscripserunt, tamquam si patientiæ ac perseuerantiæ contineant institutionem, & quasi columna sint, in quam intuentes, non oporteat remissè agere, neque in tolerantia flaccescere. Narrat autem nequitiam & mendacium Saülis: cùm enim se inimicitias depositurum iurasset, iureiurando violato, insidias struebat: quapropter* In finem, ne disperdas, *illi subiunxit Dauid; vtpote qui ipsi in sua potestate constituto pepercerat. Ceterùm est quoque Macchabaicus. siquidem Antiochi Duces quandoque quidem manifestè oppugnabant; quandoque verò ipsis adulabantur, & pollicebantur in honore futuros, si sententiam mutarent. Aliàs verò etiam illi, qui incorruptè Dominum diligunt, cùm in finem non corrumpendo peruenerint, per ea bona quæ operantur columnæ inscriptionem erigunt.*

α'. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν.

Οἱ ἐπιγράψαντες τούτους τοὺς ψαλμοὺς, ἐπέγραψαν, ὡς νουθεσίαν ἔχοντας ὑπομονῆς καὶ καρτερίας, καὶ ὡς ὄντας στήλην, πρὸς ἣν ἀφορῶντας, μὴ ἐνδιδόναι χρὴ, μηδὲ μαλακίζεσθαι περὶ τὸ ὑπομένειν. Διηγεῖται δὲ τὴν τοῦ Σαοὺλ πονηρίαν καὶ τὸ ψεῦδος· ὀμόσας γὰρ καταλῦσαι τὴν ἔχθραν, παραβὰς τοὺς ὅρκους, ἐπεβούλευε· διὸ καὶ εἰς τέλος, μὴ διαφθείρῃς, αὐτῷ ἐπέλεγεν ὁ Δαβίδ· ὡς λαβὼν ὑποχείριον καὶ φεισάμενος. Ἔστι δὲ καὶ Μακκαβαϊκός. οἱ γὰρ Ἀντιόχου στρατηγοὶ ποτὲ μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπολέμουν· ποτὲ δὲ κολακείαν αὐτοῖς προσῆγον, καὶ ἐπαγγελίας, εἰ μετάθοιντο, ἔσεσθαι ἐν τῇ τιμῇ. Καὶ ἄλλως δὲ οἱ ἐν ἀφθαρσίᾳ τὸν κύριον ἀγαπῶντες, εἰς τέλος τοῦ μὴ διαφθείρειν ἐληλυθότες, στηλογραφίαν δι' ὧν ἐνεργοῦσι καλῶν ἐγείρουσιν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. Εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε· εὐθεῖα κρίνατε οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.

Εἰ δικαίως, φησὶ, ταῦτα ἡμῖν προτείνετε, καὶ μὴ δόλον ἔχει τὰ λεγόμενα, ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτὰ δείξατε, καὶ μὴ τοῖς λόγοις κολακεύοντες τοῖς πράγμασι πολεμεῖτε. Καὶ καλῶς εἶπεν· Οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Ἐχρῆν γάρ, φησιν, ὑμᾶς εἰδότας ὅτι θνητοί ἐστε, μὴ τοιούτους εἶναι, καὶ κατασκευάζειν δόλους.

γ'. Καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθε· ἐν τῇ γῇ ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσιν.

Ἀλλ' ἕτερα, φησι, ἔχουσιν ὑμῶν αἱ γλῶσσαι· ἕτερα δὲ αἱ καρδίαι· καὶ τοῦτο δείκνυσιν αἱ πλεονεξίαι ὑμῶν, ἃς ἐπὶ τῆς γῆς ἡμῶν διαπράττεσθε.

δ'. Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας·

Ἀλλ' ἡ αἰτία δήλη, φησὶν, ἐστὶ τῆς τοσαύτης ὑμῶν παρανομίας, ὅτι ἀσεβεῖς ὄντες, καὶ ἐξ ἀσεβῶν τεχθέντες, καὶ θεὸν οὐ γνόντες, οὐδὲ ὅτι ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα εἰδότες, ἀδεῶς τὸ προστυχὸν καὶ βουλεύεσθε, καὶ διαπράττεσθε.

Ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρός· ἐλάλησαν ψευδῆ.

Ἐντεῦθεν, φησι, συμβαίνει ὑμῖν τὸ εὐθὺς ἐκ γαστρὸς καὶ φιλεῖν τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ πλανᾶν μελετᾷν.

έ. Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως.

Ἐπειδὴ γάρ, φησι, τὸν θεὸν ἠγνοήσατε, καὶ τὸ λογικὸν τρόπον τινὰ ἀπεβάλετε· ἐντεῦθεν ἐξεδώκατε ἑαυτοὺς ἀλογίᾳ καὶ θυμῷ, κατὰ τὰ βλαπτικώτατα τῶν θηρίων.

Ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς,

Φασὶ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ἔμπειροι, μὴ ἐκ φύσεως γίνεσθαι κωφὸν τὸ θηρίον, ἀλλὰ ἀπὸ πονηρίας ἀποκλείειν τὴν ἀκοὴν, βύουσαν τὰ ὦτα, ἵνα μὴ εἰσδέχηται τὴν ἐπαοιδήν. διὸ ἐπιφέρει·

2. SI verè vtique iustitiam loquimini; recta iudicate filij hominum.

Si sincerè, inquit, hæc nobis proponitis, & *Dolus malus vitandus.*
sine dolo malo dicta sint, rebus ipsis ea comprobate, & ne verbis adulantes rebus ipsis pugnetis. Ac pulchrè dixit: *Filij hominum.* Oportebat enim, inquit, cùm vos mortales esse sciretis, non esse istiusmodi, neque dolos adornare.

3. Etenim in corde iniquitates operamini: in terra * iniustitiam ** Vulgata iniustitias*
manus vestræ concinnant.

Verùm alia, inquit, continent linguæ vestræ; alia verò corda: atque hoc demonstrant auaritiæ vestræ, quas in terra nostra exercetis.

4. Alienati sunt peccatores à vulua:

Causa autem, inquit, tantæ vestræ iniqui- *Impietas est causa omnis mali.*
tatis manifesta est hæc, quòd, cùm impij sitis, & ex impijs oriundi, neque Deum cognoscatis, neque sciatis ipsum res humanas intueri, sine metu quidlibet & cogitetis, & faciatis.

Errauerunt ab vtero; locuti sunt falsa.

Hinc, inquit, contingit vos statim ab vtero & amare falsitatem, & meditari deceptionem.

5. Furor illis secundùm similitudinem serpentis:

Quoniam enim, inquit, Deum ignorastis, & naturam rationalem quodammodò abiecistis; hinc tradidistis vosmetipsos irrationalitati ac furori ad imitationem nocentissimarum bestiarum.

Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,

Harum rerum periti tradunt, hanc be- *Aspis obturat aures ad incantationem.*
stiam non naturâ suâ surdam esse, sed ex nequitia sua auditum occludere, obturando aures, ne intromittant incantationem. vnde subdit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata & venefici incantantis sapienter.

6. Quæ non exaudiet vocem incantantium, * & medicamenti medicati à sapiente.

Pharmacum pro incantatione.

Pharmacum vocat ipsam incantationem. Vult igitur dicere, quòd non admittat vsum pharmaci, sed neque medicata suscipiat. Hæc autem omnia voluntariæ sunt prauitatis. Tales igitur, inquit, etiam vos estis, cùm ab initio Deum ignoretis, & in prauitate voluntaria viuatis. Sed quid Dominus, qui cuncta intuetur?

ϛ'. Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπαδόντων, φαρμακοῦτε φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ.

Φάρμακον καλεῖ αὐτὴν τὴν ἐπῳδήν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι οὐ προσδέχεται τοῦ φαρμακοῦ τὴν χρείαν, ἀλλ' οὐδὲ φαρμακευομένη καταδέχεται. Ταῦτα δὲ πάντα ἑκουσίας πονηρίας ἐστίν. Τοιοῦτοι οὖν, φησι, καὶ ὑμεῖς ἐστὲ, οἱ ἐξ ἀρχῆς ἀγνοοῦντες θεὸν, καὶ πονηρίᾳ συζῶντες ἑκουσίῳ. Ἀλλὰ τί, ὁ τὰ πάντα ἀφορῶν δεσπότης;

7. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum:

Dentes pro potentia.

Dentes vocat hîc potentiam. Nam aliquando quidem diuina Scriptura dentes appellat sermones, aliquando verò vim consumendi.

ζ. Ὁ θεὸς συντρίψει τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν·

Ἐνταῦθα ὀδόντας τὴν δύναμιν λέγει. Τοὺς γὰρ ὀδόντας ποτὲ μὲν λέγει λόγους, ποτὲ δὲ δύναμιν ἀναλωτικὴν ἡ θεία γραφή.

* Vulgata confringet

Molas leonum * confregit Dominus.

Molæ leonum quid.

Leonum rursus intelligit inimicorum: *molas* verò iterùm vocat eorum vim consumendi; quandoquidem dentibus quidem cibum diuidimus, molis verò masticamus. Voluit indicare vim eorum vehementem, & consumere valentem. Porrò *confregit* pro *confringat* dixit.

Τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέθλασεν ὁ κύριος·

Τῶν λεόντων πάλιν λέγει τῶν πολεμίων· μύλας δὲ πάλιν τὸ αὐτὸ λέγει τὴν δύναμιν αὐτῶν τὴν ἀναλωτικήν· ἐπειδὴ τοῖς ὀδοῦσι μὲν κόπτομεν τὴν τροφὴν, ταῖς μύλαις δὲ λεαίνομεν. ἠβουλήθη εἰπεῖν τὴν δύναμιν αὐτῶν τὴν σφοδρὰν τε, καὶ ἀναλωτικήν. τὸ δὲ συνέθλασεν ἀντὶ συνθλάσειεν φησι.

Impij citò consumentur.

8. Ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens:

Et qui ob magnam potentiam suam se efferunt, nil different ab aqua, quæ ad exiguum spatium decurrit, & illicò absorbetur.

η. Ἐξουδενωθήσονται ὡσεὶ ὕδωρ διαπορευόμενον·

Καὶ οἱ μεγαλαυχοῦντες ἐπὶ τῷ μεγάλα δύνασθαι, οὐδὲν διοίσουσιν ὕδατος, πρὸς ὀλίγον διαπορευομένου, καὶ αὖθις ἀναπινομένου.

* Vulgata Intendit

* Intendens intendet arcum suum, donec infirmentur.

Deus, inquit, intendet arcum suum, donec infirmentur. Non cessabit enim, inquit, malis eos obijcere, donec ad nihilum ipsos redegerit.

Ἐντείνων ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσειεν.

Ὁ θεὸς, φησιν, ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. οὐ γὰρ παύσεταί, φησι, βάλλων αὐτοὺς τοῖς χαλεποῖς, ἕως ἂν αὐτοὺς εἰς τὸ μὴ εἶναι συντελέσει.

* Vulgata quæ fluit

9. Sicut cera * liquefacta auferentur.

Cùm superiùs dixisset, ipsos instar aquæ abolendos, hîc iterùm ceræ ipsos assimilauit, quæ ab igne dissoluitur.

θ'. Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται.

Ἀνωτέρω εἰπὼν, ὅτι ὡς ὕδωρ ἀφανισθήσονται, ἐνταῦθα πάλιν κηρῷ αὐτοὺς παρείκασεν ἐκλυομένῳ ἀπὸ πυρός.

* Vulgata supercecidit
* Non habetur in Vulgata.

* Cecidit ignis [* super eos] & non viderunt solem.

Rursus istud verbum *cecidit* mutatum est secundùm tempus. vult enim dicere: q. d. Superincidat in eos ignis, & liquefaciet ipsos

Ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον.

Πάλιν τὸ ἔπεσεν ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι καὶ πῦρ ἐπ' αὐτοὺς ἐπιπέσοι, καὶ ἐκτήξει αὐτοὺς

ὡς

ὡς κηρὸν, ἐπὶ τὸ μὴ φθάσαι αὐτοὺς ἰδεῖν τὸν ἥλιον· τουτέστι, ἐπὶ τὸ ἀπολέσθαι.

ι. Πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὴν ῥάμνον· ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς.

Ῥάμνος ἐστὶ ξύλον ἀκανθῶδες. Πᾶσα δὲ ἄκανθα εὐθὺς ἐκφυομένη ἁπαλωτάτη ἐστὶ, τελειωμένη δὲ ἀποσκληρῦται, καὶ γίνεται κέντρον ἰσχυρόν. Ἀπὸ τοῦ ὑποδείγματος οὖν τὸ πρᾶγμα εἶπεν· ἀντὶ τοῦ· Πρὶν τὰς πονηρίας ὑμῶν αὐξηθῆναι, καὶ γενέσθαι σκληρὰς, καὶ ἀντιτύπους, ἔτι νεαρὰς οὔσας καὶ οἷον ἄρτι φυομένας φθάσει τοῦ θεοῦ ἡ ὀργὴ, καὶ ζῶντας ὑμᾶς μετὰ τῆς πονηρίας ἀφανίσει, πυρὸς δίκην ἐμπίσσοντος εἰς ἀκάνθας. καὶ τούτου γενομένου, τί;

ια. Εὐφρανθήσεται δίκαιος, ὅταν ἴδῃ ἐκδίκησιν ἀσεβῶν·

Ἔσαι δὲ, φησι, τοῦτο οὐ μικρὰ παραμυθία τοῖς εὐσεβέσιν, ὅταν ἴδωσι θεὸν τὸν ὑπὲρ αὐτῶν πόλεμον ἀράμενον, καὶ πολεμοῦντα τοῖς ἀσεβέσι.

Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ.

Μονονουχὶ καὶ τοῦτο ποιήσει, φησὶν, ὁ ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζων, ὅταν ἴδῃ πονηρὸν συναντήσαντα τῇ τοῦ θεοῦ τιμωρίᾳ· δόξει γὰρ ὥσπερ κοινωνεῖν τῷ θεῷ τοῦ φόβου καὶ τοῦ πολέμου.

ιβ. Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ· ἄρα ἐστὶν ὁ θεὸς κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ.

Τοῦτο κατὰ βεβαίωσιν ἀναγνωστέον, οὐ κατ' ἀμφιβολίαν· τινὲς γὰρ οὕτως ἀνέγνωσαν· εἰ ἄρα ἐστί; τὸ ἐναντίον δὲ λέγει, ὅτι πᾶς ἄνθρωπος τότε πιστεύει, ὅτι οὐκ ἄκαρπός ἐστι τοῖς δικαίοις ἡ ἀρετὴ, ἀλλ' ἔστι θεὸς δικάζων αὐτοῖς, καὶ τοὺς μὲν παραδόξως ἀπαλλάττων τῶν συμφορῶν, τοὺς δὲ ἀσεβοῦντας ἐσχάτῃ παραδιδοὺς τιμωρίᾳ.

instar ceræ, ne fruantur aspectu solis; id est, vt pereant. *PARAPHRASIS ANONYMI.*

10. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes, * quasi in ira absorbet vos.

** Vulgata sic in ira absorbet eos.*

Rhamnus est lignum spinosum. Omnis autem spina recens exorta mollissima est, iam perfecta verò indurescit, & fit stimulus fortis. Per exemplum itaque rem designauit: q. d. Priusquam nequitiæ vestræ augeantur, & indurescant, ac coalescant, adhuc in teneras & quasi recens ortas irruet ira Dei, & viuos vos vnà cum nequitijs abolebit, instar ignis in spinas incidentis. atque vbi hoc factum fuerit, quid? *Rhamnus quid.*

11. Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam * impiorum:

** Vulgata omisit*

Erit autem, inquit, hæc non parua pijs consolatio, quando viderint Deum pro ipsis bellum suscipere, atque impios debellare. *Supplicium impiorum consolabitur pios.*

Manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

plicio addicantur. Porrò molas eorum quoque confregit, ne morderent, néve deuorarent. Notandum autem, iuxta Scripturam, molas à dentibus differre: siquidem dentes cibum diuidunt ac scindunt, molæ verò masticant ac macerant. Ceterùm vt aqua per meatum quemdam transiens minimè permanet, sed dissipata euanescit: sic etiam hi attenuabuntur, cùm nil stabile ac permanens obtineant. vnde subiungit:

CATENA PATRVM. *Molarum & dentium differentia.*

8. AD NIHILVM DEVENIENT TAMQVAM AQVA.] THEODORI. Sic, inquit, à supplicio consumentur, & ad nihilum redigentur; sicut aqua in terram effusa, absumpta consumitur, & aboletur. Symmachus sic ait: *Dissoluentur sicut aqua pertransiens in semetipsa*: manifestiùs enim declarauit id quod dicitur dum ait; *pertransiens in semetipsa.* Siquidem est aqua quædam, quæ hominum industriâ per fossas quasdam decurrit, quæ non penitus absumitur, sed per exstructos canales diducta custoditur: quæ autem ita simpliciter, & prout casu accidit, in terram effusa est, hæc illicò absorpta penitus aboletur.

Impij ad nihilum redigentur vt aqua.

INTENDET ARCVM SVVM.] ATHANASII. Arcum in his vocat responsionem, quæ in diuino Baptismo futura erat. Porrò ista vox *donec* pro *&* ponitur: q. d. *& infirmabuntur.*

ORIGENIS. Figuratè descripsit Dei supplicium, quasi de arcu incessanter sagittas emittente, & omnes occidente. Tamdiu enim, inquit, sagittarum iactibus vtitur, donec omnes transfigendo infirmos reddiderit.

Dei supplicium improbos delet.

ANONYMI. Similitudinibus vsus est diuersis, ad eorum interitum exprimendum. Superiùs quidem, *sicut aqua*; hic verò, *sicut cera* dicens; per vtraque illorum abolitionem significans.

THEODORETI. Quasi instar ceræ igni admotæ & liquefactæ dissoluentur, & vitâ priuabuntur. Hoc enim dixit; *Et non viderunt solem.* Sicut defuncti, qui solarem splendorem videre minimè valent. Hæc autem minitatur Saüli & asseclis illius. quod vtique etiam euenit: nam paulò pòst cùm in alienigenarum bello vulnus accepisset, non ampliùs suam malitiam auxit, velut rhamnus spinas; sed inuitus bellum contra Dauidem dissoluit.

CATENA PATRVM.

9. CECIDIT IGNIS SVPER EOS.] ATHANASII. Iniecti, inquit, in ignem æternum, iustitiæ solem non viderunt. Hoc autem simile est isti; *Tollatur impius, vt non videat gloriam Domini.*

Ira Dei igni similis.

THEODORI. Pulchrè hoc loco iram Dei ignem appellauit. Cùm enim dixerit, *sicut cera*, ceræ autem proprium sit igne liquefieri, pulchrè subiunxit istud, *Cecidit ignis super eos.* Quemadmodum ignis superillatus liquefacit & imminuit ceram; sic ira Dei superinducta cunctos abolebit. Istud autem, *Non viderunt solem*, id est, interierunt, sublati sunt. Morientium enim proprium est, non ampliùs solari luce frui.

Spiritus sanctus igni similis.

CHRYSOSTOMI. Quando vbique prædicatum fuerit Euangelium, tunc veniet finis. Quemadmodum autem ignis ceram liquefacit, ita impios Spiritus sanctus. Non dixit autem ἀναιρεθήσονται: semel enim à lege & Prophetis sublati sunt: cùm enim iterùm inualuissent, ab Euangelica gratia ἀνταναιρεῖσθαι, id est denuò seu penitus abolendos minatus est, vti Isaias: *Si enim iterùm præualueritis, iterùm superabimini.* Ignem porrò appellat Spiritum, solem verò Christum (quem non cognouerunt per Spiritus largitionem) spinas denique impios, rhamnum crucem. Rhamnus enim spinosa planta est: crux autem spinas habuit, quandoquidem peccata nostra tulit. Priusquam igitur vim crucis intellecturi sint, sicut viuentes ipsos (non enim veram vitam viuunt, cùm fidem non habeant) absorpturum minatus est non in ira, sed *quasi in ira:* (Deus enim iræ expers est:) si verò crucem agnouerint, non ampliùs iram sustinent.

Mystica expositio ignis, solis, spinarum & rhamni.

10. PRIVSQVAM INTELLIGERENT SPINÆ.] ATHANASII. Priusquam, inquit, spinæ, id est iniquitates vestræ, sumant incrementum, & rhamnus fiant, id est, floreant ac fructum ferant, superueniet in vos ira diuina.

THEODORI. Symmachus manifestiùs ait: *Priusquam augeantur spinæ vestræ vt rhamnus fiant, adhuc viuentes tamquam omnia siccans turbo tollet.*

Rhamnus quid.

ANONYMI. Rhamnum Scriptura vocat magnam spinam & albam, quæ ob magnitudinem arbori similis sit: est autem etiam sicca naturâ suâ, atque ignem paululùm subo-

θ'. ΕΠΕΣΕ ΠΥΡ ΕΠ ΑΥΤΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐμβληθέντες, φησὶν, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸν δικαιοσύνης τὸν ἥλιον οὐκ ἐθεάσαντο. Ὅμοιον δὲ τὸ· ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καλῶς πῦρ ἐνταῦθα τοῦ θεοῦ τὴν ὀργὴν ἐκάλεσεν. ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὡς κηρὸς, κηροῦ δὲ ἴδιον τὸ πυρὶ τήκεσθαι, καλῶς ἐπήγαγε τὸ, Ἔπεσε πῦρ ἐπ' αὐτούς. ὥσπερ τὸ πῦρ ἐπενεχθὲν τήκει καὶ μειοῖ τὸν κηρὸν· οὕτως ἡ τοῦ θεοῦ ὀργὴ ἐπενεχθεῖσα ἅπαντας ἀφανίσει. Τὸ δὲ, οὐκ εἶδον τὸν ἥλιον, ἀντὶ τοῦ, ἀπώλοντο, ἀνῃρέθησαν. Τῶν γὰρ τελευτώντων ἴδιον, τὸ μηκέτι τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἀπολαύειν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ὅταν κηρυχθῇ πανταχοῦ τὸ εὐαγγέλιον, τότε ἥξει τὸ τέλος. ὥσπερ δὲ τήκει τὸν κηρὸν τὸ πῦρ, οὕτως τοὺς ἀσεβεῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὐκ εἶπε δὲ ἀναιρεθήσονται· ἅπαξ γὰρ τῷ νόμῳ καὶ τοῖς προφήταις ἀνῃρέθησαν· ἐπειδὴ γὰρ πάλιν ἴσχυσαν, ἀνταναιρεῖσθαι αὐτοὺς τῇ τῶν εὐαγγελίων ἠπείλησε χάριτι, ὡς Ἡσαΐας· ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡττηθήσεσθε. Πῦρ δέ φησι τὸ πνεῦμα, ἥλιον δὲ τὸν χριστὸν (ὃν οὐκ ἐπέγνωσαν τῇ χορηγίᾳ τοῦ πνεύματος) ἀκάνθας δὲ τοὺς ἀσεβεῖς, ῥάμνον τὸν σταυρόν. Ἀκανθῶδες γὰρ φυτὸν ὁ ῥάμνος· ἀκάνθας δὲ ὁ σταυρὸς εἶχεν, ἐπειδὴ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐβάστασε. Πρὶν τοίνυν τοῦ σταυροῦ ἐπιγνῶσι τὴν δύναμιν, ὡσεὶ ζῶντας αὐτοὺς (οὐδὲ γὰρ ζῶσι τὴν ἀληθῆ ζωὴν, τὴν πίστιν οὐκ ἔχοντες) καταπιεῖν ἠπείλησεν οὐκ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ὡς ἐν ὀργῇ. (ἀόργητος γὰρ ὁ θεός·) εἰ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπιγνῶσιν, οὐκέτι τὴν ὀργὴν ὑφίστανται.

ι'. ΠΡΟ ΤΟΥ ΣΥΝΙΕΝΑΙ ΤΑΣ ΑΚΑΝΘΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πρὶν αὐξῆσαι, φησι, τὰς ἀκάνθας ὑμῶν, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας, καὶ γενέσθαι ῥάμνον, ἀντὶ τοῦ ἐξανθῆσαι καὶ καρποφορῆσαι, μετελεύσεται ὑμᾶς ἡ θεία ὀργή.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος σαφέστερόν φησι· πρὶν ἢ αὐξήσωσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν ὥστε γενέσθαι ῥάμνον, ἔτι ζῶντας ὡς ὁλόξηρος λαίλαψ ἀρεῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ῥάμνον ἡ θεία γραφὴ καλεῖ τὴν μεγάλην ἄκανθαν καὶ λευκὴν, ἣ καὶ δένδρῳ παραπλησία διὰ τὸ μέγεθος· ἔστι δὲ καὶ ξηρὰ κατὰ φύσιν, καὶ βραχύ τι πυρὸς ὑποφερουθεῖσα,

φερθεῖσα, εὐθὺς καταναλίσκεται. (ἄκανθαν δὲ καλεῖ τὴν πονηρίαν διὰ τὸ πληκτικὸν καὶ ἐπιβουλευτικόν.) Πρὶν οὖν, φησι, τὴν πονηρίαν ὑμῶν εἰς ἔργον ἐκβῆναι αὐξηθεῖσαν ταῖς ἐπινοίαις καὶ μείζονα γενομένην, ὑμᾶς ἔτι στρεφομένους ἐν τοῖς κακοῖς, καὶ δοκοῦντας ζῆν τε καὶ κινεῖσθαι ἐν αὐτοῖς, δίκην πυρὸς ἐπιπεσοῦσα τοῦ θεοῦ ἡ τιμωρία, πάντας ἀφανίσει καὶ καταναλώσει. Τὸ οὖν, πρὶν αὐξήσουσιν, εἶπε, πρὸ τοῦ συνιέναι· ἀντὶ τοῦ, πρὸ τοῦ κἂν εἰς ἔννοιαν λαβεῖν ὑμᾶς τὴν πονηρίαν, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἐπιβουλὴν εἰς αὔξησιν ἀγαγεῖν, φθάσει ὑμᾶς ἡ τοῦ θεοῦ τιμωρία καταναλώσασα.

ια΄. ΕΥΦΡΑΝΘΗΣΕΤΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ δίκαιοί, φησιν, ἐκ μέσου γενομένους τοὺς ἀλιτηρίους θεώμενοι δαίμονας κατὰ τὸν τῆς δικαιοκρισίας καιρὸν, ἐπὶ τῷ δικαίῳ κρίματι τοῦ θεοῦ εὐφρανθήσονται· ἅτε δὴ ἀθῷοι αὐτοὶ εὑρεθησόμενοι τῆς ἐπὶ τῷ θανάτῳ κολάσεως. Τὸ γὰρ νίψαι ἐπὶ τοῦ ἀθῴου ληπτέον, κατὰ τὸ· νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἡ δὲ εἰς ὑμᾶς, φησι, τιμωρία εὐφροσύνην παρέξει τοῖς δικαίοις, τοῖς νῦν ὑφ' ὑμῶν ἐπιβουλευομένοις.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἐκδίκησιν λέγει οὐ τὴν νῦν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν. χαίρει γὰρ τότε ὁ δίκαιος, ὡς αὐτὸς διαφυγὼν τὴν γέενναν· χαίρει δὲ καὶ περὶ τῆς νῦν ἐκδικήσεως. ἐπὶ τῇ γὰρ νῦν ἐκδικήσει, τουτέστι τῇ παιδείᾳ, ὁ δίκαιος, ὡς ὠφέλειαν φερούσῃ τοῖς ἁμαρτωλοῖς, εἰκότως εὐφραίνεται. Ὅθεν ἐπήγαγε· Τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τουτέστι, τῇ παιδείᾳ καὶ τιμωρίᾳ. Θεωρῶν γὰρ τὸν ἁμαρτωλὸν μαστιζόμενον, αὐτὸς τὰς οἰκείας χεῖρας, δηλαδὴ τὰς πράξεις, καὶ ἀπὸ τυχόντος ἐκπλύνει ῥύπου φόβῳ τῆς τιμωρίας, εἰς κάθαρσιν ἐπειγόμενος. Κρίνων δὲ αὐτούς, φησιν, ἐν τῇ γῇ, τουτέστι, καὶ πρὶν ἀποδημήσουσιν ἐντεῦθεν. Περὶ γὰρ τῆς μελλούσης κρίσεως οὐκ ἔπρεπεν ἀμφιβάλλειν τὸν δίκαιον· ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν πολιτείαν κρίσιν ἔσεσθαι πάντων ὁμολογεῖται. εἰ τοίνυν καρπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ δικαίῳ, καὶ εἰ κρίσιν ὁ θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ἡμῶν οἰκούντων ἐργάζεται, εἰκότως ἀμφιβάλλων λέγει, καὶ οὐκ ἀποφαινόμενος· ἐπειδὴ μήτε πάντες οἱ δίκαιοι καρποὺς ἐνταῦθα τῶν πόνων εἴτ' οὖν ἀνταποδόσεις εὑρίσκουσιν· ὅτι μὴ ὡς κριτὴς ἡμῖν κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασιν ὁ φιλάνθρωπος κέχρηται, ἐν τισὶ δὲ, ὅμως ἀνελεῖν τὴν ὑπόληψιν τῶν βλασφήμων βουλόμενος, ἣν περὶ τοῦ θεοῦ, ὡς ἀμελοῦντος τῶν ἀνθρωπίνων ἔχουσιν.

dorata, illicò consumitur. (Spinam autem vocat malitiam propter puncturam & deceptionem.) Priusquam igitur, inquit, malitia vestra cogitationibus aucta & maior effecta in opus exeat, dum adhuc in malis volutatis, & in ijs viuere ac moueri videmini, instar ignis ingruens in vos pœna Dei, omnes abolebit atque consumet. Istud igitur, *Priusquam augerentur*, dixit, *Priusquam intelligerent*: id est, Antequam malitiam in mentem vestram acciperetis, & per insidias aduersus nos augeri faceretis, apprehendet vos supplicium Dei, quod vos consumet. CATENA PATRVM.

11. LÆTABITVR IVSTVS.] ATHANASII. Iusti, inquit, cùm dæmones exitiales iusti iudicij tempore è medio sublatos viderint, de iusto Dei iudicio lætabuntur; vtpote immunes ipsi reperiēdi à morte supplicij. Lotio enim de innocente intelligenda est, iuxta illud: *Lauabo inter innocentes manus meas.* Psal. 25, 6.

Dæmonibus sublatis, gaudebunt iusti.

THEODORI. Vestrum autem, inquit, supplicium lætitiam præbebit iustis illis, qui nunc à vobis insidijs impetuntur.

CHRYSOSTOMI. Vindictam non præsentem intelligit, sed futuram. Tunc enim iustus gaudet, vt qui gehennam euaserit: imò gaudet etiam de præsenti vindicta. Siquidem de præsenti vindicta, id est disciplina, tamquam quæ peccatoribus vtilitatem adferat, vir iustus meritò lætatur. Vnde subiunxit: *Manus suas lauabit in sanguine peccatoris*, id est, in disciplina & castigatione. Cùm enim videt peccatorem flagellari, ipse manus suas, id est actiones, etiam à quibuscumque sordibus abluit metu supplicij, ad emundationem suam incitatus. *Iudicans* autem, inquit, *eos in terra*, id est, priusquam hinc emigrent. Non decebat enim de futuro iudicio dubitare; quandoquidem post hanc vitam omnium iudicium futurum esse confiteatur. Si itaque hîc sit fructus iusto, & si iudicium Deus in terra nobis habitantibus exerceat, meritò ambigens, & non asserens dicit; quandoquidem non omnes iusti hîc laborum suorum fructus siue retributiones reperiunt: quia non vt Iudex nobis in hac vita in omnibus rebus benignus vtitur, sed in quibusdam, vt simul auferat maledicorum opinionem, quam de Deo habent, ac si res humanas negligeret.

Iusti gaudebunt de Dei iudicio.

Punitio impij alijs prodest.

Iusti in iudicio Dei fructum referent.

CATENA PATRVM.

Lotio accipitur pro communicatione vel non communicatione.

THEODORI. Verbum *lauandi* Scriptura diuina semper accipit pro communicatione vel non communicatione alicuius. Illa enim erat consuetudo veteribus, vt per lotionem alterutrum, prout volebant, significarent. Sic etiam Pilatus in Euangelijs videtur per lotionem manuum significasse, se non communicare cædi Christi. Sic etiam alio loco beatus Dauid ait: *Lauabo inter innocentes manus meas:* id est, cum ipsis amplectar communicationem. Hîc ergo dicit, iustum in cæde ac morte peccatoris declaratum iri nullam habere cum ijs communicationem, hoc est, iustum appariturum. Cùm enim illi propterea puniantur, hi autem maneant nil mali patientes, horum virtus demonstratur.

Psal. 25, 6.

12. ET DICET HOMO: SI VTIQVE EST FRVCTVS.] ATHANASII. Particula *vtique* pro *reuerà* ponitur. *Vtique est Deus iudicans eos.* Confitentur, inquit, reuerà iustam esse contra illos latam à Deo sententiam.

Iustitiæ fructus non perit.

THEODORI. Nonnulli istud, *Vtique est fructus iusto*, per interrogationem legerunt; ac si sciscitarentur vtrùm sit: quod in syllogismis dicere solemus, Numquid hoc? id est, Ergóne hoc? sic etiam hoc loco ait, quòd cùm hæc facta fuerint, omnes dicturi sint, Quoniam verè est fructus iusto, & non sine mercede iustitiam exercet. Ecce enim propterea puniti sunt qui ipsis insidiabantur.

Quis sit fructus iustorum.

ANONYMI. Quemadmodum illi qui falsam iustitiam loquuntur, operibus verò iniustitiam concinnant, superiùs descripti sunt, qualem finem habituri sint; sic oportebat etiam ex opposito veri iusti finem bonum edoceri. Quid igitur erit bonum tali? Nunc quidem, inquit, in præsenti tempore is qui non videt vindictam impiorum sæpenumerò lamentatur flens ac dicens: Vt quid impij prosperantur? & cetera. Cùm autem viderit finem impiorum, & vindictam eorum, tunc gaudebit & lætabitur, non de interitu impiorum congaudens, sed de iusto Dei iudicio lætitiam hauriens. Iure merito autem quando hoc fit etiam omnis homo & omnis vox ac lingua applaudit illud: *Vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.* Si enim erit fructus ac merces bona operanti iu-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ νίπτεσθαι ἡ θεία γραφὴ συνεχῶς λαμβάνει ἐπὶ τοῦ ἢ κοινωνεῖν τινὶ ἢ μὴ κοινωνεῖν. Τοῦτο γὰρ ἔθος τοῖς παλαιοῖς, διὰ τοῦ νίπτεσθαι τὰς χεῖρας σημαίνειν ὁπότερον, ἂν ἐβούλοντο. Οὕτω καὶ Πιλᾶτος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φαίνεται τῷ νίψασθαι τὰς χεῖρας σημαίνων, ὅτι μὴ κοινωνεῖ τῷ φόνῳ κατὰ τοῦ Χριστοῦ. οὕτω δὲ ἑτέρωθί φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ· Νίψωμαι ἐν ἀθώοις τὰς χεῖράς μου, τουτέστι, τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀσπάσομαι κοινωνίαν. Ἐνταῦθα οὖν τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ δίκαιος ἐν τῇ σφαγῇ καὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἁμαρτωλοῦ δειχθήσεται μηδεμίαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, τουτέστιν, ἀποφανθήσεται δίκαιος. Ὅταν γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τοῦτον κολάζωνται, οὗτοι δὲ μένωσι μηδὲν πάσχοντες κακὸν, δείκνυται τούτων ἡ ἀρετή.

ιβʹ. ΚΑΙ ΕΡΕΙ ΑΝΘΡΩΠΟΣ· ΕΙ ΑΡΑ ΕΣΤΙ ΚΑΡΠΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ ἄρα ἀντὶ τοῦ ὄντως τέθειται, ἄρα ἐστὶν ὁ θεὸς κρίνων αὐτούς. Ὁμολογοῦσι, φησὶν, ὄντως δικαίαν ὑπάρχειν τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐπενεχθεῖσαν κρίσιν τοῦ θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τινὲς τὸ, ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ, κατ᾽ ἐρώτησιν ἀνέγνωσαν· ὡσανεὶ πυνθανομένων ὅτι εἰ ἔστιν ἄρα· ὅπερ ἔθος ἡμῖν ἐν τοῖς συλλογισμοῖς λέγειν, εἰ μὴ τόδε; ἀντὶ τοῦ, οὐκοῦν τόδε; οὕτω κἀνταῦθα λέγει, ὅτι τούτων γενομένων, πάντες ἐροῦσιν, ὅτι ἀληθῶς ἔστι τῷ δικαίῳ καρπὸς, καὶ οὐκ ἄμισθι τὴν δικαιοσύνην ἐργάζεται. Ἰδοὺ γὰρ ὑπὸ τούτων ἐτιμωρήθησαν οἱ ἐπιβουλεύοντες αὐτοῖς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὥσπερ οἱ ψευδῆ δικαιοσύνην λαλοῦντες, ἔργοις δὲ ἀδικίαν συμπλέκοντες περιεγράφησαν, ὁποῖον ἕξουσι τέλος· οὕτως ἐχρῆν ἐκ παραλλήλου τοῦ ἀληθινοῦ δικαίου τὸ χρηστὸν τέλος διδαχθῆναι. Τί οὖν ἔσται ἀγαθὸν τῷ τοιούτῳ; νῦν μὲν, φησι, κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν οὐχ ὁρῶν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐκδίκησιν πολλάκις σχετλιάζει ἀποκλαιόμενος καὶ λέγων· ἵνα τί ἀσεβεῖς εὐθηνοῦσι; καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ τὸ τέλος τῶν ἀσεβῶν, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτῶν ἐκδίκησιν, τηνικαῦτα χαρήσεται καὶ εὐφρανθήσεται, οὐ τῇ τῶν ἀσεβῶν ἀπωλείᾳ ἐπιχαίρων, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ δικαιοκρισίᾳ εὐφραινόμενος. Εὐλόγως δὲ τούτου γινομένου καὶ πᾶς ἄνθρωπος καὶ πᾶσα φωνὴ καὶ γλῶσσα ἀποφαίνεται· ὅτι εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ· ἄρα ἐστὶ θεὸς ὁ κρίνων αὐτοὺς ἐν τῇ γῇ. εἰ γὰρ ἔσται καρπὸς καὶ μισθὸς ἀγαθὸς τῷ τὴν δικαιοσύνην

σύνην εἰργασμένῳ, ὃν ἀπολήψεται κατὰ τὸν τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ καιρόν, ἀκόλουθόν ἐστι νοεῖν, ὅτι καὶ πρὸ τῆς κρίσεως τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ταύτης ἐστὶ Θεὸς ἐφορῶν καὶ διακρίνων· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα οὐχ ὁρᾶται αὐτοῦ ἡ κρίσις ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄκριτα οὐδὲ ἀνεξιχνίαστα τυγχάνει παρ' αὐτῷ τὰ ἐν ἀνθρώποις. εἰ μὲν γὰρ ἤμελλον οἱ δίκαιοι τοῖς ἀδίκοις συναπόλλυσθαι, καὶ μηδεὶς ἦν καρπὸς τῷ δικαίῳ, ἦν ἂν εἰπεῖν, μὴ δὴ ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα τὸν Θεόν. ἐπεὶ δὲ ἐστί τις καιρός, ἐν ᾧ ὁ μὲν δίκαιος χαρήσεται, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ τὸ λεχθὲν περὶ αὐτῶν τέλος ἕξουσιν, εἰκότως ὁμολογεῖν πάντως προσήκει καὶ ἀποφαίνεσθαι, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ἔφορος καὶ ἐπίσκοπος τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων, κρίνων ἅπαντας τοὺς ἐν τῇ γῇ πολιτευσαμένους. Ἐπιστῆσαι δὲ προσήκει, μήποτε ἡ μετὰ χεῖρας προφητεία, πᾶσα ἀκόλουθος οὖσα καὶ συνημμένη ταῖς πρὸ αὐτῆς, τὰ τέλη διαγράφῃ. Ἐπίστησεν ὁ γραμματικός, τίνος ἕνεκεν ἐπεσημειώθη μοι τὸ διαγράφῃ ὑποτακτικῶς, ὡς δισταγμὸν ὑποφαίνον. Οἶδας δὲ πάντως, ὅτι τὰ τῶν τοιούτων σχηματισμῶν εἰς ὑποτακτικὴν ἀναφέρονται ἔγκλισιν τῶν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας μελετώντων, καὶ δικαιοσύνην τῷ στόματι λαλούντων, μὴ μὴν παραδεξαμένων αὐτὸν ἐλθόντα, μηδὲ ἐπακουσάντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς βοῶντος πρὸς αὐτοὺς καὶ λέγοντος· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω· οἵτινες ὡμοίωσαν ἑαυτοὺς τῷ ὄφει, καὶ τὰ ὦτα αὐτῶν πεποιήκασιν ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, καὶ τὰ ἑξῆς τούτων εἰρημένα. Ἔστιν οὖν ἀληθῶς ὁ ἐπιμελόμενος τῶν δικαίων Θεός, καὶ δικάζων μὲν αὐτοῖς ἀδικουμένοις ἐπὶ τῆς γῆς· τιμωρούμενος δὲ τοὺς τολμῶντας αὐτοὺς ἀδικεῖν.

stitiam, quam in tempore iusti iudicij Dei recipiet, consentaneum est cogitare, etiam ante iudicium esse Deum, qui terræ incolas intueatur atque diiudicet: etsi enim iudicium eius in præsentiarum vt plurimùm non cernatur; attamen res humanæ nec sine iudicio nec sine examine sunt apud ipsum. Nam si iusti cum iniustis simul perituri essent, & nullus esset fructus iusto, vtique liceret dicere, non intueri humana Deum. Sed quoniam est tempus quoddam, in quo iustus quidem gaudebit, peccatores verò prædictum illis finem habebunt, iure merito fatendum omnino & dicendum est, esse Deum contemplatorem & inspectorem actionum humanarum, qui diiudicet omnes qui in terra commorantur. Porrò inquirendum, an ea quæ præ manibus est prophetia, cùm omnino consentanea & connexa sit præcedentibus, fines describat. Instat Grammaticus, cur vox διαγράφῃ, id est *describat*, subiunctiuè annotata sit, quasi dubitationem insinuet. Scis autem omnino, illa quæ istiusmodi formationum sunt ad subiunctiuam referri increpationem eorum qui illas quæ de Christo sunt prophetias meditantur, & iustitiam ore proloquuntur, sed ipsum aduenientem non recipiunt, neque vocem eius audiunt clamantis ad eos & dicentis: *Qui habet aures audiendi, audiat:* qui assimilarunt semetipsos serpenti, & aures suas fecerunt sicut aspidis surdæ, & quæ exinde dicta sunt. Deus itaque iustorum reuerà curam gerit, atque ipsis quidem iniuriam passis in terra ius dicit; punit verò illos qui iniurias ipsis inferre præsumunt.

CATENA PATRVM. *Deus suo tempore omnia iudicat, & remuneratur.*

Matt. 11, 15.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS nil noui habet à præcedenti diuersum. Argumentum est teris reprehensio hominum iniquorum. Docet autem impios ac pestilentes perituros; pios verò ac iustos virtutis suæ fructum percepturos, ita vt Dei prouidentia & iudicium appareat. Obseruat autem Gregorius Nyssenus hoc in Psalmo Dauidem, postquam vocem illam Deo dignam *Ne disperdas* edidit, alium subitò effectum, & supra humanam naturam euectum, non itidem, vt præcedentibus Psalmis, se ab hominibus conculcari, conqueri, imò potiùs velut hominum legislatorem, & ipsorum quodammodò Deum factum, illos non modò summâ auctoritate commonere, & velut terrenos arguere, sed interna etiam ipsorum consilia & abdita sensa, externis verbis nullatenus cohærentia, quæ vni Deo peruia sunt, omnino pulsare, dum ait:

2. *Si verè vtique iustitiam loquimini.*] q. d. Heus mortales quid loquimini? quid facitis? num iustitiæ consonat id quod loquimini? num rectum iudicium instituitis? iactatis quidem vos, ô Iudices, quod iuxta regulas iuris iudicetis; ego ita factum putem, si rectè iudicetis. Sumptâ metaphorâ hoc dicit ab his qui sagittam iaciunt, qui vt in scopum rectâ colliment, huc illuc se versant, & sæpiùs corpus intorquent: & vos igitur, inquit, nihil intentatum relinquatis, vt iustam sententiam ferre possitis. Hoc modo exponit hunc

 locum

ANNOTATIONES CORDERII.

locum S. Basilius Hom. 12. his verbis: *Quemadmodum is qui sagittam mittens ad metam dirigit, ne retrò, neque citra, neque vtrobique errando à via proposita excidat; ita rectus Iudex fluctitabit; neque enim iudicando personam accipiet.* Notandum itaque orationem hanc non esse admonentis, sed cum ardore quodam redarguentis & obiurgantis Iudicum iniustitiam: cuius rei indicio sunt istæ particulæ, εἰ *si*, & ἆρα *vtique*; quæ interrogationibus adhiberi solent. vt Gen. 18. ἆρά γε ἀληθῶς τέξομαι; *Num vtique verè pariam?* & 3. Regum 8. εἰ ἀληθῶς κατοικήσει ὁ θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς; *Si verè habitabit Deus cum hominibus super terram?* Non ergo Septuaginta hîc ab Hebræo dissident, vt nonnulli putant; quasi in Hebræo per interrogationem dicatur; Septuaginta verò per modum admonentis verterint: sed hi quoque hanc sententiam per interrogationem protulerunt. Quin etiam Apollinaris in Metaphrasi vim particulæ ἆρα rectè expressit:

Gen. 18, 13.
3. Reg. 8.

> Ἦ ῥά πε ἀτρεκέως ὁσίοις ἀγορεύετε μύθους,
> Καὶ θέμιν ἰθεῖαν μερόπων ἰθύνετε παῖδες,
> Ἀμπλακίην πραπίδεσσιν ἐπὶ χθονὶ τεκταίνοντες,
> Πλεξάμενοι παλάμῃσιν κακορρέκτοις ἀθέμιστα;
> *An verè sancta loquimini verba,*
> *Et ius rectum hominum filij dirigitis,*
> *Cùm iniquitatem intra pectora in terra fabricetis,*
> *Texatisque manibus maleficis iniuriam?*

Iustitia non verbis, sed factis præstanda.

Quasi dicat: Si ex animo, è mentis sententia, & non fucatè ac hypocriticè & externâ specie iustitiam loquimini, id in iudicijs faciendis, operibus & factis ipsis ostendite: non enim est in verbis iustitia, sed in virtute. hinc illa sententia Socratis: *Qualis videri vis, talis esto.*

3. *Iniustitiam manus vestræ concinnant.*] S. Augustinus legit, *Iniquitates manus vestræ connectunt*; & de ijs sumit, qui peccatum peccato adiungunt, & veluti catenam faciunt, multis noxis vt circulis implexam: vnde peccata dicuntur funes & vincula apud Sapientem: *Funibus peccatorum*, vel, vt habet S. Augustinus, *Criniculis peccatorum suorum vnusquisque constringitur.* & apud eumdem Isaias: *Væ his qui trahunt peccata sua sicut restem longam.* Qui ergo vitijs obligantur, vt in ergastulo furiarum catenati sunt; & restem adamantinam circumferunt, quâ pessum eunt trahunturq; ad inferos: quibus cùm Isaias dirum *væ* denuntiat, liquidò ostendit, eorum statum esse miserrimum. Tales erant illi, quos hîc alloquitur & arguit Propheta Regius, dicens: ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν συμπλέκουσι, *Iniustitiam manus vestræ conserunt*, siue *connectunt*: ac si dolosi & vafri peccatores ita iniustitiam suam cum iustitia nectant & misceant, vt telam texere videantur, in qua iniustitiæ fila iustitiæ stamine operiant. Sed in Hebræo ita legitur, בארץ חמס — ידיכם תפלסון *baarets chamas iedechem thephallesun.* id est, *In terra iniquitatem manuum vestrarum appendite*: sic enim habet versio B. Hieron. alij, *Iniustitiam manus vestræ ponderant.* hoc est, vt explicat Agellius: Ita iniquitatem facitis, vt ad iustitiæ libram ponderata videatur: nam verbis & rationibus adeò ad speciem iustis & rationabilibus vestram iniustitiam defenditis & confirmatis, vt quod per summam iniuriam facitis, ritè ac iure facere videamini.

Peccatores concinnant iniustitiam & connectunt.
Prou. 5, 22.
Isaiæ 5.

4. *Alienati sunt peccatores à vulua.*] Originalis nimirum peccati vis in impijs elucet ab ipsis incunabilis; ita vt statim ab infantia in malitia adolescant, & proficiant: vix enim nati se vitijs tradunt, & à primæua conditione & natura ad Dei similitudinem formata omnino desciscunt. *Hæc intellexeris* (inquit Nyssenus Tractatu 2. in Psalmos cap. 15.) *si inquiras, quænam prima humana compositionis quasi matrix fuerit, & quis venter, qui humanum genus tulerit: neque enim alium esse arbitror præter benignitatem, & bonitatem Dei, à qua ficti & prognati sumus. dixit enim: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; qui finxit sigillatim corda eorum. rursus ait: Filios genui & exaltaui, ipsi verò spreuerunt me. Et infinita huius generis ex sacris Litteris colligere licet, quibus manifestum reddatur, quisnam sit venter qui nos finxit; & quæ matrix quæ in lucem nos generando edidit. Hæc igitur considerans ille, qui ob perditionem hominum à Deo desciscentium luget, in lamenta erumpit: nam lamentationis instar est vox illa quæ peccatores deplorat: Quomodo alienati sunt peccatores à vulua?* & post nonnulla, premens ea verba quæ sequuntur in Psalmo, *Supercecidit ignis, & non viderunt solem*, iuxta lectionem Græcam, quæ habet, *Abortus mulieris non videbit solem*, sic inquit: *Causam verò huius mali dicit esse similitudinem, quam cum serpentibus habent: quare similem orationem vsurpans, ait eos esse imperfectos in ratione naturæ, & abortiuos per malitiam redditos, delapsosque excidisse ab illa quam suprà diximus matrice.* Hæc Nyssenus. Ab ipsa igitur vulua peccatores nascimur, quia in vulua peccatores concipimur: ab ipso vtero errauimus, quia in ipso vtero impij & infidi gignimur: falsa loquimur; quia si iniquitatem proferimus, cùm ipsa fallax sit, falsa loquimur: si verò iustitiam edicimus, falsa etiam loquimur; quia aliud est quod ore profertur, aliud autem quod cordis recessibus occultatur. Ex hac infecta radice ô quanta mala sæpè pullulare non cessant! Nam, vt Plutarchus scripsit, si tua ipsius intestina aperueris, varium profectò & multis refectum vitijs penuarium reperies, thesaurumque, vt Democritus ait, non foris illabentium, sed quasi natiuis & indigenis præditorum fontibus, quos effundit exundans & larga perturbationibus malitia.

Quomodo peccatores aberrent à vulua.
Gen. 1.
Isaiæ 1, 2.
Psal. 57, 9.

5. *Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.*] Aspis enim dicitur aurem ad terram adiungere & obstruere alteram caudâ, vt surda fiat, ne potenti carminum sono capiatur, vt B. Augustinus alijque multi referunt: cuiusmodi aures pilosas diceret Plato; & vilissimis rebus infertas: qui cùm in curru intimi animi politiam velut ingeniosâ picturâ exprimeret, in bigis illis, quarum animus auriga est, alterum equorum, quem iniustum nominat, ait esse τὰ ὦτα λασίωτον, *surdum atque auribus hirsutum*, vt notat Synesius lib. de Caluitio. Quò significat esse quosdam non tam corpore quàm animo hirsutos & moribus agrestes, atque obtemperandi nescios, qui ad vocem aurigæ sapientis obsurdescant, & moderantis prudentiæ habenas vitio animi & naturæ quadam acerbitate succutiant. Tales vt plurimum sunt hæretici, cum quibus Apostolus negat esse agendum; rationemque hanc reddit, quòd sint subuersi, hoc est fide, gratiâ & omnibus

Aspis aurem obturans quid designet.
Tit. 3, 11.
Hæretici obsurdescunt ad monita salutis.

bus Dei donis euersi & spoliati, desperatæ sanitatis: non mouentur magis quàm exsucca & exanima cadauera; neque oculis fidei splendorem Euangelijque iubar excipiunt; neque audiunt resonantem orbe toto Catholicam religionem; & pulmonibus sanie fluentibus aërem veritatis dulcem & vitalem non respirant; denique sensum nullum habent piæ & diuinæ institutionis: frustrà igitur cum illis ageretur, & inutilis foret omnis disputatio. Quæ fuit omnino S. Epiphanij doctissimi Antistitis opinio: *Nam illis*, inquit, *qui salutis disciplinam & magisterium repudiant, ne integrum quidem sæculum potest ad disputandum sufficere, cùm illorum aures perpetuò aspidis instar obsurdescant; quæ aures suas obturat, ne audiat vocem incantantium sapienter.*

6. *Vocem incantantium.*] Græcè ἐπᾳδόντων; Symmachus, ψιθυριζόντων, *murmurantium*. ita S. Hieronymus.

IBIDEM. *Et medicamenti.*] Græcè φαρμακοῦ τε: quod verbum in editione Sixtina & Codice Vaticano sine accentu scribitur: in alijs codicibus partim legitur φαρμακεῦτε, φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ: & sic in Psalterio Romano, *Et venefici, quæ incantatur à sapiente*: partim verò, φαρμακεύεται φαρμακευομένη, *Medicatur medicata*: Scholion legendum ait φαρμακοῦ, vt illud τε interiectum sit conuenienter concentus gratiâ, & non verbaliter φαρμακεῦτε: S. Hilarius, *Medicamentis medicatus à sapiente*: Vulgata, *Venefici incantantis sapienter*: Aquila, ἐπαδόμενος ἐπαοιδὴν σεσοφισμένην, *Docti incantare incantationem*: Symmachus, Ἐπαστοῦ ἐπῳδὰς σεσοφισμένου, *Incantatoris docti incantationes*: Theodoretus tamen ex Symmacho refert, Ἐπαδεται ἐπῳδαῖς σεσοφισμένου, *Incantatur incantationibus sapientis*: Quinta editio, φαρμακεύοντα φαρμακείς, *Medicati medicamentis*; aut, *Accipiens medicamentum*. Hac autem similitudine vsus est Propheta, vt declararet illos nolle audire monitiones salutares Prophetarum in Dei lege excellentium, nulloque modo se pati à proposito malo reuocari. Sic Palamnem aspidem tradit Euthymius, ne audiat incantatoris carmina, alteram autem terræ affigere, alteram caudâ obturare. Sic, teste Plinio lib. 28. c. 3. Marsi, quos Ophiogenes vocari tradit, irritamentis vel Physicâ arte serpentes è latebris euocabant, & è medio tollebant. quò & alludit Virgilius,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Impiorum dentes conterentur.

7. *Deus conteret dentes eorum.*] Veniet enim aliquando tempus, cùm iusto Numinis imperio excutientur illa malitiæ & improbitatis instrumenta. Sic etiam aspis, cui illos præcedenti versu comparauit, cùm dentium morsu venenum immiserit, quasi à natura prouidentiaque damnata, subitò emoritur, vt Physici docent. Atque, vt sacri Vatis oraculum enucleemus, quid est, Deum perditorum hominum dentes in ore ipsorum contriturum, nisi pœnâ ignominiaque affectos redditurum exarmatos, & elingues, &, vt vno verbo dicam, mutos? Id quâ ratione fiat
1. Cor. 6, 10. S. Paulus grauissimè pronuntiat dicens, *maledicos*, quorum nimirum dentes lanceæ sunt, in famam innocentiamque vibratæ, *Regnum Dei non*
Apoc. 20, 15. *possessuros. Qui* autem *non inuentus est*, inquit Ioannes, *in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis*. O seueritatem punientis Dei, & deplorandam hominum calamitatem! in stagno fluctuantis ignis consceleratі detractores, maledici audaces & infandi, cælo exclusi, vt ranæ informes, vt monstrosi pisces, vt marini dracones, squamis hirti, ore fœdi & edentuli natabunt, & in sempiternum cruciabuntur. Iam quis nescit, vt maris & fluuiorum, sic stagnorum pisces propriè dici mutos? Hinc Aristoteles pisces nominat ἀφώνους *expertes vocis*. Tunc igitur Deus conteret dentes eorum, hoc est in stagno illo fluitantibus vocem & sermonem demet, quo nefariè sunt abusi ad infamiam probis imponendam, ad aliorum nomen iniustissimè & maleuolentissimè violandum: non mutient formidandâ Numinis manu coërciti, nisi fortè sonitum illis demus infaustum, & cruciabilem vlulatum, quo vltoris Numinis potentiam & pœnæ suæ magnitudinem testentur.

Impij subitò perdendi.

8. *Ad nihilum deuenient.*] Ita etiam Vulgata; Græcè Ἐξουδενωθήσονται: quod S. Hilarius & S. Augustinus habent *spernentur*: quomodo sæpè verti solet verbum illud: sed hoc loco significat magis propriè annihilationem: multis enim & conglobatis exemplis declarat subitum & inopinatum exitium impiorum.

9. *Sicut cera liquefacta.*] Græcè τακείς: Vulgata, *Quæ fluit*: Aquila, Ὁμοίως γῆς ἐντέρῳ τακὲν πορεύσεται ἔκτρωμα γυναικὸς, οὐ μὴ θεωρήσωσιν ἥλιον, *Similiter ac vermis terræ liquefactum vadit abortiuum mulieris, non videbunt solem*: Theodotion, Ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσονται, ὡς ἔκτρωμα γυναικὸς οὐκ εἶδεν ἥλιον, *Sicut cera liquefacta auferetur, tamquam abortiuum mulieris non vidit solem*: Symmachus, Ὥσπερ ἡ χόριον διαλυθὲν διαφωνεῖ, ἢ ἔκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον, *Sicut secunda membrana dissoluta dissonat* (id est deficit) *aut abortiuum mulieris, vt non videant solem*: S. Hieronymus, *Quasi vermis tabefactus pertranseant*: Chaldaicè, *Sicut reptile limax, qui madefacit viam suam*: vel, *Sicut limax tabefactus, qui consumitur in itinere suo*. Docetur his exemplis, impios perdendos esse subitò, quasi numquam extiterint.

Impij immaturâ morte pereunt.

10. *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum.*] S. Hieronymus, *Antequam crescant spinæ vestræ in rhamnum*: quomodo & Symmachus, Πρὶν ἢ αὐξηθῶσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὡς ῥάμνος, *Priusquam aucta sint spinæ vestræ, ita vt fiant rhamnus*: S. Hilarius & Augustinus, *Priusquam producat spinas vestras rhamnus*. Hac similitudine significat eos immaturâ morte perituros, antequam peruersitas illorum crescat & adolescat. Hic autem Propheta per prosopopœiam tribuit spinis quod erat tribuendum hominibus. q. d. Priusquam intelligantur spinæ vestræ factæ rhamnus, & creuisse in rhamnum. Est autem

Rhamnus quid.

rhamnus spina maior, quæ speciem arboris ferè gerit: Dioscorides fruticem spinis horridum esse dicit, duorumque generum, album & nigrum: Theophrastus ait eum semper virere instar lauri. de quo Iudicum nono legitur: *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum, Veni & impera super nos*, &c. Priusquam igitur, inquit, spinæ vestræ Iud. 9, 14.
peruenerint ad iustam magnitudinem, creuerintque in rhamni mensuram, acutiem & duritiem, sic Deus irâ suâ eos quasi viuentes absorbebit & perdet. q.d. Immaturâ ætate, quando id non sperabunt, delebit eos. Moraliter: Priusquam, inquit,

ANNOTATIONES CORDERII.

inquit, scelerum vestrorum spinæ adolescant aculeatæ, in ira vos Deus subito absorbebit. id est, Antequam malitia vestra deducatur ad exitum, antequam noceatis pungatisque pro voto, à Deo absorbebimini. Ex Chaldæo legi potest: *Priusquam impij teneri durescant; dum adhuc sunt virides tempestate & turbine destruentur:* ex Hebræo autem sic: *Priusquam illa vestra concipiant ignem, sicut carnes cruda & incocta ex hac vita abripiemini.* Vtraque metaphora satis indicat intempestiua aliquando supplicia pueris malè moratis obuenire; ne si impunè abire permittantur, ex paruis spinis in horrida scelerum dumeta siluescant; & ex parua scintilla in immensa peccatorum incendia præcipitentur.

Zelus iustitiæ in viris iustis.

11. *Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam.*] Vbinam ergo commiseratio iusti? lætatur, non indolet in calamitatibus improborum, & quod horribilius est, lauat manus sanguine peccatorum. Ad vtrumque respondet S. Bernardus Serm. 8. in Psalmum, Qui habitat: ad primum quidem ita: *Lætabitur, non quòd velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa sibi vltione complaceat; sed quòd modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis vltrà quàm credi possit iustitiæ zelatorem & amatorem æquitatis oblectat:* ad secundum sic: *Planè non inquinabit in sanguine, sed lauabit: vt vnde ille cruentus magis, inde iste nitidior videatur: vt vnde plus sordet, inde iste pulchriùs elucescat.* sic Bernardus. Et quidem viri iusti, cùm sanguinem peccatorum, qui iustè puniuntur, aspiciunt, illo dicuntur manus suas abluere; hoc est, opera sua alieno malo edocti, cautiores prudentioresque redditi, emendant, si quid maculæ contraxerant; ac nitidiora & sanctiora deinceps efficere conantur. S. Hieronymus ad statum beatitudinis refert, *Quando impij damnantur in pœnis; iusti lætificantur in præmijs.*

Iustis prodest pœna improborum.

IN PSALMVM LVIII. ARGVMENTVM.

1. In finem, ne disperdas, ipsi Dauidi in tituli inscriptionem, quando misit Saül, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.

Cùm Saül inuidiâ laboraret, mortem Dauidi struebat, ac modò quidem conuiuanti insidiabatur, modò verò domum obsidebat, ne effugeret: verùm vxor ipsi saluti fuit, fugam suadens, atque lectum eius ad formam ægrotantis componens. Tunc igitur hunc quoque Psalmum conscripsit, qui & patientiæ doctrinam continet. Ceterùm Macchabæis quoque conuenit, atque refertur ad personam Christi de ingrato Israële benè merentis. Prædicit etiam Gentium vocationem & Iudæorum dispersionem.

Dauid vxoris consilio euadit periculum. 1. Reg. 19.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαβὶδ εἰς στηλογραφίαν, ὁπότε ἀπέστειλε Σαοὺλ, καὶ ἐφύλαξε τὸν οἶκον αὐτοῦ, τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

Διαφθονούμενος ὁ Σαοὺλ, τῷ Δαβὶδ ἐτύρευε θάνατον, καὶ νῦν μὲν συνεστιωμένῳ ἐπεβούλευε, νῦν δὲ τὴν οἰκίαν ἐφρούρει, τοῦ μὴ διαφυγεῖν· ἀλλ' ἡ γυνὴ αὐτοῦ σωτηρίας προεμηθεύσατο, φυγὴν συμβουλεύσασα, τὴν κλίνην τε ὡς ἀσθενοῦντος σχηματίσασα. Τότε οὖν συνέγραψε καὶ τοῦτον τὸν ψαλμὸν, διδαχὴν καὶ τοῦτον ὑπομονῆς. Ἔστι δὲ καὶ τοῖς Μακκαβαίοις ἁρμόδιος, ἀναφέρεται καὶ εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον τοῦ εὐεργετοῦντος τὸν ἀχάριστον Ἰσραήλ. Εὐαγγελιζόμενος καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν καὶ τὴν ἔκπτωσιν τῶν Ἰουδαίων.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. ERIPE me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

Insurgentes vocat Antiochi Duces, vt qui nil commune cum gente habeant, & sine vlla iusta ratione contra ipsos insurgant.

β΄. ΕΞΕΛΟΥ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὁ Θεός· καὶ ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με.

Ἐπανισταμένους καλεῖ τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς, ὡς οὐδὲν ἔχοντας κοινὸν πρὸς τὸ ἔθνος· καὶ κατεξανισταμένους αὐτῶν σὺν οὐδενὶ δικαίῳ λόγῳ.

3. Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

Viri sanguinum qui.

Eosdem dicit: viros autem sanguinum illos vocat, vtpote homicidas, & qui sanguine delectentur.

γ΄. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν· καὶ ἐξ ἀνδρῶν αἱμάτων σῶσόν με.

Τοὺς αὐτοὺς λέγει· ἄνδρας δὲ αἱμάτων καλεῖ αὐτοὺς, ὡς φονικοὺς, καὶ χαίροντας αἵματι.

δ΄. Ὅτι

δ΄. Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου· ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί.

Καὶ γὰρ παντοίαις, φησὶ, δόλοις κέχρηνται κατ' ἐμοῦ, ἐπὶ τῷ ἐκλαβεῖν με, καὶ θανατῶσαι· καὶ εἰσὶ κραταιοὶ καὶ ἰσχυρότεροι ὑπὲρ ἐμέ.

ε΄. Οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου κύριε·

Καὶ τοίγε, φησὶν, οὔτε ἠνόμησά τι εἰς αὐτοὺς, οὔτε ἥμαρτον. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα.

Ἀντὶ τοῦ, οὐδεμίαν ἔχοντες αἰτίαν κατ' ἐμοῦ, ἄνευ πάσης ἀνομίας τῆς ἀπ' ἐμοῦ εἰς αὐτοὺς, καὶ ἐπῆλθόν μοι, καὶ κατευθύνονται οὐκ οἶδα ὅπως. τί οὖν πρὸς ταῦτα;

ϛ΄. Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε· καὶ σὺ κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ,

Ὡσανεὶ τοῦ θεοῦ διὰ τὴν μακροθυμίαν ἀπράκτῳ καθεζομένου, παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἐξαναστῆναι εἰς συμμαχίαν αὐτῶν· Καὶ γὰρ σὺ κύριος εἶ, φησι, πασῶν τῶν δυνάμεων, θέλων τὸν Ἰσραὴλ, ἐν φροντίδι πεποίησαι.

Πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη·

Τὸ ἐπισκέψασθαι ἐνταῦθα ἐπὶ τιμωρίας ἔλαβε καὶ ἐπὶ κακοῦ· διὰ τοῦτο ἐπάγει·

Μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὡσανεὶ ἔλεγεν· ἐξέτασιν ποιῆσαι πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς παρανομοῦντας καὶ ἀδικοῦντας τιμωρῆσαι δεόντως κατὰ τὸ παρὰ σοῦ δίκαιον κριτήριον.

ζ΄. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν· καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι τὴν πόλιν.

Καὶ γένοιντο, φησι, τιμωρούμενοι ὅμοιοι τοῖς κυσὶ, διὰ πάσης τῆς ἡμέρας οὐχ εὑρίσκουσι τροφήν· εἶτα ἐν νυκτὶ κυκλοῦσι τὴν πόλιν διὰ λιμὸν, καὶ σκοτίαν καὶ τὴν τῆς τροφῆς ἀπορίαν. ἀντὶ τοῦ· Οὕτω καὶ αὐτοὶ ἀποτύχοιεν ὧν ἐλπίζουσιν εἰς ἐμὲ, καὶ τιμωρηθεῖεν, ἵνα τὴν αὐτῶν καὶ τὴν ἀστοχίαν ὀδύροιντο καὶ τὴν τιμωρίαν.

η΄. Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται ἐν

4. Quia ecce * venati sunt animam meam: irruerũt in me fortes. PARAPHRASIS ANONYMI.

Etenim omnigenis, inquit, dolis vsi sunt aduersum me, vt me caperent, & interficerent: & sunt me fortiores ac validiores. * Vulgata ceperunt

5. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine:

Equidem, inquit, neque deliqui contra illos, neque peccaui. vnde subiungit:

Sine iniquitate cucurri, & direxi.

Id est, nullam habentes causam aduersum me, absque vlla mea in ipsos iniquitate, & irruerunt in me, ac nescio quomodo diriguntur. quid igitur ad hæc? Sine causa Dauidem persequuntur.

6. Exurge in occursum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Israël,

Ac si Deus propter longanimitatem suam otiosus resideret, exhortantur ipsum, vt exurgat in adiutorium eorum: Etenim tu Dominus es, inquiunt, omnium virtutum, qui volens Israël, curam eius gessisti.

Intende ad visitandas omnes Gentes:

Ista verba, *ad visitandas*, de supplicio accepit & de malo; idcircò subiungit:

Ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

DIAPSALMA.

Ac si dicat: Examen fac omnium Gentium, atque omnes delinquentes & iniquos conuenienter puni secundùm iustum iudicium tuum.

7. Conuertentur ad vesperam: & famem patientur vt * canis, & circuibunt ciuitatem. * Vulgata canes,

Et fiant, inquit, hi qui puniuntur similes canibus totâ die cibum non inuenientibus; qui deinde noctu ciuitatem circumeunt propter famem, & tenebras ac penuriam alimenti. q. d. Sic etiam ipsi frustrentur ijs quæ sperant contra me, & supplicio afficiantur, vt simul & frustrationem suam & pœnam defleant. Canes famelici.

8. Ecce * ipsi loquentur in ore suo, * Vulgata emisit ipsi

PARAPHRASIS ANONYMI.

suo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

Impiorum sermones quales. Patiantur autem, inquit, hæc propter quæ impia loquuntur & iniqua, & quodammodò digna gladio. *Quoniam quis audiuit?* id est, quoniam dicunt non esse Deum qui audiat Israëlem; ac si dicat, gentem nostram non habere Deum prouidum.

9. Et tu Domine deridebis eos:

Deus irridet cogitationes impiorum. Ceterùm ex rebus ipsis, inquit, persuade illis, nos tibi curæ esse, opinionem eorum risu dignam demonstrans.

Ad nihilum deduces omnes Gentes.

Quæ nullam ipsis iniuriam faciunt.

10. Fortitudinem meam ad te custodiam,

Mea enim, inquit, fortitudo consistit in auxilio tuo.

** Vulgata omittit tu* Quia * tu Deus susceptor meus es:

11. Deus meus, misericordia eius præueniet me.

Etenim, inquit, soles benignitate anteuertere petitionem meam.

** vt & meus* ** Vulgata super inimicos meos,* 12. Deus * meus ostendet mihi * in inimicis meis,

Hoc modo igitur, inquit, etiamnum ostende mihi vindictam in inimicis meis.

Ne occidas eos: ne quando obli-

** Vulgata populi mei.* uiscantur * legis tuæ.

Secundùm simulationem legendum. q.d. Differ autem supplicium in illos, ne mortui ac viui similes sint in ignoratione Dei. Quid igitur?

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:

Deus impios diuidit & dispergit. Propter hanc igitur causam primùm quidem diuide illos, ne ex conspiratione potentes reperiantur: posteà verò, inquit, dissipatos ipsos inferno trade: tu enim semper fuisti protector meus. Et cur velint ipsos hæc pati subiungunt:

** Vulgata sermonem* 13. Delictum oris eorum, * sermones labiorum ipsorum:

τῷ σόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν· ὅτι τίς ἤκουσεν;

Πάθοιεν δὲ ταῦτα, φησὶ, δι᾽ ἅπερ ἀποφθέγγονται ἀσεβῆ καὶ παράνομα, καὶ οἷον ξίφους ἄξια. Ὅτι τίς ἤκουσεν; ἀντὶ τοῦ, ἐπειδὴ λέγουσι μὴ εἶναι Θεὸν τὸν εἰσακούοντα τοῦ Ἰσραὴλ· ἢ εἴπῃ, μὴ ἔχειν τὸν προνοοῦντα Θεὸν τὸ ἔθνος τὸ ἡμέτερον.

θ´. Καὶ σὺ κύριε ἐκγελάσῃ αὐτούς·

Ἀλλ᾽ ἐκ τῶν πραγμάτων, φησὶ, πεῖσον αὐτοὺς, ὅτι σοὶ μέλει τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, γέλωτος ἀξίαν τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν ἀποδείξας.

Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη.

Τὰ μηδὲν αὐτοὺς ἀδικοῦντα.

ι´. Τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω,

Ἐμοῦ γάρ, φησιν, ἡ ἰσχὺς ἐπὶ τῇ σῇ κεῖται βοηθείᾳ.

Ὅτι σὺ ὁ θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ·

ια´. Ὁ θεός μου, τὸ ἔλεός αὐτοῦ προφθάσει με.

Καὶ γὰρ συνήθές σοι, φησὶ, προφθάνειν φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐμὴν αἴτησιν.

ιβ´. Ὁ Θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου,

Οὕτως οὖν, φησιν; καὶ νῦν δεῖξόν μοι τὴν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου.

Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς· μή ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου.

Καθ᾽ ὑπόκρισιν ἀναγνωστέον. ἀντὶ τοῦ· ὑπέρθου δὲ τὴν εἰς αὐτοὺς τιμωρίαν, ὡς ἂν μὴ ἀποθανόντες καὶ ζῶντες ὅμοιοί εἰσιν ἐν τῷ μὴ εἰδέναι θεόν. Τί οὖν;

Διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου· καὶ καταγάγε αὐτούς ὁ ὑπερασπιστής μου κύριε·

Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρῶτον μὲν καταδίελε αὐτοὺς, ἵνα μὴ ἀπὸ τοῦ συμφωνεῖν εὑρίσκοιντο δυνατοί· μετὰ τοῦτο δέ, φησι, καὶ τῷ ᾅδῃ αὐτοὺς παράδος μεριςθέντας· σὺ γὰρ ἀεὶ ὑπερασπιστής μου ἐγένου. Καὶ τίνος ἕνεκεν βούλοιντο ταῦτα αὐτοὺς παθεῖν ἐπιφέρουσιν·

ιγ´. Ἁμαρτίαν σόματος αὐτῶν, λόγοι χειλέων αὐτῶν·

Πάθοιεν

Πάθοιεν δέ, φησι, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἣν ἀποφθέγγονται· ὅτι οὐκ ἔχομεν Θεὸν βοηθοῦντα ἡμῖν. Τοῦτο γὰρ ἁμαρτίαν καλεῖ καὶ παρανομίαν αὐτῶν.

Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν.

Καὶ ἐξ ὧν φησιν ὑπερηφανευόμενοι· ὅτι οὐκ ἔστιν, ὁ τοῦ δικαίου φροντίζων.

ιδʹ. Καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγγελήσονται συντέλειαι·

Δι' ὧν, φησιν, ὀνειδίζοντες ἡμᾶς καταψεύδονται τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ βοηθοῦντος ἡμῖν, ἐξ αὐτοῦ τούτου αὐτοῖς ἀνακύψει συντέλεια, τουτέστι θάνατος, καὶ τὸ μηκέτι εἶναι. ὅθεν ἐπάγει·

Ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσιν.

Ὀργῆς, φησιν, αὐτοὺς καταλαβούσης, τῆς συντελούσης αὐτούς, καὶ ποιούσης μὴ ὑπάρχειν.

Καὶ γνώσονται ὅτι Θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακώβ, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἵνα μάθωσι, φησιν, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὅτι ὁ πάσης τῆς γῆς δεσπόζων Θεός, αὐτὸς φροντίδα ποιεῖται τοῦ Ἰακώβ.

ιεʹ. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων· καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

Ἐπαναλαμβάνει πάλιν τὸν λόγον, παρενθεὶς ἐν μέσῳ τό, ὅτι διὰ τὴν βλασφημίαν αὐτῶν πάθοιεν ταῦτα.

ιϛʹ. Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται τοῦ φαγεῖν· ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσι, καὶ γογγύσωσιν.

Ἀσάφειαν ἔχουσιν οἱ στίχοι. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὸ τῶν κυνῶν ὑπόδειγμα· ὅτι οἱ κύνες συνηγμένοι ἐπί τινα τροφὴν ἀλλήλους κατεσθίουσι, πρὶν ἢ τοῦ βρώματος ἄρξονται, καὶ ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας μερίζονται, καὶ ἀποτυγχάνουσι τῆς τροφῆς πολλάκις. Τὸ αὐτὸ οὖν, φησι, πάθοιεν, καὶ οὗτοι συνηγμένοι νῦν ἐπ' ἐμὲ πρὶν μου, φησίν, ἅψονται, ἀλλήλους καταφάγοιεν, καὶ σκορπισθεῖεν ἐκ τῆς μάχης, καὶ ὡς ἀποτυχόντες, καὶ μὴ χορτασθέντες μου, γογγύσουσι, καὶ αἰτιάσονται τὴν κατάλληλον μάχην.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Patiantur autem, inquit, hæc & similia propter peccatum quod loquuntur: quoniam non habemus Deum adiutorem nostrum. Hoc enim peccatum & delictum eorum appellat.

Et comprehendantur in superbia sua.

Et de quibus dicunt superbientes: Quoniam non est qui iusti curam gerat.

14. Et de execratione & mendacio annuntiabuntur * consummationes:

* Vulgata in consummatione:

Per quæ, inquit, exprobrantes nobis mentiuntur contra Deum, tamquam nos minimè iuuantem, ex hoc ipso ijs consummatio, id est mors, oborietur, vt amplius non sint. vnde subiungit:

In ira consummationis, & non erunt.

Dum ira, inquit, ipsos apprehendet, & consummabit eos, & efficiet vt non sint.

Et scient quia Deus * dominatur Iacob, & finium terræ.

* Vulgata dominabitur

DIAPSALMA.

Vt discant, inquit, ex rebus ipsis Deum, qui vniuersæ terræ dominatur, curam gerere ipsius Iacob.

15. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt * canis: & circuibunt ciuitatem.

* Vulgata canes:

Resumit iterùm sermonem, interponens in medio, ipsos propter blasphemiam suam ista passuros.

16. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

Canum famelicorum mores.

Hi versus obscuritatem habent. Hoc enim sibi vult illud exemplum canum; quòd nimirum canes ad cibum aliquem congregati se mutuo priùs mordeant, quàm escam sumere incipiant, & ex hac causa dissipentur, & frequenter cibo frustrentur. Id ipsum igitur, inquit, hi quoque patiantur, qui contra me modò congregati sunt; antequam me attingant, se inuicem deuorent, & è pugna dissipentur, & tamquam frustrati, & ex me minimè saturati, murmurabunt, & mutuam pugnam incusabunt.

PARAPHRASIS ANONYMI.

17. Ego autem cantabo* virtutem tuam: & exultabo manè misericordiam tuam.

* Vulgata fortitudinem

Sic enim ego, inquit, in lætitia versabor, illicò clementiam tuam decantans.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meæ.

Hæc, inquit, omnia annuntians quæ mihi à te obtigerunt.

18. Adiutor meus tibi psallam,

Et non cessabo in posterum adiutorem meum collaudare.

Quia Deus susceptor meus es; Deus meus, misericordia mea.

Hæc, ait, re ipsâ videntibus annuntians, quòd semper me suscipias, & quòd hoc ex propria clementia facias.

ιζ. Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τὴν δύναμίν σου· καὶ ἀγαλλιάσομαι τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου.

Οὕτω γὰρ ἄν, φησὶν, ἐγὼ ἐν εὐφροσύνῃ καταστήσομαι, ἐξαίφνης τὴν φιλανθρωπίαν τὴν σὴν ἀνυμνῶν.

Ὅτι ἐγενήθης ἀντιλήπτωρ μου, καὶ καταφυγή μου, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου.

Ταῦτά, φησι, πάντα καταγγέλλων ἅπερ ὑπῆρξέ μοι παρὰ σοῦ.

ιη. Βοηθός μου σοὶ ψαλῶ,

Καὶ οὐκ ἀποστήσομαι τοῦ λοιποῦ ἀνυμνῶν τὸν βοηθοῦντά μου.

Ὅτι θεὸς ἀντιλήπτωρ μου εἶ· ὁ θεός μου, τὸ ἔλεός μου.

Ταῦτά φησι διαγγέλλων αὐτόπτης ἐκ τοῦ πράγματος, ὅτι τε ἀντιλαμβάνῃ μου ἀεὶ, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκ φιλανθρωπίας οἰκείας ποιεῖς.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. ERIPE ME DE INIMICIS.] Iusta Prophetæ postulatio; nam ab iniustè oppugnantibus liberari petit: quomodo autem vno Saüle ipsum insequente à pluribus hostibus liberari cupit? Fortassis ergo in se conspirantes cum Saüle hastatos dæmones pluraliter enunciauit, & ab omnibus expetit liberari. Fortes autem vocat Regem, & qui circa ipsum erant; secundùm intelligentiam verò, principes ac potestates, mundi rectores, cum quibus nobis lucta est. Ceterùm si hoc ad Christum referatur, Ecclesiam postulat liberari: nam semetipsum dicens, proprium corpus insinuauit. *Sed neque iniquitas mea, neque peccatum meum*, inquit, hos prouocauit, sed inuidus eorum affectus de mea gloriâ dolentium. Et pulchrè dixit *cucurri*: hæc vox enim est illius qui cursum consummauit siue in Saülis obsequio, virtute, seu vitæ sanctitate. Currebat enim absque iniquitate; quapropter direxit omnia quæ perfecit: atque ideò quoque posteaquam ex naturæ fragilitate in vxorem Vriæ lapsus fuerat, facillimè resipuit. Symmachus autem sic legit: Innocenti & peccato vacanti, Domine, cùm non sit iniquitas, accurrunt

David petit à Saüle liberari.

Ephes. 6, 12.

Christus rogat pro Ecclesia.

David citò resipuit, & postea cucurrit.

β. ΕΞΕΛΟΥ ΜΕ ΕΚ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ.] Δικαία τοῦ προφήτου ἡ αἴτησις· ἀπαλλαγῆναι γὰρ ζητεῖ τῶν πολεμούντων ἀδίκως· πῶς δὲ ἑνὸς τοῦ Σαοὺλ διώκοντος πλειόνων ἐχθρῶν εὔχεται ῥυσθῆναι; Μήποτε οὖν τοὺς συμπνέοντας τῷ Σαοὺλ δορυφόρους δαίμονας κατ' αὐτοῦ πληθυντικῶς εἶπε, καὶ ῥυσθῆναι ἐκ πάντων ἐξαιτεῖ. Κραταιοὺς δὲ λέγει τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτόν· πρὸς δὲ διάνοιαν, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, τοὺς κοσμοκράτορας, πρὸς οὓς ἡ πάλη ἡμῖν. εἰ δὲ πρὸς Χριστὸν ἀναφέροιτο, ῥυσθῆναι τὴν ἐκκλησίαν εὔχεται· ἑαυτοῦ γὰρ εἰπὼν τὸ σῶμα, τὸ οἰκεῖον ἐμήνυσε. Ἀλλ' οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου, φησὶν, ἐξεκαλέσατο τούτους, ἀλλὰ τὸ φθονερὸν αὐτῶν πάθος λυπηθέντας ἐπὶ τῇ ἐμῇ εὐκλείᾳ. καὶ καλῶς τὸ ἔδραμον εἶπε· τελέσαντος γὰρ τὸν δρόμον ἡ φωνὴ εἴτε πρὸς τὴν Σαοὺλ ὑπηρεσίαν, εἴτε πρὸς ἀρετήν. Δραμὼν γὰρ ἦν ἄνευ ἀνομίας· διὸ κατηύθυνε πάντα τὰ διανυθέντα αὐτῷ· διὸ καὶ μετὰ ταῦτα πεσὼν, εἰς τὴν τοῦ Οὐρίου διὰ τὸ ῥεπτὸν τῆς φύσεως, ῥᾷστα μετενόησεν. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Ἀναιτίῳ καὶ ἀναμαρτήτῳ, κύριε, μὴ οὔσης ἀνομίας, ἐπιτρέχουσιν

ἵνα

ἵνα πατάξωσί με. τὸ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα τοιοῦτον· καίτοι οὐκ ἀνομοῦντά με πρὸς αὐτοὺς κατέλαβον· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐγὼ συνοῖδα ἐμαυτῷ τί τοιοῦτον πλημμέλημα, ὃ τούτων αἴτιόν ἐστι, καὶ ὑπὲρ οὗ δικαίως ἐγκαλοῦντες, τοσαῦτά μοι ποιοῦσι. Ταῦτα δὲ ἀληθέστερον ἁρμόσει ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ ἐκ Δαβὶδ, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. ὡς ἐν τύπῳ δὲ λέγει ταῦτα καὶ ὁ Δαβὶδ, οὐ τὸ ἀναμάρτητον προσμαρτυρῶν ἑαυτῷ, ἀλλ᾽, ὡς οὐδὲν τὸν Σαοὺλ ἀδικήσας, ἐπολεμεῖτο. Τί οὖν πρὸς ταῦτα;

ϛ΄. ΕΞΕΓΕΡΘΗΤΙ ΕΙΣ ΣΥΝΑΝΤΗΣΙΝ ΜΟΥ.] Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐξεγέρθητι ἐξ ἐναντίας ὑπὲρ ἐμοῦ. τὸ δὲ, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, ἀναντιρρήτως ἀποβολὴ τῶν μιαιφόνων Ἰουδαίων, καὶ πρόσληψις τῶν ἐθνῶν. ἐν γὰρ τῷ ἐξ αὐτοῦ Χριστῷ μόνῳ θεωρήσας τὸ ἀναμάρτητον, καὶ τὴν κατ᾽ αὐτοῦ μανίαν, ἱκετεύει εἰς τὰ ἔθνη μετατεθῆναι τὴν πρόνοιαν. εἶτα τὰς Ἰουδαίων καταλέγει συμφορὰς, μὴ οἰκτιρήσῃς λέγων· ὡσανεὶ βλέπων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν σταυρὸν, καὶ βδελυττόμενος τὴν τῆς ἀσεβείας ὑπερβολὴν, ἀξιοῖ μὴ συγγνώμης τυχεῖν· καὶ τὴν αἰτίαν προστίθησι, δι᾽ ἣν μὴ οἰκτιρῆσαι αὐτοὺς ηὔξατο· ὅτι συστροφὴν χρὴ τοῦ σωτῆρος ποιήσονται πρὸς ἑσπέραν, ἤτοι καθὸ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἐπιδημήσει τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκός. Καὶ λιμώξουσι μὲν, διὰ τὸ μὴ δέξασθαι τὸν ζωοποιὸν ἄρτον. κύνας δὲ διὰ τὸ ἀναιδὲς τῆς ψυχῆς κατονομάζει. Τὸ δὲ κυκλώσουσι πόλιν· ὅτι δὴ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος, καὶ νόμοις αὐτοὺς εἰργόμενοι βασιλικοῖς, κύκλῳ μόλις καὶ μακρόθεν περιελεύσονται. Οἳ δὴ καὶ ἀποφθέγξονται βλασφημοῦντες τὸ, αἶρε αὐτόν· καὶ ῥομφαίαν ἤτοι τὴν λόγχην ἐπεκτενοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύοντες λέξουσιν, Οὐκ ὄψεται ὁ θεός. ἀλλ᾽ εἰ καὶ ταῦτα διενοήθησαν, καταγελάσεις αὐτοὺς, φησιν, ἀποφαινεῖς.

ΑΛΛΟΣ. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν. τίνες; ἀλλ᾽ ἢ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, καὶ οἱ τῶν αἱμάτων ἄνδρες. πρὸς ἑσπέραν δὲ, διὰ τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων μέλλειν ταῦτα γίνεσθαι. καὶ ὁμοίως, τῷ τότε Σαοὺλ τὸν ἀναίτιον διώκοντι, καὶ αὐτοὺς τῷ Χριστῷ μέλλειν πολεμεῖν· διὸ καὶ κύνας ὠνόμασεν, οὐδὲν ἔναρθρον φθεγγομένους, κυσὶ δὲ παραπλησίους ὑλαγμοὺς ἀφιέντας ἀναιδεῖς τε φωνὰς καὶ ὑβριστικάς. Διὸ καὶ λιμώξου-

vt percutiant me. Sensus autem Septuaginta est eiusmodi: Licet non delinquentem me ad se ceperunt; sed neque ego mihi ipsi conscius sum istiusmodi delicti, quod horum causa sit, & de quo iustè me accusantes, tanta mihi inferant. Porrò hæc veriùs in Christum quadrent ex Dauide oriundum, *qui peccatum non fecit*. Quasi in figura autem hæc etiam Dauid ait, non omnino testificans seipsum innocentem esse, sed, cùm nullam Saüli iniuriam fecisset, oppugnari. Quid igitur ad hæc?

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. Pet. 2, 22.

6. EXVRGE IN OCCVRSVM MEVM.] Symmachus ait, *Exurge ex aduerso pro me*. Illud autem, *Intende ad visitandas omnes Gentes*, manifestè est reiectio sanguinariorum Iudæorum, & assumptio Gentium. Nam cùm in solo Christo ex ipso oriundo impeccantiam, & Iudæorum erga ipsum furorem fuisset contemplatus, rogat vt ad Gentes prouidentia transferatur. Deinde Iudæorum recenset calamitates, dicens, *Ne miserearis*: cernens quodammodò ante oculos crucem, & excessum impietatis execrans, rogat ne veniam consequantur: & causam adiungit, propter quam rogabat ipsis misericordiam non concedi; quia conuersionem ad Saluatorem facturi sunt ad vesperam, videlicet quando nouissimis temporibus cum carne in mundum adueniet. Ac famem quidem patientur, quia viuificum panem non recipiunt. Canes verò appellat, propter animi impudentiam. *Circuibunt autem ciuitatem*; quia nimirum cùm è patria exciderint, & ipsis legibus regijs coërceantur, in circuitu vix etiam eminus circuibunt. Hi vtique etiam blasphemantes pronuntiabunt illud, *Tolle illum*; & gladium seu lanceam extendent, atque insidiantes dicent, *Non videbit* * *Deus*. Sed etsi etiam hæc cogitauerint, ridiculos, inquit, ipsos demonstrabis.

Rogat pro Gentibus.

Iudæi nouissimis temporibus conuertendi.

Iudæi canibus assimilati.

Ioan 19, 5.

Psal. 93, 7.
* *Vulgata Dominus.*

ALIVS. *Conuertentur ad vesperam.* Quinam? nisi operantes iniquitatem, ac viri sanguinum. *Ad vesperam* autem, eò quòd in consummatione sæculorum hæc futura sint. Et similiter, vt tunc Saül innocentem persecutus est, ita ipsi Christum oppugnaturi sint: quapropter etiam *canes* nominauit, vtpote nil articulatim proferentes, sed instar canum latratus atque voces impudentes ac contumeliosas emittentes. Ideò etiam famem patientur,

Vt Saül Dauidem, ita Iudæi Christum persequuntur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tur, quia panem cæleſtem non ſuſceperunt. Alius autem pro eo ait, *Puniantur vt canes, totâ die cibum non reperientes.* Ecce ipſi dicent, *Quoniam quis audiuit? Et gladius in labijs eorum:* nam ſermones, quos proferunt, pro gladio ſunt. Idcircò etiam Symmachus pro eo, *Quis audiuit? quaſi nemo audiat*, poſuit. Facile autem tibi non illos ſolos, ſed etiam omnes Gentes ad nihilum redigere. Vel vniuerſale dixit pro particulari, v. g. Antiochi Duces, qui æquè ac Gentes inhumanitatem oſtendebant; non ſimpliciter omnes Gentes, quæ nil deliquerant.

10. FORTITVDINEM MEAM AD TE CVSTODIAM.] Hoc etiam dici poſſit ex perſona Saluatoris. Vel fortitudinem vocat Regnum Dauidis; quod & cuſtoditum illi, ac tantâ miſericordiâ munitum fuit, vt etiam ruinam conſpexerit inimicorum ſuorum. *In inimicis meis.* Proprios inimicos exiſtimat Propheta inimicos Saluatoris, quia ex ſuo ſemine ipſe erat oriturus: verumtamen ob ſuam manſuetudinem rogat, ne ipſi extremam ſubeant perniciem, ſed vt diſſipentur, & in diſperſione ac captiuitate viuant; eò quòd contra Chriſtum per peccatum oris ſui atque ſuperbiam conſpirauerint. Symmachus autem ſic habet, *Ne occidas eos, ne quando obliuiſcatur populus tuus legis tuæ.* Petit enim vt non occidantur impij, ſed diſſipentur; vt diſperſio ipſorum quaſi memoriale quoddam pijs proponatur, ipſos ob iniquitatem ſuam exules factos eſſe: ſi enim occiſi fuiſſent, inde iam pridem etiam delicti eorum memoria vnà cum interitu ipſorum ſimul extincta eſſet. *Et comprehendantur in ſuperbia.* Magis perſpicuè Symmachus dixit, *Capiantur cum ſuperbia ſua maledictionem & mendacium narrantes: conſumma in furore, conſume, vt non ſint.* Vel contra Iudæos ſic: Per ea, inquit, quæ attentarunt, per eadem pœnas luant: quod & accidit: cùm enim propter ſuperbiam ſuam Chriſto ſeruire nollent, in Cæſaris ſeruitutem traditi ſunt: & cùm mentirentur Chriſtum dixiſſe, non dandum eſſe cenſum Cæſari, atque ipſum calumnijs & conuitijs laceſſiuiſſent, conſummationem ſuſtinuerunt. Conſummationem autem non intelliges omnimodum interitum, ſed quòd non vocentur populus Dei.

Fortitudo Dauidis Regnum eius.

Impij diſſipantur.

σιν, ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο τὸν οὐράνιον ἄρτον. Ἕτερος δὲ ἀντὶ τοῦ λιμώττοντο φησὶ, τιμωρηθήσονται ὅμοιοι κυσὶ, διὰ πάσης ἡμέρας μὴ ἐπιτυγχάνοντες τροφῆς. Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται, ὅτι τίς ἤκουσε; Καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν· οὓς γὰρ προφέρουσι λόγους, ἀντὶ ῥομφαίας εἰσί. Διὸ καὶ ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, τίς ἤκουσεν; ὡς μηδενὸς ἀκούοντος, τέθεικε. Ῥᾴδιον δέ σοι οὐκ αὐτοὺς μόνους, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐξουδενῶσαι. ἢ τὸ καθολικὸν εἶπεν ἀντὶ μερικοῦ, οἷον τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς, ἢ τοὺς ὁμοίως τοῖς ἔθνεσι τὸ ἀπάνθρωπον ἐνδεικνυμένους· οὐχ᾽ ἁπλῶς πάντα τὰ ἔθνη, τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα.

ι. ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΣΕ ΦΥΛΑΞΩ.] Λέγοιτο δ᾽ ἂν τοῦτο καὶ ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος. ἢ κράτος τὴν βασιλείαν φησὶ Δαβίδ· ἣ καὶ ἐφυλάχθη αὐτῷ, καὶ τοσούτῳ ἐλέῳ περιεστοίχισται, ὡς καὶ τὴν πτῶσιν ἐπιδεῖν τῶν ἐχθρῶν. Ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. οἰκειοποιεῖται ὁ προφήτης τοὺς τοῦ σωτῆρος ἐχθροὺς, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ μέλλειν ἐκεῖνον ἔρχεσθαι· πλὴν διὰ τὴν οἰκείαν πρᾳότητα εὔχεται, μὴ ἀποκτανθῆναι μὲν αὐτοὺς πανωλεθρίᾳ, διασκορπισθῆναι δὲ, καὶ ἐν διασπορᾷ καὶ αἰχμαλωσίᾳ ζῆν· ἀνθ᾽ ὧν τῇ κατὰ Χριστοῦ ἐχρήσαντο συμφωνίᾳ διὰ τὴν τοῦ στόματος αὐτῶν ἁμαρτίαν καὶ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, Μὴ ἀποκτείνῃς αὐτοὺς, μήποτε ἐπιλάθηται ὁ λαός σου τοῦ νόμου σου. αἰτεῖ γὰρ μὴ ἀποκτανθῆναι τοὺς ἀσεβεῖς, ἀλλὰ διασπαρῆναι· ὡς ἂν τῇ διασπορᾷ αὐτῶν οἷόν τι ὑπόμνημα τοῖς θεοσεβέσι τοῦτο πρόκειται, ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν ἀνάστατοι γεγόνασιν· εἰ γὰρ ἀποκτανθεῖεν, ἐντεῦθεν ἤδη καὶ ἡ παρανομία αὐτῶν τῇ τούτων συναποσβεσθείη ἀπωλείᾳ. Καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ. Σαφέστερον ὁ Σύμμαχος εἶπεν, Συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες· συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον, ἵνα μὴ ὦσιν. Ἢ κατὰ Ἰουδαίων οὕτως· Δι᾽ ὧν, φησὶν, ἐτόλμησαν, διὰ τούτων δότωσαν δίκας· ὃ καὶ γέγονε· δουλεύειν γὰρ Χριστῷ οὐκ ἀνεχόμενοι δι᾽ ὑπερηφανίαν, τῇ Καίσαρος δουλείᾳ ἐδόθησαν· καὶ καταψευσάμενοι εἰπεῖν τὸν Χριστὸν, Καίσαρι φόρον μὴ δοῦναι, καὶ ὑβρισάμενοι βλασφημίαις, συντέλειαν ὑπομεμενήκασι. Συντέλειαν δὲ οὐ τὴν πανωλεθρίαν νοήσῃς, ἀλλὰ τὸ μὴ χρηματίζειν λαὸν Θεοῦ.

ΑΛΛΟΣ.

ΑΛΛΟΣ. Ἀφ' ὧν πράττουσι συντελεσθήσονται, τουτέστιν ἀφανισθήσονται ἐν ὀργῇ τῆς τοῦ Θεοῦ συντελείας, κατὰ κοινοῦ διαγγελήσονται· ἵν' ᾖ οὕτως· ἐν ὀργῇ τῆς τοῦ Θεοῦ συντελείας, ἐν συντελείᾳ ὄντες διαγγελήσονται· τουτέστιν, οἱ θάνατοι αὐτῶν ἀλλήλους διαδέξονται, ὡς ὁμοῦ τήν τε πρώτων ἀπαγγέλλεσθαι τὸν θάνατον, καὶ πάλιν ἑτέρων, καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους ἑτέραν ἀγγελίαν ἐπιφθάνειν, καὶ οὕτως αὐτοὺς εἰς ἀνυπαρξίαν ἐλάσῃ. ἢ τὸ διαγγελήσονται λέγει, ἀντὶ τοῦ, ἐξάκουστος γένοιτο καὶ δήλη ἡ αὐτῶν συντέλεια.

ΑΛΛΟΣ. Τὴν μὲν προτέραν συντέλειαν τὴν ἔκφασιν φησιν, ἐν ᾗ διαγγέλλεται ἤτοι φανεροῦται πᾶσι, τὴν ἐν ὀργῇ συντέλειαν περὶ τῆς ἐκεῖθεν εἰρῆσθαι κρίσεως, ἐν ᾗ ἁμαρτωλοὶ οὐχ ὑπάρξουσιν· οὐ πρὸς ἀνυπαρξίαν χωροῦντες, ἀλλὰ τῆς περὶ αὐτοὺς φαντασίας πεπαυμένης: κατὰ τὸ, Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· ὡς εἶναι ἐκ τοῦ λαοῦ ταῦτα τῶν Ἰουδαίων, κατὰ τὰ προειρημένα οἱ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν ἀποσεισάμενοι, καίσαρα ἐθνικὸν ἐπεφήμισαν. Οἱ οὐδὲ ὑπάρξουσιν ἐν τῇ κρίσει· ἤτοι, οὐ νομισθήσονται λαὸς τοῦ Θεοῦ· οἱ καὶ γνώσονται ὅτι ὁ Θεὸς δεσπόζει, ὅταν δορυφορούμενον ἴδωσι, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰς κρίσιν πᾶν γένος ἀνθρώπων ἑλκόμενον.

ιε. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΥΣΙΝ ΕΙΣ ΕΣΠΕΡΑΝ.] Ἐπαναλαμβάνει τὰ εἰρημένα, βεβαιοτέραν τὴν κατ' αὐτῶν μαρτυρίαν ἀποφαινόμενος. τοῦτο δὲ ὁ Σύμμαχος οὕτως· ἀνακαμπτέτωσαν ἑσπέρας, θορυβείτωσαν ὡς κύνες, περιερχόμενοι πόλιν, ῥεμβόμενοι, ἵνα μὴ ἀχόρταστοι αὐλισθῶσι. Κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα οὕτως, ὅτι κυνῶν δίκην κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐσκεδασμένοι, τὴν πνευματικὴν ἐπιζητήσουσι τροφὴν, μὴ εὑρίσκοντες δέ· διὰ τὸ μὴ πιστεύειν τοῖς ὑπὸ τῶν προφητῶν. γογγύσουσιν, ὡς ἀεὶ γογγυσταὶ ὄντες καὶ τὴν ἀχάριστον, καὶ ἐν τούτῳ γνώμην ἐπιδεικνύμενοι. Ἐκεῖνοι μὲν οὕτως. Ἐγὼ δὲ, ὁ ἐξ ἐθνῶν λαὸς, τὴν σὴν δύναμιν ἐπιγνοὺς, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου, τῷ γενομένῳ ἐν τῷ πρωῒ τῆς σῆς ἀναστάσεως, ὅτι καὶ ἀντελάβου μου, καὶ καταφυγή μου γεγένησαι.

ALIVS. Per ea quæ faciunt consummabuntur, id est abolebuntur in ira consummationis Dei, subaudiendo *annuntiabuntur*; vt sensus talis sit: In ira Dei consummationis, in consummatione esse annuntiabuntur; id est, mortes eorum se mutuo excipient, ita vt simul mors primorum annuntietur, & rursus aliorum, & hos secundùm illos alia annuntiatio anteuertat, & sic ipsos ad nihilum redigat. Vel illud *annuntiabuntur* ait, pro, famosa & manifesta fiat eorum consummatio.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. *Consummatio impiorum qualis.*

ALIVS. Priorem quidem consummationem vocat enuntiationem, in qua annuntiatur siue manifestatur omnibus, illam, quæ in ira fit, consummationem de isto iudicio dici, in quo peccatores non erunt: non quòd in nihilum abeant, sed quòd eorum memoria cesset; iuxta illud, *Ideò non resurgent impij in iudicio:* ita vt hæc sint de populo Iudæorum, qui secundùm illa quæ prædicta sunt Christi Regnum respuentes, Ethnicum Cæsarem celebrarunt. Hi non erunt in iudicio: id est, non censebuntur populus Dei: & cognoscent Deum dominari, quando satellitio stipatum aspicient, & ad eum in iudicium trahi omne genus hominum.

Impij in iudicio Dei consummandi.

Psal. 1, 5.

15. CONVERTENTVR AD VESPERAM.] Repetit ea quæ dicta erant, vt testimonium hoc contra illos magis confirmaret. hoc Symmachus hoc modo effert: *Flectantur vesperi, tumultuentur vt canes, circumeuntes ciuitatem, vagantes, ne non saturati pernoctent.* Secundùm Septuaginta verò ait, quòd instar canum per vniuersum orbem dispersi, spiritalem cibum quæsituri sint, sed non reperturi; quia non credunt ijs quæ à Prophetis prædicta sunt. *Murmurabunt*, vt qui semper sint murmuratores, atque in hoc ingratum suum animum demonstrent. Illi quidem sic. Ego verò, populus ex Gentibus, virtutem tuam agnoscens lætabor in misericordia tua, quæ contigit in matutino resurrectionis, quando etiam suscepisti me, & refugium meum factus es.

Iudæi famelicis canibus similes.

CATENA

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Saül Dauidem quærit interficere.

ATHANASII. Inuidens Dauidi Saül, licet benefactor eius esset, quærebat eum interficere; modò quidem hastam in eum vibrans, modò verò ipsum in domo sua obsidens. Refertur autem ad personam Saluatoris, qui benè meritus erat de ingrato Israële, cuius personam Saül gerebat, sed ab ipso insidijs impetebatur. Ceterùm annuntiat quoque Gentium vocationem, reiectâ nimirum propter suam in Deum impietatem Republicâ Israëlis.

THEODORI. Ea quoque quæ ad Macchabæos spectant in præsenti Psalmo prænuntiat, quasi ex persona illorum dicens, quæ dicere ipsos conueniebat in tribulationibus plurimis exercitatos, & opem Dei implorantes.

CHRYSOSTOMI. Sciendum quòd non secundùm ordinem Psalmorum historia disposita sit: nam historia Bersabee, quin etiam Ziphæorum, similiter & Doëgi, multò post hæc gesta sunt; ita vt manifestum sit, titulos Psalmorum non tam historiæ causâ prophetiam composuisse, quàm quia quamdam ipsius Christi ac rerum contra ipsum aut ab ipso gestarum imaginem continent, vti & hæc præsens. Nam spiritalis Saül (quis autem hic? sæpè diximus hunc esse populum Iudæorum) nouum Dauidem Christum in domo sua, id est in spelunca resurrectionis, militibus custodiendum commisit, per mysterii huius detractionem interimere ipsum volens. Meritò autem domus Christi veræ vitæ resurrectio dicitur. Atque ita Psalmum hunc reperies valdè congruere cum ijs quæ dicta sunt.

Dauid figura Christi.

1. Reg. 19. Quomodo Dauid varias Saülis insidias euaserit.

THEODORETI. Hæc historia fusiùs ponitur in libro primo Regum, quomodo videlicet Saül inuidiæ seruiens mortem Dauidi moliebatur, & quandoque secum vnà cibum sumentem configere hastâ voluit: cùm autem mortem declinasset, effugissetque, denuò illi manus inijcere conatus fuit, & missis quibusdam, domum custodiri imperauit, manifestam inimicitiam demonstrans. Verùm vxor Dauidis, filia verò Saülis, marito suo id aperit, & per quandam fenestram ipsi fugam præparat: porrò simulachrum quoddam acci-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διαφθονήσας τῷ Δαβὶδ ὁ Σαοὺλ, καίτοι εὐεργέτην ὄντα, ἐζήτει ἀποκτεῖναι· ποτὲ μὲν ἀκοντίζων τὸ δόρυ κατ᾽ αὐτοῦ, ποτὲ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκπολιορκῶν αὐτόν. Ἀναφέρεται δὲ εἰς πρόσωπον τοῦ σωτῆρος, τοῦ εὐεργετοῦντος μὲν τὸν ἀχάριστον Ἰσραὴλ, οὗ καὶ πρόσωπον εἶχεν ὁ Σαοὺλ, ἐπιβουλευομένου δὲ παρ᾽ αὐτοῦ. Εὐαγγελίζεται δὲ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, ἐκβαλλομένης δηλονότι διὰ τὴν δυσσέβειαν τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας τοῦ Ἰσραήλ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὰ κατὰ τοὺς Μακκαβαίους καὶ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας προαγορεύει ψαλμῷ, ὡς ἐκ τοῦ ἐκείνων προσώπου λέγων, ἅπερ εἰπεῖν αὐτοῖς ἥρμοττεν ἐν θλίψεσί τε πολλοῖς ἐξεταζομένοις, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δεομένοις βοηθείας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Εἰδέναι δεῖ ὅτι οὐ κατὰ τάξιν τῶν ψαλμῶν ἡ ἱστορία τέτακται· ἡ γὰρ ἱστορία τῆς Βηρσαβεὲ, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ τῶν Ζιφαίων, ὡσαύτως καὶ ἡ τοῦ Δωὴκ, πολὺ μετὰ ταῦτα πεπραγμένα τυγχάνουσι· ὥστε δῆλον εἶναι, ὅτι τὰς ἐπιγραφὰς τῶν ψαλμῶν οὐ τοσοῦτον τῆς ἱστορίας ἕνεκα ἡ προφητεία συνέθηκεν, ἀλλ᾽ ἐπειδήπερ εἰκόνα τινὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἢ παρ᾽ αὐτοῦ πεπραγμένων περιέχουσιν, ὥσπερ δὴ καὶ ἡ νῦν. Ὁ γὰρ νοητὸς Σαοὺλ (τίς δὲ οὗτος; πολλάκις ὅτι ὁ λαὸς τῶν Ἰουδαίων εἰρήκαμεν) τὸν νέον Δαβὶδ τὸν Χριστὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ σπηλαίῳ τῆς ἀναστάσεως, φυλάξαι τοὺς στρατιώτας ἀπέστειλε, θανατῶσαι αὐτὸν συκοφαντίᾳ τοῦ μυστηρίου βουλόμενος. Οἶκος δὲ εἰκότως τοῦ Χριστοῦ τῆς ὄντως ζωῆς ἡ ἀνάστασις λέγεται. ὥστε καὶ σφόδρα τὸν ψαλμὸν τοῦτον τοῖς εἰρημένοις εὑρήσεις ἁρμόττοντα.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἡ ἱστορία πλατύτερον κεῖται ἐν τῇ πρώτῃ τῶν βασιλειῶν, ὡς φθόνῳ δουλεύων ὁ Σαοὺλ τὸν τοῦ Δαβὶδ ἐτύρευε θάνατον, καί ποτε συνεστιώμενον ἐβουλήθη κατακοντίσαι τῷ δόρατι· ἐκκλίναντα δὲ καὶ διαφυγόντα τὸν θάνατον, ἐπεχείρησε πάλιν χειρώσασθαι, καί τινας ἀποστείλας, τὴν οἰκίαν φρουρῆσαι προσέταξε, προσφανῆ τὴν δυσμένειαν δείξας. Ἀλλ᾽ ἡ τοῦ Δαβὶδ γαμετὴ, Σαοὺλ δὲ θυγάτηρ, γνώριμον τοῦτο ποιεῖ τῷ ὁμόζυγι, καὶ διά τινος ἀποδρᾶναι παρασκευάζει θυρίδος· τὰ κενοτάφια δὲ λαβοῦσα,

βῶσα, σχηματίζει τὴν κλίνην, καὶ ἀρρωστοῦντος εἰκόνα διὰ τῶν ἱματίων διατυποῖ, καὶ δείκνυσι πόρρωθεν τοῖς φρουρεῖσθαι προστεταγμένοις ὑπό τινος, τὸν Δαβὶδ ἐνοχλεῖσθαι νοσήματός λέγουσα. Ταῦτα μὲν νύκτωρ ἐγένετο· ἡμέρας δὲ γενομένης κατέστη δῆλον καὶ τῷ Σαοὺλ καὶ τοῖς δορυφόροις τὸ δρᾶμα. Τηνικαῦτα τοίνυν Δαβὶδ τὴν ἐπιβουλὴν ἐκείνην διαφυγὼν, τὸν ψαλμὸν τοῦτον ἔγραψεν· ἀλλὰ τῶν μὲν τότε γενομένων ὀλίγα λέγει· τὰ δὲ πλείονα προλέγει, τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος τῶν Ἰουδαίων προθεασάμενος λύτταν, οἳ τὸν δεσποτικὸν στρατιώταις φυλάξαντες τάφον, ἡμέρας γενομένης τὰ μὲν ἱμάτια εὗρον, τὸν δὲ φυλαττόμενον οὐκέτι· ἀνέστη γὰρ καταλύσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. οἰκείας τοίνυν ἐπιβουλὰς βλέπων Δαβὶδ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι προορῶν, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα Χριστὸς χαλεπώτερα πείσεται, προλέγει καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων διασπορὰν. Τί δὲ τὸ, εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, καὶ τίς ἡ στηλογραφία, ἔμπροσθεν εἴρηται.

β'. ΕΞΕΛΟΥ ΜΕ ΕΚ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εὔχεται αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν ἀπαλλαγῆναι ἐχθρῶν· οὗτοι γὰρ δὴ ἄνομα διαπραττόμενοι ἐφόνων κατ' αὐτοῦ.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Ἀεὶ μὲν εἰς θεὸν θαρρεῖν καὶ καταφεύγειν ὀφείλομεν, μάλιστα δὲ ὅταν ἐχθρῶν αἰσθητῶν ἢ νοητῶν ἐπανάστασιν ἴδωμεν· μόνος γὰρ ἡμᾶς, ὡς πάντων ἰσχυρότερος, ῥύσασθαι καὶ ἐξελέσθαι δύναται. Ὁ Χριστὸς δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαίων συκοφαντίας ῥυσθῆναι τὴν ἐκκλησίαν εὔχεται· ἑαυτὸν γὰρ εἰπὼν, τὸ σῶμα τὸ οἰκεῖον ἐμήνυσεν. Ἄνδρες δὲ αἱμάτων πάντες οἱ φονικοὶ, καὶ θυμώδεις, καὶ μισάδελφοι, Ἰουδαῖοι δὲ μάλιστα, οὓς μηδὲν ἐπικοινωνεῖν τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ, δηλαδὴ τῇ ἐκκλησίᾳ, πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγεν, οὐκ εὐχῆς δεόμενος, ἀλλὰ τὸ πρέπον φυλάττων τῷ προσώπῳ τῆς ἀνθρωπότητος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἑνὸς τοῦ Σαοὺλ διώκοντος, ἐκ πλειόνων ἐχθρῶν ἐξαιρεθῆναι εὔχεται. Μήποτ' οὖν τοὺς συμπνέοντας τῷ Σαοὺλ δορυφόρους, ἢ τοὺς ἐνεργοῦντας εἰς αὐτὸν ἀλιτηρίους δαίμονας καθ' ἑαυτοῦ πληθυντικῶς ἐχθροὺς εἰπὼν, ῥυσθῆναι ἐξ αὐτῶν εὔχεται, καὶ λυτρωθῆναι ἐκ τῶν ἐπανισταμένων ἐπ' αὐτὸν παρακαλεῖ· εὐχόμενος τάχα γενέσθαι

CATENA PATRVM.

piens, lectum componit, & ægrotantis imaginem per vestes exprimit, atque eminus ostendit ijs quibus imperata erat domus custodia, dicens Dauidem quodam morbo detineri. Hæc quidem nocte contigerunt; sed facto die, tam Saüli quàm appatitoribus eius hoc facinus patuit. Tunc igitur Dauid, cùm insidias illas declinasset, hunc Psalmum conscripsit: verùm de ijs quæ tum contigerunt pauca verba facit; plurima autem prædicit, Iudæorum rabiem contra Saluatorem præuidens, qui cùm Dominicum sepulchrum militibus custodiuissent, facto iam die vestimenta quidem inuenerunt, sed non ampliùs illum quem custodiuerant: resurrexit enim dissoluto mortis imperio. Proprias igitur insidias Dauid videns, & sancto Spiritu præuidens, quomodo Christus ex ipso secundùm carnem oriturus grauiora passurus esset, prædicit & Gentium vocationem, & Iudæorum dispersionem. Quid autem sibi velit illud, *In finem ne corrumpas*, & quæ sit *tituli inscriptio*, superiùs dictum est.

2. ERIPE ME DE INIMICIS MEIS.] ATHANASII. Postulat à sensibilibus ac spiritalibus inimicis liberari: hi enim iniqua molientes mortem ipsi machinabantur.

In periculis ad Deum confugiendum.

CHRYSOSTOMI. Semper quidem in Deum confidere & ad ipsum confugere debemus, maximè verò quando inimicorum sensibilium aut spiritalium insultum conspexerimus: solus enim is, qui omnibus potentior est, liberare atque eripere nos potest. Porrò Christus Ecclesiam à Iudæorum calumnia liberari postulat: semetipsum enim nominans, corpus proprium insinuauit. Viri autem sanguinum sunt omnes homicidæ, & furiosi, & fratrum osores, maximè autem Iudæi, quos nihil cum carne sua, scilicet Ecclesia, commune habere ad Patrem dixit, non orationis indigus, sed decorum seruans personæ humanitatis.

ANONYMI. Cùm vnicus Saül ipsum persequeretur, à pluribus hostibus eripi rogat. Fortassis vtique apparitores cum Saüle conspirantes, vel exitiales dæmones in ipso contra se operantes, pluraliter inimicos appellans, ab ijs liberari petit, & ab insurgentibus in se redimi postulat, rogans fortasse fieri aduen-

CATENA PATRVM. Matt. 10, 45.

tum eius qui venturus erat *dare animam suam redemptionem pro multis.* Operarij autem iniquitatis sunt, qui faciunt ea quæ lex prohibet. Et quoniam cædes est inter illa quæ prohibentur; illi qui homines interficere proponunt, ob insitam crudelitatem, viri sanguinum sunt. Liberatur autem ab operantibus iniquitatem, qui ab ipsis non illuditur, Deo protegente. Quin etiam seruatur à viris homicidis, qui non traditur in manus sanguinem suum effundere volentium. Aliter quoque aliquis liberatur ex his: nam qui non facit iniquitatem, sed contrario modo affectus est quàm illi qui eam faciunt, is liberatus est ab affectu practico iniquitatum. Quemadmodum scilicet is, qui ab animo sanguinario abhorret, seruatus est, dum viris homicidis minimè aggregatur. Vel etiam sic: Quandoquidem, diabolo & angelis eius in hominibus iniquitatis opus operantibus, homines delinquunt, rogat liberari ab illis qui iniquitatis opus auspicantur. Rectè autem istis sanguinarijs præposita est vox *viri:* non enim cuiuslibet est humanum sanguinem effundere, sed fortis ac perfecti in malis.

Qui sint operarij iniquitatis.

Quomodo liberemur ab ijs.

4. QVIA ECCE VENATI SVNT ANIMAM MEAM.] THEODORI. Diligentiam adhibuerunt, vt me comprehendentes interficiant, & auferant animam meam. Venatorum enim proprium est, cum magna sedulitate prædas capere.

CHRYSOSTOMI. Peccatum animam venatur: comprehendit enim per voluptatem, & inescat ad mortem. Dæmones autem adornant venationem; qui, quando prædam assequuntur, tunc potentes siue fortiores euadunt, & meritò audentes instant. Rectè hoc etiam dicitur de Iudæis: horum enim fortes, id est Sacerdotes ac Principes, animam Domini per calumnias venati sunt ad passionem.

Quomodo peccatum venetur animam nostram.

ORIGENIS. Venati sunt animam meam fortes, & irruerunt in me. Non obiter, inquit, contra me prælium concitarunt, sed imminent, ne breue quidem tempus indulgentes, sed omni modo nos oppugnantes. Fortes autem dixit, vt etiam ex viribus, quæ ipsis insunt, maiores aduersus se insidias ostenderet.

5. NEQVE INIQVITAS MEA.] ATHANASII. Simile est isti, *Iniquita-*

ἐπιδημίαν τοῦ ἐλευσομένου λύτρον δοῦναι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀντὶ πολλῶν. Ἐργάται δὲ ἀνομίας, οἱ πράττοντες ἃ ἀπαγορεύει ὁ νόμος. Καὶ ἐπεὶ τῶν ἀπηγορευμένων ὁ φόνος· οἱ ἀναιρεῖν ἀνθρώπους προθέμενοι, διὰ τὴν προσοῦσαν ὠμότητα, ἄνδρες αἱμάτων εἰσί. Ῥύεται δὲ ἀπὸ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, ὁ μὴ ἐμπαιζόμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, σκέποντος τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ καὶ σώζεται ἀπὸ φονικῶν ἀνδρῶν, ὁ μὴ παραδιδόμενος εἰς χεῖρας τῶν ἐκχέαι τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐθελόντων. Καὶ ἑτέρως δὲ ῥύεταί τις ἐκ τούτων· ὁ γὰρ μὴ ἐνεργῶν τὴν ἀνομίαν, ἀλλ᾽ ἐναντίως διακείμενος τῶν ποιούντων αὐτὴν, ἐρρύσθαι ἀπὸ διαθέσεως ἀνομημάτων πρακτικῆς. ὡς ὢν ὁ ἐκτὸς φονικῆς γνώμης ὑπάρχων, σέσωσται, οὐ συγκαταλεγόμενος ἀνδράσι φονικοῖς. Ἢ καὶ οὕτως· Ἐπεὶ ἐνεργούντων διαβόλου καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὴν τῆς ἀνομίας πρᾶξιν, ἀνομοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, εὔχεται ῥυσθῆναι ἀπ᾽ αὐτῶν προκατερχομένων τῆς ἐργασίας τῆς ἀνομίας. Εὖ δὲ καὶ προστεθῆναι τοῖς φονικοῖς τὸ ἄνδρες· οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος, ἀλλ᾽ ἰσχυροῦ καὶ τελείου ἐν κακοῖς, τὸ αἷμα ἀνθρώπου ἐκχεῖν.

δ΄. ΟΤΙ ΙΔΟΥ ΕΘΗΡΕΥΣΑΝ ΤΗΝ ΨΥΧΗΝ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σπουδὴν ἔθεντο, ὥστε με συλλαβόμενοι ἀνελεῖν τε, καὶ ἀφελέσθαι τὴν ψυχήν. Ἴδιον γὰρ τῶν θηρευτῶν, τὸ μετὰ πολλῆς συλλαμβάνειν τὰ ἀγρευόμενα τῆς σπουδῆς.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Θηρᾷ τὴν ψυχὴν ἁμαρτία· συλλαμβάνει γὰρ διὰ τῆς ἡδονῆς, καὶ δελεάζει πρὸς θάνατον. Κατασκευάζουσι δὲ τὴν θήραν οἱ δαίμονες· οἵπερ ὅταν αὐτῆς ἐπιτύχωσι, τότε κραταιοὶ ἤγουν ἰσχυρότεροι γίνονται, καὶ θαρρήσαντες εἰκότως ἐπιτίθενται. καλῶς δὲ τοῦτο καὶ εἰς τοὺς παῖδας τῶν Ἰουδαίων λέγεται· τούτων γὰρ οἱ κραταιοὶ, τουτέστιν οἱ ἱερεῖς καὶ ἄρχοντες, τὴν τοῦ κυρίου ψυχὴν διὰ συκοφαντίας ἐθήρευσαν εἰς τὸ πάθος.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου οἱ κραταιοὶ, καὶ ἐπέθεντό μοι. Οὐκ ἐκ παρέργου, φησὶ, τὴν πρὸς ἐμὲ μάχην ἐνίστανται, ἀλλ᾽ ἐπίκεινται, μὴ βραχὺν ἐνδιδόντες καιρὸν, παντὶ δὲ τρόπῳ πολεμοῦντες ἡμᾶς. Κραταιοὺς δὲ εἶπεν, ὥστε καὶ ἀπὸ τῆς προσούσης αὐτοῖς ἰσχύος, μείζονα δεῖξαι τὴν κατ᾽ αὐτοῦ ἐπιβουλήν.

ε΄. ΟΥΤΕ Η ΑΝΟΜΙΑ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅμοιον τῷ, ὅτι ἀνομίαν

οὐκ

οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

Χρυσοστόμου. Μόνος ταῦτα ὁ Χριστὸς λέγειν δύναται, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ εἶχε, καὶ διὰ τοῦτο τὸν δρόμον τῆς σωτηρίας ἡμῶν κατηύθυνε. καὶ τὸ ἐπαγόμενον, Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε· πῶς ἄνθρωπος ψιλὸς λέγειν καὶ προσεύξασθαι δύναται; Οὐδὲ γὰρ θέμιτον ἄνθρωπον Θεῷ διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς οὐσίας καὶ τῆς ἀξίας εἰς συνάντησιν ἔρχεσθαι, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ καὶ ταῦτα πρέπει τοῦ μονογενοῦς τὸν πατέρα λέγεσθαι· οὐκ ἐπειδὴ τόποις ὁ πατὴρ ἢ υἱὸς περιγράφεται, ἀλλ' ὡς παρὰ βασιλέως πόλεμον νενικηκότος, καὶ τὰ τρόπαια τῷ σὺν αὐτῷ βασιλεῖ φέροντος καὶ δεικνύοντος.

Εὐσεβίου. Θέα τίνα τρόπον ἐπὶ μὲν τοῖς προκειμένοις παῤῥησίαν ἄγων ὁ Δαβὶδ φαίνεται λέγων· Οὔτε ἡ ἀνομία μου, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ μέρει τῶν ψαλμῶν ἔλεγεν· ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῇραν τὴν κεφαλήν μου. Νοήσεις δὲ τὸν δρόμον, ὃν ἔδραμε Δαβὶδ, παραθεὶς τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, καὶ τὰ ἑξῆς.

Διδύμου. Εὖ δὲ καὶ τὸ ἔδραμον· τελέσαντος γὰρ τὸν δρόμον ἡ φωνή. εἰ δέ τις ἀντιρεῖ, πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου ἁμαρτίαν ὕστερον γενομένην, μὴ ἀληθεύειν νυνὶ, ὡς ἤδη τελέσαντος τὸν δρόμον αὐτοῦ· φαμὲν ὅτι τὴν πρὸς τὸν Σαοὺλ ὑπηρεσίαν ἄνευ ἀνομίας κατηυθυνκέναι φησὶ, καὶ μάτην ἐκεῖνον ἐπιβουλεύειν, ἢ καὶ ὅτι τότε δραμὼν ἄνευ ἀνομίας, καὶ κατευθύνας πάντα τὰ διαπραχθέντα αὐτῷ· ἀλλ' ἐπίτρεπτος καθόλου πᾶς ἄνθρωπος, μετὰ ταῦτα πταίσας, ὡς μὴ ἔχων συνήθειαν πρὸς τὸ ἁμαρτάνειν, ῥᾷστα μετενόησεν.

Θεοδώρου. Καὶ τοῦτο ὁ Σύμμαχος σαφέστερόν φησι· μὴ οὔσης ἁμαρτίας, ἐπιτρέχουσιν, ἵνα πατάξωσί με. Οὐκ ἔχοντες περί τινος ἐγκαλεῖν, σὺν πολλῇ τῇ προθυμίᾳ καταδιώκουσι, καὶ τῷ πλείστῳ δὲ μέρει κατορθοῦσι τὸ σπουδαζόμενον. Βούλεται δὲ δεῖξαι, διὰ πολλῶν ὀξυτάτην ὀφείλοντα λαβεῖν ἑαυτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν βοήθειαν· ὅτι ἄδικοι οἱ πολεμοῦντες, ὅτι φονικοὶ τὸν τρόπον· οὐδὲ φείσασθαι δυνάμενοι, ὅτι μεγάλοι τὴν ῥώμην· ὅτι ἀναιτίως τὴν πρὸς αὐτὸν ἐγείρονται μάχην· τὸ μεῖζον, ὅτι τῷ πλείστῳ μέρει καὶ περιγεγόνασι, κατορθώσαντες τὸ σπουδαζόμενον. Τί οὖν λοιπόν, φησι, τῶν προειρημένων ἐχθρῶν ἐμμενόντων τῇ

tem non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius.

CATENA PATRVM.

CHRYSOSTOMI. Solus Christus hæc dicere potest, qui peccatum non habuit, & idcircò cursum salutis nostræ direxit. Et illud quod subiungitur, *Exurge in occursum meum, & vide*; quomodo exilis homo dicere aut orare hoc possit? Non enim fas sit homini propter eminentiam naturæ ac dignitatis Deo obuiàm procedere, sed ab ipso Vnigenito conuenit hæc Patri dici; non quòd Pater vel Filius locis circumscribantur, sed quasi de Rege prælij victore, & trophæa conregi suo ferente & ostendente.

Solus Christus sine peccato.

EVSEBII. Obserua, quomodo in præsentiarum quidem Dauid confidentiùs egisse videatur, dicens: *Neque iniquitas mea*, &c. in priori verò parte Psalmorum dixerat; *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum.* Intelliges autem cursum, quem Dauid perfecit, si conferas cum illo vocem illam Apostolicam, *Bonum certamen certaui*, &c.

Psal. 37, 5.

Dauid quomodo cursum perfecerit.

2. Tim. 4, 7.

DIDYMI. Rectè autem dixit *cucurri*: hæc enim vox est illius qui cursum consummauit. Si quis autem è contra, propter peccatum cum vxore Vriæ postmodum commissum, dixerit eum iam non verum dicere, dum loquitur, ac si iam pridem cursum suum consummasset; dicimus eum dicere, quoad insidias Saülis se sine iniquitate direxisse; vel vsque tum sine iniquitate cucurrisse, ac direxisse omnia quæ perfecerat: verumtamen, cùm omnis homo mutabilis sit, postmodum vbi impegerat, tamquam qui non habuerat consuetudinem peccandi, facilè resipuit.

THEODORI. Atqui hoc Symmachus manifestiùs dicit: *Cùm non sit peccatum, accurrunt, vt percutiant me.* Cùm non habeant de quo me accusent, cum magna promptitudine me persequuntur, & vt plurimum id quod moliuntur perficiunt. Vult autem ostendere, se plurimas ob causas celerrimum à Deo auxilium accipere debere: quoniam impij sunt qui ipsum oppugnant, quia moribus sanguinarij sunt; neque parcere norunt, quia magni robore: quia sine causa aduersus ipsum pugnam suscitant: quod maius est, quia vt plurimum etiam ipsum superarunt, perficientes id quod machinabantur. Quid ni deinceps igitur, inquit, cùm prædicti hostes in suis contra

Dauid plurimas ob causas dignus auxilio.

CATENA PATRVM.

contra me machinationibus perseuerent, excitatus occurris in auxilium mihi, non amplius vtens in ipsos longanimitate?

6. ET TV DOMINE VIRTVTVM.] ATHANASII. Optat idololatras ad fidem Christi conuerti, Israëlem verò propter iniquitatem ipsorum reijci.

David in spiritu cognouit persecutiones Christi.

EVSEBII. A prophetico Spiritu docetur, quomodo aliquando futurum sit tempus, in quo is, qui ex ipsius semine secundùm carnem oriturus erat, persecutionem & insidias à gente Iudæorum passurus, & Saluator Gentium futurus esset; quo tempore item Dauidis ipsius fortia facinora & virtutes in omnibus Gentibus perciperentur. Atqui cùm hoc per instinctum Spiritus sancti cognouisset, tempus hoc optat adesse: Israël enim, inquit, qui priùs appellabatur populus tuus, cùm plurimis affectus esset beneficijs, nullum fructum te dignum ostendit; sed semper omnigenis impietatibus succubuit, idola colens, & Prophetas interficiens, atque ipsimet Christo suo manus inijciens. Ceterùm cùm à Spiritu tuo mirabilia didicerim, meritò exopto instare tempus istud, sciens, quòd non sit apud te acceptio personarum, sed iustitiâ cuncta dispensans noueris etiam allophylos & alienigenas, qui ab errore conuertuntur, saluare; atque item noueris eos, qui partis tuæ esse censebantur, si tali vocatione indigni reperti fuerint, præterire. Idcircò pro Gentibus quidem rogo dicens, *Intende ad visitandas omnes Gentes*; pro altera verò parte dico, *Ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem*. Dicens autem indefinitè *omnes*, etiam Israëlem comprehendit, & eos qui in ipso olim tales erant; vt Saül & similes. Meminit autem etiam superiùs eorum qui operantur iniquitatem: sic verò appellat illos, qui in Saluatorem manus impiè inijciunt.

David pro Gentibus rogat.

CHRYSOSTOMI. Christus vult suum Patrem, cùm sit Dominus virtutum & Deus Israël, videre trophæum, quo spolia & exuuias de Gentibus in ipsum credentibus, id est de salute Gentium, retulerat, atque ita Gentes has per spiritus largitionem visitari, Iudæos verò reijci. hoc enim declarat id quod subiungitur: *Ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem*: non enim aliqui inter ipsos

κατ' ἐμοῦ σπουδῇ, ἐξεγερθεὶς συναντήσεις εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι, μηκέτι μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;

ϛ'. ΚΑΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εὔχεται ἐπιστροφὴν γενέσθαι ἐπὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τῶν εἰδωλολατρῶν, ἀποβολὴν δὲ τοῦ Ισραὴλ διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὑπὸ τοῦ προφητικοῦ πνεύματος διδάσκεται, ὡς ἄρα ἔσται τις καιρὸς, ἐν ᾧ καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ σπέρματος κατὰ σάρκα διωχθήσεται, καὶ ἐπιβουλευθήσεται ὑπὸ τοῦ Ιουδαίων ἔθνους, σωτήρ τε γενήσεται τῶν ἐθνῶν· ἐν ᾧ καιρῷ καὶ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ τὰ κατορθώματα καὶ αἱ ἀρεταὶ αἰσθήσονται ἐν πᾶσι ἔθνεσι. Καὶ τοῦτο γνοὺς καθ' ὑποβολὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐπιστῆναί ποτε τοῦτον ἐπεύχεται τὸν καιρόν. Ὁ μὲν γὰρ Ισραὴλ, φησὶν, ὁ σὸς χρηματίσας πρότερον λαὸς, πολλῶν εὐεργεσιῶν τετυχηκὼς, οὐδένα σου ἄξιον ἐπεδείξατο καρπόν· ἀεὶ δὲ παντοίαις ὑποπέπτωκεν ἀσεβείαις, εἰδωλολατρῶν, καὶ τοὺς προφήτας ἀναιρῶν, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ Χριστῷ σου χεῖρας ἐπιβάλλων. Θαυμαστὰ δὲ παρὰ τοῦ πνεύματός σου μαθὼν, εἰκότως ἐπιστῆναι τὸν καιρὸν ἐκεῖνον εὔχομαι, εἰδὼς, ὅτι οὐκ ἔστι παρά σοι προσωποληψία, δικαιοσύνῃ δὲ πάντα διέπων οἶδας καὶ ἔθνη ἀλλόφυλα καὶ ἀλλογενῆ, τῆς πλάνης ἐπιστρέφοντα σώζειν· οἶδας καὶ τοὺς νομιζομένους τῆς σῆς μερίδος εἶναι, εἰ ἀνάξιοι εὑρίσκοιντο τῆς τοιαύτης κλήσεως, μετέρχεσθαι. Διὸ περὶ μὲν τῶν ἐθνῶν εὔχομαι λέγων, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη· περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους φημὶ, Μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. Λέγων δὲ ἀορίστως πάντας, καὶ τὸν Ισραὴλ συμπεριλαμβάνει, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πάλαι γενομένους τοιούτους, ὡς Σαοὺλ καὶ τοὺς ὁμοίους. Μέμνηται δὲ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν καὶ ἀνωτέρω· οὕτω δὲ καλεῖ τοὺς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἀθέως ἐπενηνοχότας χεῖρας.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, κύριον τῶν δυνάμεων καὶ θεὸν τοῦ Ισραὴλ τυγχάνοντα, ἰδεῖν ὁ Χριστὸς βούλεται τὸ τρόπαιον, ἐφ' ᾧ τὰ σκῦλα καὶ τὰ λάφυρα ἅπερ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων ἐπήγετο, τουτέστιν ἐπὶ τῆς σωτηρίας τῶν ἐθνῶν, οὕτω τε ταῦτα τὰ ἔθνη διὰ τῆς τοῦ πνεύματος χορηγίας ἐπισκέψασθαι, ἀποστραφῆναι δὲ τοὺς Ιουδαίους. Τοῦτο γὰρ τὸ ἐπαγόμενον δείκνυσι· μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν· οὐδὲ γάρ τινες ἐν αὐτοῖς ἀνο-

ἀνομοῦσιν, ἀλλὰ πάντες· καίτοι φυλάττειν τὸν νόμον νομίζοντες. Δήλη δὲ ὅμως ἡ τοῦ νόμου παράβασις· ἐπιτελοῦσι γὰρ ταῦτα, ἅπερ αὐτοῖς τῆς Ἱερουσαλὴμ πεπορθημένης ἐπιτελεῖν οὐκ ἔξεστι· μὴ τοίνυν αὐτοὺς οἰκτειρήσῃς· ἔτι γὰρ ἀνομοῦσι, καὶ οὐκ ἐπαύσαντο.

ζ. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΥΣΙΝ ΕΙΣ ΕΣΠΕΡΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν αἰτίαν φησὶ, δι' ἣν μὴ οἰκτειρηθῆναι αὐτοὺς ηὔξατο· ἡ δὲ αἰτία, ὅτι συστροφὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ποιήσονται κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, καθ' ὃν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐπιδήμησε τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐναλλαγὴ κἀνταῦθα χρόνου, ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεψάτωσαν, καὶ κυκλωσάτωσαν, καὶ λιμωξάτωσαν. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπειδὴ τῶν κυνῶν ἴδιον κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν περιϊέναι τε τὴν πόλιν ἅπασαν, καὶ μείζοσι κεχρῆσθαι ταῖς φωναῖς· ποιοῦσι δὲ αὐτὸ μάλιστα, ἐπειδὰν συμβαίνῃ καὶ πεινᾶν δεηθέντας τροφῆς. Τοιοῦτόν τι περὶ τῶν ἐχθρῶν φησι· μεταστραφήτωσαν ἀπὸ τῆς νῦν εὐπραγίας εἰς τὸ χεῖρον τῇ παρά σου τιμωρίᾳ· καὶ ὥσπερ κύνες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς ὑπὸ λιμοῦ συνεχόμενοι, κύκλῳ βοῶντες τὴν πόλιν ἐκπεριΐασιν· οὕτω καὶ οὗτοι τῇ παρά σου τιμωρίᾳ πληγέντες ὀλολυζέτωσαν ὅμοια τοῖς κυσίν· ὥστε καὶ τῇ φωνῇ τῶν ὀλολυγμῶν φαίνεσθαι τῆς τιμωρίας σου τῆς εἰς αὐτοὺς τὸ μέγεθος. Τὴν δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ χρόνου δείκνυσι Σύμμαχος εἰπὼν, ἐπιστρεψάτωσαν εἰς ἑσπέραν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τίνες δὲ ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύνες, καὶ κυκλώσουσι πόλιν, ἀλλ' ἢ ἄν οἱ ἄνδρες τῶν αἱμάτων, καὶ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν; διὰ τί δὲ εἰς ἑσπέραν; ἐπειδὴ ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος ἔμελλε ταῦτα γίνεσθαι. Ἀντὶ δὲ τοῦ, λιμώξουσι ὡς κύνες, Ὁ μὲν Ἀκύλας, καὶ ὀχλασάτωσαν ὡς κύων, ὁ δὲ Σύμμαχος, καὶ συνηχήσουσιν ὡς κύνες ἡρμήνευσαν, καὶ ὁ Θεοδοτίων, ἠχήσουσιν ὡς κύων. Ἔντιμοι διὰ τούτων ὀψέ ποτε κατὰ τοὺς χρόνους τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀφίξεως, ὁμοίως τῷ τότε Σαοὺλ τὸν ἀναίτιον διώξαντι, μέλλοντας καὶ αὐτοὺς τὸν Χριστὸν πολεμεῖν, κύνας ὠνόμασεν· ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου τὸ αὐτὸ ἅγιον πνεῦμα περὶ τῶν αὐτῶν ἐδίδαξε· Πάντες κύνες ἐνεοὶ, οὐκ εἰδότες ὑλακτεῖν. Καὶ ἐν κά ψαλμῷ τὰ πάθη τοῦ σωτῆρος διαγράφοντι, μετὰ τῶν ἄλλων ἐξ αὐτοῦ προσώπου λέλεκται τοῦ σωτῆρος· Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοί. Οὗτοι δὴ οὖν λιμώξουσι, τοῦ τῆς ζωῆς ἄρτου

delinquunt, sed omnes;quantumuis legem se custodire existiment. Ceterùm manifesta simul est legis transgressio: perficiunt enim illa, quæ destructâ Hierosolymâ perficere nefas est: ne igitur ipsis miserearis; nam adhuc delinquunt, & non cessant. CATENA PATRVM.

7. CONVERTENTVR AD VESPERAM.] ATHANASII. Causam dicit, ob quam rogauit, ne ipsis misereretur: porrò causa est hæc, quia nimirum ad Saluatorem conuertentur illo tempore, quo in nouissimis diebus cum carne in mundum aduenerit.

THEODORI. Hîc etiam est temporis immutatio, pro conuertantur, & circumeant, & famem patiantur. Quod autem dicit est eiusmodi: Quoniam canum proprium est noctis tempore circuire ciuitatem vniuersam, & maioribus vti vocibus; maximè autem hoc faciunt, quando contigerit ipsos esurire cibi indigos. Simile quid, inquit, hostibus eueniat; à præsenti felicitate in peius per supplicium tuum conuertantur: & sicut canes, noctis tempore à fame obsessi, in circuitu vlulantes circumeunt ciuitatem; sic & hi supplicio tuo icti eiulent ad instar canum; ita vt ex ipsa voce eiulatuum tui in ipsos supplicij appareat magnitudo. Temporis autem immutationem indicat Symmachus dicens, *Conuertantur ad vesperam*.

Canum famelicorum consuetudo qualis.

ANONYMI. Quinam porrò conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem, nisi viri sanguinum, & qui operantur iniquitatem? Cur autem ad vesperam? quia in consummatione sæculi hæc futura sunt. Pro eo autem, *Famem patientur vt canes*, Aquila quidem, *turbentur vt canis*, Symmachus verò, *sonum emittent vt canes*, & Theodotion, *sonabunt vt canis*, interpretati sunt. Manifestè per hæc eos, qui olim aliquando tempore aduentus nostri Saluatoris, ad instar Saülis innocentem persequentis, Christum oppugnaturi erant, canes appellauit: sicut etiam per Prophetam Isaiam id ipsum Spiritus sanctus de illis docuit: *Omnes canes muti, non scientes latrare*. Et in Psalmo vigesimo primo, vbi passionem Saluatoris describit, inter alia ex ipsius Saluatoris persona dictum est; *Circumdederunt me canes multi*. Hi itaque famem patientur, vitæ pane

Iudæi canibus similes.

Isaiæ 56, 10.

Psal. 21, 17.

 priuati;

CATENA PATRVM.

priuati; quia panem cælestem ac cibum salutarem minimè susceperunt. Deinde verò etiam è ciuitate sua, quam malè ædificauerant, exterminabuntur, ita vt ad eam redire non audeant; eò quòd incolæ eius ipsam sanguine impleuerint. Idcircò etiam vsque in hanc diem videntes regionis limites, & in circuitu euntes, eminus consistunt. Dum autem deforis circumeunt, fidem arrogant Scripturæ, quæ præ manibus est, dicenti, *Conuertentur, & famem patientur vt canis, & circuibunt ciuitatem.*

Iudæi famem patiuntur spiritualem.

ORIGENIS. Quemadmodum, inquit, canes noctu solent ciuitatum vicos oberrare, ventris vacuitate ipsos ad hoc cogente; sic hi omni consolatione ac curâ spirituali priuabuntur: quos vocat operantes iniquitatem, quòd contra Saluatorem nefanda sint ausi. Neque etiam gratiâ propheticâ fruentur, atque sacerdotij principalis curâ penitus destituentur, & instar canum circumeuntes erunt, ne digni quidem micas accipere, quæ, iuxta vocem Euangelicam, cadunt de mensis dominorum suorum.

Matt. 15, 27.

8. ECCE IPSI LOQVENTVR.]

ATHANASII. Id est blasphemabunt, & interficient ipsum, clamantes, *Tolle, tolle, crucifige eum.*

Ioan. 19, 15.

Iudæi linguâ suâ Christum occiderunt.

ANONYMI. Linguâ, inquit, cædem operantur, dum instar cuspidis cuiusdam & gladij sermones proferunt. Res autem verbis testimonium præbent; siquidem linguâ suâ Dominum crucifixerunt clamantes, *Tolle, tolle, crucifige eum:* Pilati autem satellites verbis istis opus adiunxerunt, & Saluatorem patibulo affixerunt. Hoc ipsum quoque propheticus sermo dixit: *Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in manibus eorum: quoniam quis audiuit?* id est, sermonibus, quos proferunt, pro gladio vtebantur. Hæc autem, inquit, faciunt quasi nemine inspiciente. hoc enim declarat illud, *Quoniam quis audiuit?* ac si nemo audiret ac videret ea quæ fiunt, neque supplicium irrogaret, hoc modo ista moliuntur. Hunc autem sensum etiam Symmachus expressit dicens, *Quasi nemine audiente clamabant.*

Ioan. 19, 15.

THEODORI. Hîc etiam istud *ecce* adiectum est ex phrasi Hebræa. Symmachus verò ait; *Ipsi autem singultiunt comedentes ore*

Verba gladys atrociora.

στερηθέντες· ἐπεὶ μὴ παρεδέξαντο τὸν οὐράνιον ἄρτον καὶ τροφὴν τὴν σωτήριον. εἶτα δὲ καὶ τῆς αὐτῶν πόλεως, ἣν κακῶς ᾤκησαν, ἀπελαθήσονται, ὡς μηκέτι ταύτης ἐπιβαίνειν τολμᾶν· ἐπειδήπερ οἱ οἰκοῦντες αὐτὴν αἱμάτων αὐτὴν ἐπλήρωσαν. Διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ὁρῶντες τοὺς ὅρους, καὶ κύκλῳ περιϊόντες, πόρρωθεν ἵστανται. Ἔξωθεν δὲ κυκλοῦντες, πίστιν ἐπάγουσι τῇ μετὰ χεῖρας λεγούσῃ γραφῇ, ἐπιστρέψουσι, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καθάπερ, φησὶ, κύνες νύκτωρ εἰώθασι τὰς τῶν πόλεων περινοστεῖν ἀγυιὰς, τῆς γαστρὸς ὑπ' ἐνδείας τοῦτο ποιεῖν βιαζομένης· οὕτως οὗτοι πάσης πνευματικῆς γυμνωθήσονται παραμυθίας· οὕς φησιν ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, τοὺς κατὰ τοῦ σωτῆρος ἀθέμιτα τολμήσαντας. Καὶ οὔτε προφητικῆς ἀπολαύσονται χάριτος, καὶ τῆς ἀρχιερατικῆς ἐπιμελείας ἔρημοι, πάμπαν γενήσονται καὶ δίκην κυνῶν περιϊόντες διατελέσουσι, οὐδὲ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν, μεταλαβεῖν ἀξιούμενοι.

η. ΙΔΟΥ ΑΥΤΟΙ ΑΠΟΦΘΕΓΞΟΝΤΑΙ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ βλασφημήσουσι, καὶ σφάξουσιν αὐτὸν, βοῶντες τὸ, αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῇ γλώττῃ, φησὶ, τὸν φόνον ἐργάζονται, οἷόν τινα αἰχμὴν καὶ ῥομφαίαν τοὺς λόγους προφέροντες. μαρτυρεῖ δὲ τοῖς λόγοις τὰ πράγματα; τῇ γὰρ γλώττῃ τὸν δεσπότην ἐσταύρωσαν βοήσαντες, αἶρε, αἶρε, σταύρωσον αὐτόν· οἱ δὲ τοῦ Πιλάτου δορυφόροι τοῖς λόγοις τὸ ἔργον ἐπέθεσαν, καὶ τῷ ξύλῳ, τὸν σωτῆρα προσήλωσαν. Τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς ἔφη λόγος· Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν· ὅτι τίς ἤκουσε; ἀντὶ τοῦ, οἷς προσφέρουσι λόγοις ἀντὶ ῥομφαίας κέχρηνται. Ταῦτα δὲ, φησι, δρῶσιν ὡς μηδενὸς ἐφορῶντος. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, ὅτι τίς ἤκουσεν; ὡς μηδενὸς ἀκούοντος μηδὲ ὁρῶντος τὰ γινόμενα, καὶ τὰς εὐθύνας εἰσπράττοντος, οὕτω ταῦτα τολμῶσι. ταύτην δὲ τὴν διάνοιαν καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπὼν, ὡς μηδενὸς ἀκούοντος ἐβόων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Κἀνταῦθα τὸ ἰδοὺ προσέῤῥιπται ἀπὸ τοῦ ἑβραϊκοῦ ἰδιώματος. Σύμμαχος δέ φησιν· Αὐτοὶ μὲν ἀποβλύζουσι τοῖς στόμασιν ἑαυτῶν,

ἑαυτῶν, καὶ ὡς μαχαίρας τοῖς χείλεσιν αὐτῶν. Κἀνταῦθα γὰρ ἐνήλλαξε τὸν χρόνον, μέλλοντα εἰρηκὼς ἀντὶ τοῦ ἐνεστῶτος. Αὐτοὶ γάρ, φησι, φθέγγονται ῥήματα διὰ τοῦ στόματος αὐτῶν καὶ τῶν χειλέων πάσης χείρονα μαχαίρας, καὶ παντὸς ξίφους δυνατώτερον πλήττειν δυνάμενα. Ὅτι τίς ἤκουσεν; ἀντὶ τοῦ οὐδείς. Ἔστι δὲ κἀνταῦθα τὸ λέγοντες ἀπὸ κοινοῦ νοούμενον, ὡς κατ' ἀποσιώπησιν εἰρημένον τῷ προφήτῃ· οἷον καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ τό· Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν· ἀπὸ κοινοῦ γὰρ κἀκεῖ κατ' ἀποσιώπησιν νοεῖται τὸ λέγοντες· ἵνα ᾖ λέγοντες, διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν· οὕτως οὖν κἀνταῦθα, Ἰδοὺ αὐτοὶ ἀποφθέγξονται ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ ῥομφαία ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν· ὅτι τίς ἤκουσεν; Ἀκριβέστερον δὲ ἐν τῷ μδ' ψαλμῷ ἐπεσημηνάμεθα, ὡς ἔθος τῷ προφήτῃ, τὸ εἶπε καὶ λέγων, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, κατ' ἀποσιώπησιν τίθεται. βούλεται γὰρ περὶ αὐτῶν εἰπεῖν· ὅτι φασίν· οὐ προσῆκε δεδιέναι τιμωρίαν, ἀλλ' ἐπιβαίνομεν αὐτοῖς ὅση δύναμις, ἀναιροῦντες καὶ κατασφάττοντες· πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα πεποιηκότων ἡμῶν, τίς ἤκουσεν αὐτῶν στεναζόντων; ἢ τίς προσέσχεν αὐτοῖς ἀδικουμένοις; ἢ τίς ἐπήμυνεν ἀναιρουμένοις; οὐχ ὅτι τοῦτο ἔλεγον πάντως οἱ ἐχθροί· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πράγματος κατὰ τὸ οἰκεῖον ἔθος τὸ εἶπε τέθεικεν· ὅμοιον γάρ ἐστι τῷ, εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκ ἐκζητήσει· καὶ τῷ, εἶπον τίς ὄψεται αὐτούς; Τὸ αὐτὸ γὰρ κἀνταῦθα εἰπεῖν βούλεται. Ὅτι οὕτως ἅπαντα πράττουσιν, ὡς οὐκ ἀκούοντος οὐδενός, οὐδὲ φροντίζοντος τῶν γινομένων. Ἴδιον δὲ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ τὸ διὰ τοῦτο μάλιστα αἰτεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων τιμωρίαν· διὰ τὸ τῶν πολλῶν ἐν ταῖς ἀδικίαις αἰτιωμένων τὸν Θεόν, ὡς οὐ προνοοῦντα τὸν δεσπότην· ὥσπερ γὰρ ἀδικοῦντες καὶ πάσχοντες οὐδέν, τοιαύτην τοῖς πολλοῖς τὴν ὑπόνοιαν ἐργάζονται· οὕτω τιμωρούμενοι, τὸ ἐναντίον πάντας ὑποπτεύειν παρασκευάζουσι. δείκνυσιν οὖν ἑαυτὸν οὐ διὰ τὸ τί παθεῖν, τὴν κατὰ τῶν ἀδικούντων αἰτοῦντα τιμωρίαν, ἀλλ' ὥστε κρείττονα περὶ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἐντεῦθεν ἐγγένηται τὴν ὑπόληψιν, ἡμᾶς παιδεύων, διὰ πάντων τὸ πρὸς δόξαν Θεοῦ συντελοῦν ἐπιζητεῖν.

suo, & quasi gladios labijs suis [egerunt.] Nam & hic tempus immutauit, cùm futurum pro præsenti dixit. Ipsi enim, inquit, per os suum & per labia sua loquuntur verba omni gladio peiora, & quæ omni ense atrociùs valeant vulnerare. *Quoniam quis audiuit?* id est nemo. Porrò hîc etiam vox *dicentes* subauditur, quasi per reticentiam Prophetæ dicta, sicut etiam in Psalmo secundo istud: *Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum:* nam etiam ibi per reticentiam subauditur vox *dicentes*; vt sensus sit, dicentes, *Dirumpamus vincula eorum:* ita etiam hîc, *Ecce ipsi loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?* Expressiùs autem in Psalmo quadragesimo quarto annotauimus, sicut consuetudo est Prophetæ, istud *dixit* & *dicens*, & si quid sit istiusmodi, per reticentiam poni. Vult enim de ipsis dicere: quasi dicant: Minimè supplicium formidauimus, sed pro virili in ipsos irruimus, eos occidentes & interficientes: dum enim etiam multa alia fecissemus, quis audiuit eos gementes? vel attendit ipsis iniuriâ oppressis? vel quis vltus est interfectores? Non quasi hæc omnino dixerint inimici; sed à re ipsa pro sua consuetudine istud *dixit* ponens: simile enim est isti, *Dixit enim in corde suo, non requiret;* & isti, *Quis videbit eos?* idem enim hoc loco vult dicere. Quoniam sic omnia agunt, ac si nemo audiret, vel curam gereret eorum quæ fiunt. Proprium autem est beati Dauidis ob hoc maximè rogare Deum, vt peccatores puniat; quia plurimi iniurijs affecti incusant Deum, ac si minimè prouidus esset Dominus: sicut enim, dum iniquitatem facientes, nihil patiuntur, istiusmodi opinionem plurimis ingerunt; ita dum puniuntur, omnes contrarium faciunt opinari. Ostendit itaque se non ideò, quòd aliquid patiatur, exigere vt de iniuriam irrogantibus supplicium sumatur, sed vt hominibus exinde melior de Deo opinio ingeratur, docens nos, vt omnia ad Dei gloriam perficere satagamus.

CATENA PATRVM.

Psal. 2, 2.

Impij censent Deum non attendere rebus eorum.

Psal. 9, 24.

Psal. 63, 6.

9. ET TV DOMINE DERIDEBIS EOS.] ATHANASII. Blasphemarunt,

θ'. ΚΑΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ ΕΚΓΕΛΑΣΕΙ ΑΥΤΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐβλασφήμουν,

inquit,

CATENA PATRVM.

Deus subsannat eos qui negant prouidentiam.

inquit, quin imò vsque ad crucem insidiati sunt, dicentes: Quoniam Deus sermones atque actiones eorum non videbit: verumtamen licet hæc ipsi cogitauerint, *tu*, inquit, *Domine deridebis eos*, & efficies vt consentaneum ipsis opprobrium irrogetur. Superiùs dixerat, *Intende ad visitandas omnes Gentes*; hîc ait, *Ad nihilum deduces omnes Gentes*; magno vtrobique, etiam per ea quæ interiecta sunt, sermonis ordine vsus. Ostendens enim se non simpliciter ipsis supplicium imprecari, priùs petijt vt Deus respiceret, & ea quæ facta sunt examinaret: deinde enarrauit qualia faciant; & vt existiment neminem esse qui habeat rerum prouidentiam, ac tum demum supplicium subiungit, ita dicens: Quoniam propter hæc meritò illos punies, & supplicio tuo ad nihilum rediges: non solùm enim illos, sed & omnes Gentes tibi facilè est superare.

Quid per Gentes intelligatur.

CHRYSOSTOMI. Sed quomodo superiùs Gentes visitari cupit, hîc autem ad nihilum redigendas minatur? nempe manifestum est, quomodo interdum quidem Gentes appellet cœtus hominum per diuersas Regiones dispersos; interdum verò tribus dæmonum, quas hîc vnà cum Iudæis meritò dixit ad nihilum deducendas, cum quibus Iudæorum populus omnia contra Christum machinabatur. *Fortitudinem meam ad te custodiam. Ad te*: quemnam? Patrem vtique. Christus enim vt Filius ad Patrem virtutis ac Regni relationem habet, hæc omnia eiusdem rationis obtinens, & immutata custodiens, quippe eiusdem dignitatis atque substantiæ. Vel etiam *ad te*, id est, *apud te*. Omnes enim propter passionem opinabantur ipsum imbecillem esse: sed non ita Pater, quia apud se fortitudinem custodiebat. Verùm hæc quidem sunt diuinitatis. Susceptorem verò vocat propter corporis humilitatem. *Deus meus, misericordia eius præueniet me*. Seipsum nunc & Ecclesiam dicit, cum ipsa quid vnum effectus: hanc nimirum spiritus misericordia suscepit: nam priusquam virtutem aliquam attulisset, erga ipsam exhibuit misericordiam, dum eam abluit, & Baptismatis aquâ emundauit.

Christus fortitudinem suam custodit.

EVSEBII. Pro quo Symmachus posuit, *Acclamabis omnibus Gentibus*. Declarat hic sermo increpationem quamdam Dei ad omnes Gentes. Cùm enim superiùs dixisset,

φησὶ, καὶ μέχρι σταυροῦ ἐπεβούλευον, λέγοντες· ὡς οὐκ ὄψεται ὁ θεὸς τοὺς λόγους καὶ τὰς πράξεις αὐτῶν· ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα διενοήθησαν, σὺ, κύριε, φησι, καταγελάσεις αὐτοὺς, καὶ παρασκευάσεις ἐγγενέσθαι αὐτοῖς τὸν προσήκοντα ὀνειδισμόν. Ἄνω εἶπε, πρόσχες τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη· ἐνταῦθα, Ἐξουδενώσεις πάντα τὰ ἔθνη· πολλῇ διόλου τῇ τάξει τοῦ λόγου, καὶ διὰ τῶν ἐν μέσῳ χρησάμενος. Δεικνὺς γὰρ ὅτι μὴ ἁπλῶς αἰτεῖ τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, πρότερον ᾔτησεν ἐπιδεῖν τε τὸν θεὸν, καὶ ἐξετάσαι τὰ γενόμενα· εἶτα διηγήσατο οἷα πράττουσιν· οὐδὲ εἶναί τινα τὸν προνοοῦντα νομίζοντες, καὶ τότε τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγεν, οὕτω λέγων· ὅτι ἐπὶ τούτοις ἀξίως αὐτοὺς κολάσεις, καὶ τῇ παρὰ σοῦ τιμωρίᾳ τὸ μηδὲν ἀποφανεῖς· μὴ μόνον γὰρ ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν περιγενέσθαι σοι ῥᾴδιον.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Καὶ πῶς ἄνω τὰ ἔθνη ἐπισκεφθῆναι βούλεται, ἐνταῦθα δὲ ἐξουδενῶσαι ἠπείλησεν; ἢ δῆλον, ὡς ποτὲ μὲν ἔθνη τὰ διῃρημένα λέγει τῶν ἀνθρώπων κατὰ χώρας διαφόρους συστήματα· ποτὲ δὲ τὰς τῶν δαιμόνων φυλάς, ὥσπερ ἐνταῦθα σὺν τοῖς Ἰουδαίοις εἰκότως ἐξουδενῶσαι ἔφησε, μεθ' ὧν ὁ Ἰουδαίων λαὸς τὰ κατὰ Χριστοῦ πεποιήκασιν ἅπαντα. Τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω. πρὸς σέ· τίνα; τὸν πατέρα πάντως. ὡς γὰρ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα τῆς δυνάμεως καὶ τῆς βασιλείας Χριστὸς τὴν σύγκρισιν κέκτηται, ταῦτα πάντα παραπλήσια ἔχων, καὶ διαφυλάττων ἀπαράλλακτα, ὡς ὁμότιμός τε καὶ ὁμοούσιος. ἢ καὶ πρὸς σὲ, τουτέστι, παρὰ σοί. Πάντες γὰρ αὐτὸν ἀσθενῆ διὰ τὸ πάθος ἐνόμιζον· ὁ πατὴρ δὲ οὐχ οὕτως, διὸ παρ' αὐτῷ τὸ κράτος ἐφύλαττεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῆς θεότητος. Ἀντιλήπτορα δὲ καλεῖ διὰ τὸ ταπεινὸν τοῦ σώματος. Ὁ θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με. Ἑαυτὸν νῦν καὶ τὴν ἐκκλησίαν λέγει, ἓν πρὸς αὐτὴν γεγονώς· ταύτην τὸ παρὰ τοῦ πνεύματος ἔφθασεν ἔλεος· πρὶν γὰρ ἀρετήν τινα προσενέγκαι, ἔλεος εἰς αὐτὴν ἐπεδείξατο, λούσας, καὶ καθαρίσας τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος τέθεικεν, ἐπιφθέγξῃ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Δηλοῖ ὁ λόγος ἐπιτίμησίν τινα τοῦ θεοῦ πρὸς πάντα τὰ ἔθνη. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω ἐλέγετο,

πρόσχες

προσέχειν τοῦ ἐπισκέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, αὐτὰ νῦν τῆς πολυθέου καὶ εἰδωλολατρείας πλάνης ἀπάγει. γνῶναι δὲ προσήκει, ὡς μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος, τὰ μάλιστα περὶ τὴν πλάνην ἐπτοημένα ἔθνη, κατ' ἀρχὰς τοῦ κηρύγματος ἐναντιωθέντα τῇ τοῦ λόγου παραδοχῇ, πολιορκίαις καί τισιν ἄλλαις ἐπιστρεπτικαῖς περιστάσεσιν ἐσωφρονίσθη, τοῦ θεοῦ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπιφθεγγομένου καὶ ἐπιτιμῶντος αὐτοῖς· οὕτως οὖν μετὰ ταῦτα σωφρονισθέντες, καθυπετάγησαν τῷ σωτηρίῳ λόγῳ. διὸ ἐπιλέγεται ἑξῆς ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος.

ι. ΤΟ ΚΡΑΤΟΣ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΣΕ ΦΥΛΑΞΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκεῖνοι μὲν, φησὶ, τὰ τοιαῦτα διησεβήκασι κατὰ σοῦ· ἐγὼ δὲ ὁ προφήτης, ὁ ταῦτα λέγων τῷ πνεύματι, τὴν ἰσχύν μου καὶ τὴν βασιλείαν μου διὰ σοῦ φυλαχθησομένην ἕξω· ὅτι δὲ καὶ συναντελάβου μου, καὶ πρὸ τῆς δεήσεως, τῷ ἐλέει σου περιέσφιγξας, ὡς καὶ τὴν πτῶσιν ἐπιδεῖν με τῶν ἐχθρῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διωκόμενος Δαβὶδ ὑπὸ Σαοὺλ διὰ τὸν προειρημένον φθόνον, ἔγνω ὅτι ἔσται τῆς ἀρχῆς διάδοχος· καὶ προφητικῶς μὲν θεωρήσας τὸ ἐσόμενον, καὶ ἐκ τοῦ κεχρίσθαι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ Σαμουὴλ, πλὴν εἰ καὶ οὕτω πεπληροφόρητο, οὐκ ἀνῄρει αὐτὸν πολλάκις εἰς χεῖρας αὐτοῦ παραδοθέντα, νομίμως ἐκ θεοῦ ἀντιπαραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν βουλόμενος, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ ἐπιθέσθαι καὶ δολοφονῆσαι· ἀπὸ ταύτης τῆς προθέσεως φησὶ, ὁ θεὸς τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω· οὐ σφετερίσασθαι αὐτὸ προαιρούμενος, ἀλλ' ἐκδεχόμενος αὐτὸ παρὰ σοῦ λαβεῖν. θαρρῶ δὲ τῇ περὶ τούτου διαβεβαιώσει· γνοὺς πείρᾳ πολλάκις, ὅτι καὶ θεὸς καὶ ἀντιλήπτωρ μου τυγχάνεις. Κἂν γὰρ μὴ ἐξ ἡμετέρας δυνάμεως ἄξιος λαβεῖν τὸ βασιλεύειν, ἀλλά γε τὸ σὸν ἔλεος προφθάσαν με, δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ὡς αὐτοὶ μὲν παιδευθήσονται, κολάσει ὑποπεσόντες, ἐγὼ δὲ τὴν βασιλείαν λήψομαι παρὰ σοῦ. Καὶ πρὸς διάνοιαν δὲ ὁ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ἐκ τοῦ θεοῦ τὸ βασιλεύειν ἔχων (γέγραπται γὰρ ὥς τινες εἶπον τῷ πατριάρχῃ οὐκ αἰσθητῶς κρατοῦντι, βασιλεὺς παρὰ θεοῦ σὺ ἐν ἡμῖν) βασιλεύων ἀρεσκόντως θεῷ, ἐρεῖ, Ὁ θεός μου τὸ κράτος μου πρὸς σὲ φυλάξω. σὺ γὰρ εἰσάξεις εἰς τὴν βασιλείαν τοὺς

Intende ad visitandas omnes Gentes; eas nunc à multitudine deorum & idololatrico errore abducit. Porrò sciendum est, quomodo post aduentum Saluatoris Gentes, quæ maximè circa errorem suum obstupefactæ detinebantur, cùm sub initia prædicationis traditioni verbi aduersarentur, obsidionibus atque alijs quibusdam aduersitatibus conuertendi vim habentibus eruditæ sint, Deo hac ratione ipsis acclamante atque increpante: ad meliorem itaque frugem hoc modo reuocatæ, salutari verbo subiugatæ sunt. Quocircà subiungitur deinde ex persona Saluatoris.

CATENA PATRVM.

Gentes ad Deum conuersa.

10. FORTITVDINEM MEAM AD TE CVSTODIAM.] ATHANASII. Illi quidem, inquit, istiusmodi contra te impiè gesserunt; ego verò Propheta, qui in spiritu hæc dico, fortitudinem meam & Regnum meum per te custoditum habebo: quin imò etiam me suscepisti, & priusquam preces funderem, misericordiâ tuâ me circumdedisti, vt inimicorum quoque lapsum aspicerem.

Deus custos Regni Dauidis.

DIDYMI. Cùm Dauid à Saüle propter prædictam inuidiam persecutionem pateretur, sciebat se futurum Imperij successorem, & cùm propheticè quidem id futurum, & ad hoc à Samuele se inunctum consPiceret, quantumuis etiam hoc modo hac de re certior factus esset, ipsum tamen sibi frequenter in manus traditum minimè interfecit, volens legitimè Imperium accipere, sed haudquaquam violentè ac dolosè inuadere: ex hoc animi sui proposito ait, *Deus fortitudinem meam ad te custodiam*; cùm non desiderem illud mihi vindicare, sed expectem id à te accipere. Confido autem tuæ circa illud adstipulationi; cùm experimento sæpè cognouerim, te & Deum & susceptorem meum esse. Etsi enim ex virtute mea minimè dignus sim qui Regnum accipiam, nihilominùs misericordia tua, quæ me præuenit, ostendet mihi in inimicis meis ipsos quidem castigandos, dum supplicio subiacebunt, me verò Regnum à te accepturum esse. Iuxta intelligentiam verò, is qui sicut Abraham ex Deo Regnum obtinet (scriptum est enim, quosdam Patriarchæ minimè secundùm sensum imperanti dixisse, Rex à Deo es inter nos) cùm ex placito Dei regnet, dicet istud, *Deus meus, fortitudinem meam ad te custodiam*. Tu enim introduces in Regnum qui

CATENA PATRVM.

qui Corinthijs dicunt: *Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.*

12. Ne occidas eos.] Athanasii. Optat, vt non penitus ex hominibus aboleatur genus eorum qui contra Dominum insurgunt; sed vt potiùs dissipentur, & in captiuitate viuant, propter peccatum oris eorum, & propter superbiam illorum.

Theodori. Per interrogationem hoc legendum. q. d. Numquid occides eos, ne obliuiscantur legis tuæ? ita vt, inquit, neque propterea possint supplicij lucrum facere. Quod autem dicit est istiusmodi: Ante Christi Domini aduentum, cùm non haberent perfectam fidem resurrectionis, existimabant defunctos penitus annihilari, & non posse rationem aliquam aut memoriam Dei habere; idcircò alibi dicit, *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui.* & alio loco, *Non mortui laudabunt te Domine.* Et omnino frequentem in veteri Testamento istiusmodi vsum loquendi reperire licet. Quasi itaque illi qui hîc sunt Deum laudarent, hi verò qui è viuis excesserunt ne memoriam quidem Dei ampliùs habere possent, hoc dicit: Sed non occides, inquit, eos, verùm differes supplicium eorum, ne videlicet morientes in obliuionem veniant potentiæ tuæ. q. d. Neque per hoc poterunt euadere supplicium: nam si virtutis tuæ memores fuerint, & notitiam tuam habuerint, & ea quæ conueniebat cognouerint, par est vt idcircò parcatur ijs, ne ipsis morientibus memoria tua ab illis auferatur: verùm cùm tantùm absint à memoria tua hîc recolenda, vt è diuerso cuncta faciant tam iniquè, ac si nemo huic vitæ præesset, & ea quæ geruntur dijudicaret; quin etiam talia dicant, ac si nemo audiret, aut curaret ea quæ fiunt. Neque etiam illa licet cogitare quæ sortis sunt optimæ & sanioris circa te opinionis, ne obliuioni tradant ea quæ ad te spectant, morte simul ac diuersis malis ipsos puni, atque his potiùs quàm morti subijciantur. Tractus siquidem molestiarum memoriam refricat peccatorum. Atque hoc per omnia vult dicere, quòd nihil in ipsis sit, quod aliquam indulgentiam mereatur.

Ante aduentum Christi putabant defunctos annihilari.

Psal. 6, 6.

Psal. 113, 17.

Quomodo mortui censerentur omnium obliuisci.

Impij obliuiscuntur Dei.

εἰρηκότας Κορινθίοις· καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

ιβ'. Μη αποκτεινης αυτους.] Αθανασιου. Εὔχεται μὲν μὴ εἰς τὸ παντελὲς ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι τὸ γένος τῶν ἐπαναστάντων κατὰ τοῦ κυρίου· διασκορπισθῆναι δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν αἰχμαλωσίᾳ ζῆν αὐτοὺς ἀξιοῖ, διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν.

Θεοδωρου. Κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον. ἀντὶ τοῦ· Ἀλλ' οὐ μὴ αὐτοὺς ἀποκτείνῃς, ὥστε μὴ ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου σου; ὥστε, φησὶν, οὔτε διὰ τοῦτο οἷόν τε αὐτοὺς κερδᾶναι τὴν τιμωρίαν. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· πρὸ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας τὴν προσήκουσαν, καὶ τελείαν πίστιν περὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἔχοντες, ἡγοῦντο τοὺς τελευτῶντας παντελῶς τοῦ εἶναι ἐκτὸς γίνεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι λόγον τινὰ ἢ μνήμην Θεοῦ ἔχειν· διὰ τοῦτό φησί που, Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ, ὁ μνημονεύων σου. καὶ ἀλλαχοῦ, οὐχ' οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε κύριε. Καὶ ὅλως πολλὴν ἔστιν εὑρεῖν ταύτην τὴν χρῆσιν ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. Ἐπειδὴ τοίνυν ὡς τῶν μὲν ἐνταῦθα ὑμνούντων τὸν Θεὸν, τῶν δὲ ἐκ τῶν τοῦ βίου γενομένων, οὐδὲ μεμνῆσθαι ἔτι τοῦ Θεοῦ οἵων τε ὄντων, τοῦτό φησιν· Ἀλλ' οὐκ ἀποκτενεῖς αὐτοὺς, φησιν, ἀλλ' ὑπερθήσῃ τὴν κατ' αὐτῶν τιμωρίαν, ὡς ἂν μήτε ἀποθανόντες εἰς λήθην τῆς σῆς ἔλθοιεν δυνάμεως. ἀντὶ τοῦ· οὐχ' οἷόν τε οὐδὲ διὰ τοῦτο ἀναβάλλεσθαι τὴν τιμωρίαν· εἰ μὲν γὰρ ἐμέμνηντό σου τῆς δυνάμεως, καὶ τὴν γνῶσιν εἶχον τὴν σὴν, καὶ ᾔδεσαν ἃ προσῆκεν ἦν, εἰκὸς διὰ τοῦτο φείσασθαι, ὥστε μὴ ἀποθανόντων τὴν σὴν περιαιρεθῆναι μνήμην ἐξ αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ τοσοῦτον ἀπέχουσι τοῦ ἐνταῦθά σου μνημονεύειν, ὥστε εἰς τὸ ἐναντίον ἅπαντα πράττειν, καὶ ἀδικεῖν ὡς οὐκ ὄντος τοῦ ἐφεστῶτος τῷ βίῳ καὶ διακρίνοντος τὰ πραττόμενα, τοιαῦτα δὲ καὶ λέγειν ὡς οὐδεὶς ὁ ἀκούων, ἢ φροντίζων τῶν γινομένων. Καὶ οὐκ ἔνεστιν ἐκεῖνα λογίσασθαι ἃ τῆς βελτίστης εἰσὶ μοίρας καὶ τῆς κρείττονος περὶ σοῦ ὑπολήψεως, ὡς μὴ λήθῃ παραδοῦναι τὰ κατὰ σὲ, θανάτῳ τε ἅμα τιμώρησαι καὶ ποικίλαις κακώσεσι, καὶ ταύταις μᾶλλον ἢ τῷ θανάτῳ ὑποβαλεῖν. Ὁ γὰρ παρελκυσμὸς τῶν δεινῶν ὑπόμνησιν ἐμποιεῖ τῶν ἁμαρτιῶν. Καὶ τοῦτο δὲ βούλεται διὰ πάντων εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς πρόσεστιν ἄξιον, τοῦ φειδοῦς τυχεῖν τινος.

Διδυμου.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὡς πρὸς ἱστορίαν, τοὺς ἐπικειμένους ἐχθροὺς ἐπιτιμηθῆναι πρὸς Θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἀποθανεῖν ἀξιοῖ· οἶδε γάρ, ὅτι εἰ μένοντες φαῦλοι ἀποθάνοιεν, λήθην ἕξουσι τοῦ θείου νόμου· διασκορπισθέντες δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει, καὶ εἰς αἰχμαλωσίαν παραδοθέντες, στενάξουσι πρὸς Θεόν, πεῖραν κακώσεως ἐσχηκότες· βούλεται δὲ αὐτοὺς καὶ καταχθῆναι ἀπὸ ὕψους, ἧς ἔχουσιν ὑπερηφανίας, ποιοῦντος αὐτὸ τοῦ ὑπερασπίζοντος κυρίου, τῷ τὴν δέησιν ἀναφέροντος. Ἡ γὰρ παντελὴς τιμωρία εἰς ἀπόγνωσιν παρασκευάζει. Ὅτι δὲ φειδόμενος αὐτῶν τοῦτο ὁ Δαβὶδ ἐπρεσβεύετο, ἵνα τῇ μετριωτέρᾳ τιμωρίᾳ σωφρονισθέντες νήψωσιν, ἐπάγει τὰ ἑξῆς· ἐὰν γὰρ διασκορπισθῶσιν, ὁμοῦ καὶ τιμωρηθήσονται, καὶ συναχθῆναι πάλιν δυνήσονται μετανοήσαντες. Ὁμοίως δὲ καὶ κατενεχθῆναι, τουτέστι, ταπεινωθῆναι βούλεται ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, λόγον χειλέων αὐτῶν, συμφέρον αὐτοῖς τοῖς ταπεινουμένοις καὶ τοῖς πλείοσιν, ὥστε μὴ παροξυνθῆναι πρὸς ζῆλον τῶν ἐν ὑπερηφανίᾳ λαλούντων, καὶ φθεγγομένων ἄδικα. Οἱ γὰρ μετ' ὑπερηφανίας λελαληκότες, καὶ οἱ κατὰ τοῦ δικαίου ψευσάμενοι, ὅταν ἐναντίαν τοῖς ἔργοις τὴν ἔκβασιν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ τῶν οἰκείων λόγων συλλαμβανόμενοι δέχονται, ὡς παράνομοι καταληφθέντες ἐλέγχονται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ταῦτα τὸ πνεῦμα τὸ προφητικὸν ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἀναφωνεῖ περὶ τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ· περὶ ὧν ἐλέγετο· Καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά, καὶ τὰ ἑξῆς. τούτους οὖν, τοὺς εἰς κενὸν τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας μελετήσαντας, τούς τε ἄρχοντας αὐτῶν καὶ καθηγουμένους, μὴ ἀποκτείνῃς, φησίν, ἀλλὰ διασκόρπισον. Εὔχεται δὲ αὐτοὺς καὶ καθαιρεθῆναι τοῦ ἀξιώματος· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Οὐκέτι οὖν βασιλεύς, οὐδὲ ἀρχιερεύς, οὐδὲ προφήτης, ἀλλ' οὐδὲ γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι παρ' αὐτοῖς εἰσίν. Οὐ μὴν καὶ ἀποκτανθῆναί φησι· διὸ συνίστηκεν αὐτῶν τὸ γένος, καὶ τῶν παίδων ἡ διαδοχὴ πληθύνει. Οὐ γὰρ ἀπεκτάνθησαν, οὐδ' ἐξ ἀνθρώπων ἀπέσβησαν, ἀλλ' εἰσὶ μέν, καὶ ὑφεστήκασιν· οὕτως δὲ ὡς καταβεβλημένοι καὶ κατεσπασμένοι, ἧς πάλαι ἠξίωντο παρὰ Θεοῦ τιμῆς. Ἀλλὰ καὶ διασκόρπισον αὐτούς, φησίν, ἐν τῇ δυνάμει σου· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ἑτέρα δὲ γραφή, ἀντὶ τοῦ, μήποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου, τὸν λαόν σου περιέχει. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντες, μηδαμῇ μηδαμῶς ἐν ζῶσιν ὄντες, οὐκ ἂν

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Quantum ad historiam, imminentes sibi inimicos à Deo increpari, sed non occidi rogat: sciebat enim, quòd si praui remanentes morerentur, legis diuinæ capturos obliuionem; dispersos verò virtute diuinâ, & in captiuitatem redactos, ad Deum gemitus edituros, vbi afflictionis ceperint experimentum: vult nimirum illos à superbiæ, quâ tenebantur, elatione deduci, agente hoc Domino protectore illius, qui deprecationem hanc offerebat. Omnimoda enim vltio ad desperationem inducit. Quòd autem parcens ipsis Dauid hæc rogasset, vt mitiori supplicio castigati saperent, subiungit ea quæ sequuntur: nam si dissipati fuerint, simul & punientur, & resipiscentes iterùm poterunt congregari. Ceterùm etiam *deduci*, hoc est, humiliari cupit delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, quo prosit ipsis humiliatis & alijs plurimis, ne ad æmulationem prouocentur eorum qui in superbia loquuntur, & effutiunt iniqua. Qui enim cum superbia locuti, & contra iustum mentiti sunt, quando in proprijs sermonibus comprehensi contrarium operibus euentum sortiuntur tamquam delinquentes deprehensi, arguuntur.

Dauid rogat inimicos increpari, non occidi.

ANONYMI. Ceterùm hæc etiam Spiritus propheticus ex persona Saluatoris recitat de ijs qui aduersus ipsum insurrexerunt; de quibus dictum est: *Et populi meditati sunt inania*, & quæ sequuntur. Hos igitur, qui in vanum eas quæ de ipso sunt prophetias meditati sunt, & Principes eorum ac Præceptores, ne occideris, inquit, sed dissipa. Optat autem ipsos quoque priuari dignitate sua; quod & contigit. Non ampliùs itaque vel Rex, vel Princeps Sacerdos, vel Propheta, sed neque Scribæ & Pharisæi ac Sadducæi apud ipsos sunt. Verumtamen non petit vt occidantur; quapropter & genus eorum subsistit, & liberorum successio multiplicatur. Non enim interfecti sunt, neque ex hominibus deleti, sed sunt quidem, & existunt; verumtamen tamquam reiecti ac deturbati ab honore, quem olim apud Deum obtinebant. Quin & *disperge illos*, inquit, *in virtute tua*: quod vtique etiam contigit. Alia verò lectio, pro, *Nequando obliuiscantur legis tuæ*, continet *populi tui*. Nam si deleti essent ex hominibus, ita vt nullibi vllo modo in viuis essent, haudquaquam,

Psal. 2, 1.

Petit Iudæos dissipari & cur.

Dispersio Iudæorum bona fuit Ecclesiæ Dei.

CATENA PATRVM.

quam, inquit, noſſent populum meum, neque ſciuiſſent Eccleſiam meam florere. Itaque diſperge illos vbique terrarum, vbi Eccleſia mea etiam conſtituta eſt; vt cùm viderint Eccleſiam à me fundatam, ad diuini cultus æmulationem incitentur. Saluator itaque hæc etiam pro ipſis rogauit.

Diſperſio eſt pœna peccati linguæ.

THEODORETI. Exules, inquit, ipſos fac, & ſeruos pro liberis redde, *propter peccatum oris eorum, & propter verbum labiorum ipſorum.* Eodem modo malam illam conſonantiam ædificij illius turris diſſenſione diſſoluit. Et propter ea, inquit, quæ patrare auſi ſunt, pœnas dent; & qui Chriſto Saluatori ſeruire noluerunt, ſed Cæſaris Regnum amplexi ſunt, Cæſaris ſeruituti ſubijciantur.

ANONYMI. Rurſus hîc etiam cauſam aſſignat. Cur enim hæc ipſos pati rogaſſet, neceſſariò docet dicens, *Propter delictum oris eorum, & propter verbum labiorum ipſorum.* Atqui prædictionis ſancti Spiritus admirabilis eſt accuratio. Cùm enim non ipſi Iudæi tempore paſſionis Saluatoris mortem ipſi intulerint, ſed manu Romanorum id egerint, Pilato quidem iudicante, atque militibus ipſum comprehendentibus & abducentibus, Iudæis autem nil horum facientibus; meritò non ipſammet mortis illationem ipſis adſcribit, ſed eius cauſam, dum Principum ſacerdotum fraudulentas molitiones, & maledicorum falſa teſtimonia, & populi contra ipſum ſucclamantis vocem commemorat: quapropter dicit, *delictum oris eorum*; ac ſi dixiſſet manifeſtiùs, *Propter delictum oris eorum, & propter verbum labiorum ipſorum, comprehendantur etiam in ſuperbia ſua*; vel iuxta Symmachum, *cum ſuperbia ſua.* Cùm enim ſuperbi eſſent ac iactabundi, Saluatoris noſtri libertatem minimè ferebant; quare etiam dicebant ipſi: *Quis tibi dedit hanc poteſtatem? Et in qua poteſtate hæc facis?*

Iudæi in Chriſtum linguâ ſuâ maximè deliquerunt.

Matt. 21, 23.

13. ET DE EXECRATIONE, ET MENDACIO.] ATHANASII. Famoſa, inquit, fiat eorum conſummatio, propter execrationes quibus te deteſtantur, aduerſus gloriam tuam mentientes. Conſummationem autem, non totalem interitum intelligit, ſed deiectionem à gloria eorum. Porrò gloria ipſorum ſunt cultus legales, diuinum templum, Prophetæ, Principes Sacerdotum, Le-

Celebris eſt humiliatio Iudæorum.

εἰδότες, φησὶ, τὸν ἐμὸν λαὸν, οὐδ᾽ ἂν ἔγνωσαν αὐξηθεῖσαν τὴν ἐμὴν ἐκκλησίαν. Διασκόρπισον τοίνυν αὐτοὺς ἁπανταχοῦ γῆς, ἔνθα μέλλει καὶ ἡ ἐμὴ ἐκκλησία συνίστασθαι· ὅπως βλέποντες τὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ θεμελιωθεῖσαν ἐκκλησίαν, εἰς ζῆλον ἔρχωνται θεοσεβείας. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ὁ σωτὴρ ὑπὲρ αὐτῶν ηὔχετο.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀναστάτους, φησὶ, ποίησον αὐτοὺς, καὶ δούλους ἀντ᾽ ἐλευθέρων ἀπόφηνον, διὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ τὸν λόγον τῶν χειλέων αὐτῶν. Οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς πυργοποιΐας τὴν κακὴν συμφωνίαν τῇ διαφωνίᾳ ἔλυσε. καὶ δι᾽ ὧν, φησὶν, ἐτόλμησαν, δίκην δότωσαν· καὶ δουλεύειν οὐκ ἀνασχόμενοι τῷ σωτῆρι Χριστῷ, ἀλλὰ τὴν τοῦ Καίσαρος ἀσπασάμενοι βασιλείαν, τῇ τοῦ Καίσαρος δουλείᾳ παραδοθήτωσαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάλιν κἀνταῦθα τὴν αἰτίαν παρίστησι. Διὰ τί γὰρ ταῦτα παθεῖν αὐτοὺς ἠξίου, ἀναγκαίως διδάσκει λέγων, δι᾽ ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ λόγον χειλέων αὐτῶν. Καὶ ἔστι θαυμάσιον τὸ ἀκριβὲς τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος προρρήσεως. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος καιρὸν θάνατον αὐτῷ εἰργάσαντο, ῥωμαϊκῇ δὲ χειρὶ τοῦτο ἐπεράττετο, δικάζοντος μὲν Πιλάτου, καὶ διαλαβόντων στρατιωτῶν καὶ ἀπαγόντων αὐτὸν, Ἰουδαίων δὲ μηδ᾽ ὁτιοῦν τούτων πεποιηκότων· εἰκότως οὐκ αὐτὸ τὸ ἔργον τοῦ θανάτου τούτοις ἀνατίθησιν, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν, τῆς τῶν ἀρχιερέων συσκευῆς, καὶ τῆς τῶν συκοφαντῶν ψευδομαρτυρίας μνημονεύων, καὶ τῆς φωνῆς τοῦ πλήθους ἐπιβοήσαντος κατ᾽ αὐτοῦ· διό φησιν, ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν· ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον, δι᾽ ἁμαρτίαν στόματος αὐτῶν, καὶ διὰ λόγον χειλέων αὐτῶν, καὶ συλληφθήτωσαν ἐν τῇ ὑπερηφανίᾳ αὐτῶν· ἢ κατὰ Σύμμαχον, μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν. Ὑπερήφανοι γὰρ ὄντες καὶ ἀλαζόνες, οὐκ ἔφερον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν παῤῥησίαν· διὸ καὶ ἔλεγον αὐτῷ· τίς σοι ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; καὶ ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

ιγʹ. ΚΑΙ ΕΞ ΑΡΑΣ, ΚΑΙ ΨΕΥΔΟΥΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐξάκουστος, φησὶ, γένοιτο αὐτῶν ἡ συντέλεια, διὰ τὰς κατάρας ἃς καταρῶνταί σε, καταψευδόμενοι τῆς σῆς δόξης. Συντέλειαν δὲ, οὐ τὴν εἰς τὸ παντελὲς ἀπώλειαν, ἀλλὰ τὴν καταστροφὴν τῆς δόξης αὐτῶν. Δόξα δὲ αὐτῶν αἱ κατὰ νόμον λατρεῖαι, ὁ θεῖος ναὸς, οἱ προφῆται, οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ νομοδι-

προδιδάσκαλοι, ἡ ἐπιφάνεια τῶν ἀγγέλων· ἅπερ ἅπαντα ἀθρόως μετὰ τὴν κατὰ τοῦ κυρίου οἰκονομίαν, συντετέλεσται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ τὰ γενόμενα πάντως καὶ ἀπαγγέλλονται, πολλάκις ἀντὶ τοῦ γενομένου τὴν ἐπαγγελίαν λέγει. ὡς τό· Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀντὶ τοῦ, παρέξεις μοι πάντως· τὸ γὰρ γενόμενον, τοῦτο καὶ ἀκουτιεῖν ἔμελλε. Κἀνταῦθα οὖν τό, διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ, ἀντὶ τοῦ ἔσονται. Ἀρὰν δὲ καὶ ψεῦδος καλεῖ τὰ παρ' ἐκείνων γενόμενα, ὡς ψευδοῦς μεστὰ καὶ κατάρας ἄξια. Ἀπὸ τοίνυν τούτων, φησίν, ὧν πράττουσιν, ἀπὸ τούτων συντελεσθήσονται, καὶ ἀποθανοῦνται· ταῦτα γὰρ αὐτοῖς τῆς συντελείας ἔσται καὶ τοῦ θανάτου τὰ αἴτια. Δι' ὅλου δὲ ἑαυτῷ ἠκολούθησεν, ἀπὸ τοῦ τρόπου μείζονος αὐτοὺς τιμωρίας ἀξίους δεῖξαι βουλόμενος. οὕτω γάρ φησιν· οὐκ ἔνεστιν αὐτοὺς κερδᾶναι τὴν παρά σου τιμωρίαν, ὡς μεμνημένους σου, ἢ εἰδότας σε· ὅτι δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἄξιοι φαίνονται τιμωρίας, ἀφ' ὧν λέγουσί τε καὶ ποιοῦσι· ταῦτα γὰρ μάλιστα ἀναγκαίαν αὐτοῖς ἐπάγει τὴν τιμωρίαν· ἔτι δὲ καὶ τὴν συντέλειαν.

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ. Τὴν μὲν προτέραν συντέλειαν παντὸς πράγματος νοήσεις τὴν ἔκβασιν, ἐν ᾗ διαγγελήσονται, τουτέστι, φανερωθήσονται οἱ ματαίας ἀρὰς καὶ ψευδεῖς τοῖς ἀνευθύνοις ἐπάγοντες. τὴν ἐν ὀργῇ δὲ συντέλειαν, τὸ μέλλον λέγει κριτήριον. Τότε γὰρ ἁμαρτωλοὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι· οὐκ εἰς ἀνυπαρξίαν μεταπεσόντες, ἀλλὰ πάσης τῆς περὶ αὐτοὺς φαντασίας παυσαμένης. Τοῦτο καὶ ἐν τῷ α' ψαλμῷ φησι· διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει. Ἁρμόττει δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων λέγεσθαι, οἱ τὴν Χριστοῦ τὴν βασιλείαν ἀπαξιώσαντες, καὶ βασιλέα Καίσαρα τὸν ἐθνικὸν καὶ ἄνομον ἐπιφημίσαντες· ὧν ἡ κατὰ τοῦ Χριστοῦ ἀρὰ καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τῇ συντελείᾳ φανεροῦται. Τότε γὰρ ὃν ἂν προσηγόρευσαν πλάνον οὗτος κριτὴς ὀφθήσεται. Ὅθεν καὶ ἐν τῇ ὀργῇ τῆς μελλούσης συντελείας εἰκότως οὐχ ὑπάρξουσιν· οὐδὲ γὰρ λαὸς εἶναι τοῦ Θεοῦ ποτε νομισθήσονται, πῶς δὲ γνώσονται, ὅτι Θεὸς δεσπόζει; ὅταν αὐτὸν ὑπὸ τῆς κρίσεως δορυφορούμενον ἴδωσι, καὶ πᾶν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πρὸς αὐτὸν εἰς κρίσιν ἐρχόμενον.

ιδ'. ΚΑΙ ΓΝΩΣΟΝΤΑΙ, ΟΤΙ Ο ΘΕΟΣ.]

gis Doctores, apparitio Angelorum: quæ omnia illicò post Domini dispensationem subitò consummata sunt, ac finem acceperunt. CATENA PATRVM.

THEODORI. Quoniam ea quæ fiunt omnino etiam annuntiantur, frequenter pro facto annuntiationem dicit. v. g.* *Audire me facies exultationem & lætitiam*; id est, præbebis omnino mihi: nam id quod fiebat, futurum erat vt audiri faceret. Hoc loco igitur etiam illud, *Annuntiabuntur in consummatione*, id est erunt. Execrationem verò & mendacium vocat ea quæ ab ipsis fiebant, vtpote mendacij plena atque execratione digna. Ex his igitur, inquit, quæ faciunt, ex iisdem consummabuntur, & morientur: siquidem hæc ipsis causa erunt consummationis ac mortis. Vtrobique autem sibi ipsi consonat, ex moribus ipsos maiori supplicio dignos demonstrare volens. sic enim ait: Non licet ipsis à te supplicij lucrum facere, quasi tui memores essent, aut te cognoscerent: quoniam hoc ipso potiùs pœnâ digni apparent, propter ea quæ dicunt & faciunt: hæc enim maximè necessarium ipsis supplicium adferunt; quin imò etiam consummationem.

Psal. 50, 10.

* Vulgata Auditui meo dabis gaudium & lætitiam.

CHRYSOSTOMI. Priorem quidem consummationem omnis rei exitum intelliges, in quo annuntiabuntur, id est, manifestabuntur illi, qui temerarijs execrationibus & mendacijs impetunt innocentes. In ira verò consummationem appellat futurum iudicium. Tunc enim peccatores non erunt; non quòd ad nihilum redacti sint, sed quòd omnis de ipsis cogitatio cesset. Hoc etiam in primo Psalmo ait: *Ideò non resurgent impij in iudicio*. Conuenit autem singula hæc de populo Iudæorum dici, qui Christi Regnum dedignati sunt, & Cæsarem ethnicum atque impium Regem celebrarunt: quorum aduersus Christum execratio & mendacium in consummatione manifestabitur. Tunc enim is quem impostorem appellauerant Iudex apparebit. Vnde etiam in ira futuræ consummationis meritò non erunt: siquidem tunc non censebuntur esse populus Dei. Quomodo autem cognoscent, quia Deus dominatur? quando nimirum videbunt ipsum in iudicio satellitio stipatum, & omne genus hominum ad ipsum venire ad iudicium.

Ira consummationis est iudicij extremi.

Psal. 1, 5.

Iudæi Christum agnoscent in iudicio.

14 ET SCIENT, QVIA DEVS.]

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Omni, inquit, gloriâ priuati re ipsâ cognoscent, quia tu verè es qui dominaris Iacob, & in fines orbis terræ Ecclesiam tuam extendis.

THEODORI. Et quoniam sæpè nobis exprobrant, quòd præfecturâ tuâ minimè digni habiti simus, & idcircò maximè indecenter aduersus nos insidijs vsi sunt; ex supplicio ipso cognoscent, quòd non solùm noster, sed vniuersæ quoque terræ herus sis ac Dominus: propter hoc vindica nos quantum volueris, eos qui iniuriam nobis faciunt puniendo. Expressit autem totum consequenter ad ista verba, *Ne occidas eos:* deinde ex superioribus resumit contra illos execrationem, & ait:

15. CONVERTENTVR AD VESPERAM.] ATHANASII. Repetit ea quæ ante dicta erant, suum contra ipsos vaticinium magis confirmans.

THEODORI. Id quod superiùs ipsis exprobrando dixerat, hoc etiam hîc resumendo dicit, postquam ipsos supplicio dignos esse demonstrauerat. Itaque, inquit, quoniam minimè licet ipsis parcere, tamquam nunc quidem te curantibus, sed, si mortui fuerint, oblivioni te tradituris; è contra vtique, cùm ingrati sint, ex supplicio debitum agnoscent: iustissimam igitur pœnam subeant, & supplicio tuo reiecti, vlulent instar canum noctis tempore per ciuitatem circumuagantium.

ANONYMI. Iam pridem quidem hæc superiùs tractantes exposuimus iuxta modum vnum; sed cùm Propheta hoc denuò repetat, manifestum fit ijsdem verbis quædam alia Spiritum sanctum insinuasse. Conuertentur itaque ad vesperam Iudæi, Deum non in lumine, sed in tenebris quærentes: & idcircò *famem patientur vt canis,* verum cibum non reperientes; & circuibunt Hierosolymam euersam, lugentes super eam & plangentes. *Ipsi dispergentur.* In vniuersam enim terram dispersi sunt, vbique seruientes, atque infimas ac seruiles artes omnes & indecentia opificia præ fame obeuntes: cùm autem ventri dediti sint, minimè saturantur, & aduersus Deum idcircò murmurant; id est, minimè agunt gratias: siquidem hoc proprium est ingratorum.

Iudæi famelici toto orbe dispersi.

16. IPSI DISPERGENTVR AD MANDVCANDVM.] ATHANASII. Cir-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀπάσης τῆς δόξης ἀφαιρεθέντες, φησὶν, ἔργῳ γνώσονται, ὅτι δὴ σὺ εἶ ὁ δεσπόζων τοῦ Ἰακὼβ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς τὴν σὴν ἐκτείνας ἐκκλησίαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ἐπειδὴ πολλάκις ἡμῖν ὀνειδίζουσιν, ὡς τῆς παρὰ σοῦ προστασίας οὐκ ἀξιωθεῖσι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ἀδεέστερον ταῖς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλαῖς ἐχρήσαντο· διὰ τῆς τιμωρίας γνώσονται, ὅτι δεσπότης τε καὶ κύριος οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πάσης τῆς γῆς· διὰ τοῦτο ἡμῖν ἐπάμυνον, τοὺς ἀδικοῦντας τιμωρούμενος ὅσα ἐθέλεις. Ἀπέδωκε δὲ τὸ πᾶν κατὰ ἀκολουθίαν, τὸ μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς· εἶτα ἀναλαμβάνει ἄνωθεν τὴν κατ' αὐτῶν κατάραν, καὶ φησίν·

ιε. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΥΣΙΝ ΕΙΣ ΕΣΠΕΡΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπαναλαμβάνει τὰ προειρημένα, βεβαιοτέραν τὴν κατ' αὐτῶν προφητείαν κατεργαζόμενος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅπερ ἄνω εἶπεν ἐπαφόμενος αὐτοῖς, τοῦτο κἀνταῦθα ἀναλαμβάνων λέγει, μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοὺς ἀξίους ὄντας τῆς τιμωρίας. Οὐκοῦν, φησὶν, ἐπειδὴ καὶ φείσασθαι αὐτῶν οὐχ οἷόν τε, ὡς νῦν μὲν σου φροντιζόντων, ἐπιλησομένων δὲ εἰ ἀποθάνοιεν· τοὐναντίον δὴ ἀγνώμονες ὄντες, ἀπὸ τῆς τιμωρίας τὸ δέον ἐπιγνώσονται· δικαιοτάτην οὖν τιμωρίαν ὑπομενέτωσαν, καὶ τῇ παρὰ σοῦ τιμωρίᾳ ἐλαθέντες, ὀλολυζέτωσαν δίκην τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐμπεριιόντων κυνῶν ἐν τῷ τῆς νυκτὸς καιρῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἤδη μὲν ταῦτα προλαβόντες εἰρήκαμεν καθ' ἕνα τρόπον· δευτερώσαντος δὲ τοῦ προφήτου, δῆλον ὡς ταῖς αὐταῖς λέξεσιν ἕτερα πάλιν τὸ πνεῦμα ἐμήνυσεν. Ἐπιστρέψουσι τοίνυν εἰς ἑσπέραν οἱ τῶν Ἰουδαίων παῖδες, οὐκ ἐν φωτὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἐν σκότει ζητοῦντες· καὶ διὰ τοῦτο λιμώξουσιν ὡς κύων, τὴν ὄντως τροφὴν μὴ εὑρίσκοντες καὶ κυκλώσουσι τὴν Ἱερουσαλὴμ τὴν πεπορθημένην, πενθοῦντες ἐπ' αὐτὴν καὶ κοπτόμενοι. Αὐτοὶ διασκορπισθήσονται· εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν διεσπαρμένοι τυγχάνουσι, δουλεύοντες πανταχοῦ, καὶ τὰς ἐλαχίστας καὶ δουλοπρεπεῖς τέχνας πάσας τε τὰς ἀπρεπεῖς μεθόδους ἕνεκα τοῦ πεινᾶν μετερχόμενοι· γαστρίμαργοι δὲ ὄντες οὐ χορτάζονται, καὶ κατὰ Θεοῦ διὰ τοῦτο γογγύζουσι· τουτέστιν, οὐκ εὐχαριστοῦσι· τοῦτο γὰρ αὐτῶν ὡς ἀγνωμόνων ἴδιον.

ιϛ'. ΑΥΤΟΙ ΔΙΑΣΚΟΡΠΙΣΘΗΣΟΝΤΑΙ ΤΟΥ ΦΑΓΕΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Περιελ-

θωσι

θουσι μὲν ζητοῦντες τὸν λόγον τοῦ κυρίου, καὶ οὐ μὴ εὕρωσιν· ἐὰν δὲ καί ποτε λέξεώς τινος μετειληφότες τῆς θείας γραφῆς, οὐ δόξωσιν εἰς κόρον ἀπολαύειν, καὶ οὕτω γογγύζουσιν· ἅτε ἀεὶ γογγυσταὶ ὄντες, καὶ τοῦ θεοῦ καταλαλοῦντες.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἠκολούθησεν ἑαυτῷ, ἐχόμενος τοῦ ὑποδείγματος τοῦ ἐπὶ τῶν κυνῶν, καὶ τὸ ἐπ' ἐκείνων συμβαῖνον ἀρασάμενος αὐτοῖς γενέσθαι. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι, φησίν, ὅταν ὑπὸ λιμοῦ κατέχονται, διασκιδνᾶνται κατὰ τὴν πόλιν, διερευνώμενοι εἴ πού τις αὐτοῖς εὑρεθείη τροφή· εἶτα ἐπειδὰν μήτε εὑρεῖν δυνηθῶσι, μήτε ἀπολαύσωσιν εἰς κόρον τῆς τροφῆς, γογγυσμοῖς χρῶνται καὶ ὀλολυγμοῖς, ὠρυόμενοι τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς ἔνδειαν. Οὕτω, φησί, καὶ αὐτοὶ διασκορπισθήτωσαν ἐν τῇ σῇ ἀπειλῇ, καὶ ὥσπερ ὑπὸ λιμοῦ τῆς συμφορᾶς πιεσθέντες, καὶ μηδενὸς μετασχεῖν καλοῦ δυνηθέντες, ὀλολυγαῖς καὶ ταῖς φωναῖς τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς τιμωρίαν δεικνύντες διατελέτωσαν.

ιζ'. ΕΓΩ ΔΕ ᾊΣΟΜΑΙ ΤΗΝ ΔΥΝΑΜΙΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκεῖνοι μὲν οὕτως, φησίν· ἐγὼ δέ, ὁ ἐξ ἐθνῶν δηλονότι λαός, ἅτε τὴν σὴν δύναμιν ἐπιγνούς, χαρήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει σου τῷ γενομένῳ ἐν φωτὶ καὶ τῇ ἀναστασίμῳ σου ἡμέρᾳ· δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἀντελάβου ἡμῶν, καὶ καταφυγὴ ἐν θλίψει ἐγένου· διὸ καὶ ψαλμοὺς ἀναπέμπω σοι τῷ θεῷ, τῷ ἐλεήσαντί με.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἐκείνων τρόπου δείκνυσιν ἀξίους ὄντας τιμωρίας· οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἄξιον ὄντα τυχεῖν τῆς παρά σου φιλανθρωπίας καὶ συμμαχίας ἀπὸ τῶν πεπραγμένων δείκνυσι. Τὴν δὲ μετὰ πάσης ἰσχύος, φησί, παρά σου γινομένην εἰς ἡμᾶς βοήθειαν ταύτην ὑμνῶν διατελέσω.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταῦτα παρὰ τοῦ Χριστοῦ, τὸ πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀναλαβόντος λέγεται· αὕτη δὲ ᾄδει τοῦ θεοῦ τὴν δύναμιν, καὶ ἀγαλλιᾶται περὶ τὸ ἔλεος, δηλαδὴ τὴν τοῦ σωτῆρος ἀνάστασιν· ἐπειδὴ δι' αὐτῆς ἡμῶν ὁ θεὸς ἀντελάβετο, πίστει διασώσας τοὺς ἀσθενεῖς καὶ χάριτι, ὥστε καὶ καταφυγὴ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως αὐτὸς γεγένηται, εἴτε ὑπὸ νοητῶν εἴτε ὑπὸ ὁρατῶν ἐχθρῶν πολεμούμεθα. Ἀνέλαβε δὲ αὖθις τὰ πρῶτα, ἐπὶ τίσιν ἡμᾶς χρὴ ψάλλειν διδάξαι βουλόμενος εὐχαριστίαν τῷ θεῷ προσφέροντας, καὶ τὸ τῆς εὐγνωμοσύνης ἀποδιδόναι ὀφλημα· ἀνθ' ὧν σαρκωθεὶς αὐτὸς ἡμῶν ἀν-

cumeunt quidem quærentes verbum Domini, & non inueniunt: quòd si verò quandoque sententiam aliquam diuinæ Scripturæ participent, non videntur ad satietatem illâ frui, & sic murmurant; vtpote qui semper murmurent, & Deo obloquantur. CATENA PATRVM.

THEODORI. Consentit sibi ipsi exemplo canum insistens, & id quod canibus accidit ipsis [Iudæis] imprecans. Sicut enim illi, inquit, quando fame detinentur, per ciuitatem diffunduntur, indagantes sicubi ipsis cibus aliquis obueniat: deinde quando illum reperire non potuerint, neque ad saturitatem cibo fruiti fuerint, murmurationibus & vlulatibus vtuntur, singultiendo famem suam indicantes. Sic, inquit, etiam ipsi dispergantur minis tuis & calamitatibus, non secùs ac fame oppressi, nec vllius boni copiam habere valentes, vlulatibus & lamentis supplicium, quo detinentur, declarare pergant.

17. EGO AVTEM CANTABO VIRTVTEM TVAM.] ATHANASII. Illi quidem, inquit, hoc modo; ego autem, scilicet populus ex Gentibus, vtpote virtutis tuæ conscius, lætabor in misericordia tua quæ facta est in luce atque in die resurrectionis tuæ: per illam enim & nos suscepisti, & refugium nostrum factus es in tribulatione; quocircà etiam Psalmos offeram tibi Deo, qui misertus es mei. *Misericordia Dei in Gentes.*

THEODORI. Quemadmodum ex moribus eorum ostendit illos dignos esse supplicio, ita quoque seipsum dignum esse qui benignitate atque ope tua fulciatur ex rebus gestis ostendit. Ceterùm, inquit, tuum in nos auxilium impensum totis viribus decantare pergam.

ANONYMI. Ista dicuntur de Christo, qui Ecclesiæ personam assumpsit: hæc autem Dei virtutem canit, & exultat manè misericordiam, scilicet Saluatoris resurrectionem; quoniam per illam Deus nos suscepit, per fidem & gratiam infirmos seruans, ita vt ipse quoque refugium nostrum factus sit in die tribulationis, siue à spiritalibus siue à visibilibus hostibus oppugnemur. Iterùm autem resumpsit priora, docere volens, pro quibus nos psallere oporteat gratiarum actionem Deo offerentes, & gratitudinis debitum reddere; quòd nimirum incarnatus ipse noster susce- *Ecclesia ex Gentibus Deum laudat.*

pcit

ANNOTATIONES CORDERII.

ptor & misericordia factus sit: misericordia quidem, quia venit ad saluandum mundum; susceptor verò, quia nostram captiuitatem hoste expugnato liberauit.

ORIGENIS. Illi quidem, inquit, istiusmodi patientur, cùm talia sint ausi; ego verò misericordiam tuam cantabo, & spiritali luce oboriente, atque vniuerso orbi datâ, matutinum, id est, immensam misericordiam tuam, in omnibus Ecclesijs celebrabo: tuo enim præsidio fruitus sum, & per prouidentiam tuam incidentes effugi calamitates; cuius rei gratiâ te solum Deum noui, & te fontem misericordiæ atque clementiæ appello. Hæc cùm Dauid propheticis oculis conspexisset, & Iudæorum calamitates prædixit, & ipse se Dominum semper laudaturum recepit, per viros pios hymnodiam offerens.

λήπτωρ καὶ ἔλεος γέγονεν· ἔλεος μὲν, ἐπειδὴ σῶσαι τὸν κόσμον ἦλθεν· ἀντιλήπτωρ δὲ, ἐπειδὴ τὴν ἡμετέραν αἰχμαλωσίαν τοῦ ἐχθροῦ πολεμήσας ἐῤῥύσατο.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐκεῖνοι μὲν ἂν τοιαῦτα πείσονται, φησι, τοιαῦτα τολμήσαντες· ἐγὼ δὲ τὸν σὸν ἔλεον ἀνυμνήσω, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἀνατείλαντος, καὶ τῇ οἰκουμένῃ δεδωκότος, τὸν ὄρθρον τὸν ἀμέτρητόν σου οἶκτον ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις δοξάσω· ἀπήλαυσα γὰρ τῆς σῆς ἐπικουρίας, καὶ διὰ τῆς σῆς προνοίας τὰς προσπεσούσας διέφυγον συμφοράς· οὗ δὴ χάριν σὲ μόνον οἶδα Θεὸν, καὶ σὲ πηγὴν ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας καλῶ. Ταῦτα Δαβὶδ προφητικοῖς ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, καὶ τὰς Ἰουδαίων προειρηκὼς συμφορὰς, καὶ αὐτὸς ὑμνήσειν ἀεὶ τὸν δεσπότην ὑπέσχετο, διὰ τῶν εὐσεβῶν τὴν ὑμνῳδίαν προσφέρων.

ANNOTATIONES CORDERII.

ARGVMENTVM est oratio Dauidis in extremo vitæ periculo constituti, dum domus eius Saülis satellitio obsideretur; ipse autem Dei ope & astu Michol vxoris satellites elusit, & euasit. Historia habetur lib. 1. Regum cap. 19. Rogat autem hostes dispergi: quibus dissipatis & punitis, promittit se Dei potentiam & gratiam celebraturum. Oratio hæc quoque competit Christo contra Iudæos, & Ecclesiæ contra impios.

Iudæi viri sanguinum.

3. *De viris sanguinum salua me.*] S. Augustinus hoc de Iudæis Christi mortem sitientibus exponit, dicens: *Erant illi quidem viri sanguinum, qui iustum occiderunt, in quo nullam culpam inuenerunt: erant illi viri sanguinum, quia cùm vellet alienigena lotis manibus dimittere* Matt. 27. *Christum, clamauerunt; Crucifige, crucifige: erant viri sanguinum, quibus cùm iam obijceretur crimen sanguinis Christi, responderunt propinantes posteris suis: Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Vir igitur sanguinis est, qui auctor existit, cur alterius sanguis fundatur; etiamsi non ipsemet eum effundat: quemadmodum Se- Exod. 4, 25. phora Moysem vocauit *sponsum sanguinis*, quia in causa fuerat, cur per circumcisionem filio sanguis extraheretur. *Viros autem sanguinum* (inquit Hilarius) *non solùm admissa cædes, sed & cogitata consummat.*

5. *Sine iniquitate cucurri, & direxi.*] Græcè Κατεύθυνα: quod S. Augustinus, Cassiodorus & Psalterium Romanum vertunt, *Dirigebar:* Symmachus, Μὴ οὔσης ἁμαρτίας, ὑπετρέχουσιν, ἵνα πατάξωσί με, *Cùm non sit peccatum, accurrunt, vt percutiant me:* Scholion, Ἀναιτίου καὶ ἀναμαρτήτου, *Cùm in culpa & peccato non sim:* S. Hieronymus, *Non egi inique, & illi currunt, & præparantur.*

6. *Exurge in occursum meum.*] Græcè, εἰς συνάντησίν μου: Symmachus, ἐξ ἐναντίας ὑπὲρ ἐμοῦ: quod vertit S. Hieronymus, *ex aduerso pro me.*

IBIDEM. *Intende ad visitandas omnes Gentes, &c.*] Hæc licet efferantur per modum petitionis, potiùs tamen habent sensum prædictionis, sic vt iudicium generale prædicat: quod omnium hominum erit generalis visitatio. *Ecce,* inquit Deus, *ego visitabo oues meas, &c.* sed planè terruit (inquit S. Augustinus) dicens: *Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.* Et quem non terreat? Quis ad conscientiam rediens non contremiscat? quæ etiam sibi conscia est pietatis, mirum nisi aliquid conscia sit etiam iniquitatis. *Quicumque enim peccatum facit, & iniquitatem facit.* Si non miseretur operantibus iniquitatem, quis saluus erit? *Si enim iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Deinde, ecce misertus est Pauli, qui primò Saulus operabatur iniquitatem: quid enim fecit boni, vnde promereretur Deum? nónne sanctos eius ad mortem attrahebat? nónne epistolas à Principibus sacerdotum ferebat, vt vbicumque Christianos inueniret, ad pœnam raperet? nónne id agens, eò tendens, & cædem spirans & anhelans, sicut Scriptura de illo testatur, de cælo vocatus est, voce sublimi deiectus, erectus, excæcatus, illuminatus, occisus, viuificatus, perditus, redditus? quo merito? ipsum audiamus: *Qui priùs,* inquit, *blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum.* Quomodo ergo dicitur, *Non miserearis omnium qui operantur iniquitatem?* optimè respondet S. Augustinus eos dici operari iniquitatem, qui peccant, & pœnitentiam non agunt: nam qui post peccatum condignam agit pœnitentiam, hic quamuis operatus fuerit iniquitatem, non tamen iam eam operatur, sed potiùs æquitatem; & quod iniquè fuerat operatus ad æquitatem reducit; ideoq; æquitatem faciens, iniquitatem sustulit; & iam non habet Deus, quod in eo puniat, qui tantùm punit iniquitatem. *Iniquitas*

Deus in die iudicij omnes visitabit. Ezech. 34, 12. 1. Ioan. 3, 4. Psal. 129, 3. Act. 9, 1. 1. Tim. 1, 13. *Omne peccatum puniendum vel à nobis vel à Deo.*

quitas omnis, inquit S. Augustinus, *parua magnáve sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut à Deo vindicante: nam & quem pœnitet punit seipsum. Ergo, fratres, puniamus nostra peccata, si quærimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnium operantium iniquitatem, quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. Prorsus aut punis, aut punit. Vis non puniat? puni tu: nam & illud fecisti quod impunitum esse non possit: sed à te puniatur potiùs, vt facias quod in Psalmo scriptum*

Psal. 94. *est: Præueniamus faciem eius in confessione*, &c.

7. *Famem patientur vt canis.*] Græcè, ὡς κύων: Vulgata, *vt canes*. Totum autem locum ita refert Scholiastes ex Symmacho: Ἀνακάμψουσιν ἑσπέρας, καὶ συνηχήσουσιν ὡς κύνες κυκλοῦντες πόλιν· αὐτοὶ μὲν ἀποβλύζουσιν τοῖς στόμασιν αὐτῶν, ὡς μαχαίρας τοῖς χείλεσιν αὐτῶν, ὡς οὐδενὸς ἀκούοντος, *Reflectent se vesperi, & simul sonum emittent, velut canes circumeuntes ciuitatem; ipsi autem singultiunt comedentes ore suo, tamquam gladios labijs suis, quasi nemo audiat.* id est: Vbi peruenerint ad vesperam, quo tempore homines solent requiescere & cibum sumere, famem patientur, & fremunt vt canes, nihilque habentes, neque quidquam per diem consecuti, cogentur discursare

Iudæi vagi & tributarij. quærendi victus & hospitij causâ. Vaticinium est de calamitatibus Iudæorum, qui per mundum vniuersum incertis sedibus vagantur, & tributarij sunt: hi vtique ad mundi finem, inclinato

Iudæi in fine mundi ad Christum conuertendi. iam in occasum ipso sæculo, in vicinia iudicij finalis post exitium Antichristi ad verum Messiam Iesum Christum Dominum nostrum conuersi, fame diuini verbi gratiæque cælestis auiditate stimulati velut in rabiem, sed sanam illam optandamque, acti accurrent ad ciuitatem Dei, ad Ecclesiam Christi, non iam claudi & cæci, sed ipsis montium ceruis velociores ad petendum Christianæ gentis Baptismum; & acutissimâ mentis acie Christum, quem illorum aui peremerunt, cognoscentes, ad ipsius altaria conuolabunt: *Vbicumque enim fuerit corpus, illuc con-*

Matt. 24. *gregabuntur & aquilæ.* Abluti ergo, & nouâ per Baptismum gratiâ nitentes, diuino Christi Domini epulo in Eucharistia famem illam explentes, in vnam cum fidelibus ex Gentium populo

Ioan. 10. Ecclesiam coalescent: *Fietque vnum ouile, & vnus pastor.* Hanc igitur suæ gentis felicitatem præuidens Dauid, postquam Iudæorum vastitatem, dispersionem, opprobriaque per Gentes deplorauit, recreato diuinitus animo, hîc & inferiùs ver. 15. iterùm ita cecinit: *Conuertentur ad vesperam*, &c.

8. *Ecce loquentur in ore suo.*] Voce scilicet

Impiorum lingua gladius. submissâ & gracili. *Et gladius in labijs eorum:* quod tantumdem valet, ac si spirarent meras cædes, vel totidem ad iugulandum miserum Dauidem euomerent gladios, quot voces proferunt: verba enim illorum mirè penetrabant eius animum pungebantque; ipsi tamen ea securi effundebant, & eò se solantur: *Quoniam quis audiuit?* quasi dicerent: Non est hîc qui nos in ius ambulare cogat ob nostros sermones: haud obscurè insinuantes eò se licentiæ ruere, quia nullum dedecus aut damnum inde metuant. Quamuis autem probabile sit, Dauidem hîc suo more perstringere vesanam impiorum socordiam, qui metus excutiendi causâ Deum in cælo dormire fingunt; meo tamen iudicio conqueritur, eò securiùs agitare praua consilia, & quasi medio foro publicare, quia in possessionem nocendi pridem venerint. Sic enim fascinauerant totum vulgus, & Dauidem suis calumnijs deformauerant, vt nemo pro excusatione miseri hominis mutire auderet. Sed quid interim Deus?

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Et tu Domine deridebis eos.*] Appositè autem ridendi similitudine vtitur, quo Dei potentiam altiùs extollat. quasi diceret: Vbi omnia machinati sunt impij, Deum nullo negotio & quasi per iocum dissipare omnes eorum conatus. *Deus impios irridet & exsibilat.* Quantisper enim conniuet Deus, gliscit eorum proteruia, & insolentiùs erumpit; quia non intelligunt Deum, vbi otiari videtur, solo nutu iudicia sua exequi. Contemptim ergo dicit non opus esse magno apparatu; quia simul ac volet Deus pœnas sumere, ludendo eos in nihilum rediget. Salomoni hoc credamus: *Ipse deludet illusores*, in- Prou. 3, 34.
quit, *& mansuetis dabit gratiam.* Et velut dexterrimus irrisor aliquis non multùm sese agitat, cùm alios risui exponit, sed ore solùm aut oculis dat signum; ita Deus per vilissima quæque in nostros irrisus animaduertit. Isaias attestatus: *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in ex-* Isaiæ 7, 18.
tremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur. Non opus hîc magnâ vi, sibilo res agitur. Ergo vt illusores dignum se præmium ferant, exiguis sæpè contumelijs pugnat in illos Deus; sed his illi sic consternantur, vt velut œstro perciti furiant, & insaniant.

10. *Fortitudinem meam ad te custodiam.*] *Dauid omnem fortitudinem Deo acceptam refert.* Hoc est, ad te referam; neque mihi stultè & superbè vindicabo. Nulla est enim vera probataque fortitudo, quæ non ad Deum referatur; siquidem ab illo, vt omnis virtus, sic maximè clarissimum hoc humanæ vitæ bonum dimanat. Quare insolentes illi sunt, & ingrati in diuinitatem, qui sibi gloriam illam attribuunt constantiæ apud homines honoratæ, nec cælum intuentur vt bonorum omnium promptuarium; vnde illam peti oportere, & quò referri sapientes aiunt. Eorum autem hominum stultam persuasionem, indicem superbiæ, clarâ voce refutat Ieremias: Ier. 9, 23.
Non glorietur fortis in fortitudine sua. Dauid sine dubio fuit fortissimus; de cuius factis gloriosis & triumphis multa legimus, quorum causâ omnium gentium præconio celebratur: verùm ille sciebat, & præ se ferebat à quo fortitudinem accepisset; dumque omnes illi plauderent, canerentque iô triumphe, & illius animi robur cælo æquarent, versus ad Deum reuerensque dicebat:
Ego autem cantabo fortitudinem tuam. Itaque Psal. 58, 17.
vires omnes suas & præstantiam animi, quâ fretus multâ clarissimâ hominum laude præstitit, vt sacrum donarium offerebat Deo; cui volens innocenti voto litabat, quod in hunc modum expressit: *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Ceterùm, qua ratione Deus *susceptor* noster dicatur, vide superiùs Psal. 3. ver. 2. expositum.

11. *Misericordia eius præueniet me.*] Tanta *Misericordia Dei nos præuenit.* nimirum est Dei bonitas, vt omnium vota & cogitationem præcipiat atque occupet, nihilque minùs cogitantes sæpè à puluere sordibusque attollat, & arcanis muneribus ditet: quam Theologi præuenientem misericordiam appellant; in cuius dulcissima consideratione sanctorum animi colliquescunt. Suauia sunt illa D. Bernardi Serm. 39.

ANNOTATIONES CORDERII.

ex paruis: *Non modò immeritos, sed & malè meritos præuenit, vt dum adhuc sumus filij iræ, & operamur opera mortis, ipse cogitet super nos cogitationes pacis, & non afflictionis, & ne petentibus quidem, imò & impœnitentibus; non inuocantibus, sed prouocantibus; non interpellantibus, sed etiam repellentibus, spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritum largitur.* Dauid sæpè hoc in Deo prædicat, in diuinæ prouidentiæ cursum intentus: sic alibi dicit anticipare nos miserationes Dei, idque citò, vt diuini affectus magnitudinem intelligamus.

Iudæi ad vtilitatem & exemplum aliorum disperguntur.

12. *Disperge illos.*] Græcè, Διασκόρπισον αὐτούς: Symmachus, Ἀνάστατον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ κάθελε αὐτοὺς ὑπερασπιστὰ ἡμῶν κύριε τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ στόματος αὐτῶν, τῷ λόγῳ τῶν χειλέων αὐτῶν. quæ ita ferè vertit S. Hieronymus, *Disperge eos in fortitudine tua, & destrue eos protector noster Domine in peccato oris sui, in sermone labiorum suorum.* Notandum autem, quòd petat illos non occidi, sed dispergi, id est, ad vitam miseram seruari vt langueant, & diu portent Dei iudicium, lento & diuturno supplicio affecti; vt Dei iustitiam in sese multis sæculis ostentent, & admoneatur populus de vltione impiorum: sic Iudæi hodie in sua misera captiuitate per orbem dispersi, diuinam iustitiam in sese cernendam clarè exhibent: quin & conseruantur propter eos qui ex ea gente per Dei gratiam ad Christi agnitionem fidemque conuertentur. Sic denique dispersi sunt Iudæi,

Iudæi fidei nostræ testes.

non autem ad vnum cæsi, quò eius fidei, cuius inimici sunt, vbique testes fiant: item, vt sint capsarij Christianorum, eisque conserent Scripturas, instrumenta salutis æternæ; quibus dum ipsi suâ malitiâ occæcati non credunt, faciunt

Psal. 92,5. vbique gentium dispersi, vt omnibus *credibilia facta sint nimis*: sic dum vbique exilium suum plangunt, peccatum produnt: Messiam dum vbique negant, vbique prædicant: dum suam ostentant legem, legifragos se conuincunt: dum sacra pandunt oracula, falsitatis suæ & veritatis nostræ testimonia ferunt. Non sine mysterio improbus ille Cham patrem suum Noë non solùm irrisit intus in domo, sed etiam *nuntiauit duobus fratribus suis foras*; vt significaret populum Iudæorum, qui non solùm Christum Dominum in Iudæa occidit, sed etiam occisum toto orbe prædicauit. Ita D. Isidorus lib. in Genesin cap. 8. vbi impium illum Cham cum populo Iudaico comparans: *Per eum*, inquit, hoc est Iudæorum populum, *manifestatum est, & quodammodò publicatum, quod erat in prophetia secretum: ideoque fit seruus fratrum suorum. Quid est enim hodie aliud gens ipsa, nisi quædam scriniaria Christianorum, baiulans legem & Prophetas, ad testimonium assertionis Ecclesiæ, vt nos honoremus per Sacramentum, quod nuntiauerunt illi per litteram.* Eodem mysterio Vrias portabat litteras, 2. Reg 11. 15.

Gen. 9,22.

quæ mortem illi dictabant. quod D. Gregorius lib. 2. Moralium cap 16. expendens: *Vrias*, inquit, *ad Ioab cum litteris, quibus occidi debeat, mittitur: quia idem ipse Iudaicus populus legem portat, quâ conuincente moriatur.* Idcircò Dauid postulabat à Deo dispergi quidem hunc populum, non occidi. Vbi D. Bernardus, Epist. 322. Iudæos interpretatus: *Viui quidem*, inquit, *apices nobis sunt repræsentantes Dominicam passionem: propter hoc dispersi sunt in omnes regiones; vt dum iustas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redemptionis.* Vagantur ergo Iudæi interfectores Christi toto orbe exules, sine patria, sine regno, sine sacerdotio, sine templo, sine sacrificio, sine lege, sine Deo, vt saltem sic emendati superbire desistant. vnde subdit:

13. *Comprehendantur in superbia.*] Symmachus, Συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν, ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες· συντέλεσον ἐν θυμῷ· ἀνάλωσον ἵνα μὴ ὦσιν, *Capiantur cum superbia sua, maledictionem & mendacium narrantes: consumma in furore; consume vt non sint.* nec multò aliter S. Hieronymus habet.

14. *Annuntiabuntur consummationes.*] Sic vetus Psalterium, & S. Augustinus: & cum hac lectione consentit Psalterium Æthiopicum & Metaphrasis Apollinaris: Græcè est, Διαγγελήσονται συντέλειαι: S. Hilarius, *Conuellentur in consummatione: consummatio in ira consummationis; & non erunt*: in alijs libris Græcis est, Διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ, ἐν ὀργῇ συντελείας; & sic habet Vulgata, *Annuntiabuntur in consummatione, in ira consummationis.*

Moraliter quomodo dominatur Deus Iacob.

IBIDEM. *Deus dominatur Iacob.*] Græcè, δεσπόζει; Vulgata, *dominabitur.* Moraliter dicitur *dominari Deus Iacob*, id est ijs qui dæmones vitiaque supplantant; *& finium terræ*, id est eorum in quibus finitur amor temporalium per contemptum eorum. Ita Arnobius, Hugo & alij.

15. *Conuertentur ad vesperam.*] Hic versus idem est cum septimo; sed Symmachus hîc paulò aliter vertit: Ἀνακαμπτέτωσαν ἑσπέρας, θορυβείτωσαν ὡς κύνες, περιερχόμενοι πόλιν, ῥεμβόμενοι, ἵνα μὴ ἔχοντες αὐλισθῶσιν, *Reflectant se vesperi, tumultuentur tamquam canes, circumeuntes ciuitatem vagantes, ne non saturati pernoctent.* Mysticum huius loci sensum habes superiùs in Catena.

17. *Ego autem cantabo fortitudinem tuam*, &c.] Qua ratione Deus dicatur *fortitudo, refugium & adiutor*, dictum in Annotationibus ad Psal. 17. ver. 2, & 3.

IN

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM LIX. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς ἀλλοιωθησομένοις, ἔτι εἰς στηλογραφίαν τῷ Δαβὶδ εἰς διδαχήν,

β΄. Ὁπότε ἐνεπύρισε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σωβάλ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωάβ, καὶ ἐπάταξε τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας.

Ἡ μὲν ἱστορία ἐν δευτέρῃ τῶν βασιλειῶν ἀναγέγραπται. Τὸ δὲ εἰς τὸ τέλος διδάσκει ὡς καὶ προφητεία τῇ ἱστορίᾳ συγκέκραται· ἡ γὰρ ἀλλοίωσις μεταβολὴν αἰνίττεται, οὐ γεγενημένων, ἀλλ' ἐσομένων· εἰ καί τινες καὶ τοῦτον εἰς στηλογραφίαν ἤτοι ὑπομονὴν ἔφασαν εἰρῆσθαι τῶν αἰχμαλωτιζομένων, ὥσπερ τό, ἀλλοιωθησομένοις ἑρμηνεύοντες· ὥσπερ καὶ δευτέραν εἶπον ἐπιγραφὴν περιέχειν τὴν διὰ Ἰωὰβ τοῦ ἀρχιστρατήγου τοῦ Δαβὶδ νίκην κατὰ Μωαβιτῶν. Περὶ γὰρ αἰχμαλωσίας διαλέγεται καὶ ἐπανόδου διὰ καταλλαγῆς τοῦ θεοῦ τοῦ λαοῦ, ἐξηγούμενος ἅτε πεπόνθασι χαλεπὰ πρότερον, εἶτα τὰ θυμήρη καὶ ἀμείνω ἐπάγων· ἤτοι τὰ μετὰ τὴν ἐπάνοδον. ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ ἀλλοιωθησομένοις, ἐπὶ τῶν κρίνων ἐξέδωκεν. ὡς γὰρ τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ καὶ ὁ χόρτος δοκεῖ μὲν πρὸς βραχὺ φαίνεσθαι ὡραῖα, ὅσον οὔπω μεταβάλλει, καὶ διαφθείρει· οὕτω καὶ τὰ πράγματα τοῦ λαοῦ ἀνθοῦντα τότε ἔμελλε μεταβάλλειν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, εἰς στηλογραφίαν, ὁ μὲν Ἀκύλας, ταπεινοῦ καὶ τελείου τοῦ Δαβίδ· ὁ δὲ Σύμμαχος, ταπεινόφρονος καὶ ἀμώμου τοῦ Δαβίδ. Στήλης γὰρ ἦν ἀξία ἡ τούτου τοῦ βασιλέως μετριοφροσύνη. Ἀλλ' εἰς πρόσωπον ἄν τις ταῦτα τοῦ Χριστοῦ δικαιότερον ἐκλήψεται· ὃς καὶ τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν καινότητα δέδωκε τῶν πραγμάτων.

1. In finem, pro his qui immutabuntur, in tituli inſcriptionem ipſi Dauidi in doctrinam, 2. Reg. 8, & 10. & 1. Par. 18.

2. Cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & * Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percuſſit * Edom in valle Salinarum duodecim millia.

* Vulgata omittit.

* Vulgata Idumæam

Hæc hiſtoria in ſecundo libro Regum ſcripta eſt. Porrò illud In finem *docet hiſtoriæ vaticinium admixtum eſſe: nam immutatio viciſſitudinem quamdam innuit, non rerum quæ acciderunt, ſed futurarum: etſi nonnulli etiam hunc* in tituli inſcriptionem *ſiue patientiam captiuorum dictum aſſerant, ita illud,* pro his qui immutabuntur *interpretantes; ſicut etiam dixerunt alteram inſcriptionem continere victoriam Ioabi Ducis exercitus Dauid contra Moabitas. Siquidem de captiuitate verba facit & de reditu populi Dei per commutationem, priùs enarrans moleſtias quas perpeſſi ſunt, deinde iucunda & meliora ſubiungens; nempe quæ poſt reditum contigerunt. Aquila loco,* Pro his qui immutabuntur, Pro lilijs *expoſuit. Quemadmodum enim lilia agri ac fœnum videntur quidem ad breue tempus apparere ſpecioſa, quamdiu nondum variant, & intereunt; ſic etiam res populi tunc florentes erant variandæ. Loco autem,* In tituli inſcriptionem, *Aquila quidem legit,* Humilis & perfecti Dauidis; *Symmachus verò,* Humilis & immaculati Dauidis. *Siquidem Regis huius modeſtia columnam merebatur. Ceterùm hæc ad perſonam Chriſti maiori iure referre quis poſſit; vtpote, qui & immutationem & rerum dedit innouationem.*

2. Reg. 8.

Senſus tituli explicatur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

γ΄. Ὁ ΘΕΟΣ ἀπώσω ἡμᾶς, καὶ καθεῖλες ἡμᾶς·

Ἀπώσω, τουτέστι, μακρὰν ἀπέπεμψας· λέγει δὲ εἰς Βαβυλῶνα. Καθεῖλες, τουτέστι, τοῦ ἀξιώματος ἡμᾶς ἐγύμνωσας, καὶ τῆς βασιλείας περιέτρεψας. εἶτα ἐπάγει·

3. DEVS repuliſti nos, & deſtruxiſti nos:

Repuliſti, id eſt, Procul ablegaſti: dicit autem in Babylonem. *Deſtruxiſti;* id eſt, Dignitate nos exuiſti, & Regno euertiſti. Deinde ſubdit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Βασιλείου. Σίκιμα τὸ ἐξαίρετον χωρίον, τῷ Ἰωσὴφ παρὰ τῷ Ἰακὼβ διδόμενον, τύπος τῆς διαθήκης, τῆς μόνῳ δοκούσης τῷ Ἰσραὴλ δεδωρῆσθαι. Τὴν τοίνυν ἐξαίρετον κληρονομίαν τοῦ λαοῦ ταύτην εἰς μερισμὸν ἄξω, καὶ κοινὴν ποιήσω πρὸς τοὺς λοιπούς. Διαμερισθείσης οὖν τῆς διαθήκης εἰς πάντας, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτῆς ὠφελίμου κοινοῦ πᾶσι τοῖς εὐεργετημένοις παρὰ θεοῦ γενομένου, τότε καὶ ἡ κοιλὰς τῶν σκηνῶν διαμετρηθήσεται· τουτέστιν, ἡ οἰκουμένη πᾶσα οἱονεὶ κλήροις τισὶ ταῖς καθ' ἕκαστον τόπον παροικίαις διαιρεθήσεται. Τότε δὲ τὰ διεστῶτα συνάψει ὁ εἰρηνοποιὸς· εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς (καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας) τὰ ἀμφότερα ποιήσει ἕν.

Θεοδώρου. Ἐλάλησεν, ἀντὶ τοῦ ἐφθέγξατο, καὶ ἀπεφήνατο. Πολλαχοῦ γὰρ ὅταν τι λέγῃ περὶ τοῦ θεοῦ ὡς ποιεῖν μέλλοντος, τίθησι τὸ, ἐλάλησεν, ἢ λαλήσει, ὡσπερεὶ δίκην βασιλέως ἀποφαινομένου, καὶ οὕτω πάντως γινομένων, ὡς προσέταξεν· οἷόν ἐστι τὸ, Ἀκούσομαι τί λαλήσει κύριος ὁ θεὸς, ἐν τῷ πδʹ ψαλμῷ κείμενον· μαθήσομαι τί ποτε περὶ ἡμῶν ἀποφαίνεται γνώμας. οὕτω καὶ ἐν τῷ ξαʹ τὸ ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ θεὸς, ἀντὶ τοῦ ἀπεφήνατο· καὶ οἶδα ὅτι γενέσθαι πάντως ἀνάγκη. Τὸ δὲ ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ἀντὶ τοῦ ἁγιάσματος αὐτοῦ λέγει. ἀντὶ τοῦ, κατὰ τῆς ἁγιοσύνης αὐτοῦ ἐλάλησε, τουτέστιν, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ, ἵνα δείξῃ τῆς ἀποφάσεως τὸ ἀμετάθετον· ὡς καὶ ἐν τῷ πηʹ τὸ ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι. Τί δὲ ποιήσειν ὤμοσεν;

Διδύμου. Θεὸς λαλεῖ ἐν παντὶ μετέχοντι ἁγιότητος· οὕτω γοῦν καὶ ἐν Παύλῳ ἁγίῳ ἐλάλει θεὸς καὶ ἐν παντὶ προφήτῃ. εἰ δὲ περὶ τοῦ πατρὸς ἐκλαμβάνεται ἡ φωνὴ, ἅγιος, ἐν ᾧ λαλεῖ, ὁ σωτὴρ ἂν εἴη, συμφώνως τῷ, ὁ πατὴρ τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω; καὶ ἁρμόζει ταῦτα μάλιστα τῇ οἰκονομίᾳ. τί δὲ ἐλάλησεν;

Ἀγαλλιάσομαι, καὶ διαμεριῶ.]

Θεοδώρου. Τὸ ἀγαλλιάσομαι οὐχ' ὡς περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἀγαλλιασθῆναι ποιήσω· καὶ εἴρηται μὲν οὕτως ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, κατά τι οἰκεῖον ἰδίωμα τῆς γλώττης· ἀσαφέστερον δὲ γέγονεν ἐν τῷ ἑλληνικῷ διὰ μιᾶς λέξεως φρασθέν. Βούλεται δὲ εἰπεῖν· Ὅτι πολλῆς αὐτοῖς μεταδώσω τῆς εὐφροσύνης,

ἀποδιδοὺς

ἀποδιδοὺς αὐτοῖς τὴν οἰκείαν γῆν, καὶ πάλιν αὐτὴν διαμερίζων αὐτοῖς. Ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους ἠβουλήθη τὸ πᾶν σημᾶναι. ὡς οὖν ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων, τότε κατεχομένης, ἤτοι τῶν περιοίκων, ἢ τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν, ἀποδιώξας, φησὶ, τοὺς πολεμίους, καὶ ἀφελόμενος ἀπ᾽ αὐτῶν πάλιν τὴν γῆν, ἀποδώσω ὑμῖν, καταμερίσας αὐτήν.

Ἀνωνύμου. Σίκιμα ἡ τῷ Ἰωσὴφ ὑπὸ Ἰακὼβ καταλειφθεῖσα πόλις· ἐν ταύτῃ δὲ ὁ Ἐφραὶμ μετὰ τὴν διαίρεσιν τῶν φυλῶν ἐπήξατο βασιλείαν καὶ κοιλάδας σκηνῶν τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν λέγει χώραν· ὡς ἔρημον γεγενημένην, καὶ ποιμενικὰς τηνικάδε δεξαμένην σκηνάς. Ὑπισχνεῖται τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἐπανάγειν τοὺς γεγενημένους αἰχμαλώτους, καὶ τὴν πατρῴαν αὐτοῖς διανέμειν γῆν, καὶ οὕτως αὐτὴν οἰκητόρων πληρῶσαι, ὡς καὶ περὶ μέτρων τοὺς ἐνοικοῦντας φιλονεικεῖν· οἷς τὴν τῆς γῆς ποιεῖσθαι διανομήν.

Ἀθανασίου. Κοιλάδα ἡ θεία γραφὴ τὸ πάντων ἀνθρώπων οἰκητήριόν φησι. Ταύτην οὖν, φησι, τὴν κοιλάδα πᾶσαν εἰς σκηνὰς ἐμαυτοῦ διαμερίσω, τουτέστιν, ἐκκλησιῶν πληρεστάτην ἀποτελέσω.

θʹ. Ἐμός ἐστι Γαλαάδ.] Ἀνωνύμου. Διὰ Γαλαὰδ καὶ Μανασσῆ σημαίνει, ὡς ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ πρώτοις Ἰουδαίοις κηρύσσει τὴν χάριν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐφραὶμ, φησι, καὶ ὁ Ἰούδας, αἱ δύο βασιλεῖαι τοῦ Ἰσραὴλ, ὁμοίως δέξονται τὴν χάριν.

Θεοδώρου. Ἔκγονος τοῦ Μανασσῆ ὁ Γαλαὰδ, ἵνα δείξῃ τῶν πατριαρχῶν τὴν ἀκολουθίαν παρὰ Θεοῦ καθήκουσαν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς κύριος τὸ κατὰ σάρκα.

Ἀνωνύμου. Ὁ Γαλαὰδ τόπος ἐστὶ τῆς Γαλιλαίας πλησιάζων μᾶλλον τοῦ Λιβάνου· Μανασσῆς δὲ ἡ φυλή. ὡς οὖν τούτων τὸ πρότερον ὑπὸ τοὺς ἀλλοφύλους ὄντων τῶν τε τόπων καὶ τῶν ἀνθρώπων (οἱ μὲν γὰρ ἐδούλευον· οἱ δὲ κατείχοντο ὑπ᾽ ἐκείνων) τοῦτό φησιν, ὅτι οὐκέτι ἔσται ἑτέρων ὁ Γαλαὰδ (ἀφελοῦμαι γὰρ αὐτὸν τῶν πολεμίων, καὶ πάλιν ἐμὸν ποιήσομαι,) ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ Μανασσῆς ἑτέρῳ δουλεύσει· (ἀπαλλάξω γὰρ αὐτοὺς τῆς δουλείας.) βούλεται δὲ εἰπεῖν· ὅτι καὶ ὑμᾶς ἀπαλλάξω τῆς δουλείας τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοὺς προσήκοντας ὑμῖν ἀποδώσω τόπους, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ὑμᾶς ἀποκαταστήσω σχῆμα.

Καὶ Ἐφραὶμ κραταίωσις τῆς κεφαλῆς.] Θεοδώρου. Οἰκείαν

reddens ipsis propriam terram, & rursus eamdem ipsis distribuens. Ex parte enim totum indicare voluit. Cùm itaque ab alienigenis, siue conterminis, aut Antiochi Ducibus detineretur, Persequens, inquit, inimicos, & terram iterùm ab illis auferens, reddam vobis, eam dispartiens. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Sichima erat ciuitas quam Iacob reliquerat Iosepho: in hac autem Ephraim post Tribuum dispersionem fixit regiam. Et conualles tabernaculorum vocat regionem Israëlitarum; vtpote tunc desertam redditam, & pastoralitiorum tabernaculorum capacem. Pollicetur itaque Deus vniuersorum captiuos se reducturum, & patriam ijs terram distributurum, & sic eam incolis repleturum, vt etiam de mensuris contentionem habituri sint incolæ; quibus nimirum terræ distributio facienda sit.

Sichima quid.

Conualles tabernaculorum quid.

ATHANASII. Scriptura diuina *conuallem* appellat omnium hominum habitationem. Hanc igitur, inquit, vallem omnem in tabernacula mihi partibor, id est, Ecclesijs plenissimam faciam.

Conuallis quid in Scripturis.

9. MEVS EST GALAAD.] ANONYMI. Per Galaad & Manassen significat, quomodo in apparitione sua primis Iudæis prædicaturus sit gratiam. Verumtamen, inquit, Ephraim quoque & Iudas, duo Regna Israël, similiter gratiam recipient.

Quid per Galaad & Manassen significetur.

THEODORI. Ex Manasse natus est Galaad, vt ostendat seriem Patriarcharum à Deo promanare; ex quibus Christus Dominus secundùm carnem.

ANONYMI. Galaad locus est Galilææ magis quàm Libano vicinus; Manasses verò Tribus est. Cùm igitur illa & loca & homines sub alienigenis fuerint (his siquidem seruiebant; illa verò ab ipsis occupabantur) hoc ait, quòd nimirum non ampliùs aliorum futurus sit Galaad (auferam enim ipsum ab hostibus, & rursus mihi vindicabo,) sed nec Manasses alteri seruiturus sit: (liberabo enim illos è seruitute.) vult autem dicere: Quoniam etiam vos liberabo ab hostium seruitute, & ad vos spectantia loca vobis restituam, & in antiquam vos formam redigam.

Quæ loca sint Galaad & Manasses.

ET EPHRAIM FORTITVDO CAPITIS MEI.] THEODORI. Propriam intel-

CATENA PATRVM.

intelligit Tribum & eius terram, reditum insinuans & habitationem: Ephraimo autem promittit se pristinam fortitudinem redditurum. Loco *capitis mei* Symmachus principatum posuit. id est, Propugnatorem ipsum vt olim constituam. Dixerit verò aliquis, quòd nusquam post reditum è Babylone Tribus Ephraim regnauerit. Verùm Deus mentiri non potest. Cùm igitur Tribus post reditum indiuiduæ permanserint, solum autem Zorobabelum ex Iuda Ducem ac Regem habuerint; meritò Ephraim quidem fortitudinem capitis vel Imperij vocauit, Iudam verò Regem. Ista autem verba, *Rex meus*, idem significant quod à me ordinatus: sicut etiam apud Isaiam [dicitur] *Christo meo Cyro*, id est à me vncto. *Moab olla spei meæ*, siue *lauacri mei*; Syrus autem legit, *Situla lotionis meæ*. Quoniam enim in talibus vasis & pedes abluere, & sordidatam vestem pedibus abijcere solemus, subiectionem Moab per situlam lotionis meæ ostendit. *Olla* autem pro pœna in diuina Scriptura ponitur: sic Ezechiel iussus lebetem vocare Hierusalem, & carnem incolas, & ignem Babylonios: sic etiam Ieremias ollam succensam vidit. Dicit igitur, quòd etiam Manasses propriam terram recuperabit, & Ephraim pristinum robur recipiet, & Iudas omnium Rex nuncupabitur; Moabitæ autem ipsis subijcientur, inexpugnabilem eorum fortitudinem intuentes: non solùm autem illi, sed etiam Idumæi & alienigenæ. Cùm hæc ab vniuersorum Deo Vates ita didicisset, populi felicitatem post reditum videre desiderat, & ait: *Quis deducet me in ciuitatem munitam?*

Post reditum è Babylone mansit Regnum in Iuda.

Isaiæ 45, 1.

Olla pro pœna sumitur in Scripturis.
Ezech. 11, 3.
Ierem. 1, 13.

EVSEBII. Quemadmodum vnius, inquit, olim erant Manasses & Ephraim, fuitque aliquando *fortitudo capitis mei*, vel, iuxta Symmachum, *robur Imperij mei*; eodem modo erit etiam ciuitas & regio alienigenarum, quæ vocatur Moab: siquidem futura est *olla spei meæ*. Porrò Ephraim fortitudinem capitis sui, siue principatus sui nominauit; quia illi de Tribu Ephraim regnantes olim in Samaria imperarunt aliquando nouem Tribubus cum dimidiâ Israël. Cùm autem Iosepho essent duo filij, Ephraim dico & Manasse; illi quidem, qui ex Ephraim erant, desciscentes

Cur Ephraim dictus sit fortitudo.

λέγει τὴν φυλὴν καὶ τὴν ταύτης γῆν, τὴν ἐπάνοδον προμηνύων καὶ τὴν οἴκησιν· τῷ Ἐφραῒμ δὲ ὑπισχνεῖται τὴν προτέραν ἀποδώσειν ἰσχύν. ἀντὶ δὲ τῆς κεφαλῆς μου ὁ Σύμμαχος ἀρχὴν τέθεικεν. Ἀντὶ τοῦ, πρόμαχον αὐτὸν ὡς πάλαι καταστήσω. Φαίη δ' ἄν τις, ὅτι οὐδαμοῦ ἀποδείκνυται μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον βασιλεύσασα ἡ φυλὴ τοῦ Ἐφραῒμ. Ὁ δὲ Θεὸς ἀψευδής. ἀλλ' ἐπειδὴ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀδιαίρετοι μεμενήκασιν αἱ φυλαὶ, μόνον δὲ τὸν ἐξ Ἰούδα Ζοροβάβελ εἶχον ἡγεμόνα καὶ βασιλέα· εἰκότως τὸν μὲν Ἐφραῒμ κραταίωσιν κεφαλῆς ἢ τῆς ἀρχῆς προσηγόρευσε, τὸν δὲ Ἰούδαν βασιλέα. Τὸ δὲ βασιλεύς μου, ἀντὶ τοῦ ὑπ' ἐμοῦ χειροτονούμενος· ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ, τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, τουτέστι τῷ ὑπ' ἐμοῦ κεχρισμένῳ. Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου, ἢ τοῦ λουτροῦ μου· ὁ δὲ Σύρος, Κάδος τῆς πλύσεώς μου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοιούτοις σκεύεσι τοὺς πόδας ἀπονίπτειν, καὶ ἀπορρύπτειν τὴν ἐρρυπωμένην ἐσθῆτα εἰώθαμεν, τὴν ὑποταγὴν τοῦ Μωὰβ διὰ τοῦ κάδου τῆς πλύσεως παρεδήλωσε. Καὶ ὁ λέβης δὲ ἐπὶ τιμωρίᾳ κεῖται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· ὡς Ἰεζεκιὴλ λέβητα προσταχθεὶς καλέσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ κρέα τοὺς ἐνοικοῦντας, καὶ πῦρ τοὺς Βαβυλωνίους· οὕτω καὶ Ἱερεμίας λέβητα ὑποκαιόμενον εἶδε. λέγει τοίνυν, ὅτι καὶ Μανασσῆς τὴν οἰκείαν ἀπολήψεται γῆν, καὶ ὁ Ἐφραῒμ τὴν προτέραν ἀνακτήσεται δύναμιν, καὶ ὁ Ἰούδας πάντων ἀναγορευθήσεται βασιλεύς· Μωαβῖται δὲ αὐτοῖς ὑποταγήσονται, τὴν ἄμαχον αὐτῶν θεώμενοι ῥώμην· οὐ μόνον δὲ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ Ἰδουμαῖοι καὶ ἀλλόφυλοι. Οὕτω ταῦτα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διδαχθεὶς ὁ προφήτης, ἰδεῖν ἐφίεται τοῦ λαοῦ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν εὐκληρίαν, καί φησι· τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὥσπερ ἑνὸς, φησί, ποτὲ γέγονεν ὁ Μανασσῆς καὶ Ἐφραῒμ, καὶ ἦν ποτὲ ὅτε ὑπῆρχε κραταίωσις τῆς κεφαλῆς μου, ἢ, κατὰ τὸν Σύμμαχον, ἰσχὺς τῆς ἀρχῆς μου· τὸν αὐτὸν ἔσται τρόπον καὶ ἡ τῶν ἀλλοφύλων πόλις, τε καὶ χώρα καλουμένη Μωάβ· γενήσεται γὰρ λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Τὸν δὲ Ἐφραῒμ κραταίωσιν τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὠνόμασεν ἢ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ· ἐπειδήπερ οἱ ἐκ φυλῆς Ἐφραῒμ βασιλεύσαντες ἦρξάν ποτε ἐν Σαμαρείᾳ τῶν ἐννέα καὶ ἥμισυ φυλῶν τοῦ Ἰσραήλ. Δύο δὲ παῖδας γενομένων τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἐφραῒμ λέγω καὶ τοῦ Μανασσῆ· οἱ μὲν τοῦ Ἐφραῒμ ἀποσχίσαντες

τῆς Ἱερου-

τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, τῇ προλεχθείσῃ Συχὲμ τῇ καὶ Σίκιμα, συνεστήσαντο βασίλειον· διὸ λέλεκται Ἐφραῒμ κραταίωσις τῆς κεφαλῆς μου, ἢ ἰσχὺς τῆς ἀρχῆς μου. Οἱ δὲ ἐκ τοῦ Μανασσῆ γενόμενοι ἔσχον τὴν Γαλαάδ. Ὁ μὲν οὖν τόπος ἐκ τοῦ Γαλαὰδ ἐσημαίνετο, οἱ δὲ οἰκήτορες ἐκ τοῦ Μανασσῆ. Ὥσπερ οὖν οὗτοι γεγόνασιν ἐμοὶ, οἵ τε τὴν Γαλαὰδ οἰκήσαντες υἱοὶ Μανασσῆ, καὶ οἱ ἐν Σικίμοις ἄρξαντες τοῦ λαοῦ υἱοὶ Ἐφραῒμ· ἀλλὰ καὶ ὡς ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ οἱ ἐκ φυλῆς Ἰούδα βασιλεύσαντες ἦσαν ἐμοὶ, καὶ τῆς ἐμῆς μερίδος βασιλεῖς· οὕτως ἔσται ποτὲ ἐμὰ καὶ τὰ τῶν ἀλλοφύλων ἔθνη. Δηλοῖ δὲ πάντας ἀλλοφύλους διὰ Μωὰβ καὶ διὰ τῆς Ἰδουμαίας, τῶν ἀπηγορευμένων εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, διὰ δὴ τούτων καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη παραδεξάμενος. Μωὰβ δὲ καὶ Ἀμμὰν γεγόνασιν υἱοὶ Λὼτ, ἐκ παρανόμου μίξεως τῶν αὐτοῦ θυγατέρων, ἔκ τε τοῦ σοδομιτικοῦ σπέρματος ὄντες. Ἀλλ' ὁ παρὼν λόγος τῷ μὲν Μωὰβ εὐαγγελίζεται τὰ κάλλιστα λέγων, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου· ἑτέρῳ δὲ ἔθνει τῷ ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ ὑφεστῶτι τὰ χρηστὰ σημαίνει λέγων, Ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου. Ἰδουμαία δὲ ἐκέκλητο ἀπὸ τοῦ Ἐδώμ· οὗτος δὲ ἦν ὁ Ἡσαῦ, περὶ οὗ λέλεκται, μή τις πόρνος ἢ βέβηλος ὡς Ἡσαῦ. Μυρίαι τε ἄλλαι προφητεῖαι κατὰ τῶν Ἰδουμαίων· ἀλλ' ὁ παρὼν λόγος τὰ κάλλιστα καὶ τούτοις εὐαγγελίζεται. εἶθ' ἑξῆς καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἀορίστως ἐπιλέγει, Ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν, ἢ ἐφιλίασαν· λέβητα δὲ τὸν Μωὰβ τῆς ἑαυτοῦ ἐλπίδος καλεῖ, ἢ λέβητα τοῦ λουτροῦ ἑαυτοῦ, ἢ λέβητα ἀμεριμνίας, καθὰ εἴρηται· ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως ἦν αὐτῷ ἅπαξ ἀποβλήτῳ γενομένῳ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ παραβάλλειν μὴ οὐχὶ διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας. Ὥσπερ οὖν ἐν λέβητι ἀπολουσάμενος, καὶ καθαρθεὶς τῆς προτέρας δυσσεβείας, καταξιοῦται τῆς χάριτος· καὶ οὕτως ἀμεριμνίας τυγχάνει. καὶ ταῦτα δι' ἔργων κεχωρηκότα πάρεστιν ἐν ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν, τῇ Ἀράβων ἐπιδημήσαντας χώρᾳ. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβήσομαι, φησὶ, τῷ ὑποδήματί μου. Καὶ ταύτην δὲ τὴν πρόῤῥησιν οὐδὲν ἂν εἴη δυσχερὲς ἰδεῖν τῇ τῶν Ἰδουμαίων ἐπιστάντας χώρᾳ· ὡς μὴ διστάσαι τινὰ εἰπεῖν ἐπιβάσιν ἀληθῶς Θεοῦ γεγονέναι τοῖς τόποις ἐκείνοις. Διὰ δὴ ταῦτα ἀνωτέρω ἐλέγετο,

à Hierusalem, in Samaria, quæ superiùs Sichem & Sichima appellata est, regiam construxerunt: propter quod dicta est Ephraim *fortitudo capitis mei*, vel *robur Imperij mei.* Qui verò ex Manasse erant oriundi obtinebant Galaad. Itaque locus quidem ex Galaad, incolæ verò ex Manasse designati sunt. Sicut igitur hi mei erant, tam qui Galaad incolebant filij Manasse, quàm qui in Sichimis populo imperitabant filij Ephraim: quin etiam sicut qui ex tribu Iuda Hierosolymis regnabant mei quoque erant, & partis meæ Reges; sic aliquando etiam meæ erunt Gentes alienigenarum. Significat autem per Moab & Idumæam omnes alienigenas, quibus prohibitum erat intrare in Ecclesiam Dei, per hos nimirum ceteras quoque Gentes intelligens. Ceterùm Moab & Amman erant filij Lot, ex illegitima cum filiabus suis commixtione oriundi, & ex Sodomitico semine existentes. Verùm præsens sermo Moabo quidem promittit optima quæque dicens, *Moab olla spei meæ*; alteri autem genti ex Esau existenti quoque bona designat dicens, *In Idumæam extendam calceamentum meum.* Idumæa verò vocata est ab Edom; hic autem erat filius Esau, de quo dictum est, *Ne quis fornicator aut profanus vt Esau.* Millenæ quoque aliæ prophetiæ sunt contra Idumæos; sed præsens sermo etiam optima quæque illis pollicetur. Exinde deinceps etiam de ceteris Gentibus indefinitè subiungit, *Mihi alienigenæ subditi sunt*, siue amici redditi: *Moab* autem *ollam spei suæ* vocat, siue *ollam lauacri sui*, vel *ollam securitatis suæ*, sicut dictum est; quia non aliter fas erat illi semel reiecto in Ecclesiam Dei ingredi nisi per lauacrum regenerationis. Sicut igitur in lebete lotus, & à pristina impietate emundatus, gratiâ dignus efficitur; ita quoque securitatem adipiscitur. Atque hæc in opera exiuisse ipsis oculis vsurpare liceat illis, qui per Arabum regionem proficiscuntur. Similiter autem Idumæam quoque, inquit, ascendam calceamento meo. Hanc verò etiam prædictionem non difficulter impletam viderint, qui Idumæorum regionem norint, ita vt non dubitent verè dicere ascensum quemdam Dei in locis illis contigisse. Propterea vtique superiùs dicebatur,

CATENA PATRVM.

Qui per Moab & Idumæam designentur.

Idumæa vnde dicta sit.

Heb. 12, 16.

Cur Moab dictus sit olla spei.

Deus omnes Gentes visitauit.

CATENA PATRVM.

Deus locutus est in sancto suo, Lætabor, & partibor Sichimam. Cùm enim omne genus hominum ad salutem vocaturus sit, congruenter pro benignitate sua congauisus fuit saluti saluandorum. Aliter verò etiam minimè aberraueris calceamentum eius Apostolos appellans, vel etiam illos, qui huc vsque prædicationi eius subseruiunt. Hæc omnia profectò operatus est Deus, quando *nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Secundùm aliam verò expositionem, loquens Deus in sancto suo, semel simpliciter omnes cùm Iudæos tum Græcos, atque adeò Gentes orbis vniuersi ad suam gratiam inuitauit; propter quod etiam Sichimam, & Galaad, & Manassen, & Ephraim, & Iudam, & Moab, & Idumæam & alienigenas omnes ex æquo recensuit, & omne genus hominum æquali vocatione dignatus fuit. Verumtamen primùm vocat illos qui ex Israël sunt: oportebat enim primas & primitias Euangelicæ prædicationis ipsis primis distribui, propter promissiones Patribus eorum factas: deinde post illos iussit discipulis suis, vt omnibus Gentibus in nomine ipsius Euangelium prædicarent.

Per Apostolos omnibus Gentibus annunciatus est Deus.

Heb. 1, 1.

DIDYMI. Auulsa membra connectit per consentionem: *Moab spei lebes*, vel *Lebes*, inquit, *lauacri:* alius quidam interpres dixit *Lebes securitatis*; id est, homo reiectus, qui prohibitionem habebat non ingrediendi Ecclesiam Domini. (Non intrabit enim eam Moabites & Ammonites vsque ad tertiam & vsque ad decimam generationem, & in æternum.) Attamen cùm Baptisma remissionem contineat peccatorum, & securitatem adferat ijs qui debitis obstricti sunt, Baptismi pretium redemptionis & ad Deum familiaritatis conciliationem ostendens, *Moab*, inquit, *lebes* est *lauacri*, siue *lebes securitatis.* Omnes igitur alienigenæ subditi sunt iugo Christi se submittentes: idcircò in Idumæam extendit calceamentum diuinitatis caro illa deifera, per quam super homines ascendit Vnigenitus, & secundùm ineffabilem dispensationem homo factus est. Propter hanc spem aduentus Domini tempus beatum prædicans Propheta ait:

Deut. 23, 3.

Omnes per Baptismum ad Christi familiaritatem admissi.

11. QVIS DEDVCET ME IN CIVITATEM?] ATHANASII. Propheta per spiritum audiens, quomodo Gentes gra-

ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσομαι, καὶ διαμεριῶ Σίκιμα. Μέλλων γὰρ τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος ἐπὶ σωτηρίαν ἀνακαλέσασθαι, πρεπόντως αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ συνήχθη τῇ τῶν σωζομένων σωτηρίᾳ. Καὶ ἄλλως δὲ ὑπόδημα αὐτοῦ οὐκ ἂν ἁμάρτοις λέγων τοὺς Ἀποστόλους, ἢ καὶ αὐτοὺς, τοὺς ἔτι δεῦρο τῷ περὶ αὐτοῦ κηρύγματι διακονουμένους. Ταῦτα δὴ οὖν πάντα εἰργάσατο ὁ Θεὸς, ὅτε ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. Καθ' ἑτέραν δὲ ἐκδοχὴν, λαλήσας ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, πάντας ἅπαξ ἁπλῶς τοὺς Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας, τάτε καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔθνη εἰς τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἀνεκαλέσατο· διὸ καὶ τὰ Σίκιμα, καὶ τὸν Γαλαὰδ, καὶ τὸν Μανασσῆν, καὶ τὸν Ἐφραὶμ, καὶ τὸν Ἰούδαν, καὶ Μωὰβ, καὶ τὴν Ἰδουμαίαν καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἅπαντας κατηριθμήσατο ἐξ ἴσου, καὶ τῆς ὁμοίας κλήσεως κατηξίωσε πᾶν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. Ἀλλὰ πρῶτον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ἰσραὴλ καλεῖ· ἐχρῆν γὰρ τὰ πρωτεῖα καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος πρώτοις αὐτοῖς ἀπονεῖμαι, διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας· εἶτα μετ' ἐκείνους προσέταττε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, εὐαγγελίζεσθαι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὰ ἀπορραγέντα μέλη συνάπτει δι' ὁμονοίας· ὁ Μωὰβ τῆς ἐλπίδος λέβης, ἢ λέβης, φησὶ, λουτροῦ· ἄλλος τις τῶν ἑρμηνευτῶν ἔφη λέβης ἀμεριμνίας· τουτέστιν, ὁ ἀπόβλητος ἄνθρωπος, ὁ ἀπειλὴν ἔχων μὴ εἰσελθεῖν εἰς ἐκκλησίαν κυρίου. (οὐκ εἰσελεύσεται γὰρ Μωαβίτης καὶ Ἀμμανίτης ἕως τρίτης καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα.) Ὅμως ἐπειδὴ τὸ βάπτισμα ἄφεσιν ἔχει ἁμαρτημάτων, καὶ ἀμεριμνίας πρόξενον γίνεται τοῖς καταχρέοις, τὴν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀπολύτρωσιν καὶ πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν ἐνδεικνύμενος, Μωὰβ, φησὶ, λέβης ἐστὶ τοῦ λουτροῦ, ἢ λέβης ἀμεριμνίας. Πάντες οὖν ἀλλόφυλοι ὑποτάγησαν τῷ ζυγῷ τοῦ Χριστοῦ ὑποκύψαντες· διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐπιβάλλει τὸ ὑπόδημα τῆς θεότητος ἡ σάρξ ἡ θεοφόρος, δι' ἧς ἐπέβη τοῖς ἀνθρώποις ὁ μονογενὴς, καὶ ἄνθρωπος κατ' ἄρρητον οἰκονομίαν γενόμενος. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι μακαρίζων τὸν καιρὸν τῆς τοῦ κυρίου ἐπιδημίας ὁ προφήτης φησί.

ια. ΤΙΣ ΑΠΑΞΕΙ ΜΕ ΕΙΣ ΠΟΛΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀκούσας διὰ τοῦ πνεύματος ὁ προφήτης, ὡς τὰ ἔθνη δέχεται

τὴν

τὴν χάριν, φησὶ, Τίς με ἀπάξει εἰς πόλιν περιοχῆς; Πόλιν δὲ περιοχῆς τὴν ἐκκλησίαν φησὶ τὴν πεφραγμένην τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει. Ταῦτα δὲ ὁ προφήτης ὡς ἐκ προσώπου τοῦ μετανοοῦντος λαοῦ τῶν Ἰουδαίων φησὶ, καὶ ἀγαπῶντος δέξασθαι τὴν πίστιν τὴν εἰς Χριστόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τάχα τὴν ἐκκλησίαν λέγει πόλιν μὲν, διὰ τὸ σύστημα εἶναι νομίμως οἰκούμενον· περιοχὴν δὲ, διὰ τὴν τῆς πίστεως περιβολήν. Ὅθεν εὐσημότατα τῶν ἑρμηνευσάντων τις ἐκδέδωκεν, εἰς πόλιν περιπεφραγμένην. Τίς οὖν δώσει μοι τὸ μέγα θέαμα ἰδεῖν θεὸν ἀνθρώποις ἐπιδημοῦντα; Τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ κυρίου, ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπιστήσας τῇ τῶν προλεχθέντων διανοίᾳ ὁ προφήτης, ὑπερεκπλήττεται τὸ θαῦμα τοῦ παραδόξου τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν μεταβολῆς· εἶτα τοῦ θεοῦ τοῦ εἰρηκότος, ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτενῶ τὸ ὑπόδημά μου, τὸν λόγον ἀποθαυμάζει, εἰ μέλλει ποτὲ θεὸς αὐτὸς ὑποδήματι χρησάμενος ἐπιβαίνειν οὐ τῇ Ἱερουσαλὴμ, οὐδὲ τῇ Σαμαρείᾳ, οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ γῇ τοῦ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀλλοφύλων Ἰδουμαίων. διὸ μακαρίζει μὲν τούτους οἷς ἐπιδημεῖσθαι ἔμελλεν ὁ θεός· εὐχὴν δὲ τίθεται καταξιωθῆναί ποτε καὶ αὐτὸν τῆς τούτων θέας, καὶ παραταθῆναι τοὺς τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνους ἐπὶ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, καθ᾽ ὃν ἤμελλεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν ἐκτείνειν τὸ ὑπόδημα αὐτοῦ, ὡς ἂν ἴδοι τὸ μέγα θέαμα, θεὸν ἐπιδημοῦντα ἀνθρώποις, καὶ ἐμπεριπατοῦντα τῇ Ἰδουμαίᾳ, ἀλλοφύλους τε αὐτῷ ὑποτεταγμένους. Θέα δὲ, ὅπως οὐκ ηὔξατο ὁδηγηθῆναι ἕως τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἢ ἕως τοῦ Γαλαὰδ, ἢ ἕως τοῦ Συχέμ· ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐκπλαγεὶς τὸ παράδοξον τῆς ἐπαγγελίας, φησὶν ἕως τῆς Ἰδουμαίας. Ὑποδήματα δὲ αὐτοῦ τὰς ὑπηρετικάς φησιν εἶναι τοῦ βουλήματος αὐτοῦ ψυχὰς, δι᾽ ὧν τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν ποιησάμενος, πανταχοῦ γῆς τὴν ἑαυτοῦ συνεστήσατο πόλιν· λέγω δὲ τὴν καθολικὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τὸ σύστημα τῆς τῶν θεοσεβῶν πολιτείας, περὶ ἧς εἴρηται, Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ θεοῦ· ἥτις καὶ περιπεφραγμένη ἐστὶ θείαις δυνάμεσι, πρὸς τὸ μή τινα ὑπομεῖναι πολιορκίαν. εἶτα δεύτερον εἰπὼν τίς, καὶ τὸν ταῦτα δυνατὸν δεικνύειν γνωρίζειν ὁμολογεῖ λέγων,

tiam reciperent, ait, *Quis deducet me in ciuitatem munitam?* Ciuitatem autem munitam vocat Ecclesiam, vtpote Dei virtute septam. Hæc verò Propheta dicit quasi ex persona pœnitentis populi Iudæorum, & fidem in Christum suscipere diligentis. CATENA PATRVM. *Ecclesia est ciuitas munita.*

THEODORI. Fortassis Ecclesiam dicit *ciuitatem* quidem, eò quòd cœtus sit qui legitimè gubernatur; *munitam* verò, propter fidei munimentum. Vnde elegantissimè quidam interpres exposuit, *In ciuitatem circumseptam.* Quis igitur dabit mihi magnum hoc spectaculum videre Deum inter homines conuersantem? hoc est id quod dictum est à Domino, *Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt.* Matt. 13, 17.

ANONYMI. Sensui eorum quæ prædicta sunt insistens Propheta, obstupescit hoc miraculum admirabilis Gentium alienigenarum conuersionis; deinde Dei dicentis, *Extendam in Idumæam calceamentum meum,* sermonem admiratur, num futurum sit aliquando, vt Deus ipse calceamento vtens ascendat non Hierosolymam, neque Samariam, neque aliam quampiam terram Israëlis, sed alienigenarum Idumæorum. idcircò beatos quidem prædicat illos, ad quos venturus sit Deus; votum autem adhibet, vt & ipse aliquando dignus habeatur horum visione, ac vitæ eius tempora prorogentur in tempus istud, quo Deus in Idumæam extensurus sit suum calceamentum, vt videret magnum hoc spectaculum, scilicet Deum inhabitantem in hominibus, & inambulantem Idumæam, atque alienigenas ipsi subiectos. Aduerte autem, vt non optauerit deduci vsque in Hierusalem, vel vsque Galaad, vel vsque Sichem; sed tamquam miraculum promissionis obstupescens, ait vsque in Idumæam. Porrò calceamenta sua dicit esse animas, quæ voluntati eius subseruiunt, per quas Gentium electionem faciens, vbique terrarum suam constituit ciuitatem; dico autem Ecclesiam eius catholicam, & cœtum congregationis eorum qui Deum colunt, de qua dictum est illud, *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei;* quæ etiam diuinis virtutibus est circumsepta, ne aliquam sustineat obsidionem. Deinde cùm secundò dixisset *quis?* etiam eum qui hæc ostendere possit indicare se profitetur dicens,

Admiratur Gentium conuersionem.

Quid calceamenta Dei mysticè.

Psal. 86, 3.

CATENA PATRVM.

Nónne tu Deus, qui repulisti nos? Quis enim alius, inquit, possit nobis ostendere promissiones tuas, & verborum tuorum consummationes, nisi tu ipse qui repulisti nos? vel, iuxta Symmachum, nisi tu qui reiecisti nos, & non progrederis in exercitibus nostris?

A solo Deo salus.

12. NONNE TV DEVS, QVI REPVLISTI NOS?] ATHANASII. Quis alius, inquit, nos in ciuitatem munitam deducere possit, nisi tu ipse, qui etiam propter iniquitates nostras à tua familiaritate nos reiecisti?

THEODORI. Per interrogationem hoc legendum. q. d. Num alius mihi hæc præbebit? Numquid per te, inquit, hæc consequar, & inimicos superabo? istud autem, *abducet* & *deducet*, corporaliter de Deo, tamquam antesignano & Duce exercitus, atque omnia coordinante pulchrè dixit.

ANONYMI. Tu etiam egredieris in virtutibus nostris. ac si dicat: Quoniam tu qui nos pati permisisti, tu etiam vindicabis, & suppetias feres. Illud enim *in virtutibus* dicit, pro *cum virtutibus*; istâ particulâ *in* hoc loco more solito vsus pro *cum*. Virtutes autem vocat exercitus, quia vis belligerantium in exercitu sita est. Hic enim etiamnum est loquendi modus plurimis vsitatus. Hoc igitur dicit: Quoniam non vnà simul nobiscum egredieris ad pugnam, & nobis opitulaberis.

13. DA NOBIS AVXILIVM DE TRIBVLATIONE.] ATHANASII. Non per humanas, inquit, suppetias à superuenientibus nobis tribulationibus liberari speramus, sed per solum tuum subsidium.

THEODORI. Itaque, inquit, cùm nemo alius opitulari possit, nisi tu ipse solus, opem tuam præbens, libera nos à præsenti tribulatione: neque enim possumus ab homine auxilium accipere; quoniam vanum & inane est ab homine salutem expectare, cùm omnes homines imbecilles sint, & auxilij tui egeant.

Vana salus hominis.

ANONYMI. Clariùs hoc Symmachus interpretatus est dum addit coniunctionem, & dicit: *Da nobis auxilium de tribulatione; vana enim salus hominis.* Fer opem, inquit, male affectis; quandoquidem tu solus calamitates soluere potes: auxilia autem hominum te non adspirante vana sunt. Ipsius igitur, in-

Οὐχὶ σὺ ὁ Θεὸς ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς; Τίς γὰρ ἄλλος, φησὶ, δύναται δεῖξαι ἡμῖν τὰς ἐπαγγελίας τὰς σὰς, καὶ τῶν σῶν λόγων τὰ ἀποτελέσματα, εἰ μὴ σὺ αὐτὸς ὁ ἀπωσάμενος ἡμᾶς; ἢ, κατὰ Σύμμαχον, εἰ μὴ σὺ ὁ ἀποβαλόμενος ἡμᾶς καὶ μὴ προελθὼν ἐν ταῖς στρατεύσεσιν ἡμῶν;

ιβ΄. ΟΥΧΙ ΣΥ Ο ΘΕΟΣ, Ο ΑΠΩΣΑΜΕΝΟΣ ΗΜΑΣ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τίς ἄλλος, φησὶν, ἡμᾶς εἰς τὴν πόλιν ἀγάγοι τῆς περιοχῆς, ἢ σὺ αὐτὸς, ὁ καὶ διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν τῆς σῆς οἰκειώσεως ἐκβαλών;

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καθ' ὑπόκρισιν ἀναγνωστέον. ἀντὶ τοῦ· μὴ ἕτερός μοι ταῦτα παρέξει; Οὐχὶ διὰ σοῦ, φησὶ, τούτων ἀπολαύσω, καὶ κρατήσω τῶν ἐναντίων; Τὸ δὲ, ἀπάξει καὶ ὁδηγήσει, σωματικῶς ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς προηγουμένου καὶ στρατηγοῦντος, καὶ πάντα συμπονοῦντος εἶπε καλῶς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σὺ καὶ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν. ἵνα εἴπῃ· Ὅτι σὺ ὁ παθεῖν συγχωρήσας, σὺ καὶ ἐπαμυνεῖς, καὶ συμμαχήσεις. Τὸ γὰρ ἐν ταῖς δυνάμεσι λέγει, ἀντὶ τοῦ σὺν ταῖς δυνάμεσι, τῷ ἐν ἀντὶ τοῦ σὺν συνήθως κεχρημένος κἀνταῦθα. δυνάμεις δὲ λέγει τὰς στρατιάς, ἐπειδὴ τῶν πολεμούντων ἡ δύναμις ἐν τῷ στρατῷ. οὕτω δέ πως καὶ μέχρι τοῦ νῦν λέγεται παρὰ τοῖς πολλοῖς. Τοῦτο οὖν φησιν· ὅτι οὐ συνεξελεύσῃ ἡμῖν πολεμοῦσι, καὶ συμμαχήσεις ἡμῖν.

ιγ΄. ΔΟΣ ΗΜΙΝ ΒΟΗΘΕΙΑΝ ΕΚ ΘΛΙΨΕΩΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐ δι' ἀνθρωπίνης φησὶ συμμαχίας τῶν ἐπελευσομένων ἡμῖν θλίψεων ἐλπίζομεν ἐλευθερωθήσεσθαι, ἀλλ' ἢ διὰ τῆς σῆς μόνης ἐπικουρίας.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐκοῦν, φησὶν, ἐπειδὴ οὐχ ἕτερος ὁ βοηθεῖν δυνάμενος, ἀλλ' ἢ μόνος αὐτὸς, χαρισάμενος τὴν παρὰ σοῦ βοήθειαν, ἀπάλλαξον τῆς κατεχούσης θλίψεως· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε παρὰ ἀνθρώπου βοήθειαν ἐνδέξασθαι· ἐπειδὴ μάταιον καὶ κενὸν τὸ παρὰ ἀνθρώπου σώζεσθαι προσδοκᾷν, πάντων ἀνθρώπων ἀσθενῶν τε ὄντων, καὶ βοηθείας τῆς παρὰ σοῦ δεομένων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σαφέστερον ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε προσθεὶς τὸν σύνδεσμον, καὶ εἰπών· Δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως· καὶ γὰρ ματαία ἡ σωτηρία ἀνθρώπου. Ἐπάμυνον, φησὶ, διακειμένοις κακῶς· σοὶ γὰρ μόνῳ δυνατὸν διαλῦσαι τὰς συμφοράς· αἵ τε τῶν ἀνθρώπων ἐπικουρίαι σοῦ μὴ νεύοντος μάταιαι. Τὴν τοίνυν αὐ-

τοῦ

τῇ ἐπιγραφομένῃ ἐπικαλεσώμεθα προνοίαν, καὶ τῇ αὐτοῦ δυνάμει θαῤῥήσωμεν· αὕτη γὰρ ἀρκεῖ μόνη λῦσαι τὰ χαλεπὰ, καὶ τὴν πολεμούντων ἡμῖν καταλῦσαι τὴν δυναστείαν.

ιδʹ. ΕΝ ΤΩ ΘΕΩ ΠΟΙΗΣΟΜΕΝ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅταν ἐπὶ τῷ θεῷ δυναμωθῆναι ἐλπίσωμεν, τότε καὶ εἰς οὐδὲν ὄντας τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν εὑρήσομεν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ τῆς θείας ἐπαγγελίας καταξιωθέντες, διδάσκονται διὰ τῶν προκειμένων νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, παρασκευάζεσθαί τε εἰς θλίψεις, καὶ δι' εὐχῶν λέγειν τῷ ἑαυτῶν βασιλεῖ, δὸς ἡμῖν βοήθειαν ἐκ θλίψεως· ματαίαν γὰρ εἶναι πᾶσαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἐλπίδα. εἶτ' εὐξάμενοι ταῦτα, τὴν ἀγαθὴν ἐπιδείκνυνται προθυμίαν, λέγοντες· Ἐν τῷ θεῷ ποιήσομεν δύναμιν· καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Τοιοῦτος ἦν Παῦλος λέγων· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. Ταῦτα δὲ λέγειν ἐκπαιδεύονται οἱ ἐκ τῆς Ἰδουμαίας καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι προσεληλυθότες. εἰ δὲ ἐκ προσώπου τοῦ προφητικοῦ χοροῦ λέγοιτο καὶ ταῦτα, πρέποι ἂν αὐτοὺς ἀποκλαυσαμένους τὸν ἀπωσμὸν καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ προτέρου λαοῦ, εὐχὴν ἀναπέμπειν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πάντων αὐτῶν σώματος, καὶ λέγειν τῷ θεῷ τὰ προκείμενα.

quit, prouidentiam imploremus, & in virtute eius fiduciam habeamus: ipsa namque sola satis est ad molestias dissoluendas, atque ad inimicorum nostrorum potentiam euertendam. CATENA PATRVM.

14. IN DEO FACIEMVS VIRTVTEM.] ATHANASII. Quando in Deo fortes nos euasuros sperabimus, tunc etiam inimicos nostros ad nihilum redactos esse reperiemus.

ANONYMI. Qui diuinis promissis digni habiti sunt, per proposita docentur esse sobrij ac vigilantes, atque parati contra tribulationes, necnon per preces Regi suo dicere, *Da nobis auxilium de tribulatione*; vanam enim esse omnem spem ex hominibus. Deinde, vt cùm hæc orauerint, bonum animum ostendant, dicentes: *In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* Talis erat Paulus cùm dixit: *Omnia possum in eo qui me confortat* Christo. Hæc autem dicere edocentur illi qui ex Idumæa & alienigenis Gentibus ad Christi gratiam accesserunt. Si verò ex persona prophetici chori etiam hæc dicantur, æquum fuerit, vt prioris populi repulsam & euersionem deplorantes, pro communi suorum omnium corpore preces offerant, ac Deo ea quæ hîc proposita sunt dicant.

Phil. 4. 13. *Omnia possum in Deo.*

ANNOTATIONES CORDERII.

Argumentum & occasio Psalmi.

NOta cum Bellarmino occasionem huius Psalmi fuisse victoriam quæ narratur in titulo, & fusiùs libro secundo Regum cap. 8. & 10. & primo Paralipomenon cap. 18. Occasione autem huius victoriæ canit Propheta pristinas afflictiones suas, & totius populi præsentem ac futuram felicitatem. Quæ omnia possunt etiam Ecclesiæ accommodari, quæ post multas persecutiones mirum in modum dilatari & crescere cœpit.

Quid sibi velit inscriptio Pro his qui immutabuntur.

Inscribitur hic Psalmus *Pro his qui immutabuntur*; hoc est, vitam in meliùs renouabunt. Nam cùm Deus inter omnia solus sit mutationis expers, & hominum sit quotidiana in omnem partem mutatio, numinis afflatu voluit significare, nobis omnibus esse perquam sedulò atque studiosè elaborandum, vt sapienti vitæ mutatione renouemur. Hanc autem sapientem monitionem ita moderatus est, vt, quemadmodum Nyssenus Gregorius animaduertit ex ijs quæ adiungit in illius Psalmi titulo, modum quemdam & rationem docuisse videatur, quâ fieri commutationem istam oporteat; sic enim titulus concipitur, *In finem, pro his qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi Dauidi in doctrinam*, &c. Illud *In finem* nihil esse aliud vult Nyssenus nisi breuem admonitionem, quâ incitentur omnes, qui in huius vitæ curriculo & scammate laborioso dimicant, vt in finem intuentes, obtinendi præmij spe pulcherrimæque coronæ, laborem dimicationis & magnitudinem leuent & minuant. Sic euenire videmus athletis, vt coronæ demonstratione vehementiùs inflammentur ad palæstræ ærumnas, & inamœnam contentionem celso & inuicto animo superandam. Vnde pro illis verbis *Qui immutabuntur*, Symmachus dicit, Ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν, *Victoria cantus pro floribus*: Aquila, Ἐπὶ κρίνων, quod S. Hieronymus vertit, *Victori pro lilijs*. Nam illi qui feliciùs eo modo immutantur, sui victores adoreisque læti pulcherrimis fiunt lilia, quibus diuina sponsa comparatur, scilicet flores candore & puritate eximij, regales, sacri, decori pijs altaribus futuri; quemadmodum Salomonio in templo pænè omnia fuere liliata. Addidit Vates, *In tituli* seu columnæ *inscriptionem*; quibus innuit, auctore Nysseno, hoc prudentiæ effatum de immutatione altè impressum atque insculptum esse debere, vt memoria fit animæ nostræ velut columna, ijs præceptionibus atque notis recipiendis opportuna.

Qua-

ANNOTATIONES CORDERII.

Quapropter additur *In doctrinam*, vt notetur doctrinæ genus, quod huic Psalmo conueniat. Conijcere autem licet, cùm Dauid tot præclaris victorijs ornatus, nondum tamen pacato Regno frueretur, hac voce notasse finem sibi propositum; vt factionibus abolitis, qui antè rebelles fuerant, tot documentis victi, tunc saltem agnoscerent Regem diuinitus creatum: ac si diceret, saltem experientia doceat Regnum meum Deo placere, quod multis benedictionibus nobilitat in oculis hominum.

Syria multiplex.

2. *Cùm succendit Mesopotamiam Syriæ.*] Hoc nempe Canticum dicitur esse quasi Epinicion victoriæ, quam adeptus est de Syrijs & alijs fœderatis gentibus. Hebræi, quia *Mesopotamiam* (quam ex Latinis quidam Græcos æmulati *Interamnem* vocauerunt) censent in Syria, quam ipsi *Aram* nominant, posteà in species distinguere coguntur; quare hoc loco subdunt, *Et Syriam Soba*: quam Genebrardus notat à Iosepho Sophenam appellari, cùm alia sit Syria Damasci, & alia Fluuiorum, id est Mesopotamia. Quare & Plinius tradit Syriam diuersis nominibus fuisse appellatam: nam & quondam terrarum erat maxima, vt & eius lingua etiamnum hodie latissimè patet per Orientem. Hinc alijs etiam Scripturæ locis Syria latiùs extenditur, & pro locorum diuersitate adduntur alia epitheta. Cùm autem tunc Dauidi bellum à vicina quoque Syria Damasci, quæ Iudææ propior est, adeoque contigua, illatum fuerit, & exercitum, qui illinc ad iuuandos Ammonitas venerat, profligauerit, exoritur hîc quæstio, cur tantùm incolas Mesopotamiæ & regionis Soba nominet. Ad quod verosimiliter responderi potest, vicinioribus omissis, de longinquis gentibus hîc habitum fuisse sermonem; quia illustrius hoc fuit specimen gratiæ Dei, tam longè propagari Dauidis Imperium. Pro eo autem quod sequitur, *Percussit Edom*, Vulgata legit *Idumæam*.

3. *Deus repulisti nos*, &c.] Notat Iansenius hoc referri posse vel ad tempora Iudicum, vel ad proximiora tempora Saülis: eo enim regnante, Philistijm dominabantur multùm Israëli; eoque occiso magis se dominaturos sperauere. In mystico autem sensu quatuor primi versiculi duobus modis exponi possunt. Primùm, vt Christus vel Ecclesia loqui intelligatur de derelictione Gentium ante aduentum Christi, & de commonitione salubri omnium Gentium, quâ per Euangelicam prædicationem commotæ sunt ad pœnitentiam, dum grauia illa quæ ventura sunt super impios in die iudicij illis sunt ostensa, & potatæ sunt vino salubris compunctionis seu contritionis; data tamen ijs significatio vt fugerent arcum Dei, hoc est, diuinam vltionem; quam admoniti sunt omnes fugere posse per pœnitentiam & fidem in Christum. Secundò, magis conformiter ad sensum primum, litteralem scilicet, intelligi potest Ecclesiam loqui de ea tribulatione, quam in principio sæpiùs passa est; pro qua amolienda hîc deprecatur. q. d. O Deus, qui soles irasci, & vicissim misereri, sana, medere calamitatibus terræ. Theophylactus verò locum hunc sic explicat, ac si diuina punitio ex diuina miseratione oriatur. Vnde D. Gregorius Nazianzenus orat. in plagam grandinis; *Paterna*, inquit, *beneuolentiæ argumentum est obiurgatio; contra verò omnis anima,*

Mysticus sensus.

Beneuola est ira Dei

quæ admonitionis est expers, incurabilis manet. Solet nempe rigor & asperitas misericordiæ viam astruere; imò efficacissima res est aduersus peccatores ira & punitio, vt deinde possit venire benignitas & misericordia; quasi nesciret ira progredi, nisi vt misericordiæ viam panderet. atque hoc est quod ait, *Iratus es, & misertus es nobis.* Sed quomodo iratus, si misertus? & quomodo misertus, si iratus? Respondet Theodoretus, *Ob peccatum iratus es, post vindictam verò misertus es.* Ecce tota ira Dei repellens, destruens, commouens orbem, conturbans, sed vt misericordia veniat. Hinc iure merito Berengosius Abbas sermone in Natalitijs Martyrum exclamat; *O ira misericors & salubris indignatio! ô ira misericors, quâ sic irascitur, vt subueniat; sic minatur, vt parcat; sic aufert, vt restituat; sic tradit, vt eripiat; sic destruit, vt muniat; sic abijcit, vt recipiat.* In eumdem sensum versum hunc explicans S. Augustinus; *Destruxisti*, inquit, *nos, vt ædificares nos: destruxisti nos male ædificatos: destruxisti vanam vetustatem, vt sit ædificatio in nouum hominem, ædificatio mansura in æternum. Meritò iratus es, & misertus es nostri: non misereris, nisi irascaris. Destruxisti nos in ira tua; sed ira tua in vetustatem nostram fuit, vt destrueretur vetustas. Sed misertus es nostri propter nouitatem, propter eos qui immutantur in tituli inscriptionem: quia etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.* Pulchrè item S. Hilarius ostendit hanc iram Dei verè esse paternalem dicens: *Secundùm communem sæculi sensum ira miserationique non conuenit, neque ipsis in eosdem vterque hic idem conueniet affectus, vt vltio voluntati, voluntas miserationi admixta sit: solis autem hoc patribus piè irascentibus congruit, vt misericors eorum ira in peccatis sit filiorum, secundùm etiam illud beati Pauli, cùm ita sanna in interitum carnis tradit, vt spiritus saluus sit in die Domini, vindictæ præsentis seueritatem ad salutem spiritus proficere demonstrans. Æternus ergo ille cælestis omnibus Pater, qui & dixit, Ego occidam, & ego sanabo, repellit, & destruit suos, vt misereatur iratus. Destruxit enim Ierusalem templum, sed cælestem sanctis reddidit ciuitatem; repulit ab operationibus legis, sed iustificationem fidei, iustificans ex fide impium, tribuit: dissoluit terrestre Regnum, sed Regis constituit cælorum: ita iram misericordia consecuta est, dum damno terrenorum præsentium ingens æternorum bonorum retributio repensatur.*

& misericordia conciliatrix.

Deus destruit vt ædificet.

Ira Dei paterna est & miserens.

1. Cor. 5. 5.

Deut. 32, 39.

5. *Potasti nos vino compunctionis.*] Ita rectè quidem noster vertit interpres, cùm in Græco sit κατανύξεως: sed Hesychius monet Græcam eam vocem deriuari à νὺξ *nox*; vnde & νυστάζω *dormio*. Quod an verum sit omitto quærere; constat certè S. Hieronymum ita vertere, *Potasti nos vino consopiente*, somnum videlicet & veternum inducente: alij vertunt vinum soporiferum, vinum stuporis & soporationis. sic apud Isaiam, *Miscuit nobis Dominus vinum soporis*, secundùm Theodotionem, οἶνον ἐκστάσεως, *vinum alienationis mentis*; ex Aquila, καταφορᾶς, *profundi somni* & quodammodò lethargi. Hoc vtique prophetico vino ebrij multi obambulant, vino soporem degrauantem stuporémque attonitum efficiente, Epimenides noui, qui de die somnum & noctem

Isaiæ 29, 10.

Summa Iudæorum infelicitas.

noctem circumferant; cor rebus diuinis indormit sine cura salutis, mera vident somnia. Ceterùm ad litteram locus hic congruit misero statui Iudæorum, quos ipse Deus à se repulit, ad Gentes transgressus: illos enim potauit vino soporifero, videlicet stupore percussit; vinum miseris propinauit doloris, vt alij transferunt: venenum & toxicum mortiferum alij exponunt. Ex quibus omnibus significatur summa crux, tormentum intolerabile atque immortale. Huc respiciens Apostolus dixit: *Dedit illis Deus spiritum compunctionis*; hoc est (vt exponit Theophylactus) *Permisit eos habere spiritum compunctionis: incurabilem autem, & minimè alterabilem sententiam, eorum compunctionem appellauit*. Itaque secundùm Theophylactum, compunctio ista est obstinatio perfidiæ Iudæorum.

Rom. 11, 8.

6. *Dedisti metuentibus te significationem.*] Vocat *significationem* militare signum altè sublatum: est enim in Hebræo נס *Nes*; quod vexillum significat. Quare nonnulli vertunt, *Sustulisti metuentibus te signum, vt triumpharent*; quasi pij timoris Dei, vt volantis & explicati vexilli conspectu, perterrefacti hostes & abiecti, in fœdam fugam vertantur, scelus terram mordeat, domentur appetitiones, mundi ambitio atque deliciæ vim omnem suam amittant. Sic D. Chrysostomus Hom. 15. ad populum, gehennæ metum, quam minatur Deus etiam in anima hominis iusti, ait esse militem fortem & armatum, qui fures & latrones omnesque hostes longè arceat à domo: nam vbi timor ille à Deo immissus animum afflauerit, tum aculeus furiosæ libidinis retunditur, meretrix Babylonia concidit, pictæ & fallaces mundi imagines vanescunt, insolentis auaritiæ cupido frenatur, virtus & gratia in pauidi cordis possessionem veniunt. Quare Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 294. *Si hostes*, inquit, *vincere cupis*, ἄγε τὸ στρατόπεδον φόβῳ θεοῦ, *Dei metu exercitum ducito*: vult diuinum timorem esse Vragum aut Primipilum erectum atque magnanimum, aut piarum copiarum Ducem & Imperatorem. Neque enim Semiramis nescio quæ, non Camilla poëtica, aut bellantes Amazonum turmæ, sed Iustitia, timoris boni socia, φέρει τὴν ἀριστείαν, vt idem vir sanctus adiungit, hoc est, strenuè ac feliciter pugnat, reuehitque de hoste victoriam. Magnum certè munimentum animi est, Deum vereri, & potentissimum mundi Regem & Dominum vniuersitatis, maleficiorum omnium vindicem, & bonorum largitorem; cuius Imperium est summum, inexpugnabilis potentia, voluntas iusta; cuius legibus sacrosanctis obtemperare omnes debeant, ni miserrimi esse velint. Pulchrè ad hunc locum S. Hilarius; *Metuentibus*, inquit, *significationem dedit, vel signi in frontibus, vel fidei in cordibus, vel testimonij in operibus, vel gloria in confessionibus, vel victoria in martyribus, vt à facie arcus vtrique fugiatur*. Si porro quæras quænam sit significatio; respondetur à Ruffino in Commentario ad hunc Psalmum, quòd sit præsens tribulatio: si iterùm inquiras, quid significet arcus; idem te docet, esse futurum iudicium; *Quia sicut ex arcu mittitur sagitta, sic ex iudicio producetur sententia*: si autem vltrà perquiras, cur non dixit, *vt fugiant ab arcu*, sed *à facie arcus*, cùm arcus ferrum sit, faciemque non habeat? non eadem est omnium

Timor Dei est signum salutis.

Quale signum det suis Deus.

Quid per significationem & faciem arcus intelligatur.

responsio. Euthymius per faciem arcus vel sagittam, vel arcum, vel omne intelligit genus armorum; ait enim in Commentario huius Psalmi: *Per faciem arcus ipsam sagittam intelligit, veluti qua arcus præeminet; vel, communiloquendo, per faciem arcus ipsum arcum intelligit: & dum arcum dixit, omne armorum genus significauit; quasi totum à parte*. Si tamen in arcu cum Viguerio Chordâ 7. de Passione Domini Christum agnoscamus, ô quàm salubre consilium est! ô quàm salutare signum omnibus datur, vt fugiant à facie arcus, nempe à facie Iudicis irati! arcus enim est omni armorum genere compactus: hic arcus nimirum intentus est ad scelus vindicandum; crimen ferit quod esse fugiendum & conscientia suggerit, & intima animi ratio, & lex Dei, & piorum operum exempla, & Confessorum vita, & Martyrum pugnæ & triumphi; nam fortissimè decertauerunt, & eripi sibi opes, cruorem omnem atque vitam, quàm vel vnicum malum facinus admittere, maluerunt. Scitè ad hunc locum S. Augustinus: *Videte*, inquit, *quid sit in arcu. Nonne sagitta in priora mittenda est? neruus tamen retrò retenditur in contrarium quò illa mittenda est: & quantò plus erit eius extensio retrorsum, tantò maiore impetu illa currit in priora. Quid est quod dixi? Quantò magis differtur iudicium, tantò maiore impetu venturum est. Ergo & de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi suæ significationem, vt fugiat à facie arcus*. Igitur, qui venturum Iudicem timet, gratias Patri agat, dum temporalibus calamitatibus, lenibus leuibusque pressuris nobis significat, vt æternæ damnationis ictum vitemus.

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Deus locutus est in sancto suo.*] Paraphrastes, *In domo sanctuarij sui*; vbi scilicet oraculum, vrim & thummim; id est in propitiatorio, è quo responsa dari solebant: q. d. per suum oraculum & diuinam promissionem: alij, vt Rabbi Kimchi, *Per sanctitatem suam*, id est sanctè, firmè, asseueranter, vt dubitari nullo modo possit. S. Hilarius per *sanctum* intelligit Christum, cui etiam dæmon clamat, *Scio te qui sis, sanctus Dei*; & de quo Angelus etiam euangelizat, *Et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.*

Luc. 4, 34.
Luc. 1, 35.

IBIDEM. *Exultabo, & partibor Sichimam.*] Græcè, Ἀγαλλιάσομαι, καὶ διαμεριῶ: aliqui Codices, Ὑψωθήσομαι, *Exaltabor*: Vulgata, *Latabor*: S. Hieronymus, *Gaudebo, diuidam Sichem.* Hunc locum de Christo ita exponit S. Hilarius; *Exultauit*, inquit, *vt gigas ad currendam viam, & exultauit in Sichima partienda. Sichima Samaria est, quæ eadem cum Sichem est, quam Iacob Ioseph filio suo sub benedictionis sorte deputauit: hæc cùm omnibus anteà legis temporibus in impietate mansisset, Euangelium Domini ex parte suscepit; eoque primum Dominus accedens, etiam credente Samaritanâ, & aqua vina potum precante, fidem intulit: mox etiam Apostolis prædicantibus participes sancti Spiritus facti sunt*, &c.

Sichima quid.

9. *Meus est Galaad*, &c.] Nota cum Genebrardo, *Galaad* & *Manassem* esse terram Iudææ, sitam trans Iordanem; *Ephraim* verò esse aliam Iudææ partem cis Iordanem, quæ potentiâ & numero militum, post Tribum Iuda, ceteris præstabat: vnde & pro ceteris omnibus supponit

Galaad, Manasses, Ephraim quid.

ANNOTATIONES CORDERII.

apud Prophetas. Fortitudo autem dicitur capitis populi, quòd strenuis abundaret militibus ad eum tuendum, & Regnum Israël penes illam Tribum foret à Ieroboam Ephraimita cõstituendum. Caput enim pro principatu ponitur, quemadmodum Theodoretus ex Symmacho vertit, τῆς ἀρχῆς, pro τῆς κεφαλῆς. Vnde subleuare alicui caput in arcano sermone, est ad sublimem dignitatem potestatemque euehere: quo modo in libris Regum de Babyloniæ Imperatore dicitur: *Subleuauit Eulmerodach Rex Babylonis, anno quo regnare cœperat, caput Ioachin Regis Iuda de carcere: & posuit thronum eius super thronum Regum*, &c. Hoc Hebræi hieroglyphicis etiam litteris expresserunt. Nam cùm duodecim Patriarchæ stemmata familiarum haberent, & symbola honorata, quibus nomen suum & præstantiam generis transmiserunt ad posteritatem, Ruben primogenitus, qui erat Princeps ceterorum, in vexillo rubro humani capitis effigiem excellenti picturâ aut opere phrygio expressam gerebat cum hoc dicto, *Ruben primogenitus meus*. Sic qui lib. 1. Paralipomenon dicuntur *Patriarchæ, & cognationum Principes*, in Hebræo vocantur ראשי אבות *rase aboth*, hoc est, *capita patrum*. Atque hoc ita persuasum fuit nationibus, vt apud Artemidorum onirocritici, siue somniorum interpretes, dicant felicissimum esse augurium, si quis opulentus, qui nondum Magistratum gessit, per quietem magnum caput se habere putet; id enim ἀρχὴν τινα *principatum aliquem* prædicere.

Caput est symbolum principatus.

4. Reg. 25, 27.

Quid mysticè sint.

Mystico autem sensu, inquit Lorinus, videtur potiùs innui Christi Regnum super Gentes, quas vt *Manassis* importat nomen, obliuisci facit confusionis, errorum & laborum priorum: & ad inenarrabilem gaudij vocat fructum, quem *Ephraim* significat; cuius laus capiti Christo tribuatur. Minor etiam benedictionibus prælatus Ephraim maiori Manassi Gentiles designat præpositos Iudæis in Ecclesia. Tandem Regnum *Iuda* declarat ex ea Tribu descendere debuisse Christum, & ad eum spectare qui confitentur ac laudant ipsum. *Galaad*, quod nomen *acervum testimony* significat, multitudinem testium siue martyrum denotat Christi. Hoc ferè modo cum Hilario & Augustino ceteri Latini. Quomodo autem illud Græci exponant, habes superiùs in Paraphrasi & Commentario, & in Catena.

Moab quid.

10. *Moab olla spei mei.*] Ita etiam Vulgata: Græcè, Λέβης τῆς ἐλπίδος μου. Hunc versum eumdem Vulgata Psal. 107. ver. 10. reddit *Lebes spei meæ*: & ibidem S. Hieronymus, *Lebes pelnis mea*. Hîc verò *Olla lauacri mei* Hebraicè est רחצי *Rachtsi*, à verbo רחץ *Rachats*, id est, *lauare* & abluere à sordibus corporis: quâ voce significatur seruilis subiectio Moabitarum: porrò dictio ea Chaldaicè (vt Genebrardus & Iansenius notant) significat *fiduciam*: atque eam significationem potissimùm secuti sunt Interpretes. Accommodando autem hæc Christo per Dauidem præfiguratô, simplicius fuerit per Iudam Manassem, Ephraim, Moab & Philisthæos, &c. intelligere fidelem Ecclesiam ex Iudæis & Gentilibus maximè collectam; cui & adunabuntur aliquando Idumæi, hoc est Iudæi infideles. Altiùs tamen hæc considerare iucundè licet: nam inter eos populos, qui hîc dicuntur Dauidis Regno subiecti, quidam voluntariè Dauidem in Regem susceperunt; primùm scilicet Tribus Iuda, deinde & reliquæ Tribus Israël: alij verò coactè Dauidi subiecti sunt, seruientes ei sub tributo; nempe Moabitæ, Philisthæi, & Idumæi. In his autem, qui Christi Regno subiecti sunt, populis quadruplex est diuersitas: sunt enim Christiani, qui Christum voluntariè in suum Regem susceperunt, designati per duodecim tribus Israël: sunt hæretici, designati per Moabitas, qui erant de cognatione Abrahæ: sunt gentes profanæ, significatæ per Philisthæos, à cognatione populi Israël omnino alienos; vnde & ἀλλόφυλοι & *alienigenæ* dicti sunt: sunt Iudæi, per Idumæos significati. Atque hi omnes vel inuiti Christo sunt subiecti, cui à Patre omnis potestas data est. Pulchrè ad hunc locum Paulinus Epist. 3. *Ideò dicit, Moab olla spei meæ; quia non solùm ex Iuda, sed etiam ex Moab; hoc est, non solùm de Sanctorum, sed de peccatorum origine corpus assumpsit; qui, decoctâ quasi per ollam carnis nostræ cruditate, sanctificauit in æternum nobis cibum carnem suam: caro enim eius, vt ipse ait, verè cibus & vita est.* Caro itaque Christi non tantùm ex Israële coaluit, sed etiam ex Ruth Moabitide: vnde Christus non modò ex Israëlitarum populo, verùm etiam ex Gentilibus originem traxit; non modò ex bonis, verùm etiam ex iniquis. Vbi illud simul notandum cum Paulino, non sibi arripuisse Prophetam spem ex eo, quòd caro Christi genus duceret ex pijs & fidelibus parentibus; sed quia originem trahebat ex idololatris & iniquis, ac si diceret: Sanè, si in Christi origine nullus recenseretur iniquus, fortè corriperentur peccatores timore, & non auderent ad cœnam Eucharisticam accedere; ceterùm cùm videant Christum proauos iniquos etiam numerasse, non est cur arceantur peccatores, dummodò fuerint pœnitentes. Porrò D. Ambrosius de Institut. Virginis cap. 12. expendens verba illa, *Moab olla spei meæ*, seu, vt alia lectio habet, *Aula spei meæ*, ad Deiparam ita flectit: *Moab aula spei meæ, vel olla spei meæ; vtrumque enim in diuersis Codicibus legitur. Aula regalis est Virgo, quæ non est viro subdita, sed Deo soli: est & olla vterus Mariæ, quæ Spiritu feruentis, qui superuenit in eam, repleuit orbem terrarum, cum peperit Saluatorem.* Iure ergo hæc spiritalis olla spei nostræ olla est, quia ex quo Spiritu sancto repleta est, vniuersos quoque replere potest, adeò vt non sit qui vacuus abeat, nullus qui ex Moabitide hac olla gratiæ cælestis vnguentum excipere non queat: dispendia nescit hæc olla, magis repletur, quò magis hauris: diuinarum gratiarum vnguentum hæc olla continet non sibi vni, sed etiam alijs: cordis vase vnguentum isthinc excipe; parata Virgo est vt communicet. Probè idem S. Pater admonet eodem lib. cap. 13. vbi de virginea olla loquens ait; *Quia olla est, spiritu vaporet æterno. Excipite itaque ex hac Moabitide olla gratiæ cælestis vnguentum*: quod ad vitam, non ad mortem erit. Illi clamabant, *Mors in olla vir Dei*: in ista vita est, non mors: felix qui sub hac olla iacet, vt ebullientis ollæ vnguentum excipiat. De stultorum risu ait Salomon, *Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti*: sed sapientis risus, prudentisque gaudium ac lætitia est sub virginea ardere olla, vt peccatorum spinæ

Mystica expositio.

Christus non solùm è sanctis, sed etiam ex improbis progenitoribus ortus, fit olla spei nostræ.

B. Virgo est olla spei nostræ, è qua nobis vnguenta gratiarum promanant.

4. Reg. 4, 40.

Eccle. 7, 7.

ſpinæ comburantur, gratiarum oleum excipiatur. Olla gratiarum virgo eſt, quæ ſpiritu vaporat æterno, & vnguentum omnibus exhibet. Sed obſeruandum, quòd non nudè *olla* dicatur, ſed adijcitur *ſpei*; & quia ſpes noſtra eſt, & quia magnâ ſpe magnaque fiduciâ ire ad eam debemus, vt eius ſpiritualibus donis repleamur. Ita eleganter Nouarrinus in vmbra virginea Excurſu 146.

11. *Quis deducet me in ciuitatem circumſtantiæ?*] Græcè περιοχῆς, hoc eſt *ambitus*; quæ nimirum muris & propugnaculis ambiatur. Per *ambitum* ait Theodoretus mœnia intelligi: & ſolidum fundamentum Euthymius ait eſſe Eccleſiam virtutibus vt muris coronatam; Arnobius, Angelorum præſidio defenſam. Lubens ego dicerem ciuitatem περιοχῆς eſſe vrbem fortiſſimâ & ſublimi arce præditam, in qua ipſe Rex Angelorum atque virtutum præſideat, ad ſecurum animæ præſidium & tutelam. Ita enim vocem περιοχὴ ſumi è diuinis monumentis licet intelligi: nam in libro Regum illud, *Cepit Dauid arcem Sion*, apud Septuaginta eſt, Καὶ προκατελάβετο Δαβὶδ τὴν περιοχὴν Σιών, *Et praeoccupauit Dauid munitionem Sion*: ſed Vulgatæ Interpres egregiè *arcem* reddidit: ſiquidem & Theodoretus monet περιοχὴν ſignificare ἀκρόπολιν, arcem munitam ciuitatis. Ad hanc igitur arcem & Imperatoris Dei præſidium vir ille pius ſuſpirabat, cùm in hunc modum animi ſui votum expreſſit: *Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idumæam?* Quis, inquam, me faciet arcem contemplationis obtinere, & per eam aut ex ea tamquam ex loco munitiſſimo me armatum exire, & Idumæam, carnem meam, & inania deſideria ex ea profluentia ſuperare?

per item nſt ar- ntelli-

g. 5,7.

12. *Nónne tu Deus*, &c.] Nota cum Ianſenio hunc verſum variè accipi poſſe: in primis enim vel poteſt ex ſuperiori verſu peti vnde perficiatur in hunc modum, *Nónne tu Deus ſolus es, qui deduces nos in ciuitatem munitam?* vt ſit in hoc verſu reſponſio ad quæſtionem ſuperiori verſu propoſitam. Vel poteſt hic verſus per ſe ſeparatim accipi, vt poſt quæſtionem illam, *Quis deducet nos?* ſubijciatur cauſa perplexitatis illius, & ſit ſenſus: Meritò perplexus dico, *Quis deducet nos?* &c. *Nónne* enim *tu Deus* is es *qui repuliſti nos?* q. d. Te nos repellente, nec pugnante nobiſcum, *quis deducet nos in ciuitatem munitam?* Atque hic ſenſus magis conuenit Hebræis qui non habent relatiuum *qui*, ſed tantùm, *Nónne tu Deus repuliſti nos?* Rurſum poteſt totus hic verſus vnicâ legi interrogatione, vt coniunctio *&* copulet duo illa verba, *Repuliſti, & non egredieris*: tunc verbum *egredieris*, futuri temporis, accipi poteſt pro præterito, *egrediebaris*: vel accipi debet in hoc ſenſu, Nónne tu repuliſti nos? & quantum apparet, non ampliùs egredieris nobiſcum ſolito more ad pugnandum nobiſcum, & pro nobis: poteſt etiam legi duabus interrogationibus; vt prior ſit, *Nónne tu Deus qui repuliſti nos?* deinde ſubijciatur alia, Et an non tu Deus ampliùs egredieris cum exercitibus noſtris?

ANNOTATIONES CORDERII.

13. *Et vana ſalus hominis.*] In Vulgata legitur *quia* pro *&*. Homo enim ſæpè in officio & amicitia languet, & obliuiſcitur, & contemnit, ſpemque fruſtratur, & quod vult nequit; & quærit potiùs ſua quàm aliorum commoda; vanus eſt, vanitaſque ipſa: denique facilè emoritur, & proinde veriſſimum eſt, *Quia vana ſalus hominis.* Vide quæ ad Pſalmi tertij verſum nonum annotauimus.

IN PSALMVM LX. ARGVMENTVM.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις τῷ Δαβίδ.

Τῷ τέλει τοῦ προλαβόντος ψαλμοῦ ὕπος ἀκολουθεῖ· εἰρηκὼς γὰρ ἐκεῖ, ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν, διδάσκει τὸν ἐν αἰχμαλωσίᾳ λαὸν, οἵαν προσήκει προσάγειν τῷ Θεῷ τὴν εὐχήν· ἔχει δὲ καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τῆς ἐπανόδου.

1. In finem, in hymnis ipſi Dauidi.

Hic Pſalmus ſequitur finem præcedentis: cùm enim ibi dixiſſet, In Deo faciemus virtutem, *edocet captiuum populum, quas preces Deo offerre deceat: continet verò etiam gratiarum actionem pro reditu.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

β΄. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ὁ Θεὸς τῆς δεήσεώς μου, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου.

γ΄. Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα·

Ταῦτα, φησὶν, ἔτι ὢν ἐν Βαβυλῶνι προσηυξάμην σοι δέσποτα· τὸ γὰρ, ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς, ἀντὶ τοῦ ἐκ Βαβυλῶνος λέγει, ὡς πόρρωθεν κειμένην τῆς Ἱερουσαλήμ.

2. EXAVDI Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.

3. A finibus terræ ad te clamaui:

Hæc, inquit, adhuc in Babylone exiſtens rogabam te Domine: nam iſtud, *à finibus terræ*, pro ex Babylone dicit; vt quæ procul ab Hieroſolymis ſita eſſet.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

In Deo firma salus & protectio.

In petra, hoc est, quasi in petra. Vult enim dicere: Quoniam in multa tribulatione ac miseria exercitatus, & quasi de meipso desperans, te rogaui, & firmum mihi statum ac spem præbuisti.

4. Deduxisti me, quia factus es spes mea:

Etenim, inquit, reduxisti me ad propria, prout sperare me feceras.

Turris fortitudinis à facie inimici.

Quasi ad illud *factus es* etiam hoc retulit. Vult enim dicere: q. d. Quoniam mihi hostes fugienti factus es pro turri munita, ex nulla parte proditionis suspicionem habenti.

5. Inhabitabo in tabernaculo tuo in sæcula:

Tabernaculum pro templo.

Ita nimirum in posterum indiuulsus ero à templo tuo. Tabernaculum enim eius vocat templum, quod erat in Hierusalem.

Protegar in velamento alarum tuarum.

DIAPSALMA.

Etenim, inquit, non paruâ fruitur prouidentiâ is qui à domo tua non recedit. Alas enim vocat prouidentiam sui, ex metaphora gallinarum super pullos suos.

6. Quoniam tu Deus meus exaudisti * orationes meas:

** Vulgata orationem meam.*

Cùm enim, inquit, exaudiueris preces meas, & reduxeris me, vtar reditu prout decet, numquam ampliùs ad Deum alium respiciens quàm te Saluatorem.

Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Etenim haud exigua, inquit, præstitisti nobis timentibus te: siquidem nos iterùm hereditare ac possidere fecisti loca, è quibus fueramus exturbati.

7. Dies super dies Regis adijcies:

Orat pro salute Regis.

Da igitur, inquit, nobis etiam Regem iuxta morem antiquum, & fac istiusmodi quoque longæuum: nam in salute Regum subditi seruantur.

Ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου, ἐν πέτρᾳ ὕψωσάς με.

Ἐν πέτρᾳ, ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐν πέτρᾳ. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ἐν πολλῇ ἐξετασθεὶς θλίψει καὶ ταλαιπωρίᾳ, καὶ οἷον ἀπογνοὺς ἐμαυτοῦ, ἐδεήθην σου, καὶ βεβαίαν μοι παρέσχες στάσιν καὶ ἐλπίδα.

δ'. Ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπίς μου·

Τοιγαροῦν, φησι, καὶ ἐπανήγαγές με εἰς τὰ ἴδια, καθὼς ἐλπίσαι μοι παρέσχες.

Πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ.

Ὡς πρὸς τὸ ἐγενήθης καὶ τοῦτο ἐπήγαγε. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι ὡς πολεμίους φεύγοντί μοι ἐγένου ἀντὶ πύργου ὀχυροῦ, οὐδαμόθεν ἔχοντι προδοσίας ὑπόνοιαν.

ε'. Παροικήσω ἐν τῷ σκηνώματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας·

Οὕτω γοῦν ἀχώριστος ἔσομαι λοιπὸν τοῦ ναοῦ τοῦ σου. σκήνωμα γὰρ αὐτοῦ καλεῖ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ.

Σκεπασθήσομαι ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ γάρ, φησιν, οὐ μικρᾶς ἀπολαύει προνοίας ὁ τοῦ οἴκου τοῦ σοῦ μὴ ἀφιστάμενος. Πτέρυγας γὰρ καλεῖ τὴν πρόνοιαν τὴν ἑαυτοῦ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀρνίθων ἐπὶ τοῖς νεοσσοῖς.

ς'. Ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου·

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, εἰσήκουσάς μου τῶν δεήσεων, καὶ ἐπανήγαγές με, χρήσομαι εἰς δέον τῇ ἐπανόδῳ, μηκέτι θεὸν ἕτερον περιβλεπόμενος ἀλλ' ἢ σε τὸν σώσαντα.

Ἔδωκας κληρονομίαν τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου.

Καὶ γὰρ οὐ μικρὰ παρέσχες, φησί, τοῖς φοβουμένοις σε ἡμῖν· πεποίηκας γὰρ ἡμᾶς πάλιν κληρονομεῖν καὶ κεκτῆσθαι τοὺς τόπους, ὧν ἀπανέστημεν.

ζ'. Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις·

Δὸς οὖν ἡμῖν, φησι, καὶ βασιλέα κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος, καὶ ποίησον τὸν τοιοῦτον καὶ πολυχρόνιον· ἐν γὰρ τῇ τῶν βασιλέων σωτηρίᾳ σώζεται τὸ ὑπήκοον.

Τὰ

Τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς.

Annos eius vsque in diem generationis *.

η΄. Διαμένει εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει;

8. Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret?

Τὸ δὲ, τίς ἐκζητήσει; ἀντὶ τοῦ, τοσαύτην αὐτῷ παράσχου βοήθειαν καὶ σωτηρίαν, ὥστε μηδένα δύνασθαι μετρεῖν τὸ πλῆθος, τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν.

Istud autem, *Quis requiret?* id est, Tantam ipsi opem ac salutem præbe, vt nemo admetiri possit multitudinem bonorum, quæ circa ipsum sunt.

θ΄. Οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας·

9. Sic psallam nomini tuo in * sæcula:

Ἵν᾽ ἐπὶ τούτοις, φησὶ, τοὺς πρεσήκοντας ἀποδιδῶ ὕμνους, διαπαντὸς τοῦτο ποιῶν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Vt pro his, inquit, decentes hymnos offeram, semper id agendo. vnde subiungit:

Τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας.

Vt reddam vota mea de die in diem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Vulgata addit & generationis.

* Vulgatá sæculum sæculi:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β΄. Εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς δεήσεως.] Εἰσακουσθῆναι αἰτεῖ εὐμενῶς· ἀπὸ τῶν περάτων δὲ ἐκ Βαβυλῶνος λέγει πόρρωθεν ἀπῳκισμένης. Ἐπεὶ γὰρ πολλοῖς σταθμοῖς ἡ Βαβυλὼν τῆς Παλαιστίνης ἀπῴκιστο, ὡς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς οἱ ταύτην οἰκοῦντες αἰχμάλωτοι εἶναι ὑπελάμβανον. Ἄλλως δὲ πᾶς ὁ τῷ θεῷ φίλος τὰ πέρατα τῆς γῆς οἰκεῖν λέγοιτ᾽ ἄν· ὁ μὲν γὰρ ἐν τοῖς τοῦ κόσμου περισπασμοῖς καὶ ἐν ταῖς σωματικαῖς ἡδυπαθείαις εἰλυόμενος, ἐν βυθῷ τῆς γῆς ἐστιν· οἱ δὲ ἐν ὄρεσι καὶ σπηλαίοις ἔξω, τυγχάνειν νομισθῶσιν τῆς γῆς. Ἐδεήθην δέ σου, φησὶν, ἐν πολλῇ θλίψει ἐξεταζόμενος καὶ ταλαιπωρίᾳ, ᾗ ἕπεται ἀκηδία. Δείκνυσι δὲ ὡς εὐθέως εἰσηκούσθη· Ἐν πέτρᾳ γάρ, φησι, ὕψωσάς με. ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ ἀσφαλεῖ με κατέστησας, καὶ ψυχαγωγίας ἠξίωσας, τῶν ἐχθρῶν ὑπέρτερον θείς, καὶ πύργος μοι φανεὶς καὶ ἀσφάλεια. ἀφ᾽ ὧν δὲ ἤδη ἔτυχε καὶ περὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζει, ὅτι καὶ τῷ θείῳ σκηνώματι, ἤτοι τῷ ναῷ παροικήσει, καὶ οὐ βραχὺν χρόνον, ἀλλὰ διηνεκῶς. Δύναται καὶ οὕτως· Ὡδήγησάς με ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, ἐλπίς μου γεγενημένος· Ἀλλὰ καὶ πύργος ἰσχύος, πρὸς τὸ ὡδηγηκέναι με ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, γέγονάς μοι. Ἀντὶ δὲ τοῦ παροικήσω ὁ Σύμμαχος, παροικήσω ἐν τῇ σκη-

2. Exavdi Devs deprecationem.] Clementer exaudiri petit: *A finibus* autem dicit de Babylone procul dissita. Cùm enim plurimorum dierum itineris interuallo à Palæstina Babylon distaret, captiui, qui illam incolebant, quasi in extremo terræ se versari existimabant. Aliter verò omnis Dei amicus dici possit fines terræ habitare: nam qui in mundi distractionibus & in corporalibus voluptatibus volutatur, in profundo terræ existit; qui verò in montibus & speluncis viuunt, extra terram versari existimandi sunt. Ceterùm, inquit, te precatus sum, cùm in multa tribulatione & miseria exercitabar, quam tædium consequitur. Ostendit autem quàm citò exauditus sit: *In petra* enim, inquit, *exaltasti me.* id est, In tuto me collocasti, & animare dignatus es, inimicis superiorem me constituens, & turris mihi apparens ac securitas. Ex ijs autem quæ pridem consecutus est, etiam de futuris spem capit, se nimirum in diuino tabernaculo siue templo commoraturum, idque non exiguo tempore, sed perpetuo. Potest etiam accipi hoc modo: q. d. Deduxisti me à facie inimici, cùm esses spes mea: sed & turris fortitudinis mihi fuisti, eò quòd subduxeris me à facie inimici. Pro *inhabitabo* autem Symmachus habet, *Adhabitabo in tabernaculo*

Babylonem vocat fines terræ.

Mysticè fines terræ habitat homo spiritalis.

Petra pro loco securo & tuto.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Alæ Dei quid.

bernaculo tuo per sæculum: confidenter degam in vmbra alarum tuarum, & non in memetipso scilicet fiduciam habebo. Alæ autem fuerint prouidæ virtutes Dei, sub quibus tegitur amicus Dei, numquam à tabernaculo Dei recedens. Sperabo in abscondito alarum tuarum: quoniam tu Deus exaudisti orationes meas. Siquidem dum adhuc loqueretur per spiritum, ipsi declaratum est, quomodo iam esset exauditus.

6. DEDISTI HEREDITATEM.] Scilicet loca, è quibus expulsi eramus. Indefinitè autem dicens *timentibus*, visus est non Iudæis solis hoc dicere, sed ad omnes homines hanc gratiam extendere. Vera autem hereditas est Regnum cælorum. hoc enim etiam ista verba *de die in diem* insinuant, id est in sæcula. Vel non de vna persona hoc dicit (ridiculum enim sit rogare, vt vnus aliquis homo per sæculum permaneat) sed de dignitate regia videlicet. q. d. Da nobis Regnum perpetuum. Nisi quis de Christo magis propriè hoc accipiat, qui etiam in ipsomet homine regnans perseuerat, quòd consubstantiato sibi Deo coëxistat: nam dies eius vsque in diem generationis generationum, & anni eius non deficient: cuius etiam erga nos misericordia est inscrutabilis, & veritas incomprehensibilis. Vel pro eo ac si dicat: Et effudit multitudinem solidæ clementiæ suæ. Hoc enim vocat misericordiam & veritatem, ita vt nemo possit multitudinem bonorum, quæ penes ipsum sunt, admetiri, vt pro his consentaneos hymnos perpetuò tibi offeram. Obserua verò quàm pulchrè dixerit, psallere quidem nomini Dei in sæcula; reddere verò vota de die in diem: nam nomen eius qui decantatur sæculis coëxtenditur; votorum verò redditio nostro hoc tempore consummatur.

Vera hereditas est Regnum cælorum.

Regnum Christi perpetuum.

νῇ σου δι' αἰῶνος· ἀλλὰ θαρσήσω ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου, καὶ οὐκ ἐπ' ἐμαυτῷ δηλονότι. εἶεν δ' ἂν πτέρυγες αἱ προνοητικαὶ τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, ὑφ' ἃς σκεπάζεται ὁ θεοφιλὴς, μηδέποτε τῆς σκηνῆς ἀναχωρῶν τοῦ Θεοῦ. Ἐλπίσω ἐν ἀποκρύφῳ πτερυγίων σου· ὅτι σὺ ὁ Θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου. ἔτι γὰρ φθεγγόμενος διὰ πνεύματος, ἐδηλοῦτο αὐτῷ, ὡς ἄρα εἴη εἰσακουσθείς.

ϛʹ. ΕΔΩΚΑ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΝ.] Τουτέστι τοὺς τόπους, ὧνπερ ἀπώσθημεν. Ἀορίστως δὲ εἰπὼν τοῖς φοβουμένοις, ἔοικεν οὐ πρὸς Ἰουδαίους μόνους τοῦτο λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἐκτεῖναι τὴν χάριν. εἴη δ' ἂν ἀληθὴς κληρονομία ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ἡμέραν ἐφ' ἡμέρας αἰνίττεται, ἀντὶ τοῦ εἰς αἰῶνας. Ἢ οὐ περὶ ἑνὸς τοῦτο τοῦ προσώπου λέγει (γέλοιον γὰρ ἂν ἕνα ἄνθρωπον δι' αἰῶνος εὔχεσθαι διαμένειν) ἀλλὰ περὶ τοῦ βασιλικοῦ ἀξιώματος δηλονότι. ἀντὶ τοῦ· Δὸς ἡμῖν βασιλείαν ἀδιάδοχον. εἰ μή τις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο λάβοι κυριωτέρως, ὃς καὶ τῷ ἐν αὐτῷ βασιλεύσας ἀνθρώπῳ διαμένει συνουσιωμένῳ αὐτῷ Θεῷ συνυπάρχων· αἱ γὰρ ἡμέραι αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς γενεῶν, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ οὐκ ἐκλείψουσιν· οὗ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔλεος ἀνεξερεύνητος, καὶ ἡ ἀλήθεια ἀκατάληπτος. ἢ ἀντὶ τοῦ· καὶ κατέχει αὐτοῦ πλῆθος φιλανθρωπίας βεβαίας. Τοῦτο γὰρ λέγει ἔλεος καὶ ἀλήθειαν, ὥστε μηδένα δυνάσθαι τὸ πλῆθος μετρεῖν τῶν περὶ αὐτὸν ἀγαθῶν, ἵνα ἐπὶ τούτοις τοὺς προσήκοντας ὕμνους διαπαντός σοι προσάγοιμι. Σημείωσαι δὲ ὅτι καλῶς, εἶπε ψάλλειν μὲν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ εἰς αἰῶνας, ἀποδιδόναι δὲ τὰς εὐχὰς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας. τὸ μὲν γὰρ ὄνομα τοῦ ὑμνουμένου τοῖς αἰῶσι συμπαρεκτείνεται· τὸ δὲ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι συμπληροῦται τῷ ἡμετέρῳ χρόνῳ.

CATENA PATRVM.

Argumentum Psalmi.

1. IN FINEM, IN HYMNIS.] ATHANASII. Offert Deo gratiarum actionem tam pro semetipso quàm pro populo per fidem saluato; & recipit se in æternis mansionibus existentem indesinenter laudem oblaturum.

THEODORI. Prænuntiat modò quæ in Babylone futura sint, ita Psalmum expromens,

αʹ. ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΛΟΣ, ΕΝ ΥΜΝΟΙΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εὐχαριστίαν ἀναφέρει Θεῷ ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ τοῦ σωθέντος διὰ τῆς πίστεως λαοῦ· ἐπαγγέλλεταί τι ἐν ταῖς αἰωνίοις γενόμενος μοναῖς, ἀκαταλήκτως ἀναπέμπειν τὴν αἴνεσιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὰ κατὰ Βαβυλῶνα προαγορεύει νῦν, οὕτω τὸν ψαλμὸν ἐκφωνῶν,

ὥσπερ

Digitized by Google

ὡσανεὶ αἰτούντων ἐκείνων τυχεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, ὁμοῦ καὶ τὴν ἐπάνοδον προυπισχνούμενος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μετὰ χεῖρας ψαλμὸς, ὕμνος ὢν, καὶ αὐτὸς εἰς τὸ τέλος ἐπιγέγραπται, διὰ τὰς ἐπὶ τέλει τοῦ ὕμνου φερομένας χρηστὰς ἐλπίδας. εἰσὶ δὲ πάντες οἱ ἐπιγεγραμμένοι ἐν ὕμνοις πέντε· δύο μὲν ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τῆς βίβλου, ὁ τέταρτος καὶ ὁ ἕκτος· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν ὕμνοις ψαλμοὶ λέγονται· οἱ δὲ ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς βίβλου τρεῖς, καὶ ἐν ὕμνοις ἐπιγράφουσι μόνον, ὁ νγʹ καὶ ὁ νδʹ, καὶ ὁ μετὰ χεῖρας. Οἱ μὲν οὖν ἐν ὕμνοις ψαλμοὶ ἐοίκασι σὺν τῷ μουσικῷ ὀργάνῳ, τῷ καλουμένῳ ψαλτηρίῳ λελέχθαι, ὡς δεηθέντος τῆς διὰ τοῦ σώματος (ὅπερ ἐστὶν ὄργανον τῆς ψυχῆς) πρακτικῆς ἐνεργείας τοῦ ψάλλοντος· οἱ δὲ ἁπλῶς ὕμνοι διὰ μόνης φωνῆς τοῦ τὸν ὕμνον ἀναπέμψαντος εἴρηνται, οὐ συμπαραληφθείσης τῆς διὰ τοῦ ψαλτηρίου κρούσεως, τῷ μόνης τῆς κατὰ διάνοιαν θεωρίας δεδεῆσθαι τοὺς ἐν αὐτοῖς λόγους. Τοῦτο γοῦν παρίστησιν ὁ μετὰ χεῖρας ὕμνος λέγων, ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα· δι' οὗ σημαίνει ὥσπερ ἔξω γεγενῆσθαι τῆς τοῦ σώματος καταστάσεως θεοληπτούμενον τὸν προφήτην.

βʹ. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ Ο ΘΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ εἰς τὴν καταδυναστείαν καὶ εἰς τὴν τυραννίδα τῶν δαιμόνων ἀφορῶν, ἀκηδίας πεπλήρωμαι, τούτου χάριν ἱκετεύω, ὅπως ἐπιφανεὶς, τῆς τῶν βιαζομένων ἡμᾶς ἐξέλῃ χειρός. Τὸ δὲ ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς σημαίνει ὑπὲρ πάσης αὐτὸν τῆς οἰκουμένης ποιούμενον τὰς λιτάς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Παρακαλεῖ διὰ τῶν προκειμένων ὁ Δαβὶδ ταῦτα λέγων· ἐνδεὴς γὰρ ὢν μεγάλων τινῶν καὶ θείων τούτων, τυχεῖν παρακαλεῖ· εἶθ' ὥσπερ ἄξιον ἑαυτὸν τοῦ εἰσακουσθῆναι παραστήσας ἐπιφέρει, πρόσχες τῇ προσευχῇ μου. πολλῆς γὰρ καὶ βαθείας διανοίας πεπληρῶσθαι αὐτοῦ τὴν προσευχὴν, θαρσῶν ἠξίου τὸν Θεὸν ἐπιβλέψαι, καὶ τοῖς ἐν αὐτῇ λόγοις ἀτενίσαι, καὶ δοκιμάσαι τὰ λεγόμενα, ὡς ἂν τῆς αὐτοῦ ἀκοῆς ἄξια. εἶτα καὶ τὸ ἔργον δείκνυσιν, οὗ χάριν θεωρὸν τὸν Θεὸν τῆς ἑαυτοῦ προσευχῆς ἀνεκαλεῖτο, δι' ὧν ἐπιλέγει·

ΑΠΟ ΤΩΝ ΠΕΡΑΤΩΝ ΤΗΣ ΓΗΣ ΠΡΟΣ ΣΕ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὁ αἰσθανόμενος ἑαυτοῦ ἐν ὅσοις λείπεται τῆς τελειό-

ac si ipsi opem Dei consequi postularent, & simul ijs reditum promitteret. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Hic Psalmus, qui præ manibus est, cùm sit Hymnus, *In finem* quoque inscriptus est; propter spes optimas in fine Hymni adferendas. Omnes autem qui *In Hymnis* inscribuntur sunt quinque; duo quidem in priore parte libri, nempe quartus & sextus: atque illi quidem *In Hymnis Psalmi* dicuntur; hi verò, qui in hac libri parte tres continentur, *In Hymnis* dumtaxat inscribuntur, nempe quinquagesimus tertius & quartus, & hic qui præ manibus est. Itaque illi quidem in Hymnis Psalmi videntur cùm musico instrumento, quod psalterium appellatur, recitati fuisse, vtpote indigentes illâ quæ per corpus fit (quod animæ instrumentum est) practicâ operatione psallentis; qui verò simpliciter Hymni dicti, solâ voce illius qui Hymnum offerebat recitabantur, non adhibitâ psalterij complosione, eò quòd sermones, qui in ipsis sunt, solâ meditatione mentali opus habeant. Hoc vtique probat Hymnus hic qui præ manibus est dicens, *A finibus terræ ad te clamaui:* per quod significat Prophetam diuino spiritu afflatum quasi è statu corporis excessisse.

Quinque Psalmi In Hymnis inscripti.

Quæ sit differentia inscriptionis In Hymnis Psalmi, & In Hymnis tantùm.

2. EXAVDI DEVS.] ATHANASII. Quoniam ad oppressionem ac tyrannidem dæmonum respiciens torpedine repletus sum, idcircò obsecro, vt cùm apparueris, è violentorum illorum manibus nos eripias. Porrò illud *à finibus terræ* denotat illum pro vniuerso terrarum orbe preces facere.

Petit à tyrannide dæmonum liberari.

THEODORI. Per proposita Dauid obsecrat dum hæc dicit: cùm enim magnarum quarumdam ac diuinarum rerum indigus existeret, optat illa consequi: deinde tamquam exauditione dignum se præbens subiungit, *Intende orationi meæ*. Cùm enim plurimo & profundo sensu plena esset oratio eius, confidenter rogauit Deum vt inspiceret, & verbis in ea contentis intenderet, & ea quæ dicebantur, tamquam auditu ipsius digna examinaret. Deinde etiam opus ipsum ostendit, propter quod orationis suæ inspectorem Deum inuocauerat, dum subiungit:

In Deum confidentis oratio meretur exaudiri.

3. A FINIBVS TERRÆ AD TE CLAMAVI.] ORIGENIS. Qui semetipsum sentiens in quantis deficiat à perfectio-

Sui cognitio incitat ad orandum.

CATENA PATRVM.

ne, dum confiderat quis perfectus fit, & in orationibus eleuatus, pro hoc dicens illud, *Exaudi Deus deprecationem meam*, exaudietur. Quando verò imperfectus non capit fenfum eorum quibus indiget, oratio eius filet clamante illo qui fentit, & femetipfum Deo perficiendum tradit.

ANONYMI. Qui igitur hoc loco orat, cùm fciret fe ab eo, ad quem orationem dirigit, remotum effe, dicit eam emitti à finibus terræ, & ad Deum fe clamaffe tunc, quando angebatur; ficut in * Ecclefiafte ait: *Deus in cælo furfum, & in terra deorfum.* Significatur autem per hanc fententiam non diftantia localis, fed increatæ naturæ ad res creatas differentia, dum Dei fubftantia propter eminentiam dignitatis furfum & in cælo effe dicitur, hominis verò deorfum in terra, eò quòd ex nihilo in rerum naturam producta fit: ad hanc differentiam Baptifta quoque refpiciens, Saluatorem de furfum è cælo effe dicit, hominem de terra exiftere, ac loqui: profert enim quæ à creaturis dici poffunt.

* Deuteronomio Deut 4, 39. *Quo fenfu Deus dicatur diftare à nobis.*

Ioan. 3, 31.

DVM ANXIARETVR COR MEVM.] THEODORI. Symmachus dicit, *Dum deficeret*. Itaque clariùs quidem Symmachus, fed fignificantiùs Septuaginta. Deficere enim etiam in rebus paruis dicitur, anxiari verò in rebus omnino magnis, quando nimirum propter multitudinem malorum quis in medio eorum deprehenfus animum defpondet in eis. Cùm igitur, inquit, in medijs verfarer, nec ampliùs ea ferre poffem, quafi animum in ijs defpondens exclamaui, opem tuam implorans.

Quæ fit differentia inter deficere & anxiari.

ORIGENIS. Anxiatur enim verè & quafi deficit omnis anima Deo amica, dum in mortali hac vita commoratur: anxiatur autem & deficit etiam præ commiferatione, videns multitudinem eorum qui pereunt: quin luget plurimos eorum qui anteà peccauerunt, & non agunt pœnitentiam pro peccato, & iniquitate, atque impietate, quam fecerant. Quemadmodum profectò etiam Dauid idcircò quidem fugit loca media terræ, & in extremitatibus terrarum exiftens, clamabat ad Deum; ob plurimorum verò atque adeò ob Saülis quoque ipfius interitum animam torquens, deflebat eum.

IN PETRA EXALTASTI ME.]

τινος, ἐν τῷ νοεῖν τίς ὁ τέλειος, καὶ ἀναφέρειν ἐν ταῖς εὐχαῖς, περὶ τούτου λέγων τὸ, εἰσάκουσον ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς μου, εἰσακουσθήσεται. Ὅταν δὲ ὁ ἀτελὴς ἀναισθητεῖ ὧν ἐστιν ἐνδεὴς, σιωπᾷ αὐτοῦ αἱ δεήσεις τοῦ αἰσθανομένου, καὶ ἐμπαρέχοντος ἑαυτὸν τῷ θεῷ εἰς τὸ τελειωθῆναι, βοήσαντος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μὲν ἐνταῦθα εὐχόμενος, πόρρω ἑαυτὸν τυγχάνοντα εἰδὼς τοῦ πρὸς ὃν τὴν εὐχὴν ἀναπέμπει, ἐκ τῶν περάτων εἶναι τῆς γῆς λέγει, καὶ κεκραγέναι πρὸς τὸν θεὸν τότε, ὅτε καὶ ἀκηδιᾷ· καθά φησιν ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· ὁ θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐν τῇ γῇ κάτω. σημαίνεται δὲ διὰ τῆς λέξεως οὐ διάστασις τοπικὴ, ἀλλ' οὐσίας ἀκτίστου καὶ κτισμάτων διαφορὰ, τῆς τοῦ θεοῦ ὑπάρξεως διὰ ὑπεροχὴν τιμῆς ἄνω ἐν οὐρανῷ λεγομένης, τῆς δὲ τοῦ ἀνθρώπου κάτω εἰς γῆν τυγχανούσης, τῷ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἐληλυθέναι· εἰς ταύτην τὴν διαφορὰν καὶ ὁ βαπτιστὴς σκοπήσας, τὸν σωτῆρα ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ εἶναι λέγει, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐκ τῆς γῆς τυγχάνειν, καὶ λαλεῖν· προσφέρει γὰρ ἃ κτίσμασι δυνατὸν εἰπεῖν.

ΕΝ ΤΩ ΑΚΗΔΙΑΣΑΙ ΤΗΝ ΚΑΡΔΙΑΝ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος, ἐν τῷ ἀδημονεῖν, φησιν. ἀλλὰ σαφέστερον μὲν Σύμμαχος, ἐμφατικώτερον δὲ οἱ ἑβδομήκοντα. Ἀδημονεῖν γὰρ καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς λέγεται, ἀκηδιᾷν δὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις πάντως, ὅταν διὰ τὸ πλῆθος τῶν κακῶν λοιπὸν ὢν ἐν μέσῳ τις περιλαμβάνηται ἀπαγορεύει πρὸς αὐτά. ἐν μέσοις τούτων, φησὶν, ὢν τοῖς κακοῖς, καὶ οὐκέτι φέρειν αὐτὰ οἷός τε ὤν, ἀλλ' ὥσπερ ἀκηδιάσας πρὸς αὐτὰ ἐβόησα, τὴν σὴν αἰτούμενος βοήθειαν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἀκηδιᾷ γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ ἀδημονεῖ πᾶσα θεοφιλὴς ψυχὴ, τὸν θνητὸν ἐνδιατρίβουσα βίον· ἀκηδιᾷ δὲ καὶ ἀδημονεῖ καὶ διὰ φιλανθρωπίαν, τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων θεωροῦν· πενθεῖ δὲ καὶ πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ἀνομίᾳ, καὶ ἀσεβείᾳ, ᾗ ἔπραξαν. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Δαβὶδ διὸ αὐτὸς μὲν ἔφυγε τὰ μέσα τῆς γῆς, καὶ ἐν ἄκροις αὐτῆς γενόμενος, ἐβόα πρὸς τὸν θεόν· ἐπὶ δὲ τῇ τῶν πολλῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Σαοὺλ ἀπωλείᾳ τὴν ψυχὴν ἀλγῶν, ἀπεκλαίετο.

ΕΝ ΠΕΤΡΑ ΥΨΩΣΑΣ ΜΕ.]

ΑΘΑ-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δείκνυσιν εὐθέως εἰσακουσθεὶς, κατὰ τὸ, ἔτι σου λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. σαφῶς τε κηρύττει, διὰ τίνος ἡ σωτηρία· ὑψωθῆναι γάρ φησιν ἐν πέτρᾳ· κρείττους γὰρ καὶ ἀνώτεροι τῶν ἐπηρεαζόντων δαιμόνων γεγόναμεν διὰ Χριστοῦ (ὃς πέτρα παρὰ τοῦ μακαρίου Παύλου κατωνόμασται.)

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν πέτραν ἐπὶ τῆς ἀσφαλείας λέγει πολλαχοῦ. ὑψηλόν με τοίνυν, φησὶ, καὶ ἐπίδοξον ἐποίησας, ὁμοῦ καὶ ἀσφάλειάν μοι χαρισάμενος τῇ παρὰ σοῦ βοηθείᾳ, ὥστε μηδὲ ἐπισφαλῆ δοκεῖν εἶναι τὴν χάριν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τῆς σῆς, φησι, προνοίας μεταλαχεῖν ἐλπίσας, οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος· ἐγένου γάρ μοι καὶ ποδηγὸς καὶ πύργος ἰσχυρός· διὰ γὰρ τῆς σῆς κηδεμονίας τὰς τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλὰς διαδρὰς, τεύξομαι τῆς ἐπανόδου. Σκήνωμα δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνομάζει· ἐν ἐκείνῃ γὰρ ἐποιεῖτο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιφάνειαν. Λέγει τοίνυν· ὅτι τῆς ἐπανόδου τετυχηκὼς, ἐνδελεχῶς λοιπὸν τῷ σῷ προσεδρεύσω ναῷ, καὶ τῆς παρά σου προνοίας ἀπολαύσω. Τοὺς δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀντὶ τοῦ διηνεκῶς τέθεικε.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πέτραν σημαίνεσθαι ἐκδεξόμεθα ῥεύσασαν πνευματικὸν πόμα, τὸν Χριστόν φημι· ὁ ἐν ταύτῃ τῇ πέτρᾳ γενόμενος, τῷ μετέχειν αὐτῆς (ὑπάρχει γὰρ σοφία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς) μετεωρίζεται κατὰ τὸν νοῦν, ὑψούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Καὶ οἱ ἕπεσθαι δὲ τῷ σωτῆρι προθέμενοι, κατὰ τὰς αὐτοῦ προτροπὰς λέγοντος, Δεῦτε ὀπίσω μου, ὁδηγῷ αὐτῷ χρώμενοι, τῆς αὐτῆς ἐπάρσεως κοινωνοῦσι, οὐκ ἄλλον ἐλπίσαντες ἡγεμόνα εὑρήσειν τῆς ἀγούσης πρὸς τὸν πάντων αἴτιον ὁδοῦ. Ταύτης τῆς δωρεᾶς τυχὼν καὶ Δαβὶδ, μεθ' ὕμνου λέγει τῷ κυρίῳ· ὡδήγησάς με, ὅτι ἐγενήθης ἐλπίς μου· οὐ μόνον δὲ ὁδηγὸς, ἀλλὰ καὶ πύργος γέγονάς μοι ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ· σὺ γὰρ ἰσχὺν ἔχων, καὶ ἰσχύος πύργον, ἀβλαβὴς διέμεινα· καίτοι τοῦ ἐχθροῦ τυγχάνοντος ἀντιπροσώπου, καὶ πολεμεῖν θέλοντος. Δύναται ἀναφορὰν ἔχειν, εἰς τὸ ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, καὶ τὸ, ὡδήγησάς με, εἱρμοῦ τοιούτου· ὡδήγησάς με ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, ἐλπίς μου γεγενημένος· ἀλλὰ καὶ πύργος ἰσχύος πρὸς τὸ ὡδηγηκέναι με, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ γέγονάς μοι. Ἐλπὶς τῶν ἁγίων ἀληθινὴ καὶ ἀδιάπτωτος ὁ σωτὴρ· περὶ οὗ φησι Παῦλος, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν·

ATHANASII. Ostendit se statim exauditum, propter illud, *Adhuc loquente te dicam, Ecce adsum*. Et manifestè deprædicat, per quem salus fiat; ait enim se in petra exaltatum: siquidem per Christum (qui à beato Paulo Petra nuncupatus est) insidiantibus dæmonibus potiores ac superiores euasimus. CATENA PATRVM. Isaiæ 58, 9. *Christus est petra salutis.*

THEODORI. Petram frequenter dicit de securitate. Vtique sublimem me, inquit, & gloriosum reddidisti, & simul securitatem mihi largitus es per auxilium tuum, ita vt gratia minimè fallax esse videretur. *Petra pro securitate.*

THEODORETI. Cùm, inquit, prouidentiæ tuæ participem me fore sperassem, spe minimè deiectus sum; quoniam fuisti mihi & dux & turris fortitudinis: per tuam enim curam cùm inimicorum insidias subterfugerim, reditum consequar. *Tabernaculum* autem Dei appellat Hierosolymam; in illa enim se ipsis conspiciendum præbebat. Dicit igitur: Cùm reditum consecutus fuero, continuò deinceps templo tuo assidebo, & tuâ prouidentiâ perfruar. Hoc autem *in sæcula* pro perpetuò posuit. *Prouidentia Dei est turris fortitudinis.*

ORIGENIS. Petram accipiemus significari illam, quæ stillauit potum spiritalem, Christum inquam: qui in hac petra fuerit, ipsam participando (est enim *sapientia, & iustitia, & sanctificatio*) secundùm mentem sublimatur, à Deo eleuatus. Ceterùm hi qui Saluatorem quoque sequi proposuerunt, iuxta monitiones eius dicentis, *Venite post me*, Duce ipso vsi, eiusdem exaltationis participes existunt, non alium sperantes reperire ducem viæ quæ ducit ad Auctorem vniuersorum. Hoc donum quoque Dauid consecutus, cum hymno dicit Domino: *Deduxisti me, quia factus es spes mea:* non solùm autem Dux, sed etiam turris factus es mihi à facie inimici: te enim fortitudinem habens, & fortitudinis turrim, illæsus permansi; tametsi inimicus esset ante faciem meam, & oppugnare me vellet. Possunt hæc referri ad illud, *à facie inimici*, & ad illud, *deduxisti me*, tali connexione: Deduxisti me à facie inimici, spes mea factus: sed & turris fortitudinis mihi fuisti, eò quòd deduxeris me à facie inimici. Spes sanctorum vera & indeficiens est Saluator; de quo Paulus ait, *Et Christi Iesu spei nostræ*; *Christus petra spiritalis.* 1. Cor. 1, 30. *Christus Dux noster.* *Christus turris fortitudinis.* 1. Timo. 1, 1.

CATENA PATRVM.

Isaiæ 42, 5. Gen. 49, 10.

& Prophetia, *In ipso Gentes sperabunt.* Ipse enim prænuntiatus est fore Gentium expectatio. Porrò inhabitat aliquis perfectus in sanctitate in sæcula in illo tabernaculo: quod declarat istud, *Quis requiescet in monte sancto tuo?* Sæculum enim illud idem est quod tabernaculum, quod fixit Dominus, & non homo. Ceterùm si etiam istiusmodi tabernaculum tantam habuerit perfectionem, vt Sancta sanctorum sit, vtique est in illo status qui rationalia transcendat, secundùm quem erunt in Patre & Filio, imò potiùs in Trinitate: quapropter inhabitare in sæcula, & non habitare in tabernaculo dictum est. Qui in hac domo fuerit, sub vmbra alarum Dei protegetur.

Vir perfectus perpetuò habitat in Dei tabernaculo.

Psal. 14, 1.

6. DEDISTI HEREDITATEM TIMENTIBVS.] ATHANASII. Et quæ est hereditas, vel quod Regnum cælorum? *Venite* enim, inquit, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.*

Matt. 25, 30.

Hereditas est Regnum cælorum.

Hereditas dominium præbet heredibus.

THEODORI. Cùm hereditas possessionem aliquam & dominium præbeat heredibus, hoc ait: Quoniam cùm captiui essemus, & in alienis seruiremus, dedisti nobis in proprijs habitare, & quasi rursus hereditatem quamdam obtinere, ac cernere, atque dominari terræ promissionis.

Deus magna munera largitur.

Ioan. 1, 12.

ORIGENIS. Cùm enim, inquit, diues esses, magna quoque munera præbes: quin potiùs hominibus perfectis donans filios Dei fieri, hereditatem ipsis tribuisti: etsi enim illa expectetur donanda post resurrectionem in sæculo futuro; attamen cùm iam pridem præparata sit, data est ijs qui illam tempore opportuno adituri sunt. Quin & timentibus nomen eius dedit Deus hereditatem. Si quædam sit differentia inter timentes Deum & nomen eius, credentes ipsi & nomini eius, cùm sæpè dictum sit, illos qui appellationem Dei participarunt, inferiores esse ijs qui ipsi Deo vniti sunt; vide vt etiam timentibus Deum data sit hereditas: nam si inferioribus gratia hæc obtigit, multò magis illis qui hos superant.

Quæ sit differentia inter timentes Deum & timentes nomen eius.

ANONYMI. Me enim hactenus exaudisti: cognoui autem, à tuo spiritu illuminatus, quòd non mihi soli, sed & omnibus nomen tuum timentibus fructum dignum timoris daturus sis hereditatem, quam illis promi-

Quis sit fructus timoris Dei.

καὶ ἡ προφητεία, Ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ προαναφωνηθεὶς ἔσεσθαι ἐθνῶν προσδοκία. Παροικεῖ δέ τις τελειωθεὶς ἐν ἁγιότητι εἰς τοὺς αἰῶνας ἐν ἐκείνῳ τῷ σκηνώματι· ὃ δηλοῖ τὸ, Τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; αἰώνιον γὰρ τοῦτο ταὐτὸν ὂν τῇ σκηνῇ, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Πλὴν εἰ καὶ οὕτω τελειότητος ἔχει ἡ τοιαύτη σκηνὴ, ὡς καὶ ἅγια ἁγίων εἶναι, ἀλλ' οὖν ἐστι μετ' αὐτὴν κατάστασις ὑπεράγουσα τῶν λογικῶν, καθ' ἣν ἔσονται ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ, μᾶλλον δὲ τῇ τριάδι· διὸ παροικεῖν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀλλ' οὐ κατοικεῖν ἐν τῷ σκηνώματι εἴρηται. ὁ ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ γεγονὼς, σκεπασθήσεται ἐν τῇ τῶν πτερύγων τοῦ θεοῦ σκέπῃ.

ϛʹ. ΕΔΩΚΑΣ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΝ ΤΟΙΣ ΦΟΒΟΥΜΕΝΟΙΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τίς ἡ κληρονομία, ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν; Δεῦτε γάρ, φησιν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ ἡ κληρονομία κτῆσίν τινα καὶ δεσποτείαν παρέχει τοῖς κληρονομοῦσι, τοῦτό φησιν· Ὅτι αἰχμαλώτους ὄντας ἡμᾶς, καὶ δουλεύοντας ἐν ἀλλοτρίοις, δέδωκας ἡμῖν τοῦ κατοικεῖν ἐν ἰδίοις, καὶ ὥσπερ κληρονομίαν τινὰ κατέχειν πάλιν, καὶ νέμεσθαι, καὶ δεσπόζειν τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πλούσιος γὰρ ὢν, φησι, καὶ μεγάλας δωρεὰς παρέχεις· μᾶλλον δὲ χαριζόμενος τοῖς τελείοις ἀνθρώποις τὸ γενέσθαι υἱοὺς, κληρονομίαν αὐτοῖς δέδωκας· εἰ γὰρ καὶ προσδοκᾶται δοθησομένη μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἀλλά γε τῷ ἤδη ἡτοιμάσθαι, δέδοται τοῖς αὐτὴν κατὰ καιρὸν τὸν δέοντα ἀποληψομένοις. Καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ θεὸς κληρονομίαν ἔδωκεν. Ἐάν τις ᾖ διαφορὰ φοβουμένων τὸν θεὸν καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, πιστευόντων αὐτῷ καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, ἐπεὶ πολλάκις εἴρηται, ὑποδεεστέρους εἶναι τοὺς οἰκειωθέντας τῇ τοῦ θεοῦ προσηγορίᾳ, τῶν ἑνωθέντων αὐτῷ τῷ θεῷ· ὅρα ὡς καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν δέδοται ἡ κληρονομία· εἰ γὰρ τοῖς ὑποδεεστέροις ὑπάρχει ἡ χάρις αὕτη, πολλῷ πλέον τοῖς ὑπερβεβηκόσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐμοῦ μὲν γὰρ τέως εἰσήκουσας· ἔγνων δὲ, ὑπὸ τοῦ σοῦ πνεύματος φωτισθεὶς, ὅτι οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου καρπὸν ἄξιον τοῦ σοῦ φόβου δώσεις τὴν κληρονομίαν, ἣν ἐπηγγείλω αὐτοῖς.

τοῖς. Ἀορίστως δὲ εἰπὼν, τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, ἥπλωσε τὴν χάριν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους. Οὐ γὰρ τῷ Ἰσραὴλ ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν, οὐδὲ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει μόνῳ, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Πολλάκις δὲ ἡμῖν ἀποδέδεικται, ὡς πάντας τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ θεῷ προσιόντας, φοβουμένους τὸν κύριον καλεῖν εἴωθεν ὁ λόγος. Τούτοις οὖν, φησὶν, ἔδωκας κληρονομίαν, καὶ ποίαν οὐκ εἶπεν, ἡμῖν δὲ καταλέλοιπε ζητεῖν. τῷ μὲν οὖν Ἰσραὴλ γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι ἐπήγγελται διὰ Μωϋσέως· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν κύριον εἴασε ζητεῖν· εὑρήσεις δὲ ταύτην ἐν τοῖς τοῦ σωτῆρος μακαρισμοῖς, ἐν οἷς εἴρηται, μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν ἔχεις ἐπαγγελίαν καὶ ἑτέραν τοῦ σωτῆρος, δι' ἧς φησι· καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ πολλαπλασίονα λήψεται, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει. Σημαίνει οὖν ὁ λόγος, ὡς καὶ τὸ μέρος τῆς κληρονομίας ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἡμέρας ἡμερῶν τοῖς ἔτεσι τοῦ βασιλέως προστεθῆναι· σημαίνει γὰρ διὰ τῶν ἡμερῶν χρόνους τινὰς καὶ αἰῶνας.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἱκετεύσαντες, καὶ τὰς αἰτήσεις δεξάμενοι, καὶ χάριν ὑπὲρ τούτων ὁμολογήσαντες, ἀντιβολοῦσι τὸν θεὸν, τὸν δόντα αὐτοῖς, ἐπὶ πλεῖστον διαφυλάξαι βασιλέα· τηνικαῦτα δὲ αὐτῶν ἐβασίλευε Ζοροβάβελ, ἀλλ' οὐχ ἁρμόττει αὐτῷ πάντα τὰ τῆς προφητείας ῥήματα· τὸ μὲν γὰρ, ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις, ἁρμόττει κἀκείνῳ, τὰ δὲ λοιπὰ οὐκέτι· ἀλλὰ τῷ ἐξ ἐκείνου κατὰ σάρκα· ἐπ' ἐκείνου γὰρ ἀληθεύει, τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς, διαμενεῖ εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ· πρὸς ἐκεῖνον γὰρ καὶ ἐν τῷ ρα' ψαλμῷ ἔφη· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Τύπος μέντοι καὶ ὁ Ζοροβάβελ τοῦ Χριστοῦ· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανήγαγε γῆν· οὕτως ὁ Χριστὸς πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, γεγενημένην αἰχμάλωτον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, εἰς τὴν προτέραν εὐγένειαν ἐπανήγαγε.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Προειπὼν, ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῶν εὐχῶν μου· καθ' ὑπερβατὸν συνῆψε, τὸ ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσέθηκας. διὰ μέσου δὲ ἐνεβλήθη ἡ περὶ τῶν φοβουμένων τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μνήμη· ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς ἐπήγγελται τὴν κληρονομίαν ἡ προ-

sisti. Cùm autem indefinitè dixit, *timentibus nomen tuum*, gratiam hanc in omnes homines extendit. Non enim Israëli promisit hereditatem, neque genti Iudæorum soli, sed omnibus timentibus nomen eius. Sæpenumerò autem nobis ostensum est, quomodo omnes de Gentibus ad Deum accedentes, timentes Dominum appellare solet sermo sacer. His igitur, inquit, dedisti hereditatem, at qualem minimè dixit, sed nobis inquirendum reliquit. Israëli quidem per Moysem promisit *terram fluentem lacte & melle*; verùm timentibus Dominum permisit inquirendam: reperies autem hanc in beatitudinibus Saluatoris, in quibus dicitur, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum.* Et iterùm habes promissionem etiam aliam Saluatoris, quâ dicit, Et in sæculo hoc multò plura accipiet, & in futuro vitam æternam hereditabit. Significat itaque hic sermo, partem quoque ipsius hereditatis esse vitam æternam. Hoc enim est dies dierum annis Regis adijci: siquidem per dies designat tempora quædam ac sæcula.

CATENA PATRVM.

Exod. 13, 5.

Matt. 5, 3.

Matt. 10.

DIDYMI. Vbi deprecati fuerant, & postulationes acceperant, & gratias pro ijs egerant, rogant Deum, qui hæc ipsis concesserat, vt Regem quàm maximè custodiret: tunc autem Zorobabel ipsis imperabat, sed omnia verba prophetiæ illi minimè conueniunt; nam istud, *Dies super dies Regis adycies*, ipsi quidem congruit, cetera verò nequaquam; sed illi qui ex ipso secundùm carnem erat oriundus: siquidem in illo verificatur istud, *Anni eius vsque in diem generationis & generationis, permanent in sæcula in conspectu Dei:* ad ipsum enim etiam in centesimo primo Psalmo dixit: *Tu autem ipse es, & anni tui non deficient.* Siquidem Zorobabel quoque figura Christi erat: quemadmodum enim ille captiuitatem à Babylone in patrium solum reduxit; ita Christus omnem hominum naturam, captiuam redditam à peccato, in pristinam nobilitatem restituit.

Psal. 101, 28.

Zorobabel figura Christi.

EVSEBII. Cùm anteà dixisset, *Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam*; subiunxit per hyperbaton, *Dies super dies Regis * adiecisti.* In medio autem inserta est mentio timentium nomen Dei; quandoquidem etiam ipsis prophetia promisit heredita-

* adijcies.

CATENA PATRVM. *Iustorum hereditas est vita æterna.*

tem. Porrò hereditas illa est vita æterna, quam hic sermo significat dicens, *Dies super dies Regis adÿcies*. Cùm igitur Dauid magna rogasset, Deus illi per spiritum promisit, *Dies super dies Regis adÿcies, & anni eius vsque in diem generationis & generationis*. Hanc enim hereditatem ipsi promiserat: quod vtique etiam in Psalmo vigesimo declaratur;

Psal 20, 2.

vbi dicitur, *Domine in virtute tua lætabitur Rex: desiderium animæ eius tribuisti ei, longitudinem dierum in sæculum sæculi*. In præsentiarum itaque similiter Dauid deprecatus est. Secundùm Symmachum verò, *Dies diebus Regis adÿcies: anni eius quamdiu generatio & generatio: habitabit perpetuò coram Deo: misericordia & veritas circumuallabit eum*. Hæc autem omnia consequetur, qui potuerit dicere, *A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum*: tanti enim profectus fructum condignum recipiet vitam æternam. Cùm autem hic sermo dicit, *Anni eius vsque in diem generationis & generationis*,

Timens Deum & hic & in futuro sæculo beatus.

significat, quomodo nimirum Dauid non eo dumtaxat quo viuebat tempore celebris futurus esset, sed etiam per singulas generationes; vel hoc sermone per duas generationes insinuante populum ex circumcisione, & ex Gentibus. Atque inter homines quidem hanc beatitudinem consequetur; apud ipsum verò Deum nondū perit, sed immortalem & æternæ durationis vitam nactus, permanet in sæcula in conspectu Dei. Quomodo autem perdurare, ac viuere, atque ipsius Dei vitæ coëxtendi natura hominis possit, deinceps docet. *Misericordiam & veritatem eius quis requiret?* quod manifestiùs interpretatus est Symmachus dicens, *Misericordia & veritas circumuallabit eum*; & Aquila, *Misericordia & veritas conseruabunt eum*. Hæc enim causa erunt ipsius immortalitatis, scilicet Dei misericordia & veritas; quæ dum omnis Dei amicus participat, quasi quodam sale salitus conseruabitur in vitam æternam: non enim profectò similis Deo naturâ comparatus similiter vt ipse viuet, sed à misericordia & veritate Dei confortatus.

8. MISERICORDIAM ET VERITATEM EIVS QVIS REQVIRET?] ATHANASII. Hic sermo est ex inuersione; vt sit talis: Si quis exquisierit misericor-

φητεία. Ἣν δὲ ἡ κληρονομία αἰώνιος ζωή, ἣν ὁ λόγος σημαίνει φάσκων, Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας τοῦ βασιλέως προσθήσεις. Μεγάλα τοίνυν ἀξιωσαμένῳ τῷ Δαβίδ, ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος, ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας προσθήσεις, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. Ταύτην γὰρ αὐτῷ τὴν κληρονομίαν ἐπηγγείλατο· ὃ δὴ καὶ ἐν τῷ κ' δηλοῦται ψαλμῷ· ἐν ᾧ εἴρηται, Κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεύς· τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, μακρότητα ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος τοίνυν παραπλησίως ηὔξατο ὁ Δαβίδ. κατὰ δὲ Σύμμαχον, Ἡμέρας ταῖς ἡμέραις τοῦ βασιλέως προσθήσεις· τὰ ἔτη αὐτοῦ ἐφ' ὅσον γενεὰ καὶ γενεά· οἰκήσει αἰωνίως ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ· ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν. Τούτων δὲ πάντων τεύξεται, ὁ δυνηθεὶς εἰπεῖν, Ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς σὲ ἐκέκραξα, ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου· τῆς γὰρ τοιαύτης προκοπῆς καρπὸν ἐπάξιον λήψεται τὴν αἰώνιον ζωήν. φάσκων δὲ ὁ λόγος, τὰ ἔτη αὐτοῦ ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς, σημαίνει, ὡς ἄρα ἔσται ὁ Δαβὶδ μνημονευόμενος οὐ καθ' ὃν μόνον ἔζη χρόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην γενεάν· ἢ κατὰ δύο γενεὰς αἰνιττομένου τοῦ λόγου τόν τε ἐκ περιτομῆς λαόν, καὶ τὸν ἐξ ἐθνῶν. καὶ ἐν μὲν ἀνθρώποις ταύτης τεύξεται τῆς μακαριότητος· παρὰ δὲ αὐτῷ τῷ Θεῷ οὔπω ἀπολεῖται, ἀθανάτου δὲ καὶ εἰς ἄπειρον διαρκούσης ζωῆς τυχών, διαμένει εἰς τὸν αἰῶνα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Πῶς δὲ διαρκεῖν, καὶ ζῆν, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ζωῇ συμπαρεκτείνεσθαι ἀνθρώπου φύσις οἵα τε ἂν εἴη, διδάσκει ἑξῆς. Ἔλεος καὶ ἀλήθειαν αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει; ὅπερ σαφέστερον ἡρμήνευσε Σύμμαχος εἰπών, ἔλεος καὶ ἀλήθεια περιφράξει αὐτόν· καὶ Ἀκύλας, ἔλεος καὶ ἀλήθεια διατηρήσουσιν αὐτόν. Ταῦτα γὰρ τῆς ἀθανασίας αὐτοῦ ἔσται αἴτια, τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια· ὧν μεταλαμβάνων πᾶς θεοφιλής, ὥσπερ ὑπὸ ἁλῶν ἀλιζόμενος φυλαχθήσεται εἰς αἰώνιον ζωήν. Οὐ γὰρ δὴ ὅμοιος τῷ Θεῷ τὴν οὐσίαν πεφυκὼς ὁμοίως αὐτῷ ζήσεται, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀληθείας διακρατούμενος.

η. ΕΛΕΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΑΥΤΟΥ ΤΙΣ ΕΚΖΗΤΗΣΕΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐξ ἀναστροφῆς ὁ λόγος· ἵνα ᾖ τοιοῦτος· εἴ τις ἐκζητήσει τὸ ἔλεος

ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ, οὗτος ἐν τοῖς ἀτελευτήτοις αἰῶσι διαμένει ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρέξεις οἰκείᾳ τῇ ἀγαθότητι. Μακάριος δ' ἂν εἴη, τὸ καὶ αὐτόν τινα τὴν οἰκείαν ἐπιδείκνυσθαι διάθεσιν πρὸς σέ τε βλέποντα, καὶ τῆς εἰς σὲ μὴ ἐξιστάμενον ἐλπίδος, καὶ παρὰ σοῦ ταῦτα ζητοῦντα. Ἔλεον γὰρ καὶ ἀλήθειαν συνήθως λέγει τὴν βεβαίαν καὶ ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, οὕτω καλῶν τὴν ἐπάνοδον. Καὶ καλῶς τοῦτο ἐπήγαγε, δεικνὺς ὡς ὅτι καὶ αὐτοὺς προσήκει τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐν ταῖς τοῦ Θεοῦ συνεισφέρειν δωρεαῖς διὰ τῆς περὶ αὐτὸν διαθέσεως καὶ ἐλπίδος, καὶ οὕτω παρ' αὐτοῦ τῶν καλῶν ἀναμένειν τὴν δόσιν.

θ'. ΟΥΤΩΣ ΨΑΛΩ ΤΩ ΟΝΟΜΑΤΙ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὕτως· πῶς; ἢ μὴ διαμείνας ἐνώπιόν σου ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· τότε γὰρ τῆς μακαρίας ἐκείνης στάσεως ἀξιωθεὶς, ἀδιαλείπτως ἀναπέμψω τοὺς ὕμνους.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὕτω γάρ μοι προσέσται τυχόντι τῶν παρά σου καλῶν διηνεκεῖς σοι τοὺς ὑπὲρ τούτων ὕμνους ἀποδιδόναι. Τὸ γὰρ, οὕτως ψαλῶ, τοῦτο λέγει· ὅτι τότε τεύξομαι καὶ ἕξω τοῦ ὑμνεῖν σε τὰς ἀφορμὰς, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς ἐπανόδου καὶ τῆς ἀνέσεως ἀφορμῆς αὐτῷ πάντως ἐσομένης εἰς τὸ τοῖς ὕμνοις σχολάζειν. Περιέσται μοι οὖν τοῦτο, φησὶν, εἰ ἔχοιμι περὶ σὲ, εἰς σέ τε ἐλπίζων, καὶ παρά σου ζητῶν τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν παρόντων κακῶν. ὅμοιον δέ ἐστι τῷ λθ' ψαλμῷ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως εἰρημένῳ τῷ, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινόν. ἀντὶ τοῦ· ἐπαναγαγών με, ἔδωκέ μοι τοῦ ὑμνεῖν αὐτὸν τὴν ἀφορμήν. Τὸ αὐτὸ λέγει κἀνταῦθα διὰ τοῦτο, οὕτως ψαλῶ. τουτέστιν· οὕτω μοι προσγενήσεται τὸ τούτων ἀπολαῦσαι, ἀφ' ὧν ἕξω τοῦ ὑμνεῖν αὐτὸν πλείστας ἀφορμάς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπεὶ ὧν ἠξίωσα παρὰ σοῦ τέτυχα, εὐχάριστος οὕτω γεγονὼς ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου, ὑμνῶν δι' ἔργων, νοημάτων τε καὶ λόγων ἀγαθῶν τὴν ἐπ' ἐμοὶ πληρωθεῖσαν προσηγορίαν σου. Καὶ πρὸς τούτῳ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἃ ηὐξάμην ἀποδώσω. ὥσπερ ὁ Ἰακὼβ φησὶν, ἐὰν δῷ μοι ὁ Θεὸς ἄρτον φαγεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς, πάντων ὧν ἐάν μοι δῷς δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι αὐτά· πρὸ γὰρ τούτων τῶν λόγων φέρεται, τὸ ηὔξατο ὁ Ἰακὼβ λέγων τὸ, ἐὰν ᾖ κύριος μετ' ἐμοῦ, ἕως τοῦ δεκάτην ἀποδεκατώσω σοι αὐτά. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, ἡμέραν

diam eius, & veritatem eius, hic in perpetuis sæculis permanet coram Deo. CATENA PATRVM.

THEODORI. Ceterùm hæc quidem præbebis ex propriâ bonitate. Beatissimum autem fuerit, si & ipse proprium aliquem affectum ostenderit ad te spectantem, & à spe tua minimè deficientem, & à te hæc quærentem. Misericordiam enim & veritatem more solito intelligit stabilem ac veram Dei benignitatem, ita vocans reditum. Atque hoc pulchrè subiunxit, ostendens quomodo oporteat eos etiam illa quæ suarum sunt partium cum Dei donis conferre per affectum & spem in ipsum, atque hoc modo ab ipso bonorum largitionem præstolari. *Oportet cooperari donis Dei.*

9. SIC PSALLAM NOMINI TVO.] ATHANASII. *Sic:* quomodo? nisi permanens in conspectu tuo in sæculo futuro: tunc enim beato illo statu dignus habitus, indesinenter hymnos tibi offeram.

THEODORI. Sic enim mihi bona sua adepto facultas erit perpetuos tibi pro his hymnos offerendi. Istud enim, *Sic psalmum dicam*, hoc dicit: Quoniam tunc nanciscar & habebo occasiones te laudandi, quando à reditu & quiete omnino ei integrum erit vacare hymnis decantandis. Obtinget vtique hoc mihi, inquit, si fuero apud te, & in te sperans, & à te quærens liberationem à præsentibus malis. Hoc autem simile est isti, quod in Psalmo trigesimo nono de eodem argumento dictum est, *Et immisit in os meum canticum nouum.* id est: Postquam reduxit me, dedit mihi opportunitatem ipsum laudandi. Hoc ipsum etiam hîc dicit per ista verba, *Sic psalmum dicam.* id est: Sic continget me consequi illa, è quibus habiturus sum plurimas occasiones ipsum collaudandi. *A malis liberati Deum collaudare debent.* Psal. 39, 4.

ORIGENIS. Cùm illa quæ rogaueram à te impetrauero, ita gratus existens *psalmum dicam nomini tuo*, & operibus, & cogitationibus ac verbis bonis inuocationem tuam in me expletam celebrans. Atque insuper de die in diem quæ voueram reddam. Sicut Iacob ait, *Si dederit mihi Deus panem ad comedendum, &c. omnium quæcumque mihi dederis decimam decimabo eam tibi*; nam ante hæc verba dicitur, *Et vouit Iacob dicens, Si fuerit Dominus mecum, vsque ad decimam decimabo eam tibi.* Benè autem dicitur & illud, de die *Quomodo sint vota reddenda & psalmi Deo offerendi.* Gen. 28, 20.

ANNOTATIONES CORDERII. in diem vota reddere, & psalmum dicere nomini Dei in sæculum sæculi; eò quòd ista psalmi quidem recitatio nomini eius qui laudatur coëxtendenda sit vsque in sæculum futurum; ista verò voti redditio impleatur, donec adhuc ex diebus tempus completur: hoc autem tempus vniuscuiusque vitæ commensuratur. Quamdiu igitur in vita sumus vota reddamus, vt etiam in sæculum sæculi psalmum Dei nomini dicere possimus.

ἐξ ἡμέρας τὰς εὐχὰς ἀποδοῦναι, ψάλλειν τε τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· τῷ τὸ μὲν ψάλλειν τῷ ὀνόματι τοῦ ὑμνουμένου παρεκτείνεσθαι ἕως τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· τὸ δὲ τὰς εὐχὰς ἀποδοῦναι πληροῦσθαι, ἕως ἔτι ὁ ἐξ ἡμερῶν συμπληρούμενος χρόνος ἐστίν· οὗτος δ' ἐστὶν ὁ παραμετρούμενος τῇ ἑκάστου ζωῇ. Ἕως οὖν ἐν βίῳ ἐσμὲν τὰς εὐχὰς ἀποδώσωμεν, ἵνα καὶ ψάλλειν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ δυνηθῶμεν.

ANNOTATIONES CORDERII.

Argumentum. HIC Psalmus ex sententia Sanctorum Hilarij, Hieronymi & Augustini est oratio hominis iusti, siue Ecclesiæ Christianæ, in peregrinatione inter tentationes varias laborantis, & ad patriam cælestem & quietem perpetuam suspirantis.

Oratio feruens sit, vt exaudiatur. 2. *Exaudi Deus deprecationem.*] S. Hieronymus, *laudationem*; alij *vociferationem* aut *clamorem*: quod vox Hebraica רִנָּה *rinnah* significat: ac proinde per *deprecationem* intelligere debemus orationem magno affectu prolatam, & cum ingenti clamore cordis. Oratio enim frigida, & solis labijs fusa, non penetrat nubes. In ipsa igitur prece vehementem affectum *clamoris* nomine designat; quia siue submissè conquestus sit apud Deum, siue altiùs vocem extulerit, interior tamen animi impetus & zeli ardor clamori meritò confertur. Repetitio quoque ostendit eum constanter perseuerasse in precibus: atque hæc assiduitas exemplo nobis esse debet, ne fatigemur orando, quamuis non statim palàm faciat Deus se votis nostris fuisse propitium.

Quid per fines terræ intelligat. 3. *A finibus terræ.*] S. Hieronymus, *De nouissimo terræ*: hoc valent Hebræa מִקְצֵה הָאָרֶץ *Miktseh haarets*. Græcus Paraphrastes & Heracleotæ Commentarius suprà intelligunt Babylonem; sed veriùs ad litteram intelligitur regio deserta, in qua Dauid exulabat. Per extremum ergo terræ non dubito quin locum exilij denotet, vt prohiberetur ab accessu sanctuarij & vrbis regiæ. Nam quod nonnulli allegoricè accipiunt, ac si diceret, ex profunda abysso se orare, parum solidum mihi videtur. Iam, quia posteà se Regem nominat, quòd nusquam dixisse legitur ante Saülis mortem, colligere promptum est, notari tempus illud, quo fugiens furorem filij Absalom in desertum Mahum & alios recessus se abdidit. Nam quia Deus montem Sion elegerat tam domicilio Arcæ fœderis quàm Regis solio, dicit Dauid se eiectum esse in extremos terræ angulos; quia à præcipua & maximè optabili parte eiectus erat. Mysticè autem innuit Ecclesiam ad omnes fines terræ peruenturam, & vbique terrarum futuros qui Deum inuocent. Sumunt præterea S. Hilarius & Hieronymus *fines terræ* pro corpore, in quo constitutus, & peregrinans, & superuestiri desiderans, à vitijs carnis desinere orat. Sunt etiam *fines terræ* calamitates, quibus quis quasi in profundum demergitur, & ad infernum deprimitur.

IBIDEM. *In petra exaltasti me.*] S. Hieronymus, *Cùm fortis eleuabitur aduersum me*, accipiens Hebræum צוּר *tsur* vt significat *fortem*, cùm Septuaginta acceperint pro *petra*: quod magis probo; nam vt ad Psal. 59. ver. 11. & Psal. 27. ver. 26. & alibi notauimus, *tsur* Hebræis propriè est arx, munitio, petra, rupes, saxum ingens, siue castellum in viuo saxo editoque positum, vno verbo ἀκρόπολις, ad quam ne alati quidem milites possint penetrare: quo nomine Regius Vates Deum sæpè appellat, vt Psal. 17. & 77. & 91. Hac nempe consideratione Rex ille deuotus se vehementer excitabat non modò ad piam in Deum fiduciam, à quo sæpè tristissimis in rebus & calamitate præsidium fuisset consecutus, verùm etiam ad eumdem sospitatorem suum singulari amore diligendum. Ceterùm Septuaginta pro יָרוּם מִמֶּנִּי *Iarum mimmenni*, id est, *Exaltabitur supra me*, legerunt יְרוֹמְמֵנִי *Ieromemenni*, id est, *Exaltabit me*, siue *Exaltauit me*; (nam futurum sæpè accipitur pro præterito.) Ad sensum autem parum refert, siue dicas, *In petra exaltasti me*, siue, *Deus in petra exaltauit me*. ita Bellarminus & Lorinus. Porrò petra illa sublimis Christus est, in quem quicumque per contemplationem exaltatur, & quanta ipse prior passus sit, & quem exitum passiones eius habuerint, diligenter recogitat, facilè vincit & contemnit omnia. Ita Hilarius & Augustinus, & Athanasius in Catena, & Origenes ibidem. *Christus petra sublimis.*

4. *Turris fortitudinis à facie inimici.*] Vbi pulchrè D. Augustinus; *Christus*, inquit, *nobis factus est turris a facie inimici: caue ne feriaris à diabolo: fuge ad turrim: numquam te ad illam turrim diabolica iacula secutura sunt: ibi stabis munitus & fixus: ante te est turris: recordare Christum & intra turrim: quidquid pateris cogita, quia prior passus est, vt moreretur, & resurgeret: talem & tu finem spera, qualis in illo præcessit: & intrasti turrim.* *Securitas interna fortitudinis in Christo Domino.*

5. *Inhabitabo in tabernaculo tuo.*] Quandoquidem (inquit Iansenius) Dauid in suo exilio vnicè desiderauit conuersari cum alijs in tabernaculo illo temporali Mosaico, vt ex multis locis patet, videri posset his verbis sibi promittere exilij liberationem & restitutionem in Regnum suum, & templi liberum accessum, nisi addidisset *in sæcula*: ob quam partem magis accipiendum, Prophetam his verbis allegoricâ locutione significare Deum sibi perpetuo futurum præsidio,

Psal. 61, 8.
Habitatio tabernaculi quid mystice.

dio, quomodo etiam alibi dicit: *In velamento alarum tuarum exultabo.* S. Hilarius exponit hanc habitationem tabernaculi de habitatione domus cælestis, propter illa verba *in sæcula:* sed S. Augustinus exponit de habitatione peregrinantium: cui fauent proprietates vocabulorum & etiam metaphoræ, quibus Propheta vtitur; *turris*, quæ defendit ab impetu hostium; *tabernaculi*, quod defendit à pluuijs & sole; & *velamenti alarum*, quod defendit à morsibus milui. Illud *in sæcula* significat *assiduè, semper*; vt sensus sit, Ab hoc tabernaculo non recedam, quamdiu periculum tentationis erit; id est, quamdiu vixero in carne mortali. Si autem ex persona Ecclesiæ hæc proferantur, significat eam vsque in finem sæculi protectione diuinâ tutam fore contra omnes hostium insultus; iuxta illud, *Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* ita Bellarminus.

Matt. 16, 18.

IBIDEM. *Protegar in velamento alarum tuarum.*] Quæ verba sic illustrat B. Laurentius Iustinianus: *Diuina defensio alis auium ideò comparatur, quia non onerant, & omnem læsionem auertunt.* Plura de hac alarum diuinarum protectione vide superiùs ad Psal. 15. ver. 8. & Psal. 35. ver. 8. & Psal. 56. ver. 2. annotata.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Dies super dies Regis adjcies.*] Non potest (vt benè notatur in Commentario Græco) ad Dauidis personam restringi hæc gratulatio: etsi enim protogata fuit eius vita vsque ad vltimum senium, & pacato Regni statu, tradita etiam filio successione, satur dierum mortuus sit; non tamen excessit vnius hominis ætatem: & maior etiam vitæ pars multis ærumnis, curis & doloribus miserè confecta fuit: quare non dubium est, quin istam annorum seriem atque etiam ætatum ad Christum vsque continuet: constat enim qualis fuerit illius Regni conditio; nempe vt Deus populum suum sub vno capite collectum tueretur, ac rursus ex dissipatione colligeret. Iam verò ad nos quoque pertinet ista successio, quia Christum non in se modò, sed in suis membris vsque ad finem mundi viuere oportet. Quamuis enim variæ tempestates & procellæ varijque hostium insultus quotidie multas ruinas Ecclesiæ minentur, denuntiat tamen Propheta sæculis omnibus fore superstitem.

Regnum Dauidis & Christi sæculis æquandum.

IN PSALMVM LXI. ARGVMENTVM.

α´. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Δηλοῖ ὡς τοῦ μὲν Δαβὶδ ὁ ψαλμός, ᾄδεται δὲ παρὰ τοῦ Ἰδιθοὺμ, χοράρχου τυγχάνοντος· ἔοικε δὲ τῷ νζ´ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν· οὐ γὰρ μόνον ἐκ προσώπου τῶν Μακκαβαίων εἴρηται, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν ἔχει ὡς τῶν Ἀντιόχου στρατηγῶν ὑποκρινομένων, καὶ θρεπτικὰ διαλεγομένων. Διδάσκει οὖν οἵοις προσήκει λογισμοῖς χρῆσθαι ἐν τῷ τῶν ἀγώνων καιρῷ.

1. In finem, pro Idithum, Psalmus Dauid.

Declarat quidem Psalmum esse Dauidis, sed cantatum fuisse ab Idithum, qui erat chori præfectus: secundùm argumentum verò similis est Psalmo quinquagesimo septimo: siquidem non solùm ex persona Macchabæorum dictus est, verùm etiam eumdem sensum continet; quomodo nimirum Antiochi Duces exercitus simulatè egerint, & mollia verba dederint. Docet igitur quibus verbis vtendum sit tempore aduersitatis.

Idithum quis.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β´. Οὐχὶ τῷ θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου;

Κατ' ἐρώτησιν ἀναγνωστέον τὸν στίχον· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἐγχωρεῖ ἡμᾶς ἄλλῳ τινὶ ὑποταγῆναι, πλὴν τῷ θεῷ, παρ' οὗ ἀεὶ τῆς σωτηρίας ἐπιτυγχάνομεν.

2. NONNE Deo subiecta erit anima mea?

Per interrogationem hic versiculus legendus est: vult enim dicere, quòd non liceat nos alteri cuipiam subijci, prætterquam Deo, à quo semper salutem obtinuimus.

Deo nos subijci oportet.

Παρ' αὐτῷ γὰρ τὸ σωτήριόν μου.

Οὐ δυνατόν, φησιν, ἄλλῳ με ὑποταγῆναί τινι ἢ τῷ θεῷ, παρ' οὗ ἀεὶ τῆς σωτηρίας ἔτυχον, καὶ ἐφ' ᾧ τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας ἀπεθέμην.

Ab ipso enim salutare meum.

Non possum, inquit, alteri me submittere nisi Deo, à quo semper salutem obtinui, & in quo spes bonas collocaui.

γ´. Καὶ γὰρ αὐτὸς θεός μου, καὶ σωτήρ μου,

Ἀεί, φησιν, ἐγένετο.

3. Nam & ipse Deus meus, & Saluator meus,

Semper, inquit, fuit.

Susce-

PARAPHRASIS ANONYMI.

Deo nos protegente tuti sumus.

Susceptor meus, non mouebor ampliùs.

Atque nunc, inquit, ipso me suscipiente numquam deflectam ampliùs. Quid igitur, inquit, vos mihi machinamini, & irruitis, tamquam captu facili, & citò cedenti siue violentiæ, siue dolo? vnde subiungit:

4. Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos?

Vos, inquit, homicidæ, quousque in me irruitis? & exemplum adfert.

Tamquam parieti inclinato & maceriæ depulsæ?

Sic inquit, mihi irruitis sicuti carioso parieti, & ad ruinam parato, cùm non sit qui fulciat.

5. Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere,

Dei cultus est pretium viri iusti.

Istud *verumtamen* redundat, vti solet, secundùm phrasin Hebraicam. Vult enim dicere: q. d. Irruunt in me, pretium meum repellere volentes, id est, Dei cultum, & sacrificia, & consueta legalia. Hæc enim Antiochus destruere satagebat.

** Vulgata* Cucurri

* Cucurrerunt in siti:

Atque insuper, inquit, pretium meum, id est legis obseruantiam, eliminare omni studio conantur: idque non sincerè, sed ad deceptionem & fraudem nostram. Cursum enim falsum vocat cursum illum qui in dolis fit. Quoniam autem ipsos arguit tamquam alia præ se ferentes, & alia verè molientes, subiungit:

Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

DIAPSALMA.

Cùm enim, inquit, optima nobis loquantur, corde nobis interitum omnem adornant.

6. Verumtamen Deo subiecta esto anima mea:

Nihilominùs, inquit, ego statui à Deo non deficere.

Quoniam ab ipso patientia mea.

7. Quia ipse Deus meus, & Saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.

Ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον.

Καὶ νῦν αὐτοῦ μου, φησὶν, ἀντιλαμβανομένου οὐκ ἂν παρατραπείην εἰς τὸ παντελές. Τί οὖν ὑμεῖς, φησι, μηχανᾶσθε, καὶ ἐπιτίθεσθέ μοι, ὡς ἁλώτῳ τινὶ, καὶ ταχέως εἴκοντι ἢ βίᾳ, ἢ δόλῳ; ὅθεν ἐπιφέρει·

δ'. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; φονεύετε πάντες ὑμεῖς;

Ὑμεῖς, φησι, φονευταὶ ἕως πότε μοι ἐπιτίθεσθε; καὶ ἐπιφέρει ὑπόδειγμα.

Ὡς τείχῳ κεκλιμένῳ, καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ;

Οὕτω μοι, φησὶν, ἐπιτίθεσθε ὡς σαθρῷ τοίχῳ, καὶ ἑτοίμῳ πεσεῖν, οὐκ ὄντος τοῦ ὑποστηρίζοντος.

έ. Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι,

Τὸ πλὴν περιττόν ἐστι συνήθως, κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν ἰδίωμα. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι· ἐπιτίθενταί μοι, τὴν τιμήν μου βουλόμενοι ἀπώσασθαι, τουτέστι τὰς λατρείας, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ συνήθη νόμιμα. Ταῦτα γὰρ περιελεῖν ἠθέλετο Ἀντίοχος.

Ἔδραμον ἐν δίψει·

Καὶ πρὸς τούτῳ, φησὶν, ἀπώσασθαί μου τὴν τιμὴν, τουτέστι τὴν φυλακὴν τοῦ νόμου, πᾶσαν σπουδὴν τίθενται, οὐκ ἀληθῆ, ἀλλὰ πρὸς ἀπάτην ἡμετέραν καὶ δόλον. Δρόμον γὰρ ψευδῆ καλεῖ τὸν δρόμον τὸν ἐπὶ δόλοις γενόμενον. Ὅτι δὲ τοῦτο αὐτοὺς μέμφεται ὡς ἄλλα ἐνδεικνυμένους, καὶ ἄλλα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐπιτηδεύοντας, ἐπάγει·

Τῷ στόματι αὐτῶν ηὐλόγουν, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν κατηρῶντο.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Χρηστὰ γάρ, φησιν, ἡμῖν διαλεγόμενοι, τῇ καρδίᾳ πᾶσαν ἡμῖν ἀπώλειαν προσκυνοῦσιν.

ς'. Πλὴν τῷ θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου·

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἐγὼ ἔκρινα τοῦ θεοῦ μὴ ἀποστῆναι.

Ὅτι παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου.

ζ. Ὅτι αὐτὸς θεός μου, καὶ σωτήρ μου· ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μεταναστεύσω.

Ἐπειδὴ

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ἐγὼ τοῦ θεοῦ οὐκ ἀφίσταμαι, ἐπάγει· ὅτι καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ἔχειν ἐλπίζω, τὰς δὲ συμφορὰς, φησιν, ὑπομεῖναι, καὶ σωτηρίας τυχεῖν δι' αὐτοῦ τοῦ ἀντιλαμβανομένου μου, καὶ μὴ συγχωρήσοντός μοι μετανάστῃ γενέσθαι καὶ φυγάδι ἀπ' αὐτοῦ.

ή. Ἐπὶ τῷ θεῷ τὸ σωτήριόν μου, καὶ ἡ δόξα μου· ὁ θεὸς τῆς βοηθείας μου, καὶ ἡ ἐλπίς μου ἐπὶ τῷ θεῷ.

Διὰ ταύτην οὖν, φησι, τὴν αἰτίαν οὐκ ἀφίσταμαι τοῦ ἐλπίζειν ἐπ' αὐτὸν, ὅθεν προσδοκῶ ἔχειν καὶ τὸ σώζεσθαι, καὶ τὸ βοηθεῖσθαι. οὐ μόνον δὲ, φησιν, αὐτὸς ἐγὼ τοῦτο ἐπιτηδεύω, ἀλλὰ καὶ ἐγκελεύομαι πᾶσιν ὁμοῦ τοῦτο ποιεῖν.

θ'. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαῶν, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν· ὅτι ὁ θεὸς βοηθὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τὸ ἐκχέατε, ἀντὶ τοῦ, πλατέως αὐτοῦ δεήθητε, καὶ μεθ' ὅσης δύνασθε ἰσχύος· οὐ γὰρ ἀποτεύξεσθε τοῦ βοηθοῦντος. Τούτου γὰρ ὑπάρχοντος, πάντα τὰ ἀνθρώπινα, κἂν ὦσιν ὑψηλὰ καὶ μεγάλα, κἂν ὦσι πολέμια καὶ δυνατὰ, ματαιότης εὑρίσκεται. ὅθεν ἐπιφέρει·

ί. Πλὴν μάταιοι υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων,

Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι μάταιά ἐστι τὰ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις μεγάλα νομιζόμενα, τὸ αὐτὸ πάλιν ἑρμηνεύων ἐπιφέρει·

Ψευδεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς· τοῦ ἀδικῆσαι

Ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν ἔχοντες βέβαιον εὑρίσκονται, οὐ πλοῦτον, οὐ δυναστείαν, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ὡς ἐπὶ ῥοπῆς ζυγοῦ ῥέπουσιν ἐπὶ τὰ χείρονα, καὶ ἐπὶ τὸ ἐκπεσεῖν ὧν ἔχουσιν.

Αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό.

Οὐ γὰρ μέρος, φησιν, ἐξ ὑμῶν τῇ ματαιότητι περιειλημμένον ἐστὶν, ἀλλὰ πάντες ὁμοῦ· τοῦτο γὰρ λέγει ἐπὶ τὸ αὐτό. Παραινεῖ οὖν αὐτοῖς λοιπὸν, μὴ σπεύδειν ἐπὶ πλοῦτον τὸν ῥέοντα, μήτε ἐπὶ δυναστείαν τὴν μαραινομένην, μηδὲ περὶ τὸ πλέον ἔχειν τὸ μὴ παραμένον. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιά. Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθῆτε·

Cùm dixerit, quoniam ego à Deo non discedam, subiungit: Quia etiam hoc ipsum ab illo me obtenturũ spero, vt & calamitates, inquit, æquo animo feram, & salutem consequar ab ipso adiutore meo, qui etiam me à se exulem & extorrem fieri minimè patietur. PARAPHRASIS ANONYMI.

8. In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est.

Propter hanc igitur, inquit, causam non desinam in ipsum sperare, à quo etiam opem & salutem expecto. Neque verò, inquit, solus ego hoc satago, sed hortor simul omnes vt hoc faciant.

9. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: * quoniam Deus adiutor noster in æternum. *Vulgata omittit quoniam

DIAPSALMA.

Istud *effundite*, id est, prolixè ipsum rogate, & quantis viribus potestis; non enim frustrabimini adiutore. Ipso enim superstite, omnia humana, quantumuis excelsa fuerint & magna; quantumuis inimica fuerint & potentia, reperiuntur esse vanitas. vnde subdit: *Humana omnia vanitas.*

10. Verumtamen vani filij hominum,

Et quoniam dixerat vana esse quæ ab hominibus magna putantur, id ipsum denuò explicans subiungit:

Mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant

Id est, nil stabile habere reperiuntur, non diuitias, non principatum, non aliud quid istiusmodi; sed quasi ad stateræ nutum vergunt ad deteriora, & ad perdendum quæ habent. *Diuitiæ sunt res fluxæ.*

Ipsi de vanitate in idipsum.

Non enim, inquit, pars aliqua nostrûm vanitate implexa est, sed simul omnes: hoc enim dicit *in idipsum*. Monet igitur ipsos deinceps, ne festinent ad diuitias fluxas, neque ad principatum, qui exarescit, neque ad plus habendum id quod non permanet. vnde subdit:

11. Nolite sperare in iniquitate, & * super rapinam nolite concupiscere: *Vulgata omisit super

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ne igitur existimetis magnas esse diuitias, & multa posse: siquidem hæc flaccescunt & marcescunt.

Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Tantò, inquit, magis abstinere debetis, ne ex iniquitate & rapina res vestras augeatis, vt etiamsi sponte vobis diuitiæ affluxerint, eas haud magni faciatis, neque in ipsis confidatis. Quemadmodum enim fluxus fluminum minimè permanet, ita neque diuitiæ consistunt.

12. Semel locutus est Deus, duo hæc audiui,

Quomodo Deo semel loquente Propheta duo audiuerit.

Videntur hæc minimè consentire, quomodo nimirum Deo semel loquente, Propheta, siue populus, duo audiuerit: verùm hoc minimè dissentit, quin imò valdè commodè fieri potest; nam *locutus est* dicit pro *decreuit*. Hoc igitur vult dicere: q. d. In vno Dei decreto duas res cognoui: quales illæ? Quòd nimirum Deus omnia moderetur cum misericordia & benignitate, & quòd peccantes non negligat, sed ipsis etiam pro delicti proportione pœnas infligat. vnde subiungit:

Quia potestas Dei est,

13. Et tibi Domine misericordia:

Hoc igitur vnum est: alterum verò,

Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

Hoc itaque, inquit, decretum duas res me docuit; quòd nimirum Deus fortis sit cum benignitate, & quòd iustus sit, & non dissimulet peccata.

Μὴ οὖν νομίζετε μεγάλα εἶναι τὸν πλοῦτον, καὶ τὸ δύνασθαι πολλά· ἀπανθεῖ γὰρ ταῦτα καὶ μαραίνεται.

Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν.

Τοσοῦτον δέ, φησι, μᾶλλον ἀπέχειν ὀφείλετε, τοῦ ἐξ ἀδικίας καὶ ἁρπάγματος αὔξειν ὑμῶν τὰ ὄντα, ὥστε κἂν αὐτόματος εἰς ὑμᾶς ῥεύσῃ πλοῦτος, μὴ μέγα νομίζειν αὐτόν, μηδὲ πεποιθέναι ἐπ' αὐτῷ. Ὡς γὰρ τὰ ῥεύματα τῶν ποταμῶν οὐ παραμένει, οὕτως οὐδὲ ὁ πλοῦτος ἵσταται.

ιβʹ. Ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός, δύο ταῦτα ἤκουσα,

Δοκεῖ τοῦτο ἀκατάλληλον εἶναι, πῶς ἅπαξ τοῦ Θεοῦ λαλήσαντος, δύο ἤκουσεν ὁ προφήτης ἤτοι ὁ λαός· οὐκ ἔστι δὲ ἀκατάλληλον, ἀλλὰ καὶ πάνυ τῶν ἐγχωρουμένων· τὸ γὰρ ἐλάλησεν ἀποφῆναι λέγει. τοῦτο οὖν βούλεται εἰπεῖν· ὅτι ἐν μιᾷ τοῦ Θεοῦ ἀποφάσει δύο ἔγνων πράγματα· ποῖα ταῦτα; ὅτι τε πάντων κρατεῖ Θεὸς μετ' ἐλέους καὶ φιλανθρωπίας, καὶ ὅτι τοὺς ἁμαρτάνοντας οὐ παραβλέπει, ἀλλὰ κἀκείνοις ἀναλόγως φυλάττει τὰς τιμωρίας. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ,

ιγʹ. Καὶ σοῦ κύριε τὸ ἔλεος·

Τοῦτο μὲν οὖν ἕν· τὸ δὲ δεύτερον,

Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Ταῦτα οὖν με, φησίν, ἡ ἀπόφασις ἐδίδαξε τὰ δύο πράγματα· ὅτι τε ἰσχυρός ἐστιν ὁ Θεὸς μετὰ φιλανθρωπίας, καὶ ὅτι δίκαιός ἐστι, καὶ οὐ παρορᾷ πλημμελήματα.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Excitatio ad Dei cultum.

2. NONNE DEO SVBIECTA ERIT?] Cùm diuinam legem transgredi coacti essent, & idolis sacrificare, atq; suillas carnes participare, propriam mentem ad pietatem accendunt, & pro religione zelum exacuunt. Nónne ô anima rebus omnibus Dei cultum præfers? Deinde vtilitatem, quæ hinc percipitur, edocent. *Ab ipso enim salutare meum*, &c. Iste cultus, inquit, ô anima, salutem præbet. Nam ipse est Deus, & bonorum omnium largitor;

βʹ. ΟΥΧΙ ΤΩ ΘΕΩ ΥΠΟΤΑΓΗΣΕΤΑΙ;] Τὸ θεῖον παραβαίνειν καταναγκαζόμενοι νόμον, καὶ θύειν μὲν εἰδώλοις, ὑείων δὲ μεταλαμβάνειν κρεῶν, τὸν οἰκεῖον εἰς εὐσέβειαν διεγείρουσι λογισμόν, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παραθήγουσι ζῆλον. Οὐ προτιμᾷς ἁπάντων ὦ ψυχὴ τοῦ Θεοῦ τὴν δουλείαν; εἶτα τὸ ἐντεῦθεν διδάσκουσι κέρδος· παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ σωτήριόν μου, καὶ ἑξῆς. Αὕτη, φησίν, ὦ ψυχή, δουλεία παρέχει τὴν σωτηρίαν. Αὐτὸς γάρ ἐστι Θεός, καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς·

καὶ

καὶ τοὺς κλονουμένους ἑδράσαι δυνάμενος. Οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. ἀνθρωπίνως ὁμολογεῖ τὸν σάλον. Ἀμήχανον γὰρ μὴ γίνεσθαι ψυχῇ σάλον ὑπὸ τῶν πειρασμῶν· ἐγὼ τοίνυν ὡς ἄνθρωπος σαλευθεὶς, ἐπὶ πλεῖον οὐ μὴ σαλευθῶ, τῷ τῇ χειρὶ τοῦ σωτῆρος ἀντιστηρίζεσθαι. Οὕτω τοὺς οἰκείους λογισμοὺς πτερώσαντες εἰς εὐσέβειαν, μεταφέρουσι πρὸς τοὺς ἐναντίους τὴν γλῶτταν. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ τὰ ἑξῆς. μεθ' ὑπερβατὸν δὲ ἡ τοῦ στίχου διάνοια. μέχρι τίνος, φησὶν, ὠμότητι καθ' ἡμῶν κέχρησθε, τὸ κοινὸν τῆς φύσεως οὐ σκοπούμενοι; ἀλλὰ καθάπερ τεῖχον τινὰ κεκλιμένον, καὶ φραγμὸν, ὑπ' ἀνέμου πεσεῖν κινδυνεύοντα, ὠθεῖν καὶ καταβαλεῖν ἐπείγεσθε, μιαιφόνον ἔχοντες γνώμην;

ε΄. ΠΛΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΗΝ ΜΟΥ.] Ἕνα φησὶ σκοπὸν ἔχουσι, τῆς τοῦ θεοῦ με γυμνῶσαι προνοίας, ἀφ' ἧς πᾶσαν ἔχω τιμήν τε καὶ εὔκλειαν. Τιμὴ γὰρ τῶν εὐσεβῶν τὸ δουλεύειν θεῷ. Διόπερ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος πανταχοῦ δοῦλον ἑαυτὸν ὀνομάζει Χριστοῦ. Ἀλλὰ καὶ ἡ τιμὴ τοῦ σοφοῦ ἡ ἀρετὴ, ἣν βούλονται ἀπώσασθαι οἱ πονηροί. Ἐπεὶ δὲ μὴ βίᾳ ἑλκύσαι εἰς κακίαν δύνανται, οὐκ εἶπεν ἀπώσαντο, ἀλλ' ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι· οὐ γὰρ οἷοί τε εἰσὶν ἑλεῖν τὸν ἰσχυρῶς ἀνθιστάμενον. Τὸ δὲ, ἔδραμον ἐν δίψει, ἀντὶ τοῦ, οὐ παρέργως δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἐποίουν, ἀλλὰ σὺν προθυμίᾳ διψῶντες τοῦ καταβαλεῖν με, καὶ τὴν τιμήν μου ἀπώσασθαι, ἤτοι στερῆσαί με τῆς τιμῆς. Ἢ τὸ σύντονον λέγει τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς, ὅτι τρέχουσι καθ' ἡμῶν, διψῶντες ἡμῶν τὴν ἀπώλειαν. Ποίαις δὲ κέχρηνται μηχαναῖς; τῷ στόματι αὐτῶν εὐλόγουν καὶ τῇ καρδίᾳ κατηρῶντο. Κωτίλοις μὲν κέχρηνται λόγοις, φενακίσαι πειρώμενοι, ὄλεθρον δὲ τῇ χρηστολογίᾳ ἐγκρύπτοντες. Τοιοῦτοί εἰσι καὶ οἱ τὰς πονηρὰς πράξεις ἀποδεχόμενοι, καὶ χαρίεντα μὲν λέγοντες τὸν εὐτράπελον, τὸν δὲ αἰσχρολόγον πολιτικόν· ἐν γὰρ τῇ τῶν ῥημάτων εὐφημίᾳ πᾶσαν κακίαν ἐπάγουσιν ἑαυτῶν τῇ ζωῇ.

ϛ΄. ΠΛΗΝ ΤΩ ΘΕΩ ΥΠΟΤΑΓΗΘΙ Η ΨΥΧΗ.] Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τοιοῦτοι, σὺ δὲ, ὦ ψυχή, ὑποτάγηθι τῷ κυρίῳ, καὶ μὴ ἀποστῇς τῆς δουλείας αὐτοῦ, ἀλλὰ τῇ παρὰ θεοῦ χορηγουμένῃ ῥωσθεῖσα ῥοπῇ, φέρε τὰς τῶν δεινῶν προσβολάς. Ὅτι αὐτὸς θεός μου, καὶ σωτήρ μου, ἀντιλήπτωρ μου, οὐ

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

& ipse potest eos qui cõmouentur confirmare. *Non mouebor amplius.* Humanitus confitetur suam turbationem. Fieri enim nequit, vt anima tentationibus non moueatur: ego igitur cùm vt homo commotus fuero, iam amplius non mouebor, eo quòd manu Saluatoris confirmatus sim. Postquam sic suas cogitationes ad pietatem accenderant, contra aduersarios sermonem conuertunt. *Quousque irruitis in hominem*, &c. Sensus autem huius versiculi perplexus est. Vsquequò, inquiunt, crudelitate contra nos vtimini, naturæ communitatem non considerantes? sed tamquam murum inclinatum, & maceriem, quæ à vento ruinæ periculum incurrit, impellere & deijcere festinatis, homicidam mentem habentes?

5. VERVMTAMEN PRETIVM MEVM.] Vnum, inquit, hunc scopum habent, vt Dei prouidentiâ me priuent, à quâ omnem honorem & nobilitatem habeo. Honor enim seu pretium piorum est seruire Deo. Idcircò etiam diuinus Paulus vbique se seruum Christi nominat. Sed & omnis viri sapientis honor est virtus, quam peruersi repellere conantur. Cùm verò non possint vi ad malitiam pertrahere, non dixit *repellunt*, sed *cogitauerunt repellere*: non enim valent pertrahere illum qui fortiter resistit. Illud autem, *Cucurrerunt in siti*, id est, Non obiter insidias struxerunt, sed cum omni studio hoc satagunt, sitientes me deijcere, & pretium meum repellere, siue honore me priuare. Vel contentionem dicit insidiarum dæmoniacarum, quòd nimirum currant contra nos, interitum nostrum sitientes. Qualibus autem artibus vsi sunt? *Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.* Friuolis quidem verbis vsi sunt, illudere conantes, sed sub blando sermone perniciem occultabant. Istiusmodi etiam sunt qui praua facinora admittunt, & dicacem quidem vocant facetum, turpiloquum verò ciuilem; & sub verborum commendatione omnem nequitiam vitæ suæ adspergunt.

Viri pij in seruitio Dei gloriam suam collocant.

Studia iniquorum qualia.

6. VERVMTAMEN DEO SVBIECTA ESTO ANIMA MEA.] Ceterùm ipsi quidem tales sunt, tu verò, ô anima mea, subiecta esto Domino, neque derelinquas cultum eius, sed fauore Dei confirmata, molestiarum impetus perfer. *Quoniam ipse Deus meus, & Saluator meus, adiutor meus, non*

Propter nullum incommodum deserendus est Dei cultus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

emigrabo. Nam ipsum & verum Deum & salutis fontem esse sciens, non patiar vt seruitutem permutem, vtque ad alterius dominium confugiam. Hoc enim *non emigrabo* pro *non transferar* posuit. Non ero, inquit, profugus, neque seruus impietatis. *In Deo salutare meum, & gloria mea*, &c. Iisdem verbis frequenter vtitur, Deum & Saluatorem, & gloriam & adiutorem appellans Deum rerum omnium conditorem, vt impietatis impetus retundat. Propter quod etiam alios omnes conterraneos ad eamdem excitant pietatem, non ferentes vt soli ipsi victores vocentur.

Idithum chori magister.

ALIVS autem sic ait, quòd Idithum, cùm vnus esset ex chori magistris templi diuini, & in peccatum incidisset, à Dauide hunc Psalmum acceperit, qui ipsi virtutis reditum pararet. Porrò vaticinatur etiam in ipso redemptionem, quæ per Saluatoris dispensationem toti generi humano futura sit, & spiritalium inimicorum euersionem, necnon monitionem hominibus introducit, quæ malitiæ contineat extirpationem, proponendo ea quæ Dei ipsius iudicium concernunt, dum ait, *Verumtamen Deo subiecta esto anima mea*, &c. quibus subiungit:

In Deo firmiter sperandum.

9. SPERATE IN EO OMNIS CONGREGATIO.] Rebus, inquit, humanis omnibus neglectis, ô mei conterranei in eo firmam spem constituite, & omnem mentem in ipso collocate, absque vlla dubitatione auxilium ab ipso expectantes. Istud enim, *Effundite coram illo corda vestra*, hoc significat, videlicet, omnes illi cogitationes consecrate, nec vllam mentis ambiguitatem admittite.

Quid sit effundere cor.

ALIVS autem ait ipsum eos qui ex Gentibus sunt adhortari, ne sint athei, & spei expertes, absque versutia Deo corda manifestantes, & ex tota anima ipsum diligentes. Effusio enim frequenter dicitur de vbertate; vti in illo, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant.* Hoc manifestiùs Theodotion interpretatus est, *Verumtamen vapor filij hominum, mendaces filij viri, vt momentum statera.* Nihil, inquit, stabile est in rebus humanis, verùm vapori simile est sursum sublato, & actutum dissipato, & momento stateræ; quod

Rom. 5, 5.

Nihil stabile in rebus humanis.

μὴ μεταναστεύσω. Αὐτὸν γὰρ εἰδὼς καὶ ἀληθινὸν θεὸν καὶ σωτηρίας πηγὴν, οὐκ ἀνέξομαι τὴν δουλείαν ἀμεῖψαι, καὶ πρὸς ἑτέραν δεσποτείαν ἀναδραμεῖν. Τὸ γὰρ μεταναστεύσω ἀντὶ τοῦ μεταθήσομαι τέθεικεν. οὐκ ἔτι γενήσομαι, φησὶ, μετανάστης, καὶ δοῦλος τῆς ἀσεβείας. ἐπὶ τῷ θεῷ τὸ σωτήριόν μου, καὶ ἡ δόξα μου, καὶ ἑξῆς. Τοῖς αὐτοῖς πολλάκις κέχρηται λόγοις, θεὸν καὶ σωτῆρα, καὶ δόξαν καὶ βοηθὸν τὸν τῶν ὅλων καλέσας θεὸν, ἵνα τῆς δυσσεβείας τὰς προσβολὰς ἀποκρούσηται. οὗ δὴ χάριν καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὁμοφύλους εἰς τὴν αὐτὴν εὐσέβειαν διεγείρουσιν, οὐκ ἀνεχόμενοι μόνοι νικηφόροι καλεῖσθαι.

ΕΤΕΡΟΣ δὲ οὕτω φησὶν, ὡς Ἰδιθοὺμ, εἷς ὢν τῶν χοροστατῶν ἐν τῷ θείῳ ναῷ, καὶ εἰς ἁμαρτίαν καταπεσὼν, δέχεται παρὰ τοῦ Δαβὶδ τὸν ψαλμὸν, ἀνάκλησιν αὐτῷ παρασκευάζοντα τῆς ἀρετῆς. Προφητεύει δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τὴν διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος οἰκονομίας, παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐσομένην λύτρωσιν, καὶ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν τὴν ἀνατροπὴν, καὶ παραίνεσιν, ἀνατροπὴν κακίας περιέχουσαν τοῖς ἀνθρώποις εἰσάγει, τὰ περὶ τῆς κρίσεως αὐτοῦ ὑποτιθέμενος τοῦ θεοῦ, καί φησιν, πλὴν τῷ θεῷ ὑποτάγηθι ἡ ψυχή μου, καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς ἐπιφέρει·

θ. ΕΛΠΙΣΑΤΕ ΕΠ ΑΥΤΟΝ ΠΑΣΑ ΣΥΝΑΓΩΓΗ.] Πάντων, φησὶν, ὁμόφυλοι τῶν ἀνθρωπίνων καταφρονήσαντες, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα βεβαίαν ἐργάσασθε, καὶ πᾶσαν αὐτῷ ἀνάθεσθε τὴν διάνοιαν, ἀναμφιβόλως τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν ἀναμένοντες. Τὸ γὰρ, ἐκχέετε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν, τοῦτο δηλοῖ, ἀντὶ τοῦ, πάντας αὐτῷ τοὺς διαλογισμοὺς ἀφιερώσατε, καὶ μηδεμίαν διχόνοιαν εἰσδέξησθε.

ΕΤΕΡΟΣ δέ φησιν ὡς τοὺς ἐξ ἐθνῶν προτρέπεται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν ἄθεοι, καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, χωρὶς πανουργίας φανεροῦντες τῷ θεῷ τὰς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπῶντες αὐτόν. Ἐπὶ δαψιλείας γὰρ πολλάκις ἡ ἔκχυσις· ὡς ἐν τῷ, Ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ζυγοῖς, τοῦ ἀδικῆσαι. Τοῦτο σαφέστερον Θεοδοτίων ἡρμήνευσε, Πλὴν ἀτμὸς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρὸς, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ. οὐδὲν, φησι, μόνιμον τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ἀτμῷ ἔοικεν ἀνασπωμένῳ, καὶ παραυτίκα σκεδαννυμένῳ, καὶ ῥοπῇ ζυγοῦ· ποτὲ

μὲν

μὲν καθημένῃ, ποτὲ δὲ ἀνακουφίσῃ, καὶ μηδὲν βέβαιον ἐχούσῃ. κατὰ δὲ τοὺς ἑβδομήκοντα οὕτω νοητέον· μάταια μὲν τὰ ἀνθρώπινα πάντα, ἀλλ᾽ ὅμως οἱ πλεῖστοι θαρροῦσιν ὡς διαρκέσι τοῖς ῥέουσι, καὶ ἰσότητος ἀμελοῦσιν· ἀνίσως δὲ κατέχουσι τὰ τῆς διανοίας ζυγά, καὶ τοῦ μὲν δικαίου καταφρονοῦσιν, ἀδικίᾳ δὲ χαίρουσιν. ἢ εἰδὼς ὡς πάντες δέξονται τὴν τοῦ εὐαγγελίου κλῆσιν, ταλανίζει τοὺς μὴ πιστεύοντας· καὶ μάλιστα τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς, οἳ καὶ ψευδεῖς ἦσαν, ἅτε δὴ τὴν ἀλήθειαν ποθούμενοι, αὐτοὶ ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀποφέρονται κέρδος, μάταια γὰρ ἅπαντα, καὶ μεταβολὴν ὀξεῖαν δεχόμενα. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν, Αὐτοὶ ματαιοῦνται ὁμοῦ. Ἐντεῦθεν παραίνεσιν τοῖς ἐναντίοις ἐπὶ πλούτῳ γαυριῶσι προσφέρουσι· Μὴ ἐλπίζετε ἐπ᾽ ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ ἐπιποθεῖτε. μὴ ἀξιέραστον, φησι, ἡγεῖσθε τὴν ἀνθρωπίνην εὐημερίαν ἐξ ἀδικίας συνεσωρευμένην. Ἢ τοῦτο πρὸς Ἰουδαίους φησί, ἐπειδὴ πλεονεξίας ἕνεκεν ἐπεβούλευσαν τῷ σωτῆρι, ἐλπίζοντες τὰς ἐν τῷ ναῷ παρὰ τῶν λαῶν καρποφορίας λαμβάνειν. Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Ποταμοῦ δὲ δίκην ὁρῶντες τὸν πλοῦτον εἰς τὰς ὑμετέρας φερόμενον οἰκίας, μὴ καταδουλώσητε τούτῳ τὸν ὑμέτερον λογισμόν. Τί δήποτε ταῦτα συμβουλεύεις, καὶ παραινεῖς;

ιβ. ἍΠΑΞ ἘΛΑΛΗΣΕΝ Ὁ ΘΕΟΣ.] Τὸ ἅπαξ τὸ βέβαιον παρίστησιν, ὡς τό, Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου. Βούλεται οὖν λέγειν διὰ τούτων· ὅτι βεβαίως περὶ τῶν εἰρησομένων ἤκουσα ἀποφαινομένου τοῦ θεοῦ. Τίνα ταῦτα; ὅτι κρίσις ἔσται, καὶ ἀνταπόδοσις τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Τὸ δὲ ἅπαξ οὐκ ἐπ᾽ ἀριθμοῦ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ πάντως ἐσομένου, καὶ ὃ μὴ γενέσθαι ἀδύνατον. δύο δὲ λέγει, τὴν τῶν παρανομούντων τιμωρίαν, καὶ τὴν τοῖς εὐσεβέσι χορηγουμένην φιλανθρωπίαν. τὸ γὰρ κράτος τὴν ὀργὴν σημαίνει καὶ τὴν ἀποτομίαν· ταῦτα μέντοι νομοθετῶν ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο. Ἐγὼ γάρ εἰμι, φησι, κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτής, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ ποιοῦσι τὰ προστάγματά μου.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

modò quidem deorſum vergit, modò verò ſurſum fertur, & nihil firmum ac permanens habet. Secundùm Septuaginta autem ita intelligendum eſt: q. d. Vanæ quidem ſunt omnes res humanæ, verumtamen plurimi confidunt fluxis rebus tamquam perennibus, & æquitatem negligunt; inæqualiter verò mentis trutinam tenent, & Iuſtitiam quidem contemnunt; iniuſtitiâ verò gaudent. Vel cùm ſciret, omnes Euangelij vocationem accepturos, miſeros prædicat eos qui non credunt; & præſertim Iudæorum præceptores, qui mendaces erant, vtpote cùm veritatem deſiderarent, *ipſi de vanitate in idipſum:* verumtamen nullum inde fructum referunt, quandoquidem omnia vana ſunt, & velocem viciſſitudinem ſuſcipiunt. Sic enim Symmachus expoſuit, *Ipſi euaneſcunt ſimul.* Hinc aduerſarijs in diuitijs glorantibus afferunt admonitionem: *Nolite ſperare in iniquitate, & rapinam nolite concupiſcere.* Ne, inquit, humanam felicitatem ex iniquitate congeſtam amore dignam exiſtimetis. Vel hoc ad Iudæos ait, quia propter auaritiam Saluatori inſidiabantur, ſperantes in templo fructuum oblationes à populo recipere. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Inſtar autem fluuij cùm videritis diuitias ad ædes veſtras confluere, nolite illis mentem veſtram ſubiugare. At cur hæc conſulis, & commonefacis?

Non fidendum diuitijs.

12. SEMEL LOCVTVS EST DEVS.] Hoc *ſemel* certitudinem deſignat, vti illud, *Semel iuraui in ſancto meo.* Vult igitur per hæc dicere: q. d. Certò de his quæ dicenda ſunt audiui Deum affirmantem. Quænam hæc? Nempe iudicium fore, & retributionem tam bonorum quàm malorum. Iſtud autem *ſemel* non de numero poſuit, ſed de certitudine futuritionis rei, quam etiam impoſſibile eſt non fieri. *Duo* autem dicit, delinquentium pœnam, & clementiam pijs concedendam. *Poteſtas* enim iram deſignat ac rigorem: hæc ſiquidem dum legem ferret Deus promiſit. *Ego enim ſum,* inquit, *Dominus Deus tuus, Deus zelotes, reddens peccata, & faciens miſericordiam in millia ijs qui diligunt me, & faciunt præcepta mea.*

Pſal. 88, 36.

Exod. 20, 5.

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

Duo Psalmi Idithum inscripti. THEODORI. Duos Psalmos nouimus inscriptionem pro Idithum habentes, scilicet trigesimum octauum, & hunc qui est in manibus. Et quidem compositionem ipsam putamus esse Dauidis, traditam verò Idithum ad ipsius vtilitatem, pro corrigendis nimirum animi eius affectibus, & ad suauem concentum coram populo; per quem & ipse Deus glorificabatur, & eorum qui hanc harmoniam audiebant mores emendabantur. Erat enim Idithum sacrorum *1. Paral. 25.* Psalmorum cantor, vt historia Paralipomenon nobis testatur.

Patientiæ fructus qui. ANONYMI. De patientia igitur vterque Psalmus plurimùm tractat: per quam sedatur quidem animi indignatio; omni verò superbiâ exterminatâ, humilitas acquiritur. Impossibile est enim eum, qui se non omnium infimum atque postremum fecit, aliquando posse aut dum conuitijs impetitur, iræ dominari, aut dum tribulatur, per longanimitatem tentationes superare. Quapropter illic qui- *Psal. 38, 2.* dem dicit, *Dixi: Custodiam vias meas*; & peccatoris instantiam recenset, & propriam longanimitatem. Deinde progressus dicit, *Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.* Verùm in præsenti Psalmo hæsitanter orditur, velut ad animam suam loquens, tamquam ex prædictorum consequentia. Ne enim anima sapientiæ carnis subdita ad iras & tristitias irritaretur: Cur, inquit, malorum affectuum seruam facio animam, quæ principatum corporis & affectionum ipsius à conditore ipsius Deo sibi concreditum habet? *Anima debet virtutis affectibus dominari, & Deo subijci.* oportet itaque imperare affectibus, & seruire Deo: impossibile est enim ipsam & à peccato & à Deo regi; sed oportet malitiæ quidem dominari ipsam, Domino verò vniuersorum subiectam esse. Quare Propheta inuehens in eum qui tentationes inducit, & multam malorum turbam ipsi excitat, studiumque suum huc confert, vt spiritus prudentiam in seruitutem redigat, ipsumque carni subijciat; velut redarguens vanam ipsius contra ipsum versutiam, hæc dicit:

2. NONNE DEO SVBIECTA ERIT?] ATHANASII. Etsi, inquit, conquassata

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δύο ψαλμοὺς ἐγνώκαμεν ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ἔχοντας τὴν ἐπιγραφήν, τόν τε λθ', καὶ τὸν ἐν χερσί. Καὶ λογιζόμεθα μὲν Δαβὶδ εἶναι τὴν σύνταξιν τῆς πραγματείας, τῷ μέντοι Ἰδιθοὺμ δεδόσθαι εἰς ὠφέλειαν αὐτοῦ, ἐπὶ διορθώσει τῶν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ παθημάτων, καὶ εἰς μελῳδίαν τὴν ἐπὶ τοῦ λαοῦ δι' ἧς καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάζετο, καὶ οἱ ἀκούοντες τῆς ἁρμονίας ἐπηνωρθοῦντο τὰ ἤθη. Ἦν γὰρ καὶ ὁ Ἰδιθοὺμ ἱεροψάλτης, ὡς μαρτυρεῖ ἡ ἱστορία τῶν παραλειπομένων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Περὶ ὑπομονῆς τοίνυν ἑκάτερος ψαλμὸς τὴν πλείστην ποιεῖται πραγματείαν· δι' ἧς καταστέλλεται μὲν τῆς ψυχῆς τὸ θυμούμενον· ὑπερηφανίας δὲ πάσης ἐξορισθείσης, ταπείνωσις κατορθοῦται. Ἀμήχανον γὰρ τὸν μὴ καταδεξάμενον τὸ πρὸς πάντας ὑποδεὴς καὶ ἔσχατον, δυνηθῆναί ποτε, ἢ λοιδορούμενον, θυμοῦ κρατῆσαι, ἢ θλιβόμενον, διὰ μακροθυμίας περιγενέσθαι τῶν πειρασμῶν. Διὰ τοῦτο ἐκεῖ μέν φησιν, εἶπα· φυλάξω τὰς ὁδούς μου καὶ διηγεῖται τοῦ ἁμαρτωλοῦ τὴν ἐπισύστασιν, καὶ τὴν οἰκείαν μακροθυμίαν. εἶτα προϊὼν λέγει, πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. Ἐν δὲ τῷ προκειμένῳ ψαλμῷ ἄρχεται διαπορητικῶς, οἱονεὶ τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ διαλεγόμενος, ὡς ἐξ ἀκολουθίας τῶν προειρημένων. Ἵνα γὰρ μὴ τῷ φρονήματι τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ ὑποταγεῖσα πρὸς ὀργὰς καὶ λύπας διερεθίζηται· Ἵνα τί, φησι, δούλην ποιῶμαι τῶν πονηρῶν παθῶν τὴν ψυχήν, παρὰ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν Θεοῦ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ σώματος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ παθημάτων πεπιστευμένην; δεῖ τοίνυν ἄρχειν μὲν τῶν παθῶν, δουλεύειν δὲ τῷ Θεῷ· ἀμήχανον γὰρ αὐτὴν καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλεύεσθαι καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ δεῖ κακίας μὲν ἐπικρατεῖν, τῷ δεσπότῃ δὲ τῶν ὅλων ὑποτετάχθαι. διὰ τοῦτο ἀποτεινόμενος ὁ προφήτης τῷ ἐπάγοντι τοὺς πειρασμούς, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον αὐτῷ τῶν κακῶν ἐπεγείροντι, καὶ σπουδὴν ἔχοντι, δουλαγωγῆσαι τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, καὶ ὑπορρίψαι αὐτὸ τῇ σαρκί· οἷον ἐλέγχων αὐτοῦ ματαίαν οὖσαν τὴν κατ' αὐτοῦ ἐπίνοιαν ταῦτά φησι·

β. ΟΥΧΙ ΤΩ ΘΕΩ ΥΠΟΤΑΓΗΣΕΤΑΙ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ καὶ σεσάλευσαι, φησιν, ὦ ψυχή,

ψυχή, καὶ τῆς κατ' ἀρετὴν ἐξέπεσας στάσεως· ἀλλ' ὑποτάγηθι τῷ κυρίῳ· ὅτι αὐτός σου καὶ ἀντιλήψεται, καὶ σώσει, τοῦ μὴ ἔτι πλεῖον σαλεύεσθαι.

Βασιλείου. Τὴν αἰτίαν εἶπε τῆς περὶ τὴν ὑποταγὴν σπουδῆς, ὅτι τὸ σωτήριον παρὰ θεοῦ. Ἴδιον γὰρ δημιουργοῦ, τὸ τῆς ἑαυτοῦ ποιημάτων τῆς ἀσφαλείας φροντίζειν. ἢ παρ' αὐτοῦ τὸ σωτήριον, ἐπειδὴ προφητικῶς προορώμενος τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι χάριν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, ταῦτά φησιν· ὅτι δουλεύειν δεῖ τῷ θεῷ, καὶ ἀγαπᾶν αὐτὸν, ὃς τηλικαύτην ἐργασίαν εἰς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων προκατεβάλετο, ὡς μήτε τοῦ ἰδίου υἱοῦ φείσασθαι, ἀλλ' ὑπὲρ πάντων ἡμῶν παραδοῦναι. Σωτήριον γὰρ ἔθος, ὀνομάζειν τῇ γραφῇ τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ· ὥς που καὶ Συμεὼν φησι, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, καὶ ἑξῆς. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. Ὑποταγήσομαι οὖν τῷ θεῷ, διότι παρ' αὐτοῦ τὸ σωτήριον. Τί δέ ἐστι τὸ σωτήριον ἑρμηνεύει, καὶ γὰρ αὐτὸς θεός μου, καὶ σωτήριόν μου, καὶ τὰ ἑξῆς.

Θεοδώρου. Θεσπίζει ὁ ψαλμὸς τὰς μακεδονικὰς ἐπαναστάσεις, καὶ τὰς Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς κατὰ τῶν Μακκαβαίων ἐπιβουλάς· καὶ διδάσκει τῆς εὐσεβείας τοὺς ἀθλητάς, ὁποίοις προσήκει χρήσασθαι λογισμοῖς· ἐν γὰρ τῷ τῶν ἀγώνων καιρῷ τὸν θεῖον παραβαίνειν καταναγκαζόμενοι νόμον, καὶ θύειν μὲν εἰδώλοις, ὑείων δὲ μεταλαμβάνειν κρεῶν, τὸν οἰκεῖον εἰς εὐσέβειαν διεγείρουσι λογισμὸν, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παραθήγουσι ζῆλον. Οὐ προτιμᾷς, φησιν, ὦ ψυχή, τοῦ θεοῦ τὴν δουλείαν; εἶτα, τὸ ἐντεῦθεν διδάσκουσι κέρδος. αὕτη σοι, ὦ ψυχή, ἡ δουλεία παρέχει τὴν σωτηρίαν. Αὐτὸς γάρ ἐστι θεός, καὶ τῶν ἀγαθῶν χορηγός. ὅθεν ἐπιφέρει·

γ'. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου.] Ἀθανασίου. Καὶ γὰρ αὐτὸς παρέξει τὴν σωτηρίαν ἀδικουμένῳ παρ' ὑμῶν, καὶ ἀπαλλάξει πάντως ὑμῶν τῆς μοχθηρίας.

Βασιλείου. Θεὸς ἡμῶν ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ θεοῦ υἱός· αὐτὸς καὶ σωτὴρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὁ τὸ ἀσθενὲς ἡμῶν ὑπερείδων, ὁ τὸν ἐκ πειρασμῶν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγγινόμενον σάλον ἐπανορθούμενος.

Ὠριγένους. Τὸ ὑποταγήσεται ἐπεὶ ὁ σωτὴρ λέγει, ἀναφέρεται, εἰς τὸ, τότε υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι

sis ô anima mea, & à virtutis statu decideris; verumtamen subiecta esto Domino: quoniam ipse te suscipiet, & saluabit, ne ampliùs commouearis. CATENA PATRVM.

BASILII. Causam dixit studij sui circa subiectionem, quoniam à Deo salutare est. Proprium enim conditoris est, vt securitatis creaturarum suarum curam gerat. Vel ab ipso salutare est, quoniam prophetice præuidens futuram esse gratiam Dominicæ incarnationis, hæc dicit; quòd Deo seruire, & ipsum diligere oporteat, qui tantum beneficium in genus humanum prior contulerit, vt proprio suo Filio non pepercerit, sed pro nobis omnibus illum tradiderit. Habet enim hunc morem Scriptura, vt Christum Dei salutare appellet; sicut & alibi Simeon ait, *Nunc dimittis seruum tuum,&c. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Subijciar igitur Deo, quoniam ex ipso salutare. Quid autem sit salutare declarat, *Nam & ipse Deus meus, & salutare meum,* &c.

Creatura Creatori subdita sit.

Rom. 8, 32.

Christus est salutare Dei.

Luc. 2, 30.

THEODORI. Vaticinatur hic Psalmus Macedonicos tumultus, & Antiochi Illustris contra Macchabæos insidias,& edocet athletas pietatis, qualibus vtendum sit cogitationibus: nam cùm tempore certaminum diuinam legem transgredi cogerentur, & idolis quidem sacrificare, suillis verò vesci carnibus, propriam cogitationem erigunt ad pietatem, & ad religionis zelum exacuunt. Numquid, inquiunt, ô anima, Dei seruitium præfers? Deinde, quæ hinc vtilitas existat, edocent. Hæc seruitus tibi, ô anima, salutem præbet. Ipse enim Deus est, & largitor bonorum. vnde subdit:

Seruitium Dei rebus omnibus anteferendum.

3. NAM ET IPSE DEVS MEVS.] ATHANASII. Etenim ipse à vobis iniuriam passo salutem præbebit, & à vestris contumelijs omnino liberabit.

BASILII. Deus noster est, ex Deo Filius; idem etiam Saluator generis humani, qui debilitatem nostram fulcit, qui ex tentationibus inolitam animis nostris fluctuationem corrigit.

Christus est nostrum firmamentum.

ORIGENIS. Quandoquidem Saluator dicit illud, *Subiecta erit,* refertur ad istud, *Tunc & ipse Filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia.* Quòd verò Patrem intelligat, αὐτῷ τὰ πάντα, ὅτι δὲ τὸν πατέρα λέγει, patet

1. Cor. 15, 28.

CATENA PATRVM.

patet ex eo, *Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurrerunt in siti.* Porrò simul quoque discimus id quod subijciendum sit, esse animam: quoniam salutare animæ est ipsa salus à Deo, quia ipse Saluator est eius qui hæc dicit: neque est salutare à quopiam recipere subiectum nisi à Deo. Quapropter Deo subijciamur, qui suscipit eos qui ipsi soli subijciuntur, & seruat ipsos, ita vt ob hanc ipsorum ad Deum subiectionem à nullo ampliùs fuerint commoti. *Susceptor meus, non mouebor ampliùs.* Siue quia motus fuerat, ex quo semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, hæc dicit, tamquam qui paululùm commotus fuerit per exiguum tempus quo erat in corpore: siue quia, dum tristis factus est in anima, *cœpit* dumtaxat *contristari*, & conturbari paululùm, dicit hoc, *Non mouebor ampliùs.* Peccatum enim non fecit, sicut illi qui ampliùs mouentur.

In solo Deo salus animæ stabilis.

Philip. 2, 7.

Matt. 26, 37.

BASILII. Humano more confitetur commotionem. *Ampliùs.* Impossibile enim est in hominis anima non fieri aliquam à tentationibus fluctuationem. Quousque igitur parua & pauca peccata committimus, leniter quodammodò commouemur, velut plantæ quæ à leni aura agitantur: vbi verò plura & maiora fuerint mala, iuxta proportionem augmenti peccatorum etiam commotio augeri solet. Ego itaque commotus sum, inquit, velut homo; ampliùs autem non commouebor, propterea quòd suffulcior dexterâ manu Saluatoris.

Homo fluctuationi obnoxius.

4. QVOVSQVE IRRVITIS IN HOMINEM?] ATHANASII. Id est, Vsquequò tandem in nos adeò irruitis, qui frustrà nobis iniuriam inferre prædicti estis?

ORIGENIS. Hoc simile est isti, Nunc quæritis me interficere. Hominem quærunt occidere; & qui irruunt, in hominem irruunt.

BASILII. Rursus aduersus prauos diaboli ministros pugnat hic sermo, immodicas insidias, quæ ab ipsis tenduntur, accusans. Nimirum homines animalia debilia sunt; vos autem irruitis, non contenti primo insultu, sed & secundum & tertium inducitis, vsquequò animam sic collapsi euertatis, vt similis fiat parieti inclinato & sepi dirutæ, atque euersæ. Paries porrò vsquequò quidem re-

Paries rectus est firmus; inclinatus corruit.

δῆλον ἐκ τοῦ, πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, ἔδραμον ἐν δίψει. ἅμα δὲ μάνθανομεν ὅτι τὸ ὑποταγησόμενον ψυχή ἐστιν· ὅτι τὸ σωτήριον τῆς ψυχῆς ἡ αὐτοσωτηρία παρὰ θεοῦ ἐστι, διὸ αὐτὸς ὁ σωτήρ ἐστι τοῦ ταῦτα λέγοντος· καὶ οὐκ ἔστι σωτήριον ἀπό τινος λαβεῖν ὑποτεταγμένα ἢ ἀπὸ θεοῦ. Διὸ θεῷ ὑποταξώμεθα, τῷ ἀντιλαμβανομένῳ τῶν αὐτῷ μόνῳ ὑποτασσομένων, καὶ σώζοντι αὐτούς, ὥστε διὰ τὴν πρὸς τὸν θεὸν αὐτῶν ὑποταγὴν ἐπὶ πλεῖον ἑστακέναι αὐτοὺς ὑπὸ μηδενὸς σαλευομένους. Ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. ἤτοι ὅτι ἐσαλεύθη, ἐξ οὗ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, ταῦτά φησιν, ὡς ὀλίγον σαλευθείς, διὰ τὸν ὀλίγον ἐν σώματι χρόνον· εἴτε περίλυπος γενόμενος τὴν ψυχήν, ἤρξατο μόνον λυπεῖσθαι, καὶ ταράσσεσθαι ὀλίγον, λέγει τό, οὐ μὴ σαλευθῶ ἐπὶ πλεῖον. ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, ὡς οἱ ἐπὶ πλεῖον σαλευόμενοι.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἀνθρωπίνως ὁμολογεῖ τὸν σάλον. ἐπὶ πλεῖον. Ἀμήχανον γὰρ ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ μὴ γενέσθαι τινὰ σάλον ἀπὸ τῶν πειρασμῶν. ἕως μὲν οὖν μικρὰ ἁμαρτάνομεν καὶ ὀλίγα, ὡς τὰ φυτὰ ὑπὸ πραείας αὔρας περιδονούμενοι, ἠρέμα πως σαλευόμεθα· ἐπειδὰν δὲ πλείω καὶ μείζονα ᾖ τὰ κακά, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τῶν ἁμαρτημάτων αὐξήσεως καὶ ὁ σάλος ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν. Ἐγώ, φησί, τοίνυν ἐσαλεύθην μὲν ὡς ἄνθρωπος· ἐπὶ πλεῖον δὲ οὐ μὴ σαλευθῶ, διὰ τὸ ἀντιστηρίζεσθαι τῇ χειρὶ τοῦ σωτῆρος.

δʹ. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΕΠΙΤΙΘΕΣΤΕ ΕΙΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἡμᾶς μέχρις ἂν πότε τοσοῦτον ἐπιτίθεσθε, μάτην ἡμᾶς ἀδικεῖν προῃρημένοι;

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τοῦτο ὅμοιόν ἐστι τῷ, Νῦν ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι. ἄνθρωπον ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι· καὶ οἱ ἐπιτιθέμενοι, ἀνθρώπῳ ἐπιτίθενται.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πάλιν τοῖς πονηροῖς ὑπηρέταις τοῦ διαβόλου μάχεται τὴν ἀμετρίαν αἰτιώμενος ὁ λόγος, τῆς παρ' αὐτῶν ἐπαγομένης ἐπιβουλῆς. Ὅτι οἱ μὲν ἄνθρωποί εἰσι ζῷα ἀσθενῆ· ὑμεῖς δὲ ἐπιτίθεσθε, οὐκ ἀρκούμενοι τῇ πρώτῃ προσβολῇ, ἀλλὰ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην ἐπάγετε, ἕως ἂν οὕτω τὴν ψυχὴν τοῦ παραπεσόντος ὑμῖν καταστρέψησθε, ὥστε γενέσθαι παραπλησίαν τοίχῳ κλιθέντι καὶ φραγμῷ ἀνατραπέντι. Τεῖχος δὲ ἕως μὲν ἔστι τὴν ὀρ-

θὴν

θὴν διαφυλάττει στάσιν, πάγιος μένει· ἐπειδὰν δὲ κλιθῇ, ἀνάγκη πᾶσα αὐτὸν διαλυθέντα πεσεῖν. Τὰ μὲν γὰρ ἡνωμένα βάρει μετὰ τὴν κλίσιν ὀρθοῦνται· τὰ δὲ ἐκ πλειόνων συγκείμενα, ἐπειδὰν ἐφ' ἓν τὴν ῥοπὴν πάθῃ, οὐκέτι δέχεται τὴν ἐπανόρθωσιν. ἐνδείκνυται τοίνυν ὁ λόγος, ὅτι ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις συνθετὸς οὖσα, ἐκλίθη μὲν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, λυθῆναι δὲ πάντως αὐτὴν χρή, ὥστε ὑπὸ τοῦ ἐξ ἀρχῆς, οἰκοδομήσαντος αὐτὴν τεχνίτου, πάλιν ἀνασκευασθεῖσαν, τὸ ἀσφαλὲς καὶ ἀκατάλυτον, καὶ πρὸς δευτέραν πτῶσιν ἀνεπιβούλευτον ἀπολαβεῖν. Θεοῦ, φησι, γεώργιον, Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε.

ctum statum conseruat, firmus manet; vbi verò inclinatus fuerit, omnino necesse est ipsum dissolutum cadere. Siquidem vnita pondera post inclinationem eriguntur; verùm ex pluribus composita, vbi inclinationem ad vnam partem perpessa fuerint, non ampliùs admittunt erectionem. Ostendit igitur hic sermo, quòd natura hominis, cùm sit composita, siquidem inclinata fuit à peccato, solui penitus ipsam oporteat, vt ab artifice, qui ipsam ab initio ædificauit, rursus reparata, securitatem accipiat, & ad secundum casum nullis insidijs structis dissolui possit. *Dei*, inquit, *agricultura estis, Dei ædificatio*. 1. Cor. 3, 9.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σαλεύεται πᾶς ὁ ἐξ ἀρετῆς εἰς κακίαν μεταπίπτων· ἀλλ' οὐκ ἀθρόως συμβαίνει τοῦτο, προτέρας γινομένης ταραχῆς ἐν λογισμοῖς διὰ παθῶν· μεθ' ἣν εἰ προσληφθείη κατάλληλος πρᾶξις τοῖς τεταραγμένοις λογισμοῖς, κλόνος καὶ πτῶμα γίνεται. Ἀρχομένης τοιγαροῦν αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας ἢ ἑτέρου τινὸς ἀλόγου κινήματος, ἐπέχειν δεῖ τῷ ἐν εὐσεβεῖ λογισμῷ συλλαμβανομένου Θεοῦ τὴν ἐπὶ τῆς πρᾶξιν ὁρμήν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον κλόνος γένηται. Ταῦτα ὁ σωτὴρ σαφῶς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διδάσκει, τὰς ἀρχὰς τῶν ἁμαρτημάτων ἀναιρῶν, ἵνα μὴ μενόντων αὐτῶν τὸ ἐπὶ πλεῖον σαλευθῆναι πρακτικῶς γένηται.

ANONYMI. Mouetur omnis qui ex virtute in malitiam dilabitur; sed non illicò hoc accidit, cùm ex passionibus priùs in cogitationibus oriatur perturbatio: ad quam si perturbatis cogitationibus eiusdem rationis actio accesserit, fit motus & ruina. Quando igitur turpis concupiscentia vel alia quædam irrationalis motio exoritur, propensio ad opus piâ cogitatione cum Dei adiutorio inhibenda, ne amplior fiat conquassatio. Hæc Saluator clarè docet in Euangelio, primordia peccatorum è medio tollens, ne illis permanentibus contingat ipso facto ampliùs commoueri. *Primordia peccati amolienda.*

ΕΤΕΡΟΥ. Ὁ ἐν ἀγάπῃ τεθεμελιωμένος καὶ ἐρριζωμένος, ἄσειστός ἐστι τοῖχος, καὶ φραγμὸν ἔχει ἠσφαλισμένον· ὅπως μὴ τρυγῶσιν αὐτὸν οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδὸν φαῦλοι ἄνθρωποι, καὶ πονηραὶ δυνάμεις, τὸν οὕτως ἀσφαλῆ ἔχοντα φραγμόν, ὁ Θεὸς περιβάλλει φάσκων, Καὶ ἐχαράκωσα, καὶ φραγμὸν περιέθηκα. Σύγκειται γὰρ οὗτος ὁ φραγμὸς ἐξ ἀγγέλων φρουρούντων, καὶ δογμάτων ἀληθείας, καὶ πράξεων κατ' ἀρετὴν ἐπιτελουμένων· τούτου μὲν ὄντος, οὐδεὶς βλάψαι τοὺς θείους καρποὺς τοῦ πνευματικοῦ φυτοῦ δυνήσεται· εἰ δὲ συμβαίη, ποτὲ ἀντὶ σταφυλῶν ἀκάνθας ἐξενεγκεῖν, τὸν φερόμενον ἀμπελῶνα ἐγκαταλιπὼν ὁ Θεὸς λέγει, ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς διαρπαγήν, καὶ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτοῦ, καὶ ἔσται εἰς καταπάτημα. Ἤδη τοῦτο συμβαίνει, διὰ τὸ φαῦλον καρπὸν γενέσθαι ἐξ ἡμῶν, οἷς κεκλιμένος ὁ τοῖχος καὶ ὠσμένος γίνεται ὁ φραγμός.

ALTERIVS. Qui in charitate fundatus ac radicatus est, inconcussus est paries, & tutam sepem habet: ne peruersi homines, qui prætergrediuntur viam, & prauæ potestates vindemient ipsum, qui tam securam sepem obtinet, Deus circumcingit illum dicens, *Et sedi, & sepem circumdedi*. Seps enim hæc constat ex Angelis custodibus, & doctrinis veritatis, & operibus secundùm virtutem perfectis: hæc dum adfuerit, nemo diuinis spiritualis plantæ fructibus nocere poterit? si verò contigerit, vt aliquando pro vuis tribulos proferat, tum Deus vineam istam deserens ait: *Auferam sepem eius, & erit in direptionem, & diruam murum eius, & erit in conculcationem*. Continuò hoc contingit, quia malus fructus existit ex nobis, quibus inclinatur paries & seps dissipatur. *Qui in charitate fundatus est, manet inconcussus.* Matt. 21, 33. *Seps spiritualis qualis.* Isaiæ 5, 5.

έ. ΠΛΗΝ ΤΗΝ ΤΙΜΗΝ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μονονουχὶ γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ λογικοῦ ἡμᾶς ἀπεστέρησαν, ξύλα καὶ λίθους

5. VERVMTAMEN PRETIVM MEVM.] ATHANASII. Nam tantum non etiam rationis vsu nos priuarunt, lapides & ligna

CATENA PATRVM.

Psal. 48, 21.

adorare cogentes, vt de nobis quoque dici possit istud, *Homo cùm in honore esset, non intellexit.*

Pretium hominum est sanguis Christi.

1. Cor. 7, 23.

BASILII. Pretium hominis est sanguis Christi: *Pretio enim*, inquit, *empti estis, nolite fieri serui hominum.* Hoc igitur pretium inutile nobis reddere conati sunt milites maligni, semel liberatos rursus in seruitutem inducentes.

Virtus est pretium sapientis.

Rom. 2, 10.

ANONYMI. Virtus & pietas pretium sunt sapientis, iuxta illud, *Gloria, & honor & pax omni operanti bonum.* Ignominia igitur est malitia; in quam qui inciderunt, id quod

Ier. 3, 25.

passi sunt sentientes, dicunt, *Cooperuit nos ignominia nostra in tribulationibus*, & illud,

Psal. 48, 13.

Homo cùm in honore esset, non intellexit. Non dicit autem, Repulerunt pretium meum,

Dæmones sunt impostores.

sed, *Cogitauerunt repellere.* Dæmones enim non vim inferunt, sed deceptionem: quorum

Rom. 16, 18.

cognati sunt de quibus Paulus scripsit, *Per dulces sermones & benedictiones seducunt*

Prou. 26, 25.

corda innocentium: tale est & illud, *Si rogauerit te inimicus magnâ voce, ne credideris: septem enim sunt nequitiæ in anima eius*, in-

Matt. 12, 44.

sitæ nimirum à septem spiritibus, quos secum assumit spiritus immundus se nequiores existentes. Ne credideris igitur ipsi adulanti.

6. VERVMTAMEN DEO SVBIECTA ESTO.] ATHANASII. Rursus animam alloquitur, subiectionem eius ad Deum intendens. Ostendit autem magnitudinem tentationum, & illud Apostoli dicit,

1. Cor. 10, 13.

Quia non patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere.

Subiectionis ad Deum fructus.

ORIGENIS. In priori quidem subiectione salutare, in altera verò patientia est à Deo. Etenim, inquit, plurima sunt ab his mala irrogata; attamen ad ipsum Deum respicio, ipsum habens expectationem & spem meam; quare etiam sustineo quæ facta sunt: cùm soleat enim mihi opitulari, opitulabitur etiam nunc, & non permittet hos propositum suum perficere, vt nos quidem superent, nostra verò euertant, & persequantur, & in fugam agant.

Qui sint propriè profugi.

ANONYMI. Profugi propriè dicuntur qui ab aliquibus hostibus aut inimicis euersi sunt, ac deinde exules facti: quod etiam nos à dæmonibus priùs toleraueramus. Verùm ex quo nos Christus per fidem suam suscepit,

ἀναγκάζοντες προσκυνεῖν, ὡς καὶ λέγεσθαι περὶ ἡμῶν, ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Τιμὴ ἀνθρώπου τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· τιμῆς γάρ, φησιν, ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων. Ταύτην οὖν τὴν τιμὴν ἐβουλεύσαντο ἄχρηστον ἡμῖν καταστῆσαι, τοὺς ἅπαξ ἐλευθερωθέντας πάλιν εἰς δουλείαν ἄγοντες οἱ στρατιῶται τοῦ πονηροῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀρετὴ καὶ εὐσέβεια τιμὴ τοῦ σοφοῦ, κατὰ τὸ, δόξα, καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ τὸ ἀγαθόν. ἀτιμία τοίνυν ἐστὶν ἡ κακία· εἰς ἣν οἱ ἐμπεσόντες, ὃ πεπόνθασιν αἰσθανόμενοι, λέγουσιν, ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς ἡ ἀτιμία ἡμῶν εἰς θλίψει· καὶ τὸ, ὁ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκεν. Οὐκ ἔφη δὲ, ἀπώσαντο τὴν τιμήν μου, ἀλλ', ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι. βίαν γὰρ οὐκ ἐπάγουσιν, ἀλλ' ἀπάτην οἱ δαίμονες· ὧν συγγενεῖς οἱ περὶ ὧν ἔγραψε Παῦλος, Διὰ εὐλογίας καὶ χρηστολογίας ἐξαπατῶντες τὰς τῶν ἀκάκων καρδίας· τοιοῦτον καὶ τὸ, Ἐὰν δέηταί σου ὁ ἐχθρός σου μεγάλῃ τῇ φωνῇ, μὴ πεισθῇς· ἑπτὰ γάρ εἰσι πονηρίαι ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, ἐγγινόμεναι τάχα ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ παραλαμβάνει τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα πονηρότερα αὐτοῦ ὑπαρχόντων. μὴ πεισθῇς οὖν αὐτῷ κολακεύοντι.

ς'. ΠΛΗΝ ΤΩ ΘΕΩ ΥΠΟΤΑΓΗΘΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάλιν τῇ ψυχῇ διαλέγεται, τὴν ὑποταγὴν αὐτῆς τὴν πρὸς θεὸν ἐπιτείνων. ἐνδείκνυται δὲ τὸ μέγεθος τῶν πειρασμῶν, καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου λέγει, ὅτι οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε ὑπενεγκεῖν.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ἐπὶ μὲν τῇ προτέρᾳ ὑποταγῇ σωτήριον, ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ ὑπομονὴ παρὰ θεοῦ. Καὶ γάρ, φησι, πολλὰ τὰ παρὰ τούτων ἐπαγόμενα κακά· ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν βλέπω τὸν θεὸν, αὐτὸν ἔχων προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα· διὸ καὶ ὑπομένω τὰ γινόμενα· εἰωθὼς γάρ μοι βοηθεῖν, βοηθήσει καὶ νῦν, καὶ οὐ συγχωρήσει τούτοις τὸν οἰκεῖον ἐξανύσαι σκοπὸν, ὥστε περιγενέσθαι μὲν ἡμῶν· ἀνατρέψαι δὲ καὶ ἀποδιῶξαι τὰ ἡμέτερα, καὶ ἐν φυγῇ καταστῆσαι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεταναστάται κυρίως λέγονται οἱ παρά τινων ἐχθρῶν ἢ πολεμίων πορθηθέντες, εἶτα γενόμενοι μέτοικοι· ὅπερ καὶ ἡμεῖς παρὰ τῶν δαιμόνων ὑπομεμενήκαμεν πρότερον. Ἀφ' οὗ δὲ ἡμῶν Χριστὸς διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἀντελάβετο πίστεως,

οὐκέτι

οὐκέτι μεταναστεῦσαι ἀπὸ τῆς ὄντως πατρίδος Ἱερουσαλὴμ τῆς ἄνω γενόμεθα, οὐδὲ μεταναστῆναι ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰς τὴν πλάνην ἀνεχόμεθα.

η. Ἐπὶ τῷ Θεῷ τὸ σωτήριόν μου.] Ἀθανασίου. Ἐπ' αὐτῷ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς δόξης ἔχω τὴν ἐλπίδα· τουτέστιν, αὐτός με καὶ περισώσει καὶ ἐπίδοξον ποιήσει, νικητὴν τούτων ἐργαζόμενος.

Βασιλείου. Μακάριος, ὁ μηδενὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ὑψηλῶν ἐπαγαλλόμενος, ἀλλὰ Θεὸν ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ὁ καύχημα ἔχων τὸν Χριστὸν, ὁ δυνάμενος λέγειν κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ ὁ δεῖνα μεγάλα φρονεῖ, ὅτι δοῦλός ἐστι τοῦ βασιλέως, τιμώμενος παρ' αὐτοῦ τὰ μεγάλα· πόσον σοι προσήκει ἐπὶ σεαυτῷ μεγαλύνεσθαι, ὅτι δοῦλος εἶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἄκραν οἰκείωσιν, λαβὼν τὸ πνεῦμα τῆς ἐπαγγελίας, ὥστε σφραγισθεὶς, ἐν αὐτῷ υἱὸς ἀποδειχθῆναι Θεοῦ.

θ'. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγή.] Ἀθανασίου. Ἑαυτῷ πρότερον παρασκευάσας τὸν εἰς μετάνοιαν δρόμον, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς τοῦτο παρακαλεῖ· ἅμα δὲ καὶ προφητικώτερον τὴν τῶν ἐθνῶν πάντων προαναφωνεῖ κλῆσιν.

Ὠριγένους. Ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ· ὡσεὶ ἔλεγε, μὴ μόνον τὸ κατ' ἐκλογὴν χάριτος τὸ λεῖμμα· ὅπερ ἔσται, ὅτε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται. ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν. ὁ πάντα τὸν φαῦλον ἀποθέμενος διαλογισμὸν, καὶ ἄκρως μετανοήσας, ὡς μηδὲ μεμνῆσθαι τῶν χειρόνων, ἐξέχεεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ. Ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἑκάστῳ ἀποδώσει ὁ Θεὸς κατὰ τὰ ἔργα, ἢ τὰ ἀγαθὰ, ἢ τὰ κακὰ, ἢ τὰ πολλὰ, ἢ τὰ ὀλίγα· κατὰ ὁποῖον δήποτε μέτρον ποιότητα ἢ ποσότητα, ὧν ἀποδίδωσι.

Βασιλείου. Ἀμήχανόν ἐστι χωρητικοὺς ἡμᾶς γενέσθαι τῆς θείας χάριτος, μὴ τὰ ἀπὸ κακίας πάθη, προκαταλαβόντα τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ἐξελάσαντας· δεῖ γὰρ ἐκχυθῆναι τὰ προϋπάρχοντα, ἵνα δυνηθῇ χωρηθῆναι τὰ ἐπαγόμενα.

Θεοδώρου. Καλῶς ὡς ἀπὸ τῶν Μακκαβαίων πρὸς τὸν λαὸν προτρεπόντων, αὐτοὺς μὴ δειλιᾶν, μηδὲ καταπλήσσεσθαι, ἀλλ' ἔχεσθαι τῆς εἰς τὸν Θεὸν εὐσεβείας· μηδὲ δεν-

CATENA PATRVM.

non ampliùs à vera nostra patria Hierusalem superna exulare, aut à veritate ad errorem profugere sustinemus.

8. In Deo salutare meum.] Athanasii. In ipso salutis ac gloriæ spem habeo, id est, Ipse me saluum & gloriosum reddet, victorem horum efficiens.

Christus est gloria iusti.

Gal. 6, 14.

Basilii. Beatus, qui ob nullam aliam quantumuis altam rem in vita exultat, sed Deum habet suam gloriam, & in Christo gloriatur, ac illud Pauli dicere potest, *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi.* Si enim vnus aliquis multùm se iactet, quòd seruus sit Regis, & ab ipso multùm honoretur; quantò magis officij tui fuerit, vt magna tibi ipsi pollicearis, ac sublimem te putes, quòd Regis magni minister appelleris, ab ipso accitus ad summam familiaritatem, accepto spiritu promissionis, vt illo insigni ornatus, declareris filius esse Dei.

9. Sperate in eo omnis congregatio.] Athanasii. Sibi ipsi primùm ad pœnitentiam cursu præparato, etiam alios ad eamdem inuitat; quin & prophetice omnium simul Gentium vocationem prænuntiat.

Quomodo cor coram Deo effundendum.

Origenis. *Sperate in eo omnis congregatio populi*; ac si dixerit, Non solùm reliquiæ secundùm electionem gratiæ: quod erit, quando omnis Israël saluabitur. *Effundite coram ipso corda vestra.* Qui omnem prauam cogitationem deposuit, & quem summè pœnituit, adeò vt neque malorum meminerit, is effudit coram ipso cor suum. *Quia tu reddes vnicuique secundùm opera sua.* Vnicuique reddet Deus secundùm opera, siue bona, siue mala, siue multa, siue pauca; secundùm quarumcumque nimirum mensurarum qualitatem aut quantitatem, quas reddit.

Praui affectus exterpandi, vt simus capaces gratiæ.

Basilii. Fieri non potest, vt diuinæ gratiæ capaces reddamur, nisi malitiæ affectus, qui animas nostras præoccupauerant, expulerimus: oportet enim effundi ea quæ priùs insunt, vt capi possint ea quæ inducuntur.

Theodori. Pulchrè quasi ex persona Macchabæorum populum exhortantium, ne animum despondeant, aut percellantur, sed pietatem erga Deum teneant; ne timeatis,

 tis, inquit, illos, sed habetote in Deum spem bonorum.

Cor simplex & candidum Deo ostendas.

ANONYMI. Omnes populorum ex Gentibus credentium congregationes, vtpote non amplius sine Deo & spe existentes, vel etiam sperate in eo, sine omni versutia coram ipso manifestantes corda vestra: erit enim vobis Deus adiutor. Istud coram eo cor effundere, idem est quod ex tota anima & ex toto corde ipsum diligere. Simile est igitur ac si dicat: Nolite accedere ad eum in corde duplici; sed, sicut scriptum est, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua.*

Matt. 22, 37.

Cor integrum Deo offerendum.

ALTERIVS. Omnem vestram ipsi mentem consecrate. Pulchrè autem illud *effundite*, tamquam ad eos qui hactenus dubiâ mente fuerint. q. d. Nolite diffidere quoad religionem erga Deum, sed integras vestras cogitationes in ipsum proijcite: neque enim oportuit vos metuere vim aduersariorum, quoniam vana est. Omnes enim homines infirmi sunt, qui Dei ope destituuntur; sicut è diuerso potentes, qui illam secum obtinent.

Miseri sunt qui non crediderunt.

10. VERVMTAMEN VANI FILII HOMINVM.] ATHANASII. Cùm sciret omnes recepturos Euangelij vocationem, miseros pronuntiat eos qui non crediderunt, præsertim Iudæorum præceptores, qui & mendaces erant; vtpote qui veritatem repellentes, tantum non trutinâ & stateris iniustitiam administrabant; quin etiam congregabantur in vanitate: siquidem verè vanæ ipsorum contra Saluatorem insidiæ.

BASILII. Nouit non omnes sequi prædicationem eius, neque suscipere spem in Deum, sed habere spem in vanitatibus huius vitæ: quapropter dicit, *Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum.* Cur vani? Quia mendaces. Vbi maximè mendacium ipsorum deprehenditur? In stateris, inquit, iniquitatis. Qualibus dicit stateris? Non enim omnes homines libripendæ sunt. Quid igitur est quod dicit? Quòd vnicuique nostrum in occulto statera quædam à conditore nostro constructa sit, in qua rerum naturam discernere ac dijudicare potest. Posui enim, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, duas naturas inter se oppositas: expende ipsas in proprio iudicio tuo:

Actiones nostra in statera ponderanda sunt.

τέ, φησι, τούτοις, ἀλλ' ἔχετε ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα τῶν καλῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πᾶσαι αἱ τῶν λαῶν τῶν πιστευσάντων ἀπὸ ἐθνῶν συναγωγαὶ, ὅπως μηκέτι ἄθεοι καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, ἢ καὶ ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, ἄνευ πάσης πανουργίας ἐνώπιον αὐτοῦ φανερώσαντες τὰς καρδίας ὑμῶν· γενήσεται γὰρ ὑμῖν ὁ Θεὸς βοηθός. Ταὐτὸν τὸ ἐκχεῖν ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν καρδίαν, τῷ ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπᾷν αὐτόν. Ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι μὴ προσέλθητε αὐτῷ ἐν καρδίᾳ δισσῇ· ἀλλ', ὡς γέγραπται, ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου.

ΕΤΕΡΟΥ. Πᾶσαν ὑμῶν αὐτῷ τὴν διάνοιαν ἀνάθεσθε. καλῶς δὲ τὸ ἐκχέατε, ὡς πρὸς τούτους τέως, ἀμφιβόλους ὄντας τὴν γνώμην. τουτέστι· Μὴ διστάζετε εἰς τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐσέβειαν, ἀλλ' ὅλους ὑμῶν ἐπ' αὐτὸν ῥίψατε τοὺς λογισμούς· οὔτε γὰρ προσήκει ἡμᾶς φοβεῖσθαι τῶν πολεμίων τὴν ἰσχὺν, ἐπείπερ εἰκῆ. ἀσθενεῖς γὰρ πάντες ἄνθρωποι, ἔρημοι τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας τυγχάνοντες· ὥσπερ πάλιν δυνατοὶ ἐκείνην κεκτημένοι μεθ' ἑαυτῶν.

ί. ΠΛΗΝ ΜΑΤΑΙΟΙ ΥΙΟΙ ΑΝΘΡΩΠΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰδὼς ὅτι πάντες δέξονται τὴν τοῦ εὐαγγελίου κλῆσιν, ταλανίζει τοὺς μὴ πιστεύοντας, καὶ μάλιστα τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, οἳ καὶ ψευδεῖς ἦσαν· ἅτε δὴ τὴν ἀλήθειαν ἀπωθούμενοι, καὶ μόνον οὐ ζυγοῖς καὶ σταθμοῖς τὴν ἀδικίαν ἐπιτηδεύοντες· ἀλλὰ καὶ συνήγοντο ἐπὶ ματαιότητι· μάταιος γὰρ ἀληθῶς ἡ παρ' αὐτῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλή.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Εἶδε μὴ πάντας ἀκολουθοῦντας αὐτοῦ τῷ κηρύγματι, μηδὲ καταδεχομένους ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἔχοντας τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τὰ μάταια τοῦ βίου· διὰ τοῦτό φησι, Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τί μάταιοι; Ἐπειδὴ ψευδεῖς. Ποῦ μάλιστα αὐτῶν τὸ ψεῦδος ἐλέγχεται; Ἐν ζυγοῖς, φησι, τοῦ ἀδικῆσαι. Ποίοις ζυγοῖς; μὴ γὰρ πάντες ἄνθρωποι ζυγοστατοῦσι. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ὅτι ἑκάστῳ ἡμῶν ἐν τῷ κρυπτῷ ζυγός τις ἐστι παρὰ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ἐγκατασκευασθεὶς, ἐφ' οὗ καὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων δυνατόν ἐστι διακρίνεσθαι. Ἔθηκα γάρ, φησι, πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν, δύο ἀντικειμένας ἀλλήλαις φύσεις· ἀντίστησον αὐτὰς ἐπὶ τοῦ οἰκείου σεαυτοῦ κριτηρίου

ζυγοστάτησον ἀκριβῶς τί σοι λυσιτελέστερον, τὴν πρόσκαιρον ἑλέσθαι ἡδονὴν, καὶ δι' αὐτῆς τὸν αἰώνιον λαβεῖν θάνατον, ἢ τὴν ἐν τῇ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς ἑλόμενον κακοπάθειαν, ταύτῃ προξένῳ χρήσασθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς; ψευδεῖς οὖν οἱ ἄνθρωποι, διεφθαρμένα ἔχοντες τῆς ψυχῆς τὰ κριτήρια· ὡς καὶ ταλανίζει ὁ προφήτης λέγων, Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος· οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν.

ια'. ΜΗ ΕΛΠΙΖΕΤΕ ΕΠ ΑΔΙΚΙΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτό φησι πρὸς αὐτοὺς, ἐπειδὴ πλεονεξίας ἕνεκεν ἐπεβούλευον αὐτοῖς, ἐλπίζοντες τὰς ἐκ τοῦ νόμου καρποφορίας παρ' αὐτῶν λαμβάνειν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἄνω εἶπεν, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ. εἶδεν τὸ ὀκνηρὸν τῆς ὑπακοῆς, καὶ ἀπεφήνατο, ὅτι πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Πάλιν ἀπαγορεύει μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἀδικίαν· ὁ τὸν ἐξ ἀδικίας συντεθησαυρισμένον πλοῦτον ἱκανὸν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἰσχύειν καὶ κρατεῖν ἀφορμὴν εἶναι κρίνων, ὅμοιός ἐστιν ἀῤῥωστῷ ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς νόσου, τὴν εὐεξίαν τεθειμένῳ. μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν. αὕτη σοι ἐμποδίζει πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐδεὶς γὰρ δύναται θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ, οὐδὲ μὴν ἐπ' ἀδικίαν ἐλπίσαι καὶ τὸν θεόν. Κἂν γὰρ δοκῇ ῥέειν, καὶ μειοῦσθαι τοῖς μὴ ἀδικοῦσι ὁ πλοῦτος, οὐ δεῖ προστίθεσθαι καρδίαν τῇ μειώσει λυπούμενον. Ἀδικίαν δὲ ἢ τὴν περὶ κοινωνίας ἀνισότητα λέγει, κατὰ τὸ, ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς· καὶ μάλιστα διὰ τὸ συνεζεῦχθαι ἁρπάγματα καὶ πλοῦτον ῥέοντα. ἢ τὴν πρακτικὴν κακίαν καθ' ὃ λέγεται· Ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην. Καθόλου γὰρ οὔσης κακίας, ἡ ἁρπαγὴ μόριον ταύτης ἐστί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μηδὲν μέγα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίσῃς· παρατρέχει γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ πλοῦτος, καὶ μόνον ὀφθεὶς σκιᾶς ἐν ἴσῳ φεύγει· ζητῶμεν δὲ πανταχοῦ τὴν δικαιοσύνην τοῦ θεοῦ· ἐρευνῶμεν τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Θαύμασον τὴν φωνήν. ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάῤῥου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει, ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Ὥσπερ ποταμὸς, ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρε-

pondera diligenter quid sit tibi conducibilius, num temporariam eligere voluptatem, & per ipsam accipere æternam mortem; aut, electâ in virtutis exercitio afflictione, per huius beneficium consequi vitam æternam? Mendaces igitur sunt homines, corrupta habentes animi iudicia: quorum etiam miseret Prophetam cùm ait, *Va vobis qui dicitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum.* CATENA PATRVM. Isaiæ 5, 20.

11. NOLITE SPERARE IN INIQVITATE.] ATHANASII. Hoc dicit ad eos, quia propter auaritiam ipsi insidias struebant, sperantes ex lege oblationes frugum ab ipsis recipere.

BASILII. Suprà dixit, *Sperate in eo omnis congregatio populi*. Vidit segnitiem ad obediendum, & pronuntiauit, *Verumtamen vani filij hominum*. Rursus vetat ne speremus in iniquitate: nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atque potentiam sufficere putauerit, similis est ægroto, qui in summo ac redundanti morbi statu bonam esse habitudinem existimat. *Nolite sperare in iniquitate.* Hæc impedimento tibi est ad omnem actionem. *Non sperandum in diuitijs.*

THEODORI. Nemo enim potest Deo seruire & mammonæ, neque etiam in iniquitate & in Deo sperare. Etsi enim viri non iniusti diuitiæ diffluere & minui videantur, non oportet cor apponere, de imminutione tristando. Porrò iniustitiam vel communicationis inæqualitatem dicit, iuxta illud, *Vos iniuriam facitis, & fraudatis; & hoc fratribus:* & potissimùm quia fluxis diuitijs coniunctæ sunt rapinæ. Vel practicam malitiam intelligit, iuxta quod dicitur, *Iniustitiam odio habui, & abominatus sum.* Cùm enim vniuersalis malitia sit, rapina eius pars existit. Matt. 6, 24. *Nemo potest Deo seruire & mammonæ.* 1. Cor. 6, 8. Psal. 118, 163.

ANONYMI. Rem nullam magni feceris: pertranseunt enim, vti dicebam, diuitiæ, & tantummodò apparentes instar vmbræ diffugiunt: sed vbique quæramus iustitiam Dei: inuestigemus *quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta.* Rom. 12, 2.

BASILII. Admirare hanc vocem. Fluxa est diuitiarum natura, torrente citiùs prælabitur sui possessores, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmodum fluuius, qui ab alto fertur, appropinquat quidem adstanti- *Fluxa est diuitiarum natura.*

CATENA PATRVM.

stantibus ripæ; simul verò vt contigit, statim secedit: sic & opum abundantia velocissimam ac lubricam habet præsentiam, & quæ ab alijs ad alios commigrare solet. Quare rectè dictum est, ***Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere***, ne animo erga illas afficiaris, sed vtilitatem ab ipsis excipe; non vt vnum aliquod bonorum ipsas admirans, sed instrumentarium ipsarum ministerium eligens & amplectens.

Anonymi. Ceterùm etsi videritis ex iniquitate valdè ditescentes, idque tam facili negotio, vt prono fluxu in ipsos diuitiæ ferantur, neque sic ad illas adrepas vmquam, & caue ne in partem illarum venias. Qui sic?

12. Semel locvtvs est Devs, dvo hæc avdivi.] Athanasii. Pronuntiauit, inquit, sermonem de iudicio Deus, per quem hæc duo audiui: vnum quidem, quòd iram quidem postulantibus ob excessum peccatorum, iram retribuat; ijs verò qui misericordiæ digna gesserint, misericordiam impertiatur. Potestas enim iram insinuat, ac rigorem contra eos qui illa meruerunt.

Deus vnicuique tribuit pro meritis suis.

Basilii. Neminem hoc dictum quasi paradoxum perturbet; quomodo nimirum Deus semel locutus sit; Propheta verò duo audiuerit. Fieri enim potest vt semel aliquis locutus sit, & in illa vnica locutione multa dicta sint. Nam homo quispiam semel cum aliquo congressus de multis disseruerit, etiam is qui audiuit verba ipsius possit dicere; Semel quidem me allocutus est, verùm de multis egit. Simile est id quod nunc dictum est; Dei quidem apparitio semel mihi contigit, sed duæ res sunt, quas mihi dixit. Non ait, vnum locutus est Deus, duo hæc audiui; sic enim pugnantia secum videretur habere sermo. Quæ igitur erant duo hæc quæ audiuit? ***Quoniam potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.*** Quoniam Deus potens in iudicio, & idem misericors. Neque igitur sperate in iniquitate, neque diuitijs addicti estote, neque eligite vanitatem, neque animi iudicium corruptum afferte; sed scientes, quoniam potens est Dominus noster, timete ipsius fortitudinem; & ne desperetis de ipsius benignitate.

Deus simul potens & misericors.

Eivsdem. Ad hoc itaque ne iniqui simus bonus est timor; ad hoc verò, vt qui se-

In timore & spe viuendum.

σαλεύσῃ τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δ' ἐπέψαυσε, καὶ εὐθὺς ὑπεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐπορία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖαν. Καλῶς οὖν εἴρηται, τὸ πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν, μὴ τῇ ψυχῇ συμπροσαρτᾷ, ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ χρήσιμον καταδέχου· μὴ ὡς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν θαυμάζων, ἀλλ' ὡς ὀργανικὴν ἑαυτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν αἱρούμενος.

Ανωνυμου. Ἀλλὰ κἂν ὁρᾶτε ἀπὸ τῆς ἀδικίας σφόδρα πλουτοῦντας καὶ οὕτως εὐκόλως, ὥστε δοκεῖν ῥέοντα ἐπ' αὐτοὺς τὸν πλοῦτον φέρεσθαι, μηδ' οὕτω ῥέψαι πρὸς αὐτοὺς ποτὲ, ἀνάσχεσθε καὶ τῆς ἐκείνων γενέσθαι μοίρας. διὰ τί;

ιβ. Απαξ ελαλησεν θεος, δυο ταυτα ηκουσα.] Αθανασιου. Ἀπεφήνατο, φησὶ, λόγον περὶ τῆς κρίσεως ὁ θεὸς, δι' οὗ ταῦτα τὰ δύο ἀκήκοα· ἓν μὲν, ὅτι τοῖς μὲν δεηθεῖσιν ὀργῆς διὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολὴν, ὀργὴν ἀποδίδωσι, τοῖς δὲ ἄξια πεποιηκόσιν ἐλέου, ἀπονέμει ἔλεον. Τὸ γὰρ κράτος τὴν ὀργὴν ὑποσημαίνει, καὶ τὴν ἀποτομίαν τὴν κατὰ τῶν ἀξίων αὐτῆς γινομένην.

Βασιλειου. Μηδένα παρακρουέτω ὡς παράδοξον τὸ εἰρημένον· πῶς μὲν ὁ θεὸς ἅπαξ ἐλάλησεν, ὁ δὲ προφήτης δύο ἤκουσε. Δυνατὸν γὰρ ἅπαξ μέν τινα λαλῆσαι, ἐν δὲ τῷ ἅπαξ πολλὰ εἶναι τὰ λαληθέντα. Ἄνθρωπος γὰρ συντυχών τινι ἅπαξ περὶ πολλῶν διειλέχθη, καὶ δύναται ὁ ἀκούσας αὐτοῦ τῶν ῥημάτων εἰπεῖν· ὅτι ἅπαξ μέν μοι ἐφθέγξατο, περὶ πολλῶν δὲ ἐλάλησε. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ εἰρημένον νῦν· ἡ μὲν θεοῦ ἐπιφάνεια ἅπαξ μοι γέγονε, δύο δὲ πράγματά ἐστιν, ἃ ἐλάλησεν. Οὐκ εἶπεν, ἓν ἐλάλησεν ὁ θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα· οὕτως γὰρ ἔδοξεν ἂν ἔχειν τινὰ ὁ λόγος πρὸς ἑαυτὸν ἐναντίωσιν. Τίνα οὖν ἦν τὰ δύο ἃ ἤκουσεν; ὅτι τὸ κράτος τοῦ θεοῦ, καὶ σοῦ κύριε τὸ ἔλεος. Ὅτι δυνατὸς ὁ θεὸς ἐν τῇ κρίσει, ὁ αὐτὸς καὶ ἐλεήμων. μήτε οὖν ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, μήτε πλούτῳ προστίθεσθε, μήτε αἱρεῖσθε ματαιότητα, μήτε τῆς ψυχῆς τὸ κριτήριον διεφθαρμένον προσφέρετε, εἰδότες δὲ, ὅτι κραταιὸς ἡμῶν ὁ δεσπότης φοβήθητε αὐτοῦ τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μὴ ἀπογνῶτε αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας.

Του αυτου. Πρὸς μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖν ἀγαθὸς ὁ φόβος· πρὸς δὲ, μὴ τὸν

ἅπαξ

ἅπαξ εἰς ἁμαρτίαν ὀλισθήσαντα, ἑαυτὸν περιέλθῃ διὰ τῆς ἀνελπιστίας, ἀγαθὴ ἡ ἐλπὶς τοῦ ἐλέους· τὸ γὰρ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτι δυνατὸς ἐν κρίσει καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος· φοβηθέντες οὖν αὐτοῦ τὸ ἰσχυρὸν, μὴ ἀπογνῶτε τῆς φιλανθρωπίας· πρὸς γὰρ τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἀγαθὸς ὁ φόβος· πρὸς δὲ μετάνοιαν ἁμαρτίας οὐκ ἀπογνωστὸν τὸ ἔλεος. Κατακρινεῖ μὲν γὰρ τῶν ὅλων, ἁπάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν Θεὸς, καὶ ἰσχυρᾷ χειρὶ καταστρέφει τὸν ἀλαζόνα, καὶ κολάζει τὸν ἀποστάτην, ἐλεεῖ δὲ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· ἀποδώσει γὰρ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. καὶ οἷα ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοιαῦτα καὶ θερίσει. Ταύτης μεμνημένος παρὰ πάντα τὸν βίον τῆς ἀποφάσεως, δυνήσῃ τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτιῶν διαφυγεῖν.

mel in peccatum prolapsus est, semetipsum per desperationem non perdat, bona est spes misericordiæ: nam Dei est potestas, & ab ipso misericordia existit. ANNOTATIONES CORDERII.

ANONYMI. Quoniam potens in iudicio & miserator Dominus: timentes igitur ipsius potentiam, ne desperetis de clementia: nam ad nil delinquendum bonus est timor; in pœnitentia verò peccati non desperanda est misericordia. Deus siquidem dijudicat vniuersa, cùm omnium habeat potestatem, & potenti manu superbum euertit, & apostatam punit, sed miseretur eorum qui ipsum diligunt: reddet enim vnicuique secundùm opera sua. *Nam quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Et *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Hæc decreta per omnem vitam memoriâ refricans, plurima poteris euadere peccata. Matt. 7, 2. Gal. 6, 7.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS est, *In finem pro Idithum.*] Pro quo Symmachus ponit, Ἐπινίκιος διὰ Ἰδιθοὺμ, ᾠδὴ εἰς Δαβίδ, *Triumphalis per Idithum, Oda in Dauid.* Argumentum Psalmi est exhortatio ad patientiam in aduersis & confidentiam in Deo: cuius occasione agitur de vana fiducia in diuitijs.

2. *Nonne Deo subiecta erit anima mea?*] Græcè, ὑποταγήσεται: S. Augustinus, *subycietur:* S. Hilarius & alij, *subdita erit.* Habet πάθος interrogatio. Assertiuè hoc vertit S. Hieronymus, *Attamen ad Deum silebit anima mea.* Silentium enim coram alio signum est subiectionis. Cyprianus, *Non nisi soli Deo subiecta est anima mea.* q. d. Quidquid fremant, furient aut faciant hostes, non me de statu patientiæ deijcient, non me adigent ad blasphemiam, nihil remittam de spe, & obedientia ac submissione, quam Deo debeo; sed semper ei morem geram, & omnia accipiam in meliorem partem: expecto enim certam à Deo liberationem & salutem; & quidquid interim accidat, non dubito quin Deus illud mihi benè vertet. Hac itaque fiduciâ Vates Regius animum suum exsuscitabat, sciens nihil esse tutius atque securius obediente, nihil quod maiorem intimæ lætitiæ iucunditatem contineat. Ex Hebræo eruditi quidam vertunt, *Ad Deum silens respicit anima mea.* In lingua verò sancta *silere* dicuntur, qui suâ sorte contenti sunt, & incredibili animi pace fruuntur. Quasi diceret pius Dauid: Silentio dulci in humili subiectione respicit ad Deum anima mea, cum mirifica & summa animi tranquillitate omnia ab illo excipiens, quæque imperauerit constanti animo & lubenti secutura: alto aut imo loco sit, sursum & deorsum ventilata, suâ sorte contenta est, atque in Dei voluntate conquiescit. Porrò Psalmum hunc de Christo exponit S. Ambrosius; de quo cùm multa subijciat, illud in primis notat, quòd sit Deo subiectus. Ab obedientia igitur Propheta orditur Christi enarrare virtutes; quia hanc maximè Deus amat, quæ est veluti aliarum multarum radix, quæ iustitiam omnem animo inserit: nempe Christus Dominus perditas in Adamo animæ virtutes aggreditur restituere: inde autem Adami peccatum exordium sumpsit, quia iugum detrectauit, & excussit obedientiam: inde ergo reparare orditur Christus virtutes, scilicet à Dei obsequio, quod Adamus contempserat. Ipsa S. Ambrosij verba sic habent, *Suscepturus carnem hominis Dominus noster Iesus, vt in se eam ipse mundaret, quid priùs, quàm peccati veteris debuit abolere contagium? nam quia per inobedientiam culpa irrepserat, dum mandata diuina temerantur, eam obedientia vtique præ ceteris debuit reformare, & seminarium erroris excludere.* Vbi animaduerte quâ appellatione denotet inobedientiam S. Ambrosius, *seminarium erroris:* ex quo quidem omnia vitia pullulant, & in malorum barathrum hominem trahit. Hoc ergo barathrum vt euadas, *Subde te Deo* (inquit S. Augustinus Serm. 10. de verbis Apostoli) *adora, prosterne te: confitere illi, qui fecit; quoniam nemo recreat, nisi qui creat; nemo reficit, nisi qui fecit: confitere à Deo te habere quidquid boni habes; à te, quidquid mali; ne in bonis tuis illum accuses, te excuses. Ipsa est vera confessio. Ille, qui in tantis bonis preuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua, & mala tua: quomodo enim bono eius vsa fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis bonis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi.* Hæc ille. Præuenies autem, secundùm Dauidis consilium, si te ei ad omnia & per omnia submiseris. Nam vt in rebus naturalibus causa agens nihil aliud ex parte patientis requirit nisi materiam sibi subiectam, &

Silentium est signum submissionis & tranquillitatis.

Obedientia radix & instauratrix iustitiæ.

ANNOTATIONES CORDERII.

& ad recipiendum paratam; & statim ac lignum est siccum, nullo negotio ab igne consumitur: ita & in his quæ ad mores pertinent, simul ac Deus animam sibi subiectam reperit, mirabiles mutationes in ea facit, & per similitudinem puritatis eam in se transformat atque conuertit.

4. *Quousque irruitis in hominem?*] Ita etiam Vulgata habet: Græcè, ἐπιτίθεσθε: quod S. Augustinus vertit, *Apponitis super hominem:* S. Hieronymus, *Vsquequo insidiamini contra virum?* Has enim omnes interpretationes admittit verbum Græcum. q.d. Quousque tenditis fraudes, & malignè vos geritis in me infirmum, simplicem & innocuum? de se enim loquitur in tertia persona.

IBIDEM. *Interficitis vniuersi vos.*] S. Hieronymus, *Interficitis omnes.* q. d. Quousque interimitis homines, ac si paries essent disiectus, & maceria conuulsa? id est, ac si omnia essent ad omnem iniuriam aperta & exposita, ac si omnia licerent. Est autem Græcismus potiùs quàm Hebraismus: ὡς enim & similes particulæ in hac significatione cum datiuo construuntur, vt benè obseruat Genebrardus. Multi hoc exponunt passiuè, *Interficiemini omnes vos, quemadmodum paries inclinatus*, &c. sed insipidè: præterquam quòd interpretatio ista aliena sit à Chaldæa Paraphrasi, quæ habet, *Cunctis euadetis homicidæ*, vel, *Perpetrabitis homicidia*. Vnde credibile est lectum à Septuaginta non vt nunc est תְּרָצְּחוּ *Theratsechu* in Niphal, passiuâ voce, aut in Pual תְּרֻצְּחוּ *Therotsechu*, sed in Kal, תִּרְצְחוּ *Thirtsechu*, vel in Piel תְּרַצְּחוּ *Therattsechu:* quod vltimum approbat Rabbi Nephthali, teste Pagnino. In Romano Psalterio & apud Cassiodorum est, *Interficitis vniuersos*; apud Ambrosium, *Interficientes vniuersos*; apud S. Augustinum in Imperatiuo, *Interficite omnes.* S. Basilius superiùs in Catena citatus locum hunc exponit de perseuerantia dæmonis in malefaciendo. Sicut enim hi qui parietem impellunt ictus congeminant, neque desistunt, donec ad terram adigant; ita dæmoni non sat est hominem loco mouere, instat, neque pedem refert, donec funditus euertat. Tum etiam ex his verbis ostendit in diuisione summam innui perditionem; ac si dicat: Quousque in varias turmas partiti altera alteram persequitur, & vos ipsos interficitis, non absimiles parieti inclinato & maceriæ depulsæ? in quibus expendenda maximè est pulcherrima similitudo diuisorum à pariete seu maceria inclinata desumpta. Cur enim trabs aliqua, seu columna ex vno lapide constans, si fuerit inclinata, facilem admittit erectionem, nisi propter vnitatem? Verùm si paries ex multis lapidibus constans inclinetur, necessariam pænè minatur ruinam propter compagum dissolutionem; ita prorsus in Regno & Republica, vbi multorum adunatio ab alijs facit scissuram, & in factiones abit, funditus perditur bonum Regni siue Reipublicæ. *Nam omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur.* Et vbi ex multis adunata phalanx alteram in partem inclinat, nullam iam admittet correctionem; res semper in peius ibunt.

Dissoluta multitudo vergit in ruinam.

Luc. 11, 17.

5. *Verumtamen pretium meum.*] Ita Vulgata: Græcè τιμήν: quod S. Hilarius & Augustinus vertunt *honorem:* vtrumque enim vox Græca significat. q.d. Consilium inierunt vt me expellerent & deturbarent de vita, dignitate, fortunis, &c. Pretium autem, quo conducuntur iusti ad labores exantlandos, & potus, quo eorum sitis extinguitur, est illa prouidentia, quâ Deus peculiariter consulit bono iustorum: hac enim tamquam mercede conducuntur iusti, vt in vinea Dei laborent, & vt manum admoueant ad opera pietatis; in quibus procul dubio ingens vis est laborum. Hæc est aqua, quâ arentia eorum ora rigantur. Vnde ait, *Pretium meum cogitauerunt repellere.* id est (vti superiùs in Commentario Græco exponitur) Magnoperè nituntur dæmones repellere ab homine hanc mentem; ne scilicet contempletur, quantâ prouidentiâ Deus prospiciat bono iustorum. Sed dicat nobis quoque S. Ambrosius, quódnam sit pretium in commutationem vitæ immortalis dandum: *Pretium nostrum*, inquit, *pudicitia est, quæ nos separat à pecoribus, Angelis iungit: pretium nostrum misericordia est, quæ nos, dum confertur inopibus, redimit à morte: pretium nostrum fides est, quæ omnes homines gentili errore & seruitute depressos Christo acquisiuit: pretium nostrum bona existimatio est, quia vniuscuiusque nostrûm meritorum series æstimatur: pretium nostrum munditia atque simplicitas est, quia scriptum est, Possessio pretiosa vir mundus. Nihil enim pretiosius viro simplici. Vnde Apostolus pulchrè; Abundauit, inquit, in diuitijs simplicitatis suæ. Quid enim simplicitate ditius? quæ sicut bonus paterfamilias satis sibi abundat, & suâ puritate contenta non quærit alienum, neque abrodit, sed de se ceteros fingit.* Vocat ergo pretium nostrum virtutem ac bonorum operum cumulum, qui nullo modo ab ipsa perfectione secernitur. In eamdem sententiam S. Augustinus Serm. 64. de verbis Domini, cùm dixisset beatitudinem tantum valere quantum quisque est, cuidam propositæ quæstioni respondet: *Sed malus sum, inquies, & fortè me non accipit. Dando te illi bonus eris: vt huic fidei promissionique te des, hoc est bonum esse. Cùm autem bonus fueris, pretium ipsius rei eris, & habebis non quod dixi solùm, salutem, incolumitatem, vitam, & sine fine vitam, non hoc solum habebis: adhuc alia tollo: non ibi erit lassari & dormire; non ibi erit esurire & sitire; non ibi erit crescere & senescere*, &c. Bonum ergo esse, id est perfectum esse, pretium est vitæ quam speramus in perpetuum duraturæ: quod pretium aduersarij humani generis à nobis conantur surripere, dum nos ad noxium teporem, & ad ignauiam & socordiam instigant. Vnde S. Dauid his dæmonum tendiculis maiorem proficiendi curam & diligentiam opponit dum subdit, *Cucurri in siti.* q. d. Si vos, ô hostes mei, pretium meum, id est virtutem perfectam, quâ sum præmium æternum empturus, auferre nitimini, curram alacriter ac sitibundè virtutis vias, & ad Deum liberatorem velociter fugiam; qui cursus perfectionis pretium à vestris vnguibus liberabit. Ceterùm quod Vulgata hoc loco vertit *cucurri*, Græcè est ἔδραμον: quod etiam significare potest *cucurrerunt:* & ita ferè Græci interpretantur: S. Ambrosius vtroque modo exponit, additque Symmachum dixisse, τῷ δόλῳ αὐτῶν εὐλόγουν, hoc est, *Dolo suo benedicebant:* fortasse legendum ἐν ψεύδει; quomodo S. Hieronymus videtur legisse: *Placuerunt sibi in mendacio.* Hæc est illa sitis, in qua improbos cucurrisse narrat Propheta, *Qui ore suo benedicebant,*

Dei prouidentia est pretium iustis.

Pretium nostrum virtutes sunt: & quæ potissimùm.

Prou. 12, 27.

2. Cor. 8, 2.

bant, & corde suo maledicebant: id est, aliud in corde, aliud in ore habent, mendacium meditantur. Optima sanè sitis cum mendacio compositio: nam, vt pulchrè ad hunc locum Ambrosius, *omne mendacium sitim habet, veritas vbertatem, quæ in perpetuum perseuerat*. Hanc autem sitis cum mendacio analogiam confirmat Aristoteles in Problematis, docens sitim ex metu oriri, & cum timore coniungi: cùm enim metu pulsamur, sanguis ad cor retrahitur, vt illud calore suo foueat: vnde ex nimio calore sitim excitari necesse est: additque sitim eis etiam accrescere, qui inter dicendum conturbantur. Quid pulchrius ad naturam mendacij significandam dici potuit? Cùm enim quis mentitur passim hæret, vt ipsæ etiam mentientis voces falsitatem probent. Sicut autem minùs sitim quàm famem toleramus, ita quoque mendacium vix ferre possumus: adeò enim mentientem hominem angit, vt passim cunctabundus hæreat, & vix fictionem suam dissimulare queat.

Mendacij ad sitim analogia.

6. *Verumtamen Deo subiecta esto anima mea*, &c.] Ita secum loquebatur, qui charitatis erga inimicos nobis illustrissima reliquit monumenta: Legi, inquit, diuinæ charitatem iubenti vindictamque interdicenti pare obsecro, libenterque te submitte ô anima mea. Magnâ quidem, inqties, opus est patientiâ. Rectè prorsus. Et si ad istam erga inimicos charitatem exhibendam de meo foret peculio comparanda patientia, meritò queri ac dolere possem. Sed *ab ipso patientia mea*, qui charitatem imperat, patientiam elargitur: qui iubet inimicos diligi, patientiam vt tolerentur, gratiam vt amentur communicat.

A Deo charitas & patientia.

Ceterùm vox Græca ὑπομονή, quâ hîc vtuntur Septuaginta, vt rectè notat Iansenius, hoc loco non significat virtutem, quâ aduersa fortiter toleramus, sed *expectationem*: vnde S. Hieronymus vertit *Præstolatio mea*; Hebraicè תקותי *thikuah*. Vnde patientia hîc accipi debet pro expectatione patienti, vel re expectata. A Deo igitur suam patientiam expectat Dauid, sicut lumen exspectamus à sole. Sub hac enim metaphora exponit locum hunc S. Bernardus Serm. 2. in circumcisione Domini dicens: *Necesse est ergo, vt illucescat dies patientiæ, per quem omnia dura & aspera tacitâ amplectaris conscientiâ*, &c. Hæc enim est vis patientiæ, vt mala, quæ patimur, leuiora reddat: si quis verò impatienter agat, ipsa mala reddit duriora & difficiliora. Sicut nimirum ille, qui mali aliquid patitur, in tenebris grauiùs angitur, & dolore eorum quæ non videt: imò sola lucis præsentia leuamen adfert ægrotis; ita qui mali aliquid patienter fert, quasi sub lucem patitur; qui verò impatienter, sub noctem. Quamobrem Deus in Scriptura sæpè lux dicitur; patientia verò etiam nuncupatur; quia per eam instar lucis solem adfert mortalibus in ærumna constitutis. A Deo vtique secundùm multa genera causarum ista Dauidis patientia procedebat; singulariter autem in genere causæ exemplaris. quasi dicat: Ipse me docet qualiter patientiam tenere debeam: quomodo nimirum Christus Dominus (vt parte tertiâ historiæ tit. 23. cap. 6. S. Antoninus refert) B. Petrum Martyrem, quem quidam falsò infamauerant, consolatus fuit; pijs namque querimonijs agens coram crucifixi imagine, Mi Domine, inquit, tu scis in causa illa innocentiam meam, cur permisisti me ita iudicari? respondit de cruce Dominus; Et ego Petre quid mali feci, vt cum tantis opprobrijs ad crucem damnatus fuerim? ex meo exemplo patientiam disce, &c.

Patientia, quæ est à Deo, nos illuminat & subleuat in ærumnis.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Adiutor meus, non emigrabo.*] His verbis Dauid se ex diuino præsidio ad constantiam animabat. Vbi D. Ambrosius; *Semel*, inquit, *in petra Christi locatus, lubricum non debet habere vestigium, sed tenere status proprij firmamentum*. Vnde quò quis sanctior, eò debet esse & constantior. Quare Dauid hîc accumulat quidquid potest ad se retinendum; quia nihil infirmitati carnis nostræ procliuius est, quàm dilabi ad vagos errores: fatetur itaque vno verbo, non aliunde quàm à Deo petendam salutem esse; & quotquot elogijs celebrat potentiam Dei ad seruandum, totidem fulturis ad constantiam se confirmat; totidem etiam frenis compescit carnis suæ lenitatem, ne quam salutis suæ partem alibi quàm in Deo quærat. Quomodo autem Deus dicatur & sit *salus & gloria nostra*, vide superiùs Psal. 3. ver. 4. & 9. in Annotationibus explicatum; vti etiam Psal. 17. ver. 3. qua ratione Deus dicatur *auxilium*; & Psal. 64. ver. 6. qua ratione sit *spes nostra*. Postquam verò probè se animauit, sermonem conuertit ad alios; & ad certaminum societatem inuitat; quò victoriæ & triumphi pariter sint consortes.

Omnis constantia est ab auxilio Dei.

9. *Sperate in eo omnis congregatio populi.*] Populum appellans, mihi dubium non est quin Iudæos designet; quia antequam Gentibus affulsisset religio & Dei notitia, non alibi quàm in Iudæa vigere poterat spes ac Dei inuocatio: & clarè electum populum à profanis Gentibus discernit; ac si diceret, indignum esse, nisi se totos Deo addicant Abrahæ filij, quibus patefacta est eius gratia, & quos in suum patrocinium recepit. Monet itaque fideles, vt curas omnes suas in Deum exonerando, quodammodò ante eius oculos corda sua effundant.

IBIDEM. *Effundite coram illo corda vestra.*] Quibus verbis alludit forsitan ad illud quod D. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. de Adoratione in spiritu obseruauit; inquirens causam, cur Deus in veteribus sacrificijs statuerit sanguinem victimæ effundi ad altare; responditque hoc nequaquam carnaliter explicandum esse, sed magno sacramento deputandum. Notum enim & in Scriptura sæpissimè repetitum, animam esse in sanguine, vt qui illius sit sedes. Ideoque dum sanguinem victimæ Deus ad altare suum fundi, sibique dicari constituit, id significauit, in omni sacrificio primùm animas nostras & mentes Deo dicandas & offerendas, & ad eum modum quo effundebatur sanguis simul animam ac voluntatem coram Deo esse effundendam, vt nihil eius apud nos remaneat, nihil illius nobis retineamus. Atque hoc est quod hoc loco Dauid monet dum ait, *Effundite coram illo corda vestra*. Vnde rectè infert Eusebius Emyssenus, quodlibet opus bonum tanti esse apud Deum valoris & æstimationis, quanta fuerit huiusmodi cordis ad Deum effusio, & voluntatis interna oblatio.

Cor coram Deo effundendum.

Luc. 16, 15. & 17, 11.

10. *Vani filij hominum.*] Hoc Theodotion manifestiùs interpretatus est: Πλὴν ἀτμὶς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρός, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ, *Verumtamen vapor filij hominum, mendaces filij viri, vt momentum stateræ*. Nam videntur, inquit, aliquid

Homines videntur aliquid, cùm nil sint.

ANNOTATIONES CORDERII.

quid esse, & nihil sunt: videntur futuri multò ponderosiores, & tamen ab inanitate eleuantur: sunt vanitate vaniores & leuiores. Elegantissima est *μείωσις* ad quorumlibet fastum deprimendum. q. d. Si ascendat in alteram libræ lancem inanitas, in alteram verò vniuersum humanum genus, profectò inanitas ipsa præponderabit. In Hebræo enim ad verbum est, *In stateris vt ascendant ipsi præ vanitate pariter*. id est, Vanitate sunt ad vnum cuncti leuiores. Symmachus, *Αὐτοὶ ματαιοῦνται ὁμοῦ*, *Ipsi euanescunt simul*. Nec minùs eleganter homo dicitur *mendacium in stateris*, qui se videlicet ponderans magni æstimet familiari mendacio, cùm sit larua tantùm picta, & humanâ pelliculâ colorata, quam si sustuleris, reperies nihil & ipsammet vanitatem. Quin, inquit Dauid, *ipsi de vanitate in idipsum*, è nihilo orti ipsi & vanitate, in eamdem ipsam pondere suo atque nutu recidunt & reuertuntur, ni molitor omnium Deus impediat. Habes hîc egregiam hominis definitionem per negationem exuperantiæ. quasi dicat: Omnes vanitates, quas mente potes assequi & effingere cogitando, in vnum congere, & earum omnium facito vnum cumulum; non hoc est homo, sed aliquid vanius, inanius & imperfectius; sicut de Deo per oppositum philosophamur, factâ congerie omnium perfectionum & entitatum, illam non Deum, sed quid illis omnibus infinitè perfectius ipsum asserentes. Sic quantumcumque vanitates omnes colligas, adhuc homo vanior, leuior & imperfectior est. Hisce conformiter explicari posset verbum illud תקל *thecel*; quod vnum erat ex illis, quæ sententia à Deo contra Baltassarem prolata continebat, & Daniel sic exposuit, *Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens*. Quonam minus habuit Baltassar? Inuentus est habuisse minus: quæro, Minus habuit quàm quid? quidnam in alia bilance stateræ positum fuit, vt minoris ponderis illo esset Baltassar? Nihil certè. Sed positus Baltassar in vna bilance stateræ, & in alia nihil; inuentus est Baltassar minus habens quàm nihil. Non appensa sunt illius accidentia, vt diuitiæ, aut voluptates, aut mundana gloria; sed ipsius tota substantia, ipsemet Baltassar Rex potentissimus, supremus totius orbis Monarcha, validus, sanus, fortis, &c. & inuentus est ipsâ vanitate vanior & inanior, & quid minus esse ipso nihilo, propter peccatum. Sicut ergo Deus perfectior est omni perfectione quam possumus concipere; ita homo vanior est omni vanitate, quam possumus imaginari. Quamobrem in Scriptura Deo soli sicut suæ perfectionis, ita humanæ vanitatis comprehensiua cognitio attribuitur. Plura de hac hominis vanitate vide superiùs ad Psal. 38. ver. 6. annotata. Verè igitur *vani filij hominum*, quoniam vanitatem diligunt, & eâ delectantur: *mendaces filij hominum in stateris*, vt mutuò se verbis & exaggerationibus decipiant; ipsi quasi de vanitate collecti, & ad rerum inanium amorem colligati, quia sola terrena & vilia concupiscunt. Hâc trutinâ fallaci quisquis se & proximum ponderat, se bonum, & amore proprio deceptus, fratrem suum iniquum existimat.

Homines ipsâ vanitate inaniores.

Dan. 5, 27.

11. *Et super rapinam.*] Græcè, Ἐπὶ ἅρπαγμα: Latinæ tamen editiones non habent illud *super*: Aquila, Καὶ ἐν ἁρπαγῇ μὴ ματαιοῦσθε, *Et in rapina ne euanescatis*: Symmachus, Καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ γίνεσθε ἀτμίς, *Et super rapinam nolite fieri vapor*. Instar vaporis enim euanescunt diuitiæ; quare vapori & somnio rebus inanibus in Scriptura comparantur: ne itaque illarum inani specie decipiamur hîc monet Psalmista, *Rapinam nolite concupiscere*. q. d. Cauete à laqueo, cauete à muscipula, cauete à fallaci esca, nempe ab auaritia & cupidine diuitiarum. ac si expressiùs diceret: Auceps & venator, qui auibus & bestijs insidias parat, pro earum diuersitate diuersis pabulis inescat; diabolus autem, vt homines fallat, hanc vnam potissimùm escam parat, scilicet auri argentique amorem: qui has insidias euadunt, ceteros diaboli laqueos faciliùs euitabunt. Pulchrè S. Augustinus ad hunc locum, *Et rapinam nolite concupiscere: Non es diues, & rapere vis? Quid inuenis? quid perdis? ô lucra damnosa! inuenis pecuniam, perdis iustitiam. In rapinam ne concupiscatis. Pauper sum, non habeo; ideò rapere vis? Quid rapias vides, à quo rapiaris non vides? Nescis circuire inimicum tamquam leonem rugientem & quærentem quid rapiat: præda illa, quam vis rapere, in muscipula est; tenes, & teneris: rapinam ergo ne concupiscas.*

Diuitiæ sunt res inanes & fallaces, quibus diabolus multos capit.

IBIDEM. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*] In Græco est, Ἐὰν ῥέῃ, *si fluant*. Vbi miratur S. Augustinus cæcos mortalium oculos, qui affluere diuitias vident, effluere non vident; & tamen cùm affluunt fluunt, & subitò è sinu labuntur: quare qui cor in illis ponit, stabile id habere nequit, sed vagum, fluxum, periturum. Hic diuitiarum fluxus non procul quærendus est, tenetur manibus, experientia quotidiana rei veritatem ante oculos ponit. Respice, quæso, ait S. Basilius, ad ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ sortitæ sunt, aliter ab alijs atque alijs appellatæ possessoribus. Huius hodie est ager, cras erit alterius, & paulò pòst ad alium perueniet. Auro verò nihil magis lubricum, nihil in fluxu magis aut celeriùs euolat: quod mensæ & culinæ decoquunt, fures sublegunt, lites vorant, insumunt dona, spargit ambitio, fraus & dolus auertit, iuuenilis pompa & libido consumit. Est ergo plenum sapientiæ monitum Regij Vatis: *Diuitiæ si fluant, noli cor apponere*, ne simul mens animi colliquescat, corque in Oceanum grandium miseriarum cum eodem illo fluxu labatur. Alijs quoque Diuis Patribus frequens hæc fuit consideratio: nam S. Chrysostomus in Psalmum 48. eleganter; *Fluuialium*, inquit, *vndarum naturam diuitiæ imitantur*: quæ simul & videntur & labuntur, vno eodemque punctο temporis & tenentur, & effluunt. Nonnulli eamdem ob causam opes cum seruis fugitiuis comparant, qui inter seruos nequissimi habebantur (vt auctor est Lactantius lib. 1. Instit. cap. 18.) quòd heros suos abituri pretiosissimis vulgò rebus spoliarent: itaque domini proponebant in vijs atque foro publicè præmia illis qui fugitiuos indicassent: quæ præmia vulgò *μήνυτρα*, Latini *indicia*, vocant. Præmia hæc debemus S. Augustino, qui Sermone de verbis Domini disertè aurum nominat *proditorem seruum*. Cyrillus quoque Alexandrinus in Sophoniam vocem altè extollit, δραπέτης ὁ πλοῦτος ἀεί, *Plutus est semper fugitiuus*: quæ seruire tibi opes videntur, deserunt te atque aufugiunt. Est certè fugiti-

In diuitijs nihil stabile.

Domus & agri possessores mutant.

Auro nil magis lubricum.

Diuitiæ fluuios imitantur.

Similes sunt seruis fugitiuis.

Digitized by Google

fugitiuorum nequissimus, qui nobis pretiosissimum tempus diripit, cogitationes omnes pias furatur, vt à nobili hierotheca & gemmea, sic auream è corde pacem & salutem aufert, cælestibus gratiæ donis animum expoliat, tum fugit, & vanissimâ opinione delusos relinquit. Hem quanta detrimenta! Hæc videlicet diuites rident, & ridendo pereunt. Sed irridet * S. Ambrosius, vel potiùs piè miseratur: *Quid prosunt*, inquit, *innumeræ possessiones? publica sunt, an tuæ? Hodie tu tenes, cras alius: cùm tu exieris, alius intrabit: vix mouisti pedem, alius gressum intulit*, &c. Amasenus quoque Præsul Asterius hom. de villico irridet eos, in quorum sæpè ore est, prædium meum, domus mea: mirari enim se, quonam modo, quæ ipsorum non sunt, inani syllabâ [μῦ] sibi vendicent, tribusque fallacibus litteris [*mea*] aliena capiant: in communibus enim terræ bonis id euenire, quod in histrionibus; quorum propriè & peculiariter possidet nemo, verùm ad vsum quisque sumit quod personæ conuenit; sic terram, & quæ in ea circumferuntur, quasi vestes ex alijs alios sumere, quibus deinde alij vtentur. S. Basilius hom. de non adhærendo rebus sæcularibus alia similitudine rem declarat, monetque bona in continuo esse fluxu, & commeare ab vno in alium, ὥσπερ ἐν κύβων περιτροπαῖς, *vt in talorum circumuolutionibus* fieri solet, rebus continuò mutatis; nec esse magis possidentium quàm quorumlibet aliorum, vt etiam alio loco asserit. Eam ob rem vetusti sapientes Fortunam super cylindro pingebant, quæ, inquit Artemidorus lib. 2. cap. 42. in somnis visa mala omnibus significat, διὰ βάσεως ἐπικίνδυνον, *propter basis ipsius periculosam volubilitatem*. Cylindrus enim continuò voluitur, fortunamque voluit vertitque, &, vt verbo Homerico dicam, ἀλλοπρόσαλλον summâ instabilitate modò ad hunc, modò ad alium diuertentem. *Præterit enim figura huius mundi*, ait Apostolus. Vt in Comœdia res aguntur nostræ, continuò scena commutatur, alia atque alia rerum facies obijcitur. Quæ fortunæ dicuntur bona, summâ instabilitate prætereunt, & hiantes auidosque deludunt. Quod cùm vident prudentes viri, cæci putant fatuique animi proprium, affectionem ad opes adiungere tam fluxas, & tam breui dominos relicturas.

12. *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui.*] Vbi clariùs S. Hieronymus legit, *Vnum locutus est Deus, duo hæc audiui.* Quid ais, ô Propheta? Deus vnum loquitur, & tu audis duo? quid? Concameratásne ad fornicis modum aures habes, in quibus multiplex echo resultet? & quæ acceperunt tamquam secretæ rupes multiplicato tumultu referant? vel ad hominum nostri sæculi morem loqueris? qui ea quæ audierunt numquam fideliter ac purè reddunt, quin pleraque de suo auditis attexant? Minimè quidem. Cur ergo, Deo vnum loquente, duo te audisse affirmas? Respondet Dauid, *Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.* Quæ S. Hieronymus in cap. 51. Isaiæ sic capit, vt vna Dei potestas tam in misericordia in bonos quàm in iustitia in malos resplendeat: *Ibi enim* (inquit) *semel loquitur Deus, quòd omnipotens sit; & duo audit Propheta: quòd omnipotentia illius in vtraque parte prævaleat, & vt pœnitentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ merentur.* Sic ille. Dixerit tamen nonnemo, clarius id & manifestius esse, quàm vt tantâ emphasi à Vate inculcari debuerit. Quare non minùs opportunè opinor dixeris Deum semel loqui, cùm iudicium in homines exercet; duo verò audire Prophetam, quòd vnum Dei iudicium iustitiâ & misericordiâ simul constet, nec irasci nouit, quin misericordiæ recordetur; supplicia nimirum temperans, atque illis misericordiam & consolationem benignè admiscens. Hinc Ecclesia illud de Deo magnificum canit, *Qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas.* Vbi expendendum est aduerbium superlatiuum *maximè*. Deus namque non dubium quin in omnibus suis operibus & actibus potentiam suam demonstret creando Angelos, producendo mundum eumque gubernando, vindictam de peccatis sumendo, mittendo diluuium inundans orbem, ignem comburentem pentapolim, &c. sed maximè ostendit parcendo: quo actu se ostendit tam potentem, vt nullus affectus ei dominetur. Vnde etiam Sapiens ait: *Misereris omnium, quia omnia potes.* Vbi notanda hæc ratio, Misereris, quia omnipotens. Est enim regium quiddam propriumque potentium, iacentes & afflictos erigere, donare iniurias, misereri. Vt igitur Deus est omnium potentissimus, ita & misericordissimus, vt nulla in alia re magis quàm miserendo pulcherrimam fortitudinis suæ speciem & magnitudinem potentiæ declarare velle videatur: ne tamen de illius misericordia & bonitate nimiùm præsumentes, probis nos operibus exercere negligamus, aptè subiungitur, *Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.*

*in Psal. 1.

Fortuna volubilis.

1. Cor. 7, 31.

Quomodo Dauid Deo vnum loquente duo audiat.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dei potentia maximè relucet in miserando.

Sap. 11, 24.

IN PSALMVM LXII. ARGVMENTVM.

ά. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας.

Περιφεύγων τὸν Σαοὺλ ὁ Δαβίδ, καὶ κινδύνοις πολλάκις περιπεσών, νῦν τοῦτον ἐν φυγῇ καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ αὐλισθεὶς συνέγραψε τὸν ψαλμόν, ἐκκαλύπτων δὲ ἣν εἶχεν ἔρωτα πρὸς θεόν, καὶ τοῦ Σαοὺλ προαγορεύων τὸν ὄλεθρον. Ἄλλος δὲ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι μᾶλλον ἁρμόζειν φησὶν ὠφεληθεῖσι, καὶ

1. Psalmus ipsi Dauid, cùm esset in deserto * Iudææ.

Cùm fugeret Saülem Dauid, & in pericula frequenter incideret, modò hunc Psalmum è fuga & in deserto delitescens conscripsit, amorem patefaciens quem erga Deum habebat, Saülisque interitum prædicens. Alius verò ait ipsum potiùs conuenire ijs qui in Babylone auxilium acceperant, & pro

* Vulgata Idumææ. Psalmum hunc in fuga scripsit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

pro suo reditu orabant, ac pro Zorobabele, qui post reditum imperabat. Variabilem enim ait Dauidem, eò quòd & Saülem accusaret, & pro eo rogaret dicens; Rex verò lætabitur in Deo: *siquidem interficere eum nequaquam volebat, sed accusat eum tamquam erga Deum minimè gratum. Demonstrationem autem eorum quæ dicuntur continet sequens Psalmus, quem cùm ex propria persona faciat, vbique se accusat ac reprehendit.*

ἀναχρεμψόμενοι ὑπέρ τε τῆς ἑαυτῶν ἐπανόδου, καὶ τοῦ μετὰ τὴν ἐπάνοδον βασιλέως τοῦ Ζοροβάβελ. Ἀλλόκοτον γάρ φησι τὸν Δαβίδ, ἐν ταὐτῷ καὶ κατηγορεῖν τοῦ Σαοὺλ, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντα· Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ· ἀνελεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐβούλετο, μέμφεται δὲ ἐν τοῖς πρὸς Θεὸν ὡς οὐκ εὐγνώμονα. Ἀπόδειξις δὲ τῶν λεγομένων ὁ ἐφεξῆς ψαλμὸς, ὃν ἐκ προσώπου οἰκείου ποιούμενος, πανταχοῦ κατηγορεῖ καὶ μέμφεται.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. DEVS Deus meus ad te de luce vigilo.

Diluculum pro celeritate.

Diliculum multis locis vocat celeritatem. vult igitur hîc dicere: Festino, & vrgeor, vt ad te veniam; dicit autem Hierosolymam. vnde id ipsum explicans subiungit:

Sitiuit* te anima mea,

* Vulgata in te

Id est ego, ex parte totum denominans; sicut etiam in alio versu.

Quàm multipliciter tibi caro mea.

Idem dicit.

3. In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Sitis animæ deuota.

Quemadmodum, inquit, terra deserta & inuia sitit aquam, sic & ego sitio, vt tibi appaream, id est Hierosolymam reuertar, vt rursus fruar virtute tuâ & gloriâ tuâ. Istud enim *apparui tibi*, pro vt appaream tibi dicit: tempus enim mutatum est. Istud autem *quàm multipliciter tibi* pro sæpè dicit. Vult enim dicere: Magis quàm terra deserta & inaquosa ego sitio sancta tua, id est Hierosolymam; in qua & plurimâ ope & gloriâ tuâ fruor, dum omnes nos beatos prædicant, tali Deo familiares effectos.

4. Quoniam melior est misericordia tua super vitas:

Vitas vocat hîc delicias, quibus vtebantur Babylonij, qui lauti erant. Vult igitur dicere, quòd meliùs sit tuâ benignitate

β'. ΘΕΟΣ ὁ θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

Ὄρθρον καλεῖ πολλαχοῦ τὸ τάχος. βούλεται οὖν ἐνταῦθα εἰπεῖν· ὅτι ταχύνω πρὸς σὲ, ἀντὶ τοῦ σπεύδω, καὶ ἐπείγομαι ἐλθεῖν πρὸς σέ· λέγει δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. ὅθεν ἑρμηνεύων τοῦτο αὐτὸ ἐπάγει·

Ἐδίψησέν σε ἡ ψυχή μου,

Ἀντὶ τοῦ ἐγὼ, ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάζας· ὡς καὶ ἐν τῷ ἄλλῳ στίχῳ.

Ποσαπλῶς σε ἡ σάρξ μου.

Τὸ αὐτὸ λέγει.

γ'. Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ, οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου, καὶ τὴν δόξαν σου.

Ὥσπερ, φησὶν, ἡ γῆ ἔρημος καὶ ἄβατος διψᾷ τοῦ ὕδατος, οὕτως κἀγὼ διψῶ ὀφθῆναί σοι, τουτέστιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπανελθεῖν, ἵνα πάλιν ἀπολαύσω σου τῆς δυνάμεως καὶ τῆς δόξης. Τὸ γὰρ ὤφθην σοι, ἀντὶ τοῦ ὀφθῆναί σοι λέγει· ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος. Τὸ δὲ ποσαπλῶς σοι ἀντὶ τοῦ πλεονάκις λέγει. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι πλέον τῆς ἐρήμου γῆς τῆς ἀνύδρου διψῶ ἐγὼ τὰ ἅγιά σου, τουτέστι τὰ Ἱεροσόλυμα· ἐν οἷς καὶ βοηθείας ἀπολαύω πλείστης καὶ τῆς παρά σου δόξης, πάντων ἡμᾶς μακαριζόντων, ὡς ᾠκειωμένων τοιούτῳ Θεῷ.

δ'. Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς·

Ζωὰς ἐνταῦθα τὰς τρυφὰς λέγει, αἷς ἐχρῶντο οἱ Βαβυλώνιοι, ἁβροδίαιτοι ὄντες. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι βέλτιον τῆς σῆς ἀπολαύειν

φιλαν-

φιλανθρωπίας, καὶ μετὰ στενοχωρίας, εἰ τύχοιεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἢ τῆς τρυφῆς τῆς Βαβυλωνίων ἐνταῦθα.

Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε.

Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο μοί, φησιν, ὑπάρχει ἐν τοῖς τόποις τοῖς κατὰ τὸν ναόν σου· τὸ γοῦν ὑμνεῖν σε, καὶ τοὺς θείους ἀναπέμπειν ὕμνους καὶ τὰς θείας ἀναπέμπειν ᾠδὰς ἔξεστίν μοι· ἐν γὰρ Βαβυλῶνι οὐδὲ τοῦτο ποιεῖν, ἠδύναντο τοῦ νόμου κωλύοντος. ὡς αὐτοὶ σαφέστερον ἀλλαχοῦ λέγουσι· πῶς ᾄσωμεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας;

ε. Οὕτως εὐλογήσω σε ἐν ζωῇ μου·

Καὶ ἔξεστιν ἡμῖν, φησι, ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπανελθεῖν, ἵνα πάλιν διαπαντὸς ἀνυμνεῖν ὁμοίως· καὶ οὐ μόνον ἀνυμνεῖν, ἀλλὰ καὶ δέεσθαι περὶ ὧν ἂν βουλοίμεθα. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου.

Τοῦτο γάρ ἐστι δεήσεως λέγει, καὶ αἰτήσεως.

ς'. Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου·

Γίνεται δέ μοί, φησι, ταῦτα (ὁ ὕμνος ὁ εἰς σε καὶ ἡ ἕτοιμος δέησις) τρυφὴ καὶ πιότης ἀπόρρητος τῇ ψυχῇ. Πιότητα γὰρ καὶ στέαρ ἐκάλεσε τὴν τρυφήν.

Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου.

Παντὸς γὰρ ἀγαθοῦ, φησιν, ἐμπίπλαμαι καὶ πάσης ἀγαλλιάσεως, ἐπειδὰν κινῶ τὰ χείλη πρὸς ὕμνον καὶ ἔπαινον τὸν σόν.

ζ. Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ· ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου.

Ὑπάρχει δέ μοι, φησὶ, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ μνημονεύειν τῶν θείων ὕμνων καὶ τῶν ἀγαθῶν ὧν παρέχεις μοι καὶ τῶν βοηθειῶν· καὶ ἐν αὐτοῖς ἐμμελετᾶν διηνεκῶς. στρωμνὴν γὰρ καλεῖ τὴν νύκτα, καὶ ὄρθρον τὴν ἡμέραν. ἵνα εἴπῃ· Ὅτι καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὑπάρχει μοι μελετᾶν τὰ παρὰ σοῦ διδόμενά μοι ἀγαθά. Τὸ δὲ, εἰ ἐμνημόνευον, ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· καθὼς εἴρηται...

frui, etiam cum angustijs, dummodò Hierosolymis fuerint, quàm ibi delicijs Babyloniorum. PARAPHRASIS ANONYMI.

Labia mea laudabunt te.

Nam etsi, inquit, nil aliud mihi esset in locis templo tuo vicinis; saltem ibi licet te laudare, & diuinos hymnos ac diuina carmina offerre: quod vtique in Babylone facere non poterant, lege id prohibente, sicut ipsi manifestiùs alibi dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Psal. 136, 4.

5. Sic benedicam te in vita mea:

Et liceat, inquiunt, nobis redire Hierosolymam, vt te assiduè iterùm sic laudemus; neque laudemus tantùm, verùm etiam oremus pro quibuscumque voluerimus. vnde subdit:

* In nomine tuo leuabo manus meas. * Vulgata addit Et

Hoc enim, inquit, supplicationis & postulationis est.

6. Sicut * ex adipe & pinguedine repleatur anima mea: * Vulgata non habet ex

Hæc autem, inquit (scilicet laus tua & prompta oratio) deliciæ mihi fiunt & pinguedo ineffabilis animæ meæ. Pinguedinem enim atque adipem vocauit delicias. Deliciæ animæ dæmonæ.

Et labijs exultationis laudabit os meum.

Omni enim, inquit, bono repleor atque omni exultatione, quando moueo labia ad hymnum & laudem tuam.

7. Si * memoratus sum tui super stratum meum, in matutinis * meditabar in te: quia fuisti adiutor meus. * Vulgata memor fui * Vulgata meditabor

Contingit autem, inquit, me etiam nocte ac die meminisse laudum diuinarum atque bonorum etiam auxiliorum quæ præbes mihi, atque in ijs assiduè meditari. *Stratum* enim appellat noctem, *matutinum* verò diem. ac si dicat: Et die & nocte contingit me meditari bona, quæ mihi à te data sunt. Istud verò, *Si memor fui*, secundùm tempus immutatum est. Vult enim dicere: Sicut dictum est, contingit Die ac nocte meditandum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

tingit me memorare, & ex rememoratione eorum, quæ pridem mihi euenerunt accidit, vt quoad sequentia quoque spem in tua prouidentia constituam. vnde subdit:

* Vulgata velamento

8. Et in * vmbra alarum tuarum exultabo,

Meditatio enim eorum quæ contigerunt admonitio fit futurorum.

9. Adhæsit anima mea post te:

Desiderat Dei vnionem.

Desidero, inquit, nunc animam meam tibi quodammodò propinquare, & meipsum indiuulsum facere à populo tuo.

Me autem suscepit dextera tua.

Suscepit igitur me dextera tua: nam istud *suscepit* rursus mutatum est secundùm tempus. Cùm enim, inquit, sic constitutus essem, æquum erat vt dextera tua me susciperet, & ab inimicis liberaret. Non enim habēt Babylonij vllam iustam causam, ob quam me humilient, & miserum efficiant. idcircò subiungit:

10. Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam,

Sine causa, inquit, volunt interimere animam meam; sed contrarium patiantur.

Introibunt in inferiora terræ:

Ipsi, inquit, morti dedantur; & quali morti subiungit:

Tradentur in manus gladij,

Id est, per gladij supplicium tradentur inferno.

Partes vulpium erunt.

Vulpes vescuntur reliquijs leonum.

Tradunt reliquijs leonum non vesci leones ipsos; sed vulpes, cùm non potuerint escam propriam inuenire, & in reliquias leonum inciderint. Vult igitur dicere, Babylonios supplicio tradendos esse; & si reliquiæ quædam illorum superfuerint, has ab aliquibus alijs absumendas esse. Hoc enim sibi vult exemplum illud. Babylonijs itaque supplicio affectis, hoc modo cum reliquijs eorum res nostras in meliorem statum restituet. vnde subdit:

12. Rex verò lætabitur in Deo:

ὑπάρχει μοι μνημονεύειν, καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι τῶν ἤδη μοι ὑπαρξάντων ὑπάρχει τὸ, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐλπίζειν ἐπὶ τῇ προνοίᾳ τῇ σῇ. ὅθεν ἐπιφέρει·

η'. Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι;

Ἡ γὰρ τῶν ὑπαρξάντων μελέτη προξενητὴ γίνεται τῶν μελλόντων.

θ'. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου·

Ἐπιθυμῶ νῦν, φησὶν, οἷον προσεγγίσαι σοι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἀχώριστον ἐμαυτὸν καταστῆσαι τοῦ λαοῦ σου.

Ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου.

Ἀντελάβετό μου ἡ δεξιά σου· τὸ γὰρ ἀντελάβετο πάλιν ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Οὕτω γάρ μου διακειμένου, φησὶ, δίκαιον τὴν δεξιὰν τὴν σὴν ἀντιλαβέσθαι μου, καὶ ἀπαλλάξαι με τῶν πολεμίων. Οὐδὲ γὰρ ἔχουσί τι δίκαιον Βαβυλώνιοι, ἀφ' οὗ με ταπεινοῦσι, καὶ ταλαιπωροῦσι. διὰ τοῦτο ἐπιφέρει·

ι'. Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου,

Ἄνευ αἰτίας, φησὶν, ἀνελεῖν βούλονται τὴν ψυχήν μου· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον πάθοιεν ἄν.

Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς·

Αὐτοί, φησι, παραδοθεῖεν θανάτῳ· καὶ ὁποίῳ θανάτῳ ἐπιφέρει·

ια'. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας,

Ἀντὶ τοῦ, διὰ ξίφους τιμωρίαν παραδοθήσονται τῷ ᾅδῃ.

Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται.

Φασὶ τὰ λείψανα τῶν λεόντων, μὴ αὐτοὺς ἐσθίειν τοὺς λέοντας, ἀλλὰ τὰς ἀλώπεκας, μὴ δυναμένας εὑρίσκειν θήραμα οἰκεῖον, καὶ ἐρχομένας ἐπὶ τὰ λείψανα τῶν λεόντων. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι παραδοθεῖεν τιμωρίᾳ Βαβυλώνιοι· εἰ δὲ καὶ λείψανον αὐτῶν περιλειφθείη, τοῦτο ὑπὸ ἄλλων τινῶν ἀναλωθείη. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ ὑπόδειγμα. Βαβυλωνίων οὖν τιμωρηθέντων, οὕτως μετὰ τῶν ἐλλειμμάτων αὐτῶν τὰ ἡμέτερα ἐπιδώσει ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ·

Ὁ μέντοι

Ὁ μέντοι ἡμέτερος βασιλεὺς ὁ Ζοροβάβελ· καὶ οἱ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ διάξουσιν ἐν εὐφροσύνῃ.

Nimirum Rex noster Zorobabel: & qui ex semine eius oriundi sunt vitam agent in iucunditate.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Ἐπαινεθήσεται) πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ· ὅτι ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα.

* Laudabitur omnis qui iurat in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

* *Vulgata* Laudabuntur omnes qui iurant

Βούλεται τοῦτο εἰπεῖν· Βαβυλώνιοι ἔλεγον μηδέποτε ἕξειν τοῦ λοιποῦ τοὺς Ἰσραηλίτας βασιλέα, ἀπὸ δὲ τούτου ἀνῃρεῖτο Ἰσραηλίταις καὶ τὸ κατὰ τῆς σωτηρίας ὀμνύειν τοῦ βασιλέως· ὥσπερ καὶ νῦν εἰώθασιν οἱ ἐξομνύμενοι ποιεῖν λέγοντες, ἐξόμνυμι τὸν θεὸν καὶ τὴν διαμονὴν τῶν βασιλέων. ἐπειδὴ οὖν ἀμφότερα οὐ προσεδοκᾶτο, οὔτε τοὺς Ἰσραηλίτας ἕξειν βασιλέα, οὔτε ποτὲ γίνεσθαι αὐτοῖς ὅρκον τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως· παρακαλοῦσι τὸν θεὸν Ἰσραηλῖται ἀμφότερα ἔχειν, βασιλέα εὐθυνοῦντα, καὶ ὅρκον τὸν ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ. Ἐὰν γάρ, φησι, τοῦτο ὑμῖν ὑπάρξῃ, ἐμφράζεται τὰ στόματα τὰ λαλοῦντα ἄδικα, τουτέστι, τὰ λέγοντα, μήποτε ἡμᾶς ἕξειν μήτε βασιλέα, μήτε ὅρκον ὑπὲρ αὐτοῦ.

Vult hoc dicere: q. d. Babylonij dicebant Israëlitas numquam ampliùs in posterum habituros esse Regem. Exinde autem exoleuit apud Israëlitas consuetudo iurandi per salutem Regis; sicut etiamnum solent facere hi qui iurant dicentes, Eiuro Deum & permansionem Regum. Quandoquidem ergo vtraque non expectabantur, vt neque Israëlitæ Regem habituri essent, neque aliquando salus Regis ipsis iusiurandum fieret; rogant Deum Israëlitæ, vt vtraque habeant, scilicet Regem prosperè regentem, & iusiurandum pro salute eius. Nam si hoc, inquit, vobis acciderit, obstruentur ora loquentia iniqua, id est, dicentia, numquam nos Regem habituros, neque iusiurandum pro illo.

Mos iurandi per salutem Regis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. Ὁ ΘΕΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] Πρὸς σέ, φησιν, ἢ ὁ λαὸς πρὸς Ἱερουσαλήμ, ἢ Δαβὶδ πρὸς τοὺς ὕμνους, ὄρθρον ταχυνῶ. ὥσπερ λέγων· Ἀπελαύνει καὶ τὸν ὕπνον ἐξ ἐμοῦ ὁ περὶ σὲ διάπυρος πόθος, καὶ διεγείρει εἰς τὴν σὴν με προσκύνησιν. Εἰ δέ τις ἔτι τὰ τῆς νυκτὸς ἔργα πράττοι, πῶς ἂν λέγοι, τὸ ὀρθρίζω, μὴ ἐνεστῶτος αὐτῷ τοῦ ὄρθρου. Τὸ δὲ πρὸς σὲ οὐ τοπικῶς ἀκουστέον. οὐ γὰρ ἐν τῷ τόπῳ ὁ θεός, ἀλλ' ἐν διαθέσει καὶ ἕξει πρὸς θεὸν γινομένου τοῦ τὰ αἰσθητὰ ὑπερπηδήσαντος. Ἑρμηνεύων δὲ τὸ τοῦ πόθου διάπυρον φησιν, Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου, ἀντὶ τοῦ ἐγώ. εἰπὼν δὲ τὸ ἐδίψησεν ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐπάγει, Ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου. ἀντὶ τοῦ· Συμφωνεῖ, φησι, τῷ ἔρωτι τῆς ψυχῆς καὶ ἡ σάρξ. Τὸ δὲ ποσαπλῶς ἐπίτασιν σημαίνει. οἷον, ἐπιποθεῖ σε ἡ ψυχή μου καὶ τὸ σῶμά μου, ἤτοι δι' ἀμφότερα ἐγώ. Ποσαπλῶς φησιν ἀντὶ τοῦ, πολλαχῶς παρέστη σοι ἡ σάρξ μου ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῷ ναῷ, τῷ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὕμνησα γάρ σε καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ οὐδὲν ἧττον τοῦ ἐν

2\. DEVS DEVS MEVS.] Ad te, inquit, siue populus ad Hierusalem, siue Dauid ad hymnos, manè festino. ac si dicat: Meum erga te Domine desiderium etiam somnum à me expellit, & ad te adorandum me excitat. Si quis autem adhuc noctis opera faciat, quomodo dicet istud, *de luce vigilo*, cùm matutinum illi nondum instet. Porrò istud *ad te* non localiter intelligendum. Non enim in loco Deus, sed in affectu & habitu eius qui ad Deum venit, & sensibilia transiliuit. Explicans autem desiderij feruorem ait, *Sitiuit anima mea.* id est *ego.* Vbi verò de anima dixerat illud *sitiuit* subiungit, *Quàm multipliciter tibi caro mea?* Id est: Consentit, inquit, amori animæ etiam caro. Istud autem *quàm multipliciter* intensionem significat. q. d. Desiderat te anima mea & corpus meum, siue per vtraque ego. *Quàm multipliciter* ait pro, multipliciter adstitit tibi caro mea in terra deserta, & inuia, tamquam in sancto videlicet templo, quod Hierosolymis est: nam laudaui te etiam in deserto non minùs quàm in

Manè vacandum orationi.

Qualis sit sitis animæ deuotæ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

in templo; subauditur autem vox *sicut:* q. d. Sicut in templo: vti etiam in isto, *Ascendunt montes,* id est, sicut montes.

Psal. 103, 8.

ALIVS. *Sitiuit.* Desiderium meum, inquit, à rebus omnibus præsentibus auocans, sitio cum anima esse apud Deum, qui præbet mihi fontem aquæ salientis. Quandoquidem autem anima mea sitiuit, & caro mea quàm multipliciter. Obserua verò quomodo *in terra deserta* non locum terrenum declaret, sed eum qui diuinâ perfectione vacuus est & inaquosus; eò quòd non abundet donis spiritalibus, propter quod etiam inuius existit, dum nemo ipsum frequentat eorum qui Deo pro virili assimilantur.

Terra deserta quid mystice.

ALIVS. Non tantùm anima mea, inquit, diuino amore repleta est, sed etiam caro multipliciter. Non enim pietatem solam colere oportet, verùm etiam corpore placere Deo, v. g. per ieiunium & assiduam orationem, per manuum operationem, vt egenis subueniatur. Theodotion, *Quantupliciter:* Symmachus, *Desiderat te caro mea:* Aquila, *Intendit tibi caro mea.* Positæ sunt autem hæ expositiones, ne putarentur esse duæ partes orationis istud *quàm multipliciter,* sed vna, exaggerationem amoris insinuans. Ceterùm istud *in sancto* tabernaculum dicit: nondum enim templum exstructum erat. Nullum, inquit, impedimentum à solitudine accepi in te laudando; sed sicut in sancto, ita & in deserto apparui tibi, vt viderem, siue imaginarer virtutem & potentiam tuam, & occasiones te laudandi caperem ex factis tuis.

Quomodo etiam corpore Deo seruiendum sit.

4. QVONIAM MELIOR EST MISERICORDIA TVA.] Nam tuam, inquit, misericordiam malo quàm omnem vitam diuitum, & potentium, & otiosam, & negotiosam, & delicatam, & remissam. atque in tuas laudes labia moueo: hoc autem per totam meam vitam perficiam, labijs quidem laudans, manus verò expandens, tuam benignitatem postulans.

Misericordia Dei omnibus diuitijs præferenda.

6. SICVT ADIPE ET PINGVEDINE.] Has tuas, inquit, laudes animæ pinguedinem existimo, quandoquidem tuorum oraculorum meditatio voluptas & sempiternus cibus est, ita vt etiam labia, dum ad laudes tuas mouentur, exultatione repleantur. Ceterùm cùm semper epulis hisce fruens esuriat

Laudes Dei sunt animæ pinguedo.

τῷ ναῷ· συνυπακούεται) δὲ τὸ ὡς· οἷον, ὡς ἐν τῷ ναῷ· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ, Ἀναβαίνουσιν ὄρη, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὄρη.

ΑΛΛΟΣ. Ἐδίψησε. Πάντων, φησὶ, τῶν παρόντων ἀποστήσας μου τὸν πόθον, διψῶ τῇ ψυχῇ εἶναι πρὸς Θεὸν, ὀρέξαντά μοι πηγὴν ὕδατος ἀλλομένου. Ἐπεὶ δὲ ἡ ψυχή μου ἐδίψησε, καὶ ἡ σάρξ μου ποσαπλῶς. Ὅρα δὲ ὡς μὴ ἐν τῇ γῇ ἐρήμῳ τὸν περὶ γῆν τόπον δηλοῖ, ἀλλὰ τὸν ἔρημον ὄντα θείας τελειότητος καὶ ἄνυδρον· τῷ μὴ δαψιλῶς ἔχειν τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα, διὸ καὶ ἄβατός ἐστιν, οὐδενὸς ἐν αὐτῷ διατρίβοντος τῶν πάντη κατὰ τὸ δυνατὸν ὡμοιωμένων Θεῷ.

ΑΛΛΟΣ. Οὐ μόνον ἡ ψυχή μου, φησὶ, τοῦ θείου ἐμπέπλησται ἔρωτος, ἀλλὰ καὶ ἡ σάρξ πλεονάκις. οὐ γὰρ εὐσέβειαν μόνον ἐπιτηδεύειν χρὴ, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἀρέσκειν Θεῷ, οἷον διὰ νηστείας καὶ συνεχοῦς προσευχῆς, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν, εἰς τὸ δεομένοις χορηγεῖν. Θεοδοτίων, ποσαχῶς· ὁ Σύμμαχος, ἱμείρεταί σου ἡ σάρξ μου· Ἀκύλας, ἐπετάθη σοι ἡ σάρξ μου. Τέθεινται δὲ αἱ ἐκδόσεις, ὥστε μὴ οἴεσθαι δύο μέρη λόγου εἶναι τὸ ποσαπλῶς, ἀλλ' ἓν, ἐπίτασιν τοῦ πόθου σημαῖνον. Τὸ δὲ ἐν τῷ ἁγίῳ τὴν σκηνὴν λέγει· οὔπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο. Οὐδεμίαν, φησὶν, ἀπὸ τῆς ἐρημίας κώλυσιν ἔσχον τοῦ δοξολογεῖν σε· ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ, οὕτως καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν, ἤτοι φαντασθῆναι τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ δύναμιν, καὶ ἀφορμὴν δοξολογίας διὰ τῶν ὑπό σου γινομένων λαβεῖν.

δ'. ΟΤΙ ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] Πάσης γὰρ ζωῆς, φησι, τῆς τῶν πλουτούντων, καὶ τῆς τῶν δυναστευόντων, καὶ ἀνευ φροντίδος, καὶ πολυφροντίδος, καὶ ἁβροδιαίτου, καὶ ἀνεμελοῦς τὸ σὸν ἔλεον προαιροῦμαι. καὶ εἰς τὴν σὴν ὑμνῳδίαν τὰ χείλη κινῶ· τοῦτο δὲ παρὰ πάντα μου τὸν βίον διατελέσω ποιῶν, ὑμνῶν μὲν τῇ γλώττῃ, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνων, καὶ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν αἰτῶν.

ς'. ΩΣΕΙ ΣΤΕΑΤΟΣ ΚΑΙ ΠΙΟΤΗΤΟΣ.] Τὴν σὴν, φησιν, ὑμνῳδίαν πιότητα ὑπολαμβάνω τῇ ψυχῇ, χλιδὴ γὰρ μόνιμος καὶ τροφὴ τῶν σῶν λογίων ἡ μελέτη, ὡς καὶ τὰ χείλη τὰ κινούμενα πρὸς εὐφημίαν σου πληροῦσθαι ἀγαλλιάσεως. Ἐπειδὴ δὲ ἀεὶ τῆς εὐωχίας ταύτης μεταλαμβάνων πεινᾷ

διὰ

διὰ τὸ τῆς ὀρέξεως τοῦ ναοῦ ἀκόρεστον, ἐμπλησθείη εἶπεν, οὐκ ἐνεπλήσθη, καίπερ ἤδη δαψιλῶς μετειληφώς. Ὡς γὰρ τὰ εὐτραφῆ τῶν ζώων κρείττονα τυγχάνει πρὸς ἡδονὴν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν ἀναλόγως· διὸ καὶ στέατος ἐπεμνήσθη. Ἐντρεπέσθωσαν ἐκ τῆς λέξεως οἱ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αἰσθητὴν τροφὴν καὶ μέθην ὀνειροπολοῦντες· οὐ γὰρ εἶπεν σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν ἐμπλησθήσεσθαι, πληροῦντος τοῦ θεοῦ τῆς ἐν ἀγαθοῖς τὴν ψυχὴν ἐπιθυμίας.

ζʹ. Ει εμνημονευον σου.] Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, Ἀναμιμνήσκομαί σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου· καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σε, καὶ σκεπόμενος ἐν ταῖς πτέρυξί σου εὐφήμουν. Φύλακας δὲ λέγει τὰς νυκτερινάς. διαιρούμενοι γὰρ τὸν νυκτερινὸν καιρὸν οἱ φυλάττειν πεπιστευμένοι, τοῦτο δρῶσι, σφᾶς αὐτοὺς διαδεχόμενοι. Καὶ οἱ μὲν τριχῇ διαιροῦσιν, οἱ δὲ τετραχῇ. Καὶ ὁ κύριος τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους ἐλήλυθε. Λέγει τοίνυν ὁ θεῖος Δαβίδ, ὅτι καὶ ἐπὶ στρωμνῆς κατακείμενος, τὸν ἥδιστον ὕπνον ἀποβαλλόμενος καθ' ἑκάστην φυλακὴν τὴν σὴν εἶχον μελέτην· καὶ ὕμνοις τὰς εἰς ἐμὲ γεγενημένας ἠμειβόμην εὐεργεσίας· οἷον γάρ τινι πτερύγων σκέπῃ τῇ ἀμάχῳ με προμηθείᾳ φυλάττεις. ἢ καὶ οὕτως τὸ, εἰ ἐμνημόνευον ἀντὶ τοῦ μνημονεύων τέθειται. ἵν' ᾖ· ἀεὶ μνημονεύων σου ἄϋπνος ἐγενόμην περὶ τὰς αἰνέσεις καὶ φωτεινάς σου χορηγίας, ἃς τοῖς ἐπικαλουμένοις σε δίδως. Ἡ δὲ ἐκολλήθη φωνὴ τὸ ἡνώθη δηλοῖ· οὕτω γὰρ ἀκούειν δεῖ καὶ τὸ, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ, ἕνωσιν τὴν πρὸς θεὸν δηλῶν οἷον ὅτι· οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὸν λογισμὸν ἀποστῆσαι δύναμαι τῆς σῆς μνήμης· ἀλλ' οἷον τινι κόλλῃ τῷ σῷ πόθῳ προσδέδεμαι, καὶ ἐφίεμαι ἀχώριστον ἐμαυτὸν καταστῆσαί σοι. Τίς δὲ ὁ τοῦ πόθου καρπός; τὸ τῆς σῆς ἀξιωθῆναι κηδεμονίας καὶ ἀντιλήψεως.

ιʹ. Αυτοι δε εις ματην.] Οὐδὲν ἠδικηκότα με σπουδάζουσιν ἀνελεῖν. ἢ λοιπὸν τῶν ἀντικειμένων κατηγορεῖ δυνάμεων, ἣν ὑπέμεινε προσβαλλόμενος βίαν, εὐχόμενός τε ταῖς αἰωνίοις αὐτὰς παραδοθῆναι κολάσεσι. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. Ὑπὸ πολεμικῆς τοῦτο πείσονται δεξιᾶς, καὶ τοῦτο οὐχ ὑπὸ δυνατῶν τινων ὑποστήσονται πολεμίων· ἀλλ' ὑπὸ τῶν προσοίκων ἀλλοφύ-

propter insatiabile templi desiderium, *repleatur* dixit, non repleta est, licet pridem largè sumpserit. Sicut enim animalia benè nutrita magis idonea sunt ad voluptatem, ita etiam quadam proportione fit in rebus spiritalibus: idcircò etiam adipis mentionem fecit. Confundantur ex hac sententia illi qui post resurrectionem sensibilem cibum & ebrietatem somniant: non enim corpus, sed animam dixit replendam, Deo nempe in bonis animæ desiderium replente.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

7. Si memor fvi tvi.] Hoc Symmachus sic explanauit, *Recordor tui super stratum meum: per singulas vigilias meditabar te, & tectus in alis tuis benedicebam.* Ceterùm vigilias nocturnas dicit. Diuidentes enim tempus nocturnum hi quibus custodiæ concreditæ sunt, hoc faciunt, vt sibi mutuo succedant. Et alij quidem in tres partes diuidunt, alij verò in quatuor. Et Dominus in quarta vigilia noctis ad sacros Apostolos venit. Dicit igitur diuinus Dauid, Super stratum iacens, dulcissimum somnum per singulas vigilias exegi tuam habens contemplationem; hymnisque beneficia à te in me collata compensabam: nam veluti quodam alarum tegumento, tuâ inexpugnabili prouidentiâ me custodis. Vel etiam sic, *Si memor fui* pro memorans posuit. ac si dicat: Semper te memorans insomnis fui in laudibus ac lucidis tuis donis, quæ communicas inuocantibus te. Ista autem vox *adhæsit* idem significat quod *vnita fuit*: sic enim intelligendum & illud, *Odientes malum, adhærentes bono*, vnionem cum Deo significare. q. d. Ne paululùm quidem mentem meam à memoria tua auocare valeo; sed quasi glutine quodam tuo desiderio affigor, & expeto me tibi indiuiduum exhibere. Quis porrò fructus huius desiderij? quòd nimirum me curâ & subsidio tuo digneris.

Vigiliæ nocturnæ quomodo diuidi soleant.

Marc. 6, 48.

Assidua Dei memoria habenda.

Adhærendum Deo.

Rom. 12, 9.

10. Ipsi vero in vanvm.] Nil delinquentem me conantur interimere. Vel deinceps contra aduersariarum potestatum exclamat violentiam, quam ab ijs oppugnatus sustinuit, rogans sempiternis ipsas supplicijs addici. *Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Hoc ab hostili dextera patientur, idque non à potentioribus quibusdam hostibus sustinebunt, sed à finitimis alienige-

Prædicit hostium interitum.

CATENA PATRVM.

tis, inquit, illos, sed habetote in Deum spem bonorum.

Cor simplex & candidum Deus amat.

ANONYMI. Omnes populorum ex Gentibus credentium congregationes, vtpote non ampliùs sine Deo & spe existentes, vel etiam sperate in eo, sine omni versutia coram ipso manifestantes corda vestra: erit enim vobis Deus adiutor. Istud coram eo cor effundere, idem est quod ex tota anima & ex toto corde ipsum diligere. Simile est igitur ac si dicat: Nolite accedere ad eum in corde duplici; sed, sicut scriptum est, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua.*

Matt. 22, 37.

Cor integrum Deo offerendum.

ALTERIVS. Omnem vestram ipsi mentem consecrate. Pulchrè autem illud *effundite*, tamquam ad eos qui hactenus dubiâ mente fuerint. q. d. Nolite diffidere quoad religionem erga Deum, sed integras vestras cogitationes in ipsum proijcite: neque enim oportuit vos metuere vim aduersariorum, quoniam vana est. Omnes enim homines infirmi sunt, qui Dei ope destituuntur; sicut è diuerso potentes, qui illam secum obtinent.

10. VERVMTAMEN VANI FILII HOMINVM.] ATHANASII. Cùm sciret omnes recepturos Euangelij vocationem, miseros pronuntiat eos qui non crediderunt, præsertim Iudæorum præceptores, qui & mendaces erant; vtpote qui veritatem repellentes, tantum non trutinâ & stateris iniustitiam administrabant; quin etiam congregabantur in vanitate: siquidem verè vanæ ipsorum contra Saluatorem insidiæ.

Miseri sunt qui non crediderunt.

BASILII. Nouit non omnes sequi prædicationem eius, neque suscipere spem in Deum, sed habere spem in vanitatibus huius vitæ: quapropter dicit, *Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum.* Cur vani? Quia mendaces. Vbi maximè mendacium ipsorum deprehenditur? In stateris, inquit, iniquitatis. Qualibus dicit stateris? Non enim omnes homines libripendæ sunt. Quid igitur est quod dicit? Quòd vnicuique nostrum in occulto statera quædam à conditore nostro constructa sit, in qua rerum naturam discernere ac dijudicare potest. Posui enim, inquit, ante faciem tuam vitam & mortem, bonum & malum, duas naturas inter se oppositas: expende ipsas in proprio iudicio tuo:

Actiones nostræ in statera ponderandæ sunt.

τέ, φησι, τούτοις, ἀλλ' ἔχετε ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἐλπίδα τῶν καλῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πᾶσαι αἱ τῶν λαῶν τῶν πιστευσάντων ἀπὸ ἐθνῶν συναγωγαὶ, ὅπως μηκέτι ἄθεοι καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, ἢ καὶ ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν, ἄνευ πάσης πανουργίας ἐνώπιον αὐτοῦ φανερώσαντες τὰς καρδίας ὑμῶν· γενήσεται γὰρ ὑμῖν ὁ Θεὸς βοηθός. Ταυτὸν τὸ ἐκχεῖν ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν καρδίαν, τῷ ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπᾷν αὐτόν. Ὅμοιον οὖν ὡς εἰ λέγοι μὴ προσέλθητε αὐτῷ ἐν καρδίᾳ δισσῇ· ἀλλ', ὡς γέγραπται, ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου.

ΕΤΕΡΟΥ. Πᾶσαν ὑμῶν αὐτῷ τὴν διάνοιαν ἀνάθεσθε. καλῶς δὲ τὸ ἐκχέατε, ὡς πρὸς τούτους τέως, ἀμφιβόλως ἔχοντας τὴν γνώμην. τουτέστι· Μὴ διστάζετε εἰς τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐσέβειαν, ἀλλ' ὅλους ὑμῶν ἐπ' αὐτὸν ῥίψατε τοὺς λογισμούς· οὔτε γὰρ προσῆκεν ἡμᾶς φοβεῖσθαι τῶν πολεμίων τὴν ἰσχὺν, ἐπείπερ εἰκῆ. ἀσθενεῖς γὰρ πάντες ἄνθρωποι, ἔρημοι τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας τυγχάνοντες· ὥσπερ πάλιν δυνατοὶ ἐκείνην κεκτημένοι μεθ' ἑαυτῶν.

ί. ΠΛΗΝ ΜΑΤΑΙΟΙ ΥΙΟΙ ΑΝΘΡΩΠΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰδὼς ὅτι πάντες δέξονται τὴν τοῦ εὐαγγελίου κλῆσιν, ταλανίζει τοὺς μὴ πιστεύοντας, καὶ μάλιστα τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, οἳ καὶ ψευδεῖς ἦσαν· ἅτε δὴ τὴν ἀλήθειαν ἀπωθούμενοι, καὶ μόνον οὐ ζυγοῖς καὶ σταθμοῖς τὴν ἀδικίαν ἐπιτηδεύοντες· ἀλλὰ καὶ συνήγοντο ἐπὶ ματαιότητι· ματαία γὰρ ἀληθῶς ἡ παρ' αὐτῶν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλή.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Εἶδε μὴ πάντας ἀκολουθοῦντας αὐτοῦ τῷ κηρύγματι, μηδὲ καταδεχομένους ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἔχοντας τὴν ἐλπίδα ἐπὶ τὰ μάταια τοῦ βίου· διὰ τοῦτό φησι, Πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Διὰ τί μάταιοι; Ἐπειδὴ ψευδεῖς. Ποῦ μάλιστα αὐτῶν τὸ ψεῦδος ἐλέγχεται; Ἐν ζυγοῖς, φησι, τοῦ ἀδικῆσαι. Ποίοις ζυγοῖς; μὴ γὰρ πάντες ἄνθρωποι ζυγοστατοῦσι. Τί οὖν ἐστιν ὃ λέγει; Ὅτι ἑκάστῳ ἡμῶν ἐν τῷ κρυπτῷ ζυγός τις ἐστι παρὰ τοῦ ἐκτίσαντος ἡμᾶς ἐγκατασκευασθεὶς, ἐφ' οὗ καὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων δυνατόν ἐστι διακρίνεσθαι. Ἔθηκα γάρ, φησι, πρὸ προσώπου σου τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον, τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν, δύο ἀντικειμένας ἀλλήλαις φύσεις· ἀντίσταθμισον αὐτὰς ἐπὶ τοῦ οἰκείου σεαυτοῦ κριτηρίου

ζυγο-

ζυγοστάτησον ἀκριβῶς τί σοι λυσιτελέστερον, τὴν πρόσκαιρον ἑλέσθαι ἡδονὴν, καὶ δι' αὐτῆς τὸν αἰώνιον λαβεῖν θάνατον, ἢ τὴν ἐν τῇ ἀσκήσει τῆς ἀρετῆς ἑλομένῳ κακοπάθειαν, ταύτῃ προξένῳ χρήσασθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς; ψευδεῖς οὖν οἱ ἄνθρωποι, διεφθαρμένα ἔχοντες τῆς ψυχῆς τὰ κριτήρια· οὓς καὶ ταλανίζει ὁ προφήτης λέγων, Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος· οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν.

ια΄. ΜΗ ΕΛΠΙΖΕΤΕ ΕΠ ΑΔΙΚΙΑΝ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτό φησι πρὸς αὐτοὺς, ἐπειδὴ πλεονεξίας ἕνεκεν ἐπεβούλευσαν αὐτῷ, ἐλπίζοντες τὰς ἐκ τοῦ νόμου καρποφορίας παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Ἄνω εἶπεν, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαοῦ. εἶδε τὸ ὀκνηρὸν τῆς ὑπακοῆς, καὶ ἀπεφήνατο, ὅτι πλὴν μάταιοι οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Πάλιν ἀπαγορεύει μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἀδικίαν· ὁ τὸν ἐξ ἀδικίας συνηθροισμένον πλοῦτον ἱκανὴν ἑαυτῷ πρὸς τὸ ἰσχύειν καὶ κρατεῖν ἀφορμὴν εἶναι κρίνων, ὅμοιός ἐστιν ἀρρώστῳ ἐν τῇ περιουσίᾳ τῆς νόσου, τὴν εὐεξίαν τιθεμένῳ. μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν. αὕτη σοι ἐμποδίζει πρὸς πᾶσαν ἐνέργειαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐδεὶς γὰρ δύναται Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ, οὐδὲ μὴν ἐπ' ἀδικίαν ἐλπίσαι καὶ τὸν Θεόν. Κἂν γὰρ δοκῇ ῥέειν, καὶ μειοῦσθαι τῶν μὴ ἀδικούντων ὁ πλοῦτος, οὐ δεῖ προσίεσθαι καρδίαν τῇ μειώσει λυπούμενον. Ἀδικίαν δὲ ἢ τὴν περὶ κοινωνίαν ἀνισότητα λέγει, κατὰ τὸ, ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς· καὶ μάλιστα διὰ τὸ συνεζεῦχθαι ἁρπάγματα καὶ πλοῦτον ῥέοντα. ἢ τὴν πρακτικὴν κακίαν καθ' ὃ λέγεται· Ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην. Καθόλου γὰρ οὔσης κακίας, ἡ ἁρπαγὴ μόριον ταύτης ἐστί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μηδὲν μέγα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίσῃς· παρατρέχει γὰρ, ὡς ἔφην, ὁ πλοῦτος, καὶ μόνον ὀφθεὶς σκιᾶς ἐν ἴσῳ φυγαδεύεται· ζητῶμεν δὲ πανταχοῦ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ· ἐρευνῶμεν τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Θαύμασον τὴν φωνήν. ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάρρου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει, ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Ὥσπερ ποταμὸς, ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρε-

pondera diligenter quid sit tibi conducibilius, num temporariam eligere voluptatem, & per ipsam accipere æternam mortem; aut, electâ in virtutis exercitio afflictione, per huius beneficium consequi vitam æternam? Mendaces igitur sunt homines, corrupta habentes animi iudicia: quorum etiam miseret Prophetam cùm ait, *Væ vobis qui dicitis tenebras lucem, & lucem tenebras: qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum.* (CATENA PATRVM.) (Isaiæ 5, 20.)

11. NOLITE SPERARE IN INIQVITATE.] ATHANASII. Hoc dicit ad eos, quia propter auaritiam ipsi insidias struebant, sperantes ex lege oblationes frugum ab ipsis recipere.

BASILII. Suprà dixit, *Sperate in eo omnis congregatio populi*. Vidit segnitiem ad obediendum, & pronuntiauit, *Verumtamen vani filij hominum.* Rursus vetat ne speremus in iniquitate: nam qui diuitias ex iniquitate coactas ad vires atque potentiam sufficere putauerit, similis est ægroto, qui in summo ac redundanti morbi statu bonam esse habitudinem existimat. *Nolite sperare in iniquitate.* Hæc impedimento tibi est ad omnem actionem. (Non sperandum in diuitijs.)

THEODORI. Nemo enim potest Deo seruire & mammonæ, neque etiam in iniquitate & in Deo sperare. Etsi enim viri non iniusti diuitiæ diffluere & minui videantur, non oportet cor apponere, de imminutione tristando. Porrò iniustitiam vel communicationis inæqualitatem dicit, iuxta illud, *Vos iniuriam facitis, & fraudatis; & hoc fratribus:* & potissimùm quia fluxis diuitijs coniunctæ sunt rapinæ. Vel practicam malitiam intelligit, iuxta quod dicitur, *Iniustitiam odio habui, & abominatus sum.* Cùm enim vniuersalis malitia sit, rapina eius pars existit. (Matt. 6, 24.) (Nemo potest Deo seruire & mammonæ.) (1. Cor. 6, 8.) (Psal. 118, 163.)

ANONYMI. Rem nullam magni feceris: pertranseunt enim, vti dicebam, diuitiæ, & tantummodò apparentes instar vmbræ diffugiunt: sed vbique quæramus iustitiam Dei: inuestigemus *quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta.* (Rom. 12, 2.)

BASILII. Admirare hanc vocem. Fluxa est diuitiarum natura, torrente citiùs prælabitur sui possessores, alios alio modo apta mutare dominos. Quemadmodum fluuius, qui ab alto fertur, appropinquat quidem adstanti- (Fluxa est diuitiarum natura.)

CATENA PATRVM. stantibus ripæ; simul verò vt contigit, statim secedit: sic & opum abundantia velocissimam ac lubricam habet præsentiam, & quæ ab alijs ad alios commigrare solet. Quare rectè dictum est, *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*, ne animo erga illas afficiaris, sed vtilitatem ab ipsis excipe; non vt vnum aliquod bonorum ipsas admirans, sed instrumentarium ipsarum ministerium eligens & amplectens.

Anonymi. Ceterùm etsi videritis ex iniquitate valdè ditescentes, idque tam facili negotio, vt prono fluxu in ipsos diuitiæ ferantur, neque sic ad illas adrepas vmquam, & caue ne in partem illarum venias. Qui sic?

12. Semel locutus est Deus, duo hæc audivi.] Athanasii. Pronuntiauit, inquit, sermonem de iudicio Deus, per quem hæc duo audiui: vnum quidem, quòd iram quidem postulantibus ob excessum peccatorum, iram retribuat; ijs verò qui misericordiæ digna gesserint, misericordiam impertiatur. Potestas enim iram insinuat, ac rigorem contra eos qui illa meruerunt.

Deus vnicuique tribuit pro meritis suis.

Basilii. Neminem hoc dictum quasi paradoxum perturbet; quomodo nimirum Deus semel locutus sit; Propheta verò duo audiuerit. Fieri enim potest vt semel aliquis locutus sit, & in illa vnica locutione multa dicta sint. Nam homo quispiam semel cum aliquo congressus de multis differuerit, etiam is qui audiuit verba ipsius possit dicere; Semel quidem me allocutus est, verùm de multis egit. Simile est id quod nunc dictum est; Dei quidem apparitio semel mihi contigit, sed duæ res sunt, quas mihi dixit. Non ait, vnum locutus est Deus, duo hæc audiui; sic enim pugnantia secum videretur habere sermo. Quæ igitur erant duo hæc quæ audiuit? *Quoniam potestas Dei est, & tibi Domine misericordia.* Quoniam Deus potens in iudicio, & idem misericors. Neque igitur sperate in iniquitate, neque diuitijs addicti estote, neque eligite vanitatem, neque animi iudicium corruptum afferte; sed scientes, quoniam potens est Dominus noster, timete ipsius fortitudinem, & ne desperetis de ipsius benignitate.

Deus simul potens & misericors.

Eivsdem. Ad hoc itaque ne iniqui simus bonus est timor; ad hoc verò, vt qui se-

In timore & spe viuendum.

στᾶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο, καὶ εὐθὺς ὑπεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐπορία ὀξυτάτην ἔχει τὴν ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, καὶ ἄλλως ἐξ ἄλλων περιαμείβεσθαι πέφυκεν. Καλῶς οὖν εἴρηται, τὸ πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν, μὴ τῇ ψυχῇ σου προσαρτῇς, ἀλλὰ τὸ ἀπ' αὐτοῦ χρήσιμον καταδέχου· μὴ ὡς ἕν τι τῶν ἀγαθῶν θαυμάζων, ἀλλ' ὡς ὀργανικὴν ἑαυτοῦ τὴν ὑπηρεσίαν αἱρούμενος.

Ανωνυμου. Ἀλλὰ κἂν ὁρᾶτέ τινας ἀπὸ τῆς ἀδικίας σφόδρα πλουτοῦντας καὶ οὕτως εὐκόλως, ὥστε δοκεῖν ῥέοντα ἐπ' αὐτοὺς τὸν πλοῦτον φέρεσθαι, μηδὲ οὕτω ῥέψαι πρὸς αὐτούς ποτε, ἀνάσχεσθε καὶ τῆς ἐκείνων γενέσθαι μοίρας. διὰ τί;

ιβ΄. ΑΠΑΞ ΕΛΑΛΗΣΕΝ ΘΕΟΣ, ΔΥΟ ΤΑΥΤΑ ΗΚΟΥΣΑ.] Αθανασιου. Ἀπεφήνατο, φησι, λόγον περὶ τῆς κρίσεως ὁ Θεὸς, δι' οὗ ταῦτα τὰ δύο ἀκήκοα· ἓν μὲν, ὅτι τοῖς μὲν δεηθεῖσιν ὀργῆς διὰ τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολὴν, ὀργὴν ἀποδίδωσι, τοῖς δὲ ἄξια πεποιηκόσιν ἐλέου, ἀπονέμει ἔλεον. Τὸ γὰρ κράτος τὴν ὀργὴν ὑποσημαίνει, καὶ τὴν ἀποτομίαν τὴν κατὰ τῶν ἀξίων αὐτῆς γενομένων.

Βασιλειου. Μηδένα ταρασσέτω ὡς παράδοξον τὸ εἰρημένον· πῶς μὲν ὁ Θεὸς ἅπαξ ἐλάλησεν, ὁ δὲ προφήτης δύο ἤκουσε. Δυνατὸν γὰρ ἅπαξ μέν τινα λαλῆσαι, ἐν δὲ τῷ ἅπαξ πολλὰ εἶναι τὰ λαληθέντα. Ἄνθρωπος γὰρ συντυχών τινι ἅπαξ περὶ πολλῶν διελέχθη, καὶ δύναται ὁ ἀκούσας αὐτοῦ τῶν ῥημάτων εἰπεῖν· ὅτι ἅπαξ μέν μοι ἐφθέγξατο, περὶ πολλῶν δὲ ἐλάλησε. Τοιοῦτόν ἐστι τὸ εἰρημένον νῦν· ἡ μὲν Θεοῦ ἐπιφάνεια ἅπαξ μοι γέγονε, δύο δὲ πράγματά ἐστιν, ἃ ἐλάλησεν. Οὐκ εἶπεν, ἓν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς, δύο ταῦτα ἤκουσα· οὕτως γὰρ ἔδειξεν ἂν ἔχειν τινὰ ὁ λόγος πρὸς ἑαυτὸν ἐναντίωσιν. Τίνα οὖν ἦν τὰ δύο ἃ ἤκουσεν; ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ, καὶ σου κύριε τὸ ἔλεος. Ὅτι δυνατὸς ὁ Θεὸς ἐν τῇ κρίσει, ὁ αὐτὸς καὶ ἐλεήμων. μήτε οὖν ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, μήτε πλούτῳ προστίθεσθε, μήτε αἱρεῖσθε ματαιότητα, μήτε τῆς ψυχῆς τὸ κριτήριον διεφθαρμένον προσφέρετε. εἰδότες δὲ, ὅτι κραταιὸς ἡμῶν ὁ δεσπότης φοβήθητε αὐτοῦ τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μὴ ἀπογνῶτε αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας.

Του αυτου. Πρὸς μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖν ἀγαθὸς ὁ φόβος· πρὸς δὲ, μὴ τὸν

ἅπαξ

ἅπαξ εἰς ἁμαρτίαν ὀλισθήσαντα, ἑαυτὸν περιϊδεῖν διὰ τῆς ἀνελπιστίας, ἀγαθὴ ἡ ἐλπὶς τοῦ ἐλέους· τὸ γὰρ κράτος τοῦ θεοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτι δυνατὸς ἐν κρίσει καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος· φοβηθέντες οὖν αὐτοῦ τὸ ἰσχυρὸν, μὴ ἀπογνῶτε τῆς φιλανθρωπίας· πρὸς γὰρ τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἀγαθὸς ὁ φόβος· πρὸς δὲ μετάνοιαν ἁμαρτίας οὐκ ἀπογνωστὸν τὸ ἔλεος. Κατακρινεῖ μὲν γὰρ τὴν ὅλαν, ἁπάντων ἔχων τὴν ἐξουσίαν θεὸς, καὶ ἰσχυρᾷ χειρὶ καταστρέφει τὸν ἀλαζόνα, καὶ κολάζει τὸν ἀποστάτην, ἐλεεῖ δὲ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· ἀποδώσει γὰρ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. καὶ οἷα ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοιαῦτα καὶ θερίσει. Ταύτης μεμνημένος παρὰ πάντα τὸν βίον τῆς ἀποφάσεως, δυνήσῃ τὰ πολλὰ τῶν ἁμαρτιῶν διαφυγεῖν.

mel in peccatum prolapsus est, semetipsum per desperationem non perdat, bona est spes misericordiæ: nam Dei est potestas, & ab ipso misericordia existit. ANNOTATIONES CORDERII.

ANONYMI. Quoniam potens in iudicio & miserator Dominus: timentes igitur ipsius potentiam, ne desperetis de clementia: nam ad nil delinquendum bonus est timor; in pœnitentia verò peccati non desperanda est misericordia. Deus siquidem dijudicat vniuersa, cùm omnium habeat potestatem, & potenti manu superbum euertit, & apostatam punit, sed miseretur eorum qui ipsum diligunt: reddet enim vnicuique secundùm Matt. 7, 2.
opera sua. *Nam quâ mensurâ mensi fueritis,* Gal. 6, 7.
remetietur vobis. Et *quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Hæc decreta per omnem vitam memoriâ refricans, plurima poteris euadere peccata.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS est, *In finem pro Idithum.*] Pro quo Symmachus ponit, Ἐπινίκιος διὰ Ἰδιθούμ, ᾠδὴ εἰς Δαβίδ, *Triumphalis per Idithum, Oda in Dauid.* Argumentum Psalmi est exhortatio ad patientiam in aduersis & confidentiam in Deo: cuius occasione agitur de vana fiducia in diuitijs.

2. *Nonne Deo subiecta erit anima mea?*] Græcè, ὑποταγήσεται: S. Augustinus, *subycietur:* S. Hilarius & alij, *subdita erit.* Habet πάθος interrogatio. Assertiuè hoc vertit S. Hieronymus, *Attamen ad Deum silebit anima mea.* Silentium enim coram alio signum est subiectionis. Cyprianus, *Non nisi soli Deo subiecta est anima mea.* q. d. Quidquid fremant, furient aut faciant hostes, non me de statu patientiæ deijcient, non me adigent ad blasphemiam, nihil remittam de spe, & obedientia ac submissione, quam Deo debeo; sed semper ei morem geram, & omnia accipiam in meliorem partem: expecto enim certam à Deo liberationem & salutem; & quidquid interim accidat, non dubito quin Deus illud mihi benè vertet. Hac itaque fiduciâ Vates Regius animum suum exsuscitabat, sciens nihil esse tutius atque securius obediente, nihil quod maiorem intimæ lætitiæ iucunditatem contineat. Ex Hebræo eruditi quidam vertunt, *Ad Deum silens respicit anima mea.* In lingua verò sancta *silere* dicuntur, qui suâ sorte contenti sunt, & incredibili animi pace fruuntur. Quasi diceret pius Dauid: Silentio dulci in humili subiectione respicit ad Deum anima mea, cum mirifica & summa animi tranquillitate omnia ab illo excipiens, quæque imperauerit constanti animo & lubenti secutura: alto aut imo loco sit, sursum & deorsum ventilata, suâ sorte contenta est, atque in Dei voluntate conquiescit. Porrò Psalmum hunc de Christo exponit S. Ambrosius; de quo cùm multa subijciat, illud in primis notat, quòd sit Deo subiectus. Ab obedientia igitur Propheta orditur Christi enarrare virtutes; quia hanc maximè Deus amat, quæ est veluti aliarum multarum radix, quæ iustitiam omnem animo inserit: nempe Christus Dominus perditas in Adamo animæ virtutes aggreditur restituere: inde autem Adami peccatum exordium sumpsit, quia iugum detrectauit, & excussit obedientiam: inde ergo reparare orditur Christus virtutes, scilicet à Dei obsequio, quod Adamus contempserat. Ipsa S. Ambrosij verba sic habent, *Suscepturus carnem hominis Dominus noster Iesus, vt in se eam ipse mundaret, quid prius, quàm peccati veteris debuit abolere contagium? nam quæ per inobedientiam culpa irrepserat, dum mandata diuina temerantur, eam obedientia vtique præ ceteris debuit reformare, & seminarium erroris excludere.* Vbi animaduerte quâ appellatione denotet inobedientiam S. Ambrosius, *seminarium erroris:* ex quo quidem omnia vitia pullulant, & in malorum barathrum hominem trahit. Hoc ergo barathrum vt euadas, *Subde te Deo* (inquit S. Augustinus Serm. 10. de verbis Apostoli) *adora, prosterne te: confitere illi, qui fecit; quoniam nemo recreat, nisi qui creat; nemo reficit, nisi qui fecit: confitere à Deo te habere quidquid boni habes; à te, quidquid mali; ne in bonis tuis illum accuses, te excuses. Ipsa est vera confessio. Ille, qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua, & mala tua: quomodo enim bono eius vsa fueris, inspicit te. Ergo quia in omnibus istis bonis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi.* Hæc ille. Præuenies autem, secundùm Dauidis consilium, si te ei ad omnia & per omnia submiseris. Nam vt in rebus naturalibus causa agens nihil aliud ex parte patientis requirit nisi materiam sibi subiectam,

Silentium est signum submissionis & tranquillitatis.

Obedientia radix & instauratrix iustitiæ.

&

ANNOTATIONES CORDERII.

& ad recipiendum paratam; & statim ac lignum est siccum, nullo negotio ab igne consumitur: ita & in his quæ ad mores pertinent, simul ac Deus animam sibi subiectam reperit, mirabiles mutationes in ea facit, & per similitudinem puritatis eam in se transformat atque conuertit.

4. *Quousque irruitis in hominem?*] Ita etiam Vulgata habet: Græcè, ἐπιτίθεσθε: quod S. Augustinus vertit, *Apponitis super hominem:* S. Hieronymus, *Vsquequo insidiamini contra virum?* Has enim omnes interpretationes admittit verbum Græcum. q. d. Quousque tenditis fraudes, & malignè vos geritis in me infirmum, simplicem & innocuum? de se enim loquitur in tertia persona.

IBIDEM. *Interficitis vniuersi vos.*] S. Hieronymus, *Interficitis omnes.* q. d. Quousque interimitis homines, ac si paries essent disiectus, & maceria conuulsa? id est, ac si omnia essent ad omnem iniuriam aperta & exposita, ac si omnia licerent. Est autem Græcismus potiùs quàm Hebraismus: ὡς enim & similes particulæ in hac significatione cum datiuo construuntur, vt benè obseruat Genebrardus. Multi hoc exponunt passiuè, *Interficiemini omnes vos, quemadmodum paries inclinatus*, &c. sed insipidè: præterquam quòd interpretatio ista aliena sit à Chaldæa Paraphrasi, quæ habet, *Cunctis euadetis homicidæ*, vel, *Perpetrabitis homicidia*. Vnde credibile est lectum à Septuaginta non vt nunc est תְּרָצְחוּ *Theratsechu* in Niphal, passiuâ voce, aut in Pual תְּרֻצְּחוּ *Therotsechu*, sed in Kal, תִּרְצְחוּ *Thirtsechu*, vel in Piel תְּרַצְּחוּ *Therattsechu:* quod vltimum approbat Rabbi Nephthali, teste Pagnino. In Romano Psalterio & apud Cassiodorum est, *Interficitis vniuersos*; apud Ambrosium, *Interficientes vniuersos*; apud S. Augustinum in Imperatiuo, *Interficite omnes.* S. Basilius superiùs in Catena citatus locum hunc exponit de perseuerantia dæmonis in malefaciendo. Sicut enim hi qui parietem impellunt ictus congeminant, neque desistunt, donec ad terram adigant; ita dæmoni non sat est hominem loco mouere, instat, neque pedem refert, donec funditus euertat. Tum etiam ex his verbis ostendit in diuisione summam innui perditionem; ac si dicat: Quousque in varias turmas partiti altera alteram persequitur, & vos ipsos interficitis, non absimiles parieti inclinato & maceriæ depulsæ? in quibus expendenda maximè est pulcherrima similitudo diuisorum à pariete seu maceria inclinata desumpta. Cur enim trabs aliqua, seu columna ex vno lapide constans, si fuerit inclinata, facilem admittit erectionem, nisi propter vnitatem? Verùm si paries ex multis lapidibus constans inclinetur, necessariam pænè minatur ruinam propter compagum dissolutionem; ita prorsus in Regno & Republica, vbi multorum adunatio ab alijs facit scissuram, & in factiones abit, funditus perditur bonum Regni siue Reipublicæ. *Nam omne Regnum in seipsum diuisum desolabitur.* Et vbi ex multis adunata phalanx alteram in partem inclinat, nullam iam admittet correctionem; res semper in peius ibunt.

Dissoluta multitudo vergit in ruinam.

Luc. 11, 17.

5. *Verumtamen pretium meum.*] Ita Vulgata: Græcè τιμήν: quod S. Hilarius & Augustinus vertunt *honorem:* vtrumque enim vox Græca significat. q. d. Consilium inierunt vt me expellerent & deturbarent de vita, dignitate, fortunis, &c. Pretium autem, quo conducuntur iusti ad labores exantlandos, & potus, quo eorum sitis extinguitur, est illa prouidentia, quâ Deus peculiariter consulit bono iustorum: hac enim tamquam mercede conducuntur iusti, vt in vinea Dei laborent, & vt manum admoueant ad opera pietatis; in quibus procul dubio ingens vis est laborum. Hæc est aqua, quâ arentia eorum ora rigantur. vnde ait, *Pretium meum cogitauerunt repellere.* id est (vti superiùs in Commentario Græco exponitur) Magnoperè nituntur dæmones repellere ab homine hanc mentem; ne scilicet contempletur, quantâ prouidentiâ Deus prospiciat bono iustorum. Sed dicat nobis quoque S. Ambrosius, quódnam sit pretium in commutationem vitæ immortalis dandum: *Pretium nostrum*, inquit, *pudicitia est, quæ nos separat à pecoribus, Angelis iungit: pretium nostrum misericordia est, quæ nos, dum confertur inopibus, redimit à morte: pretium nostrum fides est, quæ omnes homines gentili errore & seruitute depressos Christo acquisiuit: pretium nostrum bona existimatio est, quia vniuscuiusque nostrûm meritorum series æstimatur: pretium nostrum munditia atque simplicitas est, quia scriptum est, Possessio pretiosa vir mundus. Nihil enim pretiosius viro simplici. Vnde Apostolus pulchrè; Abundauit, inquit, in diuitys simplicitatis suæ. Quid enim simplicitate ditius? quæ sicut bonus paterfamilias satis sibi abundat, & suâ puritate contenta non quærit alienum, neque abrodit, sed de se ceteros fingit.* Vocat ergo pretium nostrum virtutem ac bonorum operum cumulum, qui nullo modo ab ipsa perfectione secernitur. In eamdem sententiam S. Augustinus Serm. 64. de verbis Domini, cùm dixisset beatitudinem tantum valere quantum quisque est, cuidam propositæ quæstioni respondet: *Sed malus sum, inquies, & fortè me non accipit. Dando te illi bonus eris: vt huic fidei promissionique te des, hoc est bonum esse. Cùm autem bonus fueris, pretium ipsius rei eris, & habebis non quod dixi solùm, salutem, incolumitatem, vitam, & sine fine vitam, non hoc solum habebis: adhuc alia tollo: non ibi erit lassari & dormire; non ibi erit esurire & sitire; non ibi erit crescere & senescere*, &c. Bonum ergo esse, id est perfectum esse, pretium est vitæ quam speramus in perpetuum duraturæ: quod pretium aduersarij humani generis à nobis conantur surripere, dum nos ad noxium teporem, & ad ignauiam & socordiam instigant. Vnde S. Dauid his dæmonum tendiculis maiorem proficiendi curam & diligentiam opponit dum subdit, *Cucurri in siti.* q. d. Si vos, ô hostes mei, pretium meum, id est virtutem perfectam, quâ sum præmium æternum empturus, auferre nitimini, curram alacriter ac sitibundè virtutis vias, & ad Deum liberatorem velociter fugiam; qui cursus perfectionis pretium à vestris vnguibus liberabit. Ceterùm quod Vulgata hoc loco vertit *cucurri*, Græcè est ἔδραμον: quod etiam significare potest *cucurrerunt*: & ita ferè Græci interpretantur: S. Ambrosius vtroque modo exponit, additque Symmachum dixisse, τῷ δόλῳ αὐτῶν εὐλόγουν, hoc est, *Dolo suo benedicebant:* fortasse legendum εὐδόκουν; quomodo S. Hieronymus videtur legisse: *Placuerunt sibi in mendacio.* Hæc est illa sitis, in qua improbos cucurrisse narrat Propheta, *Qui ore suo benedicebant*,

Dei prouidentia est pretium iusti.

Pretium nostrum virtutes sunt: & quæ potissimùm.

Prou. 11, 27.

2. Cor. 8, 2.

Digitized by Google

Mendacij ad sitim analogia.

bant, & corde suo maledicebant: id est, aliud in corde, aliud in ore habent, mendacium meditantur. Optima sanè sitis cum mendacio compositio: nam, vt pulchrè ad hunc locum Ambrosius, *omne mendacium sitim habet, veritas vbertatem, quæ in perpetuum perseuerat.* Hanc autem sitis cum mendacio analogiam confirmat Aristoteles in Problematis, docens sitim ex metu oriri, & cum timore coniungi: cùm enim metu pulsamur, sanguis ad cor retrahitur, vt illud calore suo foueat: vnde ex nimio calore sitim excitari necesse est: additque sitim eis etiam accrescere, qui inter dicendum conturbantur. Quid pulchrius ad naturam mendacij significandam dici potuit? Cùm enim quis mentitur passim hæret, vt ipsæ etiam mentientis voces falsitatem probent. Sicut autem minùs sitim quàm famem toleramus, ita quoque mendacium vix ferre possumus: adeò enim mentientem hominem angit, vt passim cunctabundus hæreat, & vix fictionem suam dissimulare queat.

A Deo charitas & patientia.

6. *Verumtamen Deo subiecta esto anima mea,* &c.] Ita secum loquebatur, qui charitatis erga inimicos nobis illustrissima reliquit monumenta: Legi, inquit, diuinæ charitatem iubenti vindictamque interdicenti pare obsecro, libenterque te submitte ô anima mea. Magnâ quidem, inquies, opus est patientiâ. Rectè prorsus. Et si ad istam erga inimicos charitatem exhibendam de meo foret peculio comparanda patientia, meritò queri ac dolere possem. Sed *ab ipso patientia mea,* qui charitatem imperat, patientiam elargitur: qui iubet inimicos diligi, patientiam vt tolerentur, gratiam vt amentur communicat.

Ceterùm vox Græca ὑπομονὴ, quâ hîc vtuntur Septuaginta, vt rectè notat Iansenius, hoc loco non significat virtutem, quâ aduersa fortiter toleramus, sed *expectationem:* vnde S. Hieronymus vertit *Præstolatio mea*; Hebraicè תקוה *thikuah.* Vnde patientia hîc accipi debet pro expectatione patienti, vel re expectata. A Deo igitur suam patientiam expectat Dauid, sicut lumen exspectamus à sole. Sub hac enim metaphora exponit locum hunc S. Bernardus Serm. 2. in circumcisione Domini dicens: *Necesse est ergo, vt illucescat dies patientiæ, per quem omnia dura & aspera tacitâ amplectaris conscientiâ,* &c. Hæc enim est vis patientiæ, vt mala, quæ patimur, leuiora reddat: si quis verò impatienter agat, ipsa mala reddit duriora & difficiliora. Sicut nimirum ille, qui mali aliquid patitur, in tenebris grauiùs angitur, & dolore eorum quæ non videt: imò sola lucis præsentia leuamen adfert ægrotis; ita qui mali aliquid patienter fert, quasi sub lucem patitur; qui verò impatienter, sub noctem. Quamobrem Deus in Scriptura sæpè lux dicitur; patientia verò etiam nuncupatur; quia per eam instar lucis solem adfert mortalibus in ærumna constitutis. A Deo vtique secundùm multa genera causarum ista Dauidis patientia procedebat; singulariter autem in genere causæ exemplaris, quasi dicat: Ipse me docet qualiter patientiam tenere debeam: quomodo nimirum Christus Dominus (vt parte tertiâ historiæ tit. 23. cap. 6. S. Antoninus refert) B. Petrum Martyrem, quem quidam falsò infamauerant, consolatus fuit; pijs namque querimonijs agens coram crucifixi imagine, Mi Domine, inquit, tu scis in causa illa innocentiam meam, cur permisisti me ita iudicari? respondit de cruce Dominus; Et ego Petre quid mali feci, vt cum tantis opprobrijs ad crucem damnatus fuerim? ex meo exemplo patientiam disce, &c.

Patientia, quæ est à Deo, nos illuminat & subleuat in ærumnis.

ANNOTATIONES CORDERII.

7. *Adiutor meus, non emigrabo.*] His verbis Dauid se ex diuino præsidio ad constantiam animabat. Vbi D. Ambrosius, *Semel,* inquit, *in petra Christi locatus, lubricum non debet habere vestigium, sed tenere status proprij firmamentum.* Vnde quò quis sanctior, eò debet esse & constantior. Quare Dauid hîc accumulat quidquid potest ad se retinendum; quia nihil infirmitati carnis nostræ procliuius est, quàm dilabi ad vagos errores: fatetur itaque vno verbo, non aliunde quàm à Deo petendam salutem esse; & quotquot elogijs celebrat potentiam Dei ad seruandum, totidem fulturis ad constantiam se confirmat; totidem etiam frenis compescit carnis suæ leuitatem, ne quam salutis suæ partem alibi quàm in Deo quærat. Quomodo autem Deus dicatur & sit *salus & gloria nostra,* vide superiùs Psal. 3. ver. 4. & 9. in Annotationibus explicatum; vel etiam Psal. 17. ver. 3. qua ratione Deus dicatur *auxilium*; & Psal. 64. ver. 6. qua ratione sit *spes nostra.* Postquam verò probè se animauit, sermonem conuertit ad alios, & ad certaminum societatem inuitat, quò victoriæ & triumphi pariter sint consortes.

Omnis constantia est ab auxilio Dei.

9. *Sperate in eo omnis congregatio populi.*] Populum appellans, mihi dubium non est quin Iudæos designet; quia antequam Gentibus affulsisset religio & Dei notitia, non alibi quàm in Iudæa vigere poterat spes ac Dei inuocatio: & clarè electum populum à profanis Gentibus discernit; ac si diceret, indignum esse, nisi se totos Deo addicant Abrahæ filij, quibus patefacta est eius gratia, & quos in suum patrocinium recepit. Monet itaque fideles, vt curas omnes suas in Deum exonerando, quodammodò ante eius oculos corda sua effundant.

IBIDEM. *Effundite coram illo corda vestra.*] Quibus verbis alludit forsitan ad illud quod D. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. de Adoratione in spiritu obseruauit; inquirens causam, cur Deus in veteribus sacrificijs statuerit sanguinem victimæ effundi ad altare; responditque hoc nequaquam carnaliter explicandum esse, sed magno sacramento deputandum. Notum enim & in Scriptura sæpissimè repetitum, animam esse in sanguine, vt qui illius sit sedes. Ideoque dum sanguinem victimæ Deus ad altare suum fundi, sibique dicari constituit, id significauit, in omni sacrificio primùm animas nostras & mentes Deo dicandas & offerendas, & ad eum modum quo effundebatur sanguis simul animam ac voluntatem coram Deo esse effundendam, vt nihil eius apud nos remaneat, nihil illius nobis retineamus. Atque hoc est quod hoc loco Dauid monet dum ait, *Effundite coram illo corda vestra.* Vnde rectè infert Eusebius Emyssenus, quodlibet opus bonum tanti esse apud Deum valoris & æstimationis, quanta fuerit huiusmodi cordis ad Deum effusio, & voluntatis interna oblatio.

Cor coram Deo effundendum.

Luc. 16, 15. & 17, 21.

10. *Vani filij hominum.*] Hoc Theodotion manifestiùs interpretatus est: Πλὴν ἀτμὶς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρὸς, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ, *Verumtamen vapor filij hominum, mendaces filij viri, vt momentum stateræ.* Nam videntur, inquit, aliquid

Homines videntur aliquid, cùm nil sint.

ANNOTATIONES CORDERII.

quid esse, & nihil sunt: videntur futuri multò ponderosiores, & tamen ab inanitate eleuantur: sunt vanitate vaniores & leuiores. Elegantissima est *μείωσις* ad quorumlibet fastum deprimendum. q. d. Si ascendat in alteram libræ lancem inanitas, in alteram verò vniuersum humanum genus, profectò inanitas ipsa præponderabit. In Hebræo enim ad verbum est, *In stateras vt ascendant ipsi præ vanitate pariter.* id est, Vanitate sunt ad vnum cuncti leuiores. Symmachus, Αὐτοὶ ματαιοῦνται ὁμοῦ, *Ipsi euanescunt simul.* Nec minùs eleganter homo dicitur *mendacium in stateris*, qui se videlicet ponderans magni æstimet familiari mendacio, cùm sit larua tantùm picta, & humanâ pelliculâ colorata, quam si sustuleris, reperies nihil & ipsammet vanitatem. Quin, inquit Dauid, *ipsi de vanitate in idipsum*, è nihilo orti ipsi & vanitate, in eamdem ipsam pondere suo atque nutu recidunt & reuertuntur, ni molitor omnium Deus impediat. Habes hîc egregiam hominis definitionem per negationem exuperantiæ. quasi dicat; Omnes vanitates, quas mente potes assequi & effingere cogitando, in vnum congere, & earum omnium facito vnum cumulum; non hoc est homo, sed aliquid vanius, inanius & imperfectius; sicut de Deo per oppositum philosophamur, factâ congerie omnium perfectionum & entitatum, illam non Deum, sed quid illis omnibus infinitè perfectius ipsum asserentes. Sic quantumcumque vanitates omnes colligas, adhuc homo vanior, leuior & imperfectior est. Hisce conformiter explicari posset verbum illud תקל *thecel*; quod vnum erat ex illis, quæ sententia à Deo contra Baltassarem prolata continebat, & Daniel sic exposuit, *Thecel, appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Quonam minus habuit Baltassar? Inuentus est habuisse minus: quæro, Minus habuit quàm quid? quidnam in alia bilance stateræ positum fuit, vt minoris ponderis illo esset Baltassar? Nihil certè. Sed positus Baltassar in vna bilance stateræ, & in alia nihil; inuentus est Baltassar minus habens quàm nihil. Non appensa sunt illius accidentia, vt diuitiæ, aut voluptates, aut mundana gloria; sed ipsius tota substantia, ipsemet Baltassar Rex potentissimus, supremus totius orbis Monarcha, validus, sanus, fortis, &c. & inuentus est ipsâ vanitate vanior & inanior, & quid minus esse ipso nihilo, propter peccatum. Sicut ergo Deus perfectior est omni perfectione quam possumus concipere; ita homo vanior est omni vanitate, quam possumus imaginari. Quamobrem in Scriptura Deo soli sicut suæ perfectionis, ita humanæ vanitatis comprehensiua cognitio attribuitur. Plura de hac hominis vanitate vide superiùs ad Psal. 38. ver. 6. annotata. Verè igitur *vani filij hominum*, quoniam vanitatem diligunt, & eâ delectantur: *mendaces filij hominum in stateris*, vt mutuò se verbis & exaggerationibus decipiant; ipsi quasi de vanitate collecti, & ad rerum inanium amorem colligati, quia sola terrena & vilia concupiscunt. Hâc trutinâ fallaci quisquis se & proximum ponderat, se bonum, & amore proprio deceptus, fratrem suum iniquum existimat.

Homines ipsâ inanitate inaniores.

Dan. 5, 27.

11. *Et super rapinam.*] Græcè, Ἐπὶ ἅρπαγμα: Latinæ tamen editiones non habent illud *super*: Aquila, Καὶ ἐν βίᾳ μὴ ματαιοῦσθε, *Et in rapina ne euanescatis*: Symmachus, Καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ γίνεσθε ἀτμίς, *Et super rapinam nolite fieri vapor.* Instar vaporis enim euanescunt diuitiæ; quare vapori & somnio rebus inanibus in Scriptura comparantur: ne itaque illarum inani specie decipiamur hîc monet Psalmista, *Rapinam nolite concupiscere.* q. d. Cauete à laqueo, cauete à muscipula, cauete à fallaci esca, nempe ab auaritia & cupidine diuitiarum. ac si expressiùs diceret: Auceps & venator, qui auibus & bestijs insidias parat, pro earum diuersitate diuersis pabulis inescat; diabolus autem, vt homines fallat, hanc vnam potissimùm escam parat, scilicet auri argentique amorem: qui has insidias euadunt, ceteros diaboli laqueos faciliùs euitabunt. Pulchrè S. Augustinus ad hunc locum, *Et rapinam nolite concupiscere: Non es diues, & rapere vis? Quid inuenis? quid perdis? ô lucra damnosa! inuenis pecuniam, perdis iustitiam. In rapinam ne concupiscatis. Pauper sum, non habeo; ideò rapere vis? Quid rapias vides, à quo rapiaris non vides? Nescis circuire inimicum tamquam leonem rugientem & quærentem quid rapiat: præda illa, quam vis rapere, in muscipula est; tenes, & teneris: rapinam ergo ne concupiscas.*

Diuitiæ sunt res inanes & fallaces, quibus diabolus multos capit.

IBIDEM. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*] In Græco est, Ἐὰν ῥέῃ, *si fluant.* Vbi miratur S. Augustinus cæcos mortalium oculos, qui affluere diuitias vident, effluere non vident; & tamen cùm affluunt fluunt, & subitò è sinu labuntur: quare qui cor in illis ponit, stabile id habere nequit, sed vagum, fluxum, periturum. Hic diuitiarum fluxus non procul quærendus est, tenetur manibus, experientia quotidiana rei veritatem ante oculos ponit. Respice, quæso, ait S. Basilius, ad ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore quo fuerunt ædificatæ sortitæ sunt, aliter ab alijs atque alijs appellatæ possessoribus. Huius hodie est ager, cras erit alterius, & paulò pòst ad alium perueniet. Auro verò nihil magis lubricum, nihil in fluxu magis aut celeriùs euolat: quod mensæ & culinæ decoquunt, fures sublegunt, lites vorant, insumunt dona, spargit ambitio, fraus & dolus auertit, iuuenilis pompa & libido consumit. Est ergo plenum sapientiæ monitum Regij Vatis: *Diuitiæ si fluant, noli cor apponere*, ne simul mens animi colliquescat, corque in Oceanum grandium miseriarum cum eodem illo fluxu labatur. Alijs quoque Diuis Patribus frequens hæc fuit consideratio: nam S. Chrysostomus in Psalmum 48. eleganter; *Fluuialium*, inquit, *vndarum naturam diuitiæ imitantur*: quæ simul & videntur & labuntur, vno eodemque puncto temporis & tenentur, & effluunt. Nonnulli eamdem ob causam opes cum seruis fugitiuis comparant, qui inter seruos nequissimi habebantur (vt auctor est Lactantius lib. 1. Instit. cap. 18.) quòd heros suos abituri pretiosissimis vulgò rebus spoliarent: itaque domini proponebant in vijs atque foro publicè præmia illis qui fugitiuos indicassent: quæ præmia vulgò *μήνυτρα*, Latini *indicia*, vocant. Præmia hæc debemus S. Augustino, qui Sermone de verbis Domini disertè aurum nominat *proditorem seruum.* Cyrillus quoque Alexandrinus in Sophoniam vocem altè extollit, δραπέτης ὁ πλοῦτος ἀεί, *Plutus est semper fugitiuus*: quæ seruire tibi opes videntur, deserunt te atque aufugiunt. Est certè fugiti-

In diuitijs nihil stabile.

Domus & agri possessores mutant.

Auro nil magis lubricum.

Diuitiæ fluuios imitantur.

Similes sunt seruis fugitiuis.

Digitized by Google

fugitiuorum nequissimus, qui nobis pretiosissimum tempus diripit, cogitationes omnes pias furatur, vt à nobili hierotheca & gemmea, sic auream è corde pacem & salutem aufert, cælestibus gratiæ donis animum expoliat, tum fugit, & vanissimâ opinione delusos relinquit. Hem quanta detrimenta! Hæc videlicet diuites rident, & ridendo pereunt. Sed irridet * S. Ambrosius, vel potiùs piè miseratur: *Quid prosunt*, inquit, *innumeræ possessiones? publica sunt, an tua? Hodie tu tenes, cras alius: cùm tu exieris, alius intrabit: vix mouisti pedem, alius gressum intulit*, &c. Amasenus quoque Præsul Asterius hom. de villico irridet eos, in quorum sæpè ore est, prædium meum, domus mea: mirari enim se, quonam modo, quæ ipsorum non sunt, inani syllabâ [*μῦ*] sibi vendicent, tribusque fallacibus litteris [*mea*] aliena capiant: in communibus enim terræ bonis id euenire, quod in histrionibus; quorum propriè & peculiariter possidet nemo, verùm ad vsum quisque sumit quod personæ conuenit; sic terram, & quæ in ea circumferuntur, quasi vestes ex alijs alios sumere, quibus deinde alij vtentur. S. Basilius hom. de non adhærendo rebus sæcularibus alia similitudine rem declarat, monetque bona in continuo esse fluxu, & commeare ab vno in alium, *ὥσπερ ἐν κύβων μεταπτώσεσιν, vt in talorum circumuolutionibus* fieri solet, rebus continuò mutatis; nec esse magis possidentium quàm quorumlibet aliorum, vt etiam alio loco asserit. Eam ob rem vetusti sapientes Fortunam super cylindro pingebant, quæ, inquit Artemidorus lib. 2. cap. 42. in somnis visa mala omnibus significat, *διὰ βάσεως ἀκαταστασίαν, propter basis ipsius periculosam volubilitatem*. Cylindrus enim continuò voluitur, fortunamque voluit vertitque, &, vt verbo Homerico dicam, *ἀλλοτε ἀλλῳ* summâ instabilitate modò ad hunc, modò ad alium diuertentem. *Præterit enim figura huius mundi*, ait Apostolus. Vt in Comœdia res aguntur nostræ, continuò scena commutatur, alia atque alia rerum facies obijcitur. Quæ fortunæ dicuntur bona, summâ instabilitate prætereunt, & hiantes auidosque deludunt. Quod cùm vident prudentes viri, cæci putant fatuique animi proprium, affectionem ad opes adiungere tam fluxas, & tam breui dominos relictura.

* in Psal. 1.

Fortuna volubilis.

1. Cor. 7, 31.

12. *Semel locutus est Deus, duo hæc audiui.*] Vbi clariùs S. Hieronymus legit, *Vnum locutus est Deus, duo hæc audiui*. Quid ais, ô Propheta? Deus vnum loquitur, & tu audis duo? quid? Concameratásne ad fornicis modum aures habes, in quibus multiplex echo resultet? & quæ acceperunt tamquam secretæ rupes multiplicato tumultu referant? vel ad hominum nostri sæculi morem loqueris? qui ea quæ audierunt numquam fideliter ac purè reddunt, quin pleraque de suo auditis attexant? Minimè quidem. Cur ergo, Deo vnum loquente, duo te audisse affirmas? Respondet Dauid, *Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua*. Quæ S. Hieronymus in cap. 51. Isaiæ sic capit, vt vna Dei potestas tam in misericordia in bonos quàm in iustitia in malos resplendeat: *Ibi enim* (inquit) *semel loquitur Deus, quòd omnipotens sit; & duo audit Propheta: quòd omnipotentia illius in vtraque parte prævaleat, & vt pœnitentibus tribuat misericordiam, & permanentibus in peccato reddat supplicia quæ merentur*. Sic ille. Dixerit tamen nonnemo, clarius id & manifestius esse, quàm vt tantâ emphasi à Vate inculcari debuerit. Quare non minùs opportunè opinor dixeris Deum semel loqui, cùm iudicium in homines exercet; duo verò audire Prophetam, quòd vnum Dei iudicium iustitiâ & misericordiâ simul constet, nec irasci norit, quin misericordiæ recordetur; supplicia nimirum temperans, atque illis misericordiam & consolationem benignè admiscens. Hinc Ecclesia illud de Deo magnificum canit, *Qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas*. Vbi expendendum est aduerbium superlatiuum *maximè*. Deus namque non dubium quin in omnibus suis operibus & actibus potentiam suam demonstret creando Angelos, producendo mundum eumque gubernando, vindictam de peccatis sumendo, mittendo diluuium inundans orbem, ignem comburentem pentapolim, &c. sed maximè ostendit parcendo: quo actu se ostendit tam potentem, vt nullus affectus ei dominetur. Vnde etiam Sapiens ait: *Misereris omnium, quia omnia potes*. Vbi notanda hæc ratio, Misereris, quia omnipotens. Est enim regium quiddam propriumque potentium, iacentes & afflictos erigere, donare iniurias, misereri. Vt igitur Deus est omnium potentissimus, ita & misericordissimus, vt nulla in alia re magis quàm miserendo pulcherrimam fortitudinis suæ speciem & magnitudinem potentiæ declarare velle videatur: ne tamen de illius misericordia & bonitate nimiùm præsumentes, probis nos operibus exercere negligamus, aptè subiungitur, *Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua*.

Quomodo Dauid Deo vnum loquente duo audiat.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dei potentia maximè relucet in miserando.

Sap. 11, 24.

IN PSALMVM LXII. ARGVMENTVM.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας.

Περιφεύγων τὸν Σαοὺλ ὁ Δαβίδ, καὶ κινδύνοις πολλάκις ἐμπεσών, νῦν τοῦτον ἐν φυγαῖς καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ αὐλισθεὶς συνέγραψε τὸν ψαλμόν, ἐκκαλύπτων ὃν εἶχε ἔρωτα πρὸς Θεόν, καὶ τοῦ Σαοὺλ προαγορεύων τὸν ὄλεθρον. Ἄλλος δὲ τοῖς ἐν Βαβυλῶνι μᾶλλον ἁρμόζειν φησὶν ὠφεληθεῖσι, καὶ

1. Psalmus ipsi Dauid, cùm esset in deserto * Iudææ.

Cùm fugeret Saülem Dauid, & in pericula frequenter incideret, modò hunc Psalmum è fuga & in deserto delitescens conscripsit, amorem patefaciens quem erga Deum habebat, Saülisque interitum prædicens. Alius verò ait ipsum potiùs conuenire ijs qui in Babylone auxilium acceperant, & pro

* Vulgata Idumææ. *Psalmum hunc in fuga scripsit.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

pro suo reditu orabant, ac pro Zorobabele, qui post reditum imperabat. Variabilem enim ait Dauidem, eò quòd & Saülem accusaret, & pro eo rogaret dicens; Rex verò lætabitur in Deo: *siquidem interficere eum nequaquam volebat, sed accusat eum tamquam erga Deum minimè gratum. Demonstrationem autem eorum quæ dicuntur continet sequens Psalmus, quem cùm ex propria persona faciat, vbique se accusat ac reprehendit.*

δυσχεραίνουσιν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐπανόδου, καὶ τοῦ μετὰ τὴν ἐπάνοδον βασιλέως τοῦ Ζοροβάβελ. Ἀλλόκοτον γάρ φησι τὸν Δαβίδ, ἐν ταυτῷ καὶ κατηγορεῖν τοῦ Σαοὺλ, καὶ δυσωπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντα· Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ· ἀνελεῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐβούλετο, μέμφεται δὲ ἐν τοῖς πρὸς Θεὸν ὡς οὐκ εὐγνώμονα. Ἀπόδειξις δὲ τῶν λεγομένων ὁ ἐφεξῆς ψαλμὸς, ὃν ἐκ προσώπου οἰκείου ποιούμενος, πανταχοῦ κατηγορεῖ καὶ μέμφεται.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. DEVS Deus meus ad te de luce vigilo.

Diluculum pro celeritate.

Diliculum multis locis vocat celeritatem. vult igitur hîc dicere: Festino, & vrgeor, vt ad te veniam; dicit autem Hierosolymam. vnde id ipsum explicans subiungit:

β΄. ΘΕΟΣ ὁ θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω.

Ὄρθρον καλεῖ πολλαχοῦ τὸ τάχος. βούλεται οὖν ἐνταῦθα εἰπεῖν· ὅτι ταχύνω πρὸς σὲ, ἀντὶ τοῦ σπεύδω, καὶ ἐπείγομαι ἐλθεῖν πρὸς σέ· λέγει δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις. ὅθεν ἑρμηνεύων τοῦτο αὐτὸ ἐπάγει·

Sitiuit* te anima mea,

* Vulgata in te

Id est ego, ex parte totum denominans; sicut etiam in alio versu.

Ἐδίψησέν σε ἡ ψυχή μου,

Ἀντὶ τοῦ ἐγὼ, ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάζας· ὡς καὶ ἐν τῷ ἄλλῳ στίχῳ.

Quàm multipliciter tibi caro mea.

Idem dicit.

Ποσαπλῶς σε ἡ σάρξ μου.

Τὸ αὐτὸ λέγει.

3. In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Sitiit anima deuota.

Quemadmodum, inquit, terra deserta & inuia sitit aquam, sic & ego sitio, vt tibi appaream, id est Hierosolymam reuertar, vt rursus fruar virtute tuâ & gloriâ tuâ. Istud enim *apparui tibi*, pro vt appaream tibi dicit: tempus enim mutatum est. Istud autem *quàm multipliciter tibi* pro sæpè dicit. Vult enim dicere: Magis quàm terra deserta & inaquosa ego sitio sancta tua, id est Hierosolymam; in qua & plurimâ ope & gloriâ tuâ fruor, dum omnes nos beatos prædicant, tali Deo familiares effectos.

γ΄. Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ, οὕτως ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν σου, καὶ τὴν δόξαν σου.

Ὥσπερ, φησὶν, ἡ γῆ ἔρημος καὶ ἄβατος διψᾷ τοῦ ὕδατος, οὕτως κἀγὼ διψῶ ὀφθῆναί σοι, τουτέστιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπανελθεῖν, ἵνα πάλιν ἀπολαύσω σου τῆς δυνάμεως καὶ τῆς δόξης. Τὸ γὰρ ὤφθην σοι, ἀντὶ τοῦ ὀφθῆναί σοι λέγει· ἐνήλλακται γὰρ ὁ χρόνος. Τὸ δὲ ποσαπλῶς σοι ἀντὶ τοῦ πλεονάκις λέγει. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι πλέον τῆς ἐρήμου γῆς τῆς ἀνύδρου διψῶ ἐγὼ τὰ ἅγιά σου, τουτέστι τὰ Ἱεροσόλυμα· ἐν οἷς καὶ βοηθείας ἀπολαύω πλείστης καὶ τῆς παρὰ σοῦ δόξης, πάντων ἡμᾶς μακαριζόντων, ὡς ᾠκειωμένων τοιούτῳ Θεῷ.

4. Quoniam melior est misericordia tua super vitas:

Vitas vocat hîc delicias, quibus vtebantur Babylonij, qui lauti erant. Vult igitur dicere, quòd meliùs sit tuâ benignitate

δ΄. Ὅτι κρεῖσσον τὸ ἔλεός σου ὑπὲρ ζωάς·

Ζωὰς ἐνταῦθα τὰς τρυφὰς λέγει, αἷς ἐχρῶντο οἱ Βαβυλώνιοι, ἀκρόδιαιτοι ὄντες. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι βέλτιον τῆς σῆς ἀπολαύειν φιλαν-

φιλανθρωπίας, καὶ μετὰ στενοχωρίας εἰ τύχοιεν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἢ τῆς τρυφῆς τῶν Βαβυλωνίων ἐνταῦθα.

Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε.

Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο μοί, φησιν, ὑπάρχει ἐν τοῖς τόποις τοῖς κατὰ τὸν ναόν σου· τὸ γοῦν ὑμνεῖν σε, καὶ τοὺς θείους ἀναπέμπειν ὕμνους καὶ τὰς θείας ἀναπέμπειν ᾠδὰς ἔξεστίν μοι· ἐν γὰρ Βαβυλῶνι οὐδὲ τοῦτο ποιεῖν ἠδύναντο τοῦ νόμου κωλύοντος. ὡς αὐτοὶ σαφέστερον ἀλλαχοῦ λέγουσι· πῶς ᾄσομεν τὴν ᾠδὴν κυρίου ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας;

ε΄. Οὕτως εὐλογήσω σε ἐν ζωῇ μου·

Καὶ ἐξείη ἡμῖν, φησι, ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπανελθεῖν, ἵνα πάλιν διαπαντὸς ἀνυμνεῖν ὁμοίως· καὶ οὐ μόνον ἀνυμνεῖν, ἀλλὰ καὶ δέεσθαι περὶ ὧν ἂν βουλοίμεθα. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου.

Τοῦτο γάρ ἐστι δεήσεως λέγει, καὶ αἰτήσεως.

ς΄. Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου·

Γίνεται δέ μοί, φησι, ταῦτα (ὁ ὕμνος ὁ εἰς σὲ καὶ ἡ ἕτοιμος δέησις) τρυφὴ καὶ πιότης ἀπόρρητος τῇ ψυχῇ. Πιότητα γὰρ καὶ στέαρ ἐκάλεσε τὴν τρυφήν.

Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου.

Παντὸς γὰρ ἀγαθοῦ, φησιν, ἐμπέπλησμαι καὶ πάσης ἀγαλλιάσεως, ἐπειδὰν κινῶ τὰ χείλη πρὸς ὕμνον καὶ ἔπαινον τὸν σόν.

ζ΄. Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ· ὅτι ἐγενήθης βοηθός μου.

Ὑπάρχει δέ μοι, φησὶ, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ μνημονεύειν τῶν θείων ὕμνων καὶ τῶν ἀγαθῶν ὧν παρέχεις μοι καὶ τῶν βοηθειῶν· καὶ ἐν αὐτοῖς ἐμμελετᾶν διηνεκῶς. στρωμνὴν γὰρ καλεῖ τὴν νύκτα, καὶ ὄρθρον τὴν ἡμέραν. ἵνα εἴπῃ· Ὅτι καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὑπάρχει μοι μελετᾶν τὰ παρὰ σοῦ διδόμενά μοι ἀγαθά. Τὸ δὲ, εἰ ἐμνημόνευον, ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· καθὼς εἴρηται

frui, etiam cum angustijs, dummodò Hierosolymis fuerint, quàm ibi delicijs Babyloniorum. PARAPHRASIS ANONYMI.

Labia mea laudabunt te.

Nam etsi, inquit, nil aliud mihi esset in locis templo tuo vicinis; saltem ibi licet te laudare, & diuinos hymnos ac diuina carmina offerre: quod vtique in Babylone facere non poterant, lege id prohibente, sicut ipsi manifestiùs alibi dicunt: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Psal. 136, 4.

5. Sic benedicam te in vita mea:

Et liceat, inquiunt, nobis redire Hierosolymam, vt te assiduè iterùm sic laudemus; neque laudemus tantùm, verùm etiam oremus pro quibuscumque voluerimus. vnde subdit:

* In nomine tuo leuabo manus meas. * *Vulgata addit* Et

Hoc enim, inquit, supplicationis & postulationis est.

6. Sicut * ex adipe & pinguedine repleatur anima mea: * *Vulgata non habet* ex

Hæc autem, inquit (scilicet laus tua & prompta oratio) deliciæ mihi fiunt & pinguedo ineffabilis animæ meæ. Pinguedinem enim atque adipem vocauit delicias. *Deliciæ animæ deuotæ.*

Et labijs exultationis laudabit os meum.

Omni enim, inquit, bono repleor atque omni exultatione, quando moueo labia ad hymnum & laudem tuam.

7. Si * memoratus sum tui super stratum meum, in matutinis * meditabar in te: quia fuisti adiutor meus. * *Vulgata* memor fui * *Vulgata* meditabor

Contingit autem, inquit, me etiam nocte ac die meminisse laudum diuinarum atque bonorum etiam auxiliorum quæ præbes mihi, atque in ijs assiduè meditari. *Stratum* enim appellat noctem, *matutinum* verò diem. ac si dicat: Et die & nocte contingit me meditari bona, quæ mihi à te data sunt. Istud verò, *Si memor fui*, secundùm tempus immutatum est. Vult enim dicere: Sicut dictum est, contingit *Die ac nocte meditandum.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

tingit me memorare, & ex rememoratione eorum, quæ pridem mihi euenerunt accidit, vt quoad sequentia quoque spem in tua prouidentia constituam. vnde subdit:

* Vulgata velamento

8. Et in * vmbra alarum tuarum exultabo,

Meditatio enim eorum quæ contigerunt admonitio fit futurorum.

9. Adhæsit anima mea post te:

Desiderat Dei vnionem.

Desidero, inquit, nunc animam meam tibi quodammodò propinquare, & meipsum indiuulsum facere à populo tuo.

Me autem suscepit dextera tua.

Suscepit igitur me dextera tua: nam istud *suscepit* rursus mutatum est secundùm tempus. Cùm enim, inquit, sic constitutus essem, æquum erat vt dextera tua me susciperet, & ab inimicis liberaret. Non enim habent Babylonij vllam iustam causam, ob quam me humilient, & miserum efficiant. idcircò subiungit:

10. Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam,

Sine causa, inquit, volunt interimere animam meam; sed contrarium patiantur.

Introibunt in inferiora terræ:

Ipsi, inquit, morti dedantur; & quali morti subiungit:

Tradentur in manus gladij,

Id est, per gladij supplicium tradentur inferno.

Partes vulpium erunt.

Vulpes vescuntur reliquijs leonum.

Tradunt reliquijs leonum non vesci leones ipsos; sed vulpes, cùm non potuerint escam propriam inuenire, & in reliquias leonum inciderint. Vult igitur dicere, Babylonios supplicio tradendos esse; & si reliquiæ quædam illorum superfuerint, has ab aliquibus alijs absumendas esse. Hoc enim sibi vult exemplum illud. Babylonijs itaque supplicio affectis, hoc modo cum reliquijs eorum res nostras in meliorem statum restituet. vnde subdit:

12. Rex verò lætabitur in Deo:

ὑπάρχει μοι μνημονεύειν, καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι τῶν ἤδη μοι ὑπαρξάντων ὑπάρχει τὸ, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἐλπίζειν ἐπὶ τῇ προνοίᾳ τῇ σῇ. ὅθεν ἐπιφέρει·

η΄. Καὶ ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἀγαλλιάσομαι;

Ἡ γὰρ τῶν ὑπαρξάντων μελέτη προξενὴ γίνεται τῶν μελλόντων.

θ΄. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου·

Ἐπιθυμῶ νῦν, φησὶν, οἷον προσεγγίσαι σοι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἀχώριστον ἐμαυτὸν καταστῆσαι τοῦ λαοῦ σου.

Ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου.

Ἀντιλάβοιτο οὖν μου ἡ δεξιά σου· τὸ γὰρ ἀντελάβετο πάλιν ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Οὕτω γάρ μου διακειμένου, φησὶ, δίκαιον τὴν δεξιάν τὴν σὴν ἀντιλάβεσθαί μου, καὶ ἀπαλλάξαι με τῶν πολεμίων. Οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τὶ δίκαιον Βαβυλώνιοι, ἀφ' οὗ με ταπεινοῦσι, καὶ ταλαιπωροῦσι. διὸ τοῦτο ἐπιφέρει·

ι΄. Αὐτοὶ δὲ εἰς μάτην ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου,

Ἄνευ αἰτίας, φησὶν, ἀνελεῖν βούλονται τὴν ψυχήν μου· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον πάθοιεν ἄν.

Εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς·

Αὐτοὶ, φησὶ, παραδοθεῖεν θανάτῳ· καὶ ὁποίῳ θανάτῳ ἐπιφέρει·

ια΄. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας,

Ἀντὶ τοῦ, διὰ ξίφους τιμωρίας παραδοθήσονται τῷ ᾅδῃ.

Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται.

Φασὶ τὰ λείψανα τῶν λεόντων, μὴ αὐτοὺς ἐσθίειν τοὺς λέοντας, ἀλλὰ τὰς ἀλώπεκας, οὐ δυναμένας εὑρίσκειν θήραμα οἰκεῖον, καὶ ἐρχομένας ἐπὶ τὰ λείψανα τῶν λεόντων. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι παραδοθεῖεν τιμωρίᾳ Βαβυλώνιοι· εἰ δὲ καὶ λείψανον αὐτῶν περιλειφθείη, τοῦτο ὑπὸ ἄλλων τινῶν ἀναλωθείη. Τοῦτο γὰρ βούλεται τὸ ὑπόδειγμα. Βαβυλωνίων οὖν τιμωρηθέντων, οὕτως μετὰ τῶν ἐλλειμμάτων αὐτῶν τὰ ἡμέτερα ἐπιδώσει ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιβ΄. Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ·

Ὁ μέντοι

Ὁ μέντοι ἡμέτερος βασιλεὺς ὁ Ζοροβάβελ· καὶ οἱ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ διάξουσιν ἐν εὐφροσύνῃ.

Ἐπαινεθήσετ(αι) πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ· ὅτι ἐνεφράγη τὸ στόμα λαλούντων ἄδικα.

Βούλεται τοῦτο εἰπεῖν· Βαβυλώνιοι ἔλεγον μηδέποτε ἕξειν τοῦ λοιποῦ τοὺς Ἰσραηλίτας βασιλέα, ἀπὸ δὲ τούτου ἀνῃρεῖτο Ἰσραηλίταις καὶ τὸ κατὰ τῆς σωτηρίας ὀμνύειν τοῦ βασιλέως· ὥσπερ καὶ νῦν εἰώθασιν οἱ ἐξομνύμενοι ποιεῖν λέγοντες, ἐξόμνυμι τὸν Θεὸν καὶ τὴν διαμονὴν τῶν βασιλέων. ἐπειδὴ οὖν ἀμφότερα οὐ προσεδοκᾶτο, οὔτε τοὺς Ἰσραηλίτας ἕξειν βασιλέα, οὔτε ποτὲ γίνεσθαι αὐτοῖς ὅρκον τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως· παρακαλοῦσι τὸν Θεὸν Ἰσραηλῖται ἀμφότερα ἔχειν, βασιλέα εὐθυνοῦντα, καὶ ὅρκον τὸν ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοῦ. Ἐὰν γάρ, φησι, τοῦτο ὑμῖν ὑπάρξῃ, ἐμφράζετ(αι) τὰ στόματα τὰ λαλοῦντα ἄδικα, τουτέστι, τὰ λέγοντα, μήποτε ἡμᾶς ἕξειν μήτε βασιλέα, μήτε ὅρκον ὑπὲρ αὐτοῦ.

Nimirum Rex noster Zorobabel: & qui ex semine eius oriundi sunt vitam agent in iucunditate.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Laudabitur omnis qui iurat in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

* *Vulgata* Laudabuntur omnes qui iurant

Vult hoc dicere: q. d. Babylonij dicebant Israëlitas numquam ampliùs in posterum habituros esse Regem. Exinde autem exoleuit apud Israëlitas consuetudo iurandi per salutem Regis; sicut etiamnum solent facere hi qui iurant dicentes, Eiuro Deum & permansionem Regum. Quandoquidem ergo vtraque non expectabantur, vt neque Israëlitæ Regem habituri essent, neque aliquando salus Regis ipsis iusiurandum fieret; rogant Deum Israëlitæ, vt vtraque habeant, scilicet Regem prosperè regentem, & iusiurandum pro salute eius. Nam si hoc, inquit, vobis acciderit, obstruentur ora loquentia iniqua, id est, dicentia, numquam nos Regem habituros, neque iusiurandum pro illo.

Mos iurandi per salutem Regis.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β′. ΘΕΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ.] Πρὸς σέ, φησιν, ἢ ὁ λαὸς πρὸς Ἱερουσαλήμ, ἢ Δαβὶδ πρὸς τοὺς ὕμνους, ὄρθρου ταχυνῶ. ὡσεὶ λέγων· Ἀπελαύνει καὶ τὸν ὕπνον ἐξ ἐμοῦ ὁ περί σε δέσποτα πόθος, καὶ διεγείρει εἰς τὴν σήν με προσκύνησιν. Εἰ δέ τις ἔτι τὰ τῆς νυκτὸς ἔργα πράττοι, πῶς ἂν λέγοι, τὸ ὀρθρίζω, μὴ ἐνεστῶτος αὐτῷ τοῦ ὄρθρου. Τὸ δὲ πρὸς σὲ οὐ τοπικῶς ἀκουστέον. οὐ γὰρ ἐν τῷ τόπῳ ὁ Θεός, ἀλλ᾽ ἐν διαθέσει καὶ σχέσει πρὸς Θεὸν γινομένου τοῦ τὰ αἰσθητὰ ὑπερπηδήσαντος. Ἑρμηνεύων δὲ τὸ τοῦ πόθου διάπυρον φησιν, Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου, ἀντὶ τοῦ ἐγώ. εἰπὼν δὲ τὸ ἐδίψησεν ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐπάγει, Ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου. ἀντὶ τοῦ· Συμφωνεῖ, φησι, τῷ ἔρωτι τῆς ψυχῆς καὶ ἡ σάρξ. Τὸ δὲ ποσαπλῶς ἐπίτασιν σημαίνει. οἷον, ἐπιποθεῖ σε ἡ ψυχή μου καὶ τὸ σῶμά μου, ἤτοι δι᾽ ἀμφότερα ἐγώ. Ποσαπλῶς φησιν ἀντὶ τοῦ, πολλαχῶς παρέστη σοι ἡ σάρξ μου ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ, τουτέστιν ἐν τῷ ναῷ, τῷ ἐν Ἱερουσαλήμ· ὕμνησα γάρ σε καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ οὐδὲν ἧττον τοῦ ἐν

2\. DEVS DEVS MEVS.] Ad te, inquit, siue populus ad Hierusalem, siue Dauid ad hymnos, manè festino. ac si dicat: Meum erga te Domine desiderium etiam somnum à me expellit, & ad te adorandum me excitat. Si quis autem adhuc noctis opera faciat, quomodo dicet istud, *de luce vigilo*, cùm matutinum illi nondum instet. Porrò istud *ad te* non localiter intelligendum. Non enim in loco Deus, sed in affectu & habitu eius qui ad Deum venit, & sensibilia transiliuit. Explicans autem desiderij feruorem ait, *Sitiuit anima mea.* id est *ego.* Vbi verò de anima dixerat illud *sitiuit* subiungit, *Quàm multipliciter tibi caro mea?* Id est: Consentit, inquit, amori animæ etiam caro. Istud autem *quàm multipliciter* intensionem significat. q. d. Desiderat te anima mea & corpus meum, siue per vtraque ego. *Quàm multipliciter* ait pro, multipliciter adstitit tibi caro mea in terra deserta, & inuia, tamquam in sancto videlicet templo, quod Hierosolymis est: nam laudaui te etiam in deserto non minùs quàm in

Manè vacandum orationi.

Qualis sit sitis animæ deuotæ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

in templo; subauditur autem vox *sicut:* q. d. Sicut in templo: vti etiam in isto, *Ascendunt montes*, id est, sicut montes.

Psal. 103, 8.

ALIVS. *Sitiuit.* Desiderium meum, inquit, à rebus omnibus præsentibus auocans, sitio cum anima esse apud Deum, qui præbet mihi fontem aquæ salientis. Quandoquidem autem anima mea sitiuit, & caro mea quàm multipliciter. Obserua verò quomodo *in terra deserta* non locum terrenum declaret, sed eum qui diuinâ perfectione vacuus est & inaquosus; eò quòd non abundet donis spiritalibus, propter quod etiam inuius existit, dum nemo ipsum frequentat eorum qui Deo pro virili assimilantur.

Terra deserta quid mysticè.

ALIVS. Non tantùm anima mea, inquit, diuino amore repleta est, sed etiam caro multipliciter. Non enim pietatem solam colere oportet, verùm etiam corpore placere Deo, v. g. per ieiunium & assiduam orationem, per manuum operationem, vt egenis subueniatur. Theodotion, *Quantupliciter:* Symmachus, *Desiderat te caro mea:* Aquila, *Intendit tibi caro mea.* Positæ sunt autem hæ expositiones, ne putarentur esse duæ partes orationis istud *quàm multipliciter*, sed vna, exaggerationem amoris insinuans. Ceterùm istud *in sancto* tabernaculum dicit: nondum enim templum exstructum erat. Nullum, inquit, impedimentum à solitudine accepi in te laudando; sed sicut in sancto, ita & in deserto apparui tibi, vt viderem, siue imaginarer virtutem & potentiam tuam, & occasiones te laudandi caperem ex factis tuis.

Quomodo etiam corpore Deo seruiendum sit.

4. QVONIAM MELIOR EST MISERICORDIA TVA.] Nam tuam, inquit, misericordiam malo quàm omnem vitam diuitum, & potentium, & otiosam, & negotiosam, & delicatam, & remissam. atque in tuas laudes labia moueo: hoc autem per totam meam vitam perficiam, labijs quidem laudans, manus verò expandens, tuam benignitatem postulans.

Misericordia Dei omnibus diuitijs præferenda.

6. SICVT ADIPE ET PINGVEDINE.] Has tuas, inquit, laudes animæ pinguedinem existimo, quandoquidem tuorum oraculorum meditatio voluptas & sempiternus cibus est, ita vt etiam labia, dum ad laudes tuas mouentur, exultatione repleantur. Ceterùm cùm semper epulis hisce fruens esuriat

Laudes Dei sunt animæ pinguedo.

τῷ ναῷ· συνυπακούεται) δὲ τὸ ὡς· οἷον, ὡς ἐν τῷ ναῷ· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ, Ἀναβαίνουσιν ὄρη, ἀντὶ τοῦ, ὡς ὄρη.

ΑΛΛΟΣ. Ἐδίψησε. Πάντων, φησὶ, τῶν παρόντων ἀποστήσας μου τὸν πόθον, διψῶ τῇ ψυχῇ εἶναι πρὸς Θεὸν, ὀρέξαντά μοι πηγὴν ὕδατος ἀλλομένου. Ἐπεὶ δὲ ἡ ψυχή μου ἐδίψησε, καὶ ἡ σάρξ μου ποσαπλῶς. Ὅρα δὲ ὡς μὴ ἐν τῇ γῇ ἐρήμῳ τὸν περὶ γῆν τόπον δηλοῖ, ἀλλὰ τὸν ἔρημον ὄντα θείας τελειότητος καὶ ἄνυδρον· τῷ μὴ δαψιλῶς ἔχειν τὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα, διὸ καὶ ἄβατός ἐστιν, οὐδενὸς ἐν αὐτῷ διατρίβοντος τῶν πάντη κατὰ τὸ δυνατὸν ὡμοιωμένων Θεῷ.

ΑΛΛΟΣ. Οὐ μόνον ἡ ψυχή μου, φησὶ, τοῦ θείου ἐμπέπλησται ἔρωτος, ἀλλὰ καὶ ἡ σάρξ πλειόνως. οὐ γὰρ εὐσέβειαν μόνον ἐπιτηδεύειν χρὴ, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἀρέσκειν Θεῷ, οἷον διὰ νηστείας καὶ συνεχοῦς προσευχῆς, διὰ τῆς ἐργασίας τῶν χειρῶν, εἰς τὸ δεομένοις χορηγεῖν. Θεοδοτίων, ποσαχῶς· ὁ Σύμμαχος, ἱμείρεταί σου ἡ σάρξ μου· Ἀκύλας, ἐπετάθη σοι ἡ σάρξ μου. Τέθεινται δὲ αἱ ἐκδόσεις, ὥστε μὴ οἴεσθαι δύο μέρη λόγου εἶναι τὸ ποσαπλῶς, ἀλλ' ἕν, ἐπίτασιν τοῦ πόθου σημαῖνον. Τὸ δὲ ἐν τῷ ἁγίῳ τὴν σκηνὴν λέγει· οὔπω γὰρ ὁ ναὸς ᾠκοδόμητο. Οὐδεμίαν, φησὶν, ἀπὸ τῆς ἐρημίας κώλυσιν ἔσχον τοῦ δοξολογεῖν σε· ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ, οὕτως καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ ὤφθην σοι, τοῦ ἰδεῖν, ἤτοι φαντασθῆναι τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ δύναμιν, καὶ ἀφορμὴν δοξολογίας διὰ τῶν ὑπό σου γενομένων λαβεῖν.

δ'. ΟΤΙ ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] Πάσης γὰρ ζωῆς, φησι, τῆς τῶν πλουτούντων, καὶ τῆς τῶν δυναστευόντων, καὶ ἀνειμένης, καὶ πολυφροντίδος, καὶ ἁβροδιαίτου, καὶ ἀνειμένης τὸν σὸν ἔλεον προαιροῦμαι. καὶ εἰς τὴν σὴν ὑμνῳδίαν τὰ χείλη κινῶ· τοῦτο δὲ παρὰ πάντα μου τὸν βίον διατελέσω ποιῶν, ὑμνῶν μὲν τῇ γλώττῃ, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνων, καὶ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν αἰτῶν.

ς'. ΩΣΕΙ ΣΤΕΑΤΟΣ ΚΑΙ ΠΙΟΤΗΤΟΣ.] Τὴν σὴν, φησιν, ὑμνῳδίαν πιότητα ὑπολαμβάνω τῇ ψυχῇ, χλιδὴ γὰρ μόνιμος καὶ τροφὴ τῶν σῶν λογίων ἡ μελέτη, ὡς καὶ τὰ χείλη τὰ κινούμενα πρὸς εὐφημίαν σου πληροῦσθαι ἀγαλλιάσεως. Ἐπειδὴ δὲ ἀεὶ τῆς εὐωχίας ταύτης μεταλαμβάνων πεινᾷ

διὰ

διὰ τὸ τῆς ὀρέξεως τοῦ ναοῦ ἀκόρεστον, ἐμπλησθήσεται εἶπεν, οὐκ ἐνεπλήσθη, καίπερ ἤδη δαψιλῶς μεταληφυίας. Ὡς γὰρ τὰ εὐτραφῆ τῶν ζώων κρείττονα τυγχάνει πρὸς ἡδονήν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν ἀναλόγως· διὸ καὶ στέατος ἐπεμνήσθη. Ἐντρεπέσθωσαν ἐκ τῆς λέξεως οἱ μετὰ τὴν ἀνάστασιν αἰσθητὴν τροφὴν καὶ μέθην ὀνειροπολοῦντες· οὐ γὰρ εἶπεν σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν ἐμπλησθήσεσθαι, πληροῦντος τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν ἀγαθοῖς τὴν ψυχὴν ἐπιθυμίας.

ζʹ. Ει εμνημονευον σου.] Τοῦτο ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, Ἀναμιμνήσκομαί σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου· καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σε, καὶ σκεπόμενος ἐν ταῖς πτέρυξί σου εὐφήμουν. Φύλακας δὲ λέγει τὰς νυκτερινάς. διαιρούμενοι γὰρ τὸν νυκτερινὸν καιρὸν οἱ φυλάττειν πεπιστευμένοι, τοῦτο δρῶσι, σφᾶς αὐτοὺς διαδεχόμενοι. Καὶ οἱ μὲν τριχῇ διαιροῦσιν, οἱ δὲ τετραχῇ. Καὶ ὁ κύριος τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς πρὸς τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους ἐλήλυθε. Λέγει τοίνυν ὁ θεῖος Δαβίδ, ὅτι καὶ ἐπὶ στρωμνῆς κατακείμενος, τὸν ἥδιστον ὕπνον ἀποβαλόμενος καθ' ἑκάστην φυλακὴν τὴν σὴν εἶχον μελέτην· καὶ ὕμνοις τὰς εἰς ἐμὲ γεγενημένας ἠμειβόμην εὐεργεσίας· οἷον γάρ τινι πτερύγων σκέπῃ τῇ ἀμάχῳ με προμηθείᾳ φυλάττεις. Ἢ καὶ οὕτως τὸ, εἰ ἐμνημόνευον ἀντὶ τοῦ μνημονεύων τέθειται. ἵν' ᾖ· ἀεὶ μνημονεύων σου ἄϋπνος ἐγενόμην περὶ τὰς αἰνέσεις καὶ φωτεινάς σου χορηγίας, ἃς τοῖς ἐπικαλουμένοις σε δίδως. Ἡ δὲ ἐκολλήθη φωνὴ τὸ ἡνώθη δηλοῖ· οὕτω γὰρ ἀκούειν δεῖ καὶ τό, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρόν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ, ἕνωσιν τὴν πρὸς Θεὸν δηλοῦν οἷον ὅτι· οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὸν λογισμὸν ἀποστῆσαι δύναμαι τῆς σῆς μνήμης· ἀλλ' οἷόν τινι κόλλῃ τῷ σῷ πόθῳ προσδέδεμαι, καὶ ἐφίεμαι ἀχώριστον ἐμαυτὸν καταστῆσαί σοι. Τίς δὲ ὁ τοῦ πόθου καρπός; τὸ τῆς ἀξιωθῆναι κηδεμονίας καὶ ἀντιλήψεως.

ιʹ. Αυτοι δε εισ ματην.] Οὐδὲν ἠδικηκότα με σπουδάζουσιν ἀνελεῖν. ἢ λοιπὸν τῶν ἀντικειμένων κατακράζει δυνάμεων, ἣν ὑπέμεινε προσβαλλόμενος βίαν, εὐχόμενός τε ταῖς αἰωνίοις αὐτοὺς παραδοθῆναι κολάσεσι. Παραδοθήσονται εἰς χεῖρας ῥομφαίας, μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. Ὑπὸ πολεμικῆς τοῦτο πείσονται δεξιᾶς, καὶ τοῦτο οὐχ ὑπὸ δυνατῶν τινῶν ὑποστήσονται πολεμίων· ἀλλ' ὑπὸ τῶν προσοίκων ἀλλοφύ-

propter insatiabile templi desiderium, *replea-tur* dixit, non repleta est, licet pridem largè sumpserit. Sicut enim animalia benè nutrita magis idonea sunt ad voluptatem, ita etiam quadam proportione fit in rebus spiritalibus: idcircò etiam adipis mentionem fecit. Confundantur ex hac sententia illi qui post resurrectionem sensibilem cibum & ebrietatem somniant: non enim corpus, sed animam dixit replendam, Deo nempe in bonis animæ desiderium replente. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

7. Si memor fvi tvi.] Hoc Symmachus sic explanauit, *Recordor tui super stratum meum: per singulas vigilias meditabar te, & tectus in alis tuis benedicebam.* Ceterùm vigilias nocturnas dicit. Diuidentes enim tempus nocturnum hi quibus custodiæ concreditæ sunt, hoc faciunt, vt sibi mutuo succedant. Et alij quidem in tres partes diuidunt, alij verò in quatuor. Et Dominus in quarta vigilia noctis ad sacros Apostolos venit. Dicit igitur diuinus Dauid, Super stratum iacens, dulcissimum somnum per singulas vigilias exegi tuam habens contemplationem; hymnisque beneficia à te in me collata compensabam: nam veluti quodam alarum tegumento, tuâ inexpugnabili prouidentiâ me custodis. Vel etiam sic, *Si memor fui* pro memorans posuit. ac si dicat: Semper te memorans insomnis fui in laudibus ac lucidis tuis donis, quæ communicas inuocantibus te. Ista autem vox *adhæsit* idem significat quod *vnita fuit*: sic enim intelligendum & illud, *Odientes malum, adhærentes bono*, vnionem cum Deo significare. q. d. Ne paululùm quidem mentem meam à memoria tua auocare valeo; sed quasi glutine quodam tuo desiderio affigor, & expeto me tibi indiuiduum exhibere. Quis porrò fructus huius desiderij? quòd nimirum me curâ & subsidio tuo digneris.

Vigiliæ nocturnæ quomodo diuidi soleant.

Marc. 6, 48.

Assidua Dei memoria habenda.

Adhærendum Deo.

Rom. 12, 9.

10. Ipsi vero in vanvm.] Nil delinquentem me conantur interimere. Vel deinceps contra aduersariarum potestatum exclamat violentiam, quam ab ijs oppugnatus sustinuit, rogans sempiternis ipsas supplicijs addici. *Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.* Hoc ab hostili dextera patientur, idque non à potentioribus quibusdam hostibus sustinebunt; sed à finitimis alienige-

Prædicit hostium interitum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

nis, qui more vulpium frequenter quidem inuadunt, identidem verò repulsi fugiunt. Obuius autem sensus horum verborum hoc tacitè innuit, plures ex his, qui in bello occumbent, ne sepulturâ quidem dignos fore, sed à feris dilaniandos. *Vulpes spiritales quales.* Vel sic: Imbecilliorum animas diuidunt vulpes spiritales, id est, praui ac peruersi spiritus. Porrò supplicium, quod ibi est, designat gladius; huius autem manus declarat labores qui ab illo sunt, vel ipsi subseruiunt, vasa iræ dictos. Propter astutiam autem prauæ illæ potestates appellantur vulpes. *Rex verò lætabitur in Deo.* Ego verò, inquit, cùm Regnum abs te acceperim, non ob illorum interitum lætabor, sed ob tuum præsidium, quo fretus, omnigenas inimicorum insidias effugi.

Hæreditas impiorum qualis. ALIVS autem, Cùm sic, inquit, eorum qui in Christum impij fuerant finem commemorasset, ac docuisset, quomodo pars & hereditas eorum inferiores partes terræ futuræ essent, ad alterum ordinem sermonem transfert: *Regnum spiritale Christi.* hic autem erat eorum qui in Christum crediderunt, qui cùm & cælorum Regno digni habiti sint, meritò etiam Reges nuncupantur, iuxta quod in Apostolo dictum est, (2. Cor. 4, 8.) *Et vtinam regnetis.* Hic itaque populus cùm regnet, lætatur lætitiâ spirituali, quam ipsi Deus largitus est. *Laudabitur omnis qui iurat in eo.* Omnes autem posthac audacter Regem nominabunt, & per huius salutem iurabunt, non ampliùs veriti sycophantas, quorum os morte obstructum est. Saüle enim inquirente, timebant cum Dauide colloqui; hoc autem mortuo, omnes deinceps condignum honorem ipsi Regi habebant, & Regis salute pro iureiurando vtebantur: *Mos iurandi per salutem Regis.* hinc arreptâ occasione conciliandi sibi apud illum dignitatem & gratiam; Vel hoc modo, inquit, gloriatio ipsorum (scilicet Regum) erit Christus, ita vt dum iusiurandum faciunt, iure laudentur. Iurant enim Deum verum, iuxta quod scriptum est, Obstruxit os eorum qui ausi sunt dicere, Tolle de terra istiusmodi: non enim permiserunt ipsum viuere. Horum igitur os obstructum est, peccato per gratiam sublato, propter quod dictum est, (Psal. 106, 42.) *Et omnis iniquitas oppilabit os suum.* Nam (Rom. 8, 33.) *Deus qui iustificat, quis est qui condemnet?*

λων, οἳ δίκην ἀλωπέκων θαμὰ μὲν ἐπίασιν, ἐπελαυνόμενοι δὲ φεύγουσιν. αἰνίττεται δὲ τὸ πρόχειρον νόημα, ὡς τῶν ἐν πολέμῳ πεσόντων οἱ πλείους, οὐδὲ ταφῆς ἀξιωθήσονται, ἀλλὰ προσκείσονται τοῖς θηρίοις βορά. ἢ οὕτως· Μερίζονται τὰς τῶν ἀσθενεστέρων ψυχὰς αἱ νοηταὶ ἀλώπεκες, τουτέστι, τὰ πονηρὰ καὶ δύστροπα πνεύματα. Τὴν ἐκεῖ δὲ τιμωρίαν ἡ ῥομφαία δηλοῖ, ταύτης δὲ χεῖρας, ἢ τοὺς ὑπ᾽ αὐτῆς πόνους, ἢ τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῇ, σκεύη λεγομένους ὀργῆς. διὰ δὲ τὴν πανουργίαν αἱ πονηραὶ δυνάμεις ἀλώπεκας λέγονται. ὁ δὲ βασιλεὺς εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ θεῷ. Ἐγὼ δέ, φησι, παρά σου τῆς βασιλείας δεξάμενος, οὐκ ἐπὶ τῷ ἐκείνων ἡσθήσομαι θανάτῳ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ σῇ προμηθείᾳ, δι᾽ ἧς ἐξέφυγον, τὰς παντοδαπὰς τῶν πολεμίων ἐπιβουλάς.

ΕΤΕΡΟΣ δέ, οὕτω, φησί, τῶν εἰς Χριστὸν ἀσεβησάντων τὸ τέλος διεξελθών, καὶ διδάξας, ὡς μερὶς καὶ κλῆρος αὐτῶν γενήσεται τὰ κατώτατα μέρη τῆς γῆς, εἰς τὸ ἕτερον τάγμα τὸν λόγον μεθίστησι· τοῦτο δὲ ἦν τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστόν, οἳ καὶ βασιλείας ἠξιωμένοι τῶν οὐρανῶν, εἰκότως καὶ βασιλεῖς ὀνομάζονται, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἀποστόλῳ, Καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε. Οὗτος δὲ οὖν ὁ βασιλεύων λαός, εὐφραίνεται τὴν νοητὴν εὐφροσύνην, ἣν αὐτὸς αὐτῷ κεχάρισται ὁ θεός. Ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων. Μετὰ παρρησίας δὲ λοιπὸν ἅπαντες καὶ ὀνομάζουσι βασιλέα, καὶ κατὰ τῆς τούτου σωτηρίας ὀμοῦνται, οὐκέτι δεδιότες τοὺς συκοφάντας, ὧν ἐνεφράγη τῷ θανάτῳ τὸ στόμα. Τοῦ μὲν γὰρ Σαοὺλ περιόντος, ἐδεδίεσαν τὴν πρὸς τὸν Δαβὶδ διάλεξιν· τούτου δὲ τελευτήσαντος, ἀδεῶς λοιπὸν ἅπαντες καὶ τῷ βασιλεῖ πρέπον ἀπένεμον γέρας, καὶ ὅρκον ἐποιοῦντο τὴν τοῦ βασιλέως σωτηρίαν· φιλοτιμίας τοῦτο καὶ πρόφασιν εὐνοίας ποιούμενοι. Ἢ οὕτως, φησι, καύχημα αὐτῶν ἔσται Χριστὸς (τῶν βασιλευόντων δηλονότι) ὡς καὶ ὅρκον αὐτοὺς ποιουμένους ἐπαινεῖσθαι δικαίως. Ὀμοῦνται γὰρ θεὸν ἀληθινόν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐνεφράγη στόμα τῶν τολμησάντων εἰπεῖν, αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκεν αὐτὸν ζῆν. τούτων δὲ οὖν ἐνεφράγη τὸ στόμα, ἀναιρουμένης τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς χάριτος, διὰ τὸ εἰρημένον, καὶ πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, τίς ὁ κατακρινῶν;

CATENA

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τοῦτον μὲν ᾄδει ψαλμὸν φεύγων ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ, καὶ διὰ τῆς κατὰ τὸν βίον ἀρετῆς ἐπικαλούμενος εἰς βοήθειαν τὸν Θεόν. ἀναφέρεται δὲ καὶ εἰς τὴν ψυχὴν, τὴν πάλαι ἐν ἐρημίᾳ γεγονυῖαν παντὸς ἀγαθοῦ· εἶτα ἐπιστραφεῖσαν τῇ διὰ Χριστοῦ χάριτι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Φυγὼν τὸν Σαοὺλ ὁ Δαβὶδ ἦλθε πρὸς Ἀβιμέλεχ, κἀκεῖθεν πρὸς Ἀγχοῦς τὸν Γὲθ βασιλέα· εἶτα πάλιν εἰς τὸν κίνδυνον ἐμπεσὼν, καὶ τοῦτον διαφυγὼν, καταλαμβάνει τὴν ἔρημον, ἐν ᾗ ποιεῖ τὸν ψαλμὸν, τὸν πρὸς Θεὸν πόθον δεικνὺς, καὶ τοῦ Σαοὺλ προαγορεύων τὸν ὄλεθρον.

β'. Ο ΘΕΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΣΕ ΟΡΘΡΙΖΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ σπουδαῖον τῆς προσεδρείας διὰ τῶν παρόντων κατασημαίνει· πρός σε, φησὶ, διανίσταμαι ὄρθρου, εἰς τὸ σοὶ τούς τε ὕμνους καὶ τὰς εὐχὰς ἀναπέμψαι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὸν πόθον ἀνάπτει τὸν πρὸς Θεὸν, καὶ διεγείρει τὴν ψυχὴν, καὶ πυρώσας, οὕτως ἀφίησι προσελθεῖν· τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, πεπυρωμένης ψυχῆς ῥήματα. ἔνθα δὲ ἀγάπη Θεοῦ, πάντα οἴχεται τὰ πονηρά.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτα λέγοι τις ἂν ἀγνοίας καὶ κακίας ἀπηλλαγμένος, ὡς φάναι δύνασθαι, ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. Συνῳδὸν δὲ τοῦτο τῷ, ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σὲ ὁ Θεός. Τῷ δὲ πράττοντι τὰ τῆς νυκτὸς καὶ τοῦ σκότους οὐκ ἐπέλαμψεν ὄρθρος. Τὸ δὲ πρὸς σὲ οὐ τοπικόν· οὐ γὰρ ἐν τόπῳ Θεὸς, ἀλλ' ἐν διαθέσει καὶ ἕξει πρὸς Θεὸν γενομένου, τοῦ τὰ αἰσθητὰ ὑπερπηδήσαντος. Ἔφη δὲ, ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου. ὁ γὰρ τῶν ἁγίων Θεὸς λατρευόντων αὐτῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἡ κοιλία γοῦν τῶν περὶ τρυφὴν ἐχόντων οὖσα Θεὸς, ἁπλῶς οὐ λέγεται Θεὸς, ἀλλ' οὐδὲ οἱ δαίμονες, κυρίως τῶν ἐθνῶν λεγόμενοι θεοί. ὁ οὖν ἀληθῶς σοφὸς, ἐρεῖ τῷ φύσει καὶ ἀληθῶς Θεῷ, ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου. καλὸν δὲ καὶ, κατὰ τὸ ῥητὸν, ὀρθρίζειν πρὸς Θεὸν, καὶ πάσης πράξεως ἀπαρχὴν ποιεῖσθαι προσευχήν.

ATHANASII. Atque hunc quidem Psalmum canit fugiens à facie Saül, & per virtutem vitæ inuocans Deum in auxilium. Ceterùm refertur quoque ad animam, quæ olim in solitudine extitit omnis boni: deinde per Christum reuersa est in gratiam. *Argumentum.*

THEODORI. Fugitans Saülem Dauid venit ad Abimelech, & inde ad Achim Regem Geth; deinde, cùm rursus in periculum incidisset, atque hoc declinasset, peruenit in solitudinem, in qua Psalmum hunc fecit, amorem patefaciens, quem in Deum habebat, Saülisque interitum prædicens. *Dauid ad quos fugerit.*

2. DEVS DEVS MEVS AD TE DE LVCE VIGILO.] ATHANASII. Studium assiduitatis per præsentia verba indicat: Ad te, inquit, exurgo diluculo, vt tibi & hymnos & preces offeram. *Quanta deuotio Dauidis.*

ORIGENIS. Desiderium Dei suscitat, & animam suam erigit, atque ita illam accendens, permittit accedere: nam quod dicit, *Deus Deus meus ad te de luce vigilo; sitiuit te anima mea*, accensæ animæ verba sunt. vbi autem charitas Dei, ibi omnia mala cedunt.

THEODORI. Hæc dixerit quis postquam ab ignorantia & malitia liberatus est, ita vt dicere possit, *Nox præcessit, dies autem appropinquauit*. Hoc autem consonum est isti, *De nocte manè vigilat spiritus meus ad te Deus*. Ceterùm opera noctis ac tenebrarum facienti non illuxit diluculum. Porrò istud *ad te* non est locale: neque enim in loco Deus, sed in affectu & habitu eius qui ad Deum accessit, & sensilia transiliuit. Dixit autem, *Deus Deus meus*. Siquidem est Deus sanctorum colentium ipsum. *Rom. 13, 12. Vigilandum ad Deum.*

ANONYMI. Cùm igitur venter delicijs deditorum deus sit, non simpliciter dicitur deus, sed neque dæmones, qui propriè Gentium dij dicuntur. Qui itaque verè sapiens est, dicet naturâ & verè Deo, *Deus Deus meus*. Bonum autem etiam, secundùm hoc dictum, manè vigilare ad Deum, & omnis actionis primitias facere orationem. *Primitiæ orationis.*

CATENA PATRVM.

Anima Deo satiatur, sed non caro. SITIVIT TE ANIMA MEA.] PACHYMERÆ. Sitit anima ac repletur, vtpote habens apta receptacula diuinarum cogitationum: sitit caro, sed quàm multipliciter respectu animæ; neque enim habet aptitudinem recipiendi, cùm sit omnino extranea diuinis & spiritalibus insinuationibus: quapropter tamquam egena intentum semper habet appetitum; mens autem semper plena est eius quod apprehendit.

Iustus vbique Deum colit. 3. IN TERRA DESERTA ET INVIA.] ATHANASII. Nullum, inquit, damnum à solitudine percepi, sed quasi ad ipsum sacrum tuum tabernaculum assistens, laudes offero. Nam illud *in sancto* tabernaculum dicit: nondum enim diuinum templum ædificatum erat.

ORIGENIS. Quid sibi vult istud *sic?* cum tanto desiderio, cum tanta dilectione, vt videam gloriam tuam, quam vbique terrarum videre licet.

Desiderium verè deuoti. THEODORI. *Quàm multipliciter,* inquit, id est, totus quantus ego & animâ & corpore te desidero: hoc enim compositum etiam ex minori excessum desiderij significauit. Desidero autem te quemadmodum valdè sitiens in deserto, & inuio, & inaquoso.

ANONYMI. In te autem meum desiderium à rebus omnibus transtuli: præbe mihi
Ioan.4,14. fontem aquæ salientis in vitam æternam. Et cum anima illuminata etiam caro quantum potest participat. Et quidem si sermo sit ad Patrem, virtus & gloria eius Christus est: Christus enim Dei virtus: & apparebit gloria Domini: si autem ad Filium, virtus eius & gloria est Theologia quæ de ipso est, & efficacia patrandi miracula, iuxta quod dicitur in Euangelio: *Virtus de eo exibat, & sanabat omnes.* & rursus: *Virtus Domini erat ad sanandum eos.* De gloria autem: *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti.* & iterùm: ** Glorifica me tu * gloriâ, quam habui prinsquam mundus esset.* Consequenter vtraque intelligens, accipies & hoc, *In sancto apparui tibi.*

Quæ sit virtus & gloria Dei. 1.Cor.1,24.

Luc.6,19. Luc.5,17. Ioan.1,14. Ioan.17,5. * Vulgata Clarifica * Vulgata claritate,

Qualis sit pij & impij sitis. ORIGENIS. Deo quidem sitit is qui bonum sitit; diabolo verò, qui turpitudinem. Ceterùm in sancto quoque oportet vt appareat Deo is qui videt virtutem & gloriam
Heb.1,3. eius. Christus autem Dei virtus & splendor

ΕΔΙΨΗΣΕ ΣΕ Η ΨΥΧΗ ΜΟΥ.] ΠΑΧΥΜΕΡΗ. Διψᾷ ἡ ψυχὴ, καὶ ἐμπιπλᾶται, ὡς ἔχουσα ἐπιτήδεια δοχεῖα τῶν θείων ἐννοιῶν· διψᾷ ἡ σάρξ, ἀλλὰ ποσαπλῶς πρὸς τὴν ψυχήν· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὑποδοχῆς ἐπιτηδειότητα, ξένη παντάπασιν οὖσα πρὸς τὰς θείας καὶ νοητὰς ἐμφάσεις· ὅθεν καὶ ὑστεροῦσα ἀεὶ ἐπιτεταμένην τὴν ἔφεσιν ἔχει· ὁ δὲ νοῦς πλήρης γίνεται οὗπερ ἂν καὶ ἅψηται.

γ΄. ΕΝ ΓΗ ΕΡΗΜΩ ΚΑΙ ΑΒΑΤΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐδεμίαν ἀπὸ τῆς ἐρημίας βλάβην εἰσεδεξάμην, φησὶν, ἀλλ' ὡς παρ' αὐτὴν ἑστηκὼς τὴν ἱεράν σου σκηνὴν, ὑμνῳδίαν προσφέρω. Τὸ γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ τὴν σκηνὴν λέγει· οὔπω γὰρ ὁ θεῖος ναὸς ᾠκοδόμητο.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τί ἐστιν οὕτως; μετὰ τοῦ πόθου τούτου, μετὰ τῆς ἀγάπης ταύτης, ὥστε ἰδεῖν σου τὴν δόξαν, ἣν πανταχοῦ τῆς γῆς ἐστιν ἰδεῖν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ποσαπλῶς, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, ὅλως ἐγὼ ψυχῇ τε καὶ σώματι ποθῶ σε· τὸ γὰρ σύνθετον καὶ ἐκ τοῦ ἐλάττονος ἐδήλωσε τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πόθου. ποθῶ δέ σε καθάπερ σφόδρα διψῶν ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρὸς σὲ δέ μου τὸν πόθον ἀπὸ πάντων μετέστησα· ὄρεξόν μοι πηγὴν ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς φωτιζομένης καὶ ἡ σάρξ ὡς οἷόν τε μεταλαμβάνει. Καὶ εἰ μὲν ὁ λόγος πρὸς τὸν πατέρα, δύναμις καὶ δόξα αὐτοῦ, Χριστός ἐστι· Χριστὸς γὰρ θεοῦ δύναμις· καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα κυρίου· εἰ δὲ πρὸς τὸν υἱὸν, ἡ περὶ αὐτοῦ θεολογία δύναμις αὐτοῦ καὶ δόξα, καὶ ἡ ἐπιτελεστικὴ τεράτων ἐνέργεια, κατὰ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· Δύναμις ἐξ αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας. καὶ πάλιν· Δύναμις ἦν θεοῦ εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Περὶ δὲ τῆς δόξης· ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς. καὶ πάλιν· Δόξασόν με σὺ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι. ἀκολούθως ἑκάτερα νοήσας, ἐκλήψῃ καὶ τὸ, ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τῷ θεῷ μὲν διψᾷ ὁ τοῦ καλοῦ διψῶν, διαβόλῳ δὲ, ὁ τοῦ αἰσχροῦ. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ ὀφθῆναι δεῖ τῷ θεῷ τὸν ὀψόμενον τὴν δύναμιν καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Χριστὸς δὲ θεοῦ δύναμις καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης

δόξης αὐτοῦ. καὶ ὁ μὲν ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ Θεῷ, ἵνα ᾖ ἅγιος τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι, εἴποι ἂν περὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς τῷ κυρίῳ, σοὶ ἡ σάρξ μου. ὁ δὲ πορνεύων εἴποι ἂν τῷ διαβόλῳ, σοὶ ἡ σάρξ μου. Ὁ ἐν ἁγνείᾳ δ' ὢν, λέγοι ἂν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἐπείπερ ἐν ἐρημίᾳ ἐστὶν ἡ σάρξ αὐτοῦ, καὶ ἀβάτῳ, οὐδὲ πονηροῦ λογισμοῦ ἐπιβαίνοντος αὐτῇ. καὶ ἐν ἀνύδρῳ· ὑγρὸν μὲν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ καταφερoῦς· ξηρὸν δὲ τὸ τοῦ καθαρεύοντος. Ὅθεν ὁ εὐνοῦχος λέγει· ὅτι ἐγώ εἰμι ξύλον ξηρόν. πλὴν ὁ λέγων οὕτως, ἐν τῷ ἁγίῳ ὤφθην σοι, ὀρθρίζει πρὸς Θεὸν, καὶ διψᾷ ἑαυτῷ τῇ ψυχῇ ἑαυτοῦ πολλαπλῶς, καὶ ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐν γῇ ἐστιν ἐρήμῳ, ἀβάτῳ καὶ ἀνύδρῳ.

δ'. ΟΤΙ ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅτι οἱ τῷ ἐλέει προσελθόντες τοῦ Θεοῦ, τουτέστι Χριστῷ, οὐδὲν ἡγοῦνται τοῦ παρόντος βίου τὴν ζωήν· καὶ τοιαύτην ἀναφθέγγονται φωνὴν ὑπὲρ πλήθους ζωῆς (τῆς παρούσης δηλονότι) λέγοντες εἶναι τὸ δεδομένον, αὐτοῖς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἔλεος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ ζωὴν εἶπεν ὑπὲρ ζωὰς, πληθυντικῶς ὑπὲρ πολλὰς ζωάς. Κρείττων γάρ, φησι, καὶ τοῦ πολλάκις ζῆσαι, ἡ παρὰ σοῦ φιλανθρωπία· τὸ μὲν γὰρ διαλύεται πολλάκις· ἡ δὲ μέχρις, ἂν ᾖ κἀκεῖνο συγκεραστοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Γέγραφεν ὁ Ἀπόστολος, ὡς πρὸς πάντα ὠφέλιμος ἐστιν εὐσέβεια, ἐπαγγελίαν ζωῆς ἔχουσα τῆς τε νῦν, καὶ τῆς μελλούσης. Τῆς δὲ νῦν εἰπὼν, οὐ τῆς κοινῆς λέγει τῶν ζώων, ἀλλὰ τῆς ἐν βίῳ διαμενούσης ὑπαρχθῆναι· περὶ ἧς φησιν ὁ σωτήρ· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ταύτης τῆς νῦν ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης (ἥτις κατὰ τὴν τελειότητα γίνεται τοῖς προσβάλλουσι τῇ ἀληθείᾳ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον) κρεῖσσόν ἐστι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ· τῷ δι' αὐτὸ καὶ καθ' αὐτὸ γίνεσθαι ἐν ταῖς ζωαῖς τὸν εἰς αὐτὰς ἀναγόμενον. Οὐ γὰρ κατ' ἀξίαν πράξεως καὶ θεωρίας, ἀλλ' ἀγαθότητι καὶ ἐλέει Θεοῦ ἔρχεταί, τις ἐπὶ τὸ ζῆν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ζωάς. Κρεῖσσον ὂν ὡς αἴτιον αἰτιατοῦ, ὅπερ τὸν Θεὸν λόγον δηλοῖ, περὶ οὗ φησιν· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ.

gloriæ eius. Et quidem innuptus cogitans quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, vt sit sanctus corpore & spiritu, dicere possit de carne sua Domino, *Tibi caro mea.* Fornicator verò dixerit diabolo, *tibi caro mea.* Qui castus est, dixerit carnem suam esse *in deserto;* quandoquidem caro eius est in solitudine, & *in inuio*, cùm non accedat ad ipsum praua cogitatio. Et *in inaquoso:* siquidem humidum est corpus eius qui pronus in libidinem est, siccum verò illius, qui puritatem colit. Vnde Eunuchus ait: *Quoniam ego sum lignum aridum.* Verùm qui sic ait, *In sancto apparui tibi*, manè vigilat ad ipsum, & sitit eum animâ suâ multipliciter, & caro eius in terra est deserta, inuia & inaquosa.

CATENA PATRVM.
1. Cor. 7, 34.
Differentia corporis casti & impuri.
Isaiæ 56, 3.

4. QVONIAM MELIOR EST MISERICORDIA TVA.] ATHANASII. Quoniam qui per misericordiam ad Deum, id est Christum, accedunt, pro nihilo ducunt præsentem vitam; & istiusmodi vocem emittunt, dicentes præ multitudine vitæ (scilicet præsentis) esse misericordiam, quæ ipsis per vnigenitum conceditur.

Misericordia Dei melior est quàm vita præsens.

THEODORI. Pro *super vitam* dixit *super vitas*, pluraliter super vitas multas. Melior enim, inquit, est misericordia tua, quàm sæpè viuere: siquidem vita sæpè dissoluitur; illa verò quamdiu fuerit, etiam & hæc simul manet.

ANONYMI. Scripsit Apostolus, Quomodo *pietas ad omnia vtilis est, promißionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ.* Dicens autem eius *quæ nunc est*, non de communi illa animalium loquitur, sed de illa quæ perennare possit; de qua Saluator ait: *Qui credit in me, habet vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Hac, quæ nunc est, vitâ & futurâ (quæ perfectè obtingit ijs qui applicant veritati faciem ad faciem) melior est misericordia Dei: quia nimirum per ipsam & secundùm ipsam in vitis existit is qui ad vitas adducitur. Non enim propter dignitatem operis ac contemplationis, sed bonitate ac misericordiâ Dei accidit, vt quis viuat vtraque vitâ. Melior est itaque nimirum vt causa effectu, quòd Dei verbum significet, de quo ait: *Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam.*

1. Tim. 4, 8.
Pietas ad omnia vtilis.
Ioan. 3, 36. & Ioan. 6, 47.
Ioan. 17, 3.
Misericordia Dei est causa vitæ nostræ.
Psal. 5, 64.

CATENA PATRVM. *Viri deuoti descriptio.*

ORIGENIS. Labia mea, inquit, collaudant, anima verò laudat, spiritus autem & mens psallunt; tollit verò & attollit manus suas sanctus, dum cælestia tractat. Quin etiam vir iustus in nomine Domini manus tollit, quando ex salutaribus de Deo doctrinis, & erga ipsum pietate, attollit à terrenis actionem suam; quando verò ex alienigena aliqua doctrina, tollit quidem manus suas, sed non in nomine Domini, dicens nimirum præsentis esse temporis misericordiam, quæ per vnigenitum ipsi datur.

6. SICVT EX ADIPE ET PINGVEDINE.] ATHANASII. Ostendit quantum emolumentum sit eorum qui in ipso solo spes suas collocare decreuerunt.

ORIGENIS. Delicata & benè nutrita anima. Istud, *Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ*, ad sententiam hanc accommodum est. Quemadmodum enim in cibis corporalibus pinguia & benè nutrita animalia aptiora sunt ad voluptatem, quàm illa quæ non sunt talia; ita in spiritualibus proportione quadam accidit vtrisque. Propheta nimirum, cùm supereminentem animæ cibum probè nosset, hæc dicit. Talia nempe erant etiam illa, quæ per parabolam in Euangelijs habentur de vitulo saginato. *Et labijs exultationis laudabit os meum.* Ambigua est sententia, vtrùm videlicet laudandum sit os meum à labijs exultationis, vel laudanda sint labia exultationis ab ore meo. Quando, inquit, memor fuero nominis tui, tunc vtique tunc gaudio implentur labia mea.

Psal. 21, 30. *Deliciæ & pinguedo spiritualis qualis.*

Luc. 15, 23.

Diuitiæ cur pinguedo appellentur.

THEODORI. Felicitatem atque diuitias sæpè pinguedinem & adipem vocat. Quandoquidem calamitates extenuare norunt corpus, felicitas verò magis impinguare, sic dicitur, *Adipem suum concluserunt*, id est felicitatem. Hoc autem dicit, quoniam hoc faciens à te replebor felicitate, ita vt multitudine bonorum à te acceptorum sim quasi adipatus & impinguatus.

Psal. 16, 10.

Mysticè quid adeps & pinguedo designent.

ANONYMI. Vide autem, num adeps, qui animam replet, sint istæ victimæ, quas occidit sapientia, & verus cibus caro Verbi, & pinguedo lætificans hominem, internum vinum ex vera vite expressum, & verus potus sapientiæ sit sanguis. Is enim qui hæc dicit, inuitatus ad participandum de mensa quæ

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Τὰ χείλη μου, φησὶν, ἐπαινεῖ, ψυχὴ δὲ αἰνεῖ, πνεῦμα δὲ καὶ νοῦς ψάλλουσιν· αἴρει δὲ καὶ ἐπαίρει τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ ὁ ἅγιος, οὐράνια πράττων. Αἴρει δὲ καὶ τὰς χεῖρας ὁ δίκαιος ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου, ὅτι ἀπὸ ὑγιῶν δογμάτων περὶ θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας, ἐπαίρει ἀπὸ τῶν γηΐνων τὸ πρακτικὸν ἑαυτοῦ· ὅτι δὲ ἐξ ἀλλοφύλου τινὸς διδασκαλίας, αἴρει μὲν τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ, οὐ μὴ ἐν ὀνόματι κυρίου, ζωῆς τῆς παρούσης δηλονότι λέγων εἶναι τὸν διδόμενον αὐτῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς ἔλεον.

ϛ'. ΩΣ ΕΚ ΣΤΕΑΤΟΣ ΚΑΙ ΠΙΟΤΗΤΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δείκνυσι πόσον τὸ κέρδος τῶν ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ᾑρημένων.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Λιπαρὰ καὶ εὐτραφὴς ψυχή. τὸ, ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς, χρήσιμον εἰς τὸ ῥητόν. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν βρωμάτων δοκεῖ τὰ πίονα καὶ εὐτραφῆ τῶν ζώων κρείττω τυγχάνειν πρὸς ἡδονὴν, τῶν οὐχ οὕτως ἐχόντων· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν ἀνάλογόν ἐστιν ἑκατέροις. τῆς ψυχῆς γὰρ τὴν ὑπερέχουσαν τροφὴν εἰδὼς ὁ προφήτης, ταῦτά φησι. Τοιαῦτα γὰρ ἦν τάχα καὶ τὰ κατὰ τὴν παραβολὴν ἐν εὐαγγελίοις τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ. Καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. Ἀμφίβολος ἡ λέξις, ἤτοι γὰρ αἰνεθήσεται τὸ στόμα μου ὑπὸ χειλέων ἀγαλλιάσεως, ἢ αἰνεθήσεται τὰ χείλη ἀγαλλιάσεως ὑπὸ τοῦ στόματός μου. Ὅτε, φησὶ, τοῦ σοῦ ὀνόματος ἐν μνήμῃ γένωμαι, τότε δὴ τότε χαρᾶς πληροῦνται τὰ χείλη μου.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν εὐπραγίαν καὶ τὸν πλοῦτον πιότητα καὶ στέαρ πολλάκις καλεῖ. ἐπειδὴ αἱ μὲν συμφοραὶ τήκειν οἴδασι τὸ σῶμα, ἡ δὲ εὐπραγία παχύνει μᾶλλον· οὕτω λέγεται, τὸ στέαρ αὐτῶν συνέκλεισαν, ἀντὶ τοῦ τὴν εὐπραγίαν. Τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι τοῦτο πράττων τῆς παρά σου εὐπραγίας πληρωθήσομαι, ὥστε εἶναί με τῷ πλήθει τῶν παρά σου ἀγαθῶν ὥσπερ στεατώδη καὶ πιμελῆ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅρα δὲ, εἰ στέαρ ἐστὶ πληροῦν τὴν ψυχὴν, ἃ ἔσφαξε θύματα ἡ σοφία, καὶ ἡ ἀληθινὴ βρῶσις σὰρξ τοῦ λόγου, καὶ πιότης εὐφραίνουσα τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὁ ζυγούμενος οἶνος ἐκ τῆς ἀμπέλου τῆς ἀληθινῆς, καὶ ἀληθινὴ πόσις τῆς σοφίας τὸ αἷμα. Κληθεὶς γὰρ ὁ ταῦτα λέγων, εἰς τὸ μεταχεῖν τῆς ἑτοιμασθείσης τραπέζης

Digitized by Google

τραπέζης ὑπὸ τῆς σοφίας σφαξάσης τὰ ἑαυτῆς θύματα, καὶ τὸν ἑαυτῆς κερασάσης οἶνον, ἐμφορηθεὶς ἤδη τῆς θείας ἑστιάσεως, καὶ προσέτι ἐμφορηθήσεσθαι προσδοκῶν, οὕτως εἴρηκεν· ὡσεὶ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου. Καὶ ἐπεὶ ὁ ταύτης τῆς εὐωχίας μεταλαμβάνων, πεινᾷ διὰ τὸ τῆς ὀρέξεως τοῦ νοῦ ἀκόρεστον· ἐμπλησθείη, φησί, καὶ οὐκ, ἐνεπλήσθη ἡ ψυχή μου, καίπερ ἤδη δαψιλῶς μετειληφὼς τῆς τροφῆς καὶ τοῦ πόματος. Μάτην ἄρα τινὲς ἐλπίζουσι μετὰ τὴν ἀνάστασιν βρώματά τε καὶ πόματα αἰσθητά· οὐ σῶμα γάρ, ἀλλὰ ψυχὴν εἶπεν ἐμπλησθήσεσθαι στέατος καὶ πιότητος, πληροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐν ἀγαθοῖς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαν, ὡς εἶπεν ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ. Πληρωθεὶς δὲ τῆς εὐφροσύνης χάριν ὁμολογεῖ τῷ ταύτην ὀρέξαντι λέγων· καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου· περὶ ὧν ἔλεγε, Τὰ χείλη μου ἐπαινέσουσί σε. δυνατὸν δὲ ἀγαλλιάσεως λέγειν· ὡς ἀγαλλιάσεως ὀνομαζομένης τῆς ἀρετῆς, ὡς λέγεται εὐφροσύνης. Καὶ ἄλλως· καθάπερ ἐπὶ τῶν σωματικῶν βρωμάτων δοκεῖ τὰ πίονα καὶ εὐτραφῆ τῶν ζώων κρείττω τυγχάνειν πρὸς ἡδονὴν τῶν οὐχ οὕτως ἐχόντων· οὕτως ἐπὶ τῶν πνευματικῶν ἀναλόγως ἐστὶν ἑκατέροις· τῆς ψυχῆς γὰρ τὴν ὑπερέχουσαν τροφὴν εἰδὼς ὁ προφήτης, ταῦτά φησι· Τοιαῦτα ἦν τάχα, τὰ κατὰ τὴν παραβολὴν ἐν Εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ.

ζ'. ΕΙ ΕΜΝΗΜΟΝΕΥΟΝ ΣΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ ΣΤΡΩΜΝΗΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ εἰ ἐμνημόνευόν σου ἀντὶ τοῦ μνημονεύω τίθεται. ἵνα ᾖ· μνημονεύων σου, φησίν, ἄυπνος ἐγενόμην περὶ τὰς σὰς αἰνέσεις καὶ τὰς φωτεινάς σου χορηγίας, ἃς τοῖς ἐπικαλουμένοις σε δίδως.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Πιθανὸν εἰς ἁγνείαν προτρεπτικόν. ὡς τοῦ ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μνημονεύοντος τῶν κατὰ Θεόν, πάντως καθαρεύοντος. ὁμοίως καὶ τό, ἐν δάκρυσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. Καὶ γὰρ ἀποστεροῦσιν ἀλλήλους οἱ σχολάζοντες τῇ προσευχῇ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ δὲ ἐν τῷ Θεῷ ἀγαλλιᾶν καὶ εὐφημεῖν, μὴ δύναται κατορθοῦσθαι ἡμῖν χωρὶς τῆς ἀπὸ τῶν καλυμμάτων πτερύγων τοῦ Θεοῦ σκέπης, τουτέστι τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ· ταύταις γὰρ ὑψοῦται καὶ μεγαλύνεται· ὑφ᾽ ἃς γινόμενοι (ἅτε δὴ ἡπλωμένας ἡμῖν) δεκτοὶ αὐτῷ γινόμεθα.

ΕΤΕΡΟΥ. Πτέρυγες τοῦ Θεοῦ αἱ θεῖαι γραφαί· δι᾽ αὐτῶν γὰρ πρὸς αὐτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνιπτά-

præparata erat à sapientia illa, quæ occiderat victimas suas, & vinum miscuerat, cùm iam diuino cibo repletus esset, & adhuc repleri expectaret, sic dixit: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Et quoniam is qui istiusmodi conuiuij particeps existit, propter insatiabilem mentis appetitum esurit; *Repleatur,* inquit, & non, Repleta est anima mea, licet jam largè sumpserim de cibo ac potu isto. Frustrà igitur sperant aliqui post resurrectionem cibos ac potus sensibiles: non enim corpus, sed animam adipe ac pinguedine replendam dixit, Deo nimirum in bonis desiderium animæ replente, vti in alio Psalmo dixit. Porrò lætitiæ plenus gratias agit eius largitori dicens; *Et labijs exultationis laudabit os meum:* de quibus dixerat, *Labia mea laudabunt te.* Possit autem dicere *exultationis*; quasi virtus exultatio nominetur, sicut dicitur lætitia. Atque aliter: sicut in cibis corporalibus pinguia & probè nutrita animalia ceteris non talibus præstare videntur ad voluptatem; sic in spiritualibus rebus certâ quoque proportione contingit: nam cùm Propheta supereminentem animæ cibum probè nosset, hæc ait: Istiusmodi vtique erant, quæ per parabolam in Euangelio dicta sunt de vitulo saginato.

CATENA PATRVM.
Prou. 9, 2.
Sitis & esuries iustorum quæia.
Luc. 15, 23.

7. SI MEMOR FVI TVI SVPER STRATVM.] ATHANASII. Istud *Si memor fui* pro *recordor* positum est: q. d. Cùm tui recordabar, inquit, vigil eram in tuis laudibus ac lucidis donis, quæ tribuis inuocantibus te.

ORIGENIS. Hæc est plausibilis monitio ad castitatem; quoniam is, qui super strato memor est rerum diuinarum, omnino purus sit. Simile & illud, *In lacrymis meis stratum meum rigabo.* Etenim defraudant inuicem vacantes orationi.

Casti etiam in stratis Dei memores sunt.
Psal. 6, 7.

ANONYMI. Hæc autem exultatio & laudatio in Deo non potest à nobis rectè fieri sine tegumento dictarum alarum Dei, id est virtutum eius: hisce enim exaltatur & magnificatur: sub quibus (nempe super nos expansis) existentes, acceptabiles ipsi simus.

Sine virtutum tegumento non possumus laudare Deum.

ALTERIVS. Alæ Dei sunt Scripturæ sacræ; per illas enim ad ipsum in cælum sub-

Alæ Dei sunt Scriptura sacra.

uolamus:

CATENA PATRVM.

uolamus: in hisce exultandum est, id est lætandum. Porrò lætatur in illis, qui ea quæ in ipsis conscripta sunt peragit, & legem Dei in operibus suis exhibet.

Desiderio veluti glutine Deo coniungimur.

ATHANASII. Desiderio tuo tamquam glutini cohæreo, ne ad pauxillum quidem tui capiens obliuionem: idcircò me seruabis ab his qui mihi insidiantur.

Cursus piorum qualis.

2. Tim. 4, 7. Psal. 58, 5.

ANONYMI. Quemadmodum verò eius, qui ad virtutem & pietatem currit, est finem imponere (iuxta illud dictum, *Cursum consummaui*; & istud, *Sine iniquitate cucurri, & direxi:* verbum enim *cucurri* est eius qui absoluit;) ita etiam is qui Deum sequitur (iuxta Ieremiam, *Ego autem non laboraui sequens post te:* & secundùm Oseam, *Post Dominum ambulabo:* & sicut Moyses ait, *Post Dominum Deum tuum ambulabis*) finiet aliquando hanc ambulationem post Deum, cùm finem ipsum beatitudinis fuerit assecutus, quando audiet à Deo, Tu sta mecum. Qui igitur conglutinatus est, cùm sit coniunctus, non ampliùs ambulat. Ceterùm coniunguntur etiam hi qui oderunt malum dum cohærent bono: quale est & illud, *Qui adhæret Domino vnus spiritus est:* quod perfectius est, quàm adhærescere post ipsum. Verùm præstat adhærere Domino, vt quis vnus spiritus fiat cum eo. Ceterùm, quomodocumque hoc sese habeat, fatetur animam suam post Deum adhæsisse, quando suscepit eum Dei dextera, quæ est vnigenitus, qui dicitur etiam Dei virtus, quâ præualente, inimici tam visibiles quàm inuisibiles euanuerunt, cùm non possint rapere eum qui sub potenti manu Dei custoditur.

Ier. 17, 16. Oseæ 11, 10.

Quomodo adhærendum Deo.

1. Cor. 6, 17.

10. INTROIBVNT IN INFERIORA.] ATHANASII. Idcircò inferno tradentur & morti, & in prælijs cadent, mortem gladij subeuntes.

Malitia deprimit ad infernum.

ORIGENIS. Quantò fusior fuerit malitia alicuius, tantò inferior factus intrat in inferiora terræ. Tropicè autem *manus gladij* dicuntur, sicut manus linguæ. *Partes vulpium erunt.* Tradunt, leones, vbi animal aliquod ceperint, sanguinem exsugere, & rapaciter prædam deuorare, ac præsertim membra potiora, relinquere verò superflua; quæ deinde reperta vulpes absumant: cùm igitur hæ deuorent illa quæ ab istis pridem interempta sunt, hoc dicit, quòd diuersæ ipsos pœnæ ex-

Leonum & vulpium præda qualis.

μένα· ἐν τούτοις ἀγαλλιᾶσθαι χρὴ, τουτέστιν εὐφραίνεσθαι. Εὐφραίνεται δὲ ἐν αὐτοῖς, ὁ τὰ γεγραμμένα κατορθῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον ἐνεργὸν ἐνδεικνύμενος.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καθάπερ κόλλῃ τῷ σῷ συνδέδεμαι πόθῳ, μηδὲ πρὸς βραχύ σου λήθην λαμβάνων· διό με σώζεις ἐκ τῶν ἀδίκως ἐπιβουλευόντων ἐμοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὥσπερ δὲ ἐστι τὸν τρέχοντα ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐσέβειαν, τέλος ἐπιθεῖναι (κατὰ τὸ λεχθὲν, τὸν δρόμον τετέλεκα· καὶ τὸ, Ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα· τελέσαντος γάρ ἐστι τὸ ἔδραμον) οὕτως ὁ ἑπόμενος Θεῷ (κατὰ τὸν Ἱερεμίαν, Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐκοπίασα κατακολουθῶν ὀπίσω σου· καὶ κατὰ τὸν Ὠσηὲ, ὀπίσω κυρίου πορεύσομαι· καὶ καθά φησι Μωϋσῆς, Ὀπίσω κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ) τελέσει ἄν ποτε τὴν ὀπίσω τοῦ Θεοῦ πορείαν, ἐπ' αὐτὸ φθάσας τὸ τῆς μακαριότητος τέλος, ὅτι ἀκούσεται πρὸς Θεοῦ, σὺ στῆθι μετ' ἐμοῦ. Καὶ ὁ κολληθεὶς, τοίνυν ἡνωμένος, οὐκέτι πορεύεται. Ἑνοῦνται δὲ καὶ οἱ ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ· ὁποῖον καὶ τὸ, ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν· ὅπερ τελειότερον τοῦ κολληθῆναι ὀπίσω αὐτοῦ. Ἀλλὰ κρεῖττον τὸ κολληθῆναι πρὸς τὸν κύριον, ἐπὶ τὸ ἓν πνεῦμα πρὸς αὐτὸν γενέσθαι. Πλὴν, ὡς ἂν ἔχῃ, ὁμολογεῖ κεκολλῆσθαι ὀπίσω τοῦ Θεοῦ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀντιλαμβανομένης τῆς Θεοῦ δεξιᾶς, ἥτις ἐστὶν ὁ μονογενὴς, ὃς λέγεται καὶ Θεοῦ δύναμις· ἧς κρατούσης, οἱ ἐχθροὶ ματαιοῦνται οἱ ὁρατοὶ καὶ ἀόρατοι, μὴ ἔχοντες ἁρπάσαι τὸν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ φρουρούμενον.

ι. ΕΙΣΕΛΕΥΣΟΝΤΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΚΑΤΩΤΑΤΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διὰ τοῦτο τῷ ᾅδῃ παραδοθήσονται καὶ θανάτῳ, καὶ ἐν πολέμοις πεσοῦνται, τὸν διὰ ξίφους ὑπομείναντες θάνατον.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Ὅσῳ χεῖται ἡ κακία τινὸς, τοσούτῳ κατωτέρα γενόμενος, εἰσέρχεται εἰς τὰ κατώτερα τῆς γῆς. Τροπικῶς δὲ χεῖρες ῥομφαίας, ὡς χεῖρες γλώσσης. Μερίδες ἀλωπέκων ἔσονται. φασὶ, τοὺς λέοντας, ἐπειδὰν τινος ἐπιλάβωνται ζώου, ῥοφεῖν τε τὸ αἷμα, καὶ ἁρπακτικῶς ἐσθίειν τὸ πρόσαπτον, καὶ μάλιστα τὰ κυριώτερα τῶν μελῶν, τὰ δὲ περιττὰ καταλιμπάνειν· ταῦτα δὲ τὰς ἀλώπεκας εὑρούσας ἐσθίειν· ἐπεὶ οὖν ἐσθίουσιν αὗται τὰ παρ' ἐκείνοις ἤδη ἀναιρεθέντα, τοῦτό φησιν ὅτι τιμωρίαν αὐτοὺς διάφοροι διαδέξονται,

ξονται, καὶ ἀπὸ τούτων εἰς ἑτέρους ἐμπεσόντες, διαφόρῳ τῇ τιμωρίᾳ περιβληθήσονται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ τέλος τῶν εἰς Χριστὸν ἀσεβησάντων διεξελθὼν, καὶ δείξας ὡς μερὶς καὶ κλῆρος αὐτοῖς γενήσεται τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, ἐπὶ τὸ ἕτερον πρᾶγμα τὸν λόγον μεθίστησι, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν, οἱ καὶ βασιλείας ἠξιωμένοι τῶν οὐρανῶν· εἰκότως καὶ βασιλεῖς ὀνομάζονται, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε. Οὗτος δ' ἐστὶν ὁ βασιλεύων λαὸς, ὃς εὐφραίνεται τὴν νοητὴν εὐφροσύνην, ἣν αὐτὸς αὐτοῖς κεχάρισται ὁ Θεός.

ιβʹ. Ο ΔΕ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΥΦΡΑΝΘΗΣΕΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐγὼ, φησὶν, ὁ παρά σου τὴν βασιλείαν λαβὼν, τῇ σῇ ἐπικουρίᾳ οὐ τῷ θανάτῳ τῷ ἐκείνων ἐφήδομαι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὕτως, φησὶ, καύχημα αὐτῶν ἔσται ὁ Χριστὸς, τῶν βασιλευσάντων δηλονότι, ὡς καὶ ὅρκον αὐτὸν ποιουμένους ἐπαινεῖσθαι δικαίως· ὀμνῦνται γὰρ Θεὸν ἀληθινὸν, κατὰ τὸ γεγραμμένον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ ἕκαστος ὅρκον ποιεῖται ὃ σέβει· τοῦτό φησιν· ὅτι ἐπαινετοὶ καὶ θαυμαστοὶ δειχθήσονται πάντες οἱ σέβοντες αὐτὸν, τουτέστι τὸν Θεὸν, καὶ καταφρονοῦντες μὲν τῶν εἰδώλων, ὅρκον δὲ αὐτὸν ποιούμενοι.

ΕΤΕΡΟΥ. Μετὰ παῤῥησίας λοιπὸν ἅπαντες καὶ ὀνομάζουσι βασιλέα, καὶ κατὰ τῆς τούτου σωτηρίας ὀμνῦνται, οὐκέτι δεδιότες τοὺς συκοφάντας, ὧν ἐνεφράγη τῷ θανάτῳ τὰ στόματα. Ὁδοποιεῖσθαι μὲν γὰρ τοῦ Δαβὶδ τὰ εἰς σωτηρίαν ἐφοβοῦντο διὰ τὸν Σαοὺλ οἱ ὑπήκοοι, τοσούτων ἀποσφαγέντων διὰ τὸν Δαβὶδ ἱερέων. Ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ ὀμνύων ἐπὶ τῷ κυρίῳ τῷ εὐφραίνοντι τὸν βασιλέα.

cipiant, & dum ex his in alias incidunt, diuerso supplicio afficiendi sint. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Vbi finem eorum qui in Christum impiè se gesserunt recensuit, & inferiores partes terræ partem & hereditatem illorum futuram ostendit, sermonem transfert ad rem aliam, scilicet eorum qui in Christum crediderunt; & digni habiti sunt Regno cælorum; qui meritò etiam Reges nominantur, iuxta quod dictum est ab Apostolo, *Et vtinam regnetis*. Hic autem erat regnans ille populus, qui lætatur lætitiâ spiritali, quam ipsi largitus est ipse Deus. 1. Cor. 4. 8.

12. REX VERO LÆTABITVR.] ATHANASII. Ego, inquit, qui à te Regnum accepi, ope tuâ morte illorum minimè recreor.

THEODORI. Sic, inquit, gloriatio ipsorum, scilicet regnantium, erit Christus, ita vt etiam iusiurandum faciant ipsum iure laudandi: iurant enim Deum verum, sicut scriptum est. *Christus est gloria iustorum.*

ANONYMI. Cùm vnusquisque iuret per id quod colit, hoc est quod ait: q. d. Laudabiles & admirabiles apparebunt omnes qui ipsum colunt, scilicet Deum, & idola quidem contemnunt, iusiurandum verò ipsum faciunt. *Iuramentum per quid fiat.*

ALTERIVS. Cum fiducia deinceps omnes Regem nominant, & per salutem huius iurant, non ampliùs veriti maledicos, quorum ora morte obstructa sunt. Dauidi enim ad salutem viam sternere metuebant subditi propter Saül, qui causâ Dauidis tot sacerdotes occiderat. Laudatur autem qui iurat in Domino Regem lætificante.

ANNOTATIONES CORDERII.

Titulus. TITVLVS indicat hunc Psalmum scriptum esse à Dauide cùm esset *in deserto Iudaa*, Græcè Ἰουδαίας: ita tres Codices Cæsarei Viennenses antiquissimi; quomodo etiam Complutenses & Regij habent: & consentit cum Hebræo יְהוּדָה *Iehuda*, & cum Chaldæo; item cum Aquila, Symmacho, Apollinario, Euthymio, Nicephoro: qui omnes ita vertunt: Sixtina verò editio Septuaginta habet, Ἰδουμαίας, *Idumaa*; quomodo etiam est in Vulgata: & plerique Latini sic legunt cum Hilario, Hieronymo & Augustino. Verùm cùm non legatur Dauid vmquam latuisse in deserto Idumææ, sed in deserto Iudææ, vt historia Regum declarat, Agellius & aliqui alij volunt illud *Idumaa* mendum esse, pro Iudææ: alij diuersimodè conantur has duas lectiones conciliare; vt videre est apud Lorinum nostrum. Mihi cum Bellarmino probabilius videtur, desertum Iudææ vocatum quoque esse desertum Idumææ per ampliationem: quomodo Ierusalem aliquando vocatur Sodoma: nam desertum Idumææ longè maius est deserto Iudææ. 1. Reg. 22, 23.

Argumentum. Argumentum autem Psalmi est oratio Dauidis; qui occasione deserti, in quo tunc latebat, deplorat peregrinationem suam & sibi similium iustorum; & desiderium suum ostendit migrandi aliquando ex deserto mundi huius ad patriam cælestem.

2. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.*] Diuini

ANNOTATIONES CORDERII. *Dauid manè ante lucem orationi vacabat.*

tum nominis repetitio submissionis & honoris magnitudinem significat, infinitam illam maiestatem adorantis; & ardorem animi ostendit, qui studio incenso & inflammato ad Deum properet, atque totus ab eius nutu & voluntate pendeat. quod S. Chrysostomus ex sequentibus maximè verbis deducit: *Sitiuit in te anima mea*: quæ sitis etiam in corpus & affectiones redundabat. Et ne quis fortè cùm legit illa, *de luce vigilo*, Vatem putet in summam lucem dormijsse: quod exiguum Numinis desiderium argueret: non est ille verborum sensus, nec in notam hominis religionem id cadit. Nam quod Vulgatus vertit, *Ad te de luce vigilo*, est in fonte vnicâ voce אֲשַׁחֲרֶךָּ *Asciacharecha*: Campensis vertit, *Ad te maturo*: meliùs Cardinalis Bellarminus, *Sub auroram te quæro*, hoc est in crepusculo matutino, cùm appetit lux, sed nondum est, verùm medijs è tenebris velut caput aurora suum efferre cœpit. Fit enim Hebræa illa vox à שָׁחַר *Sciachar*, hoc est *nigrescere*; vnde שַׁחַר *Sciachar* etiam aurora dicitur ob malignam & imperfectam lucem, quæ tenebris circumfideri adhuc videatur. Quare nomen, quo Dauid est vsus, propriè significat *ad Deum aurorare*, quod *manicare* alij dicunt, Græcè ὀρθρίζειν; id est, sub auroram, summo manè, ante lucem Deum quærere, ad Deum vigilare, in eumdem vi amoris voluntatisque ferri. Sed in hac re morem suum

Psal. 118, 147. aliàs liquidiùs expressit cùm sic ait, *Præueni in maturitate*: Pagninus vertit *crepusculo*: Vetus Psalterium habet *intempestâ nocte*: in Græco est ἐν ἀωρίᾳ: S. Ambrosius exponit *ante horas, ante tempus*: velut ante consuetum aliorum tempus atque legitimum: apud S. Augustinum est *in immaturitate*, quasi nondum vulgo tempus videatur esse maturum & tempestiuum: Cyrillus autem Alexandrinus in Isaiæ 59. ἐν ἀωρίᾳ, *in profundis tenebris*, interpretatur. Hinc S. Hieronymus pro *Præueni in maturitate* vertit, *Surgebam adhuc in tenebris*. Vnde intelligimus tantum virum non florentem fuisse clarâ luce, sed præuenisse antelucanam opificum industriam, & subitò à somno se ad colendum numen contulisse.

Ab Apostolis constitutum vt hic Psalmus quotidie recitaretur.

Hæc Dauidis pietas primis religionis heroibus incredibiliter placuit, qui in spiritu simillimo impulsi, dum Christianæ vitæ formam instituunt, hoc in edictis quoque suis positum esse voluerunt, vt omnes hunc Psalmum sexagesimum secundum manè dicerent: quod S. Chrysostomus in Psalmum centesimum quadragesimum *decreto Patrum* fuisse constitutum ait: Apostolos sine dubio intelligit, quorum ea de re Constitutionem Clemens temporibus memoriæ prodidit.

Constitutionum Apostolicarum lib. 2. cap. 59.

S. Athanasius alijque deinde viri sancti prium morem commendauerunt. Sanè putabant ad vniuscuiusque officium pertinere, vt mens ratione prædita, quæ agnoscere procreatorem suum debet, & amore complecti, subitò illi diei primitias offerret, & affectu omni consecraret: sciebant enim quietis solutionem, & primum illud diei auspicium magni esse momenti ad felicem rerum omnium cursum, quæ deinde consequentur; vt dixisse mihi bellè & peritè videatur Hesiodus, *Auroram operis tertiam ferire partem*, quasi plurimum iam in negotijs processisse putandus sit qui benè inceperit.

IBIDEM. *Quam multipliciter tibi caro mea.*] Græcè ποσαπλῶς. Vbi notandum, non esse hîc duas particulas, diuidendo ποῦ ab ἁπλῶς, sed esse vnam orationis partem quæ designat intentionem desiderij: S. Hilarius tamen habet *Quàm simpliciter*: Theodotion, πολυχῶς, *multipliciter*. Hoc plerique Patres mysticè exponunt de desiderio resurrectionis & glorificationis, cùm caro beatorum induet incorruptionem. Porrò caro nostra (vt benè notat Genebrardus) multipliciter Deum sitit: Primùm, vt liberetur à motuum ignibus & cupiditatibus spiritui, rationi ac legi diuinæ contrarijs: Secundò, vt vindicetur ab infirmitatibus corporis, morbis, statu corruptionis & sepulchri: Tertiò, vt id, quod in ipsa est mortale & miserum, beatâ immortalitate & resurrectionis gloriâ absorbeatur: Quartò, vt à peccatis, insultibus & insidijs satanæ, mundi illecebris & vitijs redimatur. Vnde patet, quòd viri iusti non tantùm animo, sed etiam corpore, & quidem multis modis, sitiant. Affectus enim animi, præsertim vehementes, etiam in carnem redundant, eamque variè afficiunt. Quin & caro cupit se Deo subijcere, eumque sitit, amat, appetit vt perfectionem suam, non modò quia animæ piæ ac sanctæ desiderium atque ardor redundat in corpus, atque illud reddit diuini amoris cupidum & ad eius venerationem vegetum, excusso irreligionis stupore, verùm etiam, quia Dei Spiritu agitatur, & per eum renata & reformata est. Hinc Psalmo 34. *Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?* Et Prouerbiorum 3. de timore Dei dicitur: *Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum.*

Quomodo multipliciter caro nostra Deum petat.

3. *In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi.*] *Sensus est*, inquit Euthymius, *quòd tunc in tabernaculo, & nunc in deserto, æqualem erga Deum affectionem & beneuolentiam conseruauit*: quasi non mutaretur cum fortuna; sed illâ suas vices alternante Dauid suam in virtute constantiam retineret, & in decursu temporis statum æternitatis conseruaret. Quasi diceret: Non minùs in exilio quàm in templo cælestibus delicijs perfundor. Imperfectus enim contemplator ille, qui cùm in oratione diuinas epulas sagineatur, ab ijsdem statim post orationem ieiunat, & mentis ariditate laborat. Verè hæc terra nostra deserta, cùm destituitur Domino; inuia & tenebricosa, sine luce diuina; inaquosa, nisi rore & pluuiâ cælesti perfundatur: sed & infecunda & sterilis, nisi à fecundissimo cælorum numine fecundetur. SS. Hieronymus, Ambrosius, Augustinus credunt Dauidem hîc aliquid altius secundùm spiritalem sensum voluisse indicare; vt qui terræ nomine carnem suam intelligat, quam quia valido fortique ieiunio & ingentibus mortificationis operibus compressam tenebat, vocat *inaquosam*, aridam, siccam, & *inuiam*; quia non patebat concupiscentiæ via, per quam suos eructaret affectus. Quando itaque caro sic disposita fuerit, tunc ritè spiritus orationes suas Deo offert, eiusque fauorem implorat, & *sicut in sancto apparet ei*, id est, in eius contemplatione quietus manet. Quippe in diuino tabernaculo, quod *sanctum* vocabatur, nullus strepitus, nullum murmur oriebatur. Quando enim caro impinguata est, & ad orandum se conuertit, apparet Deo sicut in foro, dum affectus carnales ex saturitate promanantes quie-

Dauid in vtraque fortuna constans.

Mortificatio necessaria à spiritu ad contemplationem.

tem eius intercipiunt, & impediunt; quando verò illa ieiuniis extenuata est, & mortificatione subacta, non insurgunt passionum tumultus ac tempestates, quæ animum inquietent ac perturbent: atque ita sicut in sancto potest vacare orationi, & quidquid petit à Deo consequitur. Quamobrem subdit: *Vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Quod quamuis sic possit explicari, vt designet finem, ob quem ad orandum se converterit; nihilominùs non incongruè etiam sic explicari possit, vt ipsam quoque rei petitæ consecutionem denotet, phrasi Scripturis non inusitatâ. q. d. Dum carne subactâ & mortificatâ me ad orandum accinxissem, tunc vidi & expertus sum virtutem tuam, quâ me fouisti ac refecisti, & gloriæ tuæ suauitatem, quâ me delectasti.

Vita bona est ex misericordia Dei.

4. *Melior est misericordia tua super vitas.*] Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus; *Multæ, inquit, sunt vitæ humanæ; sed Deus vnam vitam promittit, & non illam dat nobis quasi propter merita nostra, sed propter misericordiam suam. Quid enim boni egimus, vt illud mereamur? aut quæ bona facta nostra præcesserunt, vt Deus nobis gratiam suam daret? numquid inuenit iustitias quas coronaret, & non delicta quæ donaret? vtique delicta, quæ donauit, si punire vellet, non esset iniustum. Quid enim tam iustum, quàm vt puniatur peccator? Cùm iustum sit vt puniatur peccator, pertinuit ad misericordiam ipsius non punire peccatorem, sed iustificare, & de peccatore facere iustum, & de impio facere pium: ergo misericordia ipsius melior super vitas: quas vitas? quas sibi homines elegerunt. Alius elegit sibi vitam negotiandi, alius vitam rusticandi, alius vitam fænerandi, alius vitam militandi, alius illam, alius illam. Diuersæ sunt vitæ; sed melior est misericordia tua super vitas nostras: melius est quod das correctis, quàm quod eligunt peruersi: vnam vitam donas, quæ præponatur omnibus nostris, quascumque in mundo eligere potuerimus.* Ita S. Augustinus verissimè. Vt enim anima est corporis vita, sic ipsius animæ vita est gratia: hanc si tollas, propè dicam vile cadauer ingreditur exsuccum atque monstrificum, coloratâ pelliculâ tectum; & naturæ se motu agit, fitque homo silicernium, & in terram atque orcum pessimam ruit. De quo dici potest aureum illud Petri Rauennatis cognomento Chrysologi Serm. 19. *Fit in corporis sepulchro viuo funus animæ iam sepultum.* Quòd si vita corporis tam pretiosa est & chara omnibus, vt tuendæ illius causâ nihil recusandum putent, aut difficile factu, aut perpessu atrox & acerbum, quòd eâ perditâ eodem in tumulo vota cordis, animi desideria, copia voluptatum, opes, honores, summa denique bonorum omnium consepeliri videatur. Quid dicendum est de præstabili animæ vita, id est gratia? quæ tantò potior est huius communis vsura lucis humanaque vitâ, quantò cælestia imis & terrenis, immortalia caducis, diuina fluxis & periturís anteponuntur. Quod intelligens Dauid religiosissimè canit: *Quoniam melior est misericordia tua super vitas*; vel, vt est in Hebræo, Caietano interprete, *Melior est gratia tua quàm vita.* Hinc iacturæ magnitudo intelligitur, cùm gratia multas vitas pretio & dignitate exuperet. Constat enim bonum gratiæ esse maius quàm bonum naturæ totius vniuersi, vt loquitur S. Thomas 1. 2. quæst. 113. art. 9. ad 3. fortè in eo secutus S. Augustinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 6. dicentem: *Gratia Dei non solùm omnia sidera & omnes cælos, verùm etiam omnes Angelos supergreditur:* itaque hominem beatissimo quodam in statu supra omnem mundum collocat, vt vult B. Theodorus Studita Serm. Catechetico 9. *Nam ille, inquit, est in carne ac supra carnem, in mundo ac supra mundum, in præsenti vita ac supra aspectabilia viuens, in quo lenibus sancti Spiritus auris excitis æstus quidem gratia mentem quàm maximè tranquillant.*

Varia vitæ hominum quibus melior est misericordia Dei.

Gratia est vita animæ, cuius pretium est inæstimabile.

ANNOTATIONES MISERICORDIÆ DEI.

5. *Sic benedicam tibi in vita mea.*] Vbi particula *sic* liberationem notare videtur; ac si diceret, iustam sibi Dei benedicendi causam esse, quia reipsâ expertus sit, longè melius esse nobis viuificari ab ipso, quàm apud nos viuere. Posset etiam de calamitoso & afflicto Dauidis statu accipi; quia nuper dixit solitudinem deserti sibi non obstare, quin ad Deum respiciat. Sed videtur prior sensus, sicut vberiorem doctrinam continet, ita meliùs congruere. Quod autem de manuum eleuatione subiungit, ad vota & preces referendum; ac si diceret, se non modò gratias acturum, sed sumpturum quoque fiduciam precandi, & ita in Dei inuocatione assiduum fore. Hic autem insinuatur antiquus orantium habitus, quem Paulus Christianis commendat, suadens vt orarent in omni loco *leuantes puras manus.* Puras vocat, non Indico more ablutas, sed, vt est in Græco, ὁσίους, sanctas, nullâ peccati sorde contaminatas. Tertullianus, cùm de oratione disserit, manus innocuas appellat. Hunc gestum natura ipsa docuit, tum expoliuit ratio, & virorum sapientum exempla monitaque celebrarunt. Nullaque fuit natio aliquo genere pietatis erudita, quæ non tollendas in precando manus tacitâ Numinis præsensione duceret. *Habitus orantium hic est* (inquit Apuleius) *vt manibus extensis in cælum precentur.* Itaque veterum antiquissima sacra, quæ nominantur Orgia, nomen habuisse volunt ab ὀρέγειν, quod est ἐκτείνειν τὰς χεῖρας, *manus extendere*, vel, vt Poëtæ sæpè canunt,

1. Tim. 2. Eleuatio manuum & habitus orantium.

Tendere supinas ad cælum cum voce manus.

Christiani autem hoc adminiculo pietatis vario modo vsi sunt; vti pluribus ostendit Cresollius noster in doctissimo illo Opere, quod Mystagogum inscribit, lib. 3. cap. 26.

6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.*] Est proximæ sententiæ confirmatio; quia Dauid metaphoricè sibi à Deo promittit vberrimam bonorum omnium copiam, quæ lætitiæ & iubilationis materiam præbeat. Vbi notandum est, sub metaphora *adipis & pinguedinis* non intelligi saginam, qualis cernitur in profanis hominibus, qui intemperanter luxuriando ingluuiem suam replent, atque ita obruti quasi mente alienantur. Modum enim satietatis statuit Dauid, vt tantò alacriùs se accingat ad canendas Dei laudes, dicens, *Et labijs exultationis laudabit os meum.*

David pinguedine plenus.

7. *Si memoratus sum tui.*] Græcè, Εἰ ἐμνημόνευόν σου: Vulgata, *Si memor fui tui:* Symmachus, Ἀναμιμνησκόμενός σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, κατ' ἰδίας τὰς φυλακὰς ἐμελέτων σε, ἐν ταῖς ὀρθρίαις σε ᾠδῶν, *Reminiscens tui super stratum meum, per singulas*

PARAPHRASIS ANONYMI. *gulas vigilias meditabar te, & velut in alis tuæ benedicam:* quomodo vertit S. Hieron. Genebrardus & Iansenius notant illud, quod in antiquis editionibus Latinis legebatur, *sic* mendum esse, vti & Ioannis vltimo, vbi etiam legitur *sic* pro *si*, dum dicit Dominus: *Sic eum volo manere*, &c. Ioan. 21, 23.

8. *Et in vmbra alarum.*] Vide quæ superiùs Psal. 16. ver. 8. annotauimus de vmbra protectionis alarum Dei.

11. *Partes vulpium erunt.*] Notat hic Iansenius per vulpes omne genus ferarum designari, peculiariter tamen vulpium fieri mentionem; quia in ista regione maxima erat earum copia: quod patet ex eo quòd Samsonem facillimo negotio trecentas vulpes cepisse legimus. Sic & in Threnis sub nomine vulpium omnes feræ significantur, dum dicitur: *Ideo contenebrati sunt oculi nostri propter montem Sion, quia disperijt; vulpes ambulauerunt in eo.* Thren. 5, 17.

12. *Laudabuntur omnis qui iurat in eo.*] Ita etiam S. Hieronymus ex Hebræo vertit, cum pluraliter Vulgata legat, *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* Vbi nota cum Iansenio verbum istud *Laudabitur* deponenter accipi pro *gloriabitur*; vti & in alio Psalmo, *In Domino laudabitur anima mea.* Psal. 33, 3. Nonnulli autem istud *in eo* referunt ad Regem; & intelligunt iurare in Rege eos qui ipsum pro suo Rege agnoscunt. *Mos iurandi per Regem & per Deum.* Solet enim populus iurare per Regem suum, sicut Ioseph iurauit *per salutem Pharaonis*. Gen. 42, 15. Aut iurare in Rege vel in Regem accipiunt pro eo quod dicimus iurare in verba Regis, hoc est illi subiectionem & fidelitatem promittere. Verùm conuenientius Scripturis fuerit, vt illud *eo* referatur ad Deum. Per iurare enim in Deo Scriptura significat aliquoties religiosum Dei cultum; vt in Isaias *Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* Isaiæ 45, 24.

IN PSALMVM LXIII. ARGVMENTVM.

1. In finem, Psalmus Dauid.

α. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Etiam hic Psalmus eiusdem est argumenti: recenset enim à Saüle structas insidias; & prædicit ab ijs liberationem: vel canit hunc Psalmum quasi ex persona Apostolorum ab Euangelicæ prædicationis hostibus rogantium liberari, & narrantium ea quæ ipsis à principibus populi Iudæorum præparata fuerint, quæque ipsi (scilicet prædicti) ob impietatem in Christum passi sint.

Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχει· διηγεῖται δὲ τὰς ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ γενομένας ἐπιβουλάς· καὶ προλέγει τὴν τούτων ἀπαλλαγήν· ἢ ὡς ἐκ προσώπου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ᾄδει τὸν ψαλμὸν ἀξιούντων ἀπαλλαγῆναι τῶν ἐχθρῶν τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, διηγουμένων τε τὰ κατασκευασθέντα αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ἃ ὑπομεμενήκασιν αὐτοὶ (δῆλον δὲ ὅτι οἱ προλεχθέντες) τῆς εἰς Χριστὸν ἀσεβείας ἕνεκεν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. EXAVDI Deus * vocem meam cùm deprecor * ad te: (* Vulgata orationem) (* Vulgata omittit ad te)

Et quid tibi vis fieri?

A timore inimici eripe animam meam. (Petit à Saüle liberari.)

Tacitè hic Saülem insinuans, etiam commilitones eius significat.

3. * Protege me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. (* Vulgata Protexisti)

Per Saülem quidem potentiam eorum ostendit, per ceteros verò multitudinem. Quod autem non infirmi aliqui fuerint, sed valdè fortes, subiungit:

4. * Qui exacuerunt vt gladium linguas suas: (* Vulgata Quia)

β. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ ὁ θεὸς φωνῆς μου ἐν τῷ δέεσθαί με πρός σε.

Καὶ τί σοι βούλει ὑπάρξαι;

Ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου.

Λανθανόντως ἐνταῦθα τὸν Σαοὺλ, σημαίνει καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ.

Σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, ἀπὸ πλήθους ἐργαζομένων ἀδικίαν.

Διὰ μὲν τοῦ Σαοὺλ τὸ δυνατὸν αὐτῶν ἔδειξε, διὰ δὲ τῶν λοιπῶν τὸ πλῆθος. ὅτι δὲ οὐδὲ ἀσθενεῖς τινες ἦσαν, ἀλλὰ καὶ λίαν δυνατοὶ, ἐπήγαγε·

δ. Οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν·

Ἀντὶ

Ἀντὶ τοῦ, Οὐκ εἰς μικρά με διαβάλλουσιν, ἀλλ' ὥστε με φονευθῆναι συσκευάζουσιν. εἶτα, ἐπειδὴ ῥομφαίαν ἐκάλεσε τὰς διαβολὰς, ἐμμένει τῇ τροπῇ, καί φησιν·

Ἐνέτειναν τὸ τόξον αὐτῶν πρᾶγμα πικρὸν,

Ἴσα εἰπεῖν· ὅτι καθάπερ οἱ τοξαζόμενοι πρὸς σκοπὸν βάλλουσι, δριμεῖς τὰ τραύματα ἐπάγοντες· οὕτως καὶ οὗτοι εὐστόχως με βάλλουσι, καὶ, ὡς νομίζουσι, καιρίως.

έ. Τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον.

Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερόν, φησιν, ὅτι λανθάνοντες καὶ ὡς ἐν σκότῳ ποιοῦνται τὰς διαβολὰς, ὥστε μηδὲ ἐνδοῦναι τῷ διαβαλλομένῳ καιρὸν ἀπολογίας. Τὸ δὲ ἐν ἀποκρύφοις ὡς ἐν ἀποκρύφῳ λέγει.

ϛ'. Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν αὐτὸν, καὶ οὐ φοβηθήσονται.

Σκοπὸς γὰρ αὐτοῖς ἐστι, φησὶν, ἀπροσδοκήτως διαβάλλειν, μὴ προφυλαττομένου τοῦ διαβαλλομένου ἐπιμελῶς. Συμβαίνει δὲ αὐτοῖς τοῦτο, ἀπὸ τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὸν Θεόν. Εἶτα καὶ τὴν συμφωνίαν αὐτῶν τὴν ἐπὶ τὸ κακὸν διαβάλλων, ἐπάγει·

Ἐκραταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν·

Τουτέστι, συνεφώνησαν ἐπὶ τὸ κακοποιῆσαι.

Διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδας·

Τουτέστιν, ἄλλος ἄλλον ἐνίκα ἐν τῇ τῶν δόλων εὑρέσει· καὶ τὸ βαρύ·

Εἶπον· τίς ὄψεται αὐτούς;

Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πάντων ἀσεβέστατον, ὅτι διέκειντο, ὡς οὐδὲ ὄντος τοῦ ἐφορῶντος, οὐδὲ ὄντος τοῦ Θεοῦ, τοῦ βλέποντος τὰ παρ' αὐτῶν τολμήματα.

ζ. Ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν· ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσει.

Ἀνομίαν καλεῖ τὴν πρᾶξιν τὴν γενομένην παρὰ τοῦ Σαοὺλ, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, ὡς ἀδίκως ἐπιχειρούντων αὐτὸν ἀνελεῖν. Λέγει οὖν ὅτι ἐπέλιπεν αὐτοὺς πᾶς δόλος, ἐξερευνῶσι καὶ ζητοῦσι τὰ χείρονα.

ή. Προσελεύσεται ἄνθρωπος καὶ καρδία βαθεῖα· καὶ ὑψωθήσεται ὁ Θεός.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Id est, Non in paruis me traducunt, sed in cædem meam conspirant. Deinde, quoniam gladium vocauit calumnias, inhæret figuræ, & ait:

Calumnias vocat gladium & sagittas.

Intenderunt arcum * suum rem amaram,

* Vulgata omittit suum

Ac si dicat: Quemadmodum sagittarij ad scopum iaculantur, acre vulnus inferentes; sic etiam hi dexterrimè me traijciunt, &, vt existimant, opportunè.

5. Vt sagittent in occultis immaculatum.

Et quod profectò grauius est, inquit, etiam clanculùm & quasi in tenebris calumnias struunt, ita vt calumnijs impetito non supersit tempus excusationis. Istud autem *in occulto* pro *quasi in occulto* dicit.

Occulta calumnia grauius nocent.

6. Subitò sagittabunt eum, & non timebunt:

Ipsis enim, inquit, propositum est ex improuiso calumniari, illo qui calumnijs appetitur nullatenus præmunito. Contingit autem hoc ipsis, eò quòd non timeant Deum. Deinde etiam illorum in malum conspirationem perstringens subiungit:

Firmauerunt sibi sermonem nequam:

Id est, conspirarunt in faciendo malo.

Narrauerunt vt absconderent laqueos:

Id est, Alius alium superabat in dolorum adinuentione: & quod graue est:

Dixerunt: Quis videbit eos?

Hoc enim omnium est impijssimum, quòd sic affecti sint, ac si non esset qui aspiceret, neque Deus existeret, qui facinora illorum videret.

7. Scrutati sunt * iniquitatem: defecerunt scrutantes scrutinio.

* Vulgata iniquitates.

Iniquitatem vocat facinus Saulis, & eorum qui cum ipso erant, vtpote iniquè ipsum interficere volentium. Dicit itaque defecisse ipsis omnem dolum, scrutantibus & quærentibus deteriora.

8. Accedet homo * & cor altum; & exaltabitur Deus.

* Vulgata ad

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

Doli nulli Deum latent.

Et neque hoc, inquit, conspiciunt, quòd quantumcumque dolos in mentibus suis absconderint, & illos profundè texerint, ne patefierent, Deus excelsior cogitationibus repertatur ipsi promptiorem opem præbere, quàm illi dolos exhibeant. Hoc enim ait, *Et exaltabitur Deus*; id est, superior repetietur & sublimior, & arbiter omnis absconditæ nequitiæ ipsorum.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum:

Calumniæ iniquorum per se cadunt irritæ.

Hinc, inquit, cùm multa machinati fuerint, à fine aberrant, nil differentes ab infantibus, qui propter imbecillitatem neque firmiter neque constanter emittunt sagittas.

9. Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Et reperiuntur, inquit, calumniæ ipsorum in semetipsis defecisse, cùm in eo qui insidijs impetitur, iniquitas non habeat locum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos:

Ita vt, inquit, qui illorum dolos atque frustrationes vident, obstupescant, & confiteantur, hasce frustrationes ipsis à Deo prouenire. vnde subdit:

10. Et timuit omnis homo.

Et annuntiauerunt opera Dei; & facta eius intellexerunt.

Cuilibet enim, inquit, manifestum fit, à Deo disponi, vt dolositas eorum irrita cadat.

11. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo,

Hoc, inquit, incitamento fit ceteris omnibus ad sperandum in Deum, & non timendum insidiatores.

Et laudabuntur omnes recti corde.

Et omnes, inquit, istiusmodi beatos dicent, vt qui rectam viam inuenerint, quà veri auxilij compotes fiant.

Καὶ οὐδὲ τοῦτό, φησι, συνορῶσιν, ὅτι εἰς ὅσον συγκρύψωσι τοὺς δόλους ἐν ταῖς ἑαυτῶν διανοίαις, καὶ βαθύνωσιν αὐτοὺς εἰς τὸ, μὴ διαδήλους γενέσθαι, ἀνώτερος εὑρίσκεται, θεὸς τῶν ἐνθυμηθέντων αὐτοῖς ἑτοιμοτέραν παρέχων τὴν βοήθειαν, ἢ ἐκεῖνοι παρέχονται τοὺς δόλους. Τοῦτο γὰρ λέγει, καὶ ὑψωθήσεται ὁ θεός· ἀντὶ τοῦ, ἀνώτερος εὑρεθήσεται καὶ ὑψηλότερος, καὶ ἐπιγνώμων πάσης αὐτῶν ἀποκρύφου πονηρίας.

Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν·

Ἐντεῦθεν, φησι, πολλὰ μηχανώμενοι, οὐδὲ τὸ τέλος ἀστοχοῦσιν, οὐδὲν διαφέροντες νηπίων, οἳ διὰ τὴν ἀσθένειαν οὐ βεβαίως οὐδὲ ἑδραίως ἀποπέμπουσι τὰ βέλη.

θ'. Καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτὸν αἱ γλῶσσαι αὐτῶν.

Καὶ εὑρίσκονται, φησιν, αὐτῶν αἱ διαβολαὶ ἐν ἑαυτοῖς ἀπεσβηκυῖαι, οὐκ ἐχούσης ἐν τῷ ἐπιβουλευομένῳ χώραν ἀδικίας.

Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς·

Ὥστε, φησι, τοὺς ὁρῶντας αὐτῶν τοὺς δόλους, καὶ τὰς ἀστοχίας, ἐκπλήττεσθαι, καὶ ὁμολογεῖν, ὅτι παρὰ θεοῦ γίνεται ἐκείνοις τὰ ἀστοχήματα. ὅθεν ἐπιφέρει·

ι'. Καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος.

Καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ· καὶ ποιήματα αὐτοῦ συνῆκαν.

Παντὶ γάρ, φησι, δῆλον γίνεται, ὅτι παρὰ θεοῦ κατεργάζεται, τὴς δολιότητος ἐκείνων τὸ ἀκατόρθωτον.

ια'. Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐν τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτόν,

Τοῦτο, φησι, προτροπὴ γίνεται τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἐπὶ τὸν θεὸν ἐλπίζειν, καὶ μὴ δεδοικέναι ἐπιβούλους.

Καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Καὶ πάντας, φησὶ, τοὺς τοιούτους μακαριοῦσιν, ὡς τὴν ἀληθῆ εὑρόντας ὁδὸν, δι' ἧς τῆς ἀληθοῦς βοηθείας ἐπιτεύξονται.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. Εἰσάκουσον ὁ Θεός.] Δέξαι μου, φησὶ, δέσποτα τὴν ἱκετείαν ἐν τῷ προσεύχεσθαί σοι, καὶ ῥῦσαί μου τὴν ψυχὴν, ὥστε μὴ δεδιέναι τὰς πολεμίων προσβολάς. Συστροφὴν δὲ καλεῖ τὴν ὁμόνοιαν καὶ τὴν ἐπὶ κακοῖς συμφωνίαν· ἧς ἀντιβολεῖ κρείττω ἀποφανθῆναι, οἷόν τινι τείχει τῇ θείᾳ συμμαχίᾳ ἀποπεφραγμένος. εἶτα διηγεῖται αὐτῶν τὰ παντοδαπὰ μηχανήματα.

Ἕτερος δὲ οὕτω φησίν· Ὅμοιόν ἐστι τῷ, καὶ νῦν κύριε ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον. Συστροφὴν δὲ τὴν ὁμόνοιαν καλεῖ· ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι τῆς συκοφαντίας παρακαλεῖ. Διττῆς δὲ οὔσης τῆς ἐκ κακίας βλάβης, καὶ τῆς μὲν ζημιούσης τὸ φρόνημα, τῆς δὲ τὴν πρᾶξιν, δύο προπολεμοῦσι φάλαγγες τοῦ δικαίου, ἀφ' ὧν ῥυσθῆναι παρακαλεῖ. Ἡ μὲν γὰρ συστροφὴ τῶν πονηρευομένων παραχαράττει τὰ δόγματα· ἡ δὲ τῆς ἀνομίας ἐργασία τὴν πρακτικήν. Καὶ οἱ μὲν τῇ ψευδωνύμῳ συνηγορήσαντο γνώσει· οἱ δὲ τῇ κακίᾳ ἐνέτειναν τόξον πρᾶγμα πικρόν. Ἢ ταῦτα, φησὶ, διὰ τὸ βλασφημοῦντας αὐτοὺς τὸν Ἰσραὴλ λέγειν, Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν, μηδένα λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; Ἀντὶ τοῦ πρᾶγμα πικρὸν ὁ Ἀκύλας ῥῆμα πικρὸν εἶπεν· τὸ δὲ ἐν ἀποκρύφῳ λέγει ὁ Σύμμαχος κρυφῇ, τουτέστι λόχοις χρησάμενοι καὶ ἐνέδραις. Ἄμωμον τὸν ἀμέτοχον μώμου λέγει. Τὸ δὲ ἐξάπινα, τὸ ἐξαιφνῆς, καὶ ἀπροόπτως, μηδαμόθεν παραφυλαττομένου τοῦ βαλλομένου. σημαίνει δὲ αὐτοὺς ταῦτα ἀπὸ τοῦ μὴ φοβεῖσθαι τὸν Θεόν. Ἐκραταίωσαν γὰρ ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν· ἀντὶ τοῦ, ἐκύρωσαν τὴν κατ' ἐμοῦ βουλήν· καὶ διηγήσαντο δὲ τοῦ κρύψαι παγίδας· ἀντὶ τοῦ, διαλεγόμενοι καὶ συμβουλεύοντες, κρυφῇ μοι ἐπιθέσθαι· ταῦτα δὲ ἐποίουν, οὐ λογιζόμενοι τὸν ἐφορῶντα Θεόν· εἶπον γὰρ, τίς ὄψεται αὐτούς; (ἀντὶ τοῦ οὐδένα ἡγοῦντο τῶν γινομένων κριτὴν, καὶ διέκειντο, ὡς οὐκ ὄντος Θεοῦ τοῦ βλέποντος τὰ πραττόμενα) ἢ τὸ εἶπον οὐ λόγοις, ἀλλὰ πράγμασιν· οὕτως γὰρ ᾤοντο λύσειν, ὡς μή τινος ἐφορᾶν δυναμένου.

ζ'. Ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν.]

2. Exavdi Devs.] Admitte, inquit, Domine preces meas dum te oro; & confirma mentem meam, ne hostiles impetus formidem. Ceterùm *conuentum* vocat concordiam & conspirationem in malis; quam vt superet, etiam atque etiam rogat, diuinâ ope tamquam muro quodam munitus. Deinde recenset omnigenas ipsorum machinationes. *Orat contra calumniantes.*

Alivs autem sic ait: Hoc simile est isti, *Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum.* *Act. 4, 29.* *Conuentum* autem vocat conspirationem illorum; à quorum calumnijs liberari petit. Ceterùm, cùm duplex existat ex malitia detrimentum, atque vnum quidem mentem lædat, alterum verò actionem, duæ cohortes propugnant iustos, per quas postulat liberari. *Duplex detrimentum malitiæ.* Conuentus siquidem malignantium adulterat doctrinas; operatio verò iniquitatis corrumpit vim agendi. Atque illi quidem in falsi nominis scientia consentiunt; hi verò nequitiâ intenderunt arcum rem amaram. Vel hæc dicit, eò quòd Israël blasphemando ipsis diceret, *Nónne præcipiendo præcepimus vobis,* *Act. 5, 28.* * *nemini loqui in nomine isto?* ** Vulgata ne doceretis.* Pro *rem amaram* Aquila dixit *verbum amarum*: istud autem *in occulto* Symmachus dicit *clanculùm*, id est, insidijs & dolis vsi. *Immaculatum* dicit maculæ expertem. Porrò istud *subitò*, id est de repente, & ex improuiso, nemine obseruante illum qui iaculatur. Significat autem ipsis hæc euenisse, eò quòd non timerent Deum. *Firmauerunt* enim *sibi sermonem prauum*; id est, confirmarunt consilium suum contra me: quin etiam *narrauerunt vt absconderent laqueos*; id est, differebant & consultabant, vt clanculùm me inuaderent: hæc autem fecerunt, nullam rationem habentes Dei inspectoris: *dixerunt* enim, *Quis videbit?* id est, Vel neminem putant esse iudicem eorum quæ geruntur, & ita affecti sunt, ac si non esset Deus qui videret ea quæ aguntur: vel hoc dixerunt non verbis, sed rebus ipsis: sic enim putabant crimen diluere, vt nemo illud videre posset. *Impij nullam habent rationem prouidentiæ Dei.*

7. Scrvtati svnt iniqvitatem.] Id est,

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLIOTÆ.

Dolus in semetipso defecit.

Id est, Defecit ipsis omnis dolus, dum deteriora scrutarentur ac quærerent: omnem mouerunt cogitationem, omne artificium excogitarunt, nullam doli speciem intactam reliquerunt; sed immorati sunt istis cogitationibus vacantes, donec ipsosmet deficerent machinationes aduersus nos. Quin etiam non destiterunt ad me accedere sub simulata specie amicitiæ, alia quidem in ore habentes, alia verò in fundo cordis: verumtamen etiam sic imbecilles remanserunt eorum cogitationes aduersum me. Per quæ omnia ostenditur, quòd vani apparuerint in suis contra me molitionibus, Deus verò magnus & excelsus demonstratus sit. Manifestiùs autem Theodotion, *Cor viri & cor profundum sagittabit Deus*. Etsi enim millesies studia sua absconderint, Deo tamen manifesta sunt, qui propriam ipsis altitudinem ostendit, supplicia ipsis irrogando.

Deo nil absconditum.

ALIVS. Dum deficiunt scrutari iniquitatem, eò quòd valdè ipsam perscrutati sint, adeò vt etiam sermonem sibi prauum stabilirent, ne illorum deceptio deprehenderetur, accedet ad illos homo, qui seruet id quod ad imaginem Dei creatum est, & profundum habeat cor siue intelligentiam, & prudentia consilia suggerat, vt exaltetur Deus, qui apprehendit sapientes in astutia sua.

Deus est omni dolo superior.

ALIVS. *Accedet homo*. Quantumcumque, inquit, profunda fuerit cogitatio humana, dum supra vires inaniter vagatur, supra ipsam tamen Deus est, qui non comprehenditur. Non vident, inquit, quantumcumque dolos absconderint, & in profundo, ne conspicui fierent, collocarint, superiorem adhuc reperiri Deum, qui promptior sit ad auxilium, quàm ipsi dolos exhibendum.

Calumnia per se corruens.

8. SAGITTÆ PARVVLORVM FACTÆ SVNT.] Ceterùm etiam tantâ calliditate vsi à scopo aberrarunt. Quemadmodum enim iacula à valdè paruulis emissa nihil damni afferunt his qui petuntur; sic istorum linguæ nihil offendunt eos qui configuntur, imò in caput illorum qui petere conantur malum ipsum recidit. *Conturbati sunt omnes qui videbant eos*. Qui verò ipsos inspiciunt à suis prauis consiliis aberrasse, perturbatione & formidine repleti sunt, & diuinam prouidentiam obstupuerunt. Hoc enim sequentia indicant: *Et timuit omnis homo. Et annuntiauerunt opera*

Ἀντὶ τοῦ, ἐξέλιπον αὐτοῖς πᾶς δόλος, ἐξερευνῶντας καὶ ζητοῦντας τὰ χείρονα· πάντα ἐκίνησαν λογισμόν, πᾶσαν μηχανὴν ἐπενόησαν, οὐδὲν ἀνεξέταστον εἶδος καταλελοίπασιν· ἀλλὰ διετέλεσαν ἐν τούτοις τοῖς λογισμοῖς ἀσχολούμενοι, μέχρις ἂν αὐτοὶ ἐξέλιπον αἱ κατ' ἐμοῦ σκευωρίαι. Ἀλλὰ καὶ προσῄεσάν μοι ἐν σχήματι φιλικῷ, ἄλλα μὲν ἐν στόματι ἔχοντες, ἄλλα δὲ ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας, ἐν δόλῳ· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀσθενεῖς οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν ἔμειναν οἱ κατ' ἐμοῦ. Δι' ὧν ἁπάντων δείκνυται, ὅτι μάταιοι ἐδείχθησαν εἰς τὰ κατ' ἐμοῦ, μέγας δὲ καὶ ὑψηλὸς ἐδείχθη ὁ Θεός. Σαφέστερον δὲ ὁ Θεοδοτίων, καρδίαν ἀνδρὸς καὶ καρδίαν βαθεῖαν κατατοξεύσει ὁ Θεός. Κἂν γὰρ μυριάκις τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν κατακρύψωσι, δῆλά εἰσι τῷ Θεῷ, ὃς τὸ οἰκεῖον ἐπιδείκνυσιν ὕψος, δίκας αὐτοῖς ἐπιτιθέμενος.

ΑΛΛΟΣ. Ἐξέλιπον ἐξερευνῶντες τὴν ἀνομίαν, διὰ τὸ σφόδρα ἐξερευνᾶσθαι, ὥστε καὶ λόγον ἑαυτοῖς κατασκευάσαι πονηρόν, ἵνα μὴ φωραθῇ αὐτῶν ἡ ἀπάτη, προσελεύσεται αὐτοῖς ἄνθρωπος, σώζων τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ βαθεῖαν ἔχων καρδίαν, ἤτοι νόησιν, καὶ συνετὰ βουλευόμενος, ὡς ὑψωθῆναι τὸν Θεόν, δρασσόμενον τῶν σοφῶν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

ΑΛΛΟΣ. Προσελεύσεται ἄνθρωπος. Ὅσον ἄν, φησι, βαθὺς ᾖ ὁ ἀνθρώπινος λογισμός, τὰ ὑπὲρ δύναμιν ματαίως ἐξεργαζόμενος, ὑπὲρ αὐτόν ἐστιν ὁ Θεός, μὴ καταλαμβανόμενος. Οὐ συνορῶσι, φησιν, ὅτι εἰς ἂν κρύψωσι τοὺς δόλους καὶ βαθύνωσιν εἰς τὸ μὴ ἐν δήλῳ ὀφθῆναι, ἀνώτερος εὑρίσκεται ὁ Θεός, ἑτοιμότερον παρέχων βοήθειαν, ἢ ἐκεῖνοι τοὺς δόλους.

8. ΒΕΛΟΣ ΝΗΠΙΩΝ ΕΓΕΝΗΘΗΣΑΝ.] Ἀλλ' ὅμως καὶ τοσαύτῃ δεινότητι χρησάμενοι διήμαρτον τοῦ σκοποῦ. καθάπερ γὰρ τὰ ἐκ τῶν κομιδῇ νηπίων ἀφιέμενα βέλη βαλλόμενον οὐδεμίαν ἐπιφέρει τοῖς δεχομένοις· οὕτως αἱ τούτων γλῶσσαι τοὺς μὲν βαλλομένους οὐκ ἔβλαψαν, κατ' αὐτῶν δὲ τῶν πεμπόντων ἡ λώβη κεχώρηκεν. Ἐταράχθησαν πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτούς. Οἱ δὲ θεασάμενοι αὐτοὺς τῶν ἐγχειρημάτων διημαρτηκότας, θάμβος καὶ δέος ὑπέστησαν, καὶ τὴν θείαν ἐθαύμασαν πρόνοιαν. Τοῦτο γὰρ τὸ ἑξῆς δηλοῖ· Καὶ ἐφοβήθη πᾶς ἄνθρωπος. καὶ ἀνήγγειλαν τὰ ἔργα

τοῦ Θεοῦ,

[illegible Greek text]

Dei, & facta eius intellexerunt : conſiderantes enim & reuoluentes Dei prouidentiam, iudicium diuinum timuerunt. *Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo.* Qui enim egregiè diuinas leges meditantur, voluptate repleti, firmam in Deo ſpem habent. *Et laudabuntur omnes recti corde.* Nam qui ſuam cogitationem in Deum dirigunt, neque à via recta declinare ſuſtinent, etiam ab hominibus gloriam conſequentur. Cùm ſagittam paruulorum dixit, eorum contra ſanctos prædicatores ſamen & defectionem perſtringit. *Et timuit.* Quis enim non timeat inſpectionem ſeu inquiſitionem Dei, quæ contra impios fiet? CATENA PATRVM. *Iuſti & recti in Deo lætantur.*

CATENA PATRVM.

β. ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ Ο ΘΕΟΣ ΦΩΝΗΣ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. [illegible Greek text]

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. [illegible Greek text]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. [illegible Greek text]

δ. ΟΙΤΙΝΕΣ ΗΚΟΝΗΣΑΝ ΩΣ ΡΟΜΦΑΙΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. [illegible Greek text]

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. [illegible Greek text]

2. EXAVDI DEVS VOCEM MEAM.] ATHANASII. Orantem, inquit, exaudi: libera me à timore inimicorum; ac ſi dicat, ab inſidijs eorum, & à morte. Hæc enim verebatur, ne ab ipſis pateretur. *Petit ab inſidijs liberari.*

THEODORI. Id eſt, ipſo ſuperior euadam per fidem, & per vitæ inſtitutum ſublimior, ne ampliùs timeam ipſum, tamquam potentiorem; ſed ipſe me metuat, vtpote ſerpentis caput conculcare valentem.

ORIGENIS. Eſt quædam vox cordis quæ à ſolo Deo audiri poſſit. *A timore inimici*, ſiue à timendo inimicum, *eripe animam meam*, ſiue à *timore* : qui timor non amicus, ſed inimicus eſt. Amicus quidem timor Dei ſapiens, ſed inimicus timor qui non eſt iſtiuſmodi; qualis eſt heterodoxorum, ſeu falſa docentium, vel eorum qui quidlibet, ſed præter Deum, timent: de quibus hoc diſertè Spiritus ſanctus in Iſaia dixiſſe potuit: *Timorem autem eorum ne timueritis, neque conturbemini* à conuentu malignantium heterodoxorum in fide. Pro *conuentu* Aquila dixit *ſecreto*; Symmachus verò *ſpeculatione*. *A multitudine operantium iniquitatem*, qui viam latam & ſpacioſam perambulant. *Vox cordis qualis.* *Timor bonus & malus qualis.* *Iſaia 8, 12.*

4. QVI EXACVERVNT VT GLADIVM.] ATHANASII. Hæc dicit, quia contra Ieſum blaſphemabant.

ORIGENIS. Qui ſatis inſtructi ſunt falſis doctrinis *intenderunt arcum rem amaram*; *Falſa doctrina nocumentum.*

CATENA PATRVM. *ram*; dulcem verò, qui propugnant veritatem. Pro *rem* Aquila *verbum* dixit. *Vt sagittent in occultis immaculatum*, Aquila *simplicem*. Ceterùm sagittæ, quibus immaculatum seu simplicem sagittant; illi qui exacuunt vt gladium linguas suas, sunt apocryphi & mystici seu obscuri illorum sermones.

THEODORI. Vt clanculùm nos interficiant, qui nil morte dignum egimus. Hoc enim dicit *immaculatum*, id est, qui reprehensionis nullam ansam ipsis dedit. Porrò istud *in occultis immaculatum* simile est isti,
Psal. 10, 2. *in obscuro rectos corde*: quod in decimo Psalmo ait. Vult enim dicere, quòd sicut in tenebris, & nemine cernente, clanculùm interimendi sint; sic sine metu omnia contra nos machinantur.

THEODORETI. *Rem amaram*, Aquila *verbum amarum*; & Symmachus, *Impleuerunt arcum suum sermonem amarum*. Istud verò *in occulto* Symmachus iterùm dixit *clanculùm*, id est, insidijs ac dolis vtentes, vt indicant sequentia.

Mores insidiantium quales. ANONYMI. *Subitò*, quodammodò, quia tempori seruientes laudant quidem & blandiuntur dissimulantes donec tempus aptum insidijs nacti fuerint; hoc autem obtento, confertim irruunt, & neminem timent, non solùm Dei iudicium non curantes, sed nec hominum damnationem. Qui heri familiares & amici erant, hodie sese exhibent inimicos.

ALTERIVS. Ex insidijs comprehendunt, non considerantes Deum inspectorem. Ceterùm etsi hæc isti, attamen beneficus Deus dat signum timentibus eum, vt fugiant à facie arcus, rei amaræ; qualis vtique est omnis species mali & doctrina impietatis, ex qua emittant sagittas, quæ similitudinem habent cum sagittis maligni ignitis.

6. FIRMAVERVNT SIBI SERMONEM NEQVAM.] ATHANASII. Quòd affeuerarent Dominum à mortuis non resurrexisse.

THEODORI. Conspirantes & consentientes, suas contra me sententias confirmarunt. Verbum enim iniquum vocat sententiam contra ipsum, malitiæ plenam, quam conspirantes firmauerunt, vt in opus redigerent. Quænam autem hæ sententiæ?

πικρὸν· γλυκὺ δὲ, τὸ τῶν προϊσταμένων τῆς ἀληθείας. Ἀντὶ τοῦ πράγματος ῥῆμα Ἀκύλας εἶπε. τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον, Ἀκύλας ἁπλοῦν. Τὰ βέλη μὲν τοίνυν ἐν οἷς τὸν ἄμωμον ἢ ἁπλοῦν κατατοξεύουσιν· οἱ ἀκονήσαντες ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν, οἱ ἀπόκρυφοί εἰσι καὶ μυστηριώδεις αὐτῶν λόγοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥστε ἡμᾶς λαθόντες ἀνελεῖν, οὐδὲν ἄξιον θανάτου πεπραχότας. Τοῦτο γὰρ λέγει ἄμωμον, τουτέστι μέμψεως αὐτοῖς ἀφορμὴν οὐ δεδωκότα. Ὅμοιον δέ ἐστι τὸ ἐν ἀποκρύφοις ἄμωμον τῷ, ἐν σκοτομήνῃ τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· ὅπερ ἐν τῷ δεκάτῳ λέγει ψαλμῷ. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ ἐν σκότῳ, καὶ οὐδενὸς βλέποντος, λανθανόντως ἀναιρήσονται· οὕτως ἀδεῶς πάντα μηχανῶνται καθ' ἡμῶν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ πρᾶγμα πικρὸν, Ἀκύλας ῥῆμα πικρόν· καὶ Σύμμαχος, Ἐπλήρωσαν τόξον ἑαυτῶν λόγον πικρόν. Τὸ δὲ ἐν ἀποκρύφοις κρυφῇ πάλιν ὁ Σύμμαχος, τουτέστιν ἐνέδραις καὶ λόχοις κεχρημένοι, ὡς δηλοῖ τὰ ἑξῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐξαίφνης πως, ὅτι καιροδουλεύοντες ἐπαινοῦσι μὲν καὶ θωπεύουσιν, ὑποκρινόμενοι μέχρις ἂν καιρὸν ἐπιβουλῆς εὕρωσιν· εὑρόντες δὲ καιρὸν, ἀθρόον ἐπιτίθενται, καὶ οὐδένα φοβοῦνται, οὐ μόνον τοῦ Θεοῦ τὸ κρίμα, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων καταγνῶσιν. Οἱ χθὲς οἰκεῖοι καὶ φίλοι, σήμερον πολεμίους ἑαυτοὺς ἀναδεικνύντες.

ΕΤΕΡΟΥ. Ἐξ ἐνέδρας ἐπίασι, τὸν ἔφορον μὴ σκοποῦντες Θεόν. εἰ δὲ καὶ οὕτως ταῦτα, ἀλλ' ὁ εὐεργέτης Θεὸς τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν δίδωσι σημείωσιν τοῦ φυγεῖν ἀπὸ προσώπου τόξου, τοῦ πράγματος τοῦ πικροῦ· ὁποῖόν ἐστι πᾶν κακίας εἶδος καὶ ἀσεβείας δόγμα, ἐξ οὗ βάλλουσιν, ἀναλογίαν ἔχοντα βέλη πρὸς τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ βέλη.

ϛ'. ΕΚΡΑΤΑΙΩΣΑΝ ΕΑΥΤΟΙΣ ΛΟΓΟΝ ΠΟΝΗΡΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ διεβεβαιοῦντο, ὡς οὐκ ἀνέστη κύριος ἐκ νεκρῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Συνελθόντες καὶ συμβουλευσάμενοι, τὰς κατ' ἐμοῦ γνώμας ἐκύρωσαν. λόγον γὰρ πονηρὸν τὴν κατ' αὐτοῦ λέγει γνώμην, κακίας γέμουσαν, ἣν ὡς εἰκὸς καὶ συνελθόντες, ἐβεβαίωσαν εἰς τὸ καὶ πρᾶξαι. Τίνες δὲ αἱ γνῶμαι;

ΑΝΩ-

CATENA PATRVM.

Ἀνωνύμου. Πῶς ἐκραταίωσαν; ἀπατῶντες, ὀμνύοντες, μάρτυρας καὶ κατηγόρους μισθούμενοι, μηχανὰς ἐξευρίσκοντες, αἰτίας ἐπιφέροντες, ἵνα τὸν πονηρὸν λόγον, δηλαδὴ τὸν τοῦ ψεύδους, πιστευθῆναι ποιήσωσι.

Ὠριγένους. Θεὸς μὲν ἀγαθὸν κρατύνει λόγον, ἄνθρωπος δὲ πονηρόν. Διόπερ ὁ μὲν Θεὸς ἐκραταίωσε θείᾳ δυνάμει τὸν ἑαυτοῦ λόγον, ἄνθρωποι δὲ ἑαυτοῖς τῇ καλουμένῃ διαλεκτικῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ κατὰ ἀπάτην διηγήσαντο τοῦ κρύψαι παγίδα, οἱ πιθανοῖς σοφίσμασι καὶ λόγοις ἀπατηλοῖς ἀπατῶντες, ἐν οἷς λανθάνον κεκρυμμένον ἐστὶ τὸ παγίδιον. εἶπαν, τίς ὄψεται αὐτούς; μεγαλοφρονοῦντες ὡς ἐπὶ δυσθεωρήτοις οἷς ἐξεῦρον νομίζουσι, κρατύνοντες ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν, ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν. Δέον τὸν νόμον ἐρευνᾷν, ἵνα ὁ ἐν αὐτῷ εὑρεθῇ πνευματικὸς νοῦς· οἱ δὲ ἔξω νόμου ζητοῦντες, ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν.

Ἀθανασίου. Ταῦτα ἐποίησαν, φησί, νομίζοντες μὴ ἀπαιτήσειν αὐτοὺς τὸν Θεὸν τῆς τοιαύτης ἀσεβείας τὰς δίκας.

Θεοδώρου. Διετέλουν, φησίν, ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους λόγοις διερευνώμενοι, καὶ ζητοῦντες τινὰ τρόπον εὑρεῖν, πάντας ἡμᾶς ἀνελεῖν. Διὰ τοῦτο ἀνομίαν ἐκάλεσε τὸ βούλευμα, ἐπειδὴ ἄδικος ἦν ἡ μελέτη. Πονηρὰ γὰρ (ὡς ἤδη πολλάκις ἔφην) τὰ τῶν ἀσεβῶν ἐστι βουλεύματα· καὶ πάντας σκαιότητος διερευνώμενοι τρόπους, προσπταίουσι φιλαρέτῳ Θεῷ.

Ἀνωνύμου. Διὰ τοῦτο ἐξέλιπον, ἐπειδὴ ἀνομίας ἠρεύνων· τουτέστιν, οὐ κατὰ Θεοῦ νόμον ἐζήτουν, δικαιοσύνην ἐζήτουν δικαιοσύνην, διὸ οὐχ εὑρίσκουσιν. Οἱ τὴν θεογνωσίαν χωρὶς περισπασμοῦ τινος ἐρευνῶντες, οὐκ ἀποτυγχάνουσιν.

Ἑτέρου. Πάντα λογισμόν, καὶ πᾶσαν ἐκίνουν κατ' ἐμοῦ μηχανήν, φανερῶς ἐπιόντες, κρύβδην λοχῶντες, τοὺς ἐρήμους τε καὶ πετρώδεις τόπους διερευνώμενοι.

Ἄλλου. Ἐξερευνῶντες ἐξέλιπον· τουτέστιν, ἐπέλιπον αὐτοὺς αἱ καθ' ἡμῶν ἐφευρέσεις· πλεῖστα γὰρ ἐπινοήσαντες, καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες, οὐκέτι εἶχον ὅτι ἐφευρεῖν εἶχον· οὕτως αὐτοὺς καὶ τὰς μηχανὰς ἐπιλιπεῖν συνέβη.

Διδύμου. Οἱ μὲν παράνομοι, φησίν, οὐκ ἐξέλιπον πονηρὰ κατὰ τοῦ Κυρίου βου-

Anonymi. Quomodo firmauerunt? Decipiendo, iurando, testes & accusatores mercede conducendo, artificia excogitando, causas adferendo, vt iniquum sermonem, scilicet mendacij, credibilem efficerent.

Origenis. Deus quidem bonum sermonem confirmat, homo verò prauum. Quapropter Deus quidem diuinâ virtute firmauit sermonem suum; homines verò sibimetipsis per philosophiam, quæ Dialectica vocatur, & per inanem deceptionem narrauerunt, vt occultarent laqueum, dum persuasibilibus sophismatis & sermonibus captiosis decipiunt, in quibus occultus latet laqueus. *Dixerunt, Quis videbit eos?* De ijs quæ adinuenisse se existimant, tamquam de difficulter perceptibilibus sese extollentes, firmantes sibi sermonem nequam, scrutati sunt iniquitatem. Oportuerat scrutari legem, vt in illa reperiretur sensus spiritalis; ipsi verò extra legem quærentes, scrutati sunt iniquitatem.

Qualiter Deus & qualiter homo sermonem suum confirmet.

Athanasii. Hæc, inquit, fecerunt, arbitrantes Deum ab ipsis istiusmodi impietatis pœnas minimè exacturum.

Theodori. Hoc, inquit, satagebant in mutuis colloquijs, vt scrutando & inquirendo modum aliquem adinuenirent, quo nos omnes è medio tollerent. Idcircò iniquitatem appellauit consilium, quoniam iniqua erat meditatio. Praua enim (vt iam sæpiùs dixi) impiorum sunt consilia, & omnis peruersitatis rationem perscrutantes, impingunt in virtutis amantem Deum.

Malorum consultationes quales.

Anonymi. Idcircò defecerunt, quia iniquitates scrutabantur: id est, Non in Dei lege quærebant iustitiam, quam quærebant, ideò non inueniunt. Qui Dei cognitionem absque distractione aliqua scrutantur, hi minimè aberrant.

Iniqui scrutantes deficiunt.

Alterivs. Omnem cogitationem, & omnem machinam contra me mouebant, apertè insilientes, clanculùm insidiantes, loca deserta & petrosa omnia perscrutantes.

Alivs. *Scrutantes defecerunt*: id est, Deseruerunt ipsos adinuentiones aduersum nos: nam cùm plurima excogitarent, & nil possent, non habebant ampliùs quod adinuenirent; sic contigit vt ipsos quoque sua deficerent artificia.

Didymi. Iniqui, inquit, minimè quidem defecerunt mala contra Dominum ex-

CATENA PATRVM.

cogitare (hoc enim sibi vult istud, *Scrutati sunt iniquitatem*;) sed homo Dei, qui prudentia capit consilia (hoc enim cor profundum significat) vtpote exactè noscens mysterium, conuenientibus hymnis vtens, exaltabit
Psal. 144. 1. Deum: iuxta quod alio loco dictum est, *Exaltabo te Deus meus, Rex meus.*

Insidiantur simulatè amici.

EVSEBII. Verumtamen sæpenumerò ad nos accedunt sub specie quidem amicitiæ, sed minimè cogitantes quæ præ se ferunt, at in fundo cordis inimicitiam contra nos fouentes. Hoc autem præsertim Saül multoties fecisse videtur.

THEODORETI. Theodotion sic habet, *Et mentem viri & cor profundum configet Deus*. Siquidem Deus etiam ea quæ latent inspicit, & propriam ostendit altitudinem, dùm pœnas ab his exigit.

Deus arcanorum cognitor.

8. SAGITTÆ PARVVLORVM FACTÆ SVNT.] ATHANASII. Cùm eorum aduersus sanctos prædicatores insolentiam declarasset, narrat etiam illorum lapsum: Eorum enim, inquit, contra nos machinationes adeò imbecilles & friuolas reddit, vt sint sicut infirma paruulorum iacula, quæ ferire non valent.

Insipientium machinationes non preualent contra sanctos.

THEODORI. Nihilominùs eùm tanta sedulitate vsi sint, à scopo aberrarunt. Sicut enim iacula à valdè paruulis emissa damni nihil adferunt ijs qui excipiunt; sic istorum linguæ nil offenderunt eos qui impetebantur, sed in ferientes noxa retorta fuit.

ATHANASII. Omnes igitur qui videbant ipsos tanta quidem machinatos fuisse, sed nihil profecisse, mente perturbati fuerunt: nam in quibus ipsi aberrarunt, diuinam prouidentiam admirati sunt, timidi effecti.

ORIGENIS. Et omnes annuntiabant, quoniam hoc opus tuum est, & tibi ea quæ fiebant adscribebant, scientes nullum esse alterius: sic ipsis omne studium in nihilum conuerti volebat oculus diuinus, qui etiam è contrario ipsis supplicium decernebat.

EVSEBII. Hoc in illos quotidie quadrat. Quomodo enim homo, veteris Hierosolymæ euersionem historiæ tradens magno timore crucifixi corripitur? & opera Dei, scilicet Christi, annuntiat? & facinora eius cognoscit? Qualia ista? Quæ Apostolis prædixit, nunc autem ad finem perduxit:

λευόμενοι (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἐξηρεύνησαν ἀνομίαν·) ὁ δὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος ὁ συνετὰ βουλευόμενος (τοῦτο γὰρ ἡ βαθεῖα καρδία δηλοῖ) ἅτε ἀκριβῶς εἰδὼς τὸ μυστήριον, τοῖς πρεπούσαις ὕμνοις κεχρημένος, ὑψώσει τὸν θεόν· κατὰ τὸ εἰρημένον ἀλλαχοῦ, ὑψώσω σε κύριε ὁ θεός μου, ὁ βασιλεύς μου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀλλὰ καὶ πολλάκις προσέρχονται ἡμῖν σχηματιζόμενοι μὲν δῆθεν φιλίαν, οὐ ταῦτα δὲ ἃ σχηματίζονται φρονοῦντες, ἀλλ' ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας τὴν καθ' ἡμῶν ἔχοντες ἔχθραν. Τοῦτο δὲ μάλιστα ὁ Σαοὺλ πολλαχοῦ φαίνεται πεποιηκώς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὕτω Θεοδοτίων, καὶ ἐξέτασιν ἀνδρὸς καὶ καρδίαν βαθεῖαν κατοπτεύσει ὁ θεός, καὶ τὰ λανθάνοντα γὰρ ὁ θεὸς ἐφορᾷ, καὶ τὸ οἰκεῖον δείκνυσιν ὕψος, δίκας τούτους πραττόμενος.

ή. ΒΕΛΟΣ ΝΗΠΙΩΝ ΕΓΕΝΗΘΗΣΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰπὼν αὐτῶν τὰ κατὰ τῶν ἁγίων κηρύκων ἐγχειρήματα, διηγεῖται καὶ τὴν ἔκπτωσιν· οὕτως γάρ, φησι, τὰς μηχανὰς αὐτῶν τὰς καθ' ἡμῶν ἀσθενεῖς ἐργάζεται καὶ ἀδρανεῖς, ὡς τὰ τῶν νηπίων ἀσθενῆ, καὶ πλήττειν οὐ δυνάμενα βέλη.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοσαύτῃ σπουδῇ χρώμενοι, διήμαρτον τοῦ σκοποῦ. Καθάπερ γὰρ τὰ σφόδρα τῶν νηπίων ἀφιέμενα βέλη βλάβην οὐδεμίαν ἐπιφέρει τοῖς δεχομένοις· οὕτως αἱ τούτων γλῶσσαι τοὺς μὲν βαλλομένους οὐκ ἔβλαψαν, κατὰ δὲ τῶν βαλόντων ἡ βλάβη κεχώρηκε.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάντες οὖν οἱ βλέποντες αὐτοὺς τοσαῦτα μὲν μηχανωμένους, ὠφελοῦντας δὲ οὐδέν, ταραχῇ τὴν διάνοιαν κατεσχέθησαν· ἐφ' οἷς γὰρ ἐκεῖνοι διήμαρτον, τὴν θείαν ἐθαύμασαν πρόνοιαν, γεγονότες περιδεεῖς.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Καὶ πάντες ἀπήγγειλαν, ὅτι σὸν ἔργον τοῦτο, καὶ σοὶ τὰ γενόμενα ἐπέγραφον, γινώσκοντες ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλου· οὕτως αὐτῶν πᾶσαν τὴν σπουδὴν εἰς τὸ μηδὲν ἀποσκεδάσαι ὁ θεὸς ἤθελεν ὀφθαλμός· τιμωρίαν δὲ καὶ τοὐναντίον ἐψηφίσατο.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τοῦτο εἰς αὐτοὺς ἑκάστης ἡμέρας συμβαίνει. Πῶς γὰρ ἄνθρωπος τῆς παλαιᾶς Ἱερουσαλὴμ ἱστορῶν τὴν πόρθησιν εἰς φόβον πολὺν τοῦ σταυρωθέντος ἔρχεται; καὶ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ ἀναγγέλλει; καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ συνίησι; Ποῖα ταῦτα; Ἃ τοῖς Ἀποστόλοις προεῖπε, νῦν δὲ εἰς τέλος ἐξήγαγε.

δοκιμά-

δειξάντων γὰρ αὐτῷ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ἱεροῦ ἀπεκρίνατο· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὃς μὴ καταλυθῇ.

ια. ΕΥΦΡΑΝΘΗΣΕΤΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡμῖν δέ, φησιν, ἔσται ἐπὶ σοὶ ἡ εὐφροσύνη, ἐφ' ᾧ καὶ ἐλπίζομεν, παρ' οὗ καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν δεχόμεθα.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διελεγχθείσης τῆς πλάνης, ὁ δίκαιος εὐφρανθήσεται ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὁρῶν τοὺς πάλαι πλανηθέντας ἀνθρώπους ἀπαγγέλλοντας τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν σύνεσιν ἔχοντας τῶν ποιημάτων αὐτοῦ· καὶ πρὸς τούτῳ ἔτι μᾶλλον ἐπὶ τῷ Κυρίῳ ἐλπιεῖ, ἐν ᾧ εὐφραίνεται· ὡς λοιπὸν ἐπαινεῖσθαι μόνους, τοὺς εὐθεῖαν ἔχοντας καρδίαν, ἐπὶ πρακτικοῦ καὶ θεωρητικοῦ βίου.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες· οἳ δὴ αὐτοὶ καὶ δίκαιοι, ὡς τῇ πίστει δικαιωθέντες· εὐθεῖς δέ, ὡς μηδέποτε τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων προσμίξαντες, ὅπερ πολλάκις οἱ παῖδες τῶν Ἰουδαίων πεποιηκότες φαίνονται. Οὗτοι τοίνυν εὐφρανθήσονται ὡς σπεύσαντες, καὶ τῶν ῥαθυμούντων ἀργῶν κληρονομίαν κερδάναντες.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καρπώσονται καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπων εὔκλειαν, οἱ μὴ βαδίζοντες ἔξω τῆς εὐθείας ὁδοῦ· καὶ θαυμαζόμεθα παρὰ πάντων, οἱ τοῦ δικαίου ἐπιμελούμενοι· ὅτι ἀναγκαίως καὶ ὠφελίμως ἅπαντα πράττοντες, τοσούτων ἀγαθῶν καταξιούμεθα.

ipsis enim templi ædificationem ostendentibus, respondit: *Amen dico vobis, non* * *manebit lapis super lapidem in loco hoc, qui non destruatur.* CATENA PATRVM. Matt. 24. 2. * Vulgata relinquetur hic

11. LÆTABITVR IVSTVS IN DOMINO.] ATHANASII. Nobis autem, inquit, erit in te lætitia, in quo & speramus, per quem & liberationem malorum accipimus.

THEODORI. Errore refutato, iustus lætabitur in Deo, videns eos homines qui olim aberrauerant annuntiare opera Dei, & notitiam habentes facinorum eius: atque insuper adhuc magis in Domino sperabit, in quo lætabatur; ita vt deinceps laudentur soli illi, qui rectum habent cor, in actiua & contemplatiua vita. *Recti Domino laudant.*

ORIGENIS. Recti corde sunt hi qui ex Gentibus crediderunt: illi ipsi quoque iusti sunt, vtpote fide iustificati: recti verò, vt qui doctrinæ de Deo nullum ampliùs idolorum errorem admisceant, quod Iudæi non rarò fecisse videntur. Hi igitur lætabuntur tamquam seduli ac strenui, & qui negligentium atque otiosorum hereditatem lucrati sint.

ANONYMI. Qui à recta via non deflectunt, etiam ab hominibus gloriam consequentur: & omnibus admirationi erimus, si iustitiæ curam habuerimus: quoniam necessariò etiam vtiliter omnia facientes, tantis bonis digni efficimur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Argumentum. TITVLVS nil habet peculiare. Argumentum ferè idem est cum Psalmo præcedenti. Siquidem Græcorum canon est, Psalmos, qui nihil nouum habent in titulo, simile præcedenti continere argumentum. Aliqui hunc Psalmum de solo Dauide exponunt, qui liberari cupiat à persecutoribus: alij ad solum Christum referunt, cuius passio ex parte in hoc Psalmo describi videtur: sed nihil impedit, quò minùs de vtroque accipiatur, cùm Dauid sit figura Christi: imò etiam ad Martyres, vt membra Christi, extendi optimè potest.

2. *Exaudi Deus vocem meam.*] Ita S. Hieronymus cum Biblijs Regijs & Complutensibus: Græcè, Τῆς φωνῆς μου: quomodo habent plurimi Codices MS. Sixtina editio habet, τῆς προσευχῆς μου, *Orationem meam*, vti est in Vulgata & ceteris Latinis editionibus.

Cur Dauid non ab inimico, sed à timore inimici eripi postulet. IBIDEM. *A timore inimici eripe animam meam.*] Sed nónne breuiùs dixisset, Eripe ab inimico animam meam? Dixisset, sed alio sensu, qui Dauidicæ sapientiæ non congrueret. Cur enim ipse ab inimico, cum quo egregiè decertaret, eripi petijsset? Benè ergo *à timore inimici*: quòd vt homini ad perfectionem tendenti maximè expediat inimici tentationes & oppugnationes perferre; (marcet enim sine aduersario virtus;) ita inimicum oppugnantem, siue prælij difficultatem non timere maximè oportet. Ita Velasquez noster in Epist. ad Philippenses cap. 2. ver. 18. Expendit id ipsum acutè B. Bernardus Serm. 6. in Psal. 90. *Benè autem dicitur non timendum à timore nocturno, & non dicitur à nocte, quia non ipsa affectio tentatio est, sed magis timor ipsius: nam & omnes laboramus, cùm tamen non omnes inde tentemur, & qui tentantur multò magis futuræ pœnæ quàm præsentis dolore læduntur.* Cui etiam sententiæ ita disertè subscribit Seneca Epist. 13. *Plura sunt quæ nos terrent quàm premunt; & sæpiùs opinione quàm re laboramus.* Et post nonnulla, sumptâ similitudine à bello, quod

 sæpiùs

ANNOTATIONES CORDERII.

sæpiùs non tam reapse quàm rumore falso & clamoribus celebrato conflici solet, id ita consignat: *Plerumque suspicionibus laboramus, & audit nobis illa, quæ conficere bellum solet, fama, multò autem magis singulos conficit; ita est mi Luculi, citò accedimus opinioni, non coarguimus: illa quæ nos in metum adducunt nec excutimus, sed trepidamus, & sic vertimus terga, quemadmodum illi quos puluis motus, fuga pecorum exuit castris, aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit.* Benè igitur ait Dauid, non ab inimico, sed à timore inimici; nec à bello, sed à timore belli eripe me: quippe *peior est bello timor ipse belli.* S. Hilarius verò sic locum hunc exponit, ac si dixerit Psaltes, non ab inimico, siue à peccato solùm, sed ab ijs etiam ex quibus ipsummet timeri aliquâ ratione potest, deprecor me eripias: *Deus enim,* inquit, *non tunc tantùm orandus est, cùm quæ timentur ingruerint; sed timenda ea sunt, quæ cùm cœperint adesse, dominantur: & semper atque indefessis precibus orandus est, vt nos à timore eorum, quorum dominatum timemus, eripiat:* id est, ne in ea quamuis parua incidamus, ex quibus maiora timeri possunt.

3. *Protege me*] Græcè, Σκέπασόν με, quomodo habent plurimi Codices MS. cum Basilio, Theodoreto, Euthymio, Nicephoro: & congruit cum Hebræo תַּסְתִּירֵנִי *thasthirem*, quod S. Hieronymus vertit, *Abscunde me:* Sixtina, Ἐσκέπασας, *Protexisti*, quomodo Vulgata habet. Pulchrè sanctus Augustinus hunc versiculum Christo & Martyribus accommodat, dicens: *Iam ipsum caput nostrum intueamur: multi Martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput Martyrum: ibi meliùs intuemur quod illi experti sunt. Protectus est à multitudine malignantium, protegente se Deo, protegente carnem suam ipso Filio & homine quem gerebat; quia filius hominis est, & Filius Dei est: Filius Dei propter formam Dei; filius hominis propter formam serui, habens in potestate ponere animam suam, & recipere eam. Quid ei potuerunt facere inimici? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Intendite: Parum ergo erat Domino hortari Martyres verbo, nisi firmaret exemplo,* &c.

Christus se & Martyres protegit.

4. *Exacuerunt vt gladium linguas suas.*] Student nempe detractores & maledici huic rei, commentantur & meditantur, quâ ratione linguam exacuant & elimentneque linguam dumtaxat cuspidant vt ferramentum, sed vt *gladium:* gladius admodum acutus sit necesse est, qui medium secet hominem; lingua corpus animumque dissecat. Anceps gladius, venenata sica, peracutus pugio, penetrabile verutum, insidiosi dolones, recens nouacula, & præceps mordaxque lingua sibi simillima sunt. Addit Psalmographus, *Intenderunt arcum*, &c. Sicut enim arcus eminùs ferit, longè dissitis nocet; sic detractoris lingua absentibus imminet, & vel ad mille milliaria distantibus damnum infligit. Pulchrè autem hoc loco Dauid tamquam egregius pictor symbolorum diuinorum quamdam imaginem inducit, & repræsentare videtur nocturnum aliquem venatorem, qui arcum manu ferat chalybæum, & intentum, nigram autem ad latus pharetram sagittis plenam, non decisis auriferâ ex arbore, quam Poëtæ in via ad Acherontem ponunt, sed ab ipsis Erebi lucis, & è taxo mortifera decerptis: tum ad picturam hoc addit epigramma, *Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum:* quid intelligat per *arcum* ostendit, cùm addit *rem amaram:* S. Hieronymus legit, *verbum amarissimum*, secutus opinor Symmachum, qui non *rem*, sed λόγον, *sermonem* habet; & sic vertit, Ἐνέπλησαν τὸ τόξον αὐτῶν λόγῳ πικρῷ, *Impleuerunt arcum suum sermone amaro:* sed Vatablus ex Hebræo clarissimè, *Cum tensò arcu amara verba pro sagittis iaculantur, vt in absconditis innocentem feriant.* Has ergo sagittas Lernæo sanguine venenatas calumniatores mittunt *in occultis*, vel, vt vertit S. Hilarius, *in obscuro*; fictam personam induunt, verborum inuolucris & obiectâ velut nube malitiam suam inobscurant; hoc callidâ machinatione contendunt, ne videantur aliorum famam & honorem velle minuere: ita feriunt & lacerant in obscuro. Quare Synesius Epist. 44. cùm hoc ipsum vitium insequitur, obtrectatores ait κρύφιον ἐξ ἀφανοῦς, *ex obscuro vulnus infligere.* Quo in loco vir doctissimus meo iudicio respicit ad Thucididiam narrationem, quàm etiam attulit Themistius oratione quartâ, cùm de suis calumniatoribus queritur: *Illi,* inquit, *occultè in me iacula sua contorquent, velut olim Platænses, cùm ex obsidione noctu fugerent, in Peloponnesios cum facibus insequentes tela è tenebris coniiciebant.* Totum hoc de insidijs Iudæorum pulchrè sic exponit S. Augustinus: *Non dicant,* inquit, *Iudæi, Non occidimus Christum: etenim propterea eum dederunt iudici Pilato, vt quasi ipsi à morte eius viderentur immunes.* Et post pauca: *Sed ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi: & quasi ipse occidit, & vos ô Iudæi occidistis: vnde occidistis? Gladio linguæ: acuistis enim linguas vestras. Et quando percussistis, nisi quando clamastis; Crucifige, crucifige? Intenderunt arcum rem amaram. Arcum dicit insidias. Qui enim gladio cominùs pugnat, apertè pugnat: qui sagittam mittit fallit, vt feriat.* Sic ille. Pergit porrò in descriptione illorum Psalmographus.

Thucid. lib. 3.

Iudæi dolis & insidijs Christum occiderunt.

Detractores exacuunt linguam vt gladium.

In occulto sagittant immaculatos.

6. *Firmauerunt sibi sermonem nequam.*] Veluti minitantes feroces tauri, cùm ad iram proritantur, frontem corrugant, furiosos oculos in hostem defigunt, hunc sibi destinant, in hunc vnum omnes impetus collineant; ita detractores perfrictâ fronte, perrasâ conscientiâ, ore ferreo pergunt euomere quod animo conceperunt, & Christi de charitate legem audacissimè conculcant. Hæc detractorum lingua titulum sibi arrogat, qui est proprius mortis, *Nemini parco;* sacros, politicos, notos, ignotos, probos, improbos, religiosos, profanos, amicos, inimicos iuxta habeo. Nescit vlli parcere detractor, non adeò patri ac matri. Quid? quòd voluptatum illi quoddam genus sit obloqui; & maledicere inter beneficia ponat; ac inter ingenij felicitates numeret, inuenire quod in alio reprehendat, & inter acumina censeat reperire & enarrare quod nusquam est. Adhuc ampliùs malignum ipsorum ingenium exaggerans subdit:

Detractores firmant sermonem nequam.

IBIDEM. *Narrauerunt vt absconderent laqueos*] S. Paulinus Epist. 11. vertit, *Disputauerunt vt absconderent laqueos.* tum subdit: *Quia in hoc omnis ars Philosophorum laborat, vt assertione fallorum lucem veritatis obscuret, & mentem contentionum laqueis sollicitatus à vero*

Sophistica laqueis similis.

mentem

mentem implicet, & ingenij fraude decipiat. vbi laqueos vocat enthymemata sophismata, *λλα-μίνας παρέτας*, mendaciorum aceruos, quibus malè & impiè excogitata roborantur: hinc factum vt sancti omnes captiosum illud Philosophiæ genus studiosè vitarent. Ceterùm vbi nos habemus, *vt absconderent laqueos*, S. Augustinus legit *muscipulas*; quæ nimirum oblectantem escam demonstrantes incautos capiunt: vnde ipsi laqueis ad hunc modum instructis dicebant, *Quis videbit eos?* ac si dixerint: Quis deprehendet malum nos ei inferre velle, cui ad speciem prospicere & consulere, imò & laudare videmur? Graphicè nobis detractorum mores describit, quos ita depingit S. Bernardus Serm. 24. in Cant. *Alij*, inquit, *quadam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sicque quadam cum grauitate & tarditate, vultu mæsto, demissis superciliis, & voce plangente egredi maledictionem, & quidem tantò persuasibiliorem, quantò creditur ab ijs qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè proferri: Doleo, inquit, vehementer pro eo quòd diligo eum satis, & numquam potui de hac re corrigere eum.* Pergit deinde Bernardus, & nouum fucum siue humanitatis velamentum reuelat: *Et alius, Mihi quidem, ait, benè compertum fuerat de illo istud, sed per me numquam innotuisset: at quoniam per alterum patefacta est res, veritatem negare non possum: dolens dico, Reuerà ita est: & addit, Grande damnum: nam aliàs quidem in pluribus valet; ceterùm in hac parte (vt verum fatear) excusari nequaquam potest.* Vide plura de detractorum moribus ad Psal. 10. ver. 2. & Psal. 56. ver. 5.

Detractorum laquei & muscipula quænam.

8. *Accedet homo & cor altum.*] Apud Latinos ferè habetur *ad cor*: apud S Augustinum vtroque modo: Aquila, Ἔγγιζων ἀνδρὸς, καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ βαλεῖ αὐτοὺς ὁ Θεὸς βέλει [illegible] ἐγένοντο πληγαὶ αὐτῶν, καὶ [illegible] αὐτὴν ἐπ' αὐτοὺς ἡ γλῶσσα αὐτῶν, *Intimum viri, & cor profundum, & insequetur eos Deus: sagittæ subitò fuerunt plagæ eorum, & impingere fecerunt eam in semetipsos lingua ipsorum*: Symmachus, Ἐξ [illegible] βάθος καρδίας· [illegible] αὐτοὺς ὁ Θεὸς βέλει αἰφνιδίῳ ἔσονται· αἱ πληγαὶ αὐτῶν· καὶ [illegible] καθ' ἑαυτῶν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, *Ex intimis vnusquisque cordis profundi: sagittabit igitur illos Deus sagittâ repentinâ: erunt plagæ eorum: & corruent contra seipsos linguis suis*: Theodotion, [illegible] ἀνδρὸς καὶ καρδία βαθεῖα, [illegible] αὐτοὺς ὁ Θεὸς, *Mens viri, & cor profundum, sagittabit eos Deus.* Pulchrè iterùm ad hunc locum S. Augustinus: *Accessit*, inquit, *homo ad cor altum, id est, cor secretum; obijciens aspectibus humanis hominem, seruans intus Deum, celans formam Dei, in qua æqualis est Patri, & offerens formam serui, quâ minor est Patre. Occiditur homo, & exaltatur Deus: quod enim occisus est, ex infirmitate humana fuit; quòd resurrexit & ascendit, ex potestate diuina. Accedat homo ad cor altum, cor secretum, cor abditum; non ostendens quod nosset, non ostendens quid esset, illi putantes hoc totum esse quod videbatur, accidunt hominem in corde alto, & exaltetur Deus in corde diuino: potentiâ enim maiestatis suæ exaltatus est: & quo inde exaltatus? vnde non recessit humiliatus, &c.*

Quomodo Christus ascenderit ad cor altum.

Mysticè, homo perfectionem possidens non permanet in corde vili & abiecto, cui passiones dominantur, nec ab illis se lædi & conculcari permittit: nec etiam manere vult in eo corde, quod quasi in medio est, cùm scilicet regitur per rationem, & ambulat super aspidem & basiliscum affectuum suorum commorantium in corde humili seu abiecto, & conculcat leonem ac draconem: sed accedit ad cor altum, in quo regnat intelligentia & simplex cælestium rerum aspectus, & ibi exaltatur Deus, & altus in homine atque excelsus ostenditur. Ad istud cor accedes, ô homo, si domum contemplationis cupis, ad cor purum, cor virtutibus decoratum, cor contemptu rerum visibilium refertum: in isto autem corde Deum magnificum recum, & in donis erogandis non tantùm largum, sed veluti profusum inuenies.

ANNOTATIONES CORDERII.

Homo perfectus ad cor altum ascendit.

IBIDEM. *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.*] Hebraicè est, *sagitta repentina.* Hunc locum quidam actiuè, quidam verò passiuè interpretantur. Actiuè hunc sensum habent verba: Plagæ, quas murmuratores suis linguis inferunt, nullius momenti sunt, neque vulnus infligunt, sed instar puerorum sunt, qui præ imbecillitate contorquere tela non valent, nec vulnus efficiunt. Meliùs tamen verba passiuè accipiuntur, & hunc sensum efficiunt: *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum*; id est, quæ in alios mittebant, in ipsos recadebant obtrectatores: quod non rarò pueris euenire solet, dum nec valent nec sciunt tela iaculari. Locum hunc de hæreticis intelligit S. Hieronymus: armantur isti contra Romanam Catholicam Christi Ecclesiam, sed in rupem mittunt sagittas: & quænam sunt istæ sagittæ? scilicet paruulorum. Rectè animaduertit S. Augustinus, *Nostis*, inquiens, *quemadmodum sibi faciunt de cannis sagittas infantes, quid feriunt, aut vnde feriunt? quæ manus, aut quod telum? quæ arma, aut quæ membra?* &c. Intelligit de Iudæis, qui quidem patres sunt hæreticorum. Vtraque autem cohors tartarea sic Dei Ecclesiam impugnat, vti puerulí arundinea iacula in saxum immobile ex arundineis similiter iaceret balistis. Puerulí sunt ad bellandum & impugnandum infirmi, & quidem puerilitér armati: quibus nimirum nec vires nec tela suppetunt ad debellandum. Persistit igitur & persistet immobilis Romana Ecclesia; at hæreses tempore ipso disparent omnes: permultarum enim, quæ prioribus ætatibus deseruerant, vix vlla memoria modò ac nomen habetur. Viget Petrus, Petrique successores Christi nauem gubernant; at hæresum magistri omnes ad vnum in salo fluctuant ac demerguntur; quorum innumeri, qui aliquando deseuierant, iam nunc apud homines perpetuâ iacent obliuione consepulti. Hic idem tandem exitus etiam nostri temporis nouatores manet.

Catholica Ecclesia hæreticis inexpugnabilis.

Diu non durant hæreses.

9. *Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.*] Id est, seipsos suis iaculis percusserunt, & mala, quæ alijs inferre moliebantur, in auctores Deus retulit. Chaldæus vertit: *Et offendunt seipsos linguâ suâ.* Quasi multò magis offendantur iacientes conuitia, quàm patientes; imò hos contumeliæ prætereuolent, in illos relabantur. Lapidibus comparantur iusti in Scriptura multis locis; qualis est ille, *Lapides sancti eleuabuntur su-*

Maledici dum alios impetunt seipsos lædunt.

Zachar. 9, 16.

per

PARAPHRASIS ANONYMI.

per terram. Cuius rei, vt alias rationes interim omittam, illa satis est, quia, sicut

Qui lapides mordet gingiuam frangit in illis, (vt Persius canit) lapidibus interim illæsis; ita qui iustos carpunt, non tam illis quam sibi inferunt nocumentum. Vide in hanc sententiam plura superiùs ad Psal. 9. ver. 16. & ad Psal. 36. ver. 11. annotata.

IN PSALMVM LXIV. ARGVMENTVM.

1. In finem, Psalmus Dauid, Canticum Ieremiæ, & Ezechielis populo transmigrationis, * quando erant egressuri.

* *Vulgata cum recperent captiui.*

Neque textus Hebraicus sic habet, neque alij interpretes, neque Septuaginta in Hexaplo, sed quidam, vti verosimile est, sic inscripsit, ad sensum Psalmi minimè attentus. Ieremias enim non fuit particeps illius seruitutis, sed concessâ sibi electione viuendi vbi liberet, voluit in patria vitam agere. Sed neque sensus Psalmi conuenit ijs qui è seruitute egrediebantur, sed ijs qui in captiuitate viuebant: cùm enim procul essent à patria, & Deum ibi laudare prohiberentur, Deo supplicabant, beatos pronuntiantes eos qui redierant.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ, ᾠδὴ Ἱερεμίου, καὶ Ἰεζεκιὴλ τῷ λαῷ τῆς παροικίας, ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι.

Οὔτε τὸ Ἑβραϊκὸν οὕτως ἔχει, οὔτε οἱ ἄλλοι ἑρμηνευταί, οὔτε οἱ Ἑβδομήκοντα ἐν τῷ Ἑξαπλῷ, ἀλλά τις, ὡς ἔοικεν, οὕτως ἐπέγραψε, τῇ τοῦ ψαλμοῦ διανοίᾳ μὴ προσσχών. Οὐ γὰρ ἐκοινώνησε τῆς αἰχμαλωσίας Ἱερεμίας, ἀλλ' αἱρέσεως δοθείσης αὐτῷ οὗ βούλεται διάγειν, τὴν ἐν τῇ πατρίδι διαγωγὴν ᾑρετίσατο. ἀλλὰ καὶ ἡ διάνοια οὐ τοῖς ἐπανερχομένοις ἁρμόζοντα, ἀλλὰ τοῖς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ διάγουσι· πόῤῥω γὰρ διάγοντες, καὶ ὑμνεῖν ἐκεῖ τὸν Θεὸν κωλυόμενοι, ἱκέτευον τὸν Θεόν, μακαρίζοντες τοὺς ἐπανερχομένους.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Petunt reduci in Hierusalem, vt sacrificarent.

Dictum frequenter, quomodo lex nullibi permitteret sacrificium aut legalem cultum offerri Deo nisi Hierosolymis. Hoc igitur in principio Psalmi dicunt, Reduc nos ad locum vbi liceat nobis hymnos & solitas preces offerre tibi. vnde subiungunt:

β΄. ΣΟὶ πρέπει ὕμνος ὁ Θεὸς ἐν Σιών· καὶ σοὶ ἀποδοθήσεται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ.

Εἴρηται πολλάκις, ὅτι νόμος οὐδαμοῦ ἐπέτρεπεν θυσίαν προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ ἢ τὰς νομίμους λατρείας πλὴν ἐν Ἱερουσαλήμ. Τοῦτο οὖν ἐν ἀρχῇ τοῦ ψαλμοῦ φασιν, ὅτι ἐπανάγαγε ἡμᾶς ἔνθα ἔξεστιν ἡμῖν τοὺς ὕμνους σοι προσφέρειν καὶ τὰς συνήθεις εὐχάς. ὅθεν ἐπιφέρουσιν·

3. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Id est, Exaudi nos, & iube omnes redire. Ista enim verba *omnis caro* ex parte totum designant, id est, omnes nos.

γ΄. Εἰσάκουσον προσευχῆς μου· πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει.

Ἀντὶ τοῦ, ἐπάκουσον ἡμῶν, καὶ πάντας ἐπανελθεῖν κέλευσον. Τὸ γὰρ πᾶσα σὰρξ ἀπὸ τοῦ μέρους τὸ πᾶν λέγει, ἀντὶ τοῦ, πάντας ἡμᾶς.

4. Verba iniquorum præualuerunt super nos:

Non enim, inquit, tolerabiles sunt contumeliæ illorum qui de reditu nostro desperatè sentiunt.

δ΄. Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς·

Οὐ γάρ ἐστι, φησί, τοὺς ὀνειδισμοὺς φέρειν τῶν ἀπελπιζόντων ἡμῶν τὴν ἐπάνοδον.

Et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Καὶ ταῖς ἀσεβείαις ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ.

Οὐδ'

Οὐ δὲ γάρ, φησιν, ἐκεῖνοι ἴσασιν, ὅτι διὰ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν παιδευόμεθα· ἡμεῖς δὲ τοῦτο εἰδότες, παρά σου καὶ τὸν ἱλασμὸν προσδεχόμεθα, παρ᾽ οὗ καὶ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι ἔχομεν.

Non enim, inquit, sciunt illi, quòd propter impietates nostras castigemur: nos autem cùm hoc sciamus, etiam à te propitiationem expectamus, à quo etiam in captiuitatem traditi sumus. PARAPHRASIS ANONYMI.

ε΄. Μακάριος, ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου·

5. Beatus, quem elegisti, & assumpsisti:

Ποίησον οὖν ἡμᾶς μακαριστοὺς ἀντὶ τῶν ὀνειδισμῶν ὧν ὑπεμείναμεν· γενήσεθα δὲ μακαριστοί, εἰ πάλιν ἐπὶ τὰς αὐλὰς τὰς σὰς ἐπανέλθοιμεν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Fac igitur vt beatificemur pro contumelijs quas sustinuimus: erimus autem beati prædicandi, si iterùm in atria tua redierimus. vnde subdit:

Κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου.

Inhabitabit in atrijs tuis.

Τότε, φησί, παντὸς πληρωθησόμεθα ἀγαθοῦ· τοῦτο γὰρ ὁ ἑξῆς στίχος σημαίνει.

Tunc, inquit, omni bono replendi sumus: hoc enim sequens versiculus indicat.

Πλησθησόμεθα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ οἴκου σου·

Replebimur in bonis domus tuæ:

Εἶτα ἀπὸ τῆς ἄγαν μνήμης, ὥσπερ εἰς θέαν αὐτοῦ ἁρπασθέντες τοῦ ναοῦ, βοῶσιν·

Deinde à vehementi recordatione, quasi in ipsius templi aspectum rapti, exclamant:

Ἅγιος ὁ ναός σου,

ς΄. Θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ.

Τί οὖν;

Sanctum est templum tuum,

6. Mirabile in * iustitia. * Vulgata æquitate.

Quid tum?

Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν.

Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.

Εἰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ηὐδόκησας προσκυνεῖσθαι, φησίν, ἀλλὰ πανταχοῦ ὑπάρχεις τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπί σε, καὶ πόρρωθεν ὄντων ἡμῶν ἐπάκουσον· οὐ γὰρ ἔξω ἐσμὲν τῶν περάτων τῆς γῆς, ἃ καὶ αὐτὸς συνέχεις, καὶ περισφίγγεις. ὅθεν ἐπιφέρει·

Etsi enim, inquit, placuerit tibi vt Hierosolymis adoraretis; attamen cùm vbique terrarum adsis sperantibus in te, etiam nos procul existentes exaudi: non enim sumus extra fines terræ, quos ipse contines, & constringis. vnde subdit: Deus vbique præsens est.

ζ΄. Ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ·

7. Præparans montes in virtute tua, accinctus * in potentiâ: * Vulgatâ accinctus in

Τὸ ἑτοιμάζων πανταχοῦ ἑδράζων λέγει. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι ὁ τὴν θάλασσαν συνέχων, καὶ τὰ ὄρη ἑδράζων, πανταχοῦ ἱκανῶς δεομένων ἐπάκουσον. καὶ καλῶς περιεζωσμένος εἶπεν ἐν δυναστείᾳ, ἵνα δείξῃ ὅτι πανταχοῦ ὢν, τῇ δυνάμει τῇ οἰκείᾳ τὰ πάντα περιζώννυται.

Hanc vocem *præparans* vbique pro *firmans* dicit. Vult igitur dicere: q. d. Qui mare contines, & montes stabilis, vbique affatim rogantes exaudi. Et pulchrè dixit *accinctus potentiâ*, vt ostendat, quòd cùm vbique sit, etiam propriâ virtute cuncta circumcingat. Deus omnia continet virtute sua.

η΄. Ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, ἤχους κυμάτων αὐτῆς, τίς ὑποστήσεται;

8. Qui conturbas * fundum maris, * sonos fluctuum eius, * quis sustinebit? * Vulgata profundum * Vulgata sonum * Vulgata autem

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἐπὶ σοὶ κεῖται τὸ εἰρηνεῦσαι τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ τιμωρήσασθαι Βαβυλωνίους καὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ὡς γὰρ ἐν σοί ἐστι κινῆσαι τὴν θάλασσαν, καὶ τοὺς ἤχους τῶν κυμάτων

Vult dicere, quòd in tua potestate positum sit res nostras pacificare, & Babylonios atque omnes Gentes punire. Quemadmodum enim in te est mouere mare, & sonis fluctuum eius

PARAPHRASIS ANONYMI. eius nauigantes percellere, sic etiam in te est etiam superare Gentes, quando volueris, & supplicijs ipsos afficere, prout vis. vnde subiungit:

9. Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis:

Signa Dei toti orbi conspicua. Signa eius modò vocat mirabilia supplicia; qualia in Ægypto facta sunt: etenim illa per totum orbem celebria euaserunt, iuxta *Psal. 96,4.* dictum istud, *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ*; fulgura etiam ibi supplicia appellans, nempe subiungit, *Commota est, & contremuit terra*: sic etiam hic ait, fieri posse, vt omnes orbis incolæ sentiant miracula suppliciorum, si Deus voluerit.

Exitus matutini & vesperæ delectabis.

Exitus matutini vocat Orientem, vesperam verò Occidentem. *Deus omnia largitur.* Vult igitur dicere, quòd sicut potes punire illos qui fines terræ incolunt; ita etiam vicissim omnes ab ortu solis vsque ad occasum exhilarare possis. Delectationem enim vocat lætitiam. Et quòd hæc ita se habeant patet ex eo, quòd ipsemet totam terram potans fertilem illam efficias, quando vis. Ad vniuersum enim sermonem habet. vnde subiungit:

10. Visitasti terram, & inebriasti eam.:

Largitur omnes fructus. Istud *visitasti* mutatum est secundùm tempus. Vult enim dicere, quòd quando terram visitas, & pluuias largiris, ipsam quodammodò inebries, & diuitem efficias. Idcircò enim subiungit:

Multiplicasti locupletare eam..

Id est, Et multiplicas diuitias eius quando vis.

Flumen Dei repletum est aquis,

Non vnum quemdam fluuium propriè dicit, sed figuratè vult dicere, quòd quando volueris ita vniuersæ terræ fertilitatem augeas, vt fluuij, quando cupis, exundent.

** Vulgata Parasti* ** Vulgata eam.* * Præparasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio* tua.

ἀποπλῆξαι τοὺς πλωτῆρας, οὕτως ἔξεστί σοι ἐξεῖ καὶ κρατῆσαι τὰ ἔθνη, ὅτε βούλει, καὶ τιμωρίαις αὐτοὺς περιβάλλειν, ὡς ἂν ἐθέλεις. ὅθεν ἐπιφέρει·

θ΄. Ταραχθήσονται τὰ ἔθνη, καὶ φοβηθήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν σημείων σου.

Σημεῖα αὐτοῦ νῦν καλεῖ τὰ ἐπὶ ταῖς τιμωρίαις θαύματα· οἷα ἐγένετο ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ γὰρ ἐκεῖνα διήκουσαν ἐπιδόξως τῇ οἰκουμένῃ, κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ· ἀστραπὰς καλῶν τὰς τιμωρίας λέγων, ἐπειδὴ ἐπάγει, Ἐσαλεύθη, καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα λέγει· ὡς δυνατὸν εἶναι, τοὺς ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ αἰσθέσθαι τῶν ἐπὶ ταῖς τιμωρίαις θαυμάτων, εἰ βούλεται θεός.

Ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις.

Ἐξόδους πρωΐας τὰς ἀνατολὰς λέγει, ἑσπέρας τὴν δύσιν. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ δὴ τιμωρήσασθαι δύνασαι τοὺς τὰ πέρατα οἰκοῦντας· οὕτως πάλιν καὶ εὐφραίνειν πάντας ἀπὸ ἀνατολῆς ἕως δυσμῶν. Τέρψιν γὰρ καλεῖ τὴν εὐφροσύνην. Καὶ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, δῆλον ἀφ' ὧν πᾶσαν τὴν γῆν αὐτὸς ποτίζων, εὐθηνοῦσαν ποιεῖς, ὅτε βούλει. ἐπὶ τὸ καθόλου γὰρ τὸν λόγον ἄγει. ὅθεν ἐπιφέρει·

ι΄. Ἐπεσκέψω τὴν γῆν, καὶ ἐμέθυσας αὐτήν·

Τὸ ἐπεσκέψω ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὅταν ἐπισκέψῃ τὴν γῆν, καὶ τοὺς ὑετοὺς χαρίζῃ, τρόπον τινὰ μεθύσκεις αὐτὴν, καὶ πλουσίαν ἀπεργάζῃ. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπιφέρει·

Ἐπλήθυνας τοῦ πλουτῆσαι αὐτήν.

Ἀντὶ τοῦ, καὶ πληθύνεις τὸν πλοῦτον αὐτῆς ὅτε θέλεις.

Ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων,

Οὐχ ἕνα ποταμὸν λέγει τινὰ ἰδικῶς, ἀλλὰ τροπικῶς βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ὅτε θέλεις, οὕτως τῆς γῆς τὴν εὐθηνίαν πάσης αὔξεις, ὡς τοὺς ποταμοὺς, ὅτε βούλει, πλημμυρεῖν.

Ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν· ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία σου.

Ποιεῖ

Πάντα δὲ τοῦτο, φησι, ποιεῖς, ἵνα βεβαιώσῃς πᾶσι τοῖς ἐν τῇ γῇ τὰς τροφάς, ἀντὶ τοῦ πετεινοῖς, τετράποσιν, ἰχθύσιν, ἀνθρώποις καὶ πᾶσι τοῖς κτίσμασί σου γεγονόσι. Τούτοις, φησὶν, ὥσπερ οἷόν τινα ποταμόν τινα χορηγεῖς τῶν ἀγαθῶν, εἰς τὸ πάντας ἐμπλησθῆναι καὶ ἀπολαῦσαι τῆς σῆς δωρεᾶς.

ια΄. Τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς·

Πάλιν τὸ μέθυσον ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι μεθύσκεις αὐτῆς τὰς αὔλακας ὅτε βούλει, ἵνα πληθυνθῶσιν αὐτῆς πανταχόθεν τὰ ἀγαθά.

Ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλουσα.

Τοῦτο θέλει εἰπεῖν, ἐν γὰρ ταῖς σταγόσι ταῖς ἀπὸ τῶν ὑετῶν ταῖς φερομέναις ἐπ' αὐτὴν ἀνατέλλει τοὺς καρποὺς οἷον χαίρουσα· ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς, τουτέστιν ἐν ταῖς σταγόσι ταῖς φερομέναις ἐπ' αὐτήν.

ιβ΄. Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου·

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, πάντα τὸν ἐνιαυτὸν, ὅτε βούλει, χρηστότητος πληροῖς καὶ εὐθηνίας· σοῦ γὰρ θέλοντος διατάττονται αἱ ὧραι τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀσύγχυτα ἐπιδίδονται.

Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος.

Τότε, φησι, καὶ αἱ πεδιάδες πᾶσαι πληροῦνται ἀρδείας τινὸς καὶ εὐθηνίας. Ἄχρι τούτου εἰπὼν ὅτι πάντα δύνασαι, μεταφέρει λοιπὸν τὸν λόγον ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνεγείρεσθαι. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιγ΄. Πιανθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου· καὶ ἀγαλλίασιν οἱ βουνοὶ περιζώσονται.

Ἔρημον δὲ καλεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς τότε ἔρημον οὖσαν. Αὐτὸς οὖν, φησι, δέσποτα, ὁ τὰ πάντα πληρῶν πιότητος καὶ εὐφροσύνης, πλήρωσον τὰ ὄρη τῆς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοὺς βουνοὺς αὐτῆς περίζωσον εὐθηνίαν.

ιδ΄. Ἐνεδύσαντο οἱ κριοὶ τῶν προβάτων,

Ἵνα, φησὶ, καὶ τὰ ποίμνια πάλιν αὐτῆς ἐνδύσωνται τὰ ἔρια ἐκ τῆς καὶ τῆς βοσκῆς εὐθηνίας. Τὸ γὰρ ἐνεδύσαντο πάλιν ἀντὶ τοῦ ἐνδύσονται λέγει, τουτέστι, κομήσουσι κατὰ τὴν συνήθειαν.

Hoc autem, inquit, facis, vt omnibus qui in terra sunt cibos stabilias, scilicet volucribus, quadrupedibus, piscibus, hominibus & omnibus creaturis tuis: Istis, inquit, omnibus quasi fluuium quemdam suppeditas bonorum, vt omnes repleantur & fruantur donis tuis. PARAPHRASIS ANONYMI. Deus omnia alit.

11. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius:

Rursus istud *inebria* mutatum est secundùm tempus. Vult enim dicere, Quòd inebries eius riuos quando volueris, vt vndique eius bona multiplicentur.

In stillicidijs eius lætabitur germinans.

Hoc vult dicere, nimirum, quòd in guttis super ipsam è pluuia delatis quasi lætabunda fructus germinet; *in stillicidijs* igitur *eius*, id est, in stillicidijs super ipsam decidentibus. *Omnis vigor & fecunditas.*

12. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:

Et breuiter, inquit, dicendo, annum vniuersum, quando volueris, imples benignitate & fertilitate: pro tuo enim placito ritè ordinantur anni tempestates, & inconfusa hominibus bona largiuntur.

Et campi tui replebuntur vbertate.

Tunc, inquit, etiam campi omnes replentur quadam irrigatione atque vbertate. Cùm hactenus dixisset te omnia posse, deinceps transfert sermonem ad Hierosolymam erigendam. vnde subdit:

13. Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.

Desertum vocat Hierosolymam, vtpote tunc suis incolis destitutam. Ipse igitur, inquit, Domine, qui omnia reples vbertate ac lætitiâ, imple montes Hierusalem, & colles eius fertilitate circunda.

14. Induti sunt arietes ouium,

Vt, inquit, etiam greges eius iterùm vellera sua induant ex pascui vbertate. Istud enim *induti sunt* rursum dicit pro *induentur*, id est, pro consuetudine comam nutrient.

COMMENTARIVS HERACLEOTA.

Et valles abundabunt frumento:

Quando, inquit, valles maximè spicis suis exhibebunt diuitias, tunc vtique

Clamabunt, etenim hymnum dicent.

Hoc dicit, quòd nimirum vel ipse populus clamabit hymnos tibi adferens; vel ipsimet arietes, vbertatem quodammodò eructantes hymnos tibi offerre videbuntur, vtpote saturati.

Καὶ αἱ κοιλάδες (ἐν) πληθυνοῦσι σῖτον·

Ὅτι, φησὶν, αἱ κοιλάδες μάλιστα ταῖς ἀσταχύσιν ἐνδείξονται τὸν πλοῦτον, τότε γὰρ

Κεκράξονται, καὶ γὰρ ὑμνήσουσι.

Τοῦτο λέγει, ὅτι ὁ λαὸς ἀνακεκράξεται ὕμνους ἀναπέμπων σοι· ἢ αὐτοὶ οἱ κριοὶ τρόπον τινὰ ἐρευγόμενοι τὴν εὐθηνίαν δόξουσιν ὕμνους σοι προσφέρειν, ὡς κορεσθέντες.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Reditum videntes, vt Deum laudant.

2. TE DECET HYMNVS DEVS.] Hæc verba in Babylone commorantibus accommodata sunt, qui ob reditum gaudentes hunc hymnum Deo offerebant. Quoniam reduxisti nos, hinc licet nobis hymnos & solitas preces tibi offerre. Prædictum enim, quòd non permitterentur canere in terra aliena. vnde subiungit: *Exaudi orationem meam*: id est, exaudi nos, & omnes nos iube redire. Sciendum hoc apertè vaticinationem de vera Dei cognitione, quam Gentes habituræ sunt, continere. Nam nunc, inquit, vt nos reditum consequamur, supplicamus, vtque in consecrato tibi templo hymnum afferamus. Paulò verò post tota hominum natura ab errore liberata ad te accurret. Ista enim verba, *omnis caro*, id est, omnis homo.

4 VERBA INIQVORVM PRÆVALVERVNT.] Id est, impotentes nos fecerunt. Vnde Symmachus, *Oppresserunt me* dixit, *siue* iniquis hominibus seruire coactus sum. Deinde seruitutis causam edocens ait, *Et impietatibus nostris tu propitiaberis*. Non iniustè, inquit, ad seruiendum condemnatus sum, sed ob antiquam impietatem audacter à me patratam, à qua per clementiam tuam postulo liberari. Hinc beatam pronunciant vitam quæ in patria transigitur, quippe quæ sit magistra & conciliatrix pietatis. Vel *verba iniquorum* vocat sapientiam sapientum huius sæculi, per quam etiam remissiores facti sunt, à vera notitia excidentes.

Prærogatiua Iudæorum præ cæteris Gentibus.

2. *Te decet hymnus Deus in Sion.*] Hic hymnus nihil est aliud quàm reuerentiæ & verecundi animi silentium : vnde S. Hieronymus vertit ex Hebræo, *Tibi silentium laus Deus in Sion*; vt nimirum intelligamus eximium esse quoddam laudis genus animi silentium, numen tacitè & demissè venerantis; scilicet hoc oritur vel ex profundissima humilitate & reuerentia immensæ Dei Maiestatis, coram qua loqui non audet; vel etiam ex efficacia diuini raptus, qui potentiis silere facit, vt attentè audiant arcana verba quæ non licet homini loqui : quo sensu, mysticè dicitur *factum esse silentium in cælo quasi mediâ horâ*; id est in anima ad cælum rapta, cuius conuersatio in cælo est, factum est Dei virtute silentium internum, quo attentiùs & subtiliùs audiret Deum loquentem in illa quæ ad pacem sunt, mirabilia de scipso, aut de sua lege, operibus vel iudicijs reuelantem. Pulchrè ad hoc propositum D. Gregorius Hom. 14. in Ezechielem; *Silentium, inquit, fit in cælo, cùm terrenorum actuum strepitus quiescit à cogitatione, vt ad secretum internum aures animus apponat.* Hoc autem silentium durat tantùm mediâ horâ; nam integra hora, quæ plenitudinem cognitionis & durationis significat, alteri vitæ referuntur; in hac verò pars aliqua tantùm prælibatur, breuior aut longior, maior aut minor, pro beneplacito Dei, qui hoc silentium indicit. Itaque pictam & expressam olim fuisse in templis silentij imaginem auctor est S. Chrysostomus. Atque in id maximè incubuerunt doctissimis suis monumentis Patres & quotidianis monitionibus Hierarchæ pijque Antistites, qui feliciter moderati sunt religionem, vt Christianam illam taciturnitatem omnes in templum deferrent; vti pluribus ostendit Cassius noster Mystagogi lib. 3. cap. 12. sect. 2. Hinc quoque Propheta Zacharias monet; *Sileat omnis*

Silentium quid [illegible]

1. Cor. 12, 4. Apoc. 8, 1.

In templis [illegible] silentium.

Zach. 2.

[illegible] omnis caro à facie Domini, vt non modò tacitis [illegible] verum etiam ho- [illegible] Deum praesentem [illegible] & totius corpo- [illegible] venereremur. Porrò Sion & Hierusa- [illegible] Ecclesiam Dei significat; extra quam neque Deus ritè colitur, neque vllum votum Deo gratum est & acceptum. Per Sion quoque anima Deo deuota intelligi potest, quae reuerà viuum templum Domini est, & quasi acceptum beneficiorum [illegible] laudat autem Deum tunc perfectissimè [illegible] laudes eius admirando & tacendo [illegible] votum reddit, cùm se totam [illegible] & verum holocaustum effi- [illegible] silentio Deus summè laudabilis [illegible] ideò mens non laudat, quia [illegible] qui laudandus esset, limitatis [illegible] obsisteret: ideò non petit, quia [illegible] prouidentia nobis benignissimè [illegible] nihil tunc petendum occurrit: ideò [illegible] quia illum Dominum se per timu- [illegible] magis silentio quàm verborum [illegible] veneratur. De hoc diuino mystico- [illegible] vide S. Dionysium Areopagitam [illegible] nominibus cap. 11. §. 1. & My- [illegible] Theologiae cap. 1. §. 1. & vtrobique no- [illegible] tationes, item R. P. Aluarum de Paz [illegible] lib. 5. cap. 5. Ceterùm ad litteram [illegible] exprimere voluit Propheta Dei bonitatem sic in Ecclesia fulgere, vt meritò illic [illegible] dicetur. Eodem pertinet alterum membrum, [illegible] de voti redditione agitur: sic enim gratitu- [illegible] promittit in populi nomine, vt tamen [illegible] significet semper nouum fore argumentum testandae celebrandaeque Dei bonitatis, [illegible] non deerit in Ecclesiam assiduo fauore [illegible] qui. Nec minùs notatu dignum est quod [illegible] ideò tamen omnem ad Deum ven- [illegible] turam.

4 *Verba iniquorum praeualuerunt super nos.*] Symmachus, [illegible] *Ser-mones [illegible] quorum subiecerant & oppresserunt me:* Aquila, [illegible] *Roborati sunt prae* [illegible] Quinta editio, [illegible] S. Hieronymus, *Verba iniquitatum inualuerunt super me*: hoc est, *ipsae iniquitates* (nam verba pro factis saepè accipiuntur) inualuerunt adeò vt vires nostras superent: in Hebraeo enim est דברי עונת *dibre auonoth*, id est, *iniquitates & prauitates*, pro iniquis & prauis. Quare non tantùm (inquit Lorinus) exponi potest oratio maledica & blasphema impiorum & iniquorum, apud quos captiui erant Hebraei, vt Euthymio placet ac Nicephoro, Basilio, Theodoreto, & iuxta sensum mysticum Augustino, sed ipsaemet Hebraeorum iniquitates atque impietates, ob quas captiuitatem patiebantur, quomodo *sermo Vrias* dicitur negotium pertinens ad illum. Non itaque conqueritur Propheta populum falsis calumnijs grauari, sed simpliciter fatetur iniquitates esse obstaculo, quò minùs Deus pro more facilem se & humanum Iudaeis exhibeat. Conuenit autem hic locus cum illo Isaiae, *Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat; neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat: sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Eodem itaque sensu, quòd Deus, qui suos liberaliter iuuare solet, immò comiter & blandè ad se inuitat, manum suam ad tempus mu-

hat, huius mali culpam suis [illegible] populi impurat Dauid. Hanc verò [illegible] sententiam peccatis anno- non vt se & alios prohiberet ab orandi interius, ratio- sed potiùs, vt supra obiter [illegible] emergeret, fiducia, nec cor- ex opposito reputat propter [illegible] esse Dei munus, quia peri- dare veniam peccatis, eaque expiare. Vnde subdit:

IBIDEM. *Et impietatibus* [illegible] Quomodo est in [illegible] *propitiaberis.*] Quomodo est in Vulgata nostra, *tu propitiaberis* [illegible] in Codicibus Graecis, Sixtina tamen editio [illegible] est in datiuo, & in plurimis accusatiuo, τὰς ἀσεβείας: quas [illegible] Septuaginta habent, *impietates nostras tu propitiaberis*. S. Hilarius vertit, *Impietatibus*. S. Augustinus vtroque modo legit.

5. *Beatus, quem elegisti & assumpsisti.*] Propriè accipiendo electionem (inquit Carthusianus) omnis electus assumitur: sic enim soli praedestinati dicuntur electi. Quandoque tamen electio communiter sumitur pro vocatione aliquorum ad gratiam, siue perducantur ad gloriam, siue non. Et ita non omnis electus assumitur; sicut de Iuda proditore ait Saluator: *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Ait itaque; Beatus est, quem elegisti ab aeterno, & assumpsisti in tempore, dando ei gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Elegit enim Christus (inquit Bernardus noster Tom. 2. lib. 10. cap. 29.) & assumpsit: ascendet tamen in caelestia atria: nam nisi assumat ille, assumpsit ipse humanitatem ad diuinum suppositum, vt assumeret homines in caelum; si mortem pro nobis non subijsset, quis nos in caelestia palatia assumpsisset?

Ioan. 6. 71.

Electio & assumptio quid.

Per Christum eligimur & assumimur.

IBIDEM. *Inhabitabit in atrijs tuis.*] Haec pars ita accipi potest, vt reddatur hic ratio, quare beatum dixerit eum, quem Deus elegerit: vnde S. Hieronymus vertit, *Habitabit enim in atrijs suis*: vel etiam vt sit vberior explicatio partis prioris, vti fit passim in Psalmis, & idem significet in atrijs habitare, quod à Deo assumi, &, vt in Hebraeo est, in societatem admitti, siue ad eum appropinquare.

IBIDEM. *Replebimur in bonis domus tuae.*] Quasi dicat: Vbi id Domine fuerimus consecuti, vt in sancta tua conuersatione viuamus, tunc non esuriemus, nec sitiemus, quasi cibo nostro vacui, sed domus tuae bonis replebimur: quae porrò sint ista bona, subiungit dicens, *Sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate*. q. d. Domus tua templum tuum est, vel illud caeleste, in quo ab Angelis & sanctis possideris; vel istud corpus humanum à vitijs expeditum, in quo sanctus affectibus adoraris: hoc templum tuum sanctum est, quia tibi consecratum, quia virtutum ac donorum varietate vestitum; hoc templum tuum iustitiae plenum est, in quo & tibi & proximis debitum redditur, & nihil ab aliquo per iniustitiam accipitur: ergo bona huius templi cui huius domus tuae virtutes sunt, siue illae, quibus quisque seipsum & sua interiora ordinat; siue illae, quibus proximis debita minimè denegat: his bonis replebimur & saturabimur, cùm secundùm leges spiritualis conuersationis viuemus. Aptè ad hoc propositum S. Augustinus; *Non dixit*, inquit, *templum sanctum tuum mirabile in columnis, mirabile in marmoribus, mirabile in tectis auratis, sed mirabile in iustitia*. Quare hoc? nisi vt intelligamus templum Dei sanctum, quod sumus nos, non de diuitijs, non de corporis, non de honoribus.

Quae sint bona domus Dei quibus ipsi repleamur.

Vera bona hominis in sanctitate & iustitia consistunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

ris aut pulchritudine aut robore, sed de virtute debere laudari; quia illa corpori seruiunt, virtutes verò illud, quo homines constituuntur, scilicet mentem, afficiunt. Ideoque [illegible] Deus ipse in omnibus & per omnia laudabilis, à sanctis Angelis de sanctitate laudatus est, qui clamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*; vt intelligeremus hanc esse suorum veram laudem, quòd virtute ac sanctitate præfulgeant.

Isaiæ 6, 3.

Nullis porrò impleri & saturari bonis possumus, quàm quæ magna domus pectoris Saluatoris nostri in [illegible] profudit. Neque sanctius vllum templum corde Christi nostri, in quo æternam sibi sedem fixit Sanctus sanctorum, Deus ipse. Et sanè omnino illud templum mirabile in æquitate; cùm æquitatis ac iustitiæ numeri omnes in hoc meritorum templo expleti fuerint. Satisfactum enim per Christi vulnera, quæ templa nobis sunt cælesti Patri in salutem omnium nostrûm sacrata, rigidissimæ diuinæ iustitiæ: & plus etiam erogatum quàm debebatur. In his templis altaria habes magni Dei; in quibus non vitulorum & taurorum sanguis, sed agni immaculati Christi funditur. Nec aliud hic sacrificium quàm ipse Agnus, quem semel cruentum, incruentum eundem Christiani sumunt.

Nullum templum sanctius corde Christi.

6. *Spes omnium finium terræ.*] Nota Deum in Scripturis, & potissimùm in Psalmis, spem nostram sæpenumerò vocari. Primò, quia ipse est summum bonum, quod supra omnia & præ omnibus bonis desideramus & speramus; ad quod cor nostrum & tota spes nostra vltimò anhelat. Secundò, quia ipse est, per cuius infinitam bonitatem, sapientiam & potentiam speramus, siue agatur de medijs, siue de vltimo fine: nemo enim præter illum potest nobis illa præstare: itaque ipse est spes nostra, & tamquam summum bonum quod speramus; & tamquam auctor & adiutor, cuius ope speramus obtinere. Specialiter autem Christus dicitur spes nostra ratione meritorum, per quæ confidimus nos omnia ad salutem necessaria & ipsam salutem obtenturos: sine quibus nulla spes salutis superest. Denique dicitur Deus *spes omnium finium terræ*, quia omnes nationes à Deo bona sua expectant, & ab illo petunt.

Quomodo Deus dicatur spes nostra.

IBIDEM. *Et in mari longè.*] Eos qui sunt in mari longè à Deo dissitos dicit, cùm tamen æquè à Deo distent atque illi qui sunt in terra. Vel si hic locus de sancto templo & terra promissionis intelligendus, longiùs à Palæstina distant, qui in terra habitant apud Hispanos, quàm qui Ioppen incolunt; quæ tamen ciuitas in mediterraneo mari sita est, neque multùm distat Hierosolymis. Quare igitur dicit longiùs distare eos qui habitant mare, quàm eos qui incolunt terram? S. Augustinus in hunc locum, per eos qui habitant terram, exponit eos qui priuatam vitam agunt; per eos verò qui sunt in mari, intelligit illos qui apud principes viros diuersantur. Neque immeritò familia Regis cum mari componitur, vbi amara sunt omnia, partim stabilia, & potentiores in pabulum expetunt tenuiores. Ergo hi qui in mari viuunt, longiùs à Deo distant, quia plerumque in maiora incidunt crimina. *Mare enim* (inquit S. Augustinus) *in figura dicitur saeculum, salsitate amarum, procellis turbulentum; vbi homines cupiditatibus peruersis & prauis facti sunt velut pisces inuicem se deuorantes, quomodo se inuicem opprimunt, & qui possunt deuorant.*

Longè sunt à Deo qui saecularibus negotijs implicantur.

7. *Præparans montes in virtute sua.*] Nota hic præparare idem esse quod firmare, corroborare, vt Theodoretus interpretatur; quare Symmachus vertit ἑδράζων, *firmans*; quòd montes sint naturâ suâ firmi atque immobiles: idque symbolum est constantiæ, quam Deus hominesque dilaudant. Quare cùm multa sint elogia, & clarissimorum hominum symbola, quæ [illegible] indicio adsciscunt [illegible] magnum aliquid [illegible] candum, hoc primo in loco lubens collo[illegible] ἕτοιμος, *paratus*. Huc spectat griphus ille [illegible] Prophetæ, Κράτησον ὀσφύος, *Tene lumbum*, [illegible] est in Vulgata, *Conforta lumbos*: vbi [illegible] *tenere lumbum* nihil esse aliud dicit, quàm [illegible] ἕτοιμον ἔχειν, *paratum esse* corporem omnem [illegible] nuti animi imbecillitatem abijcere, indui [illegible] constantiæ, alacritatem animo concipere, ad [illegible] ta vel agenda, vel patienda. Id ipsum hic [illegible] pheta Regius inculcans subdit, *Accinctus po*[illegible] *tiâ*: vbi Theodoretus, Quia, inquit, cinctu[illegible] agendum magis expeditus est, Zonam elegant[illegible] gurâ Dei virtutem nuncupauit. Per monte[illegible] tem Arnobius Apostolicos viros intelligit. E[illegible] ganter quoque D. Augustinus illud Vatis ora[illegible] culum illustrans, *Leuaui oculos meos in monte*[illegible] *Intelligimus*, inquit, *montes claros quosque o*[illegible] *magnos Ecclesiæ spiritales viros, magnos soliditate, non tumore*: vbi hoc postremum egregiè attumore esse oportere, qui firmantur à Deo, [illegible] nisque in libris celebrantur: nam tumidi montes, & arrogantiâ mentis inflati igneo telo numinis tanguntur, & fumigant, atque in cinerem vertuntur.

Nahum 1. [illegible] Nota [illegible] in Apostolos. Psal. [illegible]

8. *Qui conturbas fundum maris.*] Sic apud Isaiam ait: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius.* Verumque locum pulchrè moraliter exponit S. Gregorius lib. 7. Moral. cap. 7. *Ipse enim*, inquit, *est qui aliquando cor nostrum tentatione conturbat, & ad gloriam suam & vtilitatem nostram facit, vt sanet, & humiliat, vt ad magnitudinem perfectionis traducat: quis dubitet ipsum secundum corpus quidem in puppi super ceruical dormientem, & secundum diuinitatem vigilantem, sanam in mari tempestatem excitasse, vt discipuli ad ipsum accurrerent, & dormientis auxilium implorarent? vt etiam illos modicæ fidei argueret? & tandem, vt sedato mari homines ad stuporem & incredibilem admirationem moueret? Ita sæpè in nobis procellas tentationum venire permittit, & dum tentamur dormit; dum ploramus tacet; dum inuocamus obsurdescit; vt defectum nostræ fidei cognoscamus, & vt opportunè liberati, apud homines argumentum sua gloria simus.*

Isaiæ 51, 15. Deus nos videtur conturbare. Marci 4, 38.

9. *Timebunt qui habitant terminos à signis tuis.*] Non est dubium quin signa Dei appellet opera eius insignia & memoratu digna, quibus notas gloriæ suæ insculpsit. Nihil est quidem tam minutum vel contemptibile in cælo vel terra, quod non repræsentet nobis Dei gloriam; sed miraculis κατ' ἐξοχὴν tribuitur hoc nomen, quia in illis clariùs refulget Dei maiestas. Summa est, tam illustres fore Dei gratias erga Ecclesiam, vt ad reuerentiam & admirationem barbaras etiam gentes & longissimè remotas cogant.

Signa Dei propriè vocantur miracula.

IBI-

IBIDEM. Exitus [illegible] matutini & vespere delectabis.] Hoc [illegible] exponunt, ac si diceret, [illegible] ortu solis, lunæ & stellarum [illegible] exhibitam. Verùm cùm dicatur ad extremos [illegible] terræ angulos venturum esse Dei [illegible] videtur confesse [illegible], ac si diceret [illegible] prædicans, ac si [illegible] occasum solis non formidantem, [illegible] Deum, sed gaudij quoque [illegible] versus ab Aluaro nostro [illegible] lib. 2. p. 1. cap. 18. ita spiritaliter [illegible] Stupebunt iusti & timebunt [illegible] mirabilium tuorum, quia non [illegible] matutini, id est præmij, quod speratione perfundes, sed etiam exitus [illegible] mortificationis mitia, in quibus [illegible] exultatione complebis, vt sic [illegible] paternam benignitatem admira[illegible] imbecillitatis miseratus, medica[illegible] abnegationis insuaue melle dulcedinis [illegible] illinis.

[illegible] Visitasti terram, & inebriasti eam.] Hugo de S. Victore lib. de Claustro animæ [illegible]: Visitat, inquit, Deus & bonam & malam terram, meliorem & terram optimam. Per timorem terram malam visitat; bonam per [illegible] charitatem, meliorem per abundantem, optimam per perfectam. Ceterùm, cùm dixisset Propheta de incredibili terræ vbertate, [illegible] quam suis [illegible] Deus sapientissimè dispertiens [illegible] inebriat ad hominum vsum commodumque, Multiplicasti, inquit, locupletare eam, hoc est, multiplici beneficio tuo & inauditis beneficentiæ [illegible] locupletem eam & copijs omnibus abundantem reddidisti. Symmachus autem tria ista [illegible] modo optantis, [illegible] [illegible] Visita terram, & potabis eam vbertate [illegible] rivulis Dei plenis aquarum. [illegible] cùm propheticis vellet [illegible] terram Malachias [illegible] adumbrare, nominauit terram desiderabilem, omnium voluptatum altricem, ab omnibus [illegible] expetendam, fertilissimam, bonis omnibus affluentem: sic apud Ieremiam ore magno Deus pollicetur, Tribuam tibi terram desiderabilem, hereditatem præclaram: in Hebræo est cum venusta paronomasia terram [illegible] tsebi tsibot, [illegible] iucunditatum, hoc est amabilissimam, elegantiarum plenissimam: vnde Regia [illegible], terram elegantiæ; Pagninus concupiscibilem, Septuaginta [illegible] electam, nimirum eximiam, & omnibus anteponendam; Paraphrasis Chaldaica hereditatem [illegible] lautiis. Quò intuens [illegible] D. Petrus dixit hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, [illegible] vertit S. Augustinus lib. 1. de Pecc. merit. cap. 27. florentem, hoc est, semper vitâ, gratia, decore suo fruentem, numquam viuis coloribus destitutam, non arescentem. O luculentam possessionem! ô fundum aureum, in quo ex [illegible] iuris formula D. de contr. empt. l. 59. [illegible] possit, Optimam maximamque! ô terram [illegible] inebriauit Dominus, & [illegible] (vt [illegible] verbo vtar) hoc est fructuum insigni varietate ornauit!

[illegible] M. Præparasti cibum [illegible].] S. Hieronymus: Præparabis frumentum eorum, scilicet [illegible] & animantium qui domi tuæ [illegible] [illegible]tantur: ad præparationem [illegible] tio & inebriatio [illegible] Symmachus, [illegible] [illegible] perducas omne [illegible] verbum istum mystice [illegible] pro Christo, pro Eucharistia, pro verbo diui[illegible] accipiunt, [illegible] Patres accipiunt, [illegible] & gratia satis, pro esca beatitudinis.

11. Multiplica[illegible] perpetuâ benig[illegible] germina eius.] Sic herbas, fruges, plan[illegible] & arborum illam fundere [illegible] vim multitudinem & varietatem.

IBIDEM. In stillicidijs eius lætabitur germinans.] Mysticè [illegible] germinatio cum [illegible] irrigatione. Vbi enim [illegible] cælestibus stillicidijs [illegible] in germen. Vnde Gilbertus Abbas Serm. 34. in Cantica aiebat; Quis dabit hortulo meo hanc aquam? Quis dabit [illegible] irrigua sit læta & [illegible] sterile sit, aut quadam [illegible] sterilitas videtur [illegible] gaudij carens irrigatione [illegible] quasi radix [illegible] quasi radix, non quasi flores, non [illegible] plus habens in radice. Vbi enim tristitia adest, nihil potest floridum aut fructuosum generari; quin potiùs tunc omnes fructiferæ radices qualiuent & exsiccantur, iuxta illud Prouerbiorum 17. Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa.

12. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.] D. Hieronymus vertit, Voluisti annum in bonitate tua: paulò vberius Paraphrastes Chaldæus, Coronasti annum bonitate benedictionis tuæ, [illegible] est, Benedictionis tuæ vi atque magnificentiâ [illegible] anni reuolutionem, quæ instar mulieris totius [illegible] floribus ornatæ à tua benignitate coronæ varijs [illegible] semper, & magnificè condecoratur. Renouatur [illegible] id Glossa exponit moraliter, vt De quouis iusto [illegible] perducat Deus quasi circulo benè incipientem [illegible] confirmationis, & perducat ad terminum bonæ [illegible] diuinæ benedictionis. [illegible] fructus [illegible] vt alij vertunt, benignitatis [illegible] siue, vt alij [illegible] hominis Christiani appellat; [illegible] Dei, [illegible] singulæ sunt virtutes, menses autem [illegible] dies, [illegible] virtutum, vt Gregorius Magnus [illegible] multiplicu facta virtutum, vt Gregorius Magnus dicit lib. 4. Moral. cap. 18. Corona verò est omnia cingens & decorans perseuerantia, quam Gaudentius Brixianus Tract. 4. circulum vitalem appellat.

Mysticè item annus benignitatis Dei tempus gratiæ est, in quo apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei; in quo Dominus dedit benignitatem, & terra immaculata vteri virginei protulit fructum suum. Corona huius anni sunt viri spirituales atque perfecti, quos Paulus nominauit, Gaudium meum, & corona mea; qui meritis proximos & suis annum benignitatis [illegible] allios instar coronæ cingunt, & suis [illegible] tegunt; qui Ecclesiam sponsam suæ Dominus [illegible] desiderijs replet. Hanc coronam sanctis [illegible] gnitatis exornant. Hanc coronam sanctis [illegible] vestigia benedictione ditat, cùm sua in vestigia [illegible]. Annum itaque benignitatis Ægyptio circulantem, vt serpentem [illegible] qui caudam mordet suam, hieroglyphico [illegible] coronatam rem vocauit, quam benedictionibus coronatam inducit.

Mysticus annus benignitatis Dei est tempus gratiæ, cuius anni sunt [illegible] Philipp. 4. 1.

IBI-

ANNOTATIO NIS CORDERII.

IBIDEM. *Et campi tui replebuntur vbertate.*] Vel, vt vertit S. Hieronymus, *rorabuntur pinguedine*: Paraphrastes, *stillabunt dulcedinem pinguedinis*, vt immensam omnium fructuum abundantiam intelligamus.

13. *Pinguescent speciosa deserti.*] S Hieronymus vertit *pascua deserti*: Paraphrastes, *Dulcescunt laudabilia deserti*. Id est, Impensis tuis ipsa quoque solitudo, nuda per se & inculta, gemmeam induet togam, herbarum & florum incredibili iucunditate versicolorem; vnde vestitus viridissimi montium, & speciosus decor, & locorum propè omnium amœnitas, quæ tanta est, vt *exultatione colles accingantur*, ob fructuum copiam & herbescentem viriditatem, quasi exultare & gestire videantur. Mysticè *speciosa deserti* sunt speciosiora loca Ecclesiæ ex Gentium solitudine congregatæ; & *colles* humilitate conspicui, qui internâ deuotione pinguescunt, & lætitiâ spirituali perfusi, sæculi huius voluptates contemnunt.

Speciosa deserti est Ecclesia ex Gentibus.

14. *Induti sunt arietes ouium.*] S. Hieronymus, *Vestientur agni grege*. Mysticè hæc etiam de Catholicis iustis accipienda sunt: ipsi enim & arietibus & vallibus designantur: quia si maiores sint ac Prælati, fortitudine ad alios regendos induuntur; si verò minores sint & subiecti, frumento bonorum operum cumulantur. At quanam est tantæ benignitatis acceptæ, [illegible] abundantiæ & exultationis origo? vtique [illegible] quod sequitur,

IBIDEM. *Clamabunt, etenim hym[illegible] di[illegible]cent.*] Quia, inquit, orant & clamant, [illegible] fere [illegible] sos virtutum accipiunt; quia pro [illegible] gratias agunt, & Deum laudant, ideò ad [illegible] profectum prouehuntur. Inde abundabunt fr[illegible]mento, inquit ibidem Augustinus, quia clama[illegible]bunt: quid clamabunt? *Etenim hymnum dicent.* Clamabunt laudes Dei, & ideò frumento spirituali abundabunt. Si nos volumus virtutibus abundare, clamemus; si volumus virtutibus ornari, & donorum spiritualium diuites esse, mannâ cælesti sanctæ orationis pascamur, & cum eo id quod cupimus, quod desideramus abundanter conquiremus. Hac diuinæ beneficentiæ meditatione excitabat animum suum Ennodius, ne decus atque labem ingrati animi susciperet: vnde lib. 3. Epist. 12. eleganter ait: *Largis muneribus caelestium munerum vnda procurrit; transfunt [illegible] ambarum, quæ à Christo veniunt flumina donorum: sola vena est, quæ motum nescit, & desectus abierat.* Ex hac deuotæ mentis consideratione oriuntur pij motus in animo agendarum gratiarum; quæ tamen vix vllæ pares tot & tantis Numinis beneficijs æternæque bonitati reperiri possunt.

IN PSALMVM LXV. ARGVMENTVM.

1. In finem, Canticum Psalmi resurrectionis.

Resurrectionem hic vocat non illam ex mortuis (nullibi enim hanc videtur beatus David docuisse) sed reuersionem visi sunt titulorum inscriptores significare, scilicet secundùm captiuitatem ex Babylone. Canticum autem Psalmi, id est hymnus pro captiuitate. Verè enim hic Psalmus dicitur quasi ex persona populi gratias agentis ob reditum ex Babylone: vnde etiam totus ferè in modum hymni dictus est.*

* Nota tamen Eusebium in Catena ad Psalm. 1. pag. 15. dicere, Davidem primum docuisse resurrectionem.

α´. Εἰς τὸ τέλος, ᾠδὴ ψαλμοῦ ἀναστάσεως.

Ἀνάστασιν [illegible]

PARAPHRASIS ANONYMI.

IVBILATE Deo omnis terra,

Iubilatio est vox triumphalis. Hanc igitur, inquit, vocem Deo emittite omnis terra. Hic autem omnem terram intelligunt Palæstinæ, quam denuò receperunt.

Iubilatio quid.

ΑΛΑΛΑΞΑΤΕ τῷ θεῷ πᾶσα ἡ γῆ,

[illegible]

2. Psalmum dicite nomini eius:

Id est, vocem triumphalem vnà cum solitis instrumentis miscentes, sic ipsi, inquit, canite.

β´. Ψάλατε δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

[illegible]

[illegible] ... ὑπόστη αὐτῷ. [illegible] ... δόξαν.

γ. Εἴπατε τῷ θεῷ, ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου;

Ἐχέτω [illegible], φησίν, ὁ ὕμνος τὸ [illegible] ... τοῦτον, [illegible] ... ταῦτα,

Ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου [illegible] ... ἰ σοι οἱ ἐχθροί σου.

[illegible] ... , λέγει. Τοῦτο γὰρ τί [illegible] ; ὅτε Κῦρος ὁ βασιλεὺς αὐτοὺς [illegible] τῆς αἰχμαλωσίας, [illegible] πολλῆς τινος δόξης [illegible] ... ἐπειδὴ [illegible] οἱ ἄρχοντες ὄντες, ὑπηρέτουν τῇ [illegible] Ἰσραηλιτῶν διὰ τὸ τοῦ βασιλέως [illegible] ... Πολλοί, φησι, [illegible] ... τῆς δυνάμεως, [illegible] ... καὶ μὴ ἀληθῶς [illegible], [illegible] ... ὁ γὰρ φόβος ὁ [illegible] ... αὐτοὺς καὶ ἄκοντας ὑπηρετεῖσθαι [illegible].

[illegible] ... σα ἡ γῆ προσκυνησάτω σοι, καὶ ψαλάτωσάν σοι.

[illegible], φησι, πᾶσα ἡ οἰκουμένη [illegible] ... τοὺς ὕμνους ὀφείλει, ὡς τοιούτῳ [illegible]

[illegible] ... έτωσαν δὴ τῷ ὀνόματί σου [illegible]

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

[illegible] ... πάντας [illegible] ... δίκαιον [illegible] ... τοὺς ὕμνους· καὶ ἵνα μὴ [illegible] ... ὡς ἐν [illegible] ... τοῦ θεοῦ [illegible]

[illegible] καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ [illegible] ... ἐν βουλαῖς ὑπὲρ [illegible] ... ἀνθρώπων;

[illegible] ἔργον [illegible] ... τὸ [illegible]

[illegible] ... τὴν θά[illegible]

[illegible] ... ταῦτα [illegible] ... ἐρυθρὰν θά[illegible]

Date gloriam laudi eius.

Id ipsum rursus ait: q. d. Laudem ipsi gloriæ offerte.

3. Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera * tua!

PARAPHRASIS ANONYMI.

Habeat, inquit, hymnus sensum istiusmodi; quia terribilia ostendit in nos. Qualia ista?

In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

* Vulgata addit Domine. Opera Dei terribilia.

Id est, Simulabunt, inquit. Hoc enim quid sibi vult? Quando Cyrus Rex soluit ipsos à captiuitate, iussit illos cum multo honore per locorum præsides deduci: cùm igitur præfecti istiusmodi gentiles ac Græci essent, qui propter mandatum Regis Israëlitarum reditui subseruiebant; Multi, inquit, eminentem Dei potentiam cernentes, nobis seruiebant; licet non ex vera pietate, sed ex simulatione: nam magnus timor faciebat ipsos etiam inuitos nobis subseruire tamquam pijs.

4. Omnis terra adoret te, & psallat tibi:

Omnis terra adoret Deum.

Pro his igitur, inquit, vniuersus orbis tibi laudes offerre debet, vtpote tanto Deo.

Psalmum dicat nomini tuo * Altissime.

* Vulgata omittit Altissime.

DIAPSALMA.

Nam tamquam Altissimo, inquit, præ omnibus terræ potentatibus apparenti æquum est tibi vndique laudes adferri: & ne temerè talia iussisse videatur, quasi per modum narrationis deinceps recensent, quanta ipsis à Deo facta sint. vnde subdit:

5. Venite, & videte opera Dei: * quàm terribilis in consilijs super filios hominum?

* Vulgata omittit quàm.

Id est: Hoc vnum præsens eius opus considerate, & ex eo colligite, quantus hic sit, cuius vel vna dispensatio omnes mentes hominum excedit.

6. Qui conuertit mare in aridam,

Deus conuertit mare in aridam.

Et minimè mirum est, si nunc talia ostenderit, quandoquidem hic est qui mare rubrum

PARAPHRASIS ANONYMI.

brum olim peruium præbuit, & transitum populo facilem reddidit: nam istud, *Qui conuertit*, secundùm tempus immutatum est: vult enim dicere, *Quando conuerti fecit.* Agit autem de egressu populi ex Ægypto.

In flumine pertransibunt pede:

Hic, inquit, qui etiam Iordanem fluuium tam arcæ quàm eius baiulis omnique populo quondam vadosum reddidit: nam rursus istud *pertransibunt* mutato tempore pro transierunt dixit.

Ibi lætabimur in ipso.

Ibi, id est, in istiusmodi miraculis lætati sumus, inquit: nam etiam hic tempus mutatum est.

7. Qui dominatur in virtute sua in æternum,

Deus omnia disponit pro sua voluntate.

Et quid, inquit, magnum si hæc faciat; quandoquidem, cùm sit Dominus vniuersi, prout voluerit res proprias disponat.

Oculi eius super Gentes respiciunt:

Iure merito igitur, inquit, cùm sit Dominus omnium, etiam iudicium exactum facit eorum qui terram incolunt, atque supplicijs addicit eos qui merentur. vnde subiungit:

Qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

DIAPSALMA.

Ita vt, inquit, ceruicem non erigant hi qui mandatis eius morem non gerunt, sed humilientur, & miserijs afficiantur.

8. Benedicite Gentes Deum nostrum:

Iustum est igitur, inquit, Deum istiusmodi ab omnibus Gentibus celebrari.

Et auditam facite vocem laudis eius,

Istud *auditam facite*, id est, audibilem reddite: q. d. Hymnum cum clamore emittite.

9. Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.

Celebrate, inquit, miraculorum opificem, qui tam inexpectatam vitam concessit, & non passus est me penitus euerti.

[illegible] ἰδίαν δόξαν, [illegible] ἐπάλλαξε [illegible] τοῦ λαοῦ· τὸ γὰρ, ὁ μεταστρέψας [illegible], ὁ [illegible] κατὰ τὸν χρόνον βούλεται γὰρ [illegible] μεταστρέψας. [illegible] αἰγύπτου τοῦ λαοῦ.

Ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί·

Οὗτός, φησιν, ὁ καὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν [illegible] κατὰ [illegible] τῇ κιβωτῷ καὶ [illegible] τὴν κιβωτὸν βαστάζουσι καὶ παντὶ τῷ λαῷ· τὸ γὰρ διελεύσονται πάλιν [illegible] χρόνου.

Ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ.

Τὸ ἐκεῖ, ἀντὶ τοῦ, ἐν τοῖς τοιούτοις θαύμασιν εὐφρανθῆναι λέγει [illegible] γὰρ ὁ χρόνος [illegible].

ζ. Τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος,

Καὶ τί, φησι, μέγα εἰ ταῦτα ποιεῖ [illegible] τοῦ παντὸς, ὡς βούλεται [illegible] τὰ οἰκεῖα.

Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐπιβλέπουσιν·

Εἰκότως δὲ, φησιν, ὅτι [illegible] ἁπάντων, καὶ [illegible] τιμωρίας [illegible] τοὺς ἀξίους. ὅθεν ἐπιφέρει

Οἱ παραπικραίνοντες μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὥστε φησὶ, μὴ ὑψαυχενεῖν τοὺς [illegible] αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν, ἀλλὰ ταπεινοῦσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖσθαι.

η. Εὐλογεῖτε ἔθνη τὸν Θεὸν ἡμῶν·

Δίκαιον δὲ, φησι, τὸν τοιοῦτον Θεὸν [illegible] τῶν ἐθνῶν [illegible].

Καὶ ἀκουτίσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ,

Τὸ ἀκουτίσατε, ἀντὶ τοῦ, ἀκουστὸν [illegible], τὸν ὕμνον μετὰ βοῆς [illegible].

θ. Τοῦ θεμένου τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν· καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς πόδας μου.

Ὑμνεῖτε, φησι, [illegible] εἰς τὸ παντελές.

ι. Ὅτι

[illegible] ἐπύρωσας ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπύρωσας ἡμᾶς ὡς πυροῦται [illegible] ἀργύριον.

Πολλαὶ [illegible], φησιν, αἱ θλίψεις ὑπῆρχον [illegible] ὧν ἡμᾶς ἐῤῥύσατο· [illegible] [illegible] δοκιμαζόμενοι [illegible] [illegible] τὸ κίβδηλον, μένειν [illegible] [illegible]. Διηγεῖται δὲ ἐνταῦθα τὸ [illegible] συμφορῶν ὧν ὑπέμειναν, ἵνα [illegible] τὴν βοήθειαν τὴν σώσασαν.

[illegible]. Ε[illegible]ήγαγες ἡμᾶς εἰς τὴν παγίδα, [illegible] θλίψεις ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν.

[illegible] λέγει, ἃς ὑπέμειναν [illegible] [illegible] τὰ βαστάγματα ἃ ἐβάσταζον αἰχμάλωτοι ὄντες καὶ δοῦλοι.

[illegible] ἐπιβιβάσας ἀνθρώπους [illegible] κεφαλὰς ἡμῶν.

[illegible], φησι, λέγειν τὰ πολλά; [illegible] [illegible] μικρὸν ἡγοῦντο τοὺς κυριεύ[illegible] [illegible] πατεῖν ἡμῶν τὰς κεφαλάς. [illegible] τὰ τῶν θλίψεων, ἐπάγει·

[illegible] διὰ πυρὸς καὶ ὕδα[τος] [illegible] ἐξήγαγες ἡμᾶς εἰς ἀνα[ψυχήν].

[illegible], φησιν, εἰπών, πᾶσαν [illegible] καὶ παντοίαν τιμωρίαν. Τὸ γὰρ [illegible] ὕδατος, [illegible] τὴν ἐναντίαν [illegible] [illegible] πάσας τὰς ἐν μέσῳ θλίψεις [illegible], ἐλυτρώσω ἡμᾶς, ἢ ὡς ἐκ [illegible], ἢ ὡς ἐξ ὕδατος πνιγο[μένους] [illegible] δὲ ταῦτα τὰς συμφοράς.

[illegible] λεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν [σου ἐν ὁλοκαυ]τώμασιν.

[illegible] ταῦτα, φησι, μεγάλα [illegible] δέσποτα· λοιπὸν δὲ ἡμᾶς [illegible] εἰς τὸν ναόν σου, καὶ [illegible] ὁ νόμος προστάττει.

[illegible] τὰς εὐχάς μου, [illegible] χείλη μου.

[illegible] τὸ στόμα μου

[illegible] ἐλάλησε, καὶ τὸ [illegible] γὰρ εἰπών [illegible]

10. Quoniam probasti nos Deus: *ignisti nos, sicut *ignitur argentum.

Multæ enim, inquit, tribulationes nobis fuerunt, à quibus nos liberauit: comparati enim sumus argento, quod in igne examinatur, vt scoriam quidem abijciat, purum verò remaneat. Ceterùm enarrat hic magnitudinem calamitatum quas passi sunt, vt ostendat ingens auxilium quo salui facti sunt.

PARAPHRASIS ANONYMI.
* Vulgata igne nos examinasti.
* Vulgata examinatur sicut probatur sicut argentum.

11. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro:

Vel verbera dicit, quæ sustinuerunt à Babylonijs; vel onera quæ ferebant, vtpote captiui & serui.

12. Imposuisti homines super capita nostra.

Et quid multis, inquit, opus est? adeò humiles eramus, vt etiam parui faceremus, si hi, qui nostri dominabantur, capita nostra conculcarent. Vbi magnas afflictiones ostenderat, subdit:

Transiuimus per ignem & aquam: & *eduxisti* nos in refrigerium.

Et compendiosè, inquit, dicendo, omnem transiuimus tribulationem & quodlibet supplicium. Per ignem enim & aquam, quæ contraria sunt elementa, omnes intermedias afflictiones designauit. Verumtamen, inquit, redemisti nos, siue quasi ex igne combustos, siue quasi ex aqua suffocatos. Figuratè autem hæc appellat calamitates.

Iussi transiuimus per ignem & aquam.

13. Introibo in domum tuam in holocaustis:

Sed tua quidem talia, inquit, tam magna & mirabilia Domine: ceterùm nostra quæ? Introire in templum tuum, & sacrificare hostias gratiarum, vt lex præcipit.

Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.

14. Et locutum est os meum in tribulatione mea.

Idem dicit dum ait, *Os locutum est*, & *distinxerunt labia mea*. Vult enim dicere: Quoniam quæ-

Vota Deo reddenda.

PARAPHRASIS ANONYMI.

quæcumque promisi tibi in afflictionibus reddam cum conuenienti gratiarum actione. Qualia porrò essent quæ promiserat subiungit:

15. Holocausta medullata offeram tibi cum incenso * & arietibus: * faciam tibi boues cum hircis.

* Vulgata arietum: * Vulgata offeram

DIAPSALMA.

Omnia ferè sacrificiorum genera complexus est: aliqua enim illorum integra cremabantur; alia verò mactabantur ac diuidebantur. vnde hoc ipsum explicans subiungit:

16. Venite, audite, & narrabo * vobis omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

* Vulgata omittit vobis

Quid fecerit animæ tuæ expone.

17. Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

Promisisti, inquit, ipsi in tribulationibus exercitatus non solùm sacrificia, sed etiam in posterum abstinentiam ab iniustitia. Vult enim beatus Dauid omnes homines erudire, Deum non simpliciter gaudere sacrificijs, nisi pœnitentia comitetur; sed sacrificia debere esse signum mentis emendatæ: adeò, vt si hoc non fiat, sacrificium esse quid friuolum reperiatur, & ad nihil vtile. Cùm itaque dixerit se Deo promisisse, exponit clarè quid promiserit. Subiungit enim:

Deus præfert internam pœnitentiam externis sacrificijs.

18. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non * exaudiat me Dominus.

* Vulgata exaudiet Dominus.

Hoc, inquit, promisi: quòd si in posterum non abstinuero ab omni iniustitia & iniquitate, vt me non exaudias: & quoniam me reperit verum promisisse, quid subdit?

19. Propterea exaudiuit Deus, & attendit * vocem deprecationis meæ.

* Vulgata voci

Ita vt, inquit, non suffecisset illi promissio sacrificij, nisi etiam pœnitentiam promisissem sinceram ex animo.

20. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

[illegible] ὑπεσχόμην σοι ἐν ταῖς θλίψεσιν [illegible] μετὰ τῆς [illegible]. τίνα δὲ [illegible] ἃ ὑπέσχετο ἐπιφέρει·

ιε'. Ὁλοκαυτώματα μεμυαλωμένα ἀνοίσω σοι μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν· ποιήσω σοι βόας μετὰ χιμάρων.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Πάντα σχεδὸν περιέλαβε τῆς θυσίας εἴδη· τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ὁλοκαυτοῦτο· τὰ δὲ ἐθύετο καὶ ἐμερίζετο. [illegible] ἐπιφέρει·

ιϛ'. Δεῦτε, ἀκούσατε, καὶ διηγήσομαι ὑμῖν πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν θεὸν, ὅσα ἐποίησε τῇ ψυχῇ μου.

Τί ἐποίησε τῇ ψυχῇ σου εἰπέ.

ιζ'. Πρὸς αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐκέκραξα, καὶ ὕψωσα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου.

Ὑπεσχόμην, φησὶν, αὐτῷ ἐν ταῖς θλίψεσι [illegible] οὐ μόνον θυσίας, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπέχεσθαι λοιπὸν ἀδικίας. βούλεται γὰρ ὁ μακάριος Δαβὶδ παιδεῦσαι πάντας ἀνθρώπους, ὅτι ὁ θεὸς οὐχ ἁπλῶς χαίρει θυσίαις, [illegible] ἀλλ' ὅτι αἱ θυσίαι σημεῖον ὀφείλουσιν εἶναι διανοίας διορθωθείσης· ὡς εἴγε, [illegible] θυσία, [illegible] ὄφελος. εἰπὼν οὖν ὅτι ὑπεσχόμην τῷ θεῷ, λέγει σαφῶς τί ὑπέσχετο. Ἐπιφέρει γάρ·

ιη'. Ἀδικίαν εἰ ἐθεώρουν ἐν καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακουσάτω μου Κύριος.

Τοῦτο, φησὶν, ὑπεσχόμην ὅτι ἐὰν μὴ λοιπὸν ἀπόσχωμαι πάσης ἀδικίας καὶ παρανομίας, μὴ εἰσακούσῃς μου· καὶ ἐπειδή με [illegible], τί ἐπάγει;

ιθ'. Διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου ὁ θεὸς, προσέσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου.

[illegible], φησὶν, [illegible] θυσίας, εἰ μὴ καὶ μετάνοιαν ὑπεσχόμην εἰλικρινῆ τῇ ψυχῇ.

κ'. Εὐλογητὸς ὁ θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχήν μου, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ.

Ad

Propterea igitur, inquit, cantabo & [illegible]mnificabo Deum, qui tam clementer accepit orationem meam, & munificè me [illegible]audiuit.

COMMENTARIVS HERACLEOTAE.

Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ.] Εἰκότως [illegible] πάσῃ [illegible] ἐν αὐτῇ γὰρ τοῖς [illegible] σωτηρίας· ὡς γὰρ [illegible] βαβυλωνίαν δουλείας, οὕτως οἱ ἄν[illegible] τῆς διαβόλου [illegible]. [illegible] ὑμνῳδίας [illegible] δι' ὀργάνων, καὶ [illegible] πέμψατε. [illegible] κυρίῳ, ἐπήγαγε, ψάλατε [illegible] τῷ υἱῷ, ὃ τὸ ὄνομα [illegible] τοῦ πατρός, [illegible] Ὄνομα γὰρ καὶ δόξα τοῦ [illegible] πατρός ὁ υἱός, ὡς τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ· [illegible] ἕκαστος [illegible] τοῦ [illegible] γνωρί[illegible], οὕτω καὶ ὁ υἱὸς [illegible] τοῦ πατρός, καὶ ὁ [illegible] τοῦ υἱοῦ. Οὕτω καὶ Μω[illegible] φησι· Καὶ [illegible] κύριος τῷ ὀνόματι [illegible], [illegible] ὁ θεός. καὶ ὁ Χριστός· Ἐγὼ [illegible] ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου. [illegible] Δότε [illegible], φησίν, εἰς δυνάμεν τοῦ θεοῦ [illegible] θαύματα· [illegible] τῇ ὑπερβολῇ [illegible]. Ἐχέτω, φησίν, ὁ ὕμνος [illegible] φοβερὰ ἐνδείξω εἰς ἡμᾶς. [illegible] Ἐν τῷ πλήθει [illegible] δυνάμεως σου [illegible] τοῦ ὑποκρινόντα[illegible] [illegible] ὄντων, ἕλληνες ὄντες, τοῦ [illegible] Κύρου [illegible] αὐτοὺς [illegible] [illegible], ἀλλ' ὑπο[illegible] [illegible] γὰρ ἡμῶν [illegible] ὡς

Πρὸς μὲν ἱστορίαν τὸ [illegible] ὄντες Ἑβραῖοι, [illegible] θανάτοις [illegible] αἰγυπτίων [illegible], [illegible] καὶ [illegible] [illegible] ἐλθεῖν [illegible] ἀλλ' [illegible] [illegible]. ψεῦδος δὲ [illegible] διὰ τοῦτο ψεύσασθαι.

1. Iubilate Deo omnis terra.] Meritò ad eamdem communionem vniuersam hominum naturam accersunt, quandoquidem in ipsis omnium salus adumbrabatur: nam vt illi ex Babylonica seruitute, ita homines ab acerba dæmonis tyrannide liberati sunt. Deinde hymnorum cantilenæ modum edocent: Psalmum, inquiunt, dicite cum instrumentis, & laudem ipsi offerte. Cuius autem rei gratiâ cùm dixisset, *Iubilate Domino*, subiunxit, *Psalmum dicite nomini eius?* nempe superiùs quidem Patri, hîc verò Filio, vel è diuerso psallere iubetur. Nomen enim & gloria Patris Filius est, sicut Filij Pater: quia sicut quisque nostrûm per nomen cognoscitur, sic etiam Filius per Patrem, & Pater per Filium. Hoc modo etiam Moyses ait: *Et vocauit Dominus nomine Domini, Dominus Deus.* & Christus: *Ego veni in nomine Patris mei.* *Dicite Deo.* Pro viribus, inquit, admiramini miracula à Deo edita: tanta enim ac talia sunt, vt præ excessu ab impijs non credantur. *Habeat*, inquit, hymnus sensum istiusmodi: quoniam terribilia ostendisti in nos. Qualia ista? *In multitudine virtutis tuæ mentientur te*, id est simulabunt: quia multi Principes, cùm Græci essent, mandato Cyri cum honore ipsos deduxerunt, licet minimè pij essent, sed simulati: nam etiam inuiti nobis tamquam pijs subseruiebant.

Alivs. Quoad historiam quidem sic sese habet: Hebræi in Ægypto existentes, & plagis diuinitus illatis Ægyptios flagellantes, plurimos Ægyptiorum ex Ægypto exeuntes secum assumpserunt, quos & proselytos appellabant. Cùm igitur non ex animi sententia, sed virtute Dei perculsi ad Deum accessissent, qui priùs inimici fuerant, fictè Hebræis adhæserunt. Mendacium est autem omne quod fictum ac simulatum est. Idcircò, inquit, præsens Psalmus introducit illos mentiri, ipsum [illegible] τὸν θεὸν, αὐτὸς ὁ [illegible] scilicet [illegible], [illegible].

Omnis terra ad Dei laudem vocatur.

Filius est gloria Patris, & contrà.

Ioan. 5. 43.

Ægyptij Iudæos egredientes secuti dicti sunt proselyti.

Mendacium quid.

COMMENTARIVS HERACLEOTAE.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

scilicet Deum: hi enim videntur mihi etiam ad idololatriam impulisse populum in deserto. Quoad veram autem ac spiritalem acceptionem: Cùm multitudo virtutis Domini nostri secundùm hypostasim vniti sibi hominis resuscitationem perficeret, inimici eius Hebræi mentiti sunt ipsum; id est, resurrectioni detrahebant. Aquila verò pro *mentiti sunt* ait *negarunt*, præsentibus accommodatiùs hoc dicens: Iudæis enim negantibus, omnis terra, siue Gentes quæ terram incolunt, Saluatori nostro se submiserunt, eumque adorarunt. His ita expositis, consequenter etiam cetera conuenientem sortientur explicationem, dum secundùm sensum spiritalem intelligimus per oculos Apostolos, per exasperantes Iudæos; quos etiam Prophetæ domum exasperantem appellarunt. Secundùm litteram verò, vti dictum est, cùm proselyti inimici mendaces appellentur, per rectam coniecturam etiam sequentia historiæ subnectuntur, nempe maris rubri in aridam mutatio, Iordanis inhibitio, quæ ipsum Hebræis vadosum reddidit, & si quid sit his affine. *Terribilia sunt opera tua.* Qualia ista? diuina signa. Quoniam nimirum Iudæi miraculorum Christi spectatores existentes, cùm prodigiorum opificem admirari debuissent, ipsi potiùs detraxerunt, & impostorem appellarunt, increpat illos Psalmista, Cessate dicens effrenem & petulantem linguam impingere Saluatori. Deinde cùm filij facti sint perditionis, abstinens à colloquio ipsorum Propheta, cum Christo calumnijs affecto disserit: *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui:* id est, diuinis etiam signis tuis minimè credent. Et stuporis ipsos arguit, quòd neque excessu miraculorum ad credendum inducti sint. Verumtamen, inquit, etiamsi illi ingrati apparuerint, pro ipsis tamen omnis Gentium multitudo te adorabit. Hoc manifestiùs Symmachus dixit: *Omnes qui supra terram sunt adorabunt te, & melos dantes canent nomini tuum.* Hæc autem manifesta vaticinatio est vocationis Gentium. Secundùm litteram verò, pro his orbis vniuersus laudes tibi offerre debet, vtpote Altissimo apparenti supra omnes potentes terræ. Et ne videretur hoc frustrà præcipere, tamquam per narrationem deinceps annuntians quæcumque ipsis à Deo acciderunt, vnde subiungit:

Iudæi Christum negant hic, omnes Gentes ipsum confessæ sunt.

Ezech. 2, 5.

Ingratitudo Iudæorum.

[illegible]

[illegible]

ΑΛΛΗ ... ΤΕΡΤΕ ΤΑ ΕΡΓΑ.] ... καὶ κατανοήσατε τῷ ... ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ... ἀκατάληπτος. ἢ, ὡς ὁ Σύμμαχος, ... φοβερὸς ... τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων ... ὁ μεταστρέφων τὴν θάλασσαν ... ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ... ὁ πάλαι τὴν θάλασσαν ... καὶ τὸν Ἰορδάνην ποιήσας ... καὶ τοῖς μετ' αὐτῆς. Τὸ γὰρ διελεύσονται [illegible] ἀντὶ τοῦ διῆλθον, γραφικῇ ἔθει ... ἀντὶ τοῦ ὁ μεταστρέψας ... μέλλοντα ... ἰσόδυμον ... Ὁ δὲ Σύμμαχος τὸν χρόνον ἐφύλαξεν ... θάλασσαν εἰς ξηράν, ποταμοὺς ... ποδί. οὗτος οὖν ἐστι, φησίν, ὁ ... ταῦτα πάντα. τοῦτο καὶ εἰς ἔλεγχον ... λεγόντων εἶναι τὸν ταῦτα ... τὸν ἐν εὐαγγελίοις θαυματουργοῦντα. Οὐκ εἶπεν δὲ διῆλθον, ὡς ... ἀλλὰ διελεύσονται, ... μέλλον φωτισμοῦ μυστήριον τοῦ βαπτίσματος. Ἐπιβλέπουσι δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ... τὰ ἔθνη. ... Ἰσραήλ ... καὶ τὸ, οἱ παραπικραίνοντες. Τίς γὰρ ὁ παραπικραίνων ... ὁ οἶκος Ἰσραήλ; οἱ δεδωκότες αὐτῷ ... χολήν. καὶ ἡ ἐναντία δὲ δύναμις ... παραπικραίνει. Οὓς πάντας φοβῶν, καὶ τοὺς ... οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ... ἔθνη, φησί, ἐπιβλέπουσι, τὴν θείαν σημαίνων ἐπισκοπὴν καὶ φρουράν. ... δὲ ... παραπικραίνοντες ὁ ... ἀπειθοῦντες· ὁ δὲ Ἀκύλας ... ὁ δὲ Σύμμαχος, οἱ ἀπειθεῖς μὴ ὑψώσουσιν.

ϛ. ΕΥΛΟΓΕΙΤΕ ΕΘΝΗ ΘΕΟΝ ΗΜΩΝ.] ... τοὺς ἐξ ἐθνῶν ... ὅτι ... με Βαβυλωνίοις ... Δανιὴλ ... αἰχμάλωτοι. ... τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν. ... ἡ ψυχὴ ... ἀλλ' ὁ ἐχθρὸς ... καὶ ἄλλως δὲ εἰσάγει ψυχὴ εἰς ... τὸ τέλος ... πίστεως ἀρετῆς μισθὸν ... Οὐ σαλεύει δὲ τοὺς πόδας ... τῷ ... λόγῳ ...

5. VENITE, ET VIDETE OPERA.] Adhibete, inquit, mentem, & singula consi-
derate quæ à Deo facta sunt, & quàm incom-
prehensibilis sit in consilijs suis; vel, vt Sym-
machus, *terribilia moliens super filios homi-
num*. Deinde pergit: *Qui conuertit mare.*
q.d. Minimè, inquit, mirum, si nunc talia in
nobis faciat, educendo nos è captiuitate;
quandoquidem ipse sit qui olim mare per-
uium exhibuit, & Iordanem reddidit vado-
sum arce, & his qui cum illa erant. Nam
istud *pertransibunt* pro *transierunt* dixit,
more Scripturæ vsitato; sicut & illud, *qui
conuertit*, pro *qui conuertere fecit*: præterita
enim tamquam futura protulit. Symmachus
verò tempus seruauit dicens: *Transmutauit
mare in aridam, fluuium transierunt pede.*
Hic igitur, inquit, qui illa etiam hoc facit. Hoc
etiam valet ad refutandos illos, qui dicunt
alium esse qui hæc facit, alium verò qui in
Euangelijs miracula operatur. Non dixit au-
tem *transierunt*, vt alius, ne de Hebræis in-
telligas; sed *pertransibunt*, futurum Baptismi
mysterium vaticinans. Ceterùm *oculi eius su-
per Gentes respiciunt*. His enim allusit ad la-
psum Israëlis; ad quem etiam refertur illud,
Qui exasperant. Quis enim exasperans, nisi
domus Israël? qui dederunt ipsi in escam
fel. Ceterùm aduersaria quoque potestas exa-
sperat. Hos omnes terrens, & credentes bono
animo esse iubens, ait: *Oculi eius super Gen-
tes respiciunt*, diuinam inspectionem atque
custodiam significans. Pro *Qui exasperant*
Theodotion dixit, *Qui declinant*; Aquila ve-
rò, *Qui deficiunt*; Symmachus verò, *Infide-
les non exaltentur*.

8. BENEDICITE GENTES DEVM NOSTRVM.] Per hoc adhortatur eos qui ex
Gentibus sunt. Quoniam cùm me Babylo-
nijs tradidisset, non permisit illorum impie-
tatibus seduci; quia erant cum ipsis Daniel
& Ezechiel quasi facem præferentes. Propter-
eà dixit, *Qui posuit animam meam ad vitam.*
Ceterùm protoplasti quoque anima in para-
diso ad vitam posita erat; sed inimicus ei insi-
diatus fuit. Quin & aliter anima ad vitam po-
nitur, cùm post exitum in fidei ac virtutis
præmium refert salutem, sicut ea quæ pecca-
uerat moritur. Non commouentur autem
pedes eius qui solidissimo Dei verbo innixus
est.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Domus Israël est exasperans. Ezech. 2, 5. Psal. 68, 22.

est. Deinde *Probasti nos* inquit, id est, Hæc pati permisisti, volens nobis omnibus ostendere sinceritatem pietatis. Multæ, inquit, erant tribulationes nostræ. Recenset calamitatum magnitudinem, vt magnam ostendat esse potentiam quæ saluet. Laqueus autem erat fornax puerorum, lacus Danielis. *Tribulationes in dorso*, vel flagra, vel onera, quæ vt captiui ferebant: super capita autem eorum erant ascensores, siue tamquam potestatem eorum habentes, & subiectos retinentes: siue caput pro mente intelligendo; vt in illo Sapientis, *Oculi eius in capite ipsius*. hoc vult significare: q. d. Qui etiam menti nostræ dominabantur. Deinde ostendens tribulationum magnitudinem subiungit, *Transiuimus per ignem & aquam*: igni enim comparat tribulationes, vtpote quæ mentem vrant; aquæ verò violentum impetum persequentium. Nam ignitio etiam dicitur probatio illa quæ fit per labores.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus multiplicites suos probat.

Tribulationes igni & aquæ similes.

13. INTROIBO IN DOMVM TVAM.] Quæcumque, inquit, promisi cùm mœrebam, cumque obsecrabam, beneuolè persoluam. Præpositio *in* hoc loco ponitur pro *cum*; vt & illud, *Et eduxit eos in argento & auro*. *Et non egredieris Deus in virtutibus nostris*. Vel etiam sic: *Introibo in domum tuam*, supercælestem videlicet, holocaustis autem non sensibilibus, sed potiùs spiritualibus. Apostoli enim semetipsos totos Deo in morem holocaustorum consecrabant. Verùm etiam ea quæ voueram, inquit, reddam tibi: voui autem me, vbi à præsenti afflictione liberatus fuero, semper tibi laudes oblaturum.

Psal. 104. 37.
Psal. 43. 10.

Apostoli se in holocausta offerebant.

15. HOLOCAVSTA MEDVLLATA.] Id est opima, pinguia, adipata, probata: talis enim est medulla. Ex hoc docemur etiam nos preciosissimis quæ habemus diuinum numen venerari. Quin etiam cum arietibus fit oblatio. Sunt autem arietes motus & impetus illi qui ex Deo originem trahunt. Porrò bouem quoque immolat, qui per actionem semetipsum offert hostiam viuentem. Animal enim istud, vtpote terram elaborans, cum corpore ex terra formato analogiam habet. Hirci denique sunt opera & verba pœnitentiæ; siquidem pro peccatis offerebantur.

Arietes & boues quid significent.

16. VENITE, AVDITE.] Rursus resumit ea quæ antea narrauerat: Non frustrà,

Non frustrà Deo dona offeruntur.

[illegible]

ιγ'. ΕΙΣΕΛΕΥΣΟΜΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΟΙΚΟΝ ΣΟΥ.] [illegible]

ιε'. ΟΛΟΚΑΥΤΩΜΑΤΑ ΜΕΜΥΕΛΩΜΕΝΑ.] [illegible]

ις'. ΔΕΥΤΕ, ΑΚΟΥΣΑΤΕ.] [illegible]

6. *Conuertit mare in aridam.*] Vt scilicet tam Israëlitæ quàm Ægyptij sicco vestigio per mare incederent, sed dissimili euentu; dum Ægyptij felici Hebræorum cursu decepti, eorumque vestigia prementes in plano illo ac florido itinere miserrimum naufragium fecerunt. *Etenim illic* (inquit S. Zeno Veronensis M. Serm. 3. de Exodo) *nulla inerant naues, nulla transfretandi præsidia, cum subito diuina prouidentia scinditur mare; atque dextera læuaque gelido stupore frenata vitreos diriguntur in muros, præstolantia transitum populi Dei, vt persequentibus mare fiant.* Atque hoc est quod Propheta præcedenti versu dixit Deum esse terribilem consilijs super filios hominum, dum Ægyptijs conuertit mare in aridam, id est, dum sæculi amatoribus indulget, vt ad ipsorum libitum hic sæpè omnia eueniant. Nam, nisi acriùs res consideres, illud prima facie rationi consentaneum videbatur, vt aggrediente Pharaone prosperam illam & mirabilem viam, quà Israëlitæ pergebant intrare, Deus mare occluderet; nec non, vt, dum peccatores à Deo discedentes humanam felicitatem ambiunt, nihil illis fortunatum aut iucundum eueniret. Sic dixit Xenophon lib. 1. de Cyropædia, *Consentaneum est, qui optant quod est iniquum, à Deo optata non consequi.* Sed, vt ait Dauid, *terribilis Deus in consilijs super filios hominum, qui conuertit mare in aridam*, grauiori Pharaonem supplicio plectens, dum aquæ dextrà læuaque gelido stupore frenatæ vitreos diriguntur in muros, vt persequentibus mare fiant; quia quidquid prosperum & felix peccatori contingit, in extremam illius exitium tandem vertitur. Ceterùm hic versus quoque mysticè exponitur de conuersio ab amaritudine mundi, qui fiat Baptismi vel iustitiæ aquam dulcem, & qui facilè transeat fluxum huius mortalitatis. Quare subdit,

Peccatoribus Deus sæpe indulget, vt grauiùs postea puniantur.

IBIDEM. *In flumine pertransibunt pede.*] Id est, non ipsi priùs flumina transuadabunt, sed ducem sequentur, qui priùs altitudinem perscrutatur, & experitur. Hoc ad Christum retulit S. Augustinus, cuius illa verba sunt: *Facilè transit, quia humiliter, id est pede, transit, duce illo, qui prior transijt: qui de torrente in via, id est vsque ad mortem, bibit; propterea exaltauit caput.* Qui igitur curam spiritalem hominum susceperint, oportet eos Christum imitari, & eius ductum sequi; nempe, vt sub mortis tempus præcipuè curam agant ouium sibi commissarum, quemadmodum Christus sub mortem præcipuè omnium nostrûm curam gessit.

Non in Iudæis tantùm, sed & in Gentes Deum respicere.

7. *Oculi eius super Gentes respiciunt.*] Quamuis enim sub lege propriam imperij sedem erexerat in Iudæa, semper tamen prouidentiâ suâ totum orbem complexus est; nec obstitit singulare illud priuilegium, quo dignatus est filios Abrahæ fœderis respectu, quin ad reliquas etiam Gentes fouendas & alendas aspectum suum extenderit. Confirmat Deo curæ esse Gentes, quia illic etiam pœnas exigat de sceleratis ac reprobis. Ita nullam generis humani partem à Deo negligi probat ab effectu Propheta, quòd impios præcipites deijciat: etsi enim multa confusè in mundo miscentur, numquam tamen sic in abdito latere patitur sua iudicia, quin signa quædam eorum, & quidem satis illustria, oculatis & attentis spectatoribus proponat.

IBIDEM. *Qui exasperant.*] Græcè, Οἱ παραπικραίνοντες, S. Augustinus, *Qui amaricant*; S. Hilarius, *Qui in iram prouocant*: Theodotion vocauit ἀποκλίνοντες, *declinantes*; Aquila ἀποστάται, *desciscentes*: manifestiùs autem Symmachus dixit, Οἱ ἀπειθεῖς, μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς, *Qui incredibili sunt, non exaltentur in semetipsis*: quomodo S. Hieronymus vertit.

8. *Auditam facite.*] Græcè Ἀκουτίσατε; Symmachus, Ἀκούσατε ποιήσατε: quod idem valet, & est expressius: S. Augustinus habet *Audite*; S. Hilarius *Obaudite*.

9. *Qui posuit animam meam ad vitam, &c.*] Ad hunc locum pulchrè annotauit Agellius hac locutione non obscurè innui Dauidis animam intra ipsammet vitam velut in loco aliquo tuto, vbi seruaretur, reconditam & collocatam esse; vt ipsa vita tamquam vas aut sacculus, in quo anima sit reposita, indicaretur: ad eum modum, quo ipsamet Dauidi comis & vrbana Abigail feliciter ominata dicebat: *Erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium; porrò inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu & circulo fundæ.* Hac verò dicendi formâ non tam crediderim aspexisse Vatem [redacted] diuinam prouidentiam, temporalis vitæ conseruatricem, quàm ad peculiarem Dei curam de æterna Dauidis & electorum omnium salute; eo sensu quo dixit ipsemet Dei Filius, *Hæc est autem voluntas eius qui misit me Patris, quod dedit mihi non perdam ex eo.* item alibi: *Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.* &: *Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Quare hæc verba sic optimè transtulit Chaldæus: *Qui numerauit (seu recensuit) animam nostram in vita sæculi venturi.* Sed quà, quæso, viâ atque ratione tam firmas tamque egregias suæ salutis spes concepit Vates, vt iam in libro vitæ sese scriptum recensitumque quodammodò intueretur? Subijcit ipse,

1. Reg. 25. 29.

Ioan. 6, 39

Ioan. 10, 28.

Ioan. 18, 9

10. *Igniſti nos sicut ignitur argentum.*] Ita S. Augustinus: quod quadrat cum Græco ἐπύρωσας: Vulgata, *Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum*: S. Hieronymus, *Igne nos conflasti, sicut conflatur argentum.* Ita D. Paulus ait: *Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Hinc SS. Patres colligunt etiam sanctissimos quosque viros per ignem probandos esse, vti disertè tradit S. Ambrosius in Psal. 118. Serm. 20. *Omnes oportet per ignem probari, quicumque ad paradisum redire desiderant: non enim otiosè scriptum est, quòd eiectis Adam & Heuâ de paradisi sede, posuit Deus in exitu paradisi gladium igneum versatilem. Omnes oportet transire per flammas, siue ille Ioannes Euangelista sit.* Atque hæc sententia ex ipsa antiquitate vires assumpsit: nam & Lactantius lib. 7. cap. 21. ait: *Sed & iustos cum iudicauerit, etiam igni eos examinabit:*

1. Cor. 3, 13.

Omnes etiam viri sanctissimi per ignem probandi.

tum,

[illegible]

... ac patiendo elatamus, vel ne vlla in ſu-... & humilitati conſtulamus, aut qui ... atque innocentes, patienter flammis ... & modum ingentium aerúmve. Nihil tam cognatum virtuti quam ... nihil æquè proprium ſanctis & ele-... que in hoc mundo affligi & humi-... dura de utiſſetur per ignem examine ... ver. 7. & Pſal. 16. ver. 3. annotat. ... *ſti nos in laqueum.*] S. Hieronymus *... duxiſti nos in obſidionem.* Laqueum ... *tibus* accipi in Scripturis obuium ... ipſum Eccleſiaſtici auctor in ſcho-... ſplendido in emblemate ſuis colo-... ſiliter expreſſit: pingit enim hanc ... quamdam laqueis interſperſam ... per quam omnibus ingrediendum ... m diem, quo è corporis domici-... s: ad eam picturam hoc addit ... *ſto, quoniam in medio laqueo-...* Quam ſententiam expendens ... Hom. 15. ad populum, ani-... cauſa dictum fuiſſe à ſapien-... *gnoſce, non autem ibi, vide;* ... trûm mente & intelligentiâ ... calliditſſimè tecti & obum-... blandæ voluptatis illicio, ... nodi & fucati boni delini-... *piam, inquit, in foraim, vi-* ... *ſolo appellas: vides ami-* ... *: vides pauperem, con-* ... *mulierem, & capta eſt.* ... *ciuibus laqueus factus eſt.* ... *vicini, &c.* D. Anto-... men fuit & decus reli-... illuminauit aliquando. ... m mundum laqueis ... n, quos infandus ... & diuinitus cogno-... illum adamantinos ... re poſſe, niſi animi ... tione præſtantem: ... te imaginem totâ ... s laqueorum pe-... tem attentiſſimè

IDEM. *Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, &c.*] S. Hieronymus, *Poſuiſti ſtridorem in dorſo noſtro;* alij, *anguſtiam in lumbis noſtris;* alij, *Poſuiſti catenam in lumbis noſtris;* Chal-... *Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.*] Videtur ad triumphantium morem alludere qui ... hoſtium ceruicibus imminere & cal-... pedibus colla eorumdem conſueuerant, vt ... Euthymius ad hunc locum. Illud enim ... victoriæ indicium eſt & ſublimis domi-... in victos, qui ſtrati & abiecti gloriosam ... potentiam agnoſcunt. Permiſerat ni-... Deus, vt a Babyloniæ Syriæque Regibus ... iugum mitterentur Hebræi, & infamem in ... calamitatem inciderent: quam gentis ſuæ cladem ... miſerandam ſeruitutem hoc loco exponit Da-... dicens: *Impoſuiſti homines ſuper capita no-ſtra:* in Hebræo propriè eſt, *Equitare feciſti ho-...* *ſuper caput noſtrum:* cui concinit Para-phraſtes Chaldæus, *Iuſſiſti equitare auctores ... ſuper caput noſtrum.* Quæ illuſtris ... & ſuperbientis in victoria, timidæque in-... quæ ſuper captiuorum ceruices metuen-... vittis pompâ inuolitet: ita Sapores Rex Per-... cùm Valerianum Imperatorem vi victo-... ſuperaſſet, viuumque cepiſſet, & Tam-berlanes Baiazetem, vtrumque alioqui rebus ge-... dominatione præditum; ſi ... nobilem & inſigni dominatione equum volunt ... quando illi barbari admittere equum humileſque captiuos ... adeſſe iubebant miſerrimos humi & ceruicibus in poſitis ... & pede eorum collo & ceruicibus noſtris ... aſcendebant. Myſtico autem ſenſu hominibus ar-... religioſis ... verſiculum hunc religioſis, inquit, obedientiæ ... commodans, Trahant, *Induxiſti nos in laqueum, impoſuiſti* illud ſancti Dauidis. *Induxiſti noſtros* ... *in dorſo: nam Domino* ... *poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: nam Domino ... hominem ſuper capita noſtra:* induxit ſunt in clau-... ſtra Monaſterij, & triplici laqueo votorum reli-... ricorditer cum illis faciente, inducti ... à domo Do-... *Tribu-...* ... ne in malum ſuum aufugiant. ... religioſæ vitæ, onerati ... gioſorum ligati, ne ... occupationibus ... mini ſui, à quo ... ad incitium da-... *lationes,* id eſt laboribus ... in operibus ... & ſanctæ conuerſationis ... & vitam, id eſt ... *Homines,* ſcilicet ... preſſi, ne otio torpeant, ... impoſitos, quia ... cam, in telis arancarum, infirmant. Et ſicut ... libus, imprudenter ... ſenſus intellectibus ... Prælatos, capitibus ſuis habent ſubdunt. Et ſicut ... omnes il-lorum imperio & cenſuræ omnes ſenſus ſubdunt. Pergant & ... in capite omnes vires & capita ſubijciunt. ... *per ignem & aquam,* ... ſunt, vbi qui Prælatis ſubijciunt. ... ſummus experti-... lis vites ſuas ſentiúſque laborem ... *Tranſiuimus per ignem ... nos in refri-...* adhuc dicant, *Tranſiuimus* ... quia per ... omnemque obedientiæ ... *Et eduxiſti nos ...* & angu-... ſed inde quid ſequitur? ... inquietudines & in refrigerium ... *gerium:* in refrigerium innumeras ... & in præmium obedien-... obedientiam innumeras ... ſcrupulos declinamus; ... res & ſcrupulos ... quia in præmium ... alterius vitæ futuræ, quia ſuſcipiemus ... æternam libertatem ... *per ignem & aquam.*]

IDEM. *Tranſiuimus per ignem & aquam.*] Quid per aquam & ignem intelligatur. ... omnis generis afflictiones ... in Catena: plures, Paraphraſtes per hæc ... Theodoretus explicant per aduerſa ... intelligit, vti & Theodoretus ... vita, aqua ... *tranſituram* ... explicatis ... Auguſtino duce, ... aduerſitatis eodem ſenſu accipit & proſpera; quia ignis ... In eodem ſenſu ... proſperitatis corrumpit. In eodem ... Eccleſiaſticus dicens: *Appoſuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam.* Eccli. 15. 17. *Ante hominem vita & mors, bonum & malum,* ...

D. Ber-

ANNOTATIO. MISERICORDEM.

Religioſa vita laqueus & tribulationes ſalutares.

Quid per aquam & ignem intelligatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

D. Bernardus Sermone in transitu S. Malachiæ hæc verba expendens maximè sistit in transitu, in quo virtutem Malachiæ commendat: *Transijmus (ait) planè viriliter, & feliciter pertransijmus: transijmus per ignem & aquam: quem non tristitia frangere, nec detinere mollia potuerunt: in hoc sanè medio boni & mali scientia continetur; & voluptatis & tribulationis est hic capere experimentum. Beata proinde anima, quæ vtrumque pertransijt, nec voluptati inhærens, nec deficiens in tribulatione.* Itaque S. Bernardus per ignem intelligit tribulationes, per aquam voluptates huius vitæ. Sic etiam S. Hieronymus, *Ignis*, inquit, *tentatio; aqua prosperitas; refrigerium Christus Dominus, aut beatitudo*. Medio autem tutissimus ad Christum, ad patriam, ad requiem vir iustus incedit. Ac educi quidem in refrigerium interpretatur, piè sanctèque in Domino mori. Ad beatitudinem igitur nobis quoque per ignem & aquam transeundum exemplo Christi Ducis nostri, qui pridie mortis per torrentem Cedron ad Iudaices tractus, in illos denique dolorum ignes præcipitatus est, vt extremâ siti confectus exclamarit, *Sitio*: verè per ignem & aquam transijt in paradisum; eductus est in refrigerium. Hac omnibus transeundum est Christianis, alia via in paradisum non est, nec vera hæc via transiliri potest: transeundum est per multiplicis afflictionis ignem & aquam: solatio sit, solùm esse transitum quidquid malorum patimur.

Per ignem & aquam transeundum ad cælum.

13. *Reddam tibi vota mea.*] Scilicet tamquam debita. Nam, vt benè notat Genebrardus, vota huiusmodi obligant absque facultate reuocandi vel omittendi: nam materia per se libera per votum fit necessaria. Vota quidem in genere interdum Latinè reciprocantur cum optatis animi propositis & desiderijs; at Hebraicè non nisi dicunt promissiones Deo factas, quas posteà non sit liberum & integrum reuocare & omittere: quare נְדָרִים *Nedarim*, quâ voce hîc Psalmista vtitur, opponuntur נְדָבוֹת *Nedaboth*, oblationibus spontaneis & liberis.

Vota sunt obligatoria.

IBIDEM. *Quæ distinxerunt labia mea.*] S. Hieronymus vertit, *Quæ promiserunt labia mea.* Paraphrastes Græcus suprà ad hunc locum, *labia distinguere* idem affirmat esse *ac os loqui*; Theodorus in Catena dicit idem esse ac *definire*: Ruffinus verò *labijs vota distinguere* docet illum, qui præ omnibus alijs eligit Deum sibi, & seipsum offert ei; qui mente ac ratione discernit, rectè simul & offerendo & diuidendo, nec mundi lucrum aut gloriam aliquam præter Deum requirendo: quæ vocat labijs internis edita vota. Hugo distinctionem in discretione spectat reprehendens votum Iephte & omnem stultam promissionem, quæ sicut infidelis displicet Deo.

Quid sit labijs vota distinguere.

Iud. 11, 31. *Eccle. 5, 3.*

15. *Holocausta medullata offeram tibi*] Non putandum est hîc loqui Dauid de carnalibus medullis, quæ nihil ad Dei escam proficiant; sed spiritaliter accipiendum est: quo sensu Deus promittit seruis suis *conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum* in æterna beatitudine. Ita pulchrè ad hunc locum S. Augustinus: *Quid est medullata? Intus teneam charitatem tuam: non erit in superficie, in medullis mea erit, quod dilige. Nihil enim interius medullis nostris. Interiora ossa sunt carne, medulla interiora sunt ipsis ossibus.* Quamobrem ea quæ homini maximè sunt interna indicant cor, viscera, mentem, voluntatem & animum ipsum: vnde offerre holocausta medullata est offerre opera externa, quæ intra se contineant cor, animum & mentem. Nullus ergo hostiam offerat nudam, cui semetipsum non adiungat. Qualis enim esset seruus, qui Regi os grande offerret, sed omni medullâ vacuum? caput, sed sine cerebro? Ita multi offerunt Deo externorum operum ossa interno affectu vacua, qui ieiunantes, orantes, Sacrum audientes, nihil penitus cogitant aut curant de voluntate & corde per illa opera in Deum referendis. De quibus iterùm Augustinus: *Quisquis*, inquit, *in superficie colit Deum, magis placere vult hominibus: aliud autem intus sentiens, non offert holocausta medullarum: cuius autem medullam inspicit, ipsum totum accepit.* Itaque cum Psalmista holocausta medullata offerunt, qui siue in opere, siue in cogitatione medullitus accenduntur; atque adeò, in quibus exteriora simul & interiora Deo placeant. Talia holocausta sunt viri sancti ac religiosi, qui semetipsos Deo totos consecrant in odorem suauitatis: hi profectò sunt holocausta non macilenta, non arida, sed charitate pinguia, & deuotione medullata, quæ reliquis Ecclesiæ membris loco medullæ subseruiunt, quia ea exemplo confortant, doctrinâ impinguant, & orationibus rorem cælestem impetrantibus madefaciunt. Afferunt ergo sanctæ Ecclesiæ viri perfecti fructus virorum illustrium atque nobilium, qui eam vitæ puritate dirigunt, virtutis robore protegunt, & diuitiarum spiritualium abundantiâ sustentant.

Isaiæ 25, 6.

Holocausta medullata quæ dicantur.

Viri sancti sunt holocausti medull.

IBIDEM. *Cum incensò & arietibus.*] Græcè, Μετὰ θυμιάματος καὶ τῶν κριῶν: quam lectionem reprehendit S. Hieronymus, quia in Hebræo, inquit, est עִם קְטֹרֶת אֵילִים *him ketoreth elim*, id est *cum incensò arietum*, vt Vulgata habet, scilicet absque coniunctione: hanc tamen habent non tantùm Græci Codices Bibliorum & enarratorum, sed etiam duo alia Latina Psalteria, Hilarius, Augustinus, Cassiodorus: & Iansenio mihique magis probatur, quia incensum propriè dicitur suffitus thuris, quod hîc significatur diuersum esse ab holocaustis. Notat autem tria holocaustorum genera à Deo instituta, scilicet arietum, boum & hircorum, quæ peculiariter in gratiarum actionem offerri solent, vti habetur Leuitici cap. 1.

17. *Ad ipsum ore meo clamaui.*] Confirmat se Dei auxilio saluum esse, quia eum precatus, ipso effectu senserit fuisse sibi propitium. Votorum enim fructus gratiam Dei non parum illustrat, vt nobis sit certior. Per os autem & linguam precandi vehementiam & ardorem exprimit: deinde etiam legem purè & rectè orandi subijcit.

Oratio bene est fin... ore.

18. *Iniquitatem si aspexi in corde meo.*] Hisce verbis Propheta suam innocentiam asserit, & simul exemplo suo nos monet, vt discamus ad Deum puro corde accedere. Similis est locus ille Ioannis: *Scimus autem quia peccatores Deus non audit*, eos scilicet, quos peccati non pœnitet: (nam qui ingenuam tractus sui confessionem coram Deo afferunt, hoc ipso iam peccatores esse desinunt, quos Deus supplices absoluit.) Te- *Ioan. 9, 31.*

nenda

... est S. Paulus ... orario: Discedat ab ... Dominus ... cor de, non est esse ... sua vita cogun- ... ibi male ... aspicere in ... ium (quia videre ... plicent, eaque per ... sibi in illis disp... merito tri- ... deleant: quod virtuti ... iniquita- ... entum est: & addictum ... meminit Pro- ... ideò dixit cordis ... putans sibi esse ... enderet non modò ... esse innoxium, ... coram hominibus ... externæ vitæ ... Deo. Nisi enim ... sed recondita ... cordis veritas, ... coram homini- ... quod splendebit ... Subjicit ergo ... coram Deo. ... exauditas fuisse preces suas. ... Deus, qui non amouit oratio- ... sericordiam suam à me.] Locus ... nobis commendat orationem: ... cessat oratio nostra ascende- ... cessabit ad nos eius misericor- ... vti ad hunc locum egregiè mo- ... Quamdiu ergo hic sumus ... Deum, vt non à nobis amoueat de- ... nostram, & misericordiam suam; sed ... anter oremus, & perseueranter mi- ... Multi enim languescunt in orando, & ... sua conuersione, feruenter orant, post- ... postea frigide, posteà negligenter: ... vigilat hostis, dormis tu. Ipse ... præcepit in Euangelio, Quia oportet ... are, & non deficere. Et dat similitudi- ... timebat, ... vereebatur, quem interpellabat ... ut audiret eam: & cessit ta- ... sectabatur misericordia: & ait sibi

iudex nequam: Si nec Deum timeo, nec homi- nem revereor, vel propter tædium, quod mihi quotidie facit hac vidua, audiam causam eius, & vindicabo eam. Et ait Dominus: Si iudex iniquam hoc fecit, Pater vester non vindicabit ele- ctos suos, qui ad eum clamant die ac nocte? Iam dico vobis, faciet iudicium eorum cito. Ergo non deficiamus in oratione. Ille quod concessurus est etsi differt, non aufert: securi de pollicitatione ipsius, non deficiamus orando; & hoc ex beneficio ipsius est: propterea dixit, Benedictus Deus meus, qui non amouit deprecationem meam, & misericordiam suam à me. Cùm videris non à te amotam deprecationem tuam, securus esto, quia non est à te amota misericordia eius. Si ergo, vt ex sententia tanti Patris constat, ex oratione tua quodammodò erga te diuina misericordia depen- det, pro nulla occupatione, pro nulla causa debes eam omittere, nec ab assidua Domini interpella- tione cessare. Si conuenienti tempore non man- ducasti, posteà manducas: si conuenienti tem- pore non dormisti, posteà cùm permiserit tem- pus, quiescis, & dormis; quia hæc tam necessa- ria sunt, vt sine illis vita diu durare non possit. Et oratio cibus est animæ, somnus est mentis, qui calorem spiritus imminutum renouat vires- que resumit. Si ergo consueto tempore orationi vacare non potuisti, primo quoque tempore eam non dimidiatam, non mutilam, sed integram, & nec in minimo decurtatam accipias: hæc enim est quæ animam sustentat & saginat, hæc, quæ auxilia gratiæ ad vincendas tentationes & labores perferendos impetrat; hæc, quæ totius diei actio- nes dirigit & perficit; hæc, quæ diuinas ad nos miserationes adducit.

Marginal notes: ANNOTATIO. & MISCORDERII. ... Oratio quamquam omittenda est. ... E

IN PSALMVM LXVI. ARGVMENTVM.

... τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις ... ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

1. In finem, in hymnis Psalmus Cantici Dauid.

Contextus etiam hic Psalmus cum præce- dente: proprietatem enim habet benedictio- nis sacerdotum: & in libris Iudicum ferè tota hæc oratio ponitur. Hoc igitur etiam post reditum prophetatum fuit, tamquam promulgat etiam diuinam futuram. Ceterùm promissionem, ac Gentium incarnationem, & apparitionem inscriptus est: salutem. In hymnis autem laudari, hominum quoniam Dei est hymnis laudari, ... verò, laudibus ornari.

PARAPHRASIS ANONYMI.

... οἰκτείρησαι ἡμᾶς, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς ... ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον ... ἐλεήσαι ἡμᾶς.

2. DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis: illumi- net vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

DIAPSALMA.

Hæc, inquit, oratio iterùm pro nobis locum habeat.

3. * Ad cognoscendam in terra viam tuam,

* Vulgata Vt cognoscamus.

Vt nos, inquit, in terra tua, id est Hierosolymis, iterùm videamus legitima, & quæ consequuntur.

In omnibus Gentibus salutare tuum.

Dicit illos qui in Palæstina erant, vt, inquit, omnes nos cognoscamus salutare tuum; id est, ipso fruamur, vt pro eo consuetos hymnos offeramus. vnde subiungit:

4. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Dicit eos qui in Palæstina habitabant.

5. Lætentur & exultent Gentes;

Eosdem intelligit.

Quoniam * iudicabis populos in æquitate, & Gentes in terra * diriges.

* Vulgata iudicas.
* Vulgata dirigis.

DIAPSALMA.

Quoniam, inquit, iustè populis ius dicis, & eos quidem qui iniuriam inferunt punis; at iniuriam passos reducis ad propria.

6. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes:

Ad hæc, inquit, æquum est te ab omnibus celebrari, & honorari.

7. Terra dedit fructum suum.

Deus gaudet fructu virtutum.

Hoc enim, inquit, terræ nostræ fructu plus gaudes quàm illo vineæ, & frumenti, & olei: nam cùm talem, inquit, tibi fructum obtulerimus, scilicet virtutis exhibitionem; quid fit?

Benedicat nos Deus, Deus noster,

8. Benedicat nos Deus:

Deinde subiungit:

Et metuant eum omnes fines terræ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Σχοίη, φησί, χώραν ἡ εὐχὴ αὕτη πάλιν ἐφ' ἡμῶν.

γ΄. Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου,

Ὥστε, φησίν, ἡμᾶς ἐν τῇ γῇ σου, τουτέστι πάλιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εἰδέναι τὰ νόμιμα, καὶ τὰ ἀκόλουθα.

Ἐν πᾶσιν ἔθνεσι τὸ σωτήριόν σου.

Τοὺς ἐν τῇ Παλαιστίνῃ λέγει, ὥστε, φησί, πάντας ἡμᾶς γνῶναι τὸ σωτήριόν σου· τουτέστιν, ἐναπολαῦσαι αὐτοῦ, ἵνα ὑπὲρ τούτου τοὺς συνήθεις ἀναπέμπωμεν ὕμνους. ὅθεν ἐπιφέρει·

δ΄. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ Θεός· ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες.

Τοὺς ἐν Παλαιστίνῃ λέγει οἰκοῦντας.

ε΄. Εὐφρανθήτωσαν καὶ ἀγαλλιάσθωσαν ἔθνη·

Τοὺς αὐτοὺς λέγει.

Ὅτι κρινεῖς λαοὺς ἐν εὐθύτητι, καὶ ἔθνη ἐν τῇ γῇ ὁδηγήσεις.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὅτι δικάζεις, φησί, τοῖς λαοῖς δικαίως, καὶ τοὺς μὲν ἀδικοῦντας τιμωρῇ· τοὺς δὲ ἀδικουμένους ἐπανάγεις ἐπὶ τὰ οἰκεῖα.

ϛ΄. Ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ ὁ Θεός· ἐξομολογησάσθωσάν σοι λαοὶ πάντες·

Ὑπὲρ τούτων, φησί, δίκαιόν σε παρὰ πάντων ἀνυμνεῖσθαι, καὶ δοξάζεσθαι.

ζ΄. Γῆ ἔδωκε τὸν καρπὸν αὐτῆς.

Τούτῳ γάρ, φησί, χαίρεις τῷ καρπῷ τῆς γῆς ἡμῶν πλέον ἢ τῷ ἐξ ἀμπέλων, καὶ σίτου, καὶ ἐλαίας· ἐὰν γὰρ τοιοῦτόν σοι, φησί, προσφέρωμεν καρπόν, τουτέστι τὴν ἀρετῆς ἐπίδειξιν· τί γίνεται;

Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός, ὁ Θεὸς ἡμῶν,

η΄. Εὐλογήσαι ἡμᾶς ὁ Θεός.

Εἶτα ἐπιφέρει·

Καὶ φοβηθήτωσαν αὐτὸν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς.

Γῆ,

[illegible] εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς [illegible] ἵνα πάντες [illegible] προσκυνῶσιν [illegible] φιλάνθρωπον ὑπάρχοντα [illegible].

Vt, inquit, ex rebus nostris in fines vniuersæ terræ fama ipsius diuulgetur, & ab omnibus iure adoretur, cùm sit Dominus omnium, & clemens & benignus. COM-MINIA-XIVS HE-RACLEO-TA.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β. [Ο ΘΕ]ΟΣ ΟΙΚΤΕΙΡΗΣΑΙ.] [illegible] τοῖς πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐσομένην [illegible] τῆς θείας ἐπιφανείας [illegible] χεσθαι [illegible] εὐλογίαν [illegible], ὥστε [illegible] τὴν πρὸς σε φέρουσαν [illegible] γάρ σου τὸ πρόσωπον, [illegible] πρὸς θεὸν ἄγουσα τὸν πατέρα [illegible] αὕτη; ἀλλ' ὁ εἰπών, Ἐγώ εἰμι [illegible] ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ [illegible] Καὶ ἵνα μή τις ὑπολάβοι περὶ Ἰουδαίων [illegible] φησί, ἐν πᾶσιν [illegible] ὥστε ἐλλαμφθῆναι [illegible] τῷ φωτὶ τῆς θεογνωσίας [illegible] τὴν τῆς εὐλογίας τάξιν [illegible] ἀλλὰ [illegible] ἐργάζεται [illegible]. Προσήκει [illegible] λαοὺς πάντας, καὶ τὰ ἔθνη τὴν [illegible] εὐφραίνεσθαι καὶ χορεύειν, [illegible] ἀλλ' ὅτι δικαίως [illegible], καὶ τὰς ψήφους ἀδεκάστους [illegible] ἀναλαμβάνει διὰ ταῦτα ὥσπερ [illegible].

ζ'. ΓΗ [ΕΔΩΚΕ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ] ΕΔΩΚΕ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ [illegible] καὶ αὕτη [illegible] ἢ ἐπειδὴ [illegible] ἀγνοοῦσιν [illegible] πάντων θεόν, ἀλλὰ τὸν ἥδιστον [illegible] τῆς εὐσεβείας καρπόν. [illegible] καρπὸς αἱ κατ' εὐσέβειαν [illegible] δὴ μᾶλλον χαίρεις καρπῷ [illegible] προσφερομένου σοι, [illegible], τί γίνεται; [illegible] σοι. Δὶς δὲ τὰ ἔθνη [illegible], δὶς αὐτοῖς τὴν [illegible] οὐδέποτε μὲν τοι [illegible] εὐλογοῦντες τὸν θεόν, λόγους μόνον [illegible] προσφέρουσιν· ὁ θεὸς δὲ εὐλογῶν, [illegible] τοὺς λόγους [illegible]. τό, φοβηθήτωσαν [illegible] πάντα τὰ πέρατα, τοιοῦτον· Ὁ εὐλαβῶς, φησί, περὶ τοὺς θείους νόμους [illegible], καὶ τὸ θεῖον [illegible]

1. DEVS MISEREATVR.] Cùm spiritalibus oculis futuram omnibus salutem per diuinam apparitionem præuidisset, supplicat, vt hæc quàm celerrimè concedatur; ita vt ex ea benedictio percipiatur, ac terricolæ semitam ad te ducentem agnoscant: te enim vultum tuum illuminante, via cognoscitur, quæ ducit ad Deum Patrem. *Christus est via ad Patrem.* Quæ autem hæc? nisi qui dicit, *Ego sum via: nemo venit ad Patrem nisi per me.* *Ioan. 14. 6.* Et ne quis opinaretur de Iudæis hæc dici, ait, *In omnibus Gentibus salutare tuum*; ita vt etiam Gentes in tenebris sedentes diuinæ cognitionis et luce collustrentur. Non temerè autem repetitione vsus est, bis ponendo verbum *confitear*, nam auditores per hoc reddit attentiores. Conuenit, inquit, propterea etiam populos omnes, & Gentes, quæ per totum orbem sunt, lætari & tripudiare, cognoscentes nihil à te negligi, sed iustè omnibus ius dici, atque inuiolabiles sententias proferri. Hæc autem velut lætabundus repetit.

7. TERRA DEDIT FRVCTVM SVVM.] Quandoquidem scilicet hæc etiam benedictionem consecuta est; vel quia hi etiam qui de terra nati sunt, Deum, qui omnibus præest, non amplius ignorant, sed suauissimum pietatis fructum ipsi afferunt. Vel terram intelligit spiritualem, cuius fructus sunt virtutes secundùm pietatem; quo vtique fructu plus gaudes quàm terreno. Quando itaque fructum illum, scilicet virtutis exercitium, tibi afferimus, quid fit? benedicimur à te. Vbi enim Gentes bis ad laudis canticum excitauit, bis ipsis benedictionem expetijt. Sciendum nempe homines, cùm Deum benedicunt, sermones duntaxat ipsos proferre; Deum verò, quando benedicit, operibus sermones confirmare. *Homines verbis, Deus operibus benedicit.* Istud porrò, *Metuant eum omnes fines*, est istiusmodi: Qui, inquit, religiosè erga diuinas leges affectus est, diuinumque

CATENA PATRVM.

numque iudicium timet, per illarum obseruantiam Deum colit. Diuinus autem cultus benedictionem affert. Ipse igitur Psalmi finis non solùm Iudæos, sed etiam homines omnes docuit, vt diuinum timorem habeant.

δεομένων κρατήσειν, ἀλλ᾽ ὅτι τὸν νόμον φυλάσσει τὸν Θεὸν θεραπεύει. ἡ δὲ θεία θεραπεία τὴν εὐλογίαν προξενήσει. καὶ αὐτὸ τοίνυν τὸ τέλος οὐκ Ἰουδαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας ἀνθρώπους τὸν θεῖον ἔχειν εἰσηγήσατο φόβον.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Rursus etiam hic Apostolorum persona introducitur, quæ omnes Gentes doceat, & liberari roget ab ijs qui eorum doctrinæ contradicunt.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάλιν ἐνταῦθα τῶν Ἀποστόλων τὸ πρόσωπον εἰσάγεται, διδασκαλίαν ποιούμενον τῶν ἐθνῶν, ῥυσθῆναί τε ἀξιοῦν τῶν ἀντιλεγόντων τῇ διδασκαλίᾳ αὐτῶν.

EVSEBII. Lex à Deo data erat Sacerdotibus, vt Israëlem benedicerent. Hisce autem vocibus diuina Scriptura in Numeris vsa est
Num. 6, 23. sic dicens: *Locutúsque est Dominus ad Moysem dicens: Loquere Aaron & filijs eius dicens: Sic*
Formula benedictionis populi Israëlitici. *benedicetis filios Israel, dicentes eis: Benedicat te Dominus, & custodiat te: illuminet Dominus faciem suam super te, & misereatur tui: eleuet Dominus faciem suam super te, & det tibi pacem. Et imponent nomen meum super ipsos filios Israël, & ego Dominus benedicam eos.* Reditum igitur populi etiam in hoc Psalmo prædicens beatus Dauid, hæc dicit, quibus simul implicantur benedictiones, quæ à Sacerdotibus populo fiebant, iuxta præceptum Dei: quia tunc conueniebat hanc benedictionem à Sacerdotibus proferri, quando in proprijs existentes locum habebant hæc pronuntiandi, & simul mandata verificandi.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Νόμος ἦν παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένος τοῖς ἱερεῦσιν, ὥστε εὐλογεῖν τὸν Ἰσραήλ. ταύταις δὲ ταῖς φωναῖς ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς ἡ θεία γραφὴ κέχρηται λέγουσα οὕτως· καὶ ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· λάλησον Ἀαρὼν καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ λέγων· οὕτως εὐλογήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, λέγοντες αὐτοῖς· Εὐλογήσαι σε κύριος, καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σε, καὶ ἐλεήσαι σε· ἐπάραι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σε, καὶ δῴη σοι εἰρήνην. καὶ ἐπιθήσουσι τὸ ὄνομά μου ἐπ᾽ αὐτοὺς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, καὶ ἐγὼ κύριος εὐλογήσω αὐτούς. Τὴν δὲ ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ καὶ ἐν τούτῳ προαγορεύων τῷ ψαλμῷ ὁ μακάριος Δαβίδ, ταῦτά φησιν, οἷς συμπλέκονται τὰς εὐλογίας παρὰ τῶν ἱερέων τῷ λαῷ γινομένας, κατὰ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ· ὡς τότε ἁρμοζούσης τῆς εὐλογίας ταύτης λέγεσθαι παρὰ τῶν ἱερέων, ὅτε ἐν τοῖς οἰκείοις ὄντες χώραν εἶχον τοῦ λέγειν, ἅμα καὶ τῶν προστεταγμένων ἀληθευόντων.

2\. DEVS MISEREATVR NOSTRI.]
Dei lumen opus est ad Euangelium prædicandum. ATHANASII. Tuis, inquit, miserationibus, & illuminatione vultus tui nobis opus est Domine, vt possimus apertam sancti Euangelij tui viam omnibus Gentibus prædicare. *Salutare* enim vbique vocat eius præsentiam seu aduentum.

β. Ο ΘΕΟΣ ΟΙΚΤΕΙΡΗΣΑΙ ΗΜΑΣ.]
ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῶν σῶν οἰκτιρμῶν δεόμεθα, φησὶ, δέσποτα, καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ προσώπου σου, πρὸς τὸ δυνηθῆναι φανερὰν τὴν ὁδὸν τοῦ Εὐαγγελίου σου τοῦ ἁγίου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κηρύξαι. Σωτήριον γὰρ πανταχοῦ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ φησι.

Luc. 1, 78. Psal. 117, 27. CYRILLI. *Visitauit* enim *nos oriens ex alto* (sicut ait beatus Dauid) *Deus Dominus, & illuxit nobis*. Ostendit nobis Deus
Filius est vultus Patris. Heb. 1, 3. ac Pater vultum suum, id est Filium: imago enim *est & figura substantiæ eius*: etenim di-
Ioan. 14, 9. Ioan. 10, 30. sertè dixit, *Qui videt me, videt & Patrem. Ego & Pater vnum sumus.*

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπεσκέψατο γὰρ ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους (καθά φησιν ὁ μακάριος Δαβίδ) Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ἔδειξεν ἡμῖν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, τουτέστι τὸν υἱόν· εἰκὼν γάρ ἐστι καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ γοῦν ἔφασκεν ἐναργῶς, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν.

Per Christum salutare Dei agnouimus. THEODORI. Illuxit enim nobis vnigenitum Dei verbum, & cognouimus saluta-

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπέλαμψε γὰρ ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ ἐγνώκαμεν τὸ σωτή-

[illegible] πατρὸς, δηλαδὴ τὸν υἱὸν [illegible] σωθέντες διὰ τῆς πίστεως. Ἐ[illegible] [illegible] κατὰ δὲ [illegible] τὸν [illegible] [illegible] τὸν υἱὸν [illegible] οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν [illegible] δι' ἐμοῦ.

[illegible] ΝΟΥΣ. Προκηρύττει τοῦ Θεοῦ [illegible] ἐπιφάνειαν [illegible] τὸ τέλος ἐπιγέγραπται [illegible] κατορθωθέντα [illegible] ἀλλ' ἐν ὕμνοις [illegible] Θεῖος ὢν ὁ ὕμνος τυγχάνει [illegible] δηλῶν τοῦ σωτῆρος [illegible] μεγίστην, ἐν ξς' τίθεται [illegible] τυγχάνοντι καὶ ἐν μονάσι καὶ [illegible]

[illegible] ΧΙΟΥ. Ἣν προέγνω τοῦ σωτῆρος [illegible] αὐτὴν θᾶττον γενέσθαι, τὴν ἐκ [illegible] εὐλογίαν [illegible]. Ἐπιφαί[illegible] τὸ πρόσωπον τοῦ πάντων δημιουρ[illegible] [illegible] ἡμᾶς εὐλογίας καὶ οἰκτιρμῶν, [illegible] ἡμῖν ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστά[illegible] [illegible] ἐμφανίζοντος ἑαυτὸν τοῖς ἀξίοις. [illegible] τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ὁ καθ[illegible] [illegible] αὐτῷ, ὁρᾷ τὸν πατέρα. [illegible] ἑώρακας, ἑώρακας τὸν πατέρα. [illegible] οἰκτείρει, καὶ εὐλογεῖ [illegible] πνευματικῇ ἐν τοῖς ἐπουρα[illegible] Ἰησοῦ.

[illegible] ΟΥ. Τοῦ ποιῆσαι γνῶναι, ἀντὶ [illegible] ἀνθρώποις καταφανῆ γενέσθαι τὴν [illegible] τὴν φιλανθρωπίαν τὴν εἰς [illegible] τὴν πρᾶξιν λέγει τὴν εἰς [illegible] τὰ θαύματα.

[illegible] Ὁδὸς τοῦ Θεοῦ ὁ νόμος καὶ [illegible]. ὁδὸν γάρ, φησι, δικαιω[illegible] [illegible] σόν με. αἰτεῖ τοίνυν ταῦτα [illegible], οὐκ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ μόνῃ [illegible] κηρύττεσθαι) γνωρισθῆναι [illegible] τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

[illegible] ΟΥ. Ἐπιφαίνοντος γάρ σου τὸ [illegible] ἐσται ἡ ὁδὸς ἡ πρὸς σὲ ἀ[illegible] ὁ εἰπών, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς [illegible] πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' [illegible] καὶ σωτήριον ἐν πᾶσιν [illegible] τὸ, ὄψεται πᾶσα σὰρξ [illegible]. Λέγοι δ' ἂν ὁδὸν καὶ [illegible], κατὰ τὸ, ὁδὸν ἐντολῶν σου [illegible] σωτηρίαν, ἣν ἐλθ[illegible] [illegible] τὴν εἰς ἡμᾶς σου σωτηρίαν φανερὰν γενέσθαι.

re Dei ac Patris, scilicet Filium; per quem etiam saluati sumus per fidem. Cognouimus viam quæ ducit ad Patrem, eumdem esse Filium: siquidem disertè dixit, *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* CATENA PATRVM. Ioan. 14. 6.

ORIGENIS. Prænuntiat Dei verbi apparitionem & Gentium omnium salutem: quare *In finem* inscriptus est. Et cùm non sint humana illa quæ gesta sunt, non in encomiis vel laudibus, sed *In hymnis* inscribitur hic Psalmus. Cùm itaque diuinus hymnus sit, & cùm Saluatoris etiam actiones ac maximam earumdem contemplationem exhibeat, numero sexagesimo sexto collocatus est, vtpote perfecto existenti tam in vnitatibus quàm in decadibus. Prænuntiat Dei verbi apparitionem.

HESYCHII. Eam quam prænouerat Saluatoris apparitionem petit citò fieri, vt benedictionem ex ipsa referamus. Apparet autem vultus omnium conditoris, qui replet nos benedictione ac miserationibus, dum apparet nobis figura substantiæ eius, & demonstrat semetipsum iis qui digni sunt: cùm enim figura sit Dei inuisibilis, qui mente purâ ad ipsum accedit, is videt Patrem. *Qui* enim, inquit, *videt me, videt & Patrem.* Tunc beneficiis affectos miseretur, ac *benedicit omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu.* Christi apparitio et ipsi nos benedicione. Ioan. 14. 9. Ephes. 1, 3.

THEODORI. *Vt notam faciamus*, id est, vt omnibus hominibus conspicua reddatur beneficentia & clementia tua in nos. Viam enim vocat eius erga ipsos actionem, & salutem, & miracula. Via Dei quæ.

ASTERII. Via Dei lex & præcepta dicuntur. *Viam* enim, inquit, *iustificationum tuarum doce me.* Petit igitur hæc in terra cognosci, non in Iudæa sola (vbi legem prædicari placuit) sed notum reddi cunctis Gentibus salutare Dei. Psal. 118, 27.

HESYCHII. Te enim vultum illuminante, cognoscitur via quæ ducit ad Patrem, cùm dicat, *Ego sum via: & nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Idem etiam salutare erit in omnibus Gentibus, cùm impletum fuerit illud, *Videbit omnis caro salutare Dei.* Dixeris quoque viam esse præcepta eius, iuxta illud, *Viam mandatorum tuorum cucurri*; & consequenter salutem, quam venit exhibere, vt tua in nos salus omnibus fiat manifesta. Christus est via ad Patrem. Ioan. 14, 6. Luc. 3, 6. Psal. 118, 32.

5. Læ-

Digitized by Google

CATENA PATRVM. *Vaticinatur Gentium conspirationem.*

5. LÆTENTVR ET EXVLTENT GENTES.] ATHANASII. Vaticinatur omnium Gentium in Christum conspirationem: iustum autem, vt pro his omnes tibi gratias agant in idipsum.

CYRILLI. Cùm iterùm vnus illorum Hebræorum populus confiteretur Deo dicenti, *Ego sum qui deleo iniquitates tuas: propterea dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris.* Huius populi personam gerens hic sanctus, Deo, inquit, peccata mea nota feci, & iniquitatem meam non abscondi. Verùm Saluator adueniens omnes Gentes ad pœnitentiam vocat, per confessionem eas remissionem consecuturas promittens: quæ etiam gratiarum actionem exhibet, Dei facie ipsis apparente.

Esaiæ 43, 25.

Gentes ab errore conuersæ ad Dei notitiam.

DIDYMI. Cognitâ in terrâ viâ, & in omnibus Gentibus salutari Dei, Gentes ab omni malitia & multitudinis deorum errore liberatæ, lætantur virtutem moralem exercentes, & exultant Dei notitiam percipientes.

EIVSDEM. Populi autem & Gentes sunt ex parallelo iidem: vel, populi quidem isti de circumcisione, Gentes verò Ethnici.

6. CONFITEANTVR TIBI POPVLI.] THEODORI. Repetit eadem. Totus enim Psalmus benedictionem & gratiarum actionem continet.

Omnes per Christum ferunt fructum pietatis.

DIDYMI. Quomodo enim non omnis terra, id est, homines qui in ea sunt, laude replerentur, & fructum pietatis referrent, cùm in omni loco incensum & sacrificium mundum in Gentibus offeratur?

7. TERRA DEDIT FRVCTVM SVVM.] ATHANASII. Illa nempe spiritalis: fructus autem eius sunt profectus in pietate.

THEODORI. Quomodo enim homines, qui in terra sunt, non laudes & fructus adferrent, cùm in omni loco incensum & sacrificium mundum offeratur, secundùm prophetiam quæ hæc dicit. Repetitio autem illa reddit attentos auditores.

BENEDICAT NOS DEVS.] THEODORI. Repetijt etiam benedictionem. Dum autem ad benedicendum adhortantur ij qui ex Gentibus sunt, videntur quodammodò legis quidem iudicium deprecari, pro lege verò & vmbra sitire magis salutem & gratiam, quæ per Christum fit.

ε΄. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩΣΑΝ ΚΑΙ ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩΣΑΝ ΕΘΝΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάντων τῶν ἐθνῶν τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν προφητεύει· δίκαιον δὲ, ὑπὲρ τούτων πάντας εὐχαριστεῖν σοι κατὰ τὸ αὐτό.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Πάλιν ἑνὸς τούτων Ἑβραίων λαοῦ ἐξομολογουμένου τῷ λέγοντι Θεῷ, Ἐγώ εἰμι ὁ ἐξαλείφων τὰς ἁμαρτίας σου· διὸ λέγε πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. Τούτου τοῦ λαοῦ πρόσωπον φέρων ὁ ἅγιος, τῷ Θεῷ, φησι, τὰς ἁμαρτίας μου ἐγνώρισα, καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ἀπέκρυψα. Ὁ δὲ σωτὴρ ἐλθὼν πάντα τὰ ἔθνη ἐπὶ μετάνοιαν καλεῖ, τεύξεσθαι ἀφέσεως δι' ἐξομολογήσεως ὑποσχόμενος· ἅπερ ἐστὶ τὸ εὐχαριστεῖν δηλοῖ, ἐπιφανέντος αὐτοῖς τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Γνωσθείσης τῆς ὁδοῦ ἐν τῇ γῇ, καὶ τοῦ σωτηρίου τοῦ Θεοῦ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἀπαλλαγέντα πάσης κακίας τε καὶ πολυθέου ἀπάτης τὰ ἔθνη εὐφραίνεται, κατορθοῦντα ἠθικὴν ἀρετὴν, καὶ ἀγαλλιᾶται λαβόντα Θεοῦ γνῶσιν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Λαοὶ δὲ καὶ ἔθνη ἐκ παραλλήλου οἱ αὐτοί· ἢ, λαοὶ μὲν οἱ ἐκ περιτομῆς, ἔθνη δὲ οἱ ἐξ ἐθνῶν.

ϛ΄. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΑΣΘΩΣΑΝ ΣΟΙ ΛΑΟΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπανέλαβε τὰ αὐτά. καὶ γὰρ ἔστιν ὅλος ὁ ψαλμὸς εὐλογίας καὶ εὐχαριστίας περιεκτικός.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε πᾶσα ἡ γῆ, τουτέστιν, οἱ ἐπ' αὐτῆς ἄνθρωποι, αἰνέσεως πληροῦσθαι, καὶ καρπὸν εὐσεβείας φέρειν, ἐν παντὶ τόπῳ προσαγομένου θυμιάματος καὶ θυσίας καθαρᾶς ἐν τοῖς ἔθνεσι;

ζ΄. ΓΗ ΕΔΩΚΕ ΤΟΝ ΚΑΡΠΟΝ ΑΥΤΗΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ νοητὴ δηλονότι· καρπὸς δὲ αὐτῆς αἱ κατ' εὐσέβειαν προκοπαί.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον οἱ ἐπὶ γῆς ἄνθρωποι αἰνεῖν τε καὶ καρποφορεῖν, ἐν παντὶ τόπῳ προσαγομένου θυμιάματος καὶ θυσίας καθαρᾶς, κατὰ τὴν ταῦτα λέγουσαν προφητείαν. ἡ δὲ ταυτολογία προσεκτικοὺς ἐργάζεται τοὺς ἀκούοντας.

ΕΥΛΟΓΗΣΑΙ ΗΜΑΣ Ο ΘΕΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπανέλαβε καὶ τὴν εὐλογίαν. εὐλογεῖν δὲ παρακαλοῦντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἐοίκασί πως παραιτεῖσθαι μὲν τὴν τοῦ νόμου κρίσιν, διψᾶν δὲ μᾶλλον τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν καὶ χάριν, τὴν ὑπὲρ νόμον καὶ σκιάν.

η΄. ΚΑΙ

[illegible] ΑΥΤΟΥ.] [illegible]

8. ET METVANT EVM.] CYRILLI. Timor enim Dei impellit ad exercitium virtutis: quo facto prorsus & omnino fiet, vt qui illum habent, in omni bono versentur.

ANNOTATIONES CORDERII. Timor Dei ad virtutem impellit.

THEODORETI. Hic est modus obtinendi benedictionem. Qui enim circa diuina mandata religiosus est, & futurum iudicium timet, is Deum colit, & spiritalem benedictionem offert propter magnitudinem beneficiorum.

ANNOTATIONES CORDERII.

In titulo nihil est peculiare, quod non sit in praecedentibus explicatum. Sixtina editio Septuaginta non habet vocem ᾠδῆς, Cantici; & notat Lorinus emendatioribus Codicibus non haberi; tamen reperi in quinque vetustissimis Codicibus mss. & Nobilius fatetur in [illegible] extare: & sic etiam Vulgata legit, Psalmus Dauid: in Hebraeo tamen non [illegible] Dauid, & ideo nonnulli, non habentes [illegible] huius Psalmi nolint esse Dauidem; quia [illegible] Codice Graeco & Latino habeatur, & sic [illegible]rius, Hieronymus, Augustinus & alij [illegible] Commentarijs in Psalmos, credibile est, in[illegible]ninus, aut ex Codice Hebraico vocem [illegible]isse, vel à Septuaginta Interpretibus [illegible]sse, ne quis suspicaretur Psalmum [illegible] à Dauide compositum, quia non [illegible] eius in titulo. Porrò argumentum [illegible] desiderij vehementis videndi ad[illegible]toris; pro quo Deum obsecrat.

[illegible]sereatur nostri, &c.] Eusebius in hanc esse adumbrationem formulae Sacerdotum veteris Testamenti, Numerorum sexto cap. versu 23. in [illegible]cabula reperiuntur, miserendi, benedicendi[illegible], etsi ordine mutato: ibi enim [illegible] dicitur, Benedicat tibi Dominus: id [illegible] omnium copiam omnium bonorum [illegible] ex consecutione spiritualia & [illegible] enim significat benedictio apud [illegible] autem è diuerso quia Dauid allu[illegible] [illegible]elium, in primis & ante omnia [illegible] lia, deinde temporalia: primum [illegible] misereatur nostri, id est, Grati[illegible] am det nobis; ita vt per vocem [illegible] intelligatur peccatorum re[illegible] spiritualis collatio: quae sunt [illegible] misericordiae Dei. Vnde obseruat S. Hila[illegible] [illegible] ordine primùm misericordiam Dei [illegible] bonitatis suae misericordiam [illegible] remissionem largitur, & peccato[illegible] [illegible] probitatis est meritum, sed [illegible] indulgentiae voluntas, ex bonitatis di[illegible] ad miserandi munus exuberans. Hoc est Theologi docent, remissionem peccatorum [illegible] sub meritum nostrum, quia meritum [illegible] dignae [illegible] quae dignitas est per gratiam [illegible]ficantem.

IBIDEM. Illuminet vultum suum super nos.] Id est, Deus sit nobis instar lucis & lucernae, vt dirigat omnes actus nostros; subiungit enim, Vt cognoscamus in terra viam tuam. Sic Psalmo 4. versu 7. dicitur, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. q. d. Lucerna rationis & fidei in nobis accensa est à lumine tuo diuino, ô Domine. Simili sensu dicitur Psal. 17. ver. 29. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. & Psal. 118. ver. 135. Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas. & Lucae 1. ver. 79. Illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis sedent. & Psal. 89. versu vltimo, Sit splendor Domini Dei nostri super nos: & opera manuum nostrarum dirige super nos. Ita quoque Cornelius noster exponit veterem illam sacerdotalem benedictionem Numerorum sexto; in quâ cum Rabano obseruat tertiò indutum & repetitum esse nomen Domini, vt SS. Trinitas, ex quâ, per quam, & in qua sunt omnia bona, significetur: vnde etiamnum apud Christianos Ecclesiastica benedictio per nomina personarum SS. Trinitatis confertur dicendo, Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.

Deus nobis lux & dux ad virtutem.

Benedictio facta nomine SS. Trinitatis.

Hugo Cardinalis haec verba, Deus misereatur nostri, attribuit poenitentibus, benedicat nobis, proficientibus, illuminet vultum suum super nos, peruenientibus siue perfectis, & misereatur nostri, monentibus; atque primos petere veniam; secundos gratiam iustificantem; tertios sapientiam, siue gratiam contemplationis; postremos gloriam. Assignat quoque cuiuis iusto vel religioso confessionem miseriae cum petitione misericordiae, confessionem maledictionis cum petitione benedictionis, confessionem tenebrarum, culpae & ignorantiae cum petitione illuminationis per vultum Patris, qui est Christus, vel secundum rationem nobis impressam, quod est lumen vultus Dei signatum super nos, confessionem pietatis cum petitione gloriae. Adhaec docet verba primis postulari liberationem ab omni miseria & poenis; secundis omnem felicitatem; tertijs plenam animae cognitionem, & corporis claritatem solis; vltimis corporum resurrectionem. Addit gloriosae resurrectionis dotem primam, quae est impassibilitas, indicari primo miserendi verbo, vltimo similis subtilitatem; secundo agilitatem; tertio claritatem. Tandem notat in Deo

Sensus accommodatitij.

ANNOTATIONES CORDERII.

Dei nomine vnitatem essentiæ; in verbo *misereri* propriam actum Dei; in verbo *benedicendi* personam patris, qui benedicat filijs, sicut Patriarchæ suis; in *illuminandi* personam Filij, qui est lux mundi; in repetito verbo *misereatur* appropriatum, vt dicunt, actum personæ Spiritus sancti, propter attributum bonitatis. Hæc mihi videtur pia contemplatio: nec dubium quin scripturas meditantibus similes sensus accommodatitij plures occurrant.

3. *Ad cognoscendam.*] Græcè τοῦ γνῶναι: quod notat S. Hilarius sine personæ definitione efferri; atque ita secundùm illam Græcitatis, vt ipse loquitur, translationem illuminari se ob id deprecantur (nempe Apostoli) vt cognita fiat Dei via, quæ est doctrina vitæ religiosæ; vel etiam ipse Christus, qui se viam appellauit:
Ioan. 14. S. Hieron. vertit, *Vt nota fiat in terra via tua:* Vulgata, *Vt cognoscamus in terra viam tuam.*

IBIDEM. *In omnibus Gentibus salutare tuum.*] Vaticinium est de propagatione gratiæ Dei, quâ factum est, vt Gentes in vnum corpus cum semine Abrahæ coalescerent. Optat igitur Propheta conspicuum esse Dei fauorem in electo populo, vt Gentes suo fulgore in eiusdem spei societatem adducat: hoc autem factum est per Euangelium, quo datus est vberior adoptionis spiritus, vnde manat salus: sicut etiam Christus docet in vltima sua ad Patrem oratione hanc esse vitam æternam, vt *cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

Per Euangelium Gentes nouerunt Deum.

Ioan. 17, 3.

4. *Confiteantur tibi populi Deus.*] Postquam salutiferæ Dei notitiæ cunctos populos dixit fore participes, appositè subdit, ipsos tantæ gratiæ quoque fore præcones, simulque ad gratitudinem hortatur. Et repetitio clariùs exprimit sermonem fieri de re noua & insolita: quamobrem hanc exclamationem paulò pòst iterat. Sed opportunè gaudium cum sua causa medium interitur his verbis, *Lætentur & exultent Gentes*, &c. quia verè & seriò laudari non potest Deus, nisi tranquillis & hilaribus animis, *& pax Dei, quæ exuperat omnem sensum custodiat corda nostra, & intelligentias nostras in Christo Iesu.* Ipsa porrò causæ redditio, *Quoniam iudicabis populos*, &c. demonstrat Gentium vocationem: quia Dei gubernatio, cuius hîc mentio fit, de spirituali iurisdictione accipitur, quam in Ecclesia sua exercet. Neque enim propriè loquendo alios Deus regendos suscipit, nisi quos legis suæ doctrinâ colligit in suum obsequium. Et nomen *æquitatis* disertè exprimitur ad huius regiminis commendationem.

Philip. 4, 7.

7. *Terra dedit fructum suum.*] Sunt qui hunc Psalmum putent esse orationem Prophetæ, quâ fauorem Dei super populo Israëlitico suo tempore precatur, intelligentes in eo quod hîc dicitur, *Terra dedit fructum suum*, & verbum *dedit* positum esse pro deprecatiuo *det*, & precari Prophetam fertilitatem terræ promissionis. Verùm, cùm (vti benè notat Iansenius) fertilitas terræ illius & fauor illi populo peculiariter exhibendus non possit videri conueniens ratio lætitiæ omnium Gentium, potiùs intelligendum est eum precari vel solùm, vel potissimùm, salutem per Christum toti humano generi exhibendam; & hanc partem, *Terra dedit fructum suum*, de eodem fructu accipere, de quo loquitur posteà cùm dicit, *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum*; vbi Prophetam loqui de fructu spirituali satis patet ex præcedentibus dum dicit, *Veritas de terra orta est*, &c. Magis autem patet Prophetam loqui de communi humani generis salute ex eorum versione, qui omnia verba Imperatiui modi hîc posita vertunt per futurum Indicatiui, *Deus miserebitur nostri*, &c. *Confitebuntur tibi populi omnes: terra dabit fructum suum*: nam vtroque modo hæc omnia ex Hebræo verti possunt.

Nunc Psalmum non de temporali, sed de spirituali benedictione agere.

Psal. 84, 13.

Ibid.

8. *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*] Vbi nota cum Genebrardo trinam repetitionem nominis אֱלֹהִים *Elohim*, siue *Deus*, non carere mysterio SS. Trinitatis, quæ per Euangelium apud omnes populos innotuit. q. d. Saluet nos tota Trinitas, & ab omnibus colatur. Vsurpatur singulare in verbo *Benedicat* & Pronomine *eum*, ob essentialem vnitatem; plurale in nomine אֱלֹהִים *Elohim*, propter personarum Trinitatem: quas ob res in benedictione sacerdotali (cuius hunc Psalmum esse paraphrasim iam antè significauimus) cuncta trina animaduertuntur, Trinitas versuum, trina repetitio nominis *Tetragrammati*, ter posita copula *vau*, terna vocabula primi versus, subleuatio manuum in palmam tripartitam, eleuatio trium primorum digitorum in pronuntiatione Tetragrammati. Ad quod mysterium explicandum Rabbi Isaac & alij secretiores Rabbini inaniter respectum putant ad multas Scripturæ memorabiles terniones, cùm interim hanc summam & præcipuam, cuiusque causa reliquæ celebrentur, subticeant. Secundo autem loco *Deus* ponitur cum pronomine *noster*, propter personam Filij, qui incarnatus, habituque inuentus vt homo, arctissimâ quadam nobiscum coniunctione, & inter nos visibiliter versatus, salutemque nostram foris operatus, ex *El* & *Elohim* euasit *Emmanuel*: quod interpretatur *nobiscum Deus*.

Mysterium SS. Trinitatis in benedictione.

Filius peculiariter dicitur Deus noster.

IN PSALMVM LXVII. ARGVMENTVM.

1. In finem, ipsi Dauid Psalmus Cantici.

α. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ ψαλμὸς ᾠδῆς.

Psalmus aduentum Saluatoris.

THEODORI. Postquam Dei beneficium recensuit, sermonem conuertit ad precationem. Præcipe, inquit, ô Domine virtuti tuæ; quasi agens de Rege exercitum suum ad vindictam stimulante. Cùm enim dixisset, *Rex virtutum dilecti*, pulchrè hic dixit illud, *Manda virtuti tuæ*.

CYRILLI. Audis, vt tantùm non digito demonstret infirmum hoc corpus nostrum, quod propter Adæ transgressionem in mortem etiam prolapsum erat? Hoc Christus post tempora roborabit.

30. A TEMPLO TVO IN HIERVSALEM.] ATHANASII. Templum quidem eius vocat Ecclesiam; Reges verò appellat eos qui in Christum crediderunt: secundùm id quod dictum est ad ipsos, *Vos autem regale sacerdotium*. Ait itaque, quomodo à terrestri templo, id est Ecclesia, per fidem vocati in supernam Hierusalem dona ipsi allaturi sint, scilicet spiritalia.

Fideles sunt Reges qui Deo munera offerunt.

1. Pet. 2, 9.

THEODORI. Symmachus ait: Propter templum tuum, quod est super Hierosolymam, præbe hoc nobis, etsi non propter nos, qui indigni sumus, tamen propter templum tuum, quod est in loco isto; & quia cultus tuus ibi exercetur. Tunc enim templum quoque vocabatur tabernaculum, in quo arca Dei erat collocata. Hoc autem à nobis in decimo Psalmo demonstratum est.

Prædicit Regum conuersionem.

THEODORETI. Prædicit hîc quoque Regum immutationem: cùm enim à persecutionibus quieuerint, debitum honorem tamquam Deo afferent: & quemadmodum ipsi tributum à subditis accipiunt, sic ipsi veluti serui & subditi tibi dona afferent: & huius rei testes sunt oculi qui vaticinationis veritatem intuentur.

DIDYMI. Symmachus autem dixit: *Propter templum tuum, quod est super Hierusalem*; ac si aliud versiculi initium sit illud, *Tibi offerent Reges munera*. Præbe igitur, in-

τὸν υἱόν φησι· κατὰ τό, Χριστὸς Θεοῦ [illegible] καὶ Θεοῦ σοφία. Παρακαλεῖ τοίνυν ὁ Ἀποστολικὸς χορὸς, ἵνα δυν[illegible] ὃ κατήρτισεν αὐτοῖς· τί δὲ κα[illegible] ἢ τὸ σῶμα; αἰτοῦσιν οὖν τῆς φ[illegible] ξασθαι τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδ[illegible] κύριος, ὅτε καταβήσεται ἐξ οὐ[illegible] ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διη[illegible] τὴν εὐεργεσίαν, τρέπει λοιπ[illegible] λόγον. Πρόσταξον, φησὶ, τῇ [illegible] διάνοιαν· ὡς ἐπὶ βασιλέως [illegible] πρὸς τὸ ἀμύνειν κελεύοντ[illegible] ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμ[illegible] καλῶς ἐνταῦθα τὸ ἔντειλαι [illegible]

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἀκούεις [illegible] δακτύλῳ δεικνύει τὸ ἀσθ[illegible] μα, τὸ καταπτωκὸς εἰς θ[illegible] ἐν Ἀδὰμ παραβάσει; τοῦτο [illegible] κραταιοῖ ὁ Χριστός.

λ'. ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΑΟΥ ΣΟΥ ΕΠΙ ΙΕΡΟΥΣΑΛΗΜ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ναὸν μὲν αὐτοῦ τὴν Ἐκκλησίαν φησί· βασιλέας δὲ τοὺς πεπιστευκότας εἰς Χριστὸν λέγει· κατὰ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς, ὑμεῖς δὲ βασίλειον ἱεράτευμα. Φησὶν οὖν, ὡς κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως ἀπὸ τοῦ ἐπιγείου ναοῦ, τουτέστι τῆς ἐκκλησίας, εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ δῶρα αὐτῷ προσκομίσουσι, δῆλον δὲ ὅτι νοητά.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος, διὰ τὸν ναόν σου τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ, παράσχου δὲ φησι τοῦτο, εἰ καὶ μὴ δι' ἡμᾶς, οὐκ ὄντας ἀξίους, ἀλλ' οὖν γε διὰ τὸ εἶναί σου τὸν ναὸν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· καὶ ἐνταῦθα ἐπιτελεῖσθαι τὴν σὴν θρησκείαν. Ναὸς γὰρ ἐλέγετο τότε καὶ ἡ σκηνή, ἐν ᾗπερ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ κατέκειτο. Δέδεικται δὲ τοῦτο παρ' ἡμῶν ἐν τῷ δεκάτῳ ψαλμῷ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐνταῦθα δὲ προλέγει καὶ τῶν βασιλέων τὴν μεταβολήν· τοῦ γὰρ διώκειν παυσάμενοι τὸ πρέπον, ὡς Θεῷ προσοίσουσι σέβας· καὶ ὥσπερ αὐτοὶ δασμὸν ὑπὸ τῶν ὑπηκόων λαμβάνουσιν, οὕτως αὐτοὶ καθάπερ δοῦλοι καὶ ὑπήκοοι δῶρά σοι προσκομίσουσι· καὶ τούτου μάρτυρες ἡμεῖς ὀφθαλμοῖς θεωροῦντες τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἔφη· διὰ τὸν ναόν σου, τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ· ὡς ἄλλην ὑπάρχειν ἀρχὴν τοῦ στίχου τό, Σοὶ οἴσουσι βασιλεῖς δῶρα. Παράσχου οὖν, φησι, τὴν

χάριν διὰ τὸν ναόν, ὃν ἐξ ἡμῶν ἀνεί-
λήφας, καὶ ἐκάθισας ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως. Ἱερουσαλὴμ γὰρ τὴν ἄνω πόλιν καλεῖ, ἥτις κατὰ Παῦλον ἐλευθέρα. αἰτοῦσιν οὖν διὰ τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς τὸν ναόν, τὴν δεδομένην βεβαιωθῆναι χάριν, διὰ τὴν ἀπαρχὴν τῆς θυσίας ἀπολαῦσαι τὸ φύραμα.

Εὐσεβίου. Καὶ ἄλλως δὲ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν κατεπείγουσι, συνεργεῖν αὐτῷ, διʼ ἔργων χωρεῖν τὰ προφητευθέντα. κατεπείγουσι δέ, καὶ τὸ ἐργασθὲν ἐξ αὐτοῦ, διὰ τῆς αὐτοῦ θείας δυνάμεως δῶρα προσαχθῆναι τῷ θείῳ ναῷ, τὰς βασιλείας τῆς γῆς. Ὁ δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ ναὸς οὐκ ἔτερος ἢ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς τὸ κρεῖττον ὁ ναός ἐστι τοῦ Θεοῦ, εἰς ὃν οἱ τὴν λοιπὴν οἰκοῦντες ἐπουράνιον πόλιν οἴσουσι δῶρα, τῷ καταξιωθῆναι βασιλεῖς γενέσθαι οἱ ὁμολογοῦμεν βασιλεῖς, καὶ τῷ ἑαυτῶν κυρίῳ συμβασιλεύοντες. εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· καὶ εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν.

λα΄. ΕΠΙΤΙΜΗΣΟΝ ΤΟΙΣ ΘΗΡΙΟΙΣ ΤΟΥ ΚΑΛΑΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ πολλοὶ οἱ τῇ κατὰ Θεὸν πολιτείᾳ τῶν ἁγίων δυσμεναίνοντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀκάθαρτοι δαίμονες, τούτου χάριν αὐτοὺς ἐπιτιμηθῆναι αὐτοὺς, θηρία ὄντας τοῦ καλάμου. Κάλαμος δὲ τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, ὃν διώδευον οἱ ἀνιόντες εἰς Ἱερουσαλήμ. Οὗτος δὲ δὴ ὁ κάλαμος καὶ λεόντων ἐστὶν ἐμφωλευόντων παρὰ τὸ ἄλσος, οἳ καὶ ἐπεβούλευον τοῖς ἀνιοῦσι εἰς Ἱερουσαλήμ. ὥσπερ οὖν τοῖς ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνιοῦσιν ἐπεβούλευον οἱ λέοντες· οὕτω καὶ τοῖς ἐν τῇ νοητῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνιοῦσιν ἐπιβουλεύουσιν οἱ νοητοὶ λέοντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Νοήσεις καὶ θηρία καλάμου τοὺς τὴν ψευδώνυμον προσδοκίαν γνῶσιν· περὶ ὧν λέγοις ἂν τὴν προφητείαν τήν, Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν.

Η ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΤΩΝ ΤΑΥΡΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἑτέρους ἐναντίους τῷ κηρύγματί φησι· τίνες δὲ οὗτοι, ἢ οἱ ἄρχοντες τοῦ Ἰουδαίων δήμου, οἱ καὶ ταῦροι προσηγορεύθησαν, δαμάλεων ὀνομασθέντων τοῦ λαοῦ. ὅτι δὲ ταῦροι προσηγορεύθησαν δῆλον ἐκ τοῦ, Περιεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί· ταῦροι πίονες περιέσχον με· οἵτινες καὶ τὸ πλῆθος εἰς τὸν κατὰ τῶν κηρύκων ἀνήγειραν πόλεμον.

quit, gratiam per templum, quod ex nobis assumpsisti, & collocasti super omnem principatum, & potestatem, atque virtutem. Hierusalem enim supernam ciuitatem nuncupat, quæ secundùm Paulum libera est. Petunt igitur per cognationem, quam cum templo habent, vt gratia, quæ ipsis concessa fuit, roboretur, vtque ob sacrificium fruantur cumulo beneficij in se collati. *Gal. 4, 26.* *CATENA PATRVM.*

EVSEBII. Ceterùm Dei quoque virtutem vrgent, vt ipsis cooperetur ad hoc, vt ea quæ prædicta sunt in opus exeant: vrgent autem, vt id quod ab ipso factum & prædictum fuit, fiat per virtutem eius, vt diuino templo munera offerantur, Reges vocans Regna terræ. Templum autem hoc in Hierusalem non est aliud quàm Regnum cælorum; cuius potissima pars est templum Dei, in quod illi, qui reliquam supercælestem ciuitatem incolunt, adferent munera, eo ipso facti Reges, & Domino suo corregnantes, quòd Regno cælorum digni sint habiti. *Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus.* *2. Tim. 2, 12.*

31. INCREPA FERAS ARVNDINIS.] ATHANASII. Cùm multi, & præsertim impuri dæmones, diuino sanctorum viuendi instituto aduersentur, idcircò ipsos, vtpote feras arundinis, increpari rogat. Calamus autem locus est in Palæstina, quem transibant illi qui Hierosolymam ascendebant. Porrò hic calamus siue arundinetum scatet leonibus in nemore isto sua lustra tenentibus, qui insidiabantur ascendentibus in Hierusalem. Quemadmodum igitur ijs qui Hierosolymam ascendebant leones illi insidiabantur; ita etiam dæmones insidias struunt illis, qui in spiritualem Hierusalem conscendunt. *Calamus erat locus leonibus infestus.*

DIDYMI. Feras arundinis intelliges quoque illos qui falsi nominis scientiam prædicant; de quibus rectè pronuntiaueris vaticinium istud, *Væ scribentibus malitiam.*

CONGREGATIO TAVRORVM.] ATHANASII. Dicit alios qui prædicationi aduersantur: qui autem illi, nisi Principes populi Iudæorum, qui & tauri nuncupati sunt, populo per vaccas designato. Quòd autem tauri appellati sint clarum fit ex eo, *Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me*: qui etiam multitudinem ad bellum contra prædicantes concitarunt. *Tauri sunt Principes appellati.* *Psal. 21, 13.*

THEO-

CATENA PATRVM.

THEODORI. Clarè hoc Symmachus exposuit: *Conuentu pregrandium cum conspiratione populorum, ijs qui calcibus petunt probatos tamquam improbatum argentum.*

Petit adversarios increpari.

ANONYMI. Refertur hoc ad illud *Increpa.* Increpa enim, inquit, illos & congregationes potentum, ac conspirationes ceterorum. ac si dicat: Abige à nobis inimicos nostros, & crudeles, & fortes, & multos existentes, qui tanto nos odio prosequuntur, vt nos è medio tollere conentur ac penitus delere, sicut argentum reprobatum. q. d. In nullo nobis parcentes, tamquam nullius pretij supplicijs nos delere satagunt.

ATHANASII. Argentum quidem sunt eloquia diuina. Dicit autem idcircò, Increpa intelligibiles atque sensibiles inimicos, ne Euangelij præcones includantur, ne ampliùs prædicent.

Per tauros Iudæi designantur, & cet.

ANONYMI. Tauros vocat Iudæos, propter ferociam eorum; vaccas verò populorum fideles ex Gentibus, propter fidei nouitatem. Iudæi enim sub initium prædicationis aduersus pios insurrexerunt, à salute ipsos excludere volentes, qui instar argenti igne examinati, probati apparuerunt. Tale est & illud, *Aemulantur vos non benè, sed excludere vos volunt.* Cùm verò inter Gentes etiam essent istiusmodi, subiunxit:

Gal. 4, 17.

QVÆ BELLA VOLVNT.] ATHANASII. Spiritalia scilicet nequitiæ, bella verò contra sanctos.

THEODORI. Fuga illos & puni, cùm sint amantes belli. Plurimis autem ostendit ipsos dignos esse supplicio; quòd feroces sint moribus, quòd potentes, quòd multi, quòd crudelitatem exercuerint, quòd gaudeant malis.

Prædicit Gentium conuersionem.

32. VENIENT LEGATI EX ÆGYPTO.] ATHANASII. Inimicis spiritalibus dissipatis, accurrent deinceps ad prædicationem Ægyptij & Æthiopes. Significat autem per Ægyptios valdè deditos idololatriæ, & vitæ instituto contrarios Israëli, per Æthiopes verò fines terræ. Quomodo autem Æthiopia ad prædicationem accurrerit, licet ex Eunucho Æthiope videre.

Act. 8.

THEODORI. Hæc, inquit, te circa nos agente, ineunt nobiscum pacem Æthiopes. Legati enim sunt pacis feciales.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σαφῶς Σύμμαχος· Συνόδῳ παμμεγέθ[illegible] στροφῇ λαῶν, τοῖς διαλακτίζ[illegible] κίμους ὡς ἀδόκιμον ἀργύριον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀποδίδ[illegible] μησον. Ἐπιτίμησον γάρ, φησι, [illegible] συνόδους τούτων τῶν ἰσχυρῶν, [illegible] φεῖς τῶν ἄλλων. Ἵνα εἴπῃ· Ὁ[illegible] ἡμῶν τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ [illegible] ἰσχυροὺς, καὶ πολλοὺς, οἳ τοσ[illegible] ἡμῶν τὸ μῖσος, ὥστε ἡμᾶς αὐτ[illegible] ἐξαφανίζειν, ὡς ἀργύριον ἀδ[illegible] Οὐδεμίαν ἡμῶν φειδὼ ποιού[illegible] ἀξίας λόγου τιμωρεῖσθαι αὐτο[illegible]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀρ[illegible] θεῖα λόγια. Λέγει δὲ διὰ τ[illegible] τοῖς νοητοῖς καὶ αἰσθητοῖς ἐχθ[illegible] οἱ τοῦ εὐαγγελίου κήρυκες ἐγκ[illegible] κηρύττωσιν ἔτι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταύρους τοὺς Ἰουδαίους διὰ τὴν θρασύτητα καλεῖ· δαμάλεις δὲ λαοὺς τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστοὺς, διὰ τὸ νέον τῆς πίστεως. Κατὰ γὰρ τῶν εὐσεβούντων Ἰουδαῖοι κατ' ἀρχὰς ἐπανίσταντο τοῦ κηρύγματος, ἀποκλεῖσαι τῆς σωτηρίας βουλόμενοι, οἳ δίκην ἀργυρίου πυρωθέντες, ἀνεφάνησαν δόκιμοι. Τοιοῦτον τὸ, Ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλ' ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν. Ἐπειδὴ καὶ τοῖς ἐθνικοῖς ἦσαν τοιοῦτοι, ἐπήγαγε·

ΤΑ ΤΟΥΣ ΠΟΛΕΜΟΥΣ ΘΕΛΟΝΤΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὰ νοητὰ δηλονότι τῆς πονηρίας, πολέμους δὲ τοὺς κατὰ τῶν ἁγίων.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τρέψαι αὐτοὺς καὶ τιμώρησαι φιλοπολέμους ὄντας. Ἔδειξε δὲ διὰ πολλῶν ἀξίους αὐτοὺς ὄντας τιμωρίας. ὅτι ὠμοὶ τὸν τρόπον, ὅτι ἰσχυροὶ, ὅτι πολλοὶ, ὅτι ἀφειδῶς κεχρημένοι, ὅτι χαίροντες τοῖς κακοῖς.

λβ'. ΗΞΟΥΣΙ ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΕΞ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διασκορπισθέντων τῶν ἐχθρῶν τῶν νοητῶν, λοιπὸν ἐπὶ τὸ κήρυγμα δραμοῦνται αἰγύπτιοί τε καὶ αἰθίοπες. Σημαίνει δὲ διὰ μὲν τῶν αἰγυπτίων τοὺς ἄγαν εἰδωλολάτρας, καὶ ἐναντίους τῇ πολιτείᾳ τοῦ Ἰσραὴλ, διὰ δὲ τῶν αἰθιόπων τὰ πέρατα τῆς γῆς. Πῶς δὲ προσέδραμεν ἡ αἰθιοπία εἰς τὸ κήρυγμα, ἔξεστιν ἀπὸ τοῦ εὐνούχου αἰθίοπος ἰδεῖν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτά σου, φησὶ, περὶ ἡμᾶς ποιοῦντος, ἀσπάζονται τὴν πρὸς ἡμᾶς εἰρήνην οἱ αἰγύπτιοι. εἰρήνης γὰρ οἱ πρέσβεις διάκονοι.

[illegible]

Πρώτην ἔφη τὴν Αἴγυπτον, ὡς τῆς ἀσεβείας ἀναδησαμένην τὸ κράτος. Μέμνηται δὲ αὐτῶν ἡ τῶν πράξεων ἱστορία τῇ πεντηκοστῇ μετὰ τῶν ἄλλων συνειλεγμένων. Ἐπληρώθη δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ Αἰθίοπι, ὃν ἐβάπτισε Φίλιππος. Καὶ πάντας δὲ βούλεται τῷ θεῷ προσάγειν ὑπὲρ τῆς θεογνωσίας τοὺς ὕμνους.

λγ΄. ΨΑΛΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ, ΤΩ ΕΠΙΒΕΒΗΚΟΤΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸ πάθος ἐκήρυξεν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν μέχρις ᾅδου κατάβασιν, τούτου χάριν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ κηρύττει ἀναφοίτησιν. τὸ δὲ κατὰ ἀνατολὰς παραβολικόν ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἀπὸ δυσμῶν ἐπ' ἀνατολὰς ἄνεισι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ κύριος οἶμαι ἀπὸ τῶν τοῦ ᾅδου μυχῶν ἐπέβη τοῦ οὐρανοῦ τὸν οὐρανόν. ἀντὶ δὲ τοῦ κατ' ἀνατολὰς ἀρχῆθεν εἶπεν Ἀκύλας· ὁ δὲ Σύμμαχος ἐκ προτέρας. συνῳδὰ τῷ, Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι.

λδ΄. ἸΔΟΥ ΔΩΣΕΙ ΤΗ ΦΩΝΗ ΑΥΤΟΥ ΦΩΝΗΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Φωνὴν δυνάμεώς φησι τὴν ἐγείρουσαν πάντας τοὺς νεκρούς, καθὸ ἐν κελεύσματι αὐτοῦ ἀναστήσονται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ γάρ ἐστι μέγας καὶ φοβερός, καὶ μόνῃ τῇ φωνῇ δυνάμενος τοὺς πολεμίους καταπλήττειν. Φωνὴν δὲ αἰνέσεως εἶπε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ὡς ὕμνων ἀξίαν διὰ τὸ μέγεθος. Ἐσχημάτισε δὲ κἀνταῦθα ὡς ἐπὶ στρατηγοῦ, φωνῇ μόνῃ καταπλήττοντος.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Φωνὴ αὐτοῦ ἡ θεία γραφή· ταύτῃ δώσει φωνὴν δυνάμεως πνευματικὴν λαβεῖν. Φωνὴ δὲ θεοῦ καὶ Ἰωάννης, εἰπών· Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἀλλὰ καὶ πληρώσας τὰς ἐρήμους προφητείας ἁπάσας, θάνατον καὶ ἀνάστασιν καὶ ἀνάληψιν τὴν αὐτοῦ προαγορεύσας, δυνάμεως φωνὴν αὐταῖς δέδωκεν. ἀσθενῆ γὰρ δοκεῖ τὰ περὶ μελλόντων λεγόμενα, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως· ἵνα δὲ πληρωθῇ φωνὴν λαμβάνει δυνάμεως. Οὐρανὸν δὲ οὐρανοῦ καλῶς εἶπεν· ὅσος μόνος ἀνάκειται τῷ κυρίῳ· κατὰ τό, Ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ· εἰς ὃν οὐδεὶς πέφυκε τῶν νοητῶν ἀναβαίνειν· ὅθεν καὶ οὐ κτίσμα ἐστὶν ὁ σωτὴρ ἀναβὰς εἰς αὐτόν· ἐπεὶ κἀκεῖθεν κατέβη. πρέπουσα δὲ θεοῦ θεωρία, καὶ κατάστασις ἄφραστος, διὰ κυρίας μὴ δηλουμένη λέξεως.

Primùm Ægypti mentionem fecit, vtpote quæ ex impietatis imperio emerserit. Horum autem meminit Actuum historia cum ceteris in die Pentecostes collectis. Quin etiam hoc in Æthiope impletum est, quem Philippus baptizauit. Omnes autem vult pro diuina notitia Deo hymnos offerre. *CATENA PATRVM.* *Act. 2.* *Act. 8.*

33. PSALLITE DOMINO, QVI ASCENDIT.] EVSEBII. Quandoquidem Christi passionem atque ad inferos vsque descensionem prædicauerat, idcircò etiam eius ad cælos ascensionem deprædicat. Istud *ad Orientem* parabolicum est. Quemadmodum enim sol ab Occidente ad Orientem assurgit; eodem modo quoque Dominus ab inferni recessibus ad cælum cæli ascendit. Ceterùm pro *ad Orientem ab initio* dixit Aquila; Symmachus verò *primitus*, siue *ex primo*. hæc autem consonant isti, *Pater clarifica me claritate, quam habui priusquam mundus esset.* *Christus ad Orientem ascendit.* *Ioan. 17, 5.*

34. ECCE DABIT VOCI SVÆ VOCEM.] ATHANASII. Vocem virtutis vocat eam quæ resuscitet omnes mortuos, sicut in celeusmate eius omnes resurgent. *1. Cor. 15.*

THEODORI. Etenim magnus est atque terribilis, & solâ voce potest inimicos percellere. Vocem autem laudis dixit vocem eius, vtpote hymnis dignam propter suam magnitudinem. Sermonem porrò figurauit tamquam de Duce exercitus, solâ voce terrorem incutiente. *Deus solâ voce terrorem incutit.*

EVSEBII. Vox eius est diuina Scriptura: huic dabit, vt accipiat vocem virtutis spiritalem. Porrò vox Dei quoque est Ioannes, dicens: *Ego vox clamantis in deserto:* quin imò dum impleuit desertas omnes prophetias, mortem & resurrectionem atque ascensionem eius prædicando, vocem virtutis ipsis dedit. Siquidem ea quæ de futuris dicuntur videntur infirma, propter euentus obscuritatem; quando verò impleta fuerint vocem virtutis accipiunt. Cælum porrò cæli pulchrè dixit; quod solum Domino repositum est, iuxta illud, *Cælum cæli Domino:* in quod nemo etiam spiritalium ascendere valet: vnde etiam Saluator, qui in illud ascendit, non est creatura; quandoquidem etiam inde descenderat. Porrò hæc consideratio Deo conueniens est, & ineffabilis constitutio, quæ per propriam dictionem declarari nequit. *Marci 1.* *Quid dicatur cælum cæli.* *Psal. 113, 16.*

CATENA PATRVM.

Luc 24.49. * Vulgata Sedete
Act. 2, 2.

THEODORETI. Alius autem dixit significari illam post Domini ascensionem Spiritus sancti delationem.* *Manete* enim, inquit, *in ciuitate hac, quoad vsque induamini virtute ex alto.* Etenim, inquit Lucas, *factus est repentè de cælo sonus tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes.*

1. Cor. 6, 20.

35. DATE GLORIAM DEO.] ATHANASII. Sic etiam Paulus; *Glorificate*, inquit, *Deum in corpore vestro*, & in spiritu vestro; quæ sunt eius. Æquum est enim per omnia beneficij auctorem honorare.

THEODORI. Cùm itaque sit istiusmodi, nolite resistere neque repugnare; sed potiùs ipsum admiremini tamquam magnum, & ab intempestiua contentione desistite.

Secundus aduentus Christi erit in magnificentia.

SVPER ISRAEL MAGNIFICENTIA.] ATHANASII. Quoniam hic sermo secundi eius aduentus mentionem fecerat, in quo omnes mortuos resuscitabit; idcircò etiam nos erudit de varijs honoribus, qui Sanctis impertiendi sint, & de diuersis ordinibus Sanctorum: atque ordines quidem cùm per Israëlem, tum per nubes, tum per Sanctos, tum per populum designat; honores verò per magnificentiam, per virtutem, per miraculum, per potentiam demonstrat: super hæc omnia autem benedictum ait esse Deum. Ceterùm manifestum est, Sanctos, cùm in supernis istis, scilicet cælestibus mansionibus, fuerint, incessanter Deo benedicturos, supernorum spirituum ordinem imitantes.

Deus ostendit virtutem in punitione impiorum.

THEODORI. In nobis enim magnitudinem suam ostendit, dum punit illos qui nos oppugnare volunt: habet autem virtutem non solùm nostro auxilio admensuratam; nam ex parte totum insinuare voluit: vel etiam, quia sufficientem incutit terrorem ipsamet aëris condensatio, quæ sonitum tonitruorum, & fulgurum stuporem, & pluuiæ illationem, & niuis ac grandinis immissionem efficit.

Deus Apostolis communicauit virtutem & magnificentiam.

ANONYMI. Apostolis ex Israële oriundis magnificentiam indidit miraculorum: quin & illi, qui post ipsos docendi munus susceperunt, veluti quædam nubes spiritalem adferunt irrigationem.

36. DEVS ISRAEL IPSE DABIT VIRTVTEM.] THEODORI. Ipsemet Dominus ac præses noster, ipse nobis fortitu-

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἕτερος δὲ δηλοῦν ἔφη τὴν μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοίτησιν. Μείνατε γάρ, φησιν, ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. πληροφορῶν, φησιν, ὁ Λουκᾶς, ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας, καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον οὗ ἦσαν καθήμενοι.

λε'. ΔΟΤΕ ΔΟΞΑΝ ΤΩ ΘΕΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὕτω καὶ Παῦλος· Δοξάσατε, φησι, τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν· ἅτινά ἐστιν αὐτοῦ. Δίκαιον γὰρ τὸν εὐεργέτην διὰ πάντων δοξάζειν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ τοίνυν τοιοῦτος, μὴ ἀνθίστασθε μηδὲ πολεμεῖτε· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὸν θαυμάσατε ὡς μέγαν, καὶ παύσασθε τῆς ἀκαίρου μάχης.

ΕΠΙ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ Η ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΙΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας μνήμην ὁ λόγος πεποίηται, καθ' ἣν πάντας ἀναστήσει τοὺς νεκρούς· τούτου χάριν καὶ τὰς διαφόρους ἀποδοθησομένας τοῖς ἁγίοις τιμὰς ἡμᾶς διδάσκει, καὶ τὰ διάφορα τῶν ἁγίων τάγματα· καὶ τὰ μὲν τάγματα διά τε τοῦ Ἰσραήλ, διά τε τῶν νεφελῶν, διά τε τῶν ἁγίων, διά τε τοῦ λαοῦ κατασημαίνει· τὰς δὲ τιμὰς διά τε τῆς μεγαλοπρεπείας, διά τε τῆς δυνάμεως, διά τε τοῦ θαύματος, διά τε τοῦ κράτους διαδείκνυσιν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις εὐλογητὸν τὸν θεόν φησιν εἶναι. Δῆλον γάρ, ὅτι ἐν ἐκείναις γινόμενοι ἅγιοι ταῖς μοναῖς ταῖς ἐπουρανίαις δὲ δηλονότι, ἀδιαλείπτως εὐλογήσουσι τὸν θεόν, τὴν τῶν ἄνω πνευμάτων τάξιν μιμούμενοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐν ἡμῖν γὰρ τὸ μέγεθος αὐτοῦ δείκνυσι, τιμωρούμενος τοὺς πολεμεῖν ἡμῖν βουλομένους· ἔχει δὲ δύναμιν οὐ τῇ ἡμετέρᾳ μόνον βοηθείᾳ μετρουμένην· ἀπὸ γὰρ τοῦ μέρους τὸ πᾶν εἰπεῖν ἠβουλήθη· ἢ καί, ὅτι αὐτάρκη φόβον παρέχεται τοῦ ἀέρος ἡ σύστασις, βροντῶν ἦχον ἀποτελοῦσα, ἀστραπῶν κατάπληξιν, ὑετοῦ φοράν, χιόνος καὶ χαλάζης βολήν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ Ἀποστόλοις μεγαλουργίαν διὰ τῶν θαυμάτων ἐνέβαλε· καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς δὲ τὸ διδασκαλικὸν δεξάμενοι χάρισμα, καθάπερ τινὲς νεφέλαι τὴν πνευματικὴν ἄρδειαν προσφέρουσιν.

λϛ'. Ο ΘΕΟΣ ΙΣΡΑΗΛ ΑΥΤΟΣ ΔΩΣΕΙ ΔΥΝΑΜΙΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Αὐτὸς δεσπότης ἡμῶν καὶ προστάτης, αὐτὸς ἡμῖν καὶ τὴν ἰσχὺν

Digitized by Google

ἰσχὺν δὲ τὴν βεβαίωσιν παρέχει, καὶ διὰ τούτων ὧν ἐπάρκεσεν ἡμῖν παρέχεται τὴν οἰκείαν ἐνδείκνυται δύναμιν.

Εὐσεβίου. Οἷς παρήγγειλεν ἐν Εὐαγγελίοις δώσει δύναμιν, εἰς τὸ πρὸς ἔργον ἐκβῆναι. Ἐπὶ δὲ τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ ἡ μεγαλοπρέπεια αὐτοῦ. Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ. Ὁ δὲ Θεὸς Ἰσραὴλ δώσει δύναμιν τοῦ ἰδίου λαοῦ, πρὸς τὸ λέγειν· Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ δυναμοῦντί με Χριστῷ.

Διδύμου. Εὐχαρίστους γενομένους ἔργῳ καὶ λόγῳ δοξάζειν δεῖ τὸν Θεὸν ὕμνοις καὶ θεολογίαις, ἵνα τὴν μεγαλοπρέπειαν αὐτοῦ δυνηθῆτε χωρῆσαι, ὁρῶντες Θεὸν τῷ καρδίαν ἔχειν καθαράν. Τοῦτο γὰρ Ἰσραήλ. ἡ γὰρ ὑπερφυὴς γνῶσις ἐν μεγάλοις τόπον ἔχουσα, ἐκείνῳ μόνῳ τῷ ἁγιασμὸν ἔχοντι καὶ εἰρήνην.

Ἡσυχίου. Ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Χριστός· περὶ γὰρ αὐτοῦ φησὶν Ἡσαΐας· ὅτι σὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ᾔδειμεν· ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὁ σωτήρ. οὗτος ἰσχὺν καὶ δύναμιν τῷ λαῷ τῷ ἐξ ἐθνῶν, ὥστε τῆς πλάνης ἀποστῆναι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψαι χαρίζεται· οὗτινος ὡς λαὸς αὐτοῦ Χριστιανοὶ διὰ Χριστὸν ὀνομάζονται.

Ἀνωνύμου. Ἁρμόδιον τοῦ ψαλμοῦ τὸ τέλος. Δεῖ γὰρ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν τὴν διήγησιν ὕμνῳ θείῳ συμπερανθῆναι. Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τὰ τῆς γῆς, αὐτὸς τὰ τοῦ οὐρανοῦ δίδωσιν· αὐτὸς ἔπλασεν, αὐτὸς καὶ ἀνέπλασε· καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ὕμνων καὶ εὐχαριστίας ἄξιος.

dinem ac firmitatem præbet, atque per ea quæ nobis abundanter elargitur propriam suam virtutem ostendit. CATENA PATRVM.

Evsebii. Ijs quæ in Euangelijs annuntiauit dabit virtutem, vt in opus exeant. Super verum autem Israël magnificentia eius. *Non enim omnes qui ex Israël ij sunt Israëlitæ.* Sed *Deus Israël ipse dabit virtutem populo suo,* vt dicant : *Omnia possum in eo qui me confortat Christo.* Rom 9.6. Phil.4.13.

Didymi. Gratos effectos opere & sermone glorificare oportet Deum hymnis ac diuinis sermonibus, vt magnificentiam eius capere possitis, videntes Deum per hoc quòd cor mundum habeatis. Hoc enim Israël est. Supernaturalis enim notitia, quæ in magnis locum habet, illi soli adest qui sanctimoniam ac pacem obtinet.

Hesychii. Deus Israël est Christus: de ipso enim Isaias ait : *Quoniam tu Deus noster, & nesciebamus : Deus Israël Saluator.* Isaiæ 45.15. Hic fortitudinem ac virtutem largitur populo ex Gentibus, vt ab errore resiliat, & ad ipsum conuertatur:qui tamquàm populus eius *Christiani* propter Christum nuncupantur.

Anonymi. Finis hic est ipsi Psalmo accommodatus. Oportet enim vt tantorum bonorum narratio diuino hymno concludatur. Nam ipse nobis terrestria, ipse cælestia donat; ipse finxit, ipse refinxit; & pro his omnibus, hymnis & gratiarum actione dignus est.

ANNOTATIONES CORDERII.

Pro *In finem* Hebraicè habetur לַמְנַצֵּחַ *Lamnatsheach:* Interpres autem Latinus sequitur in versione sua Septuaginta Interpretes, qui reddunt Εἰς τέλος : illi verò, vt suspicatur Eugubinus, legerunt נֵצַח *Netsach*; quod sonat *æternum*, seu *sempiternum*; sicut in Psal. 49. *Et viuit adhuc in finem,* עוֹד לָנֶצַח *Hhod lanetsach* : S. Hieronymus vertit, *Adhuc in sempiternum* : Aquila exponit, Τῷ νικοποιῷ, *Victoriæ auctori:* Symmachus, Ἐπινίκιος, *Triumphalis* : Theodotion, Εἰς τὸ νῖκος, *Ad victoriam* : idque plerumque dicti Interpretes ponunt, vbi Septuaginta habent Εἰς τὸ τέλος. Inscribitur autem *Psalmus Cantici*, quòd simul ore & instrumento concineretur. Ceterùm carmen est triumphale de victorijs Hebræorum; allegoricè, & magis ex mente Spiritus sancti, de victorijs & triumphis Ecclesiæ Christi, quos orat continuari à D[illegible]. Ita S. Hilarius, Hieronymus, Augustinus & alij : & patet ex versu 19. quem Apostolus accommodat Christo ad Ephesios 4. ver. 8. *Argumentum.*

2. *Exurgat Deus*,&c.] Versus hic desumptus ex Numerorum 10. cap. ver. 35. & recitabatur, quando proficiscebatur arca aduersus Chananæos: hîc autem adfertur ob similitudinem argumenti; nam bella Moysis & Iosue in illos typus erant bellorum Christi aduersus principes huius mundi tam visibiles quàm inuisibiles;quibus orbis terrarum subactus est Ecclesiæ. Hebræorum quidem illa quondam verè fortitudinis & potentiæ arca fuit, dum Azotios plagâ fœdâ & insanabili dolore conficit; dum fictitium numen Philisthæorum prosternit; dum castigat Ozam; dum curiosum Bethsamitarum intuitum plurimorum millium morte & miserando exitio vindicat; dum Hierichuntinos muros euertit: illam hostes vnam exhorrescebant, illius vim atque numen sentiebant, eâ præsente conficiebantur : quare cùm in altum attolleretur, & locum mutaret, pij Leuitæ atque Sacerdotes consueuere id summâ fiduciâ dicere, *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*, &c. Arca verò sanctificationis nostræ (quæ Christus est, vel etiam Mater eius) *Quanta fuerit arca potentia & fortitudo.* *Arca sanctificationis nostra Christus debellat impietatem.*

ANNOTATIONES CORDERII.

tius) multa longè mirabiliora conficit: illâ enim præsente, non Dagon modò vnus, sed omnia idola vanitatum corruunt, impij merito supplicio afficiuntur; superbæ vitiorum arces & castella, vt Iericho illa vetus, cadunt; potentissimi humani generis hostes, omni crudelitate nostram in cladem inhiantes, in fœdam fugam vertuntur, superantur: hanc Sacerdotes & Liturgi nostri non vt illi quondam Mystæ Abramidum humeris, sed in oculis atque in ore ferant oportet, & penitissimo in pectore; ipsius laudes prædicent, illam ament, atque omni studio venerentur: ab illa præsens in aduersæ fortunæ casibus præsidium; ab illa quies & cælestium bonorum copia; ab ea virtus sanctimoniaque donantur.

Impij sicut fumus & cera deficiunt, & liquescunt à iudicio Dei.

3. *Sicut deficit fumus deficiant.*] Pulchrè D. Hilarius ad hunc locum: *Fumus*, inquit, *cùm emerserit, licet globosus & crassus, tamen paulatim ille deficit, aboleturque, ne extet: & in conspectu ignis cera sic liquescit, vt non sit; fumo quidem in igne per leuitatem sui tenuitatemque dilapso; cera autem vi & calore ignis absumptâ; quia infirma ipsa per sese naturæ potioris dirripiatur ardore: hunc in modum omnis iniquorum potestas ab igne Dei, id est Dei iudicio, liquescit.* Quâ similitudine eleganter exprimit, quàm facile Deo ac promptum sit omnes hostium nostrorum conatus discutere. Est autem hoc ferè incredibile, tam firmi roboris dissipationem fore momentaneam; sed spiritus hoc modo nimiam carnis nostræ timiditatem corrigere voluit; ac si diceret, non subesse hostibus nostris quam putamus firmitudinem, sed quasi fumo hebetari nostros oculos; falli etiam nos in ipsa duritie, quia non reputamus solo Dei conspectu liquefieri montes ipsos. *Aspexit*, inquit Habacuc, nullo videlicet furore inflammatus Dominus. Quid igitur inde sequitur? *Et dissoluit Gentes*; vel, vt est apud Septuaginta, *liquefacta sunt Gentes.*

Deus est gaudium iustorum.

4. *Et iusti lætentur.*] Ita S. Hieronymus & Hilarius; Græcè εὐφρανθήτωσαν: quod S. Augustinus reddit *iucundentur*; Vulgata *epulentur*: alludit nempe ad solemnitates, in quibus epulabantur coram Domino, id est in templi locis, de pacificorum carnibus & libaminibus; vt habetur Deuter. 12. 14. 16. 26. & Nehemiæ 8. Iustorum autem epulum & lætitia animi maxima est Deus, Dei gustus, fauor, præsentia, visio. Licet autem hoc modo locus hic de Beatorum conuiuio in patria passim anogogicè exponatur; tamen Hugo Cardinalis de conuiuio Eucharistiæ allegoricè interpretatur: nec immeritò; cùm vtrumque simillimum sit, & vtriusque gaudia ab hoc vno ferculo oriantur: quod in vtroque exhibetur comedendum in via, clarè intuendum in patria. Hac igitur in mensa epulantur iusti pariter & lætantur; & quidem tam effuso gaudio, vt dicat Apostolus, *Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis*; sed, vt in Græco est, ἑορτάζωμεν, *Festum celebremus*, saltando & tripudiando præ lætitia.

Simile est viatorum & Beatorum conuiuium.

1. Cor. 5. 8

5. *Iter facite.*] Græcè ὁδοποιήσατε: quod S. Cyprianus vertit, *Viam facite*; S. Hieronymus, *Præparate viam*: Symmachus, teste Theodoreto, reddidit Μεταστρώσατε, aliàs Κατεστρώσατε, *Sternite viam*; Aquila, vt refert Scholiastes, Ἀποσκευάσατε, *Purgate, complanate*; Chaldæus, קלוסון *Kallasun*, id est, *Extollite*; Hebræus סלו *Salu*, à verbo סלל *salal*: quod significat *eleuare viam*, siue aggestâ terrâ lapidibusve complanare: vnde via iustorum Prouerb. 15. ver. 19. dicitur סללה *selulah*, id est *absque offendiculo*. Mysticè autem pertinet hoc ad parandam viam Domino per Apostolicam prædicationem; sicut placuit Augustino, Theodoreto & alijs.

Deo via paranda per prædicationem.

IBIDEM. *Qui ascendit super occasum.*] Græcè Ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν; Symmachus apud Theodoretum, Τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, *Ei qui vehitur in inhabitato*, seu *deserto*; S. Hieronymus, *Ascendenti per deserta*. Templum autem Domini, auctore Iosepho Antiq. 8. habebat ostium versus Orientem, ita vt sol inde emergens, illicò per templi & oraculi ostia radium dirigens, arcam ipsam ac propitiatorium collustraret, ac veluti primus adoraret sedentem Deum in medio Cherubim. Igitur adorantes in templo dorsis in Orientem versis significabant se ritum Gentilium execrari, qui solebant solem Orientem adorare. Et huc fortè allusit Dauid dicens, *Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Deus enim ascendens propitiatorium, vbi sedes adorationis eius apud Hebræos, quasi super occasum videbatur ascendere, & veluti equitare, seu ascendere ad equitandum.

Vitia occidant, vt Deus ascendat in nos.

Mysticè autem, vt Deus in nos ascendat, debent priùs vitia occubuisse, & oportet deserere nosmetipsos, & concupiscentias nostras: nam tunc verè illi iter facimus, vt nobis suam salutem ostendat, & occasum seu defectum nostræ mentis immissione suæ lucis adimpleat, cùm eius mysteria consideramus, ac laudibus eius ac pijs affectibus insistimus.

Deus Pater est orphanorum & Iudex viduarum.

6. *Patris orphanorum & Iudicis viduarum.*] Ea enim est in destitutos & calamitatibus obnoxios optimi Dei benignitas & singularis beneuolentia, vt velut glorioso & honorifico titulo excellentis gloriæ in diuinis Literis appelletur *Pater orphanorum & Iudex viduarum*: quòd genus amabilissimæ prouidentiæ sæpè Dauid lyrâ & carminibus suis concelebrat: ita alibi pium Numen affatur, *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Psal. 9, 35. Vbi diuinè S. Chrysostomus ait hoc esse ἔργον ἐξαίρετον, *Opus eximium*, & palmarium benignissimi Dei; & addit: *Quemadmodum enim est artificis ædificare, & gubernatoris nauem dirigere, & solis illuminare; ita etiam tuum est subuenire orphanis, manum præbere pauperibus.* Miratur non sine ratione Philo lib. de Victimas offerentibus, quòd cùm Deus sit inexplicabilis gloriæ & maiestatis, curam tamen pupillorum atque viduarum suscipiat: caussam putat τὴν ἵλεων φύσιν αὐτοῦ, *naturam illius propitiam*, & copiâ miserationum affluentem. Rectè ille quidem; nam tanta est illius naturæ bonitas, vt non modò pupillis, verùm etiam coruorum pullis, curâ & ope alienâ destitutis, benignissimè prouideat, vt habetur Psal. 146. ver. 9. Hinc Principes nostræ religionis Apostoli, cùm pupillorum & viduarum curæ meritum amplissimum è sanctissimis Christi monitis & exemplo didicissent (vt qui viduæ luctu & mœrore confectæ mortuo prodigio consolationem attulisset) ad hoc genus charitatis omnium Christianorum animos excitauerunt. Itaque S. Iacobus inter opera sanctæ religionis, quibus homines viam sibi muniunt ad æternitatem, ponit,

A Christo & Apostolis cura pupillorum & viduarum omnibus commendata est.

Visitare

Digitized by Google

Iac. 1, 27. *Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum:* Tertullianus ad Scapulam cap. 4. communem in eo morem Christianorum sic exponit: *Pupillos piè tractamus, indigentibus refrigeramus.*

Templum est locus sanctus Dei.

7. *Deus in loco sancto suo.*] Templum intelligit, diuersorium sanctitatis; vbi Deus sanctè & religiosè colitur. Chaldæus vertit, *In habitaculo domus maiestatis sanctæ suæ*; Aquila, Ἐν βασιλείοις ἁγίοις αὐτοῦ, *In palatijs sanctis suis*; Symmachus, Ἐν ἡγιασμένῳ κατοικητηρίῳ αὐτοῦ, *In sanctificato habitaculo suo:* vbi nimirum inhabitat sanctimonia, ac choris mixta Sacerdotum & Religiosorum magnificentiam omnem suam explicat; vbi aulam suam habet inclytam, & tamquam in regia Salomonis virgâ & mitrâ ornati Principes, & purpurei attientes, & sacrorum administri, tam decoro & suspiciendo ordine consistunt, vt in eius contemplatione non Regina modò Saba, sed vel Cælites ipsi obstupefacti hærerent.

IBIDEM. *Deus inhabitare facit vnius moris in domo.*] Græcè μονοτρόπους: S. Augustinus vertit *vniusmodi*: Hebraicè est יחידים *iechidim*: quod S. Hieronymus vertit *solitarios*; Chaldæus, *Deus est, qui copulat coniugia vnica cum filio legitimo simul, vt ædificet domum ex eis*: q. d. Deum efficere vt steriles familiam habeant, sicut

Exodi 1, 21. obstetricibus in Ægypto ædificauit domos. Alias Græcorum lectiones & interpretationes habes superiùs in Commentario Græco ad hunc versum pulchrè explicatas: vbi in primis placet ista

Qui sint vnius moris, id est Deo vniti. explicatio, quæ μονοτρόπους *vnius moris* exponit, *vnum propositum habentes, & solam virtutem curantes; vel ipsi soli* (scilicet Deo) *vitam suam dedicantes, ab omni duplicitate & sæculari concupiscentia liberatos:* quos ibidem Symmachus μοναχοὺς vocat: & stylo Magni Dionysij Eccl. Hierarchiæ cap. 6. nominantur ἑνιαῖοι, id est *vniti*, singulares; qui à diuiduo vitæ genere & turbulento diuisi, eum statum complectebantur, cuius proprium sit ἑνοποιεῖσθαι, *vnum fieri*, & contendere, quantum fas est, εἰς θεοειδῆ μονάδα, *ad diuinam vnitatem*. Hoc scilicet spectabant vnum, huc vota & animi desideria, cor, mentem ac voluntatem referebant, vt ab omnibus mundi rebus exuerent se, & à corporis item obsequio & indulgentia discederent, denique totos se referrent in Deum, & felicissimâ vnione fierent simplicissimi. Illud vnum Christus opinor commendauit in

Lucæ 10, 42. Euangelio cùm aiebat, *Porrò vnum est necessarium:* quod in communi vita, vbi familia regenda sit, & diuersissima negotia obeunda, quæ vehementer animum obturbent atque dilacerent,

1 Cor. 7, 33. obtineri facilè non posse vidit Apostolus; qui propterea matrimonio coniunctos vocat *diuisos*. Neque enim est cuiuslibet, sed piorum maximè, illa diuina simplicitas, siue vnitas, & omnium in

Psal. 4. *Sancti sunt pauci ac singulares.* vnum collectio: quod *singulariter constitutus* Vates purpureus alibi nominat. Nam sublatâ multiplicitate rerum, quæ nimiùm quantum cor agitant, & affectionem discerpunt, sequitur simplicitas animi, in vnum, videlicet in Deum & beatitudinem tendentis: vnde (vt verbis vtar Ruffini in Psal. 4.) *tenue in sanctis singularitas*. Pauci autem (inquit Græcus Commentator) sunt istiusmodi; quare ab Aquila μονογενεῖς, *vnigeniti* nuncupati sunt, vt vnigenito Deo assimilati: Quinta

Monozoni singulares. denique editio hos eosdem μονοζώνους, *vnius cingulis* appellat, vt [illegible] fore in semetipsis succinctos; quo militaris etiam [illegible]sorum in spirituali bello virtus declaratur. Sunt enim Monozoni milites honoratiores diuite baltheo, inquit Olympiodorus; vel ordines militares, vt vult Isidorus: Hesychius vocat [illegible], *speculatores hostium*, aut pugnaces, in militia dextros, in pugnando exercitatos.

ANNOTATIO NESCORDERIS

Vtrobique vigilantes, & in opere strenuos pingi video & repræsentari, vt eis virtus propè heroica dici posse videatur: quam se diuinitus consecu-

2. Reg. 22, 40. tum profitetur Vates Regius, *Accinxisti me fortitudine ad prælium:* Vatablus vertit, *Virtute heroicâ me ad bellum instruis*. Et certè virorum est proprium accingi; vnde illa sunt apud Iob,

Iob 38, 3. *Accinge sicut vir lumbos tuos*. Viri sint oportet, non femineæ mollitudinis & inertiæ, qui ad classem hanc heroum aspirant, qui in hoc pyctacio scribendi sunt, atque in his numeris numerandi: sint Martij & Monozoni oportet, de die atque nocte accincti: ad quos in Euangelio dici-

Lucæ 12. tur, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris*. Vbi præcinctio, & lucernæ, siue igneæ faces, paratorum & vigilantium notæ sunt; quibus à Christo mundi seruatore ad operam strenuè & continuò ponendam vigilantiamque impellimur.

Magnâ opus fortitudine ad peccati vincula soluenda.

IBIDEM. *Qui educit vinctos in fortitudine.*] Vbi nota, Vatem sacrum, cùm Messiæ coronati laureas & gloriosissimum victoriarum titulum vellet pangere, non communem Dei conatum de scelere triumphare cupientis, sed præstantem & inusitatam quamdam fortitudinem requirere. Sic alio loco *Dominus soluit compeditos*,

Psal. 145, 8. vt non humanæ potentiæ facinus, sed Domini & clarissimi hominum liberatoris decus esse videamus. Siquidem ad homines humana sub imagine venit Deus, vt leuaret iacentes, elisos erigeret, solueret compeditos, & eos, quos iam nemo nec efferre nec offerre poterat, ipse operis sui victor clementissimus baiularet, & de profundo barathro liberaret; vnde triumphalis hymnus in gloriam tanti liberatoris hîc à Dauide canitur.

Vinculum auaritiæ difficillimè soluitur.

Attamen si quæras, in quo theatro virtutem clariùs excitauit, & passionis maximum effectum ostendit, non in alio dicam nisi in Caluario, & tunc, quando latronem pecunijs olim insidiantem, & argenteis & aureis catenis irretitum, absoluit. Cùm enim amittant nomen vinculorum omnia vincula, cum vinculo auari latronis comparata, clarè dignoscitur, quòd qui hoc dirupit, facilè cetera omnia rumpet. Hoc, ni fallor, innuebat Ambrosius in Hom. super Psal. 39. ita cum tartareo dracone loquens: *Tripudiabas draco, quod Apostolum subtraxeras Christo? plus amisisti quàm sustulisti, qui latronem vides in paradisum esse translatum. Nemo est qui possit excludi, quando receptus est latro.* quasi dicat: Qui gordium nodum dissoluit, quemlibet alium nodum soluere potest. Venit enim Iesus, vt dissoluat opera diaboli, & omnia se posse dissoluere latrone soluto demonstrat, cùm nullum aliud dari vel excogitari possit minùs solubile quàm auaritiæ vinculum.

Corpus est animæ sepulchrum.

IBIDEM. *Qui habitant in sepulchris.*] Hoc est, vt ait S. Hilarius, *intra corporum suorum emortua domicilia consepultos*: scilicet non funestum modò carcerem, in quo anima clausa & vincta hæret, corpus nostrum aiunt esse viri sapientes;

ANNOTATIONES CORDERII.

pientes; verùm etiam & sepulchrum odiosum, in quo ipsa quodammodò fœteat: vnde σῶμα, *corpus* dici volunt quasi σῆμα, *sepulchrum*. Diuus quoque Nazianzenus, & in diuinis Theologus, & in versu venustus, carmine decimo tertio animam vocat νεκροφόρον, *cadaueriferam*; vt quæ cum cadauere sit coniuncta, & sepulchrum veluti suum circumferat: hinc quoque homines appellat δισθάπτους, *bis sepultos*, vt qui, priusquam solito monumento claudantur, iam sepulti sint. Pari gratiâ S. Chrysostomus scribens ad Theodorum lapsum corpus nuncupat τάφον κεκονιαμένον, *gypso incrustatum sepulchrum*. Vbi verò sepulchrum audimus, ibi necesse est vt corruptionem magnam cogitemus, & mortem aut præcessisse, aut certè esse vicinam. Itaque S. Paulus corpus suum non alio modo quàm vt libitinam intuebatur; & ea de causa *corpus mortis* nominat; & ab eo quam celerrimè cupit liberari, vt à noxio cadauere, vnde lues in animam importetur.

Rom. 6, 24.

8. *Deus cum egredereris*, &c.] Duo hi versiculi desumpti sunt ex Cantico Deboræ, quod describitur Iudicum quinto capite; in cuius principio eadem ferè leguntur. Hoc Symmachus ita est interpretatus, Ὁ Θεὸς προηγούμενον σε πρὸ τοῦ λαοῦ σου βαίνοντος διὰ τῆς ἐρήμου, γῆ ἐσείσθη, οὐρανὸς δὲ ἔσταξε, *Deus cum tu præcederes ante populum tuum transeuntem per desertum, terra concussa est, cælum autem stillauit*. Deus enim præcedebat populum suum instar Ducis ante suos milites gradientis; eratque illis pro ductore per diem simul & noctem, vt cuius vexillum esset nubes & ignea columna. D. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioan cap. 28. ex hoc loco notat Deo tribui id quod per arcam fiebat: *Cum enim arca præcederet*, inquit, *Deus præcessisse aperte dicitur*: idem deinde confirmat ex verbis Moysis, qui reuocans populum à pugna contra Amalecitas suscipienda dicebat, *Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum*. Deum ipsum loquentem introducens. Illis autem Moysis præceptum non curantibus, & contra diuinam voluntatem ad pugnam ascendentibus, additur in textu, *Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris*: id est, non ascenderunt cum illis ad pugnam: ac si idem fuerit, Dominum non esse cum illis, & arcam ab illis abesse. *Audistis dicentem* (inquit D. Cyrillus) *Non sum vobiscum: vides non conscendisse cum illis arcam: nónne igitur clarè hic intelligis arcentis Dei locum eam tenuisse*. q.d. Quod minatus est dicens, *Non sum vobiscum*, impleuit, dum arca cum illis non ascendit; siquidem perinde erat Dominum atque arcam non ascendisse.

Deus Dux populi sui fuit.

9. *Terra mota est*.] Ad terram rationalem, id est ad humana corda, locum refert Augustinus ibidem, id est ferrea illa & adamantina Israëlitarum corda; quæ Deo monenti, increpanti & benefacienti non cesserant, tandem aliquando mota sunt, & contremuerunt. Quid ergo est, ô Dauid, quod emollire potuit durissimos hominum animos? subdit, *Etenim cæli distillauerunt*; Græcè ἔσταξαν, Hebraicè, נטפו *natephu*; id est fluxerunt, stillauerunt, pluerunt. q.d. Pluit illis manna & panem de cælo: quod beneficium homines flexit, & ad Dei cultum & amorem traduxit. Multa quidem alia signa Deus ediderat, multa alia beneficia contulerat, neque tamen homines ad se pellexerat: cùm verò eis manna concessit, facilè eos in suam amicitiam & beneuolentiam traxit. Ceterùm narrat Genebrardus Rabbinos existimare manna duplici rore tectum fuisse, superiore & inferiore; hoc est, primum rorem cælitus descendisse circum castra, ad purgandam terram, posteà manna superuenisse; super quod mox ros alius descenderit; adeò vt in duobus istis roribus tamquam in theca reconditum iacuerit; apparuerit autem, quando superior ros ad exorientem solem euanuerat. Quæ haud dubiè adumbrabant corpus Christi, manna verum, speciebus panis & vini recondendum; appariturum verò, quando ros humanæ rationis ad exorientem diuinum solem & lumen fidei disparebit. Ergo *distillauerunt*, id est fuderunt tria; rorem videlicet inferiorem, manna intermedium, & rorem superiorem; vt Rabbi Selomo Exod. 16. notat.

Qualiter manna stillauerit.

IBIDEM. *A facie Dei Sinaï*.] Quærit hîc S. Augustinus, cur Deus Sinaï dicatur Deus, cùm pluit manna populo: quid enim commune habet vtrumque nomen? scilicet Sina mons est, in quo Deus legem dedit populo. Quid ergo est, quòd Deus Sinaï dicatur, id est dator legis, ille qui manna pluit? Sanè Eucharistia in manna adumbratur: ergo ille Deus dicitur Sinaï, qui legem dedit; quia priùs debet quis legem Dei opere implere, & posteà ad Eucharistiam venire. Vtrumque idem Deus præstat; nempe & manna pluit, & legem sancit: vtrumque autem distinxit, qui ore quidem ad Eucharistiam accedit; opere autem legem non complet. Tum etiam dicitur *Deus Israel*: Israël autem idem est quod *videns Deum*. Vtrumque igitur curare debet, qui vberes ex Eucharistia fructus percipere satagit; nempe legem Dei opere compleat, & hoc tantum Dei beneficium attentâ mente rimetur: quæ duo si præstiterit, securus ad hoc manna accedat. Nam, vt ibidem S. Augustinus subdit, *benedictionem dabit, qui legem dedit*: vbi alludit ad verba alterius Psalmi, *Etenim benedictionem dabit Legislator*: quod ad Eucharistiam non incommodè referri potest. Hanc nempe benedictionem dabit Legislator, id est ipse Deus, qui Eucharistiam præbuit: ipse etiam legem tulit, vt memineris accessurus ad Eucharistiam, legem Dei implere.

Deus, qui legem dedit etiam manna pluit.

Legem implere quemque fas est ante V. Sacramentum.

Psal. 83, 8.

10. *Pluuiam voluntariam*.] Græcè ἑκούσιον; Hebraicè נדבות *nedaboth*: quod Pagninus vertit *munificentiarum*, Caietanus *voluntatum*, alij *liberalitatum*: explicat Caietanus de duplici pluuia mannæ & coturnicum; & vtramque fuisse *voluntatum*, id est appetitionum populi appetentis cibum. Theodoretus in Catena ait *pluuiam voluntariam* seu spontaneam dici, ob liberum arbitrium, dum quis volens & minimè coactus doctrinis irrigatur. Itaque versus hic dupliciter accipi potest; nam intelligi potest Prophetam, prosequendo quod narrare cœperat, commemorare Dei beneficia, quibus populum in deserto affecit, prouidendo ei de omnibus necessarijs ad vitæ sustentationem, & instar pastoris ei prospiciendo; vt per *pluuiam voluntariam* intelligatur manna, quod instar pluuiæ Deus populo suo demisit: vnde & alibi dicit, *Pluit illis manna ad manducandum*. Iuxta quem intellectum verba futuri temporis, *segregabis* & *hereditabunt*, per præ-

Quid per pluuiam voluntariam intelligatur.

Psal. 77, 24.

præterita sunt exponenda; quomodo & sequentia præterita, *infirmata est, perfecisti, parasti*, videntur requirere: vnde & D. Hieronymus ex Hebræo omnia per præteritum vertit. Intelligi etiam potest Prophetam ex consideratione beneficiorum, quæ olim in deserto Deus populo suo præstitit, polliceri futuris temporibus similiter illum adfuturum eidem populo, quem sibi in suam elegit hereditatem; aut benefacturum terræ, quæ & ipsa Dei hereditas sæpè dicitur; vt per *pluuiam voluntariam* significentur omnia Dei beneficia, quibus abundè populum suum è cælo pascit, ei de necessarijs prouidendo. Et primùm quidem promittit Deum prospecturum suis de his quæ ad victum pertinent: deinde verò pollicetur & victoriam Deum suis concessurum de hostibus ipsorum: id enim significatur versu sequenti.

Oratio quoque est pluuia voluntaria.

Non immeritò quoque orationem dixerimus esse *pluuiam voluntariam*, id est opportunam, quæ commodis temporibus in animam ex auxilio cælesti descendat; vt tamquam hereditas Domini fructibus perfectionis abundet. Hæc hereditas sterilis erat, quando ei hæc salutaris pluuia deficiebat; Dominus verò misertus eius, donum orationis sicut pluuiam temporaneam & serotinam super eam misit, & beneficio talis pluuiæ eam stabiliuit atque perfecit. In hoc etiam orationis pluuia est mannæ illi admodum similis, quòd data sit soli populo Dei, qui verum Deum agnoscit & colit. Aliæ verò nationes aut nullam notitiam aut aliquam tantùm orationis vmbram habuerint, verum autem manna, id est veram orationem, quæ in spiritu fit, ne degustarint quidem.

Hebræi infirmati ob ingratitudinem.

IBIDEM. *Et infirmata est.*] Hoc est, sterilescere cœpit & emaciari illa hereditas, tam opportunis de cælo pluuijs irrigata: nam omnes illi beneficiorum imbres, ac si bibulas deciderent in arenas, ita ex Hebræorum memoria euanescebant; ac proinde tamquam ex terra sterili & arescente nulli ex Synagoga fructus germinabant. Notat hoc loco Sanchez deficere particulam conditionalem *si*, iuxta morem Hebræorum: quem plurimis exemplis confirmat; vt illo Deuteronomij, *Reuerteris ad Dominum Deum tuum*; id est, si reuerteris; & illo Ioannis, *Quæretis me, & non inuenietis*; id est, si quæsieritis. Et tunc talis erit versiculi huius sensus; ac si dicat: Si quando Ecclesia tua Domine graue aliquod incommodum ab aduersarijs pati cœperit, ac velut ex imbrium siti sterilitas & agrorum lues obuenerit, vexata langueat, paternæ tuæ curæ ac solicitudinis erit illam confirmare: sed quâ ratione subdit:

Deut. 4. 30. Ioan. 7. 34.

11. *Animalia tua habitabunt in ea.*] Vox Hebræa חַיָּה *haiath*, quæ hoc loco ponitur, propriè significat, Aria Montano teste, *societatem*; vnde ad verbum vertas, *Societas tua habitabit in ea*, vel, *Societatis tuæ viri habitabunt in ea*. Est enim in Hebræo verbum in plurali, nomen verò in singulari, quòd plurium collectionem significet; eo modo quo apud Poëtam,

Pars in frusta secant. ———

Nec ab hoc sensu aliæ lectiones siue translationes sunt: sic enim Sanctes Pagninus, *Congregatio tua habitauerunt in ea*: similiter Genebrardus, *Tui electi, tuum peculium, tui greges, & copiæ, tuæ oues; quarum tu es pastor*: propius verò accedens Chaldæus, *Viuificationem tuam collocasti in ea*: *Præparasti exercitus cœtuum Angelorum, vt benefaceres pauperibus Dei.* Locum hunc ingeniosè Velasquez noster in Epist. ad Philip. cap. 2. ver. 11. Annot. 9. Morali, tamquam vaticinium de Societate Iesu pronuntiatum eidem sic applicat, ac si eam tunc temporis, cùm inter innumera hæresum, schismatum, errorum, ignorantiæ ac vitiorum discrimina magno Ecclesiæ adiumento & bono nata sit, præsentem Vates haberet, ac Deum sic alloqueretur. q. d. Quòd si Ecclesia tua, Deus, ab inimicis tuis, id est hæreticis, schismaticis, ethnicis & infidelibus, nec non ab internis hostibus, peccatis, vitijs, noxia diuinarum rerum ignorantia, diuini obsequij & salutis obliuione insigniter aliquando vexata fuerit, tu illam peculiari prouidentiâ & auxilio defendes, confirmabis, perficies: sed quonam modo? *Societas*, inquit, *tua habitabit in ea*; Societas scilicet Iesu, animalia tua, tui greges, & copiæ, tua peculiaris congregatio, tuæ oues; quarum tu es pastor, & quas tuo charactere insigniri voluisti; tui milites, quorum tu es Dux; exercitus cœtuum Angelorum, siue spirituum, qui administratorij & adiutores tui sunt, dum egregiâ morum probitate, ardenti gloriæ tuæ zelo, indefessâ diuini Verbi prædicatione, egregiisque librorum cuiuscumque disciplinæ scriptione, omnibusque tandem ministerijs ad hominum salutem conducentibus, Ecclesiæ incommodis fessisque rebus omni modo, omni ratione subueniunt. Sic ille loco citato: vbi fusiùs more suo floridè idem argumentum prosequitur.

ANNOTATIONEM SCORDERII.

Societas Iesu Ecclesiæ laborantis promissa.

IBIDEM. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.*] S. Hieronymus locum de Apostolorum prædicatione intelligens sic commentatur: *Dominus dedit eis virtutem prædicandi Euangelium: hæc dulcedo pluuia, quæ mellis ac faui saporem vincit, in pauperibus, id est in sanctis Dei, defluxit, quæ ab ore Apostolorum iubente Deo cum multa virtute processit.* Verumtamen hæc dulcedo roris & prædicationis non modò vincit saporem mellis & faui, sed etiam mel ipsum fauosque, scilicet diuini amoris; quo nihil dulcius procreat; vt ex commentatione S. Augustini colliges, quæ sic habet: *Hæc est illa suauitas, de qua alibi dicitur, Dominus dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suum, vt bonum opus fiat non timore, sed amore, non formidine pœnæ, sed delectatione iustitiæ.* Idcircò nempe Deus egeno cibum bonorum operum parat in dulcedine, ne ob defectum voluptatis cibum salutis auersetur. Ceterùm peramœnè Ludouicus Cresollius noster Mystagogi lib. 3. cap. 47. huic versui emblema appingit: vult enim vt mensæ apparatum cogitemus Pontificum cœnis ditiorem, sedere autem inopem, ministrare Deum, genialiter illum suauissimeque vescentem, hunc lautia lautè suggerentem: & ad picturam addit hoc epigramma, *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Quæ omnia eò tendunt, vt intelligamus, beneficentissimum Deum gerere maximè eorum hominum curam, & prouidentissimè illis prospicere, qui angustiâ rei familiaris, inopiâ & mendicitate premuntur. Quod decus beatissimi Numinis, quantum mortalis potest, imitari Iob voluit, qui *Patrem pauperum*, quàm Idumææ Principem, aut, vt eum quidam vocant, Regem Regum, appellari se malebat.

Dulcedo prædicationis Euangelica.

Psal. 84.

Deus peculiariter pauperum curam gerit.

Iob 29. 16.

Iobi in pauperes affectus.

12. *Domi-*

ANNOTATIONES CORDERII.

12. *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multâ.*] Vbi in primis obserua vocem *euangelizantibus* non sine mysterio esse in Hebræo המבשרות *hammebasseroth* in feminino genere, vt significetur, quoslibet etiam robustissimos ac magnitudinis summæ viros, ad opus tamen prædicationis esse imbecilles penitus & quasi feminas; quapropter diuinâ virtute non quidem communi, sed omnino extraordinariâ opus habent, vt id munus prout decet explere possint: idcircò Propheta addit *virtute multâ.* Est autem ordo inuersus ita constituendus, *Dominus virtute multâ dabit verbum euangelizantibus*; id est, eis suppeditabit multas vires & magnam fortitudinem ad annuntiandum Euangelium: id quod Gentium omnium conuersio, superatis omnibus difficultatibus, ac tyrannorum & dæmonum potentiâ debellatâ, contestatur.

Efficax doctrina cum exemplo vitæ.

Tunc autem verbum est maximâ virtute prædicatum, cùm ij qui euangelizant exemplo alijs vitæ prælucent: cuiusmodi erat vir ille peregrinus, ad quem ita scribit S. Paulinus Epist. 26. *Te Altissimus inter Regni sui maximos nominauit, cui concessit facto æquare sermonem, vt & doctrina tibi vita tua sit, & vita doctrina: quo fit, vt nemo se audeat excusare discipulus velut difficultatis imperio, cum priùs astringatur virtutis exemplo.* Quare etiam hic versus ita commodè exponi potest; ac si dicat, *Dominus dabit verbum*, hoc est, prædicandi munus demandabit, *euangelizantibus virtute multâ*; nimirum ijs qui prædicant magno cum virtutum præsidio.

Exemplum vitæ hamus Apostolorum.

Doctrina quippe cum exemplo vitæ hamus est, quem Dominus Apostolis suis tradidit, illosque velut huiusce muneris stemmate, fecit piscatores hominum. Talis erat ille Florentius, ad quem scribit idem S. Paulinus Epist. 30. his verbis: *Te in sortem Apostolorum suorum Dominus dignatus assumpsit, vt eorum arte hominum piscator existeres; & de amaris ac profundis huius sæculi fluctibus viuificandam potius quàm perimendam Deo prædam hamo verbi salutaris extraheres.* Non facilè enim capitur homo docentis verbo, si hoc virtute destitutum sit: quin verò potissimum humanæ mentis illicium habetur sanctioris in docente vitæ exemplum. Maior adhuc vis in altera significatione nominis Hebræi צבא *tsaba*, id est *exercitus*; vt sit sensus, *Dominus dabit euangelizantibus multos exercitus*. quasi dicat: Ita roborabit contra hostes visibiles & inuisibiles, ac si illos numerosissimis exercitibus circumuallaturus sit.

Deus euangelizantes validè protegit.

Hoc etiam passim exponunt de satoribus diuini verbi; vt intelligamus eos cælestium heroum validissimo copiosissimoque exercitu vndique cingi & muniri. Sed non malè Cresollius noster in Anthologia sacra de ipso Deo propheticum oraculum sumit, qui solus instar est numerosi equitatus, & insuperabili manu belligerat: quod Habacuc visus quoque celebrare, cùm loquitur in hunc modum, *Qui ascendis super equos tuos; & quadriga tua saluatio*; vel, vt est apud Septuaginta, καὶ ἱππασία σου σωτηρία, *Et equitatio tua salus.* hoc est: Tu velut eques supra Castores fabulatum inuictus & salutaris populo tuo vitam, opem & salutem adfers; te præsente pericula deijciuntur, redit animo lux & vigor; hostes fugiunt, & flammâ oris tui emoriuntur.

Habac. 3, 8.

13. *Rex virtutum dilecti dilecti.*] Ita etiam in Vulgata reperitur, & apud S. Augustinum; qui tamen admonet in Codicibus diligentioribus eam repetitionem asterisco esse prænotatam, quia habeatur in Hebræo, sed non in interpretatione Septuaginta: abest omnino à multis libris Græcis, & Complutensibus Regijsque Biblijs. Symmachus legit, βασιλεῖς τῶν στρατιῶν ἠγαπήθησαν, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο, *Reges militum amati fuerunt, amabiles facti sunt*; Hebraicè est מלכי צבאות ידדון ידדון *Malche tsebaoth yddodun yddodun*: quod S. Hieronymus vertit, *Reges exercituum fœderabuntur, fœderabuntur*: alij vertunt, *Reges exercituum fugerunt, fugerunt.*

Apostoli Reges Christo subegerunt.

Reges autem dicuntur exercituum, hoc est ingentibus copijs instructi, vt ait Vatablus: hi fugerunt, id est cesserunt Deo & Christo, et terga verterunt, ab eo victi sunt, in eius venerunt potestatem. Vbi nota pulchram antithesin Regum fugientium, qui copias immensas habuerint, & Apostolorum, qui illorum partiti sunt spolia. Ad speciem enim & gloriam domus Dei pertinet diuidere spolia Regum istorum deuictorum. Ita nimirum spolia Gentium dæmonibus erepta partiti sunt Apostoli: quod gloriosum & honorificum est Ecclesiæ. Ceterum pro, *Species domus diuidere spolia*, Caietanus ex Hebræo legit, *Habitatrix domus diuidet spolia.* Sensus enim historicus est, Deum, post Hebræorum de Assyrijs victorias, concessurum feminis, vt de more pæana concinant, & spolia inter victores partiantur. Vbi nota vt femina per excellentiam *domus habitatrix* nuncupetur, seu, vt interlinealis Regia abstractiùs vertit, *domus habitatio*; quo significetur illam non debere in publico euagari: ad virum enim pertinet ea negotia tractare, quæ extra domum aguntur, ad feminam verò, quæ domestica sunt obire munia.

Mulier est domus species dicitur.

Dicitur ergo vxor domus species, quia si domi sit, multam venustatem adfert domesticis rebus; si verò extra domum vagetur, omnia languent & pessum eunt.

14. *Si dormiatis inter medios cleros.*] Hic locus vti obscurus est, ita plurimorum torsit ingenia: ex quo alij eum suspectum de mendo; alij Septuaginta hallucinatos; alij clerum clericorúmve statum; alij sortes Israëlis distributas; alij vtramque sortem præsentis & futuræ vitæ; alij duo Testamenta; alij aliud significatum dixerunt: sed omnium ingeniosissimè Cresollius noster in sacra sua Anthologia, Septuaginta, inquit, viri doctissimi cùm κλήρους dixerunt, propriè locuti sunt: noster interpres modestâ prudentiâ Græcum nomen retinuit, & *cleros* vertit.

Quid κλῆροι seu cleri in columbis.

Sunt autem κλῆροι siue *cleri* propriè *alæ columbarum*, vt animaduertit vetus auctor Græcus, qui de re accipitraria scripsit: hinc κλήρωσιν ait nominari morbum & affectionem columbæ, cùm illi pennæ ex alis defluunt. Quæ Græcæ vocis interpretatio, hactenus multis incognitæ nec protritæ, Hebræam illuminat: est enim in hoc Dauidis loco שפתים *Schephathaim*: quæ vox idem planè quod κλῆροι siue *cleri* in columbis significare potest. Plures in eo Rabbini conueniunt, vt putent id vocabulum significare res duas, quæ hinc inde intermedium aliquod velut definiunt & terminent. Hinc natæ variæ interpretationes Dauidici oraculi; & nonnulli quidem *cleros* cum S. Hieronymo vertunt *terminos*; alij *fulcra* ferrea, quæ

hinc

hinc inde in camino seu domestico foco ponuntur ad ligna sustentanda: aliqui vertunt *sarcinas*, quæ vtraque ex parte equo sagmario imponuntur, vt vehantur commodiùs: quidam interpretantur *clitellas*, quæ vtrimque in asini lateribus insident. Hæc cùm dicant in Hebræa lingua exercitati & Doctores, illudi meo iudicio non potest, qui diceret eodem vocabulo Hebræo duas alas columbæ significari, quæ hinc inde corpus velut terminent atque ambiant: qui ipsissimus sensus videtur Septuaginta. His positis clarum iam erit emblema Regij Vatis: præcedunt enim ista, Rex virtutum dabit speciei seu pulchritudini domus diuidere spolia: Vobis, inquit, ô pulcherrimæ domus, ô speciosissima tabernacula sancti Spiritus; vobis, ô candidæ animæ, Rex & Princeps cælestium legionum domitâ malitiâ, fusis & fugatis animi perturbationibus vitijsque, dabit victoriam spolijs opulentam, *si dormiatis inter medios cleros*. Dormire in arcano sermone significat pacem, quietem, securitatem, fiduciam: quæ sunt propria simplicium. Hinc illud est Salomonis, *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter*; hoc est cum fiducia & securitate, interprete Gregorio Magno: qui cùm sacrum hoc prouerbium attulisset in Pastorali in hunc modum illustrat, *Fiducia quippe magna securitatis est simplicitas actionis*. Ita sponsa in Epithalamio & dormit simul & vigilat, & quiete summâ perfruitur; & currit tamen, sequiturque dilectum. Si ergo, vt cœperam dicere, *ô columbæ sanctæ*, nixæ Deo, curisque mundi solutæ, *inter cleros*, videlicet alis hinc inde agitatis, euoletis in sublime, tum eritis *pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*. Eruditi Mythologi dixerunt aues ex ala cupidinis esse procreatas. fabula est, sed hæc veritas, columbam istam nostram è diuino amore natam, ab eodem alas & volatum accepisse: vnde non mirum, si duobus illius insignibus, argenteâ animi innocentiâ & aureâ charitate vestiatur. *Dilectus meus candidus & rubicundus*, ait sponsa: candidus propter argentum, ob aurum ignitum: vtroque nihil ditius, nihil pretiosius. Atque hic mihi videtur esse triumphus columbinæ & victricis simplicitatis, quæ volatu, pio ardore, cælestibus desiderijs tendit in Deum, & ab eodem lætâ & perenni felicitate coronatur. Et nescio, an huc referenda sit veterum Hebræorum consuetudo, apud quos ditiores, quique fortunas nacti fuissent amplissimas, pro symbolo felicitatis alas columbæ gypso illitas solebant tectis affigere, vt auctor est Euthymius ad hunc locum. Ita in Græcia alæ ad ianuam appositæ, argumentum erant τρυφῆς *deliciarum* & humanissimæ voluptatis, quæ intra palatium atque intimis in ædibus capiebatur. Ita Babylonij pro vexillo ferebant columbam inargentatam, cuius dorsum in fului auri modum rutilaret; in omen illustrium victoriarum; & fortunæ veluti triumphantis. Tropologicè, *Si dormiatis inter medios cleros*: hoc est, Si quietam & pacatam conscientiam inter media pericula habeatis, cùm extremæ sortes de vita ac salute vestra iaciuntur: quid tandem erit? *Pennæ columbæ deargentatæ; & posteriora dorsi eius in pallore auri*. Quod dupliciter exponi potest. Primò, nullus pallor, nulla oris mutatio, nullum timoris indicium in fronte apparebit; sed potiùs

Dormitio symbolum securitatis.

Prou. 10, 9.

Simplicitatis & innocentiæ triumphus.

Cant. 5, 10.

Babylonij gerebant columbam in vexillis.

Non palluisset ore, qui bonam conscientiam seruat in corde.

argenteus quidam candor, & aureus quidam fulgor internæ securitatis testis & index toto ex ore emicabit. Sic olim Stephanus inter suos criminatores constitutus non expalluit vt reus; sed vt Angelus fulgurauit: *Omnes*, inquit textus, *qui sedebant in concilio viderunt faciem eius tamquam faciem Angeli*; vt angelicus oris fulgor angelicam mentis puritatem inter tot calumnias testaretur. Secundò, eritis velut columba Assyriorum, de quibus agitur in hoc Psalmo: nam Assyrij columbam, quam loco numinis venerabantur, lædere non audebant, vt Crinitus lib. 24. de Honesta disciplina cap. 2. testatur. Quò pertinet illud de Hebræis, *Auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum*. Nam sicut aues in deorum numerum relatæ liberè & impunè volitare ab Ethnicis permittebantur; ita viri conscientiæ pace tranquillitateque fruentes omnibus periculis & casibus altiores graduntur. Eleganter quoque Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 3. in Prœmio locum hunc exponit de anima spirituali, quæ binis alis, dexterâ spei & sinistrâ timoris volat, & caudâ discretionis in cælum dirigitur: meritò autem duæ, vt nec illa nimis per timorem deprimat, nec illa per spem immoderatiùs attollat, sed vtraque æquo libramine animam in medio constituat: meritò deargentatæ, qui animam mundant & ornant: meritò discretionis aureæ gubernatione directæ, ne in aliquem errorem impingant.

Alium huius loci sensum mysticum reddit noster de Ponte lib. 1. in Cantic. Exhort. 5. Audi, inquit, Regium Vatem Regis dilecti nuptias canentem, *Si dormiatis inter medios cleros*, (subaudi orientur vobis) *pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri*. ac si dicat: O viri Israëlitæ, permanete inter medias sortes hereditatis vobis à Deo præfixas, vnusquisque vt decet munus suum obiens: tunc enim erit apud vos Dei Ecclesia tamquam pulchra columba, cuius duæ pennæ fidei & spei argenteo candore micent, dorsum verò charitatis eas nectens, & omnia sustinens, flauo auri splendore fulgeat: cuius pulchritudinis amore captus summi Regis dilectus Filius orietur in terris tamquam pulcherrimus pullus columbæ, assumens duas naturæ humanæ argenteas pennas, carnem scilicet & animam, splendidissimo sanctitatis candore micantes, aureo dorso diuini suppositi, quod portat omnia verbo virtutis suæ, mirabiliter coniunctas. Plures huius loci expositiones vide apud S. Augustinum & Lorinum nostrum, qui more suo plurima congerunt.

15. *Dum discernit cælestis Reges super eam.*] Vbi Regum nomine ad litteram intelligit Apostolos ceterosque Doctores ac prædicatores, à Christo Domino Ecclesiæ præpositos, eamque & veritate doctrinæ & puritate vitæ moderatoros. Vnde D. Augustinus, *Dicuntur*, inquit, *illi Reges vtique à regendo: & quid magis, quàm carnis concupiscentias, ne regnet peccatum in eorum mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius, ne exhibeant membra sua arma iniquitatis peccato; sed exhibeant se Deo tamquam ex mortuis viuentes?* Quasi diceret: Non à regendis populis, sed à regendis concupiscentijs Reges appellantur. Sæpè enim reuerà seruiunt, qui populos regunt; seruire tamen nesciunt, qui suis con-

ANNOTATIONES CVR. DEKIL.

Act 6, 15.

Omnia pericula effugit bona conscientia.

Oseæ 11, 11.

Anima spiritualis alæ spes & timor.

Ecclesia mystica columba.

Qui sint veri Reges spirituales.

ANNOTATIONES CORDERII.

concupiscentijs dominantur. Felices populi, quibus tales Reges præponuntur: futurum enim est, vt eorum non tam imperijs quàm exemplis Regum super niuem dealbentur; hoc est, peccati nigrore abiecto, virtutum candore induantur. vnde subdit:

Selmon idem quod vmbra.

IBIDEM. *Niue dealbabuntur in Selmon.*] *Selmon*, si nominis rationem inreas, idem est ac *vmbra*: dicitur autem Christus vmbra: quia sicut vmbra refrigerat, & temperat solis radios; non aliter caro Christi ardorem concupiscentiæ restinguit. Vnde etiam Selmon dicitur, qui perpetuò niue albicat: quia sicut nix nimio frigore calorem temperat; non aliter caro Christi ardores concupiscentiæ. Ita D. Thomas Opusculo 58. cap. 21. *Selmon*, inquit, *interpretatur vmbra: Christus autem est vmbra nostri refrigerij; quia, vt dicit Glossa, de corpore Christi manat vmbra gratia, quæ nobis defensaculum est contra incentiua vitiorum & carnalem concupiscentiam. Vnde dictum est ad B. Virginem, Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Vmbra enim fit de corpore & lumine: lumen est verbum Dei, corpus caro Christi: accessit lumen corpori, id est Verbum carni: Verbum enim caro factum est. Dum verò fidelis corpus Christi sumit, spirituale refrigerium percipit quasi de vmbra gratia, quæ de ipso fluit.* Sic ille. Eleganter quoque locum hunc illustrat, & Deiparæ applicat Aloysius Nouarrinus Electorum lib. 4. de vmbra virginea sic scribens: Denique mons Virgo Maria est, quæ suâ, vt ita dicam, vmbrâ ad virginitatem ac puritatem euocat, reuocat à nequitiæ ac luxuriæ fluctibus, vitiorumque æstum arcet. In eamdem sequens etiam versus optimè quadrat.

Mons Selmon, mons pinguis.

16. *Mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus.*] Sed cur coagulatus simul & pinguis? an quia & paruulos lacte pascit, & perfectos pane enutrit? B. Laurentius Iustinianus in MS. Codice explicans hæc verba ait: *Mons coagulatus nutriens paruulos lacte; mons pinguis, fertilis pane cibans perfectos*; quia scilicet omnes hic reficiuntur, nullus in hoc monte idoneum cibum non reperit. Sed illud mirum est, quî niue dealbari in monte hoc Selmon aliquis possit, præsertim cum Selmon *vmbra* interpretatur: quid nix alba cum vmbra subobscura? Rem ad Virginem transferamus, & apertissimè fit mons Selmon Maria; quia suâ virginitate gratiarumque lumine nos veluti vmbrâ tegens, & à vitiorum æstu nos subducit, & per ipsam peccatores nigri quasi corui super niuem dealbantur. Sistenda hîc sunt Richardi à S. Laurentio verba, qui lib. 8. de Laudibus Virginis ita scribit: *Hic est mons Selmon, quod interpretatur vmbra, quæ relinquitur ex lumine & corpore opaco lumini opposito; & ipsa habuit corpus virgineum & lumen gratiarum; quibus duobus obumbramur per gratiam contra feruorem vitiorum; & in ipsa, id est per ipsam, dealbantur peccatores niue, id est super niuem. Isaiæ 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.* Sed vnde ista dealbatio? Non à Deo tantùm, sed suo etiam modo à Virgine, quæ nempe Christum conceperat. Nam & Propheta promissæ dealbationi præmittit; *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus*; per *semen* Christum intelligens, quod in terra virginei vteri seminatum est: vt ita colligeremus peccatores super niuem dealbari, quia in Virgine Deus factus homo est.

B. Virgo mons, in quo peccatores dealbantur.

Isa. 1, 9.

Est etiam ipsa *perfectio* mons Dei mons pinguis: de qua in alio Psalmo legimus; *Iustitia tua sicut montes Dei.* Est *mons* propter sublimitatem, quâ vniuersa mundana post se relinquit: *pinguis*, propter charitatem, quâ Deum & proximum diligit; & *coagulatus*, seu multorum montium congerie compositus, quoniam omnium virtutum altitudinem comprehendit. Est *mons Selmon*, in quo pax mentis acquiritur, & sensus rerum cælestium possidetur; & imagine fortis, id est Christi, mens humana circumdatur, & virtutis vmbrâ protegitur.

Perfectio est mons Dei, mons pinguis. Psal. 35.

17. *Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.*] Hinc perspicuè videre licet, montes quodammodò in amoribus fuisse Deo, vt eius diuinâ præsentiâ consecratos, & sanctuaria Maiestatis: nam in Sina monte gloriæ suæ theatrum collocauit; ibi vim & amplitudinem suæ dignitatis, magnitudinem dominatus, terrorem nominis sui, inusitatam & prouidentissimam humanitatem, bonitatem Patris, Dei sanctitatem exhibuit, quibus nulla vel maiora vel præstantiora cogitari possunt: ibi fœdus, pacta, leges tulit orbi vniuerso, quæ Themidis atque Eunomiæ iura longè superant, atque omnem creatarum mentium excogitatam prudentiam: in eo fumanti vertice, tubarum sonitu magnificentiùs resonante, non terrestrem, sed cælestem quemdam paradisum posuit plenum Deo: vnde exijt Moyses, propè dicam in ordinem Seraphinorum & Cherubinorum adscriptus, flammifero vultu & radiante, totus igneus, incredibili scientiâ politus & perfectus. Atque, vt omittam hîc de Sina monte plura dicere, quæ diuinis in Commentarijs referuntur, aut ex illis colligi possunt, generatim pronuntiare audeo, vix quidquam esse ad religionis cultum ac sanctitatem, ad beatæ vitæ mysteria, ad numinis cognitionem nobis relictum, & diuinitus commendatum, quod in montibus non sit institutum aut completum; vti fusiùs & doctè probat noster Aluarez de Paz Tomo 1. de Vita spiritali lib. 4. Partis 1. cap. 5. vbi & vitæ perfectionem per montem rectè significari ostendit, idque potissimùm ex hoc & alijs Psalmis.

Montes sunt Dei sacraria.

18. *Currus Dei decem millibus multiplex.*] Currum Dei vocat flammeos & volantes Cherubinos, quibus insidere Deus dicitur, atque ferri prouidentiæ cursu, cum insigni felicium Angelorum assectatione. Quatuor huiusmodi vidit Ezechiel magnos spiritus, felicitate beatissimos; sed Dauid innumerabiles, qui Numinis currum vel humili obsequio traherent, vel honoris causâ comitarentur. *Currus Dei decem millibus multiplex*, vel, vt vertit S. Augustinus, *decies millies multiplex*, hoc est, auctore S. Hieronymo, *innumerabilis*: quæ res magnam omnino maiestatem significat. Hanc speciem currus plenam augustissimæ dignitatis viderunt etiam Moyses, Daniel, Isaias, alijque; & Numinis venerationem hauriebant: à quibus Plato mutuatus induxit velut in emblemate *πτηνὸν ἅρμα, volantem currum*: de quo pariter & Philosophi & Poëtæ locuti sunt. Vtque eamdem maiestatem insinuaret terroremque sui Deus, ad ferendam

Quanta sit maiestas Dei curru Cherubico insidentis.

legem

venit ſeptus flammiferis nubibus & pro-
cum clangore lituorum & tubarum ſono.
Propterea conſtrui arcam & propitiatorium
iuſſit, vbi gloriam ſuam & ſanctitatis ampli-
tudinem demonſtrare cupiebat, vt ipſe inter medios
duos Cherubinos premere pedibus aram videre-
tur; quòd omnem hominum cultum & deuoti-
onis religionem longè meritis & gloriâ exu-
peraret.

9. *Aſcendiſti in altum*, &c.] Græcè Ἀνέβης:
eſt in plurimis & emendatioribus Codicibus
& hoc ipſum vertit S. Auguſtinus *Aſcen-
diſti*; vti & in Vulgata eſt: in Sixtina tamen edi-
tione & quibuſdam Græcis Codicibus eſt Ἀνα-
βὰς, *Aſcendens*: Iuſtinus in Dialogo cum Try-
phone ita citat hunc locum, Ἀνέβη εἰς ὕψος, καὶ
ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς υἱοῖς
τῶν ἀνθρώπων, *Aſcendit in altum, captiuauit ca-
ptiuitatem, dedit dona filijs hominum*. eodemque
modo habet S. Paulus ad Epheſios 4. niſi quod
habet ἀναβὰς & τοῖς ἀνθρώποις. Et ſanè hoc loco in
cæteris Codicibus Græcis eſt ἐν ἀνθρώποις, atque in
ipſo etiam Vaticano adſcriptum ex emendatione.
Verùm in loquendo varietas aliqua eſt, in ſenſu
nihil diuerſum. Nam glorioſa Filij Dei humani-
tas Deo veſtita à magno & æterno Genitore ac-
cepit omnia in commodum hominum & felici-
tatem, quæ deinde Saluator lubens volens omnia
in homines contulit: dona igitur beneficentiſſi-
mè in mundum effuſa & donando accepit, &
accipiendo contulit. Totus igitur Chriſtus quan-
tus quantus eſt noſter eſt, totus in hominum
vſus impenſus, cum flore corporis, cum dotibus
animi, cum cæli gaza, cum cimelijs inſignium
meritorum, cum æterna & immenſa hereditate.
Quam ob cauſam etiam Apoſtoli præceptoris ſui
ſecuti veſtigia, non modò ſua largè & prolixè do-
narunt, verùm etiam aliorum ſe cauſâ totos im-
penderunt & ſuperimpenderunt, vt magna Pauli
mens profitetur.

IBIDEM. *Etenim non credentes inhabitare.*]
Græcè eſt, Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκηνῶσαι: in
multis Codicibus Græcis eſt ἀπειθοῦντας; quomodo
etiam videtur legiſſe S. Hieronymus ad Suniam;
& pro κύριος, quod ſequitur, legiſſe κύριον, &
coniunxiſſe cum præcedentibus: ita enim ſcribit,
Nos enim tranſtulimus; Etenim non credentes
inhabitare Dominum: *vt hic ſit ſenſus, & pen-
deat ex ſuperioribus: Aſcendiſti in altum, cepiſti
captiuitatem, accepiſti dona in hominibus, & eos
qui non credebant Deum inhabitare poſſe morta-
libus*. Vulgata habet, *Inhabitare Dominum Deum*.
Certè lectionem, quæ in libro vetuſto eſt, non
valdè probat S. Hieronymus. Theodoretus, Hoc
manifeſtiùs, inquit, Aquila interpretatus eſt,
Καίγε ἀπειθεῖς τοῦ κατασκηνῶσαι, *Etiam rebelles ad
inhabitandum*.

10. *Proſperum iter faciet nobis Deus.*] Res
in Græco dicitur ſignificantiùs, κατευοδώσει; quod
eſt propriè viam facilem & expeditam facere,
quæ aſpera & difficilia ſunt complanando, noxia
& impedimenta omnia remouendo: ſed omnium
ſplendidiſſimè textus Hebræus habet יַעֲמָס *iah-
ham*; quod S. Hieronymus vertit *portabit nos*.
q. d. Ipſe Deus ijs manibus, quæ portant orbem, — *[margin: ...fun ...rtas.]*
quæque plenæ ſunt hyacinthis & diuinitate, ho-
minem iter facientem vehit & ſuſtentat: ô then-
ſa auguſta! ô triumphale vehiculum, alato cur-

rui anteferendum, quod Plato ſuo tribuit Ioui! — *[margin: ANNOTATIO NESCORDRII.]*
Hoc nimirum eſt quod in Latina verſione dicitur,
Proſperum iter faciet. Verè enim, vt Cardinalis
Bellarminus, *proſperè ambulat, qui portatur à
Deo*: cui conſonat illud Thomæ à Kempis, *Sua-
uiter equitat, quem gratia Dei portat*.

21. *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi.*] Id eſt,
Totus eſt ad ſaluandum & benefaciendum nobis: — *[margin: Deus totus eſt ad ſalutem.]*
hæc eius natura, hoc ipſius ingenium, hæc illi
vis ingenita eſt. Vel etiam, vt eo modo, quo nos
ad exprimendam propriam hominis inclinatio-
nem, vt in litteras, arma, venationem, dicimus
ipſum ad ea natum & factum, quia videlicet to-
tus in eam rem incumbit, nec ab illius ſtudio ſeu
cogitatione poteſt dimoueri, dicat Propheta;
Deus totus in ſalute hominibus exoptanda, pro-
curanda, exhibenda verſatur, cuiuſque potentia
ad omnem opem hominibus ferendam inuigilat,
& continuas excubias agit. Habet verò peculia-
rem energiam illa vocis *Deus* conduplicatio ſiue
reduplicatio, dum ſingillatim affigit & addicit
Vates Deitatem beneficentiæ & benignitati, ac ſi
dicat, Ad ſaluandum ac beneficiendum Deus eſt,
& in ſalute hominibus impertienda totas Deita-
tis vires exerit.

IBIDEM. *Domini, Domini eſt exitus mortis.*]
Ex Hebræo verti poteſt *exitus ad mortem*, vel, — *[margin: Omnipotentia eſt mortificare & viuificare]*
exitus è morte; quaſi vtrumque ad diuinam om-
nipotentiam pertineat, tradere in mortem, & ad
vitam reuocare. Vnde D. Petrus vtramque vim — *[margin: Act. 5, 10.]*
habuit, & mortificandi Sapphiram, & viuificandi — *[margin: Act. 9, 40.]*
Tabitham; vt ex vtraque potentia omnipotentis
Dei vices in terris agere crederetur.

22. *Verticem capilli.*] Symmachus, Κορυφὴν τριχω-
τὴν ἀναστρεφομένην ἐν ταῖς πλημμελείαις αὐτοῦ, *Verticem
capillatum voluntantem ſe in delictis ſuis*: ſignifi-
cat crinitum, capilloſum, cirratum, cincinnatum,
hirſutum, qualis latro impiuſve ſolet eſſe. Et dia- — *[margin: Diabolus piloſus dictus.]*
bolus vocatur *piloſus*, Hebraicè שָׂעִיר *Schahhir*.
S. Hilarius hic dæmonum exprimi vult malitiam
tantam vel inſiſtendi quadam leuitate, vel pote-
ſtate dominandi, & per momenta in orbe com-
meandi, vt perambulent ſuper capita hominum;
qui vix ipſos quoque ſentiant, vt ſunt ſine ſenſu
capilli.

23. *Ex Baſan conuertam.*] Tropologicè *Ba-
ſan* interpretatur confuſio & ignominia; maris
verò profunditate compunctionis magnitudo ſi-
gnatur. Ex notitia ſcilicet notitiæ propriæ Deus — *[margin: Ex propria cognitione & compunctione venitur ad cognitionem Dei.]*
compunctionem extrahit, & compunctione ocu-
los illuminat, & ad Dei cognitionem attollit.
Priùs igitur Deum ad tui amorem allicies humili
cognitione tui quàm altâ cognitione Dei; quia
hoc rectus ordo poſtulat, vt priùs priora quæras,
& ex infimo gradu ad altiorem aſcendas. Nam
hæc alta & profunda cognitio Dei non ſolet dari
niſi propria peccata lugentibus: nemo autem pro-
pria peccata lugebit, niſi ea ipſa ac ſe qui perpe-
trauit agnouerit.

24. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.*]
Litteralem ſenſum habes in Paraphraſi & Com-
mentario clarè explicatum. Tropologicè autem
per canes diuini verbi prædicatores adumbrari — *[margin: Diuini verbi prædicatoribus vniformitas doctrinæ ſeruanda.]*
tam ex Patribus quàm è Scripturis notiſſimum
eſt. Sed hic obſeruatu dignum, non dixiſſe Va-
tem, *lingua canum tuorum*, ſingulis ſingulas lin-
guas attribuens, ſed potiùs *lingua canum*; pluri-
bus, imò omnibus canibus vnicam linguam ad-

ANNOTATIONES CORDERII.

scribens; quod vnus videlicet Doctoribus sensus, vnica lingua in mysterijs fidei explicandis & dogmatibus tradendis, siue etiam in vitijs obiurgandis, esse debeat. Cum qua obseruatione sensum habet communem quod de cælestis aulæ
Gen. 3, 24. militibus dicitur in Genesi: *Et collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.* Vbi vox *Cherubim* (vt ex Hebræo manifestè liquet) non est in singulari, sed in plurali, exercitum Cherubim inibi statutum quasi excubias agentem & ad irrumpendum paratum significans; gladius verò in singulari toti exercitui adscribitur, vt omnes illi cælestes spiritus de vno gladio simul sint pugnaturi. Ad quem etiam modum in Cantico, vbi de Ecclesiæ Doctoribus at-
Cant. 3, 7. que ministris nos habemus, *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*, tam apud Septuaginta quàm apud Hebræos, *gladius* est in singulari; atque ita Pagninus legit, *Omnes ipsi tenent gladium*. Pulchrum sanè Ecclesiasticis Cherubinis & spiritualis belli ducibus documentum, vnico illis diuini verbi gladio, eâdem doctrinâ & sententiarum conformitate vtendum. Quòd si obieceris, in diuini Spiritus aduentu singulas linguas supra singulos Apostolos apparuisse; respondebo, eas omnes linguas vnicam tantum censendam, nec pluralem in eis numerum formaliter, sed materialiter, vt aiunt, sumendum esse; quòd vt plures numero fuerint, eamdem tamen doctrinam vnomet spiritu ducti, non secùs ac si vnica omnibus lingua esset, docerent atque loquerentur.

25. *Visi sunt ingressus tui Deus*, &c.] Vulgata legit actiuè *viderunt*. Id in Paraphrasi de vestigijs Dei in monte Sinai visis, & optimè à S. Athanasio de Christi dispensatione ac natiuitate ex Virgine exponitur in Catena, iuxta maiestatem Dei venientis in mundum; vt non nisi de immaculata immaculatam carnem, quam suæ diuinitati personaliter vniret purissimus Deus, & puritatis amator assumeret. Significatur itaque ingressus Verbi in vterum Virginis, & ex illo ingressus in mundum: quapropter bis ponitur *ingressus*; quia conceptus & natus ex Virgine, diuinitatis ac Regiæ maiestatis argumentum fuit. Alios verò Christi iam nati & adulti gressus vide à S. Chrysostomo Hom. 13. in Matthæum pulchrè nobis ad imitandum propositos.

Conceptio & natiuitas ex Virgine argumentum est diuinæ maiestatis.

26. *Præuenerunt Principes coniuncti psallentibus.*] Hebraicè est קדמו שרים אחר נגנים *Kiddemu scharim achad nogmim*: quod S. Hieronymus vertit, *Præcesserunt cantores eos qui post tergum psallebant*. Vbi nota vocem Hebræam שרים *scharim* significare *principes*, si ש *schin* habeat punctum in sinistro cornu, *cantores* si in dextro. Vtraque hoc loco significatio concurrere potest, vt sint Principes cantores siue præcentores. Conuenerunt igitur, inquit, cantores & fidicines vtriusque sexus ad personandas victorias tuas, ita vt alij cantu præeant, alij sequantur, omnisque sexus & ætas te celebret. Moris enim erat, vt etiam mulieres canerent *Epinicia* tam voce quàm instrumentis. Alludit autem ad Exodi caput decimum quintum, vbi viri in vno choro, feminæ in altero cum Maria Moysis sorore celebrabant victoriam de Pharaone; vel ad Esdræ caput secundum, vbi cantores & cantatrices erant in reditu Israëlitarum de Babylonia, ad itinerum molestias leniendas, & reduces consolandos ac recreandos. Quin & sancti Patres ipsos aulæ diuinæ Palatinos atque Principes opinati sunt insinuare se in cœtus orantium, & diuinas laudes in templis celebrantium; tantus eorum amor est vel iuuandi humani generis, vel diuinæ gloriæ promouendæ. Quos ergo hic *Principes* appellat alio in cantu dixit apertiùs, *In conspectu Ange-* Psal. 137.
lorum psallam tibi.

Epinicia etiam à feminis cani solita.

Angeli hic sunt cantores laudis Dei.

28. *Principes Iuda duces eorum.*] S. Augustinus hoc oraculum exponens, de illis capiendum esse monet qui in Ecclesijs benedicunt Dominum, eosque vocat excellentes; tum subdit, *Verissimos nobis insinuant Ecclesiarum Principes dignos ducatu, dignos imitatione, dignos honoribus*. Magnum sanè decus atque incredibilis honoris amplitudo, quòd horum Principum imperio cælum, animæ & felicitas subijciantur. Vidit hoc S. Bernardus, atque in tanti splendoris magnitudine exhorrescens lib. 3. de Consid. ad Eugenium exclamat, *Non mediocris est iste principatus.*

Ecclesiæ principatus dignissimus.

IBIDEM. *Principes Zabulon.*] Hoc quid sibi Gen. 49,
velit è magnifico Iacobi oraculo intelligemus, 13.
qui cùm fata suis gnatis, orbis terræ Patriarchis, diceret, *Zabulon*, inquit, *iuxta mare habitabis*; hoc est, vt exponit S. Ambrosius lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 5. in littore morabitur, vbi pharos extruet, lumen accendet, globosque ignium rutilantes, quò nauigantes feliciter in portum succedant: quod optimè quadrat in Apostolos & viros Apostolicos, qui diuinitus in Ecclesia tamquam *phari* positi sunt, ad animos calamitosissimo è naufragio educendos, placidumque omnibus sinum aperiendum, ita vt nomen ipsum vi quodammodò suâ hoc etiam significare videatur. Nam *Zabulon*, vt idem ait Ambrosius, si Latinè loquamur, est *liberatio à nocturnis*, à cæca nocte horribilibusque nimbis tempestatum, quæ naufragium minitentur, nisi hi Principes vt auspicatissimæ *ἐφημερίας* flammæque sublimes diem efficiant, portumque ostendant. Ad quod alludens Isaias, vbi de Zabulon regione vaticinatur, *Populus*, inquit, *qui* Isa. 9, 1.
sedebat in tenebris vidit lucem magnam; illam nimirum eximiam lucem virorum Apostolicorum; quorum vita clarissimis virtutibus & sanctimoniæ nitore collucens, non in pharia turri, sed, vt monet Euangelium, supra montem est collocata. Ceterùm hæ tres Tribus tria genera hominum adumbrant; nempe agentes pœnitentiam peccatorum, in virtute proficientes, & perfectos seu contemplantes. Iuda enim confitens dicitur, & pertinet ad viam purgatiuam. Zabulon, quod sonat habitaculum fortitudinis, eos adumbrat qui in virtute profecerunt, & pertinent ad viam, quam illuminatiuam vocant. Nephthali denique, quod ceruum emissum significat, refertur ad perfectos qui viam vnitiuam sunt ingressi. Hæc est interpretatio S. Bernardi Serm. 7. in Cantica dicentis: *Principes Iuda, Principes Zabulon, & Principes Nephthalim, hoc est confitentium, continentium, contemplantium. Norunt quippe Principes nostri Regi suo acceptam esse psallentium confessionem, continentium fortitudinem, contemplantium puritatem; & solliciti sunt exigere à nobis eiusmodi primitias spiritus; quæ profectò non*

Viri Apostolici tamquam phari illuminant in hoc mundo nauigantes.

Tres Tribus tres vias spiritus adumbrant.

aliud

aliud sunt quàm primi & purissimi fructus sapientiæ. Quod enim non ignoratis, Iudas laudans vel confitens, & Zabulon habitaculum fortitudinis, Nephthalim ceruus emissus interpretatur; quia mirum agilitatis suæ saltibus exprimitur speculantis excessus.

29. *Manda Deus virtuti tuæ.*] Ita etiam S. Hilarium legisse patet ex eius explanatione: S. Augustinus & Psalterium vetus & Romanum habent *virtutem tuam*; Symmachus, πρόσταξον ὁ θεὸς περὶ ἰσχύος σου· ἐνίσχυσον ὁ θεὸς τοῦτο ὃ ἐποίησας ἡμῖν διὰ τὸν ναόν σου, τὸν ἐπάνω τῆς Ἱερουσαλήμ. *Præcipe Deus de fortitudine tua: corrobora Deus hoc quod fecisti nobis per templum tuum, quod est super Hierusalem.*

30. *A templo tuo in Hierusalem*, &c.] Pulchrè expendit hunc locum Marcus Eremita in responsione ad eos qui de diuino Baptismate dubitabant, Tom. 5. Bibliothecæ Patrum his verbis: *Ea quoque de causa Propheta non dixit, Ab Hierusalem in templum tuum offerent tibi Reges munera (quod verosimile erat, & fieri solebat) sed,* A templo tuo in Hierusalem tibi offerent Reges munera: *quoniam animus cuiusque, maximè ab eo occulto cordis sui templo, primum sumit honestas & bonas suggestiones, quæ suggeruntur ab inhabitante Christo; quas etiam adducit ad politiam virtutibus plenam, quam Hierusalem nominauit: iterumque per intentionem bonam offert eas ipsi, qui donauit Christo.* Ita disertè Marcus. vnde satis luculenter apparet, quàm sit alienus à Semipelagianorum errore, qui à nonnullis ipsi gratis imponitur: Nam quid est aliud, inquit, Deo à templo suo Reges munera offerre, nisi ab ipso bona opera incipere, quæ in eius deinde obsequium perficiantur?

Munera quæ Deo offerimus ab ipso originem ducunt.

35. *Magnificentia eius & virtus eius in nubibus.*] Ex illis enim sibi currum triumphalem & Imperatoriam sellam conficit, ijs veluti honorato paludamento vestitur; in ijsdem vt splendido & multicolore palatio inhabitat. Cùm Moysi de aduentu suo prædicit, *Veniam*, inquit, *ad te in caligine nubis.* Illo instructu magnifico venientem mirabatur Isaias: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem:* in Græco est, κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. *Sedet in nube leui*; in Hebræo, *Equitabit super nubem leuem.* Quæ proinde nubes Imperatorium solium videatur, aut regia carruca cælestibus quibusdam ornamentis collucens. Quin & ijsdem in naturis magnificentissimæ gloriæ suæ pompam ostentare, atque ad sui admirationem intuentium oculis voluit objicere: nam cùm plenè iam perfectum tabernaculum inexplicabili præsentiæ suæ splendore cohonestare vellet, non alio gloriæ vehiculo & superbissimo comitatu vsus: *Operuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impleuit illud.* Sic in templi Salomonis dedicatione, cùm solemnem piorum gratulationem augustâ suâ maiestate ornaret, impleta Dei domus *nube* dicitur in Paralipomenis, seu *nebulâ*, vt in libris Regum. Adeo vt meritò Regius Vates quasi ouantis nobile spectaculum laude & prædicatione consecutus exclamarit, *Magnificentia eius in nubibus.* Quam magnificentiam ab æterno Patre in veteri Lege patefactam tantum abest vt Filius nouo in Testamento imminuisse putandus sit, vt etiam cumularit: nam in sua gloriosissima Transfiguratione, vbi eluxit *magnifica gloria*, vt D. Petrus testis oculatus prodidit, pro regifico instructu & splendore eximiæ pompæ grande veluti & blatteum adhibuit conopeum roseæ nubis, non diuinitate minùs quàm argenteâ luce radiantis: & cùm victor remearet in cælum domitâ morte ereboque spoliato, non leonibus, vt quidam in Capitolium, non elephantis, vt alij, nec vt communis triumphantium mos fuit, insignibus equis, in Empyreum est inuectus, sed *nubes suscepit eum:* &, quod subtiliter fuit notatum à S. Chrysostomo, paternum currum deligere voluit iam toties à diuinitate vsurpatum, ad indicandam augustissimam dignitatem: inde quoque ad decretorium magnum diem & tribunal vniuersitatis cum gloria & maiestate in nubibus est venturus, vt sanctissimi Annales monent.

Deus magnificentiam ostendit in nubibus.

Exod. 19, 9.

Isa. 19, 1.

ANNOTATIONES CORDERII.

Exod 40, 32.

2. Paral. 5, 13.

3. Reg 8, 10.

2. Pet. 1, 17.

Act. 1, 9.

Matth. 24, 30.

Porrò mysticè nubium symbolo significari Sanctos nemo nescit: illorum quippe doctrinâ, virtutum exemplis, miraculis, gratijsque & intercessionibus Dei dona dispensantur, & mortalium corpora mentesque irrigantur. *Illi*, inquit hoc loco Theodoretus, *velut quadam nubes aquam è pelago Spiritus sancti haurientes, irrigationem hominibus afferunt.* Est enim Spiritus sanctus veluti mare immensum & interminatum omnium donorum & gratiarum; ex quo cælestem huiusmodi aquam, precibus maximè, gemitibus, suspirijs, lacrymis haurimus: at verò Sancti, quorum imploramus nomina & præsidia exposcimus, sunt illi, qui nostra vota velut vascula pelago admouent, plenaque nobis & redundantia reddunt. vnde sequitur,

Nubes symbolum Sanctorum.

36. *Mirabilis Deus in Sanctis suis.*] Id quod exponens S. Hieronymus, *In istis*, inquit, *magis mirabilis est Deus quàm in ceteris creaturis; quod eos post multas tribulationes euexit in sublimitatem cælorum.* Mira quidem Sanctorum dignitas, mira etiam illorum gratia apud Deum; magnam subinde in eorum precibus ac meritis spem & fiduciam habemus constitutam; siquidem Deo grati & nobis perutiles existunt.

IN PSALMVM LXVIII. ARGVMENTVM.

α. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Ἀλλοίωσιν πραγμάτων σημαίνει ὁ ψαλμός· ἐχρημάτισαν μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν ἐν Βαβυλῶνι, καὶ εἰς ἐκείνων προσδεχομένων ἐπανόδου τυχεῖν. Διὸ προθεσπίζει τὴν τῆς Ἱερουσαλὴμ οἰκοδομὴν, καὶ τὴν

1. In finem, pro his qui * mutabuntur, * Psalmus ipsi Dauid.

Hic Psalmus rerum indicat vicissitudinem: formatus est enim pro ijs qui in Babylone erant, ipsis quodammodò pro reditu consequendo deprecantibus. Quapropter vaticinatur Hierosolymæ instaurationem, & à

* *Vulgata* commutabuntur

* *Vulgata* omittit Psalmus ipsi

serui-

PARAPHRASIS ANONYMI.

seruitute liberationem & reditum. Facit etiam mentionem de Domini cruciatibus, & de iis quæ propterea Iudæi sustinuerunt. Ceterùm vti alius posset etiam esse Macchabaicus, vti indicat eorum quæ dicuntur commiseratio & magnitudo calamitatum, quas ab Antiocho eiusque commilitonibus sustinuerunt.

τῆς δουλείας ἀπαλλαγὴν καὶ τὴν ἐπάνοδον. Ἔχει δὲ καὶ μνήμην τῶν δεσποτικῶν παθημάτων, καὶ ὧν διὰ ταῦτα Ἰουδαῖοι ἀπέλαυσαν. Δύναται δὲ ὡς ἕτερος καὶ Μακκαβαϊκὸς εἶναι, ὡς δείκνυσιν ἡ τῶν λεγομένων συμπάθεια καὶ τῶν συμφορῶν τὸ μέγεθος, ἃς ὑπὸ Ἀντιόχου καὶ τῶν ἐκείνου ὑπέμειναν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. SALVVM me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

Aquas significant tribulationes.

Aquas hîc vocat afflictiones & calamitates. Quemadmodum enim, inquit, aquæ suffocant vrinandi imperitos; ita calamitates vsque ad animam meam peruenientes præfocant me, nusquam effugij locum reperientem.

3. Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.

Descriptio magna calamitatis.

In limo, id est *quasi in limo*; *profundi*, id est *profundo*: *& non est substantia*. q. d. Incidi in limum profundum, & fundi expertem, ita vt continuò quidem deorsum ferar; fundamentum autem vel consistentiam non reperiam. Atque manifestiùs hoc ipsum reddens, subiungit:

Veni in altitudinem maris: & tempestas* submersit me.

* Vulgata demersit.

Nam deductus sum, inquit, in ipsum profundissimum maris, atque desuper procellâ tectus fui. Procellam autem seu tempestatem appellat vim quamdam, quæ cogebat ipsum ad inferos descendere.

4. Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ:

Atque insuper inquit, defeci rogans & obsecrans Dominum, ita vt in posterum etiam organa vocis me deficerent: & non tantùm, inquit, vocis organa defecerunt, verùm etiam ipsam videndi vim iam ampliùs non habeo. Omnis enim sensus meus infirmatus est, dum expecto à te opem rei melioris. vnde subdit:

Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.

Et quod graue est, inquit, multi sunt insidiatores, & quidem potentes. subdit enim:

β. ΣΩΣΟΝ με ὁ θεὸς ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου.

Ὕδατα ἐνταῦθα τὰς θλίψεις λέγει καὶ τὰς συμφοράς. Ὡς γὰρ τὸ ὕδωρ, φησί, πνίγει τοὺς ἀκολύμβους· οὕτως αἱ συμφοραὶ ἄχρι τῆς ψυχῆς μου διελθοῦσαι ἀποπνίγουσί με, οὐδαμόθεν εὑρίσκοντα τόπον ἀποφυγῆς.

γ. Ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις.

Εἰς ὕλην, ἀντὶ τοῦ ὡς εἰς ὕλην· βυθοῦ, ἀντὶ τοῦ βαθεῖαν· καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. ἵνα εἴπῃ· εἰς ὕλην ἐνέπεσον βαθεῖαν καὶ ἀπύθμενον, ὥστε καταφέρεσθαι μὲν διηνεκῶς· βάσιν δὲ ἢ στάσιν μὴ εὑρίσκειν. καὶ σαφέστερον αὐτὸ ποιῶν, ἐπάγει·

Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, καὶ καταιγὶς κατεπόντισέ με.

Κατηνέχθην γάρ, φησιν, ὡς εἰς αὐτὸ τὸ βαθύτατον τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκαλύφθην ἄνωθεν καταιγίδι. δύναμιν δέ τινα λέγει τὴν καταιγίδα κατάγουσαν εἰς ᾅδου βιαζομένην.

δ. Ἐκοπίασα κράζων· ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου·

Καὶ πρὸς τούτοις, φησίν, ἐκοπίασα δεόμενος καὶ παρακαλῶν τὸν δεσπότην, ὥστε μοι λοιπὸν καὶ τὰ ὄργανα τῆς φωνῆς ἐκλελοίπασιν· καὶ οὐ μόνον, φησί, τὰ τῆς φωνῆς ὄργανά μοι ἐκοπίασαν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὀπτικὸν αὐτὸ λοιπὸν οὐκ ἔχω. Πᾶσαι γάρ μου αἱ αἰσθήσεις ἐξησθένησαν, ἀναμένοντος τὴν παρὰ τοῦ κρείττονος ὠφέλειαν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἐξέλιπον οἱ ὀφθαλμοί μου, ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν θεόν μου.

Καὶ τὸ βαρύ, φησιν, ὅτι πολλοί εἰσιν οἱ ἐπίβουλοι, καὶ δυνατοί. ἐπιφέρει γάρ·

ε. Ἐπλη-

ε΄. Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου οἱ μισοῦντές με δωρεάν.

Ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως.

Καλῶς καὶ ἄνω δωρεὰν, καὶ κάτω ἀδίκως· ἵνα δείξῃ τῆς ἐπιθέσεως τῶν πολεμίων τὸ αἴτιον.

Ἃ οὐχ ἥρπασα, τότε ἀπετίννυον.

Τὸ αὐτὸ πάλιν λέγει, ὅτι δίκας ἀπῃτούμην παρ' αὐτῶν ὧν οὔτε ἥρπασα αὐτούς, οὔτε ἠδίκησά τι εἰς αὐτούς. Ὅτι δὲ, φησὶν, οὐδὲν αὐτοὺς ἠδίκησα, οὐδὲ ἐπλημμέλησά τι εἰς αὐτοὺς, κριτὴν ἔχω τὸν θεόν. ὅθεν ἐπάγει·

ϛ΄. Ὁ θεὸς σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου· καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν.

Εἴ τι γάρ, φησιν, ἔπραξα περὶ αὐτοὺς ἀφροσύνης ἐχόμενον, ἢ πλημμέλημά τι ἐνεδειξάμην εἰς αὐτούς, σὲ οὐκ ὅτι μόνον ἀποκρύψαι τὸν πάντα εἰδότα, οὐκ ἂν ἦν σε βοηθὸν ἐπικαλεσάμην, ὡς ἀναίτιος ὤν, εἰ μὴ σφόδρα ἐπεπείσμην ὡς οὐδέν σε λανθάνει τῶν καθ' ἡμᾶς.

ζ΄. Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε κύριε, κύριε τῶν δυνάμεων.

Μηδὲ ἐντραπείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ζητοῦντές σε, ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραήλ.

Τὸ ἐπ' ἐμὲ ἀντὶ τοῦ μετ' ἐμοῦ λέγει. Μὴ οὖν, φησιν, αἰσχυνθείημεν μήτε ἡμεῖς, μήτε οἱ μεθ' ἡμῶν· ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα εἰς σὲ ἐθέμεθα. πόθεν τοῦτο;

η΄. Ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐκάλυψεν ἐντροπὴ τὸ πρόσωπόν μου.

Καὶ γάρ, φησιν, ὁ πόλεμος ἅπας ὁ πρὸς ἐμὲ τῶν ἐναντίων οὗτός ἐστιν, ὥστε ἐκλιπεῖν ἡμᾶς τὰ πάτρια καὶ τὸν νόμον τὸν σόν, καὶ ἀντιλαβεῖν τὴν πολιτείαν τῶν εἰδωλολατρούντων· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ αἱρούμεθα, ἐν αἰσχύνῃ ἐσμέν, καὶ ἀποτρόπαιοι τοῖς πολεμίοις.

θ΄. Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου.

5. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. PARAPHRASIS ANONYMI.

Confortati sunt * inimici mei, qui persequuntur me iniustè. *Commouet ad commiserationem ab innocentia.* * *Vulgata* qui persecuti sunt me inimici mei

Pulchrè superiùs *gratis*, & inferiùs *iniustè* dixit, vt ostenderet causam inuasionis inimicorum.

Quæ non rapui, tūc exoluebam.

Idem rursus dicit. q. d. Dabam ipsis pœnas propter ea quæ non rapueram, & in quibus ipsos non læseram. Quòd autem, inquit, nullam ipsis iniuriam fecerim, neque quidquam contra ipsos deliquerim, Deum iudicem habeo. vnde subdit:

6. Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

Si quid enim, inquit, quod insipientiæ affine sit, commiserim circa illos, aut delictum aliquod in ipsos ostenderim, tibi, qui omnia nosti, non solùm hoc abscondere non potuissem; sed neque te adiutorem inuocassem, tamquam insons, nisi omnino mihi persuasum fuisset nihil te rerum nostrarum latere. *Sinceritatem suam declarat.*

7. Non erubescant in me qui expectant te Domine, Domine virtutum.

Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israël.

Istud *in me* pro *mecum* dicit. Haudquaquam igitur, inquit, confundamur neque nos, neque qui nobiscum sunt; quandoquidem omnem spem in te collocauimus. vnde hoc?

8. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Etenim, inquit, bellum omne aduersariorum contra me hoc eò spectat, vt mores patrios & legem tuam deseramus, & è contra idololatrarum institutum amplectamur: quia verò illud non suscipimus, in ignominia versamur, & belligerantibus exosi sumus. *Proponit iniurias quas patitur.*

9. * Alienatus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. * *Vulgata* Extraneus

Idcircò,

PARAPHRASIS ANONYMI.

Idcircò, inquit, etiam à consanguineis, & iis qui fratrum loco esse videntur, tamquam extraneus & genere alienus eiicior, & insidijs petor.

Διὰ τοῦτό, φησι, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν δοκούντων ἐν τάξει ἀδελφῶν εἶναι, καὶ ὑπὸ τούτων ὡς ἀλλότριος τὸ γένος ἐκβάλλομαι, καὶ ἐπιβουλεύομαι.

10\. Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

ι΄. Ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με· καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ.

Quia, inquit, legitimè instituti templum & ea quæ in eo peraguntur defendimus, in escam expositi sumus cognatis nostris ad Antiochum profugientibus; atque adeò etiam ipsi qui illos suscipit. Propterea, inquit, opprobrijs impetimur, & instabiles sumus, & colaphis cædimur.

Ἐπειδή, φησιν, ἡμεῖς νομίμως τελουμένους τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τελούμενα ἐκδικοῦμεν, βορὰ ἐγενόμεθα τοῖς συγγενέσι τοῖς προσφυγοῦσι Ἀντιόχῳ, καὶ αὐτῷ δὲ τούτῳ τῷ τούτους ὑποδεξαμένῳ. Ὑπὲρ τούτου, φησί, καὶ ὀνειδιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κολαφιζόμεθα.

11\. Et operui in ieiunio animam meam:

ια΄. Καὶ συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου·

Propositi constantiam suam.

Verumtamen ego, inquit, non ideò destiti obseruare legitima tua. Ieiunium enim hoc vocat abstinentiam ab illicitis, & continentiam in licitis. Nam cùm etiam ab Antiocho suillis carnibus vesci cogerentur, ipsi autem propter legem ab iisdem abstinerent, hoc modo omnem abstinentiam seu continentiam iuxta legem obseruare satagebant.

Ἀλλ' ἐγώ, φησιν, οὐκ ἂν διὰ τοῦτο ἀπέστην τοῦ φυλάττειν σου τὰ νόμιμα. Νηστείαν γὰρ ταύτην καλεῖ τὴν ἀποχὴν τῶν ἀθεμίτων, καὶ τὴν ἐγκράτειαν τῶν δεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὕεια κρέα ἠναγκάζοντο φαγεῖν παρὰ τοῦ Ἀντιόχου, αὐτοὶ δὲ διὰ τὸν νόμον ἀπείχοντο, οὕτως πᾶσαν ἐγκράτειαν τὴν κατὰ τὸν νόμον φυλάττειν ἐσπούδασαν.

Et factum est in opprobrium mihi.

Καὶ ἐγενήθη εἰς ὀνειδισμοὺς ἐμοί.

Hoc modò igitur, inquit, etiam exprobrabant mihi continentiam dicentes: Quoniam licebat tibi vetita degustando in quiete viuere, abstinenti verò nihil ampliùs supererit.

Οὕτω γοῦν, φησί, καὶ ὠνείδιζόν μοι τὴν ἐγκράτειαν λέγοντες· ὅτι ἐξῆν σοι ἀπογευσαμένῳ τῶν ἀθεμίτων ἐν ἀνέσει διάγειν· ἐγκρατευομένῳ δὲ οὐδὲν ἔσται πλέον.

12\. Et posui vestimentum meum cilicium:

ιβ΄. Καὶ ἐθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον·

Tantum, inquit, aberam vt non appeterem delicias & quietem per legitimorum transgressionem, vt etiam è diuerso luctum & tristitiam (hoc enim hîc saccum vocat) pro legis obseruatione diligerem.

Τοσοῦτον, φησιν, οὐκ ἐπεθύμουν τρυφῆς καὶ ἀνέσεως τῆς ἀπὸ τῶν νομίμων παραβάσεως, ὥστε καὶ τὸ ἐναντίον ἠγάπων τὸ πένθος καὶ σκυθρωπάζειν (τοῦτο γὰρ ἐνταῦθα καλεῖ σάκκον) διὰ τὴν τοῦ νόμου φυλακήν.

Et factus sum illis in parabolam.

Καὶ ἐγενόμην αὐτοῖς εἰς παραβολήν.

THEODORI. Deus non est in causa, si traditi sint illi quem desiderarunt, scilicet diabolo Dei desertori: dimisit igitur eos secundùm adinuentiones cordium ipsorum; idcircò apposuerunt iniquitates super iniquitates. Ceterùm cùm legis vmbram venturæ veritati prætulerint, etiam expulsi sunt è loco cultus figuralis, hoc peccato priori adijcientes, quòd extra Iudæam voluerint ista facere, ideò non intrant in iustitiam, quæ est per fidem Iesu Christi. de qua dictum est, *Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis.* Cùm enim semper vmbræ adhærerent, quomodo intrassent in iustitiam Dei quam ignorabant? *Suam enim quærentes statuere, iustitia Dei non sunt subiecti:* nam idem est subijci, quod intrare in eam.

Non Deus, sed malitia tradit diabolo.

Rom. 3, 21.

Rom. 10, 3.

29. DELEANTVR DE LIBRO VIVENTIVM.] ATHANASII. Ex Libro enim expungentur, qui auctorem vitæ repudiauerint.

THEODORI. *Deleantur*, id est *moriantur*. Librum autem dicit viuentium, quasi Deus in Libro quopiam viuentes habeat recensitos, ex metaphora Regum, qui in Libris scriptos habent catalogos Ducum exercitus.

Liber viuentium quis.

CATENA PATRVM.

HESYCHII. Etsi enim, inquit, inscripti sint primi propter Patres suos qui apud Deum viuunt; vnde etiam ipsis factæ sunt promissiones: verùm cùm talia fuerint ausi, deleantur, neque à Deo, inquit, inscribantur cum iustis electis, & qui apud ipsum vitâ digni sunt, vtpote qui Auctorem salutis reiecerint.

ANONYMI. Quòd enim viuant hi qui virtutem & scientiam Dei habent, declarat istud, *Hæc est vita tua, & longitudo dierum tuorum, diligere te Dominum Deum tuum ex toto corde & ex tota anima tua*; atque istud, *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Porrò in istiusmodi viuentes scribentur, Liber, in quo istiusmodi viuentes scribentur, Vnde est Dei notitia, cognoscentis qui sint eius. Vnde sequitur indignos deleri è memoria eius.

Deut. 30.

Ioan. 6. 47.

Defunctorum nomina describi solita.

EVSEBII. Quandoquidem olim apud Iudæos defunctorum præsertim proborum nomina inscribebantur (quod etiamnum apud nos in Ecclesijs obseruatur) etiam, inquit, cùm defuncti fuerint, non censeantur dignâ proborum inscriptione; id est, nullius bonâ participes existant.

30. PAVPER ET DOLENS SVM EGO.] ATHANASII. Hîc Euangelicum viuendi institutum prædicatur, cui initium dedit pauper secundùm Deum; cui etiam dictum est, *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum cælorum.* Ceterùm pauper iste chorus ingreditur gratias agens pro salute, quæ ipsi ab vnigenito concessa est: ipse enim est facies Patris. Pollicetur autem non ampliùs se cruenta sacrificia oblaturum, sed potiùs laudis, ac spiritualia.

Matth. 5.

Laudis pro sacrificijs offerenda.

HESYCHII. Laudem vocat laudationem, quæ ipsi ab vniuersa creatura naturalibus motibus ipsum laudante profertur. Ecclesia igitur non solùm communem cum creatura laudationem se oblaturum illam pollicetur, sed cum cantico celebraturam, id est spiritalem atque intellectualem oblaturam. hoc enim propriè est hymnodiam cantare Deo.

Qualiter omnis creatura Deum laudet.

THEODORI. Et quomodo nos verè magnum magnificare possumus? Verumtamen *magnificabo eum in laude*, id est, narrabo eius magna & eximia: quali a ista? Quòd Deus homo & amator hominum factus sit; quòd cùm affectionum expers esset, pro nobis particeps factus sit passionum: hac laude enim magis gaudet, quàm omni sacrificio honorari.

Quomodo Deum magnificemus.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Εἰ γὰρ καὶ πατέρων, φησίν, ἐνεγράφησαν ἀπὸ τοὺς παρὰ θεῷ ζῶντας ... ἱερεῖς αὐτῶν· ὡς καὶ αὐτοῖς δοθείσης τῆς ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἐν τοιαῦτα τετολμηκότες, ἐξαλειφθήσονται, μηδὲ παρὰ θεῷ, φησίν, ἐγγραφήσονται μετὰ τῶν ἐκλελεγμένων δικαίων, ... τῆς παρ' αὐτῷ ζωῆς ὄντες ἄξιοι, ὡς τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἀρνησάμενοι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτι γὰρ οἱ ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἔχοντες θεοῦ ζῶσι, δηλοῖ τὸ, Αὕτη ἡ ζωή σου, καὶ ἡ μακρότης τῶν ἡμερῶν σου, ἀγαπᾶν σε κύριον τὸν θεόν σου ἐξ ὅλης καρδίας καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς σου· καὶ τὸ, Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Βίβλος δὲ, ἐν ᾗ οἱ τοιοῦτοι ζῶντες ἐγγραφήσονται, ἡ θεοῦ γνῶσίς ἐστι, γινώσκοντος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. ὡς ἕπεται τοὺς ἀναξίους ἐξαλειφθῆναι τῆς αὐτοῦ μνήμης.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνεγράφετο μάλιστα τῶν εὐαρεστησάντων τελευτώντων τὰ ὀνόματα (ὃ καὶ νῦν παρ' ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φυλάττεται) καὶ τελευτήσαντες, φησί, μὴ ἀξιωθεῖεν τῆς τῶν δικαίων γραφῆς· τουτέστι, μηδενὸς μετάσχοιεν καλοῦ.

λ. ΠΤΩΧΟΣ ΚΑΙ ΑΛΓΩΝ ΕΙΜΙ ΕΓΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐντεῦθεν ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία κηρύττεται, ἧς ἦρξεν ὁ κατὰ θεὸν πτωχὸς (ᾧ καὶ εἴρηται, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν). εἰσέρχεται δὲ οὗτος ὁ πτωχὸς χορὸς εὐχαριστῶν, ἐπὶ τῇ γενομένῃ αὐτῷ σωτηρίᾳ παρὰ τοῦ μονογενοῦς· αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός. Ἐπαγγέλλεται δὲ μηκέτι τὰς δι' αἱμάτων προσφέρειν θυσίας, τὰς δὲ αἰνέσεως δὲ μᾶλλον, καὶ πνευματικάς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Αἴνεσιν τὴν δοξολογίαν καλεῖ, ἥνπερ αὐτῷ παρὰ τῆς κτίσεως ὅλης φυσικοῖς κινήμασιν αὐτὸν δοξολογούσης προσφέρεται. ἡ ἐκκλησία τοίνυν οὐ μόνον τὴν μετὰ τῆς κτίσεως δοξολογίαν προσφέρειν ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ μετ' ᾠδῆς δοξάζειν, τουτέστι πνευματικὴν καὶ νοερὰν ὑμνῳδίαν προσφέρειν. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐπὶ θεοῦ κυρίως τὸ ᾄδειν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ πῶς ἡμεῖς μεγαλῦναι τὸν ὄντως μέγαν δυνάμεθα; ἀλλὰ μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει· τουτέστι, διηγήσομαι αὐτοῦ τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα· ποῖα ταῦτα; ὅτι θεὸς ἄνθρωπος ὁ φιλάνθρωπος γέγονεν· ὅτι ἀπαθὴς ὢν, πάθεσιν ὑπὲρ ἡμῶν προσωμίλησε· ταύτῃ γὰρ χαίρει μᾶλλον, ἢ πάσῃ θυσίᾳ τιμώμενος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πλούσιος ὑπάρχων, ἐπτώχευσα, καὶ ἤλγησα τραυματισθεὶς ὑπὲρ τραυματισθέντων ὑπὸ τῶν βελῶν τῶν πυρωμένων τοῦ πονηροῦ· διὸ κἂν αἰσθητῶς τινες κατὰ φύσιν με πτωχὸν ἡγῶνται, προστιθέντες ἐπὶ τὸ ἄλγος μου· ἀλλ' οὖν ἡ σωτηρία τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἀντελάβετό μου· ἀπέθον γὰρ τὰ τραύματα καὶ τὴν πτωχείαν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀναληφθείς. ὡς ἐπὶ καθαιρέσει δὲ τοῦ διαβόλου ᾠδὴν ἀκολούθως ἐπινίκιον ἀνακρούεται τῷ τοῦ πατρὸς ὀνόματι, ἐν ᾧ νενίκηκε, λέγων, Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου. εἶθ' ὑπερβὰς τῇ νοήσει, αὐτὸν ἀνυμνεῖ τὸν πατέρα, τὰ περὶ αὐτοῦ θεωρῶν ὑψηλῶς, τοῦ ἀσωμάτου ὄντος, πᾶν αἰσθητὸν ποιούμενος μακράν. καὶ ἐπεὶ τὸ αἰνεῖν τὸν Θεὸν θυσία, κατὰ τό, Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, τῆς αἰσθητῆς ταύτην προτάττει θυσίας· κατὰ τό, Ἔλεος θέλω, καὶ οὐ θυσίαν, ἐπίγνωσιν Θεοῦ, καὶ μὴ ὁλοκαυτώματα. οἱ δὲ πτωχοὶ τῷ πνεύματι τῶν δαιμόνων ὁρῶντες πεπτωκυῖαν τὴν φάλαγγα αἰωνίως εὐφραίνονται.

ΕΤΕΡΟΥ. Ὁ δὲ ὕμνος οὗτος ὁ τῆς εὐχαριστίας ἡδύτερος αὐτῷ φαίνεται ἢ διὰ τῶν ἀλόγων προσαγωγῆς, καὶ κρείττων πάσης μοσχοφορίας, κἂν νέος εἶναι δοκῇ, ἄρτι μέλλων ἐκφύειν τὰς ὁπλὰς καὶ τὰ κέρατα· ὡς τῶν τοιούτων δοκιμωτέρων ὄντων εἰς προσαγωγήν. σημειωτέον μέντοι, ὅτι κἀνταῦθα προτιμᾷ τῶν θυσιῶν τὸν ὕμνον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡ γὰρ λογικὴ αἴνεσις ὑπὲρ τὴν νομικὴν λατρείαν ἀρέσκει τῷ Θεῷ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα γνόντες, φησί, τῷ πνεύματι πτωχοὶ ἀγαλλιασθήσονται. λέγουσι δὲ ταῦτα οἱ Ἀπόστολοι, διὰ τοὺς δι' αὐτῶν πιστεύσαντας εἰς Χριστόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πάντες οὗτοι, οἱ νῦν κοινωνοί μοι τῆς πτωχείας καὶ τῆς συμφορᾶς, ἰδόμενοι ταῦτα, κοινωνήσουσι καὶ τῆς εὐφροσύνης.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μόσχον δέ φησι καὶ οὐχ ἕτερόν τι ἱερουργούμενον· ἐπειδὴ τότε μόσχος ἐθύετο, ἡνίκα ἡ συναγωγὴ περιέπιπτεν ἁμαρτίᾳ· ὑπὲρ ἧς καὶ αὐτός, ὡς κεφαλὴ τοῦ παντὸς λαοῦ, τῆς ἁμαρτίας κοινωνῶν τὸν μόσχον προσῆγε· προσεφέρετο δὲ ὑπὲρ ἀρχιερέως λέγοντος τοῦ Λευϊτικοῦ, Ἐὰν ὁ ἀρχιερεὺς ἁμάρτῃ, τοῦ τὸν λαὸν ἁμαρτεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἀρχιερεὺς

ANONYMI. Cùm diues essem, egenus factus sum, & dolui vulneratus pro iis qui a sagittis ignitis maligni fuerunt vulnerati: quapropter licet aliqui sensibiliter secundùm naturam me pauperem arbitrentur, super dolorem meum addentes; veruntamen salus de facie Dei suscepit me: vulnera enim & paupertatem abieci à mortuis resurgens, & ascendens. Ceterùm tamquam pro diaboli euersione consequenter canticum victoriale pulsat Patris nomini dicatum, in quo etiam vicerat, dicens, *Ego veni in nomine Patris mei.* Deinde per intelligentiam supergressus, Patrem ipsum celebrat, ea quæ de ipso sunt sublimiter contemplando, atque ab ipso, vtpote incorporeo, omne sensibile procul remouendo. Et quoniam laus Dei sacrificium est, iuxta illud, *Sacrificium laudis honorificabit me*, sensibili sacrificio ipsam præfert; iuxta illud, *Misericordiam volo, & non sacrificium*, scientiam Dei, & non holocausta. Pauperes autem spiritu dæmonum agmen deceptum videntes in æternum lætantur.

Carmen victoria Patri assert. — Ioan. 5,43. — Psal. 49, 23. — Matth. 9, 13.

ALTERIVS. Porrò hymnus iste gratiarum actionis suauior ipsi videtur quam oblatio irrationalium, & præstantior omni oblatione vituli, tametsi iuuenis esse videatur recèns vngulam & cornua protrusurus; cùm istiusmodi ad offerendum præstantissimi existant. Notandum nempe, quod etiam hic hymnum præferat sacrificijs.

Deus hymnum præfert sacrificio.

HESYCHII. Rationalis enim laudatio præ cultu legali Deo placet.

ATHANASII. Hæc, inquit, scientes spiritu pauperes exultabunt. Dicunt autem hæc Apostoli, propter illos qui per ipsos in Christum crediderunt.

THEODORI. Hi omnes, qui modò mecum in paupertate & calamitatibus communicant, cùm hæc viderint, communicent etiam in lætitia.

EVSEBII. Dicit autem vitulum & non aliquid aliud immolandum; quia tunc vitulus masculus immolabatur, quando synagoga inciderat in peccatum: pro qua etiam ipse, tamquam caput populi vniuersi, peccato communicans vitulum obtulit: offerebatur autem pro Principe sacerdotum Leuitico dicente, *Siquidem Princeps sacerdotum peccauerit, vt populus peccaret.* Quoniam itaque summi

Oblatio vituli qualis. — Leuit. 4,3.

 Sacer-

CATENA PATRVM.

Psal. 2, 2. Sacerdotes ac *Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius*, & contra ipsum subditos suos concitarunt, rei peccatorum ipsorum facti sunt.
Matth. 27, 20. Scriptum est enim, *Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis, vt peterent Barabbam, Iesum verò perderent.*

33. QVÆRITE DEVM.] THEODORI. Pulchrè ad exhortationem conuertitur, & ab exhortatione ad hymnum, vti solet. Meditemini, inquit, mandata Dei, & opus vestrum sit, exquirere quæ placita sint Deo: sic enim salutem ab ipso consequemini.

ANONYMI. De hac spiritali vita dixit
Coloss. 3, 3. Apostolus; *Nam vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cùm enim Christus apparuerit, vita vestra; tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

34. QVONIAM EXAVDIVIT PAVPERES.] ATHANASII. Rursus *exaudiuit* inquit; id est exaudiet, & non despiciet. Porrò isti pauperes vincti sunt, Paulo dicente,
Ephes. 3, 1. *Ego Paulus, vinctus Iesu Christi.*
Psal. 145, 7. DIDYMI. Hic enim est qui *soluit compeditos*, & educit è vinculis colligatos, & de domo carceris.

35. LAVDENT ILLVM CÆLI.]
Lucæ 15, 7. ATHANASII. Si enim *gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente*, quantò magis gaudebunt, cùm omnis terra fuerit liberata. Si autem cælum pro hominum salute gaudeat, & pro his Deum laudet, quantò magis etiam illi, qui in terra salui facti fuerint, laudabunt Saluatorem: idcircò adiunxit *& terra*.

36. QVONIAM DEVS SALVAM FACIET SION.] ATHANASII. Quam dicit esse Sion nisi sanctam Ecclesiam? cuius etiam ciuitates ædificatæ sunt, scilicet hominum animæ resuscitatæ: corruerant enim quando Deum ignorabant: hæ autem sunt
Iudæa quid interpretetur. illæ quæ per confessionem suscitatæ sunt. *Iudæa* enim *confessio* interpretatur.

EVSEBII. Cùm igitur talis futura esset mutatio, meritò etiam iubentur Gentes cum cælestibus ordinibus laudem offerre. Quomodo autem laudabunt Deum serpentes, qui prudentiam atque notitiam Dei minimè participarunt? Ceterùm hominibus hæc in Euan-

καὶ ἄρχοντες συνηνέχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ κατ' αὐτοῦ τοὺς ὑπὸ χεῖρα δήμους, αἴτιοι δ' αὐτοῖς ἁμαρτίας ἐγένοντο. γέγραπται γὰρ, Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τὸν ὄχλον, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραββᾶν, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν.

λγ'. ΕΚΖΗΤΗΣΑΤΕ ΤΟΝ ΘΕΟΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καλῶς ἐπὶ παραίνεσιν τέτραπται, καὶ ἀπὸ παραινέσεως εἰς ὕμνον, ὡς συνήθες αὐτῷ. Μελετησάτω ὑμῶν, φησὶ, τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων, καὶ ἔργον ὑμῶν, ἔστω ζητεῖν τὰ τῷ Θεῷ ἀρέσκοντα· οὕτω γὰρ ἀπολαύσετε τῆς παρ' αὐτοῦ σωτηρίας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Περὶ ταύτης τῆς ψυχικῆς ζωῆς ἔλεγεν ὁ Ἀπόστολος· Ἡ γὰρ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν γὰρ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ὑμῶν· τότε καὶ ὑμεῖς φανερωθήσεσθε σὺν αὐτῷ ἐν δόξῃ.

λδ'. ΟΤΙ ΕΙΣΗΚΟΥΣΕ ΤΩΝ ΠΕΝΗΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάλιν εἰσήκουσε φησίν· ἀντὶ τοῦ εἰσακούσεται, καὶ οὐκ ἐξουδενώσει. Οἱ δὲ πτωχοὶ οὗτοι δεσμῶταί, Παύλου λέγοντος, Ἐγὼ Παῦλος, δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ λύων τοὺς πεπεδημένους, καὶ ἐξάγων ἐκ δεσμῶν δεδεμένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς.

λε'. ΑΙΝΕΣΑΤΩΣΑΝ ΑΥΤΟΝ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ γὰρ χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, πολλῷ πλέον χαρήσονται, συμπάσης ἐλευθερωθείσης τῆς γῆς. εἰ δὲ οὐρανὸς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων χαίρει σωτηρίᾳ, καὶ αἰνεῖ ἐπὶ τούτοις τὸν Θεὸν, πολλῷ μᾶλλον καὶ αὐτοὶ οἱ σωθέντες ἐπὶ τῆς γῆς, αἰνέσουσι τὸν σώσαντα· διὸ προσέθηκε καὶ ἡ γῆ.

λϛ'. ΟΤΙ Ο ΘΕΟΣ ΣΩΣΕΙ ΤΗΝ ΣΙΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τίνα, φησὶν, εἶναι τὴν Σιὼν ἢ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν; ἧς καὶ αἱ πόλεις ᾠκοδομήθησαν, αἱ διεγηγερμέναι δηλονότι τῶν ἀνθρώπων ψυχαί· πεπτώκασι γὰρ ἡνίκα ἠγνόουν τὸν Θεόν· αὗται δέ εἰσιν, αἱ διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἀνεγερθεῖσαι. Ἰουδαία γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τοιαύτης οὖν ἐσομένης μεταβολῆς, εἰκότως αἰνεῖν τὰ ἔθνη σὺν ταῖς ἐν οὐρανῷ τέτακται τάγμασι. Πῶς δ' ἂν αἰνέσουσι τὸν Θεὸν ἑρπετὰ, μὴ μετέχοντα φρονήσεώς τε καὶ γνώσεως τοῦ Θεοῦ; Ἀνθρώπους δὲ ταῦτα καὶ ἐν Εὐαγγελίῳ

γελίῳ διδάσκεται λέγοντι, ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ ταύτης δὲ Σιὼν ὁ Ἀπόστολος λέγει· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν. καὶ· προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. Ἀκολούθως δὲ τῇ ἐπουρανίῳ Σιὼν αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρὶ δηλοῦνται μοναί, ἃς οἱ Θεοῦ φίλοι κληρονομήσουσι· καὶ οἱ σπέρμα δὲ αὐτῶν γεγενημένοι, τελειωθέντες ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ, τοῦτο ἕξουσι τὸ γέρας, τὸ κατασκηνῶσαι ἐν τῇ ἐπηγγελμένῃ κληρονομίᾳ.

gelio declarata sunt, vbi dicit, *Serpentes, genimina viperarum*, &c. De hac autem Sione Apostolus ait: *Illa autem, quæ sursum est Ierusalem, libera est; quæ est mater nostra.* &: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem.* Conformiter isti cælesti Sion exponuntur multæ illæ apud Patrem mansiones, quas amici Dei hereditabunt: quia etiam illi, qui semen eorum extiterunt, vbi perfecti fuerint in dilectione Dei, hoc præmium habebunt, vt habitent in promissa hæreditate.

ANNOTATIONES CORDERII. Matth. 23, 33. Gal. 4, 26. Heb. 12, 22. Ioan. 14, 2.

ANNOTATIONES CORDERII.

DE titulo & argumento sufficiunt quæ superiùs in Paraphrasi & in Catena & ad Psalmum 44. dicta & notata sunt; quia spectant eòdem.

2. *Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.*] Nota hîc *aquam* esse hieroglyphicum lacrymarum, vexationis, molestiæ, calamitatum; vti Regius Vates pluribus locis ostendit: hinc, cùm à mœrore aliquando Dei beneficio esset liberatus, Eucharisticon illud cecinit: *Assumpsit me de aquis multis.* Et in eodem Psalmo, vbi noster habet, *dierum afflictionis*, Aquila vertit ex Hebræo, ἐπικλυσμοῦ, *inundationis.*

Aquæ sunt hieroglyphicum tribulationis. Psal. 17, 17.

3. *Infixus sum in limo profundi.*] Symmachus vertit, Ἐβαπτίσθην εἰς ἀπεράντους καταδύσεις· καὶ οὐκ ἔστι στάσις. *Mersus sum in voragines interminatas; & non est status.* Quid sit infigi in limo profundi, & non inuenire substantiam, sic exponit Euthymius: *Fæcem illam Propheta significare voluit, quæ sub profundo aqua esse solet. Qui igitur in huiusmodi fæce infixi sunt, substantiam, hoc est stabilitatem nullam inueniunt; ipsâ nimirum fæce, ob cœnosam ac fluxam illam materiam, semper magis infra se considente.* Per hunc limum siue fæcem fluxæ libidinis voluptates adumbrantur. Sicut enim qui limo profundi infiguntur, propter fluxam & cœnosam materiam stabilitatem amittunt, & deficit quidquid stabile & firmum illos posset sustentare, ne pereant: sic qui fluxis & cœnosis carnis voluptatibus se dedunt, qui turpibus & fœtulentis libidinibus infiguntur, Christi stabile fundamentum à se reijciunt, & inter instabiles concupiscentias fluitant perituri. Et sanè à lasciuo homine bonorum omnium stabile fundamentum Christus fugit; solùm illi manent aquarum fluctus, hoc est fluxæ voluptates carnis, inter quas naufragio perdendus fluitet; has ego proinde Semiramidi simillimas dixerim, quæ cùm delectum formosissimum quemque inuitaret, vt secum flagitiosè misceretur, nulli copiam sui fecit, quem non subitò necandum iuberet. Quare Tertullianus peccatum libidinis egregiè vocat deuoratorium salutis; quasi malorum sit abyssus, & immensa vorago, quâ salus & animæ bonum omne hauritur: sic eleganter Gregorius Nazianzenus Orat. 20. nominat [illegible] βυθὸν, *exitij voraginem*, pestilentissimæ luxûs profundum. Syrtes videmus, & quædam etiam in fluminibus *loca periculosa, in quibus ob depressum hiatum, est vortex aquarum sorbentium*; quæ res omnes & vel peritos quoque natatores ita retinent, & violentâ quadam in orbem agitatione deprimunt, vt exire nequeant: itaque ruunt in profundum, & miserrimè suffocantur: sic peccatum lubricitatis, si præsertim adfuerit consuetudo, fit hians circulansque vorago, quæ vel inuitos in exitium profundumque rapiat. Profundum eiusmodi videtur Isaias, cùm ait peccatores *recedere*, vel, vt alij vertunt, *decidere in profundum*. Sancti Patres vocant *barathrum*, fortè alludentes ad barathra Ægyptia. Lacum enim in Ægypto fuisse dicunt latitudine quidem perangustum, sed profunditatis admirandæ; in quem perpetuo Austri flatu cùm magna vis arenæ inijceretur, quæ superficiem aquæ inobscuraret, & terræ similitudinem induceret, fiebat vt magni etiam exercitus nonnunquam in eo perirent: nam ex arena cum humore permixta cùm vagum lutum existeret, qui illuc fuisset ingressus cùm neque enatare, cœno motum corporis impediente, neque egredi posset, à gurgite hauriebatur; vnde βάραθρα nominauerunt, ait Diodorus Siculus lib. 1. *Limum profundi* dixit hoc loco Vates Regius, cùm miserrimum vitiosi animi statum exprimeret.

Sicut nec in limo profundi, sic nec in fluxu voluptatis est firma consistentia.

Isaiæ 31, 6.

4. *Laboraui clamans.*] Hic nempe est clamor illius, de quo B. Paulus ait: *Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.* Non enim vt ipse mortis laqueos euaderet orabat, cuius caro cum ipsa vita in vnitatem hypostasis coniuncta erat; sed vt homines, quorum naturam in illa carne sibi coniunxerat, de mortis imperio liberarentur, vti S. Athanasius in Catena docet.

Heb. 5, 7.

Christus non pro se, sed pro nobis clamat & orat.

IBIDEM. *Rauca facta sunt fauces meæ.*] Sicut vox eius qui raucedinem contrahit vix auditur, aut intelligitur; non aliter, licet sæpiùs, Christus Dominus ad Iudæos verba fecerit, nihilominùs non excipiebant verba eius; aut si tenebant sonum vocis, verborum tamen significationem non capiebant: hinc etiamsi Christus perspicuè loqueretur, nihilominùs videbatur raucedinem hausisse; quia illi sensum verborum non tenebant. *Diu clamabat*, inquit S. Augustinus,

Christi vox Iudæis rauca videbatur.

Va

ANNOTATIONES CURDERII. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi: diu clamabat, Væ mundo à scandalis; & ideo quodammodo raucus clamabat: & ideo non intelligebatur, quando dicebant Iudæi: Durus est hic sermo; quis potest* (Ioan 6, 61.) *illum audire? Non scimus quid dicat. Ille omnia verba dicebat, sed illis rauca fuerant fauces eius; quia voces eius non intelligebant.* Sic ille.

IBIDEM. *Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.* Nimirum hoc dicit ex translatione eorum, qui aliquem necessarium & notum peregrè redeuntem expectant, & vias circumspiciunt: dolent siquidem discessum, reditum suspirant. Clariùs id ipsum alibi sic exprimit, (Psal. 118.) *Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: Quando consolaberis me? Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ.* Viden' vt crebrò idem repetat verbum *defecerunt*? vt scilicet intensum ostendat desiderium: nam qui aliquid vehementer desiderant, & re desiderata sunt priuati, dicuntur deficere: similiter qui aliquem domesticum ex peregrinatione expectant, desiderant quidem semper, desiderij verò non compotes facti liquefiunt.

5. *Quæ non rapui tunc exsoluebam.*] S. Hieronymus vertit, *Quæ non rapueram, tunc reddebam:* Aquila, Ὃν οὐκ ἐβιασάμην, τότε ἀπέτινον, *Quæ non extorsi, tunc reddebam.* Aptissimè hoc de Christo dicitur, quæ non rapuit tunc exsoluisse, cùm in crucem sublatus est, qui suas culpas nullas habebat, & mortis pensum exsoluit, quod non debebat; quamuis id nobis profuit, quos mortis dominatui addictos redemit, vti præclarè docet Didymus in Catena.

Christus pro nobis soluit mortis pensum, quod non debebat.

7. *Non erubescant in me.*] Id est *propter me:* propter meas calamitates ne pudore afficiantur, qui in te sperant, qui à te salutem meam expectant. Ita Genebrardus. q. d. Si me non exaudias, si me tui cultorem & præconem deseras, ac perire sinas, eos mei pudebit, neque me audebunt confiteri. Rogat itaque ne se in morte deserat, sed potenter exsuscitet, ne frustrà vel iustè isthæc perpessus videatur. Vel orat, ne ipsius perpessione scandalizentur pij, neque offendantur meâ cruce & humili meâ specie & statu. (Matth. 11, 6.) *Beatus enim, inquit, qui non fuerit scandalizatus in me.*

8. *Operuit confusio faciem meam.*] Græcè est ἐντροπή: quod S. Augustinus vertit *irreuerentiam*; S. Hilarius *reuerentiam*; Symmachus ἀσχημοσύνη, *dedecus, turpitudo.*

9. *Alienatus factus sum fratribus meis.*] Ita Psalterium vetus: verbum è verbo, Ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου: S. Augustinus, *Alienatus factus sum à fratribus meis:* S. Hilarius, *Alienus factus sum fratribus meis:* Vulgata, *Extraneus.* Verè Christus extraneus factus est hominibus, quia isti de terra, ille de cælo; isti peccatores, ille sanctus; isti superbi, iracundi & iniusti, ille humilis, mansuetus & iustus exstitit.

Hominibus terrenis Christus extraneus.

10. *Zelus domus tuæ comedit me.*] Græcè, Κατέφαγέ με; Symmachus, Κατανάλωσέ με, *Consumpsit me.* Hunc Psalmi locum de se Dauid pronuntiauit, vt optimus diuinæ mentis Interpres Ioannes testatur. (Ioan. 2, 17.) Metaphora autem *comedendi* hîc non tam significat actum, quo cibus dentibus conteritur, quam quo vi ardentis caloris consumitur & conuertitur in substantiam aliti: quomodo etiam ignis ea quæ comburit in se conuertit, & ideò comedere dicitur; vt patet ex illo Psalmi, (Psal. 77, 63.) *Iuuenes eorum comedit ignis:* & in Numeris, (Num. 11, 1.) *Ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem.* Zelus ergo domus Dei, quæ est Ecclesia, Christum comedit, quia instar ignis illum quasi in se transformauit, vt nihil in ipso maneret, quod non in commodum Ecclesiæ cederet: vnde quasi oblitus sibi insitæ mansuetudinis, zelo accensus, facto flagello e funiculis negotiatores templo eiecit, eo quòd domum Dei, quæ domus orationis est, faciebant speluncam latronum, (Matth. 21, 13.) & pulchrum tentorium Salomonis conuertebant in tenebrosum tabernaculum Cedar & cubile draconum. Planè comedit pius zelus pulcherrimum Seruatoris animum, & deuorauit quodammodò, sic vt corpus, cuius fuit species & pulchritudo eximia, igne illo propè consumeretur, & colorem suum viuidum & suauitatem perderet. Propter hunc eumdem affectum, vt monuit D. Bernardus Sermone 28. in Cantic. sponsa diuina, Dei amans salutisque mortalium, se fuscam & decoloratam sole confirmat. Et Iob ille vetustus heros, in quo omnium quam in splendidissimo diuersorio chori omnium virtutum inhabitabant, cutem suam denigratam & ossa propè aruisse mœret. (Iob 30, 30.) Quæ verba Gregorius Magnus lib. 20. Moralium cap. 30. exponens, hoc perfectis esse omnibus commune prodit, vt dum infirmi cælestium obliti atque sui, ad vitiositatem & scelus prosiliunt, ipsi magno sint in mœrore, atque intimo igne excrucientur: Dei enim zelo vruntur, & liquefiunt animæ sanctæ, & velut in eculeo distenduntur, cùm perire illos vident, & diuinis bonis spoliari, quos Deus Euangelij lumine collustrat, & amantissimè inuitat ad sempiternam felicitatem: & libenter quiduis paterentur, ne miseri in calamitosissimam pestem & salutis perniciem corruerent. Hinc etiam in diuinis oraculis Deus ipse Zelotes appellatur: (Exod. 34, 14.) quod nomen expendit S. Dionysius (quem nuper typis Plantinianis nouâ meâ interpretatione & Notis Theologicis illustratum in lucem edidi) qui libro de Diuinis nominibus cap. 4. §. 13. *Hanc, inquit, ob causam periti rerum diuinarum Zelotem illum nuncupant, quòd magno & benigno rerum amore teneatur, eosque ad ipsius amatorij desiderij zelum prouocet, atque adeo semet ipse quodammodo Zelotem præstet; vt cum res desiderabiles sint zelo digna; & vt quo rerum quibus prouidet Zelo afficiatur.*

Quomodo zelus comedat, consumat & comburat.

Deus vnde Zelotes dictus.

IBIDEM. *Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.*] Sensus est, ac si diceret: Dei honori consului, quapropter duriùs me acceperunt Iudæi: hoc ad litteram in Christo impletum est, quando verbis cum eo duriùs egerunt, factis eius fidem detraxerunt, probris onerarunt, lapides in eum coniecerunt, & apud Romanum iudicem de maiestate læsa accusarunt, & tandem trabi suffixerunt: quid autem eos ad hoc impulerit, expromit Chrysostomus Hom. 15. in cap. 15. Epist. ad Romanos ita scribens: *Nihil contigit noui nihil peregrini: qui enim in veteri Testamento studio exprobrandi Deo laborarunt, ijdem & aduersus Filium insanierunt:* scilicet ingenium tenent, quod iam pridem induerunt. Nónne Iudæi quondam, cùm ab Ægypto in regionem promissam exportarentur, furiarum œstro perciti multa scommata in Deum coniecerunt? nónne

Iudæi Christum opprobrijs onerarunt, quia Deo exprobraro assueti.

Moysem

Digitized by Google

ſet miſſus à Deo via diuinitatis, lice- ... quid igitur, ſi genti probri, compleuerit ... aliquam obtineat mentem? Non enim ... ...cui illecebris. Hoc igitur vera ... quam Chriſtum Dominum male ... ...dei, quamuis multa bona in eos con- ... multa miracula fuiſſet operatus, non ... ipſo lucentis diuinitatis indicia, tempe... ... erant probris, & quia Deum pro- ...ſſiterant.

...erat in ieiunio animam meam.] Græcè ...: ita eſt in pleriſque MS. Codicibus: ... *Incurnaui*; vti etiam eſt ... Æthiopico, in Arabico, *Humiliaui*; ... *Kerliaan, Confregi*: ſed magis pla- ...tio; quæ eſt etiam Vulgatæ. Pulchrè ...cum Nouatinus lib. 4. Sacrorum ...vmbrâ virgineâ excuſſu 38. Nobi- ...ſtis ieiunium eſt, pretioſum abſti- ...n, quæ vt verè hoc nomen ſuſti- ... corporis partem debet contegere, ...e. Vnde Propheta Regius ait, *Ope- ...animam meam*; ac ſi veſtis ac pal- ...eſſet, quo animam operiret. Hæc ...m mentem expendens S. Pauli- ...d Seuerum ita ſcribit: *David ...o animam ſuam, vt eam ſpiri- ...integerat; vnde diſcimus veſti- ...lud eſſe ieiunium, quo ab omni- ...tis abſtinemus.* Eleganter mo- ...oſter in ſuis ad paſſionem Do- ...s hunc ipſum Dauidis locum ..., *inquit*, docuerat purpuram ...iri, incomitatam iacere & ſo- ...lectum quàm terram noſſet ...euerat ſaccum induere, qui ...am & necem Nabuthæ per- ...neribus inſpergi; qui Iſraë- ...aquatione apud Maſpha ...e; qui Niniuæ triduanum ...cymas ſuaſerat, vt à de- ...a exitio liberaretur. Ma- ...uius etiam poſt delicta ...; qui cùm punire debe- ...nit clemens Pater. Non ...cator leges magnos om- ...non erubuerunt ad la- ...nicubationes, ad cine- ...etiam teſtari ſunt dolo- ...nt. Huc etiam ſpectat

...um cilicium.] S. Hie- ...obſeruat Creſollius ...Dauidem, ſi quando ...diſciplinam, aut ex- ...e premerent, ad cili- ...n deuotè confugiſ- ...*trem, cùm mihi mo- ...*c vir magnus tho- ...diuino, & concu- ...vlciſcendi libidi- ...etur, & ſuperbos ...atu comprime- ...eluebat, ſuum ...rebatur. Adeo- ...orum omnium ...difficile & gra- ...in ſe antè cili-

...illent, ad ſacram Nominis, ad animi ...virtutem parandam. Sic Iudichà magnus ...cinctus multis brenibus iam corroborant: ... Dabæi tela ... euacuerant, armatumque ... ad Dei belli conficiendi: de quibus ... ...tis diſerte ... primis cilicio ... cooperuit. Hanc igitur pietatem cùm ... Eccleſia tam ſplendidam, tamque in ... viris clariſſimis & Deo charis animaduerte- ...rent Chriſtiani, non mirum, ſi religioſè & ſanctè ...lunt eandem complexi, vt inſtrumentum perfe- ...ctionis, vt religionis magnum adiumentum: præ- ...ſertim cùm propè in oculis haberent D. Ioannem ...Baptiſtam, vitam illam pœnitentiæ columnam, ...mortificationis præconem, quam ore, verbo & ...exemplo in omni vita promouere contendit: il- ...lum enim in deſerto cilicium ferre ſolitum in ...Euangelicæ hiſtoriæ monumentis proditum eſt: ...*Habebat veſtimentum de pilis camelorum, & ...zonam pelliceam circa lumbos ſuos.* Quibus ver- ...bis cilicium deſcribi doctiſſimi & grauiſſimæ ...auctoritatis viri monent. Accedebat & Filij Dei ...ſenſus atque oratio, qui expectabat à Iudæis, ...apud quos religionem diſſeminabat, viamque ...pandebat in cælum, vt ad præteritæ vitæ ſordes ...eluendas pœnitentiam in cilicio adhiberent: id ...quoniam minimè fiebat ab illis, lamentabile væ ...denuntiat: *Væ tibi Corozain, væ tibi Bethſaida; ...quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, ...quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere ...ſedentes pœniterent.* Poſt tantam Meſſiæ aucto- ...ritatem, neque Apoſtoli, nec qui deinde ſecuti ...ſunt, grauius teſtimonium quærendum opina- ...bantur, vt de pij operis vtilitate conſtaret. Qui ſe ...primi Chriſtiani id genus mortificationis cupidè ...arripuerant, præſertim qui pœnitentiam vellent ...agere: de quibus loquens Tertullianus, ait illos ...in ſacco & cinere voluari, aut ſacco incubare: ...vbi *ſaccum* vocat cilicium, ex conſuetudine diui- ...norum Oraculorum, in quibus, vbi nos habemus ...cilicium, in Græco & Hebræo eſt ſaccus. Res ...fuit tam communis inter Chriſtianos, vt Rusi- ...cius Epiſcopus Epiſt. 20. *veſtimentum Eccleſiæ* ...dixerit cilicium: *Deponant*, inquit, *ſæculi bi/- ...ſum, & ſumant Eccleſiæ veſtimentum, quod eſt ...cilicium, contritionis indicium.*

ANNOTATIO NISCON-FRIEN. ... Machabæi ... vſi. Item ſanctus Ioannes Baptiſta. Matth. 3, 4. Lucæ 10, 13. Cilicium olim veſtimentum Eccleſiæ vocabatur.

14. *Ego vero & oratio mea ad te Domine.*] Græcè, Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ κύριε. Ita eſt in Antiquiſſimo Codice Cæſareo MS. Sixtina editio, Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου, *Ego vero oratione mea*: & eſt Hebraiſmus; ſubintelligitur enim *conuerti me*, vel quid ſimile: S. Auguſtinus & Vetus Pſalterium, *Ego autem oratio mea ad te Domine*: S. Hilarius & Vulgata, *Ego vero orationem meam*: Aquila, Καὶ ἐγὼ προσευχῇ μου σοὶ κύριε, *Et ego oratione mea tibi Domine*. Symmachus, Ἐμοῦ δὲ ἡ προσευχὴ σοὶ κύριε, *Mea autem oratio tibi Domine*: Theodotion, Ἐμοῦ δὲ ἡ προσευχὴ πρὸς σὲ κύριε, *Mea autem oratio ad te Domine*. De qua porrò oratione Propheta loquatur, manet dubium, quod non improbabili coniecturâ ſoluit Ayguanus, qui, cùm totus Pſalmus ex perſona Chriſti patientis recitetur, exponit de oratione illa, quam de cruce pendens pro crucifixoribus fudit; idque colligit ex eo quod ſequitur, *Tempus beneplaciti Deus*. quaſi nimirum factâ oblatione condonationis inimicorum fuerit tempus beneplaciti, id eſt, opportunum ad impetranda omnia.

Oratio pro inimicis Deo gratiſſima.

ANNOTATIO-NES CORDERII.

omnia. Quamquam enim omnes Christi oratio-
nes fuerint gratæ Deo propter dignitatem sup-
plicantis; hæc tamen ceteris gratior accidebat,
quia pro inimicis fundebatur; &, vt Theologi
loquuntur, ratione materiæ gratior fuit reliquis.
Magnam enim laudem & eximium honorem
habent eiusmodi preces, quæ pro aduersarijs fun-
duntur.

15. *Saluum me fac de luto.*] Ita etiam legit
S. Augustinus: Græcè est, Σῶσόν με: in Vulgata
habetur, *Eripe me.* Solent aliquando viatores in
loca cœnosa nescientes incurrere, & ita cœno &
luto vndequaque circumdari, vt omnino nesciant,
quà possint sine casu ad terram solidam deuenire.
Sic Propheta vndique luto tentationum obsessus
Math. 14, 31. postulat ab eo eripi, qui solus fuit potens Pe-
trum penè submersum ab aquarum vorticibus
liberare.

16. *Non me demergat tempestas aquæ.*] Ve-
nerat nimirum Dauid, vti suprà ver. 3. conque-
ritur, in altitudinem maris, & iactabatur fluctí-
bus, vndarum pila & lusus; & coniecerant illum
in hoc sorbere & nulli parcere assuetum mare
peccata Bethsabeæ, Vriæ, numerati populi; vnde
hîc eximi, quibus conuoluebatur fluctibus, ro-
gat, ne ab irrespirabili profundo integatur, néve
sorbeatur æternùm: respicit proinde ad portum
Deum, à quo exciderat; ad fidam illorum, qui
habitant in adiutorio Altissimi, stationem; ad di-
uinæ clementiæ & bonitatis littora.

IBIDEM. *Neque coarctet super me puteus
os suum.*] Ita etiam legit S. Augustinus: Græcè
est Συσχέτω: Vulgata vertit, *Neque vrgeat:*
S. Hieronymus, *Et ne coronet*: S. Hilarius, *con-
tineat:* alij, *claudat, obstruat, constringat.* Quam-
quam Christum hoc loco loquentem petentem-
que à Patre festinam resurrectionem communi-
ter cum D. Hieronymo inducant interpretes;
omnes tamen iusti eumdem sermonem possunt
vsurpare, petereque à Deo, vt à profundo iniqui-
tatis puteo liberentur: quo loco tria mala & in-
commoda grauissima à se deprecatur homo iu-
Triplex gradus peccatorum. stus: vnum est, vt ne eum demergat tempestas
aquæ: alterum, ne absorbeatur à profundo: ter-
tium, ne claudat super eum puteus os suum: quod
duo præcedentia grauitate longè superat. Et verò
sic expendit Remigius, *Non me demergat tempe-
stas aquæ,* vt consentiam vel blanditijs adulan-
tium, vel minis apertè furentium: quòd si quan-
do consentiam, *Non absorbeat me profundum*; id
est, Non perueniam ad actum cum ijs qui in
profunditate peccatorum conuersantur: denique,
si ad actum peruenero, *Non vrgeat super me pu-
teus os suum*; id est, Non claudatur super me pro-
funditas iniquitatis. Clauditur autem in pro-
funditate iniquitatis, qui post perpetrationem
non facit confessionem; sed parat peccati defen-
sionem. Quem eumdem sensum vberiùs prose-
quitur S. Augustinus in Commentario huius lo-
Peccatoribus confessio necessaria est ad salutem. ci: *Magnus,* inquit, *est puteus profundi ini-
quitatis; sed tamen ibi positus si confitetur peccata
sua, non super eum claudit puteus os suum. Vnde
Dauid quasi in puteum delapsus dicebat: De
Psal. 129, 1. profundis clamaui ad te Domine: Domine exau-
di vocem meam: si autem factum fuerit in illo
Prou. 18, 3. quod dicitur,* Impius, cùm in profundum vene-
rit peccatorum, contemnit, *clausit super eum pu-
teus os suum. Itaque si videris hominem fecisse
iniquitatem, & peruersus est in puteum: quando au-
tem illi dixeris in iniquitatem ipsius, & responderit,
Peccaui, fateor; ita non super eum clausit puteus os
suum; si autem dixerit, Quid enim mali feci?
clausit super eum puteus os suum: quia cuadere
non habet. Etenim amissâ confessione, non est locus
misericordiæ: tu factus es peccati tui defensor,
quomodo erit Deus liberator? ut ergo ille sit libe-
rator, tu esto accusator.* Hæc Augustinus: cui
conformiter S. Petrus Damianus Opusculo 24.
initio, primorum parentum impiam excusatio-
nem damnans, & hæc Dauidis verba explicans,
ait: *Quantum ad nostrum intelligentiæ modulum,
nullum in humano genere malum perniciosioris est
criminis quàm defensio prauitatis. Vnde Dauid* Excusatio peccati pessima.
ait: Non declines cor meum in verba mala, ad
Psal. 140. excusandas excusationes in peccatis. *Offensio
quippe Dei meretur iram, excusatio prouocat ad
vindictam. Hoc planè vitium sicut ex radice hu-
mani generis prodyt quotidie pullulat, & tam-
quam per erumpentes arboris ramos germinare
non cessat. Consultus enim Adam, cur ex inter-
dicto pomo comederit;* Mulier, *inquit,* quam de-
Gen. 3, 12. disti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & come-
di: *ac vterque in conditorem crimen intorquens,
cumque, à quo redarguuntur, incessanter dicentes;
Non nobis, sed tibi procul dubio debes hoc reatum
adscribere; qui & coniugem viro vinxisti, & ser-
pentem in paradiso inter homines viuere decreui-
sti. Hoc sanè præcauebat Dauid vitium cùm di-
cebat,* Non me demergat tempestas aquæ, neque
absorbeat me profundum: neque vrgeat super
me puteus os suum. *Nam cùm peccat homo quasi
in puteum labitur; cùm verò peccata defendit, os
putei super eum, ne pateat egressus, vrgetur. Cor-
ruit ergo in puteum homo cum peccat; claudit
verò sibimet os putei dum excusat.* Sic ille. S. Hi-
larius locum hunc de inferno exponit Serm. 2.
de nuptijs dicens: *Ideo dixit,* Neque vrgeat su-
Puteus inferni quàm terribilis. per me puteus os suum, *quia cùm susceperit reos,
clauditur sursum, & aperitur deorsum, dila-
tabitur in profundum; nullum spiramen, nullus
liber anhelitus, claustris desuper vrgentibus, re-
linquitur: detrudentur illuc valedicentes rerum
naturæ: vltrà nescientur à Deo, qui Deum sci-
re noluerunt, morituri vita, & morti sine fine
victuri.*

21. *Improperium expectauit anima mea.*] Ita
collati omnes Græci Codices; Latini autem *cor
meum.* Hîc nobis Propheta veram Christi pa-
tientis imaginem proponit, quam imitemur, eius
improperium mundi honoribus anteferentes:
Christi improperium mundi honoribus anteferendum. egregiè namque dixit Ephræm lib. de fide: *Qui
verè cupit esse homo Christi, æternisque bonis se
fruiturum sperat, paupertatem, diuitias cum
gaudio existimare debet, & afflictionem recreatio-
nem, asperitatem victus delicias, improperium ho-
norem, & contumelias gloriam ducere: hæc enim
vera seruorum Dei gloria est. Neque verò solùm
improperia ferre debet pugil ac miles Christi, quin
&, si fortè diuitias obtinuerint, eas vt stercora re-
spuere oportebit; si gloria & principatus, non ex-
tollatur & superbiat; si laudes atque honores ho-
minum, vt quæ nec sint quidem æstimanda. Quin
etiam propter huiusmodi res, quæ habentur glo-
riosa, confundi & lugere oportet; & propter eius-
modi contrà lætari & gaudere, quæ habentur vi-
lia, & abiecta putantur.* Sic ille. Ecce descriptio-
nem

[...]m verissimam imaginem Christi, siue hominis [...]i Christiani, & Christum imitantes; cuius imi[tati]o non in delicijs, non in desiderijs inanibus, [no]n in sensuum oblectationibus, non in exple[tio]ne propriarum voluntatum, sed in castigatione [...]s, in abiectione desideriorum, in sensuum [mor]tificatione, & in voluntatis propriae abnega[tion]e posita reperitur. Et ille Christo similior, & [er]go eius pulchrior euadit qui solicitiùs sei[psum] abnegat, & per laborem mortificationis [...]s se à moribus hominis terrestris elongat: quò magis veteris hominis conuersationem [...], eò magis ad Christi imitationem accedit.

[...] *Fiat mensa eorum deserta.*] Nota cum [...]io hoc de duplici mensa commodè sumi scilicet corporis & animi. Et quantum qui[dem a]ttinet ad mensam corporis, illud impletum [in I]udaeis, dum tempore Paschalis festiuitatis, [...] ad celebrandum cum voluptate Paschale [...]ium ex omnibus locis in Hierusalem [con]uenerunt, simul ibi omnes hac occasione [...]i sunt, exercitu Romanorum ciuitatem [...]te: tunc enim mensa eorum facta est illis vt irretirentur, caperentur, & caderent. [H]ac de re Iosephus lib. 7. de Bello Iudaico. Quòd verò attinet ad mensam animi, [ha]ec est sacra Scriptura, quae Iudaeis, eò [qu]òd illis malè intelligatur, occasio est vt illa[queentur] varijs erroribus, & vt in Christum [...]ntur, atque in aeternum pereant. Qui [...]sensus est huius loci genuinus, & se[...]lum plerique Patres hunc locum ex[ponunt]. Didymus, cùm ait, Τράπεζα ἡ διὰ [...] θεωρία καὶ ἡ νόησις ψυχῶν λογικῶν [...] δὲ λέξει τραπέζης λόγον ἐπέχει, *Mensa [...] diuinitus inspirata, cuius contem[platio et in]telligentia rationalium animarum ci[bus est]; ipsa verò dictio mensae rationem [...] modo* Eusebius exponit, Τράπεζα, [...] τοῦ λαοῦ, [illegible] [...]άπεζα, [illegible] [...] αὐτῶν ἡ τράπεζα [illegible] [...] δὲ αἱ τράπεζα [illegible] Χριστὸς [...] λέγων, Ἐλθόντες, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, [...] αἷμα [...] ἄρτος ζῶν ὁ ἐξ οὐρανοῦ [...] ἀληθινὴ [...] βρῶσις, καὶ τὸ αἷμα ἀληθὴς [...] Ἰουδαίοις εἰς σκάνδαλον, καὶ παγίδα, [...] αἷμα [...] ἀπὸ τῆς [...] ἄρτος [...] [illegible] *Mensa, su[...]lis cibus populi positus erat, lex [...]a. Haec igitur mensa, cùm Scri[ptura non in]telligeretur, facta est Iudaeis in [re]tributiones, & in scandalum. [...]ibus huiusmodi mensa proposita [i]llo populo. Animaduerte autem [...]us dici possit, cùm ipse sit sapien[tia ...], edite meum panem, & bibi[te ...] vobis: & panis item vi[uus qui de caelo d]escendit, cuius caro verus est [cibus, et sanguis ve]rus est potus: nam & Iudaeis [...]lum, & in laqueum, & in re[...]ena sit expetita omnis sangui[... vsque] ad Zachariam ab ea genera[tione ...] & prandium ipsa Scriptura [in sc]andalum ijs qui in littera sola [...]*

[...] 11.

requies[cunt]. Sic ille. Caeterùm Propheta Regius adhuc vlteriùs oculos suos intendens vsque in le[...]gem gratiae, mysticam hic quoque mensam intuetur, de qua illi, quibus [...] & proprium est edere, cùm viri foederis atque pacis esse debe[re]nt, illi tamen alijs, eorumdemque odio prosequun[tur]. Mensa illa sancta [...] omnigena varietate circumfluens, vbi inaugura[tio] est sanctimoniae, & optata foederis coniunctio, videt tamen aliquorum iras, cor discordijs exu[be]rans, à Christiana vnione dissidium atque dis[ce]ptum; & quae potuit esse bonorum & laetitia[rum] fons, in malum vertit. Quod prouidens Propheta priùs seuerè denuntiat: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum.* Mensa, inquit Nicephorus, significat *[...] obiectationem*; quae nescio an cogitari maior possit quàm in pace & suauitudine charitatis. Mensa dulcis & beatae concordiae hieroglyphicum, sacrum Numinis inuentum ad Christianos inter se & cum Principe Deo conciliandos, fit quibusdam in laqueum, in probrum, in exitium, qui sacram pacem repudiant, & inamoenâ discordiâ laetantur. Fit illis mensa in laqueum, qui ambrosiae suauitatem impediat, gulam praefocet, tollat vitae iucunditatem, moerorem progignat. Vult significari calamitosissimum fore eorum hominum statum, qui sancitam à Christo pacem & consociationem animorum eiecerint, nexum pij & casti amoris perruperint, Christi familiam dehonestarint.

ANNOTATIONES CORDERII.

Mensa Christi discordibus fit in laqueum.

24. *Obscurentur oculi eorum,* &c.] Pulchrè D. Gregorius in hanc sententiam lib. Pastoralis parte 1. cap. 2. *Oculi,* inquit, *sunt, qui in ipsa honoris summi facie positi, prouidendi itineris officium suscipiunt; quibus nimirum hi qui subsequenter inhaerent dorsa vocantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur, quia cùm lumen scientiae perdunt qui praeeunt, profectò cuncti ad portanda peccatorum onera curuantur qui sequuntur.* Sic ille. Fit etiam ex hac doctrina magni Pontificis, vt is, qui alijs ad ruinam praeest, omnium aliorum pariter cum suis peccatis oneretur.

Ducem caecum subditi ad ruinam sequuntur.

27. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*] Meritò de hoc conqueritur Propheta. Genus quippe crudelitatis est intolerabilis, afflictum affligere, & desolatum angustare. Huius quoque crudelitatis illi amici Iob notati sunt, qui iustum virum, grauissimâ calamitate percussum, ita verbis & increpationibus tergerunt, vt coactus fuerit pro seipso causam dicere, & suam innocentiam propalare. Necnon & cognati Tobiae in eumdem scopulum impegerant: nam sicut beato Iob insultabant Reges, ita isti parentes & cognati eius, irridebant vitam eius, dicentes, *Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?*

Magna crudelitatis est afflictum affligere.

Tob. 2. 16.

28. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.*] Id est iusto tuo iudicio non eos liberes à prima iniquitate, sed sine vt addant iniquitatem ad iniquitatem, sine vt impleant mensuram patrum suorum, vnde grauiùs puniantur. Cor quippe Dominus prioribus criminibus aggrauatum iustè permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli; quod cum dignè in culpa trahitur, reatus eius in poena cumulatur. Dicitur enim Deus facere, quando permittit fieri id quod sine eius permissione non fieret; & hoc non casu, sed ex certo decreto ad pu-

Matth. 23.

Quomodo vnum peccatum sit poena alterius peccati.

qui merentur sic deseri puniendaa peccata eorum, & excæcari. Nulla enim est pœna grauior, quàm cum peccatum est pœna peccati. De qua re vide S. Augustinum lib. 4. Contra Iulianum. In quam sententiam etiam conspirat Chrysostomus in Homilia de Adam & Heua in hunc modum scribens: *Cùm dicitur homo tradi desiderijs suis, ex ipsa propagine fit reus; quia desertus à Deo cedit cupiditatibus, atque consentit, vincitur, capitur, trahitur, possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est; & fit ei peccatum consequens præcedentis pœna peccati. An non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur, Dominus enim immisit eis spiritum erroris, vt faciant quæ non conueniunt, sicut seducitur ebrius? An non est peccatum, & pœna peccati, vbi Deo dicit Propheta, Quid errare fecisti nos de via tua, obdurasti corda nostra, vt non timeremus te? An non est peccatum & pœna peccati, vbi dicitur Deo, Ecce tu iratus es, & peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus sicut immundi omnes? An non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur de Gentibus, quas debellauit Iesus Naue, Quia per Dominum factum est confirmari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum Israel, vt exterminarentur? An non est peccatum & pœna peccati, quòd non audiuit Roboam Rex plebem benè monentem? quia, sicut Scriptura loquitur, Erat conuersio à Domino, vt statueret verbum suum, quod ei locutus est in manu Prophetæ. Et multa alia commemorare possumus, in quibus liquidò apparet, occulto Dei iudicio fieri, peruersitate cordis, vt non audiant quod verum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis etiam pœna peccati.* Hæc Chrysostomus. Sicut ergo solet paterfamilias furem iam suâ diligentiâ non valentem fugere, nec domo exire, pro libito sinere, vt plura furetur, & in sinu ac sacco recondat, quò comprehensum seueriùs puniat, & euidentiùs de furto conuincat; ita Dominus sinit peccatorem, qui haud dubiè iustitiam eius non effugiet, vt magis ac magis peccet, & flagitia flagitijs accumulet, quò tandem malis plurimis oneratum immensis supplicijs oneret, & pro iniquitatis mensura cruciatus & pœnas infligat. Quamquam etiam hoc loco iniquitatis vocabulo cruciatus seu pœna iniquitati debita intelligi rectè possit; quâ ratione versiculum hunc interpretatur S. Isidorus Pelusiota lib. 3. Epist. 92. Τὸ, Πρόσθες ἀνομίαν ἐπὶ τῇ ἀνομίᾳ αὐτῶν, ἰσοδυναμεῖ· ὃ γὰρ λέγει τοῦτ' ἐστιν, ὅπλισον τιμωρίαν ἐπὶ τῇν ἁμαρτίαν αὐτῶν. Illud, *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum,* æquiuocum est: perinde enim est ac si diceret, *Appone cruciatum super iniquitatem eorum.* qui nexus indicat cruciatum ac pœnam iniquitatis comites esse indiuulsos, ita vt ne nomine quidem aliquando discriminentur.

29. *Deleantur de Libro viuentium.*] Paraphrasis Græca & Commentarius exponunt hanc primam versiculi partem de Libro vitæ temporalis; vt deleri de Libro viuentium nihil sit aliud nisi interfici, sed huic expositioni (vt benè obseruat Bellarminus) repugnant verba sequentia, *Et cum iustis non scribantur:* nam ex his duorum vna pars versiculi alteram explicat. Quamobrem per deleri & non scribi idem intelligitur, scilicet non computari: per viuentes intelliguntur iusti, qui soli verè viuunt, cùm iniusti mortui sint in peccatis & delictis. S. Augustinus intelligit hæc omnia de Libro æternæ prædestinationis. Verùm cùm Dei decretum immutabile sit, impropriè quis ex illo Libro deleri dicatur. Vnde mihi probabilior videtur sententia Bellarmini, vt per Librum viuentium & iustorum intelligatur Liber populi Dei, de quo Paraphrastes Græcus secundam versiculi huius partem exponit, in quo nimirum scripti sunt veri cultores Dei, quibus solis vera iustificatio contingit, & qui sunt filij & heredes. Verè enim Iudæi, qui olim erant populus Dei, nunc deleti de Libro viuentium & iustorum, non sunt ampliùs populus Dei, neque partem habent in hereditate filiorum Dei; & contrà Gentiles, qui non erant populus Dei, per fidem in Christum cœperunt esse populus Dei, & partem habere in Regno Dei. Hoc prædixit Ezechiel cap. 13. *In consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur.* Et Dominus in Euangelio sæpissimè hoc prædixit Iudæis fore, vt auferretur ab eis Regnum Dei, & filij Regni ejicerentur foras, & in locum eorum venirent Gentes ab Oriente & Occidente, & recumberent cum Abraham, Isaac & Iacob in Regno cælorum. Plura qui volet, consulat Lorinum ad hunc locum.

33. *Quærite Deum, & viuet anima vestra.*] Concludit Psalmum pulchrâ monitione, quâ pauperes spiritu ad Deum quærendum excitat: in quo solo vera vita & salus. Qui autem Deum quærunt, nisi qui terrenarum cupiditatum obliti, sola diuina, vel quæ ad ea conducibilia sunt, comparare contendunt? de quibus alio loco dictum est, *Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob.* Illi habent innocentes manus, quas peccatis non polluunt, & munda corda, quæ minimè rerum terrenarum immoderato amore se contaminant.

34. *Quoniam exaudiuit pauperes.*] Christo nimirum pro nobis supplicante exaudiuit pauperes Dominus, pro quibus ille precabatur, & vinctos, vel peccatorum nexibus obstrictos, vel mortis imperio addictos non despexit. Sic namque Cyrillus exposuit, Καὶ τίνας ἄρα, ἢ ἃς ηὔξατο αὐτὸς ὁ μονογενής; οὐκ ἄλλο δὲ ηὔχετο, ἢ λυθῆναι αὐτοὺς ἐκ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν; διὸ φησι, καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσεν. Διέῤῥηξε γὰρ πάντων τὰ δεσμὰ, εἰπὼν τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύφθητε. *Cuiusmodi verò preces exaudiuit, nisi quas fudit pro ipsis Vnigenitus? quid autem precabatur, nisi vt illi de mortis vinculis liberarentur? Ideò dicit,* Et vinctos suos non despexit. *Dirupit enim omnium vincula, dicens ijs qui in vinculis erant,* Exite; & his qui in tenebris, Reuelamini. Isaiæ 49.

ANNOTATIONES CORDERII.

1. Pet. 2, 19.

Rom. 1.

Isaiæ 63, 17.

Isaiæ 64, 5.

3. Reg. 12, 15.

Iniquitas pro cruciatu ponitur.

Quid sit deleri de Libro viuentium & iustorum.

Gal. 3, 16

Digitized by Google

IN PSALMVM LXIX. ARGVMENTVM.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α'. Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαβὶδ, εἰς ἀνάμνησιν, εἰς τὸ σῶσαί με κύριον.

Τὸ εἰς ἀνάμνησιν, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ μεμνῆσθαι διηνεκῶς τῆς χάριτος μετὰ τὸ τυχεῖν. Ἔστι γὰρ ὁ ψαλμὸς οὗτος ἐξ αὐτοῦ τοῦ Δαβὶδ εἰρημένος καὶ ὁ μετ᾽ αὐτὸν, ὁπηνίκα ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἐδιώκετο. Ἢ εἰς ἀνάμνησιν· ἐπειδὴ ἡ μνήμη τῆς ἁμαρτίας ἐκέντει αὐτὸν καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν ὑπῆγε. Δύναται δὲ καὶ ἀπὸ Χριστοῦ προσάγεσθαι ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος.

1. In finem * ipsi Dauidi, in rememorationem, quòd saluum * me fecit Dominus.

* Vulgata Psalmus Dauid,
* Vulgata fecit eum

Istud in rememorationem, *id est, vt memor sim perpetuò gratiæ acceptæ. Est enim hic Psalmus & sequens ab ipsomet Dauide dictatus, quando Absalomus ipsum persequebatur. Vel* in rememorationem; *quia memoria peccati ipsum stimulabat, & ad conuersionem vrgebat. Ceterùm posset etiam à Christo proferri pro humanitate.*

Quid per rememorationem intelligat.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. Ο ΘΕΟΣ εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες· κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον.

Τὸ πρόσχες καὶ σπεῦσον τὸ αὐτὸ λέγει· ἀντὶ τοῦ, τάχυνόν μοι τὴν βοήθειαν.

γ'. Αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ἐντραπήτωσαν, οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου·

δ'. Ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθήτωσαν, οἱ βουλόμενοί μοι κακά·

Ἀποστραφήτωσαν παραυτίκα αἰσχυνόμενοι, οἱ λέγοντές μοι· εὖγε, εὖγε.

Ἀντὶ τοῦ, οἱ φθειρόμενοί μοι, καὶ βουλόμενοί με ἐκπεσεῖν τῆς ἀξίας καὶ τῆς ζωῆς· οὕτω μὲν οὖν, φησιν, οἱ μετὰ τοῦ Ἀβεσσαλώμ· οἱ δὲ τῆς ἐμῆς γενόμενοι, μερίδος τί;

ε'. Ἀγαλλιάσθωσαν καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε κύριε· καὶ λεγέτωσαν διαπαντὸς, μεγαλυνθήτω ὁ θεὸς, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου.

Ἀντὶ τοῦ, οἱ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν ἐλπίζοντες, καὶ οὐχὶ πλήθει καὶ δυναστείᾳ θαῤῥοῦντες. ὅθεν ἐπιφέρει·

ς'. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς εἰμὶ καὶ πένης· ὁ θεὸς βοήθησόν μοι.

Πτωχὸς καὶ πένης ἀνθρωπίνης βοηθείας· τὸ γὰρ βεβαίως, φησιν, εἰς σὲ ἐλπίζειν.

2. DEVS in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

Dei auxilium implorat.

Istud *intende* & *festina* idem dicit: id est, accelera mihi auxilium.

3. Confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam:

4. Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala:

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.

Id est, qui me perdere, & à dignitate atque vita exturbare volunt: hoc enim, inquit, satagunt illi qui cum Absalomo sunt: qui verò partis meæ sunt, quid tandem?

5. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te * Domine; & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

* Vulgata omittit Domine,

Id est, qui à te salutem sperant, & non confidunt multitudini atque potentiæ. vnde subiungit:

6. Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.

Pauper & egenus opis humanæ: nam constanter, inquit, in te sperandum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

7. Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Cùm igitur, inquit, ego hoc modo erga te tuaque affectus sim Domine, ne tardè mihi ex parte tua opituleris.

ζ. Βοηθός μου καὶ ῥύστης μου εἶ σύ· ὁ Θεός μου μὴ χρονίσῃς.

Ἐπειδὴ οὖν, φησὶν, οὕτως ἐγὼ διάκειμαι περὶ τὰ ἀπὸ σοῦ διατάξεις, γενοῦ μοι παρὰ σοῦ μὴ βραδέως.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. DEVS IN ADIVTORIVM.] Festina, inquit, ô Domine in auxilium meum, & frustrentur qui delectantur & gaudent malis meis; ita vt istiusmodi voces emittant, Euge, euge: dicit autem illos qui cum Absalomo erant.

Auxilium petit contra insidiantes animæ.

ALIVS autem dicit, quòd non deprecetur illos qui diuitijs insidiantur aut terminis terræ, sed eos qui animæ insidias struunt. Animæ autem insidiæ sunt auersio à Deo; istæ autem fiunt à passionibus, & dæmonibus, & inordinatâ affectione, atque improbis hominibus, qui istis suffragantur. Atque hæc quidem, inquit, illi patiantur: verùm isti qui partis sunt meæ, siue qui à te salutem sperant, & neque multitudini neque viribus præfidunt, à te alacritate repleantur, vt te magnificemus.

6. EGO VERO EGENVS ET PAVPER.] Scilicet opis humanæ: spes enim, quam in te firmam habeo, de omni humanâ ope me desperare facit; tum quia prædictorum iustitiâ priuatus sum, & in paupertate vitam agens, auxilium consequi rogo; tum quia sic erga te affectus sum, opem tuam mihi conferre ne differas: salutare autem Dei est Filius.

β. ΘΕΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΟΗΘΕΙΑΝ.] Τάχυνον, φησὶν, ὦ Κύριε εἰς βοήθειάν μου, καὶ διαμαρτέτωσαν οἱ ἐφηδόμενοι καὶ εὐφραινόμενοι τοῖς κακοῖς μου· ὡς τοιαύτας φωνὰς ἀφιέναι, εὖγε, εὖγε· λέγει δὲ τοὺς μετὰ Ἀβεσσαλώμ.

ΑΛΛΟΣ δέ φησιν, ὡς οὐ καταδέχεται τῶν εἰς χρήματα ἐπιβουλευόντων ἢ περὶ γῆς ὅρων, ἀλλὰ τῶν εἰς ψυχὴν ἐπιβουλευόντων. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιβουλὴ ἡ ἀπὸ Θεοῦ ἀλλοτρίωσίς ἐστιν· εἴη δ᾽ ἂν αὕτη ἐκ παθῶν, καὶ δαιμόνων, καὶ ἐμπαθοῦς διαθέσεως, καὶ τῶν τούτοις συνεργούντων κακοηθῶν ἀνθρώπων. Καὶ ταῦτα μὲν, φησὶ, πάθοιεν ἐκεῖνοι· οἱ δὲ τῆς ἐμῆς μερίδος, ἤτοι οἱ τὴν παρὰ σοῦ σωτηρίαν ἐλπίζοντες, καὶ οὐχὶ πλήθει καὶ δυνάμει θαρροῦντες, θυμηδίας τῆς ἀπὸ σοῦ ἐμπλησθεῖεν, ἵνα σε μεγαλύνωμεν.

ΕΓΩ ΔΕ ΠΤΩΧΟΣ ΚΑΙ ΠΕΝΗΣ.] Δηλαδὴ τῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας· τὸ γὰρ εἰς σὲ ἐλπίζειν βεβαίως, πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπελπίζειν [illegible] με· ἢ ὅτι τῆς προειρημένης δικαιοσύνης ἐστέρημαι, καὶ πτωχείᾳ συζῶν [illegible] ἐπικουρίας ἱκετεύω τυχεῖν· καὶ ἐπεὶ [illegible] διάκειμαι περὶ σὲ, γενοῦ μοι [illegible] παρὰ σοῦ μὴ βραδέως· σωτήριον δὲ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱός.

CATENA PATRVM.

Argumentum Psalmi.

ATHANASII. Canit hunc Psalmum ex persona humanitatis rogantis exurgere Deum in auxilium suum: sic enim contigit hostes quidem dæmonas ipsi aduersantes in fugam verti, lætari verò illos qui de salute eius gaudent.

THEODORI. Beatus Dauid in calamitatibus sibi ab Absalomo procreatis constitutus, pro oratione vsus est præsenti Psalmo.

EVSEBII. Non Canticum, non Psalmum,

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ἐκ προσώπου τῆς ἀνθρωπότητος ἀξιούσης εἰς τὴν βοήθειαν αὐτῆς διαναστῆναι τὸν Θεόν· οὕτω γὰρ συνέβαινε ἐντραπῆναι μὲν τοὺς ἀντικειμένους αὐτῇ πολεμίους δαίμονας, εὐφρανθῆναι δὲ τοὺς ὅσοι χαίρουσιν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ αὐτῆς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐν ταῖς παρὰ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ συμφοραῖς ὁ μακάριος Δαβὶδ καθεστὼς, προσευχόμενος ἐχρήσατο τῷ παρόντι ψαλμῷ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐκ ᾠδὴν, οὐ ψαλμὸν,

ὅτι

ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἔγραψεν, ἀλλ' εἰς τὸ τέλος ἀνέπεμψε· καθὸ τοῖς δικαίοις ἐστὶν εὐφρανθῆναι. εἴρηται δὲ εἰς ἀνάμνησιν, τῷ αὐτὸν ἐπῳδῆς αὐτῷ ἐν τοῖς περιστάσεσι χρῆσθαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σωτηρία δὲ παντὸς μετανοοῦντος ἡ ὧν ἐπελάθετο μνήμη· μνησθήσονται γάρ, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἀγαθοῦ γὰρ μνήμη τέλος ἐπιστροφῆς. Πάντες γὰρ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότες, ἐννοίας ἔχουσιν ἐσπαρμένας περὶ Θεοῦ· κἂν ἐξ ἀμελείας τις ἁμάρτῃ, μετανοῶν, ἀναμιμνήσκεται τοῦ ἀγαθοῦ, οὗ κατὰ φύσιν ἔχει τὴν ἔννοιαν.

β'. Ο ΘΕΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΒΟΗΘΕΙΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μελησάτω σοι τοῦ βοηθῆσαί μοι, καὶ ὀξυτάτην παράσχου τὴν βοήθειαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μακάριον σὺν τοσαύτῃ παῤῥησίᾳ τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι, ὥστε καὶ κατεπείγειν αὐτὸν εἰς ἡμετέραν βοήθειαν. Πρῶτον δὲ προσέχειν τὸν Θεόν, καὶ μετὰ τοῦτο ταχῦναι, προσηύξατο· ἐὰν γὰρ ὅλως προσχῇ τίνος ἢ ποίας βοηθείας χρῄζομεν, παραχρῆμα σπλαγχνίζεται· σπλαγχνισθεὶς δὲ ταχύνει, καὶ οὐκ ἀναβάλλεται.

γ'. ΑΙΣΧΥΝΘΗΤΩΣΑΝ, ΚΑΙ ΕΝΤΡΑΠΗΤΩΣΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ ἐρῶντές μου τοῦ θανάτου, μὴ ἐπιτύχοιεν τοῦ σκοποῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οἱ ζητοῦντες ἡμῶν τὰς ψυχὰς διαφθεῖραι, οἱ δαίμονές εἰσι μάλιστα· ζητοῦσι δὲ καὶ πρὸς τὰς φαύλας πράξεις, ἡδονάς τε ἀτόπους ἡμᾶς ἐρεθίζοντες ἄνθρωποι· ἀλλ' οὐδέτεροι τῶν εἰρημένων δύνανται, ἐὰν μὴ παρ' ἡμῶν τὴν καθ' ἡμῶν προδοσίαν παραλάβωσιν, ἐὰν μὴ τὰς χεῖρας τῆς ψυχῆς δήσαντες, οὕτως αὐτοῖς ἀκολουθήσωμεν. Οὗτοι τοίνυν αἰσχύνονται, ὅταν ἡμᾶς ὑψηλοτέρους πολὺ τῆς παρ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς καὶ κατορθοῦντας θεάσονται.

δ'. ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΤΩΣΑΝ ΕΙΣ ΤΑ ΟΠΙΣΩ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Μὴ διανύσαιεν ἃ σπουδάζουσι κατ' ἐμοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀποστραφήτωσαν, μηκέτι ἐπὶ τὸ κακὸν ἐπείγεσθαι ποθοῦντες, καὶ καταισχυνθήτωσαν ἐφ' οἷς ἔδρασαν κακοῖς, βουλόμενοι ὑπαρχθῆναί μοι τὰ βλάπτοντα.

ΑΠΟΣΤΡΑΦΗΤΩΣΑΝ ΠΑΡΑΥΤΙΚΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ μοι πάλαι πτώματι, διὰ τὴν τοῦ θανάτου κατάκρισιν ἐπιχαρέντες.

neque quidquam istiusmodi inscripsit, sed in finem remisit, in quo iustis lætandum est. Dicitur autem *in rememorationem*, eò quòd pro incantamento in periculis illo vteretur. CATENA PATRVM.

DIDYMI. Omnis autem pœnitentis salus est eorum quorum oblitus fuerat memoria: *Reminiscentur* enim, *& conuertentur ad Dominum omnes fines terræ.* Boni enim recordatio est finis conuersionis. Nam omnes qui ad imaginem & similitudinem Dei creati sunt, habent sibi insitas quasdam de Deo cogitationes; & si ex negligentia quispiam peccauerit, resipiscens, boni recordabitur, cuius secundùm naturam sibi insitam habet cogitationem.

Psal. 21, 28.

Omnibus insitæ bonæ cogitationes inge[n]itæ.

2. DEVS IN ADIVTORIVM MEVM.] ATHANASII. Curæ tibi sit mihi succurrere, & velocissimum auxilium præbe.

HESYCHII. Beatum est cum tanta fiducia Deum orare, vt etiam ipsum vrgeamus ad nobis opitulandum. Primùm autem Deum vt intenderet, & postmodum vt acceleraret, rogauit: si enim omnino intenderit quanam vel quali ope indigeamus, illicò commiseretur; misertus autem accelerat, & non differt.

Vrgendus Deus in oratione.

3. CONFVNDANTVR, ET REVEREANTVR.] THEODORI. Qui amant mortem meam, non assequantur propositum suum.

HESYCHII. Qui animas nostras perdere quærunt, sunt maximè dæmones: sunt tamen etiam homines peruersi aliqui, qui ad prauas actiones & absurdas voluptates nos prouocent; verùm neutri prædictorum possunt, nisi à nobis, vnde nos prodant, acceperint, nisi ligatis animæ manibus obsecuti ipsis fuerimus. Ipsi itaque confunduntur, quando nos insidijs suis longè superiores & rectè agere conspexerint.

Nihil animam nostram lædere potest, nisi nos ipsi voluerimus.

4. AVERTANTVR RETRORSVM.] DIDYMI. Non perficiant ea quæ contra me moliuntur.

THEODORI. Auertantur, non ampliùs ad malum impellere satagentes, & erubescant de his quæ malè gesserant, volentes mihi noxia euenire.

AVERTANTVR STATIM.] ATHANASII. Qui de lapsu, qui mihi olim accidit, propter mortis damnationem gaudent.

HESY-

CATENA PATRVM. HESYCHII. *Statim*, id est illicò, & sine dilatione. Quos autem confestim vult erubescere? Qui dicunt, *Euge, euge*; id est irrisores, adulatores, impostores, qui tam quam bona, ea quæ noxia & mortalia sunt, suscipiunt. Verumtamen spiritales quidem inimicos erubescere dumtaxat & auerti, sed sensibiles illos cum festinatione auerti rogat: hi enim magis lubrici, vepote naturâ fratres, & eiusdem generis, & contribules.

Lubrici ßatim fugiendi.

THEODORI. Qui lætantur, inquit, in calamitatibus meis, lætitiam non consequantur. Nam istud *euge* solent homines pronuntiare, quando quidpiam iucundi siue ex voto accidit. Congruit autem hic Psalmus proposito beati Dauidis; atque ita in historia Regum cernitur pro semetipso deprecatus, & pro semetipso solicitus, non Absalomo imprecatus fuisse.

DIDYMI. Peccatum autem comitatur insensibilitas bonorum; propter quod cum voluptate & libertate sæpè malum committitur, iuxta illud, *Quorum gloria in confusione ipsorum*: ad quos Prophetia dicit: Erubescimini à gloriatione vestra: adfert enim opprobrium & interitum. Nam cùm erubuerint, cessabunt à malo, & consequenter bonum facient. Hos etiam nunc, cùm hostes sint, confundi postulat, memores eorum quæ gesserunt. Quærebant enim animam meam, vel ad similiter delinquendum, vel ad occidendum, si cum illis vnà non curreret ad defectionem, per quam à Deo alienantur. Propter ipsorum autem vtilitatem postulat, vt à cursu ad malum auertantur, atque etiam confundantur in his quæ desiderarunt ipsum etiam malum fieri, dicentes, *Euge, euge*; id est, comprehendemus te fugientem à nobis. Vide autem, quòd cùm malè volédi vis ijs adsit, damnum non inferunt, nisi Deus ipsis concesserit.

Philip. 3. 19. Bonum eß malos erubescere & confundi.

5. EXVLTENT ET LÆTENTVR.] THEODORI. Qui itaque, inquit, consilijs tuis fruuntur, lætentur, videntes malorum meorum cessationem. Pulchrè autem dixit qui quærunt Dominum, quibus res eius curæ erant; quoniam omnes qui rectitudinem curabant cum ipso faciebant, & conspirabant.

EVSEBII. Dauid orationem faciebat iusto conuenientem, quemadmodum omnes qui Deum quęrunt; quorum vnus erat etiam ipse:

ΗΣΥΧΙΟΥ. Παραυτίκα, τ[...]θέως, καὶ ἀναβολῆς χωρίς. Τίνας δὲ καταισχυνθῆναι βούλεται; τοὺς λέγοντας εὖγε· τουτέστι τοὺς ἐγγελῶντας, τοὺς κόλακας, τοὺς ἀπατεῶνας, τοὺς ἀποδεχομένους ἀγαθὰ τὰ βλαβερὰ καὶ θανάσιμα. Ἀλλὰ τοὺς μὲν νοητοὺς ἐχθροὺς καταισχυνθῆναι καὶ ἀποστραφῆναι μόνον, τοὺς δὲ αἰσθητοὺς διὰ ταχέως προσδέχεται· ὀλισθηρότεροι γὰρ οὗτοι, ὡς ἀδελφοὶ τῇ φύσει, καὶ ὁμογενεῖς, καὶ ὁμόφυλοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ ἐπιχαιρόμενοί, φησιν, ἐπὶ ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς, μὴ ἀπολαύσαιεν τῆς εὐφροσύνης. Τὸ γὰρ εὖγε ἔθος ἐστὶ λέγειν τοῖς ἀνθρώποις, ὅταν τινὸς τύχωσι τῶν καθ' ἡδονήν. Πρέπει δὲ τῇ ὑποθέσει τῇ μακαρίου Δαβὶδ ὁ ψαλμός· οὕτως φαίνεται ἐν τῇ τῶν βασιλειῶν ἱστορίᾳ ἑαυτοῦ ὑπερευξάμενος, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδάσας, οὐ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ κατευξάμενος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἕπεται δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ ἀναισθησία καλῶν· διὸ σὺν ἡδονῇ καὶ παρρησίᾳ πολλάκις πράττεται τὸ κακὸν, κατὰ τό, Ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν· πρὸς οὓς ἡ προφητεία φησίν· Αἰσχύνθητε ἀπὸ καυχήσεως ὑμῶν· φέρει γὰρ ψόγον τε καὶ ἀπώλειαν. Αἰσχυνθέντες γὰρ, πεπαύσονται τοῦ κακοῦ, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀκολούθως ποιήσουσιν. Οὓς καὶ νῦν ἐχθροὺς ὄντας ἐντραπῆναι προσδέχεται, μνησθέντας ὧν διεπράξαντο. Ἐζήτησαν γάρ μου τὴν ψυχήν, ἢ πλημμελεῖν ὁμοίως [...] κτεῖναι, μὴ συντρέχουσαν αὐτοῖς εἰς [...] καθ' ἣν ἐκτὸς εἰσὶ τοῦ Θεοῦ. Τοῦ δὲ δρόμου ἀποστραφῆναι, διὰ τὸ συμφέρον αὐτῶν ἀξιοῖ, καὶ μὴν αἰσχυνθῆναι ἐφ' οἷς ἐβουλήθησαν καὶ αὐτοὶ γενέσθαι κακὸν, λέγοντες, εὖγε, εὖγε· τουτέστι, κρατήσομέν σου φεύγοντος ἀφ' ἡμῶν. Ὅρα δὲ, ὅτι μέχρι τοῦ βουληθῆναι, κακῶς δύναμιν ἔχουσι, τὴν βλάβην οὐ δρῶντες, εἰ μὴ Θεὸς αὐτοῖς ἐνδῷ.

ε. ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩΣΑΝ ΚΑΙ ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩΣΑΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ μέντοι φησὶ τῶν σῶν ἀπολαύοντες βουλευμάτων, εὐφρανθεῖεν, θεασάμενοι τῶν ἐμῶν κακῶν τὴν λύσιν. Καλῶς δὲ ζητοῦντας εἶπε τὸν κύριον, τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας· ἐπειδὴ ἅπαντες αὐτῷ συνέπραττον καὶ συνῄρχοντο οἱ τοῦ ὀρθοῦ ἐπιμελούμενοι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δικαίως πρέπουσαν εὐχὴν ἐποιεῖτο ὁ Δαβὶδ, ὡς ἅπαντες οἱ τὸν Θεὸν ζητοῦντες· ὧν εἷς ἦν καὶ αὐτός· ἀγαλ-

ἀγαλλιάσεως γὰρ καὶ εὐφροσύνης εἰκότως μετέχουσι τῶν ἐχθρῶν καταισχυνομένων. Οἱ δὲ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ λέγουσι, μεγαλυνθήτω ὁ κύριος· καὶ τοῦτο οὐχ εἰς ἅπαξ, οὐδὲ ἐν ἑνί ποτε καιρῷ, ἀλλὰ διαπαντὸς λέγουσιν, νικῶντος ἐν αὐτοῖς καὶ δι' αὐτῶν πᾶν τὸ τῶν πολεμίων γένος τοῦ Θεοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Σωτήριον τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς ὀνομάζεται· ἐν αὐτῷ γὰρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία πέπρακται. ὅθεν καὶ Συμεὼν ὑπολαβὼν τὸν Χριστὸν ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔλεγε, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. Οἱ τοίνυν τοῦτο ἀγαπῶντες τὸ σωτήριον, διαπαντὸς τὸν Θεὸν μεγαλύνουσι, τουτέστι δοξάζουσιν· ἐπεὶ τὰ εἴδωλα καταλιπόντες τὸν Θεὸν ἠγάπησαν, τὸν ὄντως σώζοντα καὶ λυτρούμενον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοῦτο δὲ τὸ σωτήριόν ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ αἴτιος αὐτοῖς αἰωνίου σωτηρίας ὤν. Τοῦτο τὸ σωτήριον ὄψεται πᾶσα σάρξ.

ϛʹ. ΕΓΩ ΔΕ ΠΤΩΧΟΣ ΕΙΜΙ ΚΑΙ ΠΕΝΗΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τουτέστιν, εὐτελὴς καὶ μικρός· καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα τῆς σῆς δεόμενος βοηθείας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μεγάλου βασιλεύων ἔθνους ὁ Δαβὶδ καὶ πλουσιώτατος ὤν, ᾔδει τὸ φάσκον λόγιον, Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτόν· καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. Διὸ σμικρύνων ἑαυτόν, καὶ τὸν πλοῦτον ὁρῶν τῆς χρηστότητος τοῦ Θεοῦ, πτωχὸν ἑαυτὸν καὶ πένητα διὰ τῶν προκειμένων καλεῖ· καὶ ἀρχόμενος δὲ τοῦ λόγου, πλοῦτον, καὶ βασιλείαν, καὶ παντὸς ἔθνους βοήθειαν, ὡς ἀνόνητα παριδών, ἔτι δὲ καὶ τὴν αὐτῷ παρηθεῖσαν δικαιοσύνην, τὴν παρὰ μόνου τοῦ Θεοῦ βοήθειαν ἐκζητεῖ. Πολλῶν δὲ βασκαινόντων αὐτοῦ τῇ ψυχικῇ σωτηρίᾳ, τῆς παρὰ Θεοῦ δεῖσθαι μόνης βοηθείας ὁμολογεῖ, ἧς μὴ τυχών, ἔρημος καὶ ἀσθενής, καὶ ὅπερ ἐστὶ θνητὸς ἐλεγχθήσεται.

ζʹ. ΒΟΗΘΟΣ ΜΟΥ ΚΑΙ ΡΥΣΤΗΣ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σὲ δὴ βοηθὸν ἐπιγράφομαι· ὥστε δίκαιον μὴ βραδῦναι τὴν χάριν, καὶ διὰ τὰς συμφορὰς καὶ διὰ τὴν εἰς σὲ ἐλπίδα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὅτε γὰρ πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἐκπέσωμεν, τότε τὸν Θεὸν ἀντὶ πάντων εὑρήσομεν. Ἴσως δὲ καὶ ἐκ προσώπου ταῦτα τοῦ λαοῦ τῶν ἐθνῶν διαλέγεται· ᾧ καὶ πᾶς ὁ ψαλμὸς πρέπει· παρακαλοῦντος καὶ

iure merito enim exultationis & lætitiæ participes fiunt, cùm hostes fuerint confusi. Qui verò diligunt salutare Dei meritò dixerunt, *Magnificetur Dominus*: & hoc modo non semel, nec vno dumtaxat tempore, sed perpetuò dicere possunt, Deo in ipsis & per ipsos omne genus hostium superante. CATENA PATRVM.

HESYCHII. Salutare Patris nuncupatur Christus: in ipso enim generis humani salus facta est. Vnde & Simeon Christum in vlnas excipiens dixit, *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundùm verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Qui igitur salutare hoc diligunt, semper Deum magnificant, id est glorificant; quoniam relictis idolis Deum dilexerunt, qui verè Saluator est ac Redemptor. *Christus est salutare Patris.* Lucæ 2,29.

DIDYMI. Porrò hoc salutare Christus est, qui ipsis æternæ salutis auctor existit. Istud salutare videbit omnis caro.

6. EGO VERO EGENVS ET PAVPER SVM.] THEODORI. Id est, vilis & pusillus; atque idcircò maximè indigus auxilij tui.

EVSEBII. Cùm Dauid magnæ genti imperaret, atque ditissimus existeret, sciebat oraculum dicere, *Quantò maior es, tantò magis te humilia; & coram Deo inuenies gratiam.* Propterea extenuans semetipsum, & diuitias videns benignitatis Dei, egenum se & pauperem in propositis nuncupat: quin etiam inchoans orationem, diuitias, & Regnum, & vniuersæ gentis præsidium, atque insuper iustitiam, quæ ipsi suppetebat, tamquam nullius momenti despiciens, à solo Deo auxilium requirit. Cùm autem multi saluti animæ eius inuiderent, confitetur se solo Dei auxilio indigere, quo nisi potiretur, se desertum & imbecillem, &, vti est, mortalem arguendum. Eccli. 3,20. *Dauid vbique se extenuat.*

7. ADIVTOR MEVS ET LIBERATOR MEVS ES TV.] THEODORI. Te nimirum adiutorem inscribo; ita vt æquum sit gratiam istam non differri, cùm propter calamitates tum propter spem meam in te.

HESYCHII. Quando enim omni humanâ ope exciderimus, tunc Deum pro omnibus reperiemus. Fortassis verò etiam ex persona populi Gentium hæc edisserit; cui etiam totus hic Psalmus conuenit; Christo nimirum *Ope humanâ destitutos Deus iuuat.*

CATENA PATRVM. inuocante & accelerante auxilium, atque spiritales inimicos, scilicet dæmonas, qui longo tempore tyrannicè nos oppresserant, confundi postulante. Hic populus egenus & pauper est: egenus quidem propter peccatum, pauper verò propter impietatem.

EIVSDEM. Adiutor, tamquam fortis liberator, vt qui semetipsum paruo tempore pro nobis in pignus morti dederit, vt captiuitatem nostram redimeret. *Ne tardaueris.* Infirmus enim ab omnibus Medicis depositus est. Propter quod etiam Habacuc dicit: Adhuc modicum, *quia veniens veniet, & non tardabit;* Saluatoris aduentum accelerans. Habac. 2, 3.

Iusti Deum confitentur. EVSEBII. Confitentur enim iusti Deum in ipsis & per ipsos omnem hostem superasse. Postulat autem ista, ac si laborem haberet quærendo Dominum: verumtamen auxilium eius obtinentibus fit exultatio, dum optant in se perfici cognitionis eius magnitudinem: atque salutis eius experimentum capientes, laudabunt Christum Dei; quem salutis auctorem esse videbit omnis caro. In quibus petit salutem minimè differri, ne magnum aliquod sustineat detrimentum; vtpote diuinæ opis scuto tectus.

ἐπιταχυνόντος τῦ Χριςῦ τὴν βοή[illegible] καταισχυνθῆναι τὰς νοητὰς ἐχθρού[illegible] τὰς δαίμονας, πολὺν τυραννήσαντα[illegible] καθ' ἡμῶν ἐκκαθίσαντες. Οὗτος ὁ λαὸ[illegible] καὶ πένης· πτωχὸς, διὰ τὴν ἁμαρτί[illegible] πένης διὰ τὴν ἀσέβειαν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Βοηθὸς, ὡς ἰχυρὸς ῥύςης, ὡς αὐτὸς ἐπιχειρῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ θανάτῳ πρὸς μικρὸν, ὥστε ῥύσασθαι τὴν ἡμετέραν αἰχμαλωσίαν διδόμενος. μὴ χρονίσῃς. ἀπέγνωσται γὰρ παρὰ πάντων ἰατρῶν ὁ ἄρρωςος. Διόπερ καὶ ὁ Ἀμβακοὺμ λέγει· ἔτι μικρὸν, ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ· τὴν σωτῆρος ἐπιταχύνων τὴν ἄφιξιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐξομολογοῦνται γὰρ οἱ δίκαιοι τῷ Θεῷ νικήσαντες ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ, πάντα πολέμιον. Αἰτεῖ δὲ ταῦτα, [illegible] πόνον ἔχοντες τῷ ζητῆσαι τὸν κύριον· πλὴν [illegible] τυχοῦσι δ' ἐξ αὐτοῦ βοηθείας ἀγαλλίασις γίνεται, εὐχομένοις τῆς αὐτοῦ γνώσεως ἐν αὐτοῖς [illegible] μέγεθος· καὶ πεῖραν λαβόντες τῆς αὐτοῦ σωτηρίας, ὑμνήσουσι Χριςὸν τῦ Θεῦ· ὃν αἴτιον τῆς σωτηρίας ὄψεται πᾶσα σάρξ. Ἐφ' οἷς αἰτεῖ μὴ χρονίσαι τὴν σωτηρίαν, ἵνα μὴ μεγάλην ἀπενέγκηται βλάβην· ὡς ὅπλῳ τῇ τῦ Θεῦ βοηθείᾳ σκεπόμενος.

ANNOTATIONES CORDERII.

IN hoc titulo apud Hebræos habentur tantùm illa verba *In finem Dauid, in rememorationem;* Septuaginta autem maioris explicationis gratiâ addiderunt sequentia, *quòd saluum me fecit Dominus.* Inscribitur autem hic Psalmus *in rememorationem*, quia nimirum valet ad iuuandam memoriam; & omnino dignus est qui frequentissimè repetatur, tum ad opem diuinam impetrandam, tum ad beneficia à Deo accepta recolenda. Argumentum autem Psalmi idem est quod Psalmi trigesimi noni; cuius sex vltimi versiculi sunt ijdem cum sex vltimis versiculis huius Psalmi.

2. *Deus in adiutorium meum intende.*] Hic versiculus in Ecclesia Catholica celeberrimus est: ab eo enim incipiunt Officia diuina omnium Horarum Canonicarum: de quo pulchrè Cassianus Collatione 10. cap. 10. *Hic namque versiculus,* inquit, *non immeritò de toto Scripturarum excerptus est instrumento: recipit enim omnes affectus, quicumque inferri humanæ possunt naturæ; & ad omnem statum atque vniuersos incursus propriè satis & competenter aptatur: habet siquidem aduersus vniuersa discrimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ confessionis, habet sollicitudinis ac timoris perpetui vigilantiam, habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis semperque astantis præsidij,* &c. Vbi vsque ad finem capitis multiplices huius versiculi vsus vtilitatesque

Multiplices huius versiculi vtilitates.

tantâ orationis copiâ & splendore prosequitur, vt nihil addi posse videatur. Hinc in expositione huius Psalmi, *Hunc,* quit, *facundissimus Cassianus in decima ... ne, plurima de eius vtilitate disserens ... more concelebrat, vt quidquid Monachi ... rint, siue huius versiculi trina iteratione ... choent; quem repetitâ sæpiùs laude congeminans, ... nimis vtilem esse probat eius memoriam.* Vt igitur eius doctrinæ summam cum Gazæo breuiter perstringamus; Valet in primis ille versiculus ad omnes pios affectus excitandos; vnde *formulam pietatis* nuncupat: Secundò, ad omnes tentationes superandas aut repellendas: quâ ratione murus inexpugnabilis, lorica impenetrabilis & munitissimus clypeus meritò dicendus est: Tertiò, aduersus omnes animi morbos, id est prauas inclinationes, vitiorum præsertim carnalium titillationes, irritamenta, pericula occasionesque peccatorum quasi alexipharmacum est: Quartò, aduersus nocturnas dæmonum illusiones & infestationes, &c. Denique valet ad perpetuam Dei memoriam retinendam, ad iugem & assiduam orationem facilè & sine molestia tenendam. Proinde assiduè in omni loco & tempore iugiter mente & ore versandus ac repetendus est hic versiculus; tunc autem maximè, quando orandus est Deus. Ecclesia mater nostra ita quidem censet; quæ semper orationem suam non ab alio, quàm ab hoc versiculo incipit: Horas namque, vti diximus;

Ab hoc versu semper auspicanda est oratio.

ximus, Canonicas soluturi, se in præsentia venerabilis Sponsi constituunt: deinde humili dispositione seu habitudine corporum quasi illum adorant; & statim sic anchoat, *Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.* Ad quid in exordio orationis auxilium petit? vtique ad orandum. Ad quid festinationem huius auxilij requirit? Ad purè deprecandum: ne scilicet initium orationis & laudis diuinæ quæ iam instat, aliquâ irreuerentiâ aut inani cogitatione polluatur. Meritò igitur Ecclesia principium orationis hunc versiculum facit, & ad eamdem orationem armis huiuscemodi inuocationis se

Lucæ 11, 1. munit. Apostoli dixerunt, *Domine doce nos orare*: idem dicendum ac postulandum est nobis, vt ab eo orare doceamur. In Paulo quoque legi-

Rom. 8, 26. mus, *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus*. Orandus est igitur Spiritus Dei, vt hanc nostram ignorantiam tollat, & de modo orandi ac de rebus postulandis nos instruat: quod Ecclesia prædicto versiculo quasi præparatoriâ præfatiunculâ facit.

David etiam post victoriam Dei opem implorat.

IBIDEM. *Domine ad adiuuandum me festina.*] Quæ verba, si titulum Psalmi spectes, dicta fuere à Dauide, vbi deuictis hostibus pace fruebatur & quiete: etenim ait titulus, *In rememorationem, quòd saluum fecerit eum Dominus.* Itaque post hostes confractos, post salutem obtentam, adhuc timet Dauid saluti suæ, adhuc hostilem persecutionem metuit, in qua periret, nisi Deus auxilium festinet. Quod hoc periculum

Praua exempla plus nocent quàm hostes.

Dauidis? Euanuerant hostes, sed ob oculos versabantur Palatini in vitia ruentes: præ oculis erat popularium in voluptates consensus: à quibus grauius & certius periculum timebat sibi Dauid quàm ab hostibus, nisi manus diuina festinaret fulcimentum. Non adeò extimescendus est crudelium hostium conflictus, quàm hominum in peccata ruentium scandala: non adeò damnosa tyrannorum sæuities, quàm labentium exempla

Matth. 18. praua. Hinc Dominus ait, *Væ mundo à scandalis*: non dixit, Væ mundo à bellis, nec, Væ mundo à tyrannis: vtpote nocentiora mundo scandala quàm tyrannorum sæuitiem indicabat.

3. *Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.*] Hoc nimirum ait aduersus adulatores, qui suis assentationibus animam quærunt & occidunt; vti pulchrâ similitudine D. Antonius Abbas Serm. 52. de Adulatione in To-

Adulatores coruis similes.

mo 5. Bibliothecæ Patrum declarat: *Quemadmodum*, inquit, *corui cadauerum oculos effodiunt, sic adulatores suis laudibus hominum animos corrumpunt*. Celebris olim erat inter Ethnicos fabula de Actæone, quem dicebant à suismet canibus deuoratum; iuxta illud Ouidianum,

Præda suis canibus non minùs ille fuit.

Ad hanc alludens D. Maximus Serm. 2. de Adu-

Adulatores Reges necant.

latione: *Quemadmodum*, inquit, *Actæon à canibus, quos alebat, interfectus est; ita Reges ab adulatoribus, quos nutriunt, deuorantur*. Quid igitur adulatore truculentiùs fingi potest, qui ne altricibus quidem sui manibus mitis ac facilis existit? Vnde non immeritò Diogenes interrogatus, quodnam animalium pessimè morderet; *Ferorum*, inquit, *calumniator, cicurum autem adulator*. Imò D. Chrysostomus Homilia 88. in

[illegible] est adulari [illegible] vituperare.

Matthæum versus finem, *Si*, inquit, *aduersus nonnullos decet, adulatores magis quàm contu-*

[illegible] Maior enim ex ad- [illegible] *ne festi-* [illegible] [illegible] David tanquam ex [illegible] cui à te [illegible] & contra eosdem [illegible]

DE NOTATIO- [illegible]

4. *Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, euge.*] Vbi D. Augustinus, *Duo*, inquit, *sunt genera persecutorum, vituperantium & adulantium. Plus persequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris.* Et [illegible] addit, sicut in persecutione caminus est [illegible] illud, *Tamquam aurum in fornace probauit illos*; ita esse & in adulatione; iuxta illud, *Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum; sic probatur homo ore laudantis.* Ignis ille (inquit Augustinus) & ignis ille: de vtroque te saluum oportet exire. S. Bernardus id dexterrimè faciebat, Epist. 92. ad Rainaldum sic scribens: *Aduersus*, inquit, [illegible] *adulatores istos me duobus munio: confixus versiculis: contra maleuolos quidem priorem*, Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala; *contra beneuolos autem proferens sequentem*, Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi, Euge, euge. *Quod tamen*, inquit, *ne putetur in quoscumque aduersarios à me quandoque [illegible] maledictio vel imprecatio, exponere debeo qualiter intelligam. Precor nimirum, vt quicumque existimant de me supra quod vident in me, aut audiunt aliquid ex me, [illegible] laudibus meis, [illegible] filiant, & pedem retrahant. Qu[illegible] dumque videlicet cognoscimus plenius quam [illegible] derantes laudant, [illegible] consequenter [illegible] vel errorem suum vel amoris dispensationem. Et hoc modo vtrumque [illegible] & isti scilicet qui volunt mihi mala, & [illegible] adulatoriè commendant, & hi qui innocenter, tamen nocent, dum beneuolè quidem, sed nimiè laudant,* Auertantur retrorsum & erubescant: *hoc est, [illegible] & absens [illegible] appaream, quatenus pudeat eos talem ita laudasse, & sic desinant tam indiscretè laudare.* Audiamus etiam Hugonem adulationis damna ad hunc locum obseruantem, & opportunum remedium suggerentem. Sic enim ait: *Notandum, quod quando orauit [illegible] confusione apertè persequentium, tempus non determinauit, sed simpliciter dixit: [illegible]* [illegible]: *quando autem orauit pro conuersione adulantium, addidit* statim: *in quo notatur, quod [illegible] debemus desiderare liberari ab adulantibus, quam à persequentibus, quia periculosior est nobis [illegible] adulatoris quam aperti [illegible]: & licet* Euge *dicatur [illegible]; est enim irrisorum, applausorum, admirantium, commendantium, & adulatorum: hoc omnibus [illegible]* Hæc ille, docens & monens maturandam esse fugam, amputandos pedes, & à nobis proiiciendos adulatores.

Qui adulantur [illegible]

[illegible]

S. Bernardus [illegible] adulatores [illegible]

6. *Ego verò egenus & pauper sum, &c.*] Vtramque paupertatem duo promittit, & solicitudinem patris ad sustentandum; quo quid ditius? & adiutorium potentis ad protegendum; quo quid tutius? Nemo erit (vt opinor) æquus rerum æstimator tam insipiens, qui has paupertatis expertas & hoc adiutorium mendicitatis non in magno pretio habeat, & cunctis huius sæculi diuitijs & potentiæ non præferat.

Paupertas [illegible] laudes Dei [illegible] & [illegible]

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMUM LXX. ARGUMENTUM.

** Vulgata Psalmus Dauid.*

1. * Ipsi Dauid Psalmus, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

Sine titulo apud Hebræos.

Vera est inscriptio. Hic Psalmus enim est pro captiuitate datus à Dauide filijs Ionadab, qui Psalmorum modulatores erant, ad canendum, & instruendum populum. Non solùm autem continet precationem, quâ petant à calamitatibus liberari, neque narrationem malorum quæ perpessi sint, sed etiam promissionem in nouissimis redeundi, vt non tantùm non animum despondeant, sed etiam spe rerum meliorum recreentur. Ceterùm filij Ionadab pij erant & iusti; quibus etiam Deus testimonium præbuit per Ieremiam, quando vinum oblatum non bibebant propter mandatum spirituale; illos quidem hominum quoque mandata obseruasse, Iudæos verò Dei ipsius præcepta contempsisse; propter quæ etiam prima captiuitas sub Chaldæis contigit. Propriè autem fuerit prima illa captiuitas à Propheta prædicta, tametsi dissentiant illi de circumcisione, atque inscriptionem hanc non admittant; eò quòd insinuet dispensationem antiquæ hominis transgressionis, per quam in mortis incidit captiuitatem; ad quem Christus etiam per passionem in hanc abyssum descendit, vt eum reduceret, sibiq; coniungeret. Sicut enim in Adam omnes mortui sumus; ita in Christo sumus viuificati.

Filij Ionadab erant cantores.

erant pij & iusti.

Quæ fuerit prima captiuitas.

1. Cor. 15, 22.

α'. Τῷ Δαβὶδ ψαλμός, υἱῶν Ἰωναδὰβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Ἀληθὴς ἡ ἐπιγραφή. Ὑπὲρ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ἐστὶν ὁ ψαλμὸς δοθεὶς παρὰ τοῦ Δαβὶδ τοῖς υἱοῖς Ἰωναδὰβ, ψαλτῳδοῖς οὖσιν, εἰς τὸ ᾄδειν, καὶ διδάσκειν τὸν λαόν. Ἔχει δὲ οὐ μόνον δέησιν τῆς ἀπαλλαγῆς τῶν συμφορῶν, οὐδὲ διήγησιν ὧν πεπόνθασι κακῶν, ἀλλ' ἐν τελευταίοις καὶ ἐπαγγελίαν τῆς ἐπανόδου, ἵνα μὴ μόνον τὰ κακὰ μανθάνοντες μὴ ἀπογνῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν χρηστοτέρων παρακαλῶνται. Οἱ δὲ υἱοὶ τοῦ Ἰωναδὰβ εὐλαβεῖς ἦσαν καὶ δίκαιοι· οἷς καὶ ὁ Θεὸς ἐπεμαρτύρησε δι' Ἱερεμίου, ὅτι προσενεχθέντα τὸν οἶνον οὐκ ἔπιον διὰ τὴν πνευματικὴν ἐντολήν· ὅτι ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἀνθρώπων ἐτήρησαν ἐντάλματα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν· ἐφ' ὧν δὴ καὶ ἡ πρώτη αἰχμαλωσία ὑπὸ Χαλδαίων γέγονε. Κυρίως δὲ εἴη ἂν πρώτη αἰχμαλωσία ἡ τῷ προφήτῃ θεσπιζομένη, κἂν ἀντιφέρωνται οἱ ἐκ περιτομῆς, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν οὐ προσδέχωνται· διὰ τὸ τὴν οἰκονομίαν σημαίνειν τῆς πάλαι τοῦ ἀνθρώπου παραβάσεως, δι' ἣν τῷ θανάτῳ αἰχμάλωτος γέγονε· πρὸς ὃν καὶ Χριστὸς κατέβη διὰ τοῦ πάθους εἰς τὴν ἄβυσσον ταύτην, ἵνα αὐτὸν ἀναγάγῃ, καὶ συναγάγῃ ἑαυτῷ. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθάνομεν· οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ ἐζήσαμεν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum.

In te, inquit, solo habemus exspectationem, non in idolis; ne itaque à spe excidamus.

2. In iustitia tua libera me, & eripe me.

Nam Babylonij nos iniustè oppresserunt.

Inclina ad me aurem tuam, & salua me.

Id est, Cura vt orationem meam audias,

Ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα, μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἐπὶ σοί, φησι, μόνῳ τὴν προσδοκίαν ἔχομεν, οὐκ ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις· μὴ οὖν ἐκπέσοιμεν τῆς ἐλπίδος.

β'. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με.

Οἱ γὰρ Βαβυλώνιοι ἀδίκως ἡμᾶς.

Κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου, καὶ σῶσόν με.

Τουτέστι, φρόντισον ἀκοῦσαί μου τῆς προσευχῆς,

καὶ

καὶ σῶσαί με· ἐκ μεταφορᾶς τῶν κλινόντων τὸ οὖς, ὅτε τι σπουδαίως ἀκούειν βούλονται.

γʹ. Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν,

Ἵνα πολεμεῖν τοῖς ἐχθροῖς χωρὶς κινδύνων δυνώμεθα.

Καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με·

Ἵνα ὅταν ἀσθενήσωμεν, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας γενώμεθα.

Ὅτι στερέωμά μου, καὶ καταφυγή μου εἶ σύ.

Ἡ στερρότης, ἡ ἰσχὺς, ἡ ἀπὸ τῶν κακῶν καταφυγὴ, πάντα μοι σύ.

δʹ. Ὁ Θεός μου ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος·

Οὕτως καλεῖ τοὺς Βαβυλωνίους.

εʹ. Ὅτι σὺ ἡ ὑπομονή μου κύριε·

Σὲ γὰρ ἔχω προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα τῆς βοηθείας.

Κύριε ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου.

Νεότητα τοῦ λαοῦ καλεῖ τὴν ἀπὸ τῶν αἰγυπτίων ἐλευθερίαν· ἐξ οὗ, φησιν, ἔχον ἐπὶ σοὶ τὰς ἐλπίδας.

ϛʹ. Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρός· ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής.

Ἀντὶ τοῦ, ἐκ προγόνων σὲ εἶχον βοηθόν. Καὶ γὰρ ἐγεννήθην ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς, οὐκ εἰς ἄλλον θεὸν ἐλπισάντων, ἀλλ' εἰς σὲ τὸν μόνον θεόν.

Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός·

Οὐδὲ γὰρ ἄλλον, φησὶ, θεὸν ἡγούμεθα, ἢ ὑμνήσαμεν, οὔτε ἐγὼ, οὔτε οἱ πρόγονοί μου, εἰ μὴ σέ. Τοῦτο γὰρ λέγει τὸ διαπαντός.

ζʹ. Ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς· καὶ σὺ βοηθός μου κραταιός.

Καὶ νῦν, φησιν, ἐπεὶ εἰς τοσοῦτον ἦλθομεν, ὡς ἀποτρόπαιος τοῖς ὁρῶσι νομίζεσθαι· δεῖξον τὰ συνήθη, ὅτι σύ μοι εἶ βοηθὸς κραταιός.

& me serues: ex translatione eorum qui aurem inclinant, quando aliquid diligenter audire volunt. PARAPHRASIS ANONYMI. Inclinatio aurium effigiem ad studiosam.

3. Esto mihi in Deum protectorem, Vt cum inimicis absque periculis bellum gerere possimus. Petit Dei protectionem.

Et in locum munitum; vt saluum me facias:

Vt cùm infirmati fuerimus, in Dei protectione simus.

Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.

Firmitas, fortitudo, refugium à malis, hæc omnia mihi tu es.

4. Deus meus eripe me de manu peccatoris, de manu contra legem agentis & iniqui:

Sic appellat Babylonios.

5. Quoniam tu es patientia mea Domine:

Te enim habeo expectationem & spem auxilij.

Domine spes mea à iuuentute mea.

Populi iuuentutem vocat liberationem ab Ægyptijs; ex quo, inquit, in te spem collocaui. Quid appellet populi iuuentutem.

6. In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.

Id est, Ex maioribus te habui adiutorem. Siquidem natus sum ex patre & matre, qui non in alium Deum sperauerunt, sed in te solum Deum.

In te cantatio mea semper:

Non enim alium, inquit, Deum nouimus, vel celebrauimus, neque ego, neque maiores mei, nisi te. Hoc enim dicit *semper*.

7. Tamquam prodigium factus sum multis: & tu adiutor fortis.

Et nunc, inquit, cùm in tantum infirmatus sim, vt videntibus censear auersandus; ostende, vti soles, te meum esse fortem adiutorem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Rogat vt hymnorum habeat occasionem.

8. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam; totâ die magnitudinem tuam.

Præbe igitur, inquit, Domine hymnorum plurimorum occasiones ori meo, & rerum plurimorum narrationibus bonorum quæ à te consecutus sum, vt semper hoc faciam.

9. Ne proijcias me in tempore senectutis; cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quid vocet populi senectutem.

Quemadmodum iuuentutem appellat exitum populi de Ægypto, ita senectutem vocat captiuitatem in Babylone; ita vt plurimum temporis medij intercederet, quo rogat pristinâ frui prouidentiâ.

10. Quia dixerunt inimici mei mihi; & qui custodiebant animam meam, consilium fecerũt in vnum,

11. Dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.

Istud *inimici mei mihi*; id est, inimici mei dixerunt contra me: istud verò, *qui custodiebant animam meam*; id est, qui obseruabant quomodo me è medio tollerent. Hi, inquit, omnes, cogitantes, quòd me dereliqueris, & nullam ampliùs mei rationem facias, vehementiùs mihi instant, omnimodum mihi interitum machinantes.

12. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.

At illi, inquit, hæc consultant, & consultantes faciunt. Tu ipse autem, inquit, Domine ne tardaueris, neque remissum auxilium præbe, sed sedulum.

Petit vt inimici confundantur.

13. Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ:

Ex hoc enim, inquit, pudorem recipiunt illi qui mala faciunt animæ meæ: nam *detrahentes* pro maleficis dicit. & manifestiùs id ipsum reddens, subiungit:

η'. Πληρωθήτω τὸ στόμα [μου] αἰνέσεως, ὅπως ὑμνήσω τὴν δό[ξαν] σου· ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου.

Παράσχου οὖν, φησι, δέσποτα ἀφορμὰς ὕμνων πολλὰς τῷ στόματί μου, καὶ πλήρωσόν με διηγημάτων ὧν ἔτυχον παρὰ σοῦ καλῶν, ἵνα διηνεκῶς τοῦτο ποιῶ.

θ'. Μὴ ἀπορρίψῃς με εἰς καιρὸν γήρως· ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν ἰσχύν μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με.

Ὥσπερ νεότητα καλεῖ τοῦ λαοῦ τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου, οὕτω γῆρας καλεῖ τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν εἰς Βαβυλῶνα· ὡς πλείστου χρόνου διαδραμόντος ἐν μέσῳ, καθ' ὃν ἀξιοῖ τῆς προτέρας κηδεμονίας τυχεῖν.

ι'. Ὅτι εἶπον οἱ ἐχθροί μου ἐμοί· καὶ οἱ φυλάσσοντες τὴν ψυχήν μου, ἐβουλεύσαντο ἐπὶ τὸ αὐτὸ,

ια'. Λέγοντες· ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτὸν, καταδιώξατε, καὶ καταλάβετε αὐτὸν· ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ῥυόμενος.

Τὸ οἱ ἐχθροί μου ἐμοί· ἀντὶ τοῦ, οἱ ἐχθροί μου εἶπον κατ' ἐμοῦ· τὸ δὲ, οἱ φυλάσσοντες τὴν ψυχήν μου· ἀντὶ τοῦ, οἱ παρατηροῦντες [illegible] με ἀνέλωσιν. Οὗτοι, φησι, πάντες, [illegible] ὅτι ἐγκατέλιπές με, καὶ λόγον οὐ[illegible] οὐδένα, σφοδρότερον ἐπιτίθενται [illegible] μοι, παντελῆ μου τὴν ἀπώλειαν πραγματευόμενοι.

ιβ'. Ὁ Θεός μου μὴ μακρύνῃς ἀπ' ἐμοῦ· ὁ Θεός μου εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες.

Ἀλλ' ἐκεῖνοι, φησι, ταῦτα βουλεύονται, καὶ βουλευόμενοι πράττουσιν. Αὐτὸς δὲ, φησι, δέσποτα μὴ βραδύνῃς, μηδὲ ἠμελημένην βοήθειαν παράσχῃς, ἀλλὰ καὶ σπουδαίαν.

ιγ'. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου·

Ἐκ τούτου γάρ, φησιν, αἰσχύνην λαμβάνουσι τὰ κατ' ἐκείνους οἱ κακοποιοῦντες τὴν ψυχήν μου· τὸ γὰρ οἱ ἐνδιαβάλλοντες ἀντὶ τοῦ οἱ κακοποιοῦντες λέγει. καὶ σαφέστερον αὐτὸ ποιῶν, ἐπάγει·

Περι-

Περιβαλλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν, οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι.

Ἄπρακτοι γὰρ ἐκ τούτου μένοντες ἐκεῖνοι, αἰσχύνην περιβάλλονται.

Operiantur confusione & pudore, qui quærunt mihi mala. PARAPHRASIS ANONYMI.

Ipsi enim ex hoc frustrati manentes, pudore suffunduntur.

ιδ΄. Ἐγὼ δὲ διαπαντὸς ἐλπιῶ ἐπὶ σέ· καὶ προσθήσω ἐπὶ πᾶσαν τὴν αἴνεσίν σου.

Βεβαιοῦμαι δὲ ἐγώ, φησι, εἰς τοῦτο ἐλπίζειν ἐπὶ σὲ, καὶ εἰς τοῦτο προστεθῆναι τοῖς ὕμνοις σου.

14. Ego autem semper sperabo * in te: & adijciam super omnem laudem tuam. * Vulgata omnem in te

Ego autem, inquit, in hoc confirmor, vt in te sperem, & ad hymnos tuos animum adijciam.

ιε΄. Τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου· ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν σωτηρίαν σου.

Οὐ γὰρ παύσεται, φησι, τὸ στόμα ἀνυμνοῦν σε· καὶ διαπαντὸς τὰ τῆς σωτηρίας τῆς σῆς, ὑπάρξαντα ἡμῖν διηγούμενος οὐ παύσομαι.

15. Os meum annuntiabit iustitiam tuam; tota die salutare tuum.

Non enim cessabit, inquit, os meum laudare te; & numquam desinam narrare salutaria, quæ à te nobis obtigerunt.

Ὅτι οὐκ ἔγνων γραμματείας,

ιϛ΄. Εἰσελεύσομαι ἐν δυναστείᾳ κυρίου·

Γραμματείας καλεῖ τὰς ψήφους καὶ τοὺς ἀριθμούς· ἀπὸ τοῦ τοὺς γράμματα εἰδότας (τούτους γὰρ καλεῖ γραμματικούς) καὶ ψηφίζειν, καὶ γράφειν. Βούλεται οὖν εἰπεῖν· Ἐπειδὴ οὐδὲ ψηφίσαι, οὐδὲ ἀριθμῆσαι δύναμαι τὰ ἀγαθὰ τὰ ὑπάρξαντά μοι, ἐντὸς ἐμοῦ τὰς σὰς εὐεργεσίας πάσας τῇ μνήμῃ ποιήσω. ὅθεν ἐπιφέρει·

Quoniam non cognoui literaturam,

16. Introibo in * potentia Domini: * Vulgata potentias

Literaturam vocat calculos & numeros; eò quòd hi qui litteras norunt (hos enim litteratos vocat) & calculos subducant, & scribant. Vult igitur dicere: Cùm neque calculis subducere, neque numerare valeam bona quæ mihi obtigerunt, intra memetipsum omnia beneficia tua memoriâ recolam. vnde subiungit: Quid vocet literaturam.

Κύριε μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου.

Τουτέστι, τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς αἰχμαλωσίας.

Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.

Id est, libertatis è captiuitate.

ιζ΄. Ὁ θεὸς ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου· καὶ μέχρι νῦν ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου·

Καὶ οὐδὲν ξένον, φησὶ, ποιήσεις δέσποτα, νῦν μοι βοηθῶν, ἄνωθεν ἐξ Αἰγύπτου ἀρξάμενός μοι βοηθεῖν, καὶ ἐν γνώσει με πολλῇ καταστήσας τῶν τοιούτων εὐεργετημάτων. Μὴ οὖν διακόψῃς μοι, φησὶ, τὴν τοιαύτην βοήθειαν λοιπὸν ἐν τῷ γήρᾳ. ὅθεν ἐπιφέρει·

17. Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc * annuntiabo mirabilia tua: * Vulgata pronuntiabo

Et nihil noui, inquit, facies Domine, si nunc mihi auxilio fueris, cùm iam inde ex Ægypto cœperis mihi opitulari, & magnam mihi notitiam concesseris istiusmodi beneficiorum. Noli igitur, inquit, iam deinceps in senectute mihi tale subsidiũ subtrahere. vnde subiungit: Antiquorum memoris beneficiorum.

ιη΄. Καὶ ἕως γήρως καὶ πρεσβείου· ὁ θεός μου μὴ ἐγκαταλίπῃς με.

Ἀντὶ τοῦ, διαπαντὸς οὖν μένοις ὁ αὐτὸς περὶ ἐμὲ δέσποτα.

18. Et vsq; in senectam & senium: Deus * meus ne derelinquas me. * Vulgata omittit meus

Id est, Semper igitur idem mane erga me Domine.

Ἕως ἂν ἀπαγγελῶ τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ·

Donec annuntiẽ brachium tuum omni generationi quæ ventura est.

Id

PARAPHRASIS ANONYMI.

Id est, Adiuua me etiam nunc, vti soles, vt accepto tempore nactem fortitudinem tuam, & cum quanta virtute iustissimam nobis ab hostibus liberationem concesseris. vnde subdit:

19. Potentiam tuam, & iustitiam tuam

Vt ostendat Babylonios iniustè ipsos detinere.

Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia:

Etenim, inquit, haud minora sunt miracula quæ præcesserunt, quàm sit illud, quod modò fit; siquidem à calamitatibus liberemur; verùm etiam maiora & omni cogitatione hominum sublimiora.

Deus quis similis tibi?

Et nihil mirum est, inquit, si magna ostenderis; siquidem non habes tui similem.

20. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterùm reduxisti me:

Atque tribulationibus magnis implicas quos vis, & mirabiliter iterùm ipsos liberas quando volueris; quasi ex ipsomet terræ fundamento reducens. Hoc quidem, inquit, in omnibus hominibus ostendis; ceterùm mihi, inquit, etiam ampliùs præbes. vnde subiungit:

21. Multiplicasti * super me magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me,* & de abyssis terræ iterùm reduxisti me.

* Vulgata non habet super me

* Hæc etiam absunt à Vulgata.

Quam ob causam, inquit, vberiorem erga me præ ceteris hominibus prouidentiam ostendis. subiungit:

22. Nam & ego confitebor tibi * in populis Domine,

* Absunt à Vulgata. Promittit se Deum laudaturum.

Quoniam ego, inquit, tamquam tibi familiaris, in confidentia etiam pro omnibus laudo te, vtpote qui te solum Deum colam.

In vasis Psalmi veritatem tuam: Deus

Et facimus, inquit, hymnos iuxta legitima, vtens instrumentis ijs quæ præcepisti.

Ἀντὶ τοῦ, Βοήθησόν μοι καὶ νῦν ὡσαύτως, ἵνα λαβὼν καιρὸν διαγωνίσωμαί σου τὴν ἰσχύν· καὶ μεθ' ὅσης δυνάμεως δικαιοτάτην τῶν πολεμίων ἐχαρίσω τὴν ἀπαλλαγήν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιθ'. Τὴν δυναστείαν σου, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου

Ἵνα δείξῃ Βαβυλωνίους ἀδίκως αὐτοὺς κατέχοντας.

Ὁ θεὸς ἕως τῶν ὑψίστων, ἃ ἐποίησας μεγαλεῖα·

Καὶ γάρ, φησιν, οὐκ ἐλάττονά ἐστι τὰ προλαβόντα θαύματα τοῦ νῦν γινομένου εἰς ἡμᾶς ἐὰν ἀπαλλαγῶμεν τῶν συμφορῶν· ἀλλὰ καὶ μεγάλα, καὶ ὑψηλότερα πάσης διανοίας ἀνθρώπων.

Ὁ θεὸς τίς ὅμοιός σοι;

Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ μεγάλα, φησίν, ἐπιδείκνυσαι· οὐδὲ γὰρ ἔχεις τὸν ὅμοιον.

κ'. Ὅσας ἔδειξάς μοι θλίψεις πολλὰς καὶ κακάς· καὶ ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με· καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με·

Καὶ ἐν θλίψεσι μεγάλαις περιβάλλεις οὓς ἂν ἐθέλοις, καὶ παραδόξως πάλιν αὐτοὺς ἀπαλλάττεις ὅτε βούλει· ὡς ἐκ πυθμένος τῆς γῆς. Τοῦτο μέν, φησι, ἐνδείκνυσαι ἀνθρώποις· ἐπ' ἐμοὶ δέ τι παρέχεις. ὅθεν ἐπιφέρει

κα'. Ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ τὴν μεγαλωσύνην σου· καὶ ἐπιστρέψας παρεκάλεσάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με.

Τούτου δὲ ἕνεκα, φησι, τὴν πλείονα πρόνοιαν ἐπιδείκνυσαι ἐπ' ἐμὲ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. ἐπάγει·

κβ'. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν λαοῖς κύριε,

Ἐπειδὴ ἐγώ, φησιν, ὡς οἰκειούμενος, ἐν παρρησίᾳ καὶ ἐπὶ πάντων ὑμνῶ σε, ὡς σὲ μόνον λατρεύων θεόν.

Ἐν σκεύεσι ψαλμοῦ τὴν ἀλήθειάν σου· ὁ θεός

Καὶ ποιοῦμεν, φησι, τοὺς ὕμνους κατὰ τὰ νόμιμα, τοῖς ὀργάνοις κεχρημένοι οἷς ἐνετείλω.

Ψάλλω

Ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ, ὁ ἅγιος τοῦ Ἰσραήλ.

Διὰ πάντων, φησὶ, τῶν ὀργάνων ὑμνήσω σε τῶν τε ἔξωθεν καὶ τῶν ἐν ἐμοί. ὅθεν, εἰπὼν τὰ ἔξωθεν ὄργανα, λέγει καὶ τὰ τῆς φύσεως. ἐπάγει γάρ·

κγ'. Ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου ὅταν ψάλω σοι· καὶ ἡ ψυχή μου, ἣν ἐλυτρώσω.

κδ'. Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μελετήσει τὴν δικαιοσύνην σου· ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι.

Χρήσομαι δὲ, φησὶ, καὶ τοῖς φυσικοῖς ὀργάνοις μετὰ τῶν ἐκ τέχνης ὀργάνων, καὶ παντοίως ἀνυμνήσω, χείλεσι, καὶ γλώσσῃ, καὶ λογισμοῖς. τοῦτο γὰρ καλεῖ ψυχήν. Ποιήσω δὲ, φησὶ, ταῦτα πάντα, τυχὼν τῆς ἐπανόδου, καὶ τῆς εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπαναγωγῆς.

Psallam tibi in cithara, sanctus Israël. PARAPHRASIS ANONYMI.

Omnibus, inquit, instrumentis te laudabo tam exteriùs quàm interiùs Vnde, cùm externa instrumenta recensuisset, narrat etiam naturalia. subdit enim:

23. Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi; & anima mea, quam redemisti.

24. Sed & lingua mea totâ die meditabitur iustitiam tuam; cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Vtar autem, inquit, etiam naturalibus instrumentis vnà cum artificialibus, & omnibus modis te laudabo, labijs, & linguâ, & cogitationibus. Hoc enim vocat animam. Hæc autem, inquit, omnia faciam, vbi reditum adeptus fuero, & rerum restitutionem propriarum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ά. ΕΠΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ ΗΛΠΙΣΑ.] Ἐν Βαβυλῶνι τυγχάνων ὁ λαὸς, καὶ ἐκ τῶν συμφορῶν ὠφεληθεὶς, ταῦτά φησιν· ὅτι αἱ συμφοραὶ ἀπέστησαν ἡμᾶς τῆς ἀνωφελοῦς τῶν εἰδώλων ἐλπίδος· ἐπὶ σοὶ οὖν μόνῳ τὴν προσδοκίαν καταθέμενος, μὴ τῆς ἐλπίδος ἐκπέσοιμι, μηδὲ ἐπὶ πλεῖον γένωμαι ἐπονείδιστος. Καλῶς δὲ, ὡς πρὸς Βαβυλῶνα, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ ἐπεκαλέσατο· οἱ μὲν γὰρ ἠδίκουν· οἱ δὲ Ἰσραηλῖται οὐδὲν ἠδίκησαν. Τὸ δὲ, κλῖνον τὸ οὖς σου, τοιοῦτον· Πολλῆς ὑπεροχῆς οὔσης σοι πρὸς τὰ κτίσματα, οὐ δυνάμεθα κράζειν τοσοῦτον, ὥστε φθάνειν ἡμῶν τὴν προσευχὴν εἰς τὰ ὦτά σου· διὸ παρακαλῶ, κλῖναί σε τρόπῳ συγκαταβάσεως τὸ οὖς πρός με, ἵνα δεξάμενος τὴν περὶ σωτηρίας μου δέησιν, σώσῃς με. εἰς Θεὸν δὲ ὑπερασπιστὴν, ὡς πρὸς τοὺς πολεμίους. Ὑπερασπίσαι γάρ ἐστι τὸ τὴν ἀσπίδα προθεῖναι τοῦ πολεμουμένου· ὃ ὁ ἰσχυρὸς ποιεῖ πρὸς τὸν ἀσθενέστερον. Καὶ τὸ, Εἰς τόπον δὲ ὀχυρὸν, ὡς ἐπὶ φεύγοντος τοὺς πολεμίους· ὁ πέτρᾳ γάρ τις ἢ πύργῳ προσφεύγων ὀχυρῷ, τῶν

1. IN TE DOMINE SPERAVI.] Cùm populus esset in Babylone, & de calamitatibus emolumentum accepisset, hæc dicit: Quoniam calamitates nos ab inutili idolorum spe reuocarunt; in te solo igitur spem & expectationem collocans, ne excidam ab ea, neque ampliùs probris afficiar. Pulchrè autem, tamquam contra Babylonem, iustitiam Dei inuocauit: siquidem illi iniuriam fecerant, Israëlitæ verò nihil deliquerant. Istud autem, *Inclina aurem tuam*, est istiusmodi. q. d. Cùm magna sit tua præ creaturis eminentia, non valemus, inquit, tantum clamare, vt oratio nostra ad aures tuas perueniat; idcircò supplico tibi, vt per modum condescensionis aurem tuam ad me inclines, quâ meam pro salute deprecationem excipiens, serues me. *In Deum* autem *protectorem* dicit, nempe contra inimicos. Siquidem protegere est scutum prætendere illi qui oppugnatur: quod fortior facit imbecilliori. Istud verò, *Et in locum munitum*, tamquam de eo qui fugit inimicos: nam qui ad petram aut munitam turrim profugit, ab hosti-

Populus calamitatibus ad Deum reuocatur.

Quid sit propriè protectio.

Commentarius Heracleotæ.

hostibus seruatur. Cùm autem locum munitum quæsiuerit, exponit qualem quærat: ait enim, Ipse mihi hoc fias. Peccatores autem vel Babylonios dicit, tamquam qui in ipsum peccabant, cùm impij essent. Vel ab eo qui propriè peccator est, propter pessimum habitum diaboli, postulat liberari: nam & ipse iniquus est, vtpote præuaricator, & iniustus, priuans nos Christi cognitione.

5. QVONIAM TV ES PATIENTIA MEA.] Quoniam à te, inquit, semper expectaui salutem consequi, non modò, sed ab initio; patientiâ nempe spem declarante. Iuuentutem verò vocat, quasi in communi alludens ad exitum de Ægypto; quasi in particulari verò, ad cuiuslibet ex vtero egressum. Quare subiungit: *In te confirmatus sum ex vtero*. id est, Exinde à maioribus te habui adiutorem. Etenim oriundus eram ex progenitoribus, qui non in alium Deum, quàm in te sperarunt. Quare etiam *in te cantatio mea*; ita vt neque ego neque maiores mei alium Deum coluerint. Vel ac si dicat: Ex quo cœpi vti ratione, & operari, meipsum tibi consecraui, à te confirmatus, & defensus. Posset hoc etiam de omnibus intelligi: nisi enim Dei virtus custodiret illa quæ in vtero sunt, vitam minimè participarent: ipse enim est qui conditrici suâ prouidentiâ in lucem illa educit. Ceterùm hoc soli Christo conueniet, qui ex ipso vtero mentem habuit immaculatam: & plurimis prodigium videbatur, dum aliqui quidem dicerent imaginariam esse eius apparitionē, alij verò exilem hominem ipsum blasphemantes assererent. Prodigium eius mors, si non credatur resurrectio. Quin & natiuitas eius prodigiosa erat, eò quòd non secundùm naturæ legem contigerit. Porrò istud, *In te cantatio mea*, est istiusmodi. q. d. Qui confitetur Deum coram hominibus, in ipso hoc facit, vt vicissim etiam Pater ipsum confiteatur, qui est in illo qui ipsum confitetur. Quemadmodum igitur ipse est in participato, sic & participatus in participante; secundùm quod dicimus in virtute probum & in probo virtutem existere. Alijs igitur viros principes celebrantibus, mea in te, & non in alio scribitur & est commentatio: siquidem in nullo alio oportet mentem collocare quàm in Deo.

Quid sit ex vtero confirmari in Deo.

Solus Christus ex vtero peculiariter confirmatus.

Iustus in solo Deo laudando occupatur.

πολεμίων διασώζεται. Ἐπειδὴ δὲ τόπον ὀχυρὸν, ἑρμηνεύει ποῖον ζητεῖ· λέγει ὅτι αὐτός μοι τοῦτο γενοῦ. ἁμαρτωλοὺς τοὺς Βαβυλωνίους λέγει, ὡς ἁμαρτάνοντας εἰς αὐτὸν, δυσσεβεῖς ὄντας. ἢ ἐκ τοῦ κυρίως ἁμαρτωλοῦ, διὰ τὴν χειρίστην ἕξιν τοῦ διαβόλου, δεῖται ῥυσθῆναι· παράνομός τε γὰρ, αὐτὸς ὡς παραβάτης, καὶ ἄδικος, ἀποστερῶν ἡμᾶς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ.

έ. Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου.] Ὅτι παρὰ σοῦ, φησὶ, πάλαι ὑπέμενον τυχεῖν σωτηρίας, οὐ νῦν, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς· τῆς ὑπομονῆς τὴν ἐλπίδα σημαινούσης. Νεότητα δὲ καλεῖ, ὡς πρὸς μὲν τὸ κοινὸν τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου· ὡς δὲ πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον, τὴν ἐκ γαστρὸς ἑκάστου πρόοδον. Διὸ ἐπάγει· Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρός. ἀντὶ τοῦ, ἐκ γονέων σε εἶχον βοηθόν. Καὶ γὰρ ἐγεννήθην ἐκ προγόνων, οὐκ εἰς ἄλλον θεὸν, ἀλλ' εἰς σὲ ἐλπισάντων. Διὸ καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου· ὡς μήτε ἐμοῦ μήτε τῶν γονέων ἄλλον θεὸν ὑμνησάντων. Ἢ ἀντὶ τοῦ· ἀφ' οὗ ἠρξάμην νοεῖν τὴν ἀρχὴν τοῦ νοεῖν, καὶ ἐνεργεῖν, ἀνέθηκά σοι ἐμαυτὸν, στηριζόμενος ὑπὸ σοῦ, καὶ σκεπόμενος. Δύναται νοεῖσθαι καὶ ἐπὶ πάντων· εἰ μὴ γὰρ θεοῦ δύναμις ἐφρούρει τὰ κατὰ γαστρὸς, οὐκ ἂν μετεῖχε ζωῆς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῇ δημιουργικῇ αὐτοῦ προνοίᾳ ἐξάγων ταῦτα εἰς φῶς. Ἐν μόνῳ δὲ τοῦτο μάλιστα ἁρμόσει Χριστῷ, ἀθόλωτον ἐσχηκότι τὸν νοῦν ἐκ γαστρός· καὶ τέρας δόξαντι πολλοῖς, τοὺς μὲν δοκήσει λέγειν τὴν ἐπιφάνειαν, τοὺς δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον λέγειν αὐτὸν βλασφημοῦντας. Τέρας δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, ἀπιστουμένης τῆς ἀναστάσεως. Ἀλλὰ καὶ ἡ γέννησις αὐτοῦ τεράστιος ἦν, διὰ τὸ μὴ κατὰ φύσιν γεγενῆσθαι. Τὸ δὲ, ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου, τοιοῦτον· ὁ ὁμολογῶν θεὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἐν αὐτῷ αὐτὸ ποιεῖ, ἵν' ἀκολούθως καὶ αὐτὸς ὁμολογηθῇ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὄντος ἐν τῷ ὁμολογοῦντι αὐτόν. ὡς οὖν αὐτὸς ἐν τῷ μετεχομένῳ, οὕτω καὶ ὁ μέθεξις ἐν τῷ μετέχοντι· καθ' ὃ λέγομεν ἐν τῇ ἀρετῇ σπουδαῖον καὶ τὴν ἀρετὴν ἐν τῷ σπουδαίῳ. Ἄλλων τῶν ὑμνούντων ἄρχοντας, ἡ ἐμὴ ἐν σοὶ, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ γράφεται ἡ ὑπόμνησις· Οὐ γὰρ ἐν ἄλλῳ δεῖ ἔχειν τὸν νοῦν ἀλλ' ἐν θεῷ.

7. TAMQVAM PRODIGIVM FACTVS SVM.] Et nūc, inquit, cùm in tātum infirmatus sim,

ζ'. Ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην.] Καὶ νῦν, φησὶν, ἐπειδὴ εἰς τοσοῦτον ἠσθένησα,

ὡς

ὡς ἀποσχοίνισμα τοῖς ὁρῶσι μυκτηρίζειν, δεῖξον τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι σύ μοι εἶ βοηθὸς κραταιός. Οὐ καθάπαξ δὲ εἶπε τέρας, ἀλλ' ὡς τέρας, οὐδὲ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς πολλοῖς, τοῖς χυδαιοτέροις, τοῖς φεύγουσιν ἀρετήν. Τέρας ἐδόκει καὶ Ἰεζεκιήλ, ὅτε συμβολικῶς προσέταττο τινὰ πραγματεύεσθαι. Μεταβαλὼν οὖν, φησί, τὴν δυστυχίαν, παράσχου ἀφορμὰς ὕμνων πολλῶν ἐν τῷ στόματί μου, καὶ πλήρωσόν με διηγημάτων ὧν ἔτυχον παρὰ σοῦ καλῶν, ἵνα διηνεκῶς τοῦτο ποιῶ. Ἢ ἀξιοῖ αἰνέσεως πληρωθῆναι αὐτοῦ τὸν λόγον, εἴτουν στόμα ὀνομασθέν· ὡς μὴ ὢν ἄξιος κατ' ἀξίαν ἀποδοῦναι, ἄνθρωπος ὤν, τοὺς ὕμνους. Δόξα δὲ Θεοῦ ἡ περὶ αὐτοῦ ὀρθὴ ὑπόληψις· ἢ ὁ μονογενὴς αὐτοῦ υἱὸς ὑπάρχει· μεγαλοπρεπείας αὐτοῦ νοουμένης τῆς ἐν προνοίᾳ καὶ δημιουργίᾳ τάξεως· ὡς πολὺ τὸ πρέπον ἐμφαινούσης.

θ'. ΜΗ ΑΠΟΡΡΙΨΗΣ ΜΕ ΕΙΣ [...]ΑΙΡΟΝ ΓΗΡΩΣ.] Ἤτοι γηρῶντα καὶ τὴν [...]ου ἐκλελοιπότα μὴ ἀπώσῃ με· ἧς ἀπὸ [...]ς ἐν νεότητι προνοίας ἀπέλαυσα μετάδος [...] καὶ γηρῶντι, καὶ μὴ ἀπώσῃ. Νεότητα μὲν [...]ι τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἔξοδον φησι, γῆρας δὲ [...] αἰχμαλωσίας χρόνον· διὰ τὸ πολὺ τὸ [...] δεδραμηκέναι. Ἢ ἀξιοῖ ἐν τῇ καταστάσει [...] μεῖναι, καὶ μέχρι γήρως μὴ ἀπορρί[...] εἶτα καὶ λογισμοὺς ἐπιφέρει, δι' ὧν [...]θῆναι, λέγων· Ὅτι εἶπον οἱ ἐχθροί [...] τῶν, μήποτε εἴπωσιν, ἐπιθώμεθα αὐ[...] ἡμῖν εἰς προνομήν, μὴ ἐπικου[...]. Ἢ τὸ μέν, ἐχθροί μου ἐμοί, ἀντὶ [...]· τὸ δέ, Οἱ φυλάσσοντες τὴν [...] ἀντὶ τοῦ, οἱ ἐνεδρεύοντες, καὶ πα[...] πῶς με ἀνέλωσιν. Οὗτοί, φησι, [...]ται, ἀπώλειαν παντελῆ [...]όμενοι.

[...]Σ ΜΟΥ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ.] [...] ταῦτα βούλονται, καὶ βού[...]ουσι· σὺ δὲ μὴ βραδύνῃς [...] ἀλλ' ἐμμελῆ παράσχης βοήθειαν καὶ ἐκτενῆ· καὶ ἐκεί[νων λεγόντων ὅτι ἐγ]κατέλιπεν αὐτόν, σὺ μὴ [...], μὴ ἀποχωρισθῇς μου, [...]κ τούτου γὰρ αἰσχύνην [...]ινοις τοὺς κακοποιοῦντας. [...]λοντες· ὃ σαφέστερον [...] λέγουσιν αἰσχύνην [...]ντες τὰ κακά μοι. [...]γει, Operiantur confusione & pudore, qui quærunt mala mihi.

vt videntibus me censeat aspernandus, ostende, vti soles, quòd mihi sis adiutor fortis. Non simpliciter autem dixit prodigium, sed *tamquam prodigium*, neque id omnibus, sed *multis*, scilicet vilioribus hominibus, & virtutem fugientibus. Prodigium quoque videbatur Ezechiel, quando symbolicè quædam facere iubebatur. Mutatâ igitur, inquit, iniquâ hac sorte, præbe occasiones plurimorum hymnorum in ore meo, & imple me narrationibus bonorum quæ à te consecutus sum, vt semper hoc faciam. Vel petit laude impleri sermonem suum, quem os appellauit; vtpote qui, cùm homo sit, minimè sufficiat hymnis pro dignitate recitandis. Gloria verò Dei est recta de ipso æstimatio: vel vnigenitus eius Filius est; ita vt magnificentia eius intelligatur illa ordinis in prouidendo & creando; vtpote quæ plurimum decorem præ se ferat. Gloria Dei.

9. NE PROIICIAS ME IN TEMPORE SENECTVTIS.] Nempe senescentem & robore destitutum ne repellas me: sitne prouidentiam, quâ in iuuentute perfruitus sum, etiam nunc senescenti mihi communica, & ne reijcias me. Iuuentutem enim vocat exitum ex Ægypto, senectutem verò tempus captiuitatis, eò quòd multum temporis in medio intercesserit. Vel rogat vt in statu suo permaneat, & vsque ad senectutem minimè reijciatur. Deinde etiam subiungit rationes, ob quas debeat seruari, dicens: *Quia dixerunt inimici mei.* id est, Ne dicant, Irruamus in eum: erit enim nobis in prædam, si Deus non succurrerit. Vel istud quidem, *Inimici mei mihi*, id est contra me; illud verò, *Qui custodiebant animam meam*, id est, qui insidiantur, & obseruant quomodo me interimant. Hi, inquit, vehementiùs ingruunt, omnimodum interitum mihi machinantes.

12. DEVS MEVS NE ELONGERIS.] Sed illi quidem hæc animo voluunt, & vt secum voluerint exequuntur: tu autem ne tardaueris Domine, neque segnem opem præbe, sed diligentem & assiduam; atque ipsis dicentibus, Quoniam *dereliquit eum*, tu *ne elongeris*; id est, ne recesseris à me, non ampliùs liberando. Ex hoc enim suffunduntur, & irriti cadunt conatus istorum maleficorum. Hoc enim est illud *detrahentes*: quod mani[festius dicit, Operiantur confusione & pudore, qui quærunt mala mihi.] Petit celerem opem. Petit irritos fieri conatus inimicorum.

 Cùm

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Cùm enim conatus eorum irriti permanserint, pudore suffundentur. Symmachus autem ait, *Confundantur & consumantur, qui aduersantur animæ meæ.* Suis conatibus frustrentur, & hinc pudorem reportent. Hæc cùm ego facta videro, in spe tua confirmabor, & multiplices tibi hymnos offeram: non enim cessabit os meum laudare te, quòd iustitiam consecutus sim; & salutem mihi concessam enarrabit. Obserua autem, quòd semper quidem laudare, temperanter ac iustè agere quis possit; sed quomodo sperare? Nam qui semper sperat, nondum adeptus est rem quam sperat consequi. Atque aliquis quidem dicet istud *semper* non de latitudine sæculorum, sed de sensibili vita positum esse; alius verò contrà, vt finis spei sit cognitio sanctissimæ Trinitatis: tertius verò dicet, hoc etiam infinitum esse.

Quomodo quis possit semper laudare Deum.

15. QVONIAM NON COGNOVI LITERATVRAM.] Literaturam vocat calculos & numeros; ex eo quod hi qui literas norunt ijs operam dent. Vult enim dicere, Quoniam non possum enumerare bona quæ mihi suppetunt: Symmachus verò clariùs ait; *Non enim noui enumerare.* ac si dicat: Etiamsi assiduè tibi gratias egero, neque sic enumerare potero gratias tuas. Septuaginta γραμματείας vocant Scribas; quorum munus erat numerare catalogum militum, sicuti modò faciunt Notarij Regij. Ceterùm quoad fieri potest semper in animi cogitationibus habebo bona illa, quæ ex virtute tua mihi obtingunt. id est, Intra memetipsum omnium beneficiorum tuorum memoriam faciam. Vel literaturam dicit, quia hæc Iudæis congruebat, vtpote quæ ter in anno iubebat Hierosolymam ascendere, aliaque difficilia & minimè necessaria continebat. Ego autem in potentia Domini in Ecclesias introibo, & memorabor iustitiæ tuæ solius. Iustitia enim Patris erat, omnes omni in loco cognitione & cultu suo dignari. Vel per literaturam intelligit mundi sapientes, ad quos non ingrediar, sed in potentia Domini, siue in Ecclesia quam propriâ potestate constituit. Si autem scribatur *negotiationes*: q. d. Omni negotio nuntium remisi. Vel illud *in potentia.* q. d. Quantum homini fas est hymno-

Literatura quid.

Scribarum munus quale.

Iudæi multas habebant obseruationes non necessarias.

Iustitia Patris cognitio eius.

Ἄπρακτοι γὰρ μείναντες ἐφ' οἷς ἐβουλεύσαντο, αἰσχύνῃ περιβληθήσονται. ὁ δὲ Σύμμαχος· Καταισχυνθήτωσαν καὶ ἀναλωθήτωσαν, ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ μου. ἀποτυχέτωσαν, φησί, τῶν οἰκείων ἐγχειρημάτων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν αἰσχύνην καρπούσθωσαν. Ἃ δὴ ὁρῶν ἐγὼ, τῇ πρὸς σὲ ἐλπίδι βεβαιωθήσομαι, καὶ πληθυνῶ τοῦ προστιθέναι τοῖς ὕμνοις σου· οὐ γὰρ παύσεται τὸ στόμα μου αἰνοῦν σε, ὅτι τοῦ δικαίου ἔτυχον· καὶ τὰ τῆς ὑπαρξάσης μοι σωτηρίας ἐκδιηγούμενον. Σημείωσαι δὲ, ὅτι ἀδιαπτώτως μὲν αἰνεῖν, σωφρονεῖν, δικαιοπραγεῖν τις δύναιτ' ἄν· ἐλπίζειν δὲ πῶς; ὁ γὰρ ἐλπίζων ἀδιαπτώτως, οὐδέπω τυγχάνει τοῦ πράγματος οὗ ἐλπίζει τυχεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἐρεῖ τὸ ἀεὶ οὐ κατὰ τοῦ πλάτους τῶν αἰώνων, ἀλλὰ κατὰ τῆς αἰσθητῆς ταυτησὶ ζωῆς· ὁ δὲ ἔμπαλιν κατ' ἐκεῖνο, ὡς ἂν ᾖ τὸ πέρας τῆς ἐλπίδος ἡ τῆς ἁγίας Τριάδος γνῶσις· ὁ δὲ τρίτος ἐρεῖ, καὶ τοῦτο ἀπέραντον.

ιε. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΓΝΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΑΣ.] Γραμματείας καλεῖ τὰς ψήφους καὶ τοὺς ἀριθμούς· ἀπὸ τοῦ τοὺς τὰ γράμματα εἰδότας εἰς ταῦτα ἐνεργεῖν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲ ἀριθμῆσαι δύναμαι τὰ ὑπάρξαντά μοι ἀγαθά σου· ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον· Οὐ γὰρ οἶδα ἐξαριθμῆσαι. ἵν' ᾖ ὅτι εἰ καὶ διηνεκῆ τὴν εἰς σὲ εὐχαριστίαν ποιῶμαι, οὐδ' οὕτως ἐξαριθμήσαιμι τὰς παρὰ σοῦ χάριτας. Οἱ μέντοι ἑβδομήκοντα γραμματείας τοὺς τῶν γραμματέων· οἷς ἔργον ἦν τὸ ἀριθμεῖν τὸν κατάλογον τῶν στρατιωτῶν, ὡς οἱ νῦν βασιλικοὶ νοτάριοι ποιοῦσιν. ὡς δὲ οἷόν τέ ἐστι τοῖς κατὰ ψυχὴν ἐνθυμήμασιν ἀδιαπτώτως ἕξω, τὰ ἐκ τῆς δυνάμεώς σου ὑπάρξαντά μοι ἀγαθά. ἀντὶ τοῦ, ἐντός μου τὰς σὰς πάσας εὐεργεσίας τῇ μνήμῃ ποιήσω. Ἢ γραμματείας· ὅτι αὕτη μὲν Ἰουδαίοις ἥρμοττε, τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ παρακελευομένη ἀπαντᾶν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἄλλα δὲ δυσχερῆ καὶ οὐκ ἀναγκαῖα περιέχει. Ἐγὼ δὲ ἐν δυναστείᾳ Κυρίου εἰς τὰς ἐκκλησίας εἰσελεύσομαι, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. Δικαιοσύνη γὰρ πατρὸς ἦν, τὸ πάντας ἀξιωθῆναι τῆς αὐτοῦ γνώσεως καὶ τῆς ἐν παντὶ τόπῳ λατρείας. ἢ γραμματείας τοὺς τοῦ κόσμου σοφοὺς, πρὸς οὓς οὐκ εἰσελεύσομαι, ἀλλ' ἐν τῇ δυναστείᾳ Κυρίου, ἤτοι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἣν τῇ οἰκείᾳ δυναστείᾳ συνεστήσατο. εἰ δὲ πραγματείας γράφεται· ἀντὶ τοῦ, πάσῃ πραγματείᾳ ἀπηλλαξάμην. ἢ τὸ ἐν δυναστείᾳ· ἀντὶ τοῦ, ὡς δυνατὸν ἀνθρώπῳ τὴν ὑμνῳ-

δίαν

ὅπως ἀποδῶ σοι, τὴν εἰς ἐμὲ δικαιοσύνην ὁρῶν, ἔτι τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὰς σὰς ἐντολὰς μεμνημένος ἅς με παιδόθεν ἐδίδαξας. Ἐξ Αἰγύπτου βοηθεῖν ἀρξάμενος, μὴ οὖν ἐγκαταλίπῃς με, φησί, τὴν τοιαύτην ἐν τῷ γήρᾳ βοήθειαν· ἀλλὰ διάμεινε ὁ αὐτὸς μόνον περὶ ἐμέ. ἐπειδὴ ἃ ἔμαθον θαυμάσια ἕως νῦν ἀπαγγέλλω, μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ἕως εἰς πρεσβεῖον καὶ γῆρας ἔλθω, ἵνα καὶ τὸν ἐπιδημοῦντά σου βραχίονα (ὁ Χριστὸς δέ σου ἐστὶν) ἀπαγγέλω πάσῃ τῇ ἐπερχομένῃ γενεᾷ τῶν πιστευσάντων ἐθνῶν· γῆρας γὰρ καλεῖ τὸ νόμου τέλος.

ΑΛΛΟΣ. Τὸ ἕως οὐ, κατὰ ἰδίωμα γραφικὸν ἀπεριόριστον· ὡς τό, Ἕως τοῦ καταγηράσκειν ἐγώ εἰμι· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, ἵνα ἀπαγγείλω τὸν βραχίονά σου. Ἑρμηνείαν δὲ τίνα λέγει βραχίονα, τὴν δυναστείαν σου, φησί, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου· συζεύγνυς ἀμφότερα, ἵνα δείξῃ, ὅτι δικαίως ἐλεηθεῖεν ἂν ἀδικούμενοι. Καὶ γὰρ οὐκ ἐλάττονά εἰσι τὰ προλαβόντα θαυμάσια τῶν νῦν γινομένων, ἐὰν ἀπαλλαγῶμεν, ἀλλὰ καὶ μείζονα. ὁ δὲ Σύμμαχος καὶ Ἀκύλας, ὁ Θεὸς ἕως ὕψους ἃ ἐποίησας μεγαλεῖα· ἀντὶ τοῦ, ὑψηλὰ καὶ μεγάλα τὰ παρὰ σοῦ γενόμενα. καὶ οὐ θαυμαστόν, εἰ μεγάλα, φησίν, ἐπιδείκνυσαι. Τίς γὰρ ὅμοιός σοι; Οὐδὲ γάρ τι ὅμοιον ᾧ παραβάλλειν δυνατὸν ἢ σὲ ἢ τὰ παρὰ σοῦ γενόμενα. στικτέον οὖν εἰς τὸ μεγαλεῖα· εἶτα καθ' ἑαυτόν, ὁ Θεὸς τίς ὅμοιός σοι;

κ΄. ΟΣΑΣ ΕΔΕΙΞΑΣ ΜΟΙ ΘΛΙΨΕΙΣ.] Ὡς μέγας, φησί, καὶ παντοδύναμος, καὶ μεγάλαις θλίψεσι περιβάλλεις ὡς ἂν ἐθέλῃς, καὶ πάλιν αὐτοὺς ἀπαλλάττεις, ὡς ἐκ πυθμένος τῆς γῆς· ἐπ' ἐμοὶ δὲ καὶ πλείονα πρόνοιαν ἐπεδείξω, ἀγαθότητι μὲν τὰ θλιβερὰ καὶ λυπηρὰ συγχωρήσας· ἐπιστρέψας δὲ πρὸς ἑαυτόν, καὶ ζωοποιήσας, ὡς καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀβύσσων, τουτέστι, τῶν κινδύνων κατενεχθέντα· ὡς καὶ ἀνελπίστως ὑπολαμβάνειν τετυχηκέναι παρὰ δόξαν ἀνθρωπίνην. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐπλήθυνας ὁ Σύμμαχος, αὐξήσεις τὴν μεγαλειότητά μου, καὶ περικυκλώσεις με παραμυθίᾳ. Σκεύη δὲ ψαλμοῦ κιθάρα, νάβλα, τύμπανον, οἷς οἱ πάλαι πρὸς ὕμνους ἐχρῶντο. Ἀπὸ δὲ τούτων βούλεται πᾶν εἰπεῖν ὄργανον. ὅτι· διὰ πάντων ὑμνήσω σε. εἰπὼν δὲ τὰ ἔξωθεν ὄργανα προσέθηκε, καὶ τὰ τῆς φύσεως·

diam offeram, tuam erga me iustitiam cernens, scilicet reditum, & memorans mandata tua quæ ab infantia me docuisti. Cùm ex Ægypto cœperis mihi opitulari, ne igitur, inquit, in senectute tale mihi auxilium subtrahas; sed semper idem erga me mane. Vel quandoquidem ea mirabilia quæ didici vsque nunc annuntio, ne derelinquas me, donec vsque ad senectam & senium perueniam, vt etiam adueniens brachium tuum (hoc autem Christus tuus est) annuntiem omni venturæ generationi Gentium fidelium. Senium enim vocat finem legis.

COMMENTARIVS HERACLEOTA.

Christus brachium Patris.

ALIVS. Particula *vsque* non, iuxta Scripturæ phrasin, interminatum quid designat, vti istud, *Vsque dum consenueritis ego sum*; sed q. d. vt annuntiem brachium tuum. Explicans autem quale brachium dicat, *Potentiam tuam*, inquit, *& iustitiam tuam*, vtraque coniungens, vt ostendat, quod iniustè oppressi iustè misericordiam consequantur. Etenim miracula quæ præcesserunt, non sunt minora ijs quæ modò fient, si liberemur, sed etiam maiora. Symmachus autem & Aquila, *Deus vsque in altitudinem quæ fecisti magnalia*: id est, sublimia & magna sunt facta tua. Et non mirum, inquit, si magna ostendas. Quis enim similis tibi? Nam nil simile est cui vel tu vel facta tua comparari possint. Interpungendum itaque istud *magnalia*; deinde seorsum legendum, *Deus quis similis tibi?*

Iniustè oppressi iustè liberantur.

Nil Deo simile.

20. QVANTAS OSTENDISTI MIHI TRIBVLATIONES.] Quàm magnus, inquit, & omnipotens es, & magnis tribulationibus committis quos volueris, & rursus ipsos liberas, tamquam è profundo terræ: ceterùm in me etiam maiorem prouidentiam demonstrasti, cùm bonitate quidem tuâ tribulationes & molestias concesseris; sed denuò ad te converteris, & viuificaueris, vt etiam ex ipsis abyssis, id est, ex periculis eductum animaueris; ita vt etiam præter opinionem hominum cõsecutus sim resurrectionem. Ceterùm pro *multiplicasti* Symmachus, *Augebis magnificentiam meam, & circumdabis me consolatione.* Porrò vasa Psalmi sunt cithara, nabla, tympanum, quibus olim ad hymnos vtebantur. Per hæc autem vult omne instrumentum dicere. q. d. Per omnia laudabo te. Ceterùm cùm externa instrumenta recensuisset, addit etiam naturalia:

Magnus Deus in tribulationibus immittendis & auferendis.

Omnibus instrumentis laudandus Deus.

CATENA PATRVM. *Exultabunt labia mea.* Vtar, inquit, etiam naturalibus, & hymnum dicam tibi labijs, & linguâ & cogitationibus: quando? Cùm reditum obtinuero, & ab inimicis liber fuero.

Ἀγαλλιάσονται τὰ χείλη μου. χρήσομαί, φησι, καὶ τοῖς φυσικοῖς, καὶ ἀνυμνήσω σε χείλεσι, καὶ γλώσσῃ καὶ λογισμοῖς· πότε; ὅταν αἰχμαλωσίαν ἐπιστρέψω, ὅταν τύχω τῆς ἐπανόδου καὶ τῶν ἐχθρῶν ἐλευθερωθῶ.

CATENA PATRVM.

De titulo & argumento. THEODORETI. Hunc Psalmum sine titulo fuisse fatetur ipsemet qui illum inscripsit. Verumtamen filij Ionadab non fuerunt primi captiui: quandoquidem beatus Ieremias vinum ipsis adferre à Deo missus fuit, vt Iudæorum transgressionem redargueret: at illi bibere noluerunt, ne maiorum suorum leges transgrederentur; Iudæi verò Dei mandata trangressi sunt. Ceterùm qui in Babylonia erant, per hunc Psalmum postulant à seruitute liberari, Dauide ipsum ordini pijssimorum inscribente.

Ierem. 35.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ ἀνεπίγραφον τοῦ ψαλμοῦ καὶ ὁ τὴν ἐπιγραφὴν ποιήσας ὁμολογεῖ. Πλὴν οἱ τοῦ Ἰωναδὰβ υἱοὶ πρῶτοι ἠχμαλωτίσθησαν· ὁ γὰρ μακάριος Ἱερεμίας οἶνον αὐτοῖς προσενεγκεῖν ὑπὸ θεοῦ προσετάχθη, τῆς Ἰουδαίων παρανομίας εἰς ἔλεγχον· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν πιεῖν, ἵνα μὴ τοὺς τῶν προγόνων νόμους παρέλθωσιν· Ἰουδαῖοι δὲ τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολὰς παρέβησαν. οἱ ἐν Βαβυλῶνι δὲ, διὰ τοῦ ψαλμοῦ τούτου τὴν τῆς δουλείας αἰτοῦσιν ἀπαλλαγὴν, τῷ τῶν εὐσεβεστάτων τάγματι γράψαντος αὐτὸν τοῦ Δαβίδ.

Fil. Ionadab quales. ATHANASII. Filij Ionadab erant viri pij & iusti, & paternorum mandatorum seduli obseruatores; atque adeò religiosi atque moribus benigni, vt etiam Ieremias Propheta cum Deo loquens virtutum ipsorum testis fuerit: horum autem tempore etiam prima illa sub Chaldæis Hierosolymæ captiuitas accidit. Hi autem gesserint personam chori Apostolici, qui etiam valdè exactè cælestis Patris mandata seruauit, & laudes retulit per beatitudines ad ipsos pronuntiatas: similiter igitur etiam horum (Apostolorum inquam) tempore prima Hierosolymæ captiuitas sub Romanis contigit. Inducuntur igitur hi viri pij (scilicet chorus Apostolicus) per præsentem Psalmum, orationem & gratiarum actionem pro semetipsis Deo offerentes; eò quòd ipsos afflictos cùm ab Euangelicæ prædicationis persecutoribus, tum a spiritualibus animarum suarum insidiatoribus dæmonibus seruauerit. Atque insuper pollicentur sacrificia laudis se oblaturos, vbi nimirum à lege seruitutis fuerint exempti.

Erant figura Apostolorum.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰωναδὰβ γεγόνασιν ἄνδρες εὐλαβεῖς τε καὶ δίκαιοι, καὶ τῶν τοῦ πατρὸς ἐντολῶν φύλακες ἀκριβεῖς, καὶ οὕτω θεοσεβεῖς καὶ τὸ ἦθος χρηστοὶ, ὡς καὶ μάρτυρα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς γενέσθαι θεῷ τὸν προφήτην διαλεγόμενον Ἱερεμίαν· ἐπὶ τούτων δὲ καὶ ἡ πρώτη τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Χαλδαίων αἰχμαλωσία γεγένηται. χορὸν δ' ἂν οὗτοι πρέποιεν τοῦ Ἀποστολικοῦ χοροῦ, τοῦ καὶ σφόδρα τὰς τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς φυλάξαντος ἐντολὰς, καὶ τοὺς ἐπαίνους ἀναπέμψαντος διὰ τῶν πρὸς αὐτοὺς εἰρημένων μακαρισμῶν· ὁμοίως γοῦν, καὶ ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων φημὶ, ἡ πρώτη τῆς Ἱερουσαλὴμ αἰχμαλωσία ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγένετο. εἰσάγονται γοῦν οὗτοι οἱ θεοφιλεῖς ἄνδρες (τουτέστιν ὁ Ἀποστολικὸς χορὸς) διὰ τοῦ προκειμένου ψαλμοῦ, εὐχήν τε καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀναφέροντες τῷ θεῷ· ἐφ' οἷς θλιβομένους αὐτοὺς ὑπό τε τῶν διωκτῶν διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὑπό τε τῶν νοητῶν ἐπιβούλων τῆς αὐτῶν ψυχῆς δαιμόνων διέσωσεν. Ἔτι τε ὑπισχνούμενοι τὰς δι' αἰνέσεως ἀναπέμψειν θυσίας, ἀπαλλαγμένοι δηλονότι τῆς κατὰ νόμον λατρείας.

Prædicit captiuitatem & reditum è Babylone. THEODORI. Prædicit populo qualia & quanta mala in Babylone passuri essent; dicens etiam ipsis calamitates ad vitæ emendationem profuturas: porrò reditum etiam subinsinuat. Nequaquam enim

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὰ κατὰ τὸν λαὸν προαγορεύει τὸν ἐν Βαβυλῶνι ὅσα τε καὶ οἷα πείσονται· λέγων καὶ ὅτι εἰς διόρθωσιν αὐτοῖς τοῦ βίου τὰ τῶν συμφορῶν· ὑπαινίττεται δὲ ἅμα καὶ τὴν ἐπάνοδον. Οὐδαμοῦ γὰρ

φιλαῖς

...ἀλλὰ λέγει τὰς συμφορὰς, μὴ κρύπτω περ... μονίαν, ὃ μάλιστα ἀναγκαῖον ἡ προφήτης Ἰουδαίοις, ὥστε ἀσθενεστέροις, ὥστε μὴ ἀπογνόντας ἀδιόρθωτον δέξασθαι τὸ κακόν. Ἅπαντα συνήθως ἐκ τῶ ἐκείνων λέγει προσώπου.

Εὐσεβίου. Ἔοικε δὲ προφητεία ἐκ προσώπου τοῦ σωτῆρος ἐκπεφωνημένη· διὸ τῶν συνήθων οὐδὲν ἐπιγέγραπται· τοῖς δὲ πρὸ μικροῦ συνάπτεται, ἀκολουθίαν φυλάττουσα ἀκολουθίαν.

α. Ἐπὶ σοὶ κύριε ἤλπισα.] Ἀθανασίου. Μέγα θάρσος τῆς πεποιθήσεως [illegible] τὴν ἐπὶ θεῷ ἐλπίδα.

Θεοδώρου. Μὴ εἰς τὸ παντελὲς καταλίπῃς ἡμᾶς τοιαῦτα πάσχειν, ὥστε καὶ αἰσχυνθῆναι διὰ τὸ θράσος τῶν κατεχόντων θρασύνεσθαι, ὡς οὐδὲν ὠφεληθῆναι παρὰ σοῦ δυναμένους. Τοῦτο σημαίνει τὸ, μὴ καταισχυνθείην.

β. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ῥῦσαί με.] Ἀθανασίου. Δικαιοσύνη τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, δι' οὗ ἐρρύσθημεν τῆς κατεχούσης ἡμᾶς ἁμαρτίας εἰς φθοράν.

Ἡσυχίου. Καλῶς πρὸς τὸ μὴ καταισχυνθείην [illegible] ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου. Εἰ γὰρ καὶ εἰς σὲ ἥμαρτον, ἀλλὰ τούτων με δικαίως ἀπαλλάξεις· ὅτι τε οὐδεμίαν ἔχουσι γνῶσιν τῆς σῆς ἰσχύος, καὶ ὅτι μάτην ἡμᾶς ἀδικοῦσι.

Διδύμου. Ὁ ἔχων εἰς θεὸν ἐλπίδα, μέχρι παντὸς αἰῶνος οὐ καταισχύνεται, καθάπερ ὁ ἐπί τι πεποιθὼς ἕτερον, ὅταν τῆς ἐλπίδος ἐκπέσῃ. Ὁ πεποιθὼς γὰρ ἐπὶ πλούτῳ, οὗτος πεσεῖται. καὶ μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. καὶ ἐπικατάρατος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. εὐλογημένος δὲ ἄνθρωπος ὃς πέποιθεν ἐπὶ τῷ κυρίῳ, καὶ ἔσται κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ· περὶ ἧς γέγραπται, ἀναγεννηθέντες εἰς ἐλπίδα ζῶσαν· ἣν ὁ ἔχων, φησὶν, οὐ καταισχυνθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐν τῇ δικαιοσύνῃ δὲ ῥύεταί τις, μηδὲν ἀδικῶν· ἐν τῇ σοφίᾳ πάλιν, ὁ ταύτην ποθῶν. αἰτείτω δ' ἂν καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικούντων ῥυσθῆναι. Πρέπον γὰρ τοῦτο κατὰ τὴν ἐπιγραφὴν, τοῖς ὑπὲρ [illegible] αἰχμαλώτοις γεγενημένοις· δικαίως γὰρ αἰτοῦσι ῥυσθῆναι. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν πράξει ἀρετὴ, δικαιοσύνη [illegible], ὡς ἡ ἀδικία πᾶσα ἡ ἐν πράξεσιν ἁμαρτία [illegible]. Ἀξιοῖ τοίνυν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ ἀπὸ τῆς ἀδικίας ῥυσθῆναι· ἣν ὁ ἀγαπῶν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. ὅτι δὲ καὶ [illegible]

meas calamitates narraret, nisi hoc etiam subinsinuaret, cuius maximè necessaria erat prædictio Iudæis, vtpote infirmioribus, ne desperantes, malum incorrigibile incurrerent. Omnia nimirum more solito dicit ex persona illorum. CATENA PATRVM.

Evsebii. Videtur autem hoc vaticinium ex persona Saluatoris prolatum; idcircò nil eorum quæ solent inscriptum est; connexionem autem habet cum præcedentibus, magnum ordinem seruans.

α. In te Domine speravi.] Athanasii. Magnam ipsi fiduciæ confidentiam conciliat spes in Deum. *Spes fiduciam parit.*

Theodori. Non permittas omnino nos talia pati, vt propter opprimentium nos audaciam confundamur, ac si nullum auxilium tuum prodesse nobis posset. Hoc enim significat istud, *Non confundar.*

β. In iustitia tua libera me.] Athanasii. Iustitia Patris est Filius, per quem liberati sumus à peccato, quod nos in corruptione detinebat. *Dei Filius est iustitia Patris.*

Hesychii. Pulchrè ad illud *non confundar* addit *in iustitia tua.* Etsi enim in te peccauerim, tamen ab his me iustè liberabis: quia nullam habent fortitudinis tuæ notitiam, & temerè nobis iniuriam faciunt.

Didymi. Qui in Deum spem habet, vsque in omne sæculum non confunditur, sicut qui in aliquo alio confidit, quando spe suâ excidit. Nam qui, inquit, in diuitijs fiduciam habet, ipse cadet. Et *nolite confidere in principibus, in filijs hominum, quibus non est salus.* Et *maledictus qui spem habet in homine. Benedictus verò homo qui confidit in Domino, & erit Dominus spes eius:* de qua scriptum, *Regenerati in spem viuam:* quam qui habet, inquit, non confundetur in æternum. In iustitia autem aliquis liberatur, qui nil agit iniustè; in sapientia item, qui illam desiderat. Cæterùm etiam ab iniquis liberari petat. Hoc enim secundùm inscriptionem ijs congruit, qui propter alios in captiuitatem redacti sunt: iure enim postulant liberari. Sed & virtus, quæ in actione versatur, iustitia nuncupatur, sicut iniustitia dicitur omne peccatum, quod in actionibus cernitur. Rogat igitur in iustitia liberari ab iniquitate; quam qui diligit, odit animam suam. Cæterùm quòd iustitia

Qui sperat in Deum, non confunditur.
Psal. 145, 3.
Iere. 17, 5.
Ibid. 17, 7.
1. Pet. 1, 3.
In iustitia liberatur, qui non agit iniustè.

by Google

CATENA PATRVM.

Iustitia virtus vniuersalis. *Psal. 14, 2.* *Psal. 118, 163.* *1. Ioan. 1, 9.*

iustitia quoque virtus vniuersalis sit, declarat istud, *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam*: item quòd omnis malitia sit iniquitas, declarat istud, *Iniquitatem odio habui, & execratus sum*: & istud, *Sanguis Iesu Christi emundabit nos ab omni iniquitate.* Proferet etiam hanc vocem, quæ legis vmbram transcendere voluerit, vt habeat Dei iustitiam, credens in Christum Iesum; & non propriam iustitiam iudicans illam quæ ex lege est, atque illi adhærens.

INCLINA AD ME AVREM TVAM.] HESYCHII. Id est, tamquam infirmo condescende. Inclina aurem tuam tamquam peccatori, & non valenti orare cum fiducia; vel, quod verius est, appropinqua. Neque enim nos ad Deum appropinquare possumus, nisi is, qui omnibus præsens adest, propinquus nobis fiat per compassionem.

Condescensio Dei nobis necessaria.

EVSEBII. Valdè autem confidentis est, ad iustum examen diuinam opem implorare. tale est & illud, *Inclina aurem tuam ad me, & saluum me fac.*

Psal. 30, 3.

DIDYMI. Quomodo autem homines, qui tantùm à te & creaturis tuis deficimus, vocem emittere possimus, quæ ad aures tuas pertingat? Ceterùm tamquam bonus amore condescensionis inclina aurem tuam ad me pro salute deprecantem.

3. ESTO MIHI IN DEVM PROTECTOREM.] ATHANASII. Cùm sciret chorus Apostolicus ipsum promisisse in se credentibus futurum murum ignis in circuitu; rogat vt promissum illud opere in seipso impleatur.

Deus credentibus murus.

THEODORI. Tamquam ex metaphora eorum qui in bellis scuta prætendunt, atque illis periclitantes defendunt; sic, inquit, serua me, neque pati sinas; quemadmodum qui in locis munitis manent inconcussi.

ATHANASII. Ipse enim est petra, in qua ædificati fundamentum habemus: atque ipse est murus qui nos continet, ne quidquam ex malorum incursu patiamur. Libera me, inquit, ab his qui me opprimunt, à viris peccato plenis, iniquis & iniustis, qui me quasi manu quadam in seruitutem rapiunt.

HESYCHII. Peccatorem iniquum & iniustum vocat diabolum; atque ex eius manu (scilicet peccati, quod in

Diabolus & peccator nostri inimici sunt.

ἡ καθόλου ἀρετὴ δικαιοσύνη, δηλοῖ τό, Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην· καὶ τὸ πᾶσαν κακίαν ἀδικίαν εἶναι τό, Ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην· καὶ τό, αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ καθαριεῖ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας. Ἐρεῖ τὴν φωνήν, καὶ ὁ τὴν τοῦ νόμου σκιὰν ὑπερβῆναι βουλόμενος, ἵνα σχῇ θεοῦ δικαιοσύνην, πιστεύσας εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν· καὶ μὴ δικαιοσύνην ἰδίαν τὴν ἐκ νόμου κρίνων, ταύτης ἀντεχόμενος.

ΚΛΙΝΟΝ ΠΡΟΣ ΜΕ ΤΟ ΟΥΣ ΣΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστιν, ὡς ἀσθενεῖ συγκατάβηθι. Κλῖνον τὸ οὖς σου ὡς ἁμαρτωλῷ, καὶ μὴ δυναμένῳ σὺν παρρησίᾳ προσεύξασθαι· ἤ, τὸ γοῦν ἀληθέστερον, ἔγγισον. Οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς ἐγγίσαι τῷ Θεῷ χωροῦμεν, ἐὰν μὴ ὁ πανταχοῦ παρών, ἐγγὺς ἡμῶν γένηται τῇ συμπαθείᾳ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Θαρροῦντος δὲ λίαν, τὸ ἐπὶ ἐξετάσει δικαίᾳ τὴν θείαν αἰτεῖν βοήθειαν. Τοιοῦτον καὶ τό, Κλῖνον τὸ οὖς σου πρός με, καὶ σῶσόν με.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πῶς δ' ἂν οἱ ἄνθρωποι, τοσοῦτόν σου καὶ τῶν περὶ σὲ κτισμάτων λειπόμενοι, βοὴν ἀφεῖναι, τὴν σὴν ἀκοὴν ἐφικνουμένην δυναίμεθα; ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς τρόπῳ συγκαταβάσεως κλῖνον τὸ οὖς σου πρός με περὶ σωτηρίας δεόμενον.

γ΄. ΓΕΝΟΥ ΜΟΙ ΕΙΣ ΘΕΟΝ ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰδὼς ὁ ἀποστολικὸς χορὸς ὡς αὐτὸς ἐπήγγελται τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἔσεσθαι τεῖχος πυρὸς κύκλωθεν· τὴν τοιαύτην ὑπόσχεσιν ἔργῳ εἰς ἑαυτὸν πληρωθῆναι παρακαλεῖ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τοῖς πολέμοις προτιθέντων τὰς ἀσπίδας, καὶ ταύταις σκεπόντων τοὺς κινδυνεύοντας· οὕτω, φησί, περίσωσον, μηδὲ ἐάσῃς παθεῖν· ὥσπερ οἱ ἐν τόποις ὀχυρωμένοις ἀσάλευτοι διαμένουσιν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πέτρα, ἐφ' ἣν οἱ οἰκοδομηθέντες τὸ θεμέλιον ἔχομεν· καὶ αὐτὸς τὸ τεῖχος τὸ συνέχον ἡμᾶς, πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν ἐξ ἐπιδρομῆς κακῶν. Ἀπάλλαξόν με, φησί, τῶν τῶν καταπονούντων, καὶ ὑπὸ τὴν δουλείαν, ὥσπερ χειρί τινι ἀγόντων ἀνδρῶν, ἁμαρτίας πεπληρωμένων, ἀνόμων τε καὶ ἀδίκων.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἁμαρτωλὸν παράνομόν τε καὶ ἄδικον καλεῖ τὸν διάβολον· ἐκ χειρός τε αὐτοῦ ῥυσθῆναι (δηλαδὴ τῆς ἁμαρτίας, ἣν ἐν ταῖς

μάθο-

μεθοδείαις ἔχει τῆς ἡδονῆς) προσδέχεται. εἰ δὲ καὶ ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν λέγει ῥυσθῆναι, καὶ τοῦτο μακάριον. εἰ μὲν γὰρ ἐχθρὸς ὁ ἁμαρτωλὸς, οὐ φείδεται· εἰ δὲ φίλος, βαρὺς καὶ οὕτως· οἷα γὰρ αὐτὸς ἄγει, συμβουλεύει τοῖς φίλοις καὶ προτρέπεται. ἁμαρτωλοῦ τοίνυν ἐχθροῦ τε καὶ φίλου ῥυσθῆναι καὶ ἡμεῖς προσευξώμεθα· τοῦ μὲν διὰ φιλίας, τοῦ δὲ διὰ δυναστείας, ἑκατέρως ἀδίκως καὶ παρανόμως βλάπτοντος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Χεὶρ ἁμαρτωλοῦ ἡ ἁμαρτικὴ ἐστι πρᾶξις· αἰτεῖ δὲ μηδὲ κατὰ πόσον αὐτῇ ἐνεργεῖν. σκόπει δὲ εἰ ἓν ἐστιν ὑποκείμενον ἁμαρτωλὸς καὶ ἄδικος καὶ παράνομος· δοκεῖ γὰρ ἁμαρτωλὸς ὁ ἀδικῶν καὶ παράνομος· εἰ δὲ τὰ τρία δηλοῖ τὸν διάβολον, χεῖρα ληπτέον αὐτοῦ τὴν ὅσον στρατιωτικὴν αὐτοῦ δύναμιν. ῥυσθῆναι τοίνυν ἐξ ἀκαθάρτων πνευμάτων αἰτεῖ ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα γενόμενος τοῦ θεοῦ· ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἁρπάσαι δυνήσεται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ῥῦσαί με, φησὶν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρανόμου λαοῦ· διότι καὶ διὰ σὲ τὰ τοιαῦτα ὑπομένω, καὶ διὰ τὴν εἰς σὲ ἐλπίδα ἣν ἐδεξάμην ἐκ πρώτης, καὶ ἐξ ἀρχῆς μου διὰ σοῦ γεννήσεως· κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σὲ γὰρ ἔχω προσδοκίαν καὶ ἐλπίδα τῆς βοηθείας. Ὥσπερ γὰρ τοῦ ἁγίου σοφία καὶ δύναμις ὁ θεὸς· οὕτως ὑπομονὴ καὶ ἐλπὶς ὑπομένοντος εἰς σωτηρίαν, καὶ ἐλπίζοντος ἐπ' αὐτόν. δηλοῖ δὲ, ὡς κατὰ θεὸν ἐκ βρέφους ἀνατραφεὶς, ἄλλην οὐκ ἔχει ἐλπίδα. Λέγοι δ' ἂν ἐκ νεότητος· καὶ ἀφ' οὗ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδυσάμενος, τὸν καινὸν ἐνεδύσατο, κατὰ θεὸν κτισθέντα ἐν ὁσιότητι καὶ γνώσει τῆς ἀληθείας.

ϛʹ. ΕΠΙ ΣΕ ΕΠΕΣΤΗΡΙΧΘΗΝ ΑΠΟ ΓΑΣΤΡΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δείκνυσιν, ὡς ὁ Χριστὸς, δι' ὃν τὰ τοιαῦτα ὑπέμενον, αὐτός ἐστιν, ὁ καὶ ἔτι κυομένους αὐτοὺς ἐν γαστρὶ, τῇ δημιουργικῇ ἑαυτοῦ προνοίᾳ ἐξαγαγὼν εἰς τὸ φῶς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πάντα στηριγμὸν καὶ βεβαίωσιν διὰ σοῦ ἔχον, ἐξ οὗ καὶ γεγέννημαι· τουτέστιν, ἐξότε τὸ γένος συνέστηκεν. ὥσπερ γὰρ νεότητα λέγει τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἐν συγκρίσει τοῦ παρόντος· οὕτω γέννησιν τὴν ἀρχὴν τῆς καταστάσεως, ἣν ἐκ τῶν πατέρων ἔχον.

insidijs latet voluptatum) postulat liberari. Quòd si verò etiam à peccatoribus liberari petat, etiam hoc beatum est. Nam si quidem inimicus peccator sit, minimè parcit; si verò amicus, etiam sic grauis est: nam qualia ipse nimirum comminiscitur, talia etiam amicis suadet. A peccatore igitur tam inimico quàm amico etiam nos oremus liberari; cùm hic quidem per amicitiam, ille verò per potentiam seu violentiam, vterque autem nequiter & iniquè noceat.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Manus peccatoris est actio peccaminosa: petit autem vt ne tantillum illâ operetur. Considera autem num idem subiectum sit peccator & iniustus & iniquus: videtur enim peccator etiam iniustus & iniquus esse: si autem hæc tria diabolum significent, manus eius accipienda est quasi pro virtute eius militari. Petit itaque ab immundis spiritibus liberari sub potenti manu Dei constitutus; è qua nemo eripere poterit.

Manus peccatoris est actio peccaminosa.

ATHANASII. Libera me, inquit, à populo isto iniquo; quia nimirum propter te talia sustineo, & propter spem quam in te concepi à prima mea, quam ex te habui, natiuitate; iuxta quod dictum est, *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan. 1.

THEODORI. Te enim habeo expectationem & spem auxilij. Quemadmodum enim Deus viri sancti sapientia & virtus est; ita etiam patientia & spes est eius qui sustinet ad salutem, & sperat in ipsum. Ostendit autem, quomodo secundùm Deum ab infantia educatus, aliam spem non habuerit. Dixerit verò etiam à iuuentute; id est, ex quo veterem hominem exutus, nouum induit, qui secundùm Deum creatus est in sanctitate & cognitione veritatis.

Deus viri sancti patientia & virtus est.

Ephes. 4. 24.

6. IN TE CONFIRMATVS SVM EX VTERO.] ATHANASII. Ostendit, quomodo Christus, propter quem talia sustinuit, ipse sit, qui ipsos, dum adhuc etiam in vtero conciperentur, creatrice suâ prouidentiâ eduxerit in lucem.

Deus nos ex vtero confirmat.

THEODORI. Omnem stabilitatem ac firmitatem per te habui; ex quo etiam natus sum; id est, ex quo genus constitit. Nam sicut tẽpus illud iuuentutem vocat, comparatione temporis præsentis; ita natiuitatem appellat principium status, quem ex patribus habuerunt.

CATENA PATRVM

Ezech 16, 3.

DIDYMI. Natiuitatem & partum vocauit exitum de Ægypto. Etenim in Ezechiele quoque Deus cùm dixisset, *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa*; subiungit, *In die quâ nata es non est præcisus vmbilicus tuus, neque lota in salutem, & sale non es salita*. Vmbilicus enim est veluti quædam radix, per quam fœtus augetur & alitur. Sic etiam Israel post exitum de Ægypto quasi insitam sibi habuit idololatriam, & impietatem Ægyptiorum nequaquam circumcidit. Igitur piorum cœtus dicit, Spem tuam iam inde à principio habui.

Vmbilicus quid.

EIVSDEM. Ceterùm aliter quoque nequaquam corporaliter intelligendum est illud *de ventre*: non enim simul cum partu adest vsus rationis. Scriptum est enim etiam de Samuele, quòd etiam priusquam Deum nosset, à teneris vnguiculis piè sit educatus. Sed & Moyses in deserto ait, Et omnes pueri qui vobiscum sunt hodie, qui non nouerunt bonum neque malum, ingredientur in terram promissionis. Quomodo igitur, qui tunc se Deum scire dixit, voluntariè confirmatus est in ipso? Dicit igitur, Quoniam obtuli tibi principium intelligendi & operandi, ex quo intelligo te solum sciens. Hoc autem non dixerit aliquis, qui à malitia resipiscit; sed qui à principio in Deo manet, dicens sicut Iob, *Quòd si & buccellam meam comedi solus, & pupillis non communicaui: quòd si non de ventre matris meæ dux eis fui vt pater*: declarans quomodo, ex quo cœperit vti ratione: sicut qui dicunt, *Si obliti sumus nomen tuum; & si expandimus manus nostras ad Deum alienum*: ex quo nimirum sapere inceperant. Ceterùm hæc quoque conuenire possint illi, qui ex diuina doctrina & ex aqua & spiritu natus est, conformiter isti natiuitati vterum & ventrem intelligendo, ex quibus natus spiritaliter prodijt.

Qui ab vtero Deum colunt.

Iob 31, 17.

Psal. 43, 21.

ATHANASII. Quandoquidem tu idem, inquit, Dominus es, & adhuc in vtero matris existentem me diuinâ tuâ virtute protexisti, & ab iniquo populo liberasti; idcircò etiam ego ipse (vtpote tam assiduæ beneficentiæ assuetus) non cesso tibi iugiter hymnos offerre.

EVSEBII. Soli autem, inquit alius, congruit Saluatori, in ipso confirmatum fuisse ex vtero (vtpote in ipso immaculatam mentem habenti) & de ventre à Patre protectum

Solus Christus à Patre peculiariter confirmatus est in vtero.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Γέννησιν καὶ τόκον τὴν ἐξ αἰγύπτου κέκληκεν ἔξοδον. καὶ ἐν Ἰεζεκιὴλ γὰρ ὁ Θεὸς εἰπὼν, ὁ πατήρ σου Ἀμοῤῥαῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία· ἐπάγει, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἐτέχθης, ὁ ὀμφαλός σου οὐκ ἀπετμήθη, καὶ ἁλὶ οὐχ ἡλίσθης, οὐκ ἐλούσθης εἰς σωτηρίαν. Ὁ γὰρ ὀμφαλὸς οἱονεὶ ῥίζα τοῦ βρέφους ἐστὶ, δι' οὗ αὔξεταί τε καὶ τρέφεται. Οὕτως Ἰσραὴλ καὶ μετ' αἴγυπτον ὥσπερ ἔμφυτον εἶχε τὴν εἰδωλολατρείαν, καὶ τὴν ἀσέβειαν τῶν αἰγυπτίων οὐδαμῶς ἀπέτεμεν. [illegible] ἀλλ' ἡ τῶν εὐσεβῶν συμμορία λέγει, σὴν ἄνωθεν ἔσχον ἐλπίδα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Καὶ ἄλλως δὲ [illegible] πικῶς οὐ νοητέον τὸ ἐκ γαστρός· οὐ γὰρ ἅμα τῷ τόκῳ τὸ λογικὸν ἐνεργεῖ. γέγραπται γὰρ καὶ τὸν Σαμουὴλ, πρὶν γνῶναι τὸν Θεὸν, καίτοι θεοσεβῶς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἀχθῆναι. λέγει δὲ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πᾶν τὸ παιδίον, ὅσα μεθ' ἡμῶν σήμερον, ἃ οὐκ οἶδεν ἀγαθὸν ἢ κακὸν, εἰσελεύσεται εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Πῶς οὖν, τηνικάδε Θεὸν εἰδὼς ὁ λέγων, ἐπεστηρίζετο προαιρετικῶς ἐπ' αὐτοῦ; λέγει τοίνυν, ὅτι ἀνέθηκά σοι τὴν ἀρχὴν τοῦ νοεῖν τε καὶ ἐνεργεῖν, ἀφ' οὗ νοῶ σε μόνον εἰδώς. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν εἴποι τις ἀπὸ κακίας μεταγνούς· ἀλλ' ὁ μείνας ἐξ ἀρχῆς ἐν Θεῷ, λέγων καθάπερ Ἰώβ, Εἰ δὲ καὶ τὸν ψωμόν μου ἔφαγον μόνος, καὶ ὀρφανοῖς οὐ μετέδωκα· εἰ μὴ ἐκ κοιλίας μητρός μου ὡδήγουν αὐτοὺς ὡς πατήρ· δηλῶν ὡς, ἐξ ὅτου ἤρξατο λογικῶς ἐνεργεῖν· ὥσπερ οἱ λέγοντες, εἰ ἐπελαθόμεθα τοῦ ὀνόματός σου· καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖρας ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον· ἀφ' οὗ φρονεῖν ἤρξαντο δηλαδή. Ἁρμόττοι δ' ἂν, καὶ τοῖς ἐκ θείας διδασκαλίας καὶ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος γεννωμένοις, καταλλήλως τῇ γεννήσει ταύτῃ γαστρὸς καὶ κοιλίας νοουμένων, ἀφ' ὧν γεννηθεὶς νοητῶς προσελήλυθεν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ σὺ αὐτός, φησὶν, ὁ κύριος, καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός με ἔτι ὄντα ἐσκέπασας τῇ θείᾳ σου δυνάμει, καὶ ἐῤῥύσω ἐκ τοῦ παρανομοῦντος λαοῦ· τούτου χάριν καὶ αὐτὸς ἐγὼ (ἅτε τῆς οὕτω συνεχοῦς εὐεργεσίας εἰθισμένος) οὐ παύομαι τοὺς εἰς σὲ ὕμνους ἀναπέμπειν διηνεκῶς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μόνῳ δὲ, φησὶν ἕτερος, ἁρμόττει τῷ σωτῆρι, τὸ ἐπ' αὐτοῦ ἐπεστηρίχθαι ἀπὸ γαστρὸς (ἀθόλωτον ἔχοντι τὸν νοῦν ἐν αὐτῷ) καὶ τὸ ἐσκεπάσθαι ἀπὸ κοιλίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς,

πατρὸς, ταῖς ἄλλαις ἴσως γεγένησιν ἐφισταμένων ἀγγέλων. Διὸ, καθάπερ ἔφη, τέρας ἐδόκει πολλοῖς. οἱ μὲν γὰρ δόκησιν τὴν ἐπιφάνειαν εἶναι, οἱ δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον· καὶ οἱ μὲν βλασφημοῦσιν, ἀγνοοῦντες τὰ ἐν γαστρί· οἱ δὲ σέβονται. Τέρας δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ θάνατος, ἀπιστουμένης τῆς ἀναστάσεως. λέγοιτο δ' ἂν τοῦτο καὶ κατὰ πάντων κοινῶς. εἰ μὴ γὰρ θεοῦ δύναμις ἐφρούρει τὸ κατὰ γαστρὸς κυοφορούμενον, οὐκ ἂν συνέστη, καὶ μετέσχε ζωῆς.

ΕΝ ΣΟΙ Η ΥΜΝΗΣΙΣ ΜΟΥ ΔΙΑΠΑΝΤΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἴ τις μοι ὕμνος προσηνέχθη ποτὲ παρὰ τῶν θαυμαζόντων με, διὰ τὰς παρὰ σοῦ γέγονεν εὐεργεσίας· ἐν ταύταις γὰρ ἀεὶ περίβλεπτος ἐφάνην.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πᾶν τὸ καλὸν καὶ εὐσεβὲς ἀνύεται σὺν θεῷ. ὅθεν ὁ ὁμολογῶν τὸν Ἰησοῦν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἐν αὐτῷ τοῦτο ποιεῖ ὁμολογηθησόμενος ὑπὸ τοῦ σωτῆρος, ὄντος ἐν τῷ ὁμολογοῦντι αὐτόν. ἐπεὶ γὰρ ὁ σωτὴρ δικαιοσύνη, καὶ σοφία, ἁγιασμός τε, καὶ ζωὴ, καὶ ἀλήθεια, ὁ πραγματικῶς αὐτὸν ὁμολογῶν, ᾧ ἕπεται καὶ διὰ φωνῆς ὁμολογία, ἐν τῷ ὁμολογουμένῳ τυγχάνει ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ σοφίᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις, δίκαιος καὶ σοφὸς ὑπάρχων καὶ τὰ λοιπά. ὡς οὖν αὐτὸς ἐν τῷ μετεχομένῳ, οὕτω καὶ ὁ μέθεκτος ἐν τῷ μετέχοντι· καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ σπουδαίῳ ἡ ἀρετὴ, καὶ αὐτὸς ἐν αὐτῇ· κατὰ τὸ, Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· καὶ, Ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. Οὕτω καὶ ὁ ὑμνῶν θεὸν, ἐν αὐτῷ τυγχάνει.

ΕΤΕΡΟΥ. Εἴποις δ' ἂν καὶ ἁπλούστερον. Ὡς ἄλλοι ἄλλα ὑμνοῦσιν, γονεῖς, ἄρχοντας, πλοῦτον, δόξαν· ἡ ἐμὴ ὕμνησις ἐν σοὶ καθέστηκε μόνῳ. Γέγραπται δὲ καὶ ὑπόμνησίς μου. Τίνος γὰρ ἄλλου μεμνῆσθαι δεῖ, ἢ τούτων πάντων αἰτίου; κατὰ τὸ, Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, ἐν τοῖς ὄρθροις ἐμελέτων εἰς σέ.

ζ. ΩΣΕΙ ΤΕΡΑΣ ΕΓΕΝΗΘΗΝ ΤΟΙΣ ΠΟΛΛΟΙΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τέρας μὲν τὸ παράδοξον καὶ μέγα τι φησιν. Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ καὶ ἤρθην ὑψοῦ, φησὶ, καὶ μέγας τις καὶ ἐξαίρετος ἐν τοῖς πολλοῖς γεγένημαι ἔθνεσιν, ἀλλ' οὐκ οἰκείᾳ δυνάμει τὸ τοιοῦτον ἔσχον ἀγαθόν· σὺ γὰρ εἶ αὐτὸς ὁ κραταιῶν με καὶ γενναῖον διὰ τῆς σῆς με βοηθείας ποιῶν.

fuiſſe, cùm alijs fortè natiuitatibus Angeli præſint. Quapropter, quemadmodum dicet, prodigium viſus eſt multis. Siquidem alij putabant imaginariam eſſe eius apparitionem, alij verò puſillum hominem: atque alij quidem blaſphemant ipſum, ignorantes quæ in vtero contigerint; alij verò venerantur. Ceterùm prodigium quoque eſt mors eius, non creditâ reſurrectione. Poſſit autem hoc etiam de omnibus communiter dici. Nam niſi Dei virtus cuſtodiuiſſet id quod in vtero conceptum erat, haudquaquam conſtitiſſet, & vitam participaſſet.

CATENA PATRVM. *Christus prodigium viſus eſt.*

IN TE CANTATIO MEA SEMPER.] THEODORI. Si quis mihi hymnus vmquam oblatus ſit ab illis qui me admirabantur, hoc propter beneficia in me tua contigit: iſtis enim ſemper ſpectabilis apparui.

ANONYMI. Omne id quod bonum ac pium eſt perficitur ope Dei. Vnde qui confitetur Ieſum coram hominibus, in ipſo hoc facit, à Saluatore viciſſim confitendus, qui eſt in eo qui ipſum confitetur. Cùm enim Saluator ſit iuſtitia, & ſapientia, & ſanctificatio, & vita, & veritas, is qui re ipsâ ipſum confitetur, ita vt vocis quoque confeſſio ſequatur, in eo quem confitetur exiſtit in iuſtitia, & ſapientia, & ceteris virtutibus, cùm iuſtus & ſapiens ceteraque exiſtat. Sicut igitur ipſe eſt in eo qui participatur, ſic etiam participatus in participante exiſtit: ſiquidem & in probo virtus eſt, & ipſe in illa; iuxta illud, *Si qua in Christo noua creatura*; &, *Viuit verò in me Christus.* Sic etiam qui hymnum Deo dicit, in ipſo exiſtit.

Omne bonum fit in Deo.

2. Cor. 5, 17. Gal. 2, 20.

ALTERIVS. Ceterùm dixeris etiam ſimplicius. Vt alij alios celebrent, v. g. maiores, Principes, diuitias, gloriam; mea cantatio in te ſolo ſita eſt. Scribitur verò etiam, *commemoratio mea.* Cuius enim alterius meminiſſe oportet quàm horum omnium cauſæ? iuxta illud, *Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabar in te.*

Iuſtus ſolum Deum celebrat.

Pſal. 62, 7.

7. TAMQVAM PRODIGIVM FACTVS SVM MVLTIS.] ATHANASII. Prodigium nempe admirandum quidpiam & magnum dicit. Quod autem dicit eſt iſtiuſmodi: Etſi, inquit, in altum eleuatus fuerim, & magnus aliquis & eximius in multis Gentibus factus ſim, attamen non propriâ virtute iſtiuſmodi bonum obtinui: tu enim es qui fortiſſimum & generoſum me facis per auxilium tuum.

Prodigium quid.

CATENA PATRVM. APOLINARII. Quandoquidem etiam cùm iuuenis essem, inquit, auxilium tuum, & non robur corporis fortitudinem putauis, hæc tua, inquit, fortitudo mihi adsit, etiam robore deficiente: quod vtique contigit diuino Dauidi: iuueni quidem filius rebellauit; seni verò nemo: sed præ senio frigidus effectus, & in otio quiescens, regebat Israël, atque successorem constituit Salomonem, reiecto Adonia, qui contra voluntatem eius conatus fuerat Regnum inuadere.

Dauid in senectute pacem habuit.

10. QVIA DIXERVNT INIMICI MEI MIHI.] HESYCHII. Dæmones custodiunt animas nostras non ad bonum, sed ad malum, obseruantes eas, & vt illaqueent insidiantes: hi namque quando nobis insidias struxerint per peccatum, & ad bonum operandum debiles conspexerint, quasi derelictos à Deo, non solùm nos persequi factâ conspiratione volunt, sed etiam comprehendere satagunt; putant enim non esse qui nos liberet.

Dæmonum custodia mala.

ATHANASII. Istud, *Quia dixerunt*: id est, Ne quando dicant inimici mei, Obruamus eum: erit enim nobis in prædam, Deo non succurrente.

THEODORI. Ecce enim inimici, & qui cuncta faciunt & obseruant, vt animam meam multitudine calamitatum è medio tollant, conuenientes semper in idipsum dicunt: Non ampliùs Deus curam eorum gerit, comprehendite, conterite, interimite: nam non est qui defendat illos. Vult autem dicere, quòd se mutuò hortentur & concitent aduersum me.

12. DEVS MEVS NE ELONGERIS A ME.] APOLINARII. Hæc autem quadrant tempori rebellionis Absalomi, in quem etiam ista Psalmi tertij dicta sunt, *Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius*. Ceterùm per communicationem cum iustis etiam Dominus istiusmodi inimicorum rebellionem passus est, dicentium, *Liberet eum, si vult eum*, & putantium ipsum fuisse derelictum, qui secundùm decretum Patris ista patiebatur. Frustrentur igitur, inquit, proposito suo maligni, & secundùm spem meam, non secundùm opinionem eorum res eueniat.

Psal. 3.

ANONYMI. Meis enim insultant calamitatibus, me tuo auxilio destitutum existimantes.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπεὶ καὶ νέος ὤν, φησι, τὴν σὴν βοήθειαν ἰσχὺν, ἀλλ᾽ οὐ ῥώμην ἐνόμισα σώματος· ἡ σή μοι παρέστω, καὶ παρελθούσης τῆς ῥώμης ἰσχύς· ὃ δὴ ἐπετελέσθη τῷ θείῳ Δαβίδ· νέῳ μὲν ὁ υἱὸς ἐπανέστη· γηράσαντι δὲ οὐδείς· ἀλλ᾽ ἐψυγμένος ὑπὸ γήρως, καὶ σχολάζων ἤδη καὶ ἤρεμος, ἦρχε τοῦ Ἰσραήλ, καὶ καθίστη διάδοχον Σολομῶντα, τὸν ἐγχειρήσαντα παρὰ γνώμην αὐτοῦ πειραθέντα βασιλεύειν ἐκβαλὼν Ἀδωνίαν.

ι. ΟΤΙ ΕΙΠΟΝ ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ ΕΜΟΙ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Φυλάσσουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς οὐκ εἰς ἀγαθὸν, ἀλλ᾽ εἰς κακὸν οἱ δαίμονες, παρατηροῦντες αὐτὰς, ὥστε καὶ παγιδεῦσαι ἐνεδρεύοντες· οὗτοι γὰρ ἐπὰν ἡμᾶς παγιδεύσωσι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ πρὸς ἀγαθοεργίαν ἀσθενήσαντας ἴδωσιν, ὡς καταλειφθέντας ὑπὸ θεοῦ, ἐν ὁμονοίᾳ βούλονται οὐ μόνον καταδιῶξαι, ἀλλὰ καὶ καταλαβεῖν σπουδάζουσι· δοκοῦσι γὰρ οὐκ εἶναι τὸν ῥυόμενον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ, ὅτι εἶπον· ἀντὶ τοῦ, μήποτε εἴπωσιν οἱ ἐχθροί μου, ἐπιθώμεθα αὐτῷ· ἔσται γὰρ ἡμῖν εἰς σκυλεῦσαι, μὴ ἐπικουροῦντος θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἰδοὺ γὰρ οἱ πολέμιοι, καὶ πάντα ποιοῦντες καὶ παραφυλάττοντες, ὅπως ἄν μου καὶ τὴν ψυχὴν ἐξέλωσι τῷ πλήθει τῶν συμφορῶν, συνιόντες ἀεὶ κατὰ τὸ αὐτὸ λέγουσιν· Οὐκέτι μέλει αὐτοῦ τῷ θεῷ, καταλάβετε, συνθλίψατε, ἀνέλετε· οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἐπαμύνων αὐτοῖς. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀλλήλοις ἐγκελεύονται καὶ παρορμῶσιν ἀλλήλους κατ᾽ ἐμοῦ.

ιβ΄. Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ ΑΠ ΕΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἁρμόζοι δ᾽ ἂν εἰς τὸν καιρὸν ταῦτα τὸν τῆς ἐπαναστάσεως Ἀβεσσαλώμ· εἰς ὃν κἀκεῖνα εἴρηται τὰ διὰ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ, Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Κοινωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς τοὺς δικαίους καὶ ὁ κύριος πέπονθε τὴν τοιαύτην τῶν ἐχθρῶν ἐπανάστασιν, λεγόντων, Ῥυσάσθω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτὸν, καὶ οἰομένων ἐγκαταλελεῖφθαι, τὸν κατὰ βουλὴν πάσχοντα τοῦ Πατρός. Σφαλήτωσαν οὖν, φησὶ, τῆς προαιρέσεως οἱ πονηροὶ, καὶ κατ᾽ ἐλπίδα τὴν ἐμὴν, μὴ καθ᾽ ὑπόληψιν τὴν ἐκείνων ἔχοι φανῆναι τὸ πρᾶγμα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταῖς ἐμαῖς γὰρ ἐπεμβαίνουσι συμφοραῖς, ἔρημόν με τῆς σῆς βοηθείας οἰόμενοι.

. . . ., σὺ βοήθησον. Οὐ γέγονας δὲ μακρὰν κατ' οὐσίαν Θεὸς, ὁ πάντα πληρῶν, ἀλλὰ τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκ βοηθείας ἐνέργειαν.

Ησυχιου. Καὶ πῶς ὁ Θεὸς ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι μακρύνεται; ἀλλ' ὅταν ἡμεῖς τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀνάξια πράξωμεν· ὥσπερ διὰ τῆς προφητικῆς γλώττης πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν· Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ τοῦ Θεοῦ.

ιγ'. Αισχυνθητωσαν και εκλειπετωσαν.] Αθανασιου. Ἐπειδὰν ἐκεῖνοι ἐπιτεθῶσιν, φησὶ, διὰ τὸ δόξαι με ἐγκαταλειφθῆναι παρὰ σοῦ, βοηθήσας αὐτοὺς, καὶ αὐτοὺς εἰς αἰσχύνην ἀποστρέψεις· ὡς ματαίας εὑρόντας, ἃς κατὰ τῆς ψυχῆς μου ἐποιήσαντο διαβολάς. Τίνες δὲ αἱ διαβολαί; ἢ αἱ λέγουσαι, ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν. Σύμμαχος ἀντὶ οἱ ἐνδιαβάλλοντές φησιν, οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ. Ἴδιον γὰρ τῶν ἀντικειμένων τὸ διαβάλλειν αὐτοὺς ἀεὶ πειρᾶσθαι. Ὡς ἂν πολλῶν ὄντων, τῶν πολλὰ λεγόντων τότε, καὶ διαβαλλόντων, εἰς τὸ μῖσος ἐγείρειν κατ' αὐτὸν τοῦτο ἔφησεν· Αἰσχυνθήτωσαν οὖν ὅτι μηδὲν αὐτοῖς εἰς πέρας ἀγομένων.

Διδυμου. Σὲ βοηθὸν κεκτημένος, οἶδα ὅτι ὄψομαι καταισχυνομένους πάντας τοὺς ἐχθρούς μου.

ιε. Οτι ουκ εγνων γραμματειας.] Αθανασιου. Γραμματείας ἢ τὰς ματαίας καὶ πολυπλόκους τοῦ βίου περισπασμούς φησιν, ἢ τὰς διὰ τοῦ νόμου κελευομένας πολυτρόπους προσάγεσθαι θυσίας· ἐπειδὴ ταύτας συμπάσας, φησὶ, ἀποβαλλόμενος, εἰς τὰς ἄνω εἰσελεύσομαι μονὰς, εἰς τοῦτο δυνάμεις μοι τοῦ κυρίου παρέχοντος. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται; ὅτε καὶ τὰς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τὴν ὑπόσχεσιν διὰ τοῦτο ἐδέξαντο.

Θεοδωρου. Σαφέστερον Σύμμαχος, Οὐ γὰρ οἶδα ἐξαριθμήσασθαι. Κἂν γὰρ διηνεκῶς, φησὶ, τὰς σοὶ εὐχαριστίας προσφέρωμεν, οὐδ' οὕτως ἀριθμὸν τῆς παρὰ σοῦ χάριτος ὑποβαλεῖν

Anonymi. Dum illi minitantur, tu opitulare. Deus autem nequaquam secundùm substantiam elongatur, cùm omnia impleat, sed prouidentiam implorat per auxilij suppeditationem.

Quomodo Deus dicatur elongari.

Hesychii. Et quomodo Deus super omnes & in omnibus elongatur? nisi quando nos eius præsentiâ indigna gesserimus; sicut per propheticam linguam ad Iudæos dixit: Peccata vestra diuidunt inter vos & Deum. *Esaiæ 59.*

13. Confundantur et deficiant.] Athanasii. Cùm illi, inquit, eò quòd à te derelictus viderer, in me irruerint, tu ipsemet opem feres, atque ipsi pudore suffundentur; vtpote reperientes vanas fuisse calumnias, quas contra animam meam effutierunt. Quæ porrò istæ calumniæ? nisi cùm dicerent, *Deus dereliquit eum*. Symmachus autem pro *qui detrahunt* dicit, *Qui aduersantur animæ*. proprium enim est aduersariorum semper detrahere conari. Tamquam igitur multi essent, qui tunc multa dicerent, atque detraherent, vt illis odium conflaret, hoc dixit: Illi igitur confundantur, dum nil ad exitum perducunt.

Petit vt hostes confundantur.

Didymi. Te adiutorem habens, scio me visurum omnes inimicos meos pudore suffusos.

15. Quoniam non cognoui literaturam.] Athanasii. Literaturam vel inanes ac multiplices vitæ huius distractiones dicit, vel sacrificia diuersa, quæ per legem offerre iubebantur: cùm hæc, inquit, omnia reiecerim, in supernas ingrediar mansiones, Domino ad hoc mihi vires suppeditante. Hoc autem simile est isti dicto, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* Quando & promissionem Regni cælorum propterea acceperunt.

Quid vocet literaturam.

Theodori. Manifestiùs dixit Symmachus, *Non enim scio numerare*. Etsi enim, inquit, continuas tibi gratias ageremus, ne sic quidem numerum inire possimus gra-

CATENA PATRVM.

gratiarum, quæ omnem excedunt narrationem. Dixit autem literaturam, quia omnibus qui tunc Scribæ dicebantur proprium opus erat rationem habere numerorum, catalogorum militarium, & vniuersim regalia omnia curare.

16. DOMINE MEMORABOR IVSTITIÆ TVÆ SOLIVS.] ATHANASII. Omissis, inquit, omnibus dictis, solius iustitiæ tuæ mentionem faciam, per quam [illegible] à peccato me liberasti.

THEODORI. Et te solum tamquam iustum Iudicem & benefactorem agnoscam, non ampliùs idola adorans: quod Patres nostri fecisse videntur, dum post exitum de Ægypto gratiam istam idolis adscripserunt. Oportebat enim superiora memorantes ex comparatione assignare differentiam.

Quomodo confusi sint Iudæi.

THEODORI. Iuuentutem vocat tempus in Ægypto transactum, comparatione bonorum quæ tunc erant, tempus illud senium appellans. Noli, inquit, post tantum tempus tantamque curam modò me reijcere, & prouidentiâ tuâ priuare.

CVM DEFECERIT VIRTVS MEA.] ATHANASII. Etsi, inquit, me, homo cùm sim, quandoque peccare contigerit, ne propter peccatum me deseras Domine; sed tamquam clemens me rursum reuoca.

THEODORI. Infirmatum deinceps & ad mala procliuem ne desere.

ANONYMI. In te spes mea à iuuentute mea: quia senectus venerabilis, non diuturna, cùm canities interioris hominis sit prudentia, & senectus vita immaculata. Quandoquidem in progressu sum, rogo ne me abijcias à benignitate tua adiutum, vt ad apicem virtutis pertingam. Sap. 4. 8 *Senectus venerabilis vita immaculata.*

APOLINARII. Quandoquidem etiam cùm iuuenis essem, inquit, auxilium tuum, & non robur corporis fortitudinem putaui; hæc tua, inquit, fortitudo mihi adsit, etiam robore deficiente: quod vtique contigit diuino Dauidi: iuueni quidem filius rebellauit; seni verò nemo: sed præ senio frigidus effectus, & in otio quiescens, regebat Israël, atque successorem constituit Salomonem, reiecto Adonia, qui contra voluntatem eius conatus fuerat Regnum inuadere.

Dauid in senectute pacem habens.

10. QVIA DIXERVNT INIMICI MEI MIHI.] HESYCHII. Dæmones custodiunt animas nostras non ad bonum, sed ad malum, obseruantes eas, & vt illaqueent insidiantes: hi namque quando nobis insidias struxerint per peccatum, & ad bonum operandum debiles conspexerint, quasi derelictos à Deo, non solùm nos persequi factâ conspiratione volunt, sed etiam comprehendere satagunt; putant enim non esse qui nos liberet.

Dæmonum custodia mala.

ATHANASII. Istud, *Quia dixerunt:* id est, Ne quando dicant inimici mei, Obruamus eum: erit enim nobis in prædam, Deo non succurrente.

THEODORI. Ecce enim inimici, & qui cuncta faciunt & obseruant, vt animam meam multitudine calamitatum è medio tollant, conuenientes semper in idipsum dicunt: Non ampliùs Deus curam eorum gerit, comprehendite, conterite, interimite: nam non est qui defendat illos. Vult autem dicere, quòd se mutuò hortentur & concitent aduersum me.

12. DEVS MEVS NE ELONGERIS A ME.] APOLINARII. Hæc autem quadrant tempori rebellionis Absalomi, in quem etiam ista Psalmi tertij dicta sunt, *Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.* Ceterùm per communicationem cum iustis etiam Dominus istiusmodi inimicorum rebellionem passus est, dicentium, *Liberet eum, si vult eum,* & putantium ipsum fuisse derelictum, qui secundùm decretum Patris ista patiebatur. Frustrentur igitur, inquit, proposito suo maligni, & secundùm spem meam, non secundùm opinionem eorum res eueniat.

Psal. 3.

ANONYMI. Meis enim insultant calamitatibus, me tuo auxilio destitutum existimantes.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπεὶ καὶ νέος ὤν, φησί, τὴν σὴν βοήθειαν ἰσχὺν, ἀλλ' οὐ ῥώμην ἐνόμισα σώματος· ἡ σή μοι παρέστω, καὶ παρελθούσης τῆς ῥώμης ἰσχύς· ὃ δὴ καὶ συνέβη τῷ θείῳ Δαβίδ· νέῳ μὲν ὁ υἱὸς ἐπανέστη· πρεσβύτῃ δὲ οὐδείς· ἀλλ' ἐψυγμένος ὑπὸ γήρως, καὶ ἀσθενὴς ἤδη κείμενος, ἦρχε τοῦ Ἰσραήλ, καὶ καθίστη διάδοχον Σολομῶντα, τὸν παρὰ γνώμην αὐτοῦ πειραθέντα βασιλεύειν, ἐκβαλὼν Ἀδωνίαν.

ι. ΟΤΙ ΕΙΠΟΝ ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΜΟΥ ΕΜΟΙ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Φυλάττουσιν ἡμῶν τὰς ψυχὰς οὐκ εἰς ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς κακὸν οἱ δαίμονες, ἐπιτηροῦντες αὐτὰς, ὥστε καὶ παγιδεῦσαι ἐνεδρεύοντες· οὗτοι γὰρ ὅταν ἡμᾶς τηρήσαντες διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ πρὸς ἀγαθοεργίας ἀδυνατοῦντας ἴδωσιν, ὡς καταλειφθέντων ὑπὸ Θεοῦ, ἐν ὁμονοίᾳ βούλονται οὐ μόνον καταδιῶξαι, ἀλλὰ καὶ καταλαβεῖν σπουδάζοντες· δοκοῦσι γὰρ οὐκ εἶναι τὸν ῥυόμενον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὸ, ὅτι εἶπον· ἀντὶ τοῦ, μήποτε εἴπωσιν οἱ ἐχθροί μου, ἐπιθώμεθα αὐτῷ· ἔσται γὰρ ἡμῖν εἰς προνομὴν, μὴ ἐπικουροῦντος Θεοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἰδοὺ γὰρ οἱ πολέμιοι, καὶ πάντα ποιοῦντες καὶ παραφυλάττοντες, ὅπως ἄν μου καὶ τὴν ψυχὴν ἀνέλωσι τῷ πλήθει τῶν συμφορῶν, συνιόντες ἀεὶ κατὰ τ' αὐτὸ λέγουσιν· Οὐκέτι μέλει αὐτῶν τῷ Θεῷ, καταλάβετε, συνθλάσατε, ἀνέλετε· οὐ γάρ ἐστιν ὁ ὑπερμαχῶν αὐτῶν. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ἀλλήλους ἐγκελεύονται καὶ παρορμῶσιν ἀλλήλους κατ' ἐμοῦ.

ιβ'. Ο ΘΕΟΣ ΜΟΥ ΜΗ ΜΑΚΡΥΝΗΣ ΑΠ ΕΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἁρμόζοι δ' ἂν εἰς τὸν καιρὸν ταῦτα τὸν τῆς ἐπαναστάσεως Ἀβεσσαλώμ· εἰς ὃν καὶ ἐκεῖνα εἴρηται τὰ διὰ τοῦ τρίτου ψαλμοῦ, Πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. Κοινωνίᾳ δὲ τῇ πρὸς τοὺς δικαίους καὶ ὁ κύριος ὑπέμεινε τὴν τοιαύτην τῶν ἐχθρῶν ἐπανάστασιν, λεγόντων, Ῥυσάσθω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτὸν, καὶ οἰομένων ἐγκαταλελεῖφθαι, τὸν κατὰ βουλὴν πάσχοντα τὴν Πατρός. Σφαλήτωσαν οὖν, φησὶ, τῆς προαιρέσεως οἱ πονηροὶ, καὶ κατ' ἐλπίδα τὴν ἐμὴν, μὴ καθ' ὑπόληψιν τὴν ἐκείνων ἔχοι ἐκβαίνειν τὸ πρᾶγμα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταῖς ἐμαῖς γὰρ ἐπεμβαίνουσι συμφοραῖς, ἔρημόν με τῆς σῆς βοηθείας οἰόμενοι.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκεῖνοι ταῦτά φασι, μὴ ἐπὶ μήκιστον ὑπερθῇ τὴν βοήθειαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτά φασιν ἐκεῖνοι, καὶ ἔργῳ ἐπέλθωσι, μὴ μακρύνῃς τὸ πάλιν τὴν σὴν παρασχεῖν βοήθειαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκείνων ἀπειλούντων, σὺ βοήθησον. Οὐ γίνεται δὲ μακρὰν κατ' οὐσίαν Θεὸς, ὁ πάντα πληρῶν, ἀλλὰ τὴν πρόνοιαν αἰτεῖ κατὰ τὴν τῆς βοηθείας ἐνέργειαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ πῶς ὁ Θεὸς ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι μακρύνεται, ἀλλ' ὅταν ἡμεῖς τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀνάξια πράξωμεν· ὥσπερ διὰ τῆς προφητικῆς γλώττης πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν· Αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ τοῦ Θεοῦ.

ιγ'. ΑΙΣΧΥΝΘΗΤΩΣΑΝ ΚΑΙ ΕΚΛΙΠΕΤΩΣΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὰν ἐκεῖνοι ἐπιτεθῶσί μοι, φησὶ, διὰ τὸ δόξαι με ἐγκαταλειφθῆναι παρὰ σοῦ, βοηθήσεις αὐτὸς, καὶ αὐτοὶ εἰς αἰσχύνην ἀποτραπήσονται· ἀπὸ ματαίας εὑρόντες, ἃς κατὰ τῆς ψυχῆς μου ἐποιήσαντο διαβολάς. Τίνες δὲ αἱ διαβολαί; ἢ αἱ λέγουσαι, ὁ Θεὸς ἐγκατέλιπεν αὐτόν. Σύμμαχος ἀντὶ οἱ ἐνδιαβάλλοντές φησιν, οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ. Ἴδιον γὰρ τῶν ἀντικειμένων τὸ διαβάλλειν αὐτοὺς ἀεὶ πειρᾶσθαι. Ὡς ἂν πολλῶν ὄντων, τῶν πολλὰ λεγόντων τότε, καὶ διαβαλλόντων, εἰς τὸ μῖσος ἐγεῖραι κατ' αὐτοῦ, τοῦτο ἔφησεν· Αἰσχυνθήτωσαν ἂν οὗτοι, μηδὲν αὐτοὺς εἰς πέρας ἀγομένων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σὲ βοηθὸν πεπλουτημένος, οἶδα ὅτι ὄψομαι καταισχυνομένους πάντας τοὺς ἐχθρούς μου.

ιε'. ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΓΝΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Γραμματείας ἢ τὰς ματαίας καὶ πολυπλόκους τοῦ βίου περισπασμούς φησιν, ἢ τὰς διὰ τοῦ νόμου κελευομένας πολυειδεῖς προσάγεσθαι θυσίας· ἐπειδὴ ταύτας συμπάσας, φησὶν, ἀποβαλλόμενος, εἰς τὰς ἄνω εἰσελεύσομαι μονὰς, εἰς τοῦτο δύναμίν μοι τοῦ Κυρίου παρέχοντος. Ὅμοιον δὲ τῷ εἰρημένῳ, Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; ὅτε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τὴν ὑπόσχεσιν διὰ ταῦτα ἐδέξαντο.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σαφέστερον Σύμμαχος, Οὐ γὰρ οἶδα ἐξαριθμήσασθαι. Κἂν γὰρ διηνεκῶς, φησὶ, τὰς εἰς σὲ εὐχαριστίας ποιώμεθα, οὐδὲ οὕτως ἀριθμοῦ τὰς παρὰ σοῦ χάριτας ὑποβαλεῖν

ATHANASII. Quandoquidem igitur ipsi hæc dicunt, ne in longum tempus differas auxilium. *CATENA PATRVM.*

THEODORI. Ceterùm etsi ipsi hæc dicant, & re ipsâ irruant; ne differas iterùm auxilium tuum impertiri.

ANONYMI. Dum illi minitantur, tu opitulare. Deus autem nequaquam secundùm substantiam elongatur, cùm omnia impleat, sed prouidentiam implorat per auxilij suppeditationem. *Quomodo Deus dicatur elongari.*

HESYCHII. Et quomodo Deus super omnes & in omnibus elongatur? nisi quando nos eius præsentiâ indigna gesserimus; sicut per propheticam linguam ad Iudæos dixit: Peccata vestra diuidunt inter vos & Deum. *Isaiæ 59.*

13. CONFVNDANTVR ET DEFICIANT.] ATHANASII. Cùm illi, inquit, eò quòd à te derelictus viderer, in me irruerint, tu ipsemet opem feres, atque ipsi pudore suffundentur; vtpote reperientes vanas fuisse calumnias, quas contra animam meam effutiuerunt. Quæ porrò istæ calumniæ? nisi cùm dicerent, *Deus dereliquit eum*. Symmachus autem pro *qui detrahunt* dicit, *Qui aduersantur animæ*. proprium enim est aduersariorum semper detrahere conari. Tamquam igitur multi essent, qui tunc multa dicerent, atque detraherent, vt illis odium conflaret, hoc dixit: Illi igitur confundantur, dum nil ad exitum perducunt. *Patientes hostes confunduntur.*

DIDYMI. Te adiutorem habens, scio me visurum omnes inimicos meos pudore suffusos.

15. QVONIAM NON COGNOVI LITERATVRAM.] ATHANASII. Literaturam vel inanes ac multiplices vitæ huius distractiones dicit, vel sacrificia diuersa, quæ per legem offerre iubebantur: cùm hæc, inquit, omnia reiecerim, in supernas ingrediar mansiones, Domino ad hoc mihi vires suppeditante. Hoc autem simile est isti dicto, *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Quando & promissionem Regni cælorum propterea acceperunt. *Quid vocet literaturam.*

THEODORI. Manifestiùs dixit Symmachus, *Non enim scio numerare*. Etsi enim, inquit, continuas tibi gratias ageremus, ne sic quidem numerum inire possimus

gra-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

gratiarum, quæ omnem excedunt narrationem. Dixit autem literaturam, quia omnibus qui tunc Scribæ dicebantur proprium opus erat rationem habere numerorum, catalogorum militarium, & vniuersim regalia omnia curare.

16. Domine memorabor ivstitiæ tvæ solivs.] Athanasii. Omissis, inquit, omnibus dictis, solius iustitiæ tuæ mentionem faciam, per quam à peccato me liberasti.

Theodori. Et te solum tamquam iustum Iudicem & benefactorem agnoscam, non ampliùs idola adorans: quod Patres nostri fecisse videntur, dum post exitum de Ægypto gratiam istam idolis adscripserunt. Oportebat enim superiora memorantes ex comparatione assignare differentiam.

Quomodo confusi sint Iudæi.

Evsebii. Verè autem confusi defecerunt, qui mortem Christo accersiuerunt: vbi enim ipsis est Princeps sacerdotum? vbi nomen Pharisæorum? *Defecit enim Princeps ex Iuda, & Dux de femore eius*, expectatione Gentium instante. Confusi sunt itaque, dum ipsi quidem reiecti sunt; alienigenas verò vident locum ipsorum possidere, & vbique terrarum de Saluatore vaticinia prædicare. Ceterùm pudore quoque suffunduntur, videntes eum quem cruci affixerant à Gentibus adorari, & Deum prædicari. Ipse autem auctarium Patris sui laudibus adiecit, cùm nouum Testamentum post Vetus tradidit. Os autem eius est Euangelium, quod iustitiam Dei non Iudæis solis, vti Lex, sed omnibus annuntiat, vt Paulus ait: *Non enim erubesco Euangelium. virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primùm & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur.* Saluator itaque noster per diuinas Scripturas omnibus hominibus eam, quæ per ipsum est, salutem prædicat per singulos dies. Literaturæ igitur solis Iudæis conueniebant, qui ter in anno Hierosolymam ascendere, aliaque difficilia minimeque necessaria iubebantur. Ego autem in potentia Domini in Ecclesias meas introibo, & memorabor iustitiæ tuæ solius. Iustitia enim Patris erat, vt omnes homines cognitione ipsius digni haberentur, nomenq; eius vbique terrarum glorificaretur, & non tantùm in

Rom. 1, 16.

Literatura Iudæis, sed nobis iustitia Dei conuenit.

διηγησάμην, πάσαν ὑπερβαινούσας διήγησιν. Γραμματείας δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ τοῖς λεγομένοις τότε γραμματεῦσιν ἔργον ἴδιον τὸ τοὺς ἀριθμοὺς ἔχειν, καὶ τοὺς καταλόγους τῶν στρατιωτῶν, καὶ ὅλως ἅπαντα πράττειν τὰ βασιλικά.

ις'. Κύριε μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου.] Ἀθανασίου. Πάντα τὰ εἰρημένα, φησὶν, ἀφεὶς, μόνης μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου, δι' ἧς ἡμᾶς ἐκ ἁμαρτίας ἠλευθέρωσας.

Θεοδώρου. Καὶ σὲ ὡς δίκαιον κριτὴν καὶ εὐεργέτην μόνον ἐπιγνώσομαι, οὐκέτι καὶ τοῖς εἰδώλοις προσκυνῶν· ὅπερ οἱ πατέρες φαίνονται πεποιηκότες μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου ἀναχώρησιν τοῖς εἰδώλοις τὴν χάριν προσάψαντες. Ἔδει γὰρ τῶν ἄνωθεν μνημονεύοντας ἐκ παραθέσεως ἐπαγγείλασθαι τὴν διαφοράν.

Εὐσεβίου. Ὄντως δὲ ἐξέλιπον αἰσχυνθέντες, οἱ τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ συσκευάμενοι· ποῦ γὰρ ἀρχιερεὺς αὐτοῖς; ποῦ δὲ Φαρισαίων ὄνομα; Ἐξέλιπε δὲ ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, τῆς προσδοκίας τῶν ἐθνῶν ἐπιστάσης. Ἠσχύνθησαν οὖν, κατὰ μὲν ἀποβληθέντες· ἀλλοφύλους δὲ ὁρῶντες τὸν τόπον αὐτῶν κρατοῦντας, καὶ πανταχοῦ γῆς τὰς περὶ τοῦ σωτῆρος προφητείας κηρύττοντας. Αἰσχύνονται δὲ καὶ ἐν ἐντρέπονται, ὁρῶντες ὑπὸ τῶν ἐθνῶν προσκυνούμενον, καὶ θεολογούμενον. Αὐτὸς δὲ προσθήκην τοῖς τοῦ πατρὸς ὕμνοις πεποίηται, τὴν καινὴν διαθήκην μετὰ τὴν παλαιὰν παραδούς. Στόμα δὲ αὐτοῦ εὐαγγέλιον, δικαιοσύνην θεοῦ τὸ Εὐαγγέλιον οὐκ Ἰουδαίοις μόνοις, ὡς ὁ νόμος, ἀλλὰ πᾶσιν, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Εὐαγγέλιον. δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ Ἕλληνι. δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται. Ὁ σωτὴρ τοίνυν ἡμῶν διὰ τῶν θείων γραφῶν πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν κηρύττει καθ' ἑκάστην ἡμέραν. αἱ μὲν οὖν γραμματεῖαι μόνοις ἥρμοττον Ἰουδαίοις, εἰς Ἱερουσαλὴμ παραγγελλομένοις τρὶς ἀπαντᾷν τοῦ ἐνιαυτοῦ, πολλά τε ἄλλα δύσχρηστα καὶ οὐκ ἀναγκαῖα. Ἐγὼ δὲ ἐν δυναστείᾳ κυρίου εἰς τὰς ἐμὰς ἐκκλησίας εἰσελεύσομαι, καὶ μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου. Δικαιοσύνη γὰρ ἦν τοῦ Πατρὸς, πάντας ἀνθρώπους

ἀξιωθῆναι τῆς αὐτοῦ γνώσεως, τότε αὐτοῦ ὄνομα πανταχοῦ δοξάζεσθαι γῆς, καὶ μὴ μόνον ἐν

Ἱερο-

Ἱερουσαλήμ. Ἐξαγγέλλω δὲ καὶ τὴν δικαιοσύνην, τὴν διὰ πίστεως τοῦ υἱοῦ σου συνισταμένην ἐν τοῖς κληθεῖσιν ἀπὸ ἐθνῶν.

ιη'. ΕΩΣ ΑΝ ΑΠΑΓΓΕΙΛΩ ΤΟΝ ΒΡΑΧΙΟΝΑ ΣΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ἕως ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ὁριστικόν· οὐ γὰρ τοῦτο λέγει, ὅτι μέχρι τότε μὴ ἐγκαταλίπῃς, μετὰ δὲ ταῦτα ἄφες (ἀτοπώτατον γάρ·) ἀλλ' ἀντὶ τοῦ, βοήθησόν μοι καὶ νῦν συνήθως, ἵνα λαβὼν καιρὸν, διηγήσωμαί σου τὴν ἰσχὺν, εἴπω δὲ, καὶ μετ' ὅσης δυνάμεως διεσώσας ἡμᾶς τῶν πολεμίων ἐξαρπάσας τὴν ἀπαλλαγὴν, ἐπὶ τῷ καὶ τῇ μεθ' ἡμᾶς γενεᾷ μνήμην παραδοθῆναι τὰ γενόμενα, διὰ τῆς ἡμετέρας διηγήσεως. Τὸ οὖν, τὴν δυναστείαν σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου συνῆπται κατὰ τὴν διάνοιαν τῷ, ἕως ἂν ἀναγγείλω τὸν βραχίονά σου· διὰ μέσου δὲ τὸ τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ. ἵνα ᾖ· ἕως ἂν ἀναγγείλω τὸν βραχίονά σου, τὴν δυναστείαν σου, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῇ γενεᾷ πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐὰν μὴ ἐγκαταλίπῃς με, φησὶ, κατὰ τὴν σὴν ὑπόσχεσιν ὦ δέσποτα, τότε γενήσεται δυνατὸν τὸν σὸν ἀπαγγεῖλαι βραχίονα, τῇ ἐξ ἐθνῶν ἐσομένῃ πιστῇ γενεᾷ. Τίς δὲ ὁ βραχίων ἐπιφέρει λέγων, Τὴν δυναστείαν σου καὶ τὴν δικαιοσύνην σου. Καὶ δυναστείαν μὲν, διὰ τὸ δῆσαι τὸν ἰσχυρόν φησι, καὶ διαρπάσαι τὰ σκεύη αὐτοῦ· δικαιοσύνην δὲ, ὅτι ἀδίκως ἡμᾶς κατεχομένους αἰχμαλωσίᾳ λελύτρωται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἔχων σε πρὸς τὴν ἐλπίδι καὶ διδάσκαλον ἐκ νεότητος, ἀπαγγελῶ διηνεκῶς ἃ ἐδίδαξάς με θαυμάσια, ἢ τὰ παραδόξως ἐπιτελούμενα λέγων, ἢ ἃ φανεροῖ θεὸς θαυμασίως παιδεύματα· ὡς τὸν ἔχοντα ταῦτα λέγειν, Ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου, οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως· ἅπερ ἀπαγγέλλων ἐκ νεότητός μου σοῦ ἐπιστήμῃ μὴ ἐγκαταλειφθείην, ἵνα καὶ τὸν ἐπιδημοῦντά σου βραχίονα Χριστὸν ἀπαγγείλω πάσῃ τῇ ἐρχομένῃ τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίᾳ, καὶ ἣν ἐπιτελέσεις δι' αὐτοῦ βασιλικὴν δυναστείαν καὶ πρὸς ἔτι τὴν διὰ πίστεως δικαιοσύνην.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Προλέγει δὲ τὰ ἐσόμενα Δαβὶδ, καὶ γῆρας καλεῖ τοῦ νόμου τὸ τέλος, τοῦ σωτῆρος ἐπιφανέντος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰρηκότα, Τὸ γὰρ παλαιούμενον καὶ γηράσκον, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ· ἀμέλει ἐπάγει, Ἕως ἂν ἀναγγείλω τὸν βραχίονά σου τῇ γενεᾷ

Hierusalem. Annuntiabo autem iustitiam, quæ per fidem Filij tui constituta est in ijs qui de Gentibus vocati sunt. CATENA PATRVM.

18. DONEC ANNVNTIEM BRACHIVM TVVM.] THEODORI. Istud *donec* non est finitiuum: non enim hoc dicit, Vsque tunc ne dimittas, postmodum verò dimitte (hoc enim absurdissimum;) sed idem est ac si dicat, Etiamnum more solito opitulare, vt cùm accepero tempus, fortitudinem tuam enarrem, & dicam, quantâ virtute nos ab hostibus liberaueris, vt id per nostram narrationem sequenti generationi memoriæ tradatur. Itaque istud, *potentiam tuam, & iustitiam tuam*, secundùm sensum coniunctum est isti, *Donec annuntiem brachium tuum*; ita vt in medio insertum sit istud, *Omni generationi quæ ventura est*. vt sic hic sensus: *Donec annuntiem brachium tuum, potentiam tuam, & iustitiam tuam omni generationi quæ ventura est*. Vox donec est indefinita.

ATHANASII. Quòd si non dereliqueris me, inquit, secundùm promissionem tuam Domine, tunc fieri poterit vt annuntiem brachium tuum fideli generationi, quæ ex Gentibus futura est. Quodnam autem sit brachium subiungit dicens, *Potentiam tuam, & iustitiam tuam*. Ac *potentiam* quidem dicit, quia fortem alligauit, & vasa eius deripuit; *iustitiam* verò, quia nos iniustâ captiuitate detentos redemit. Christus brachium, potentia & iustitia Dei. Matth. 12, 29.

ANONYMI. Cùm te habeam in spem meam & præceptorem à iuuentute, annuntiabo semper ea quæ docuisti mirabilia, siue prodigiosè facta intelligens, siue doctrinas quas Deus mirabiliter manifestat; ita vt is qui has habet dicat, *Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis*: quæ ex iuuentute mea cum scientia annuntians minimè deserar, vt etiam venturum brachium tuum Christum annuntiem omni Ecclesiæ ex Gentibus orituræ, quam & per regiam tuam atque insuper per fidei iustitiam perficies. 1. Cor. 2, 4.

THEODORETI. Dauid futura prædicit, ac senium appellat finem legis, Saluatore apparente, secundùm Apostolum dicentem, *Quod enim antiquatur & senescit, propè interitum est*: nempe subiungit, *Donec annuntiem brachium tuum generationi omni* Heb. 8, 13.

quæ creantur. Nam Apostoli cum ex Iudæis essent, Gentibus prædicabant.

DIDYMI. Aquila & Symmachus dixerunt vsque ad altitudinem. Facta enim tua excelsa & magna, & quæ talia sint vt persuadeant te altissimum æstimandum esse. Hæc enim excelsa & magna contigerunt Christo adueniente: siquidem ipso de Virgine nascente, multitudo cælestis exercitus dicebat, *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Vbi enim hæc bona voluntas contigit, omnia in terris bella cessarunt, & gloria in altissimis extitit his qui saluantur in excelsis conscendentibus. Per hoc enim quod perfecti facti sunt, *sicut Pater cælestis perfectus est*, & habent excellentem sanctitatem, Deum habuerunt in seipsis, qui est omnia in omnibus. Dixit namque Saluator in Euangelio, *Pater, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam.*

QVANTAS OSTENDISTI MIHI TRIBVLATIONES MVLTAS.] THEODORI. Sed non permisisti semper pati: nam conuersus, à mortibus & periculis me liberasti: ex translatione illorum qui aliquid faciunt: ac deinde, vbi eos pœnituerit, reuertuntur.

ANONYMI. Conuersus, inquit, viuificasti me, & de abyssis terræ, tenebricosis videlicet mortis regionibus, liberasti, & à mortis maledicto reduxisti.

ATHANASII. Geminatio ista videtur significare pœnitentiam, quæ post Baptismum pro peccatis agitur, acceptam esse illi, qui, vti dictum est, super nos abundare facit bonitatem & iustitiam suam. Quocircà prius illud, *Viuificasti me*, tamquam de regeneratione dictum est; deinde verò illud, *Consolatus es me*, tamquam de illo qui peccatorum pusillanimitate fuerat prostratus. Ceterùm priora quoque liceat accipere de liberatione ex Ægypto; posteriora verò de Domini aduentu intelligi possint, quando nimirum perfecta nobis consolatio accidit. Nam qui ex Ægypto egressi fuerunt, licet à temporanea morte fuerint liberati, attamen in æternam inciderunt; vtpote nondum datâ resurrectione.

Abyssum pro vehementi afflictione positur.

DIDYMI. Abyssus significat vehementem afflictionem, & profundas calamitates; è quibus liberatur omnis qui propriâ iustitiâ

πάντα τῇ ἐρχομένῃ. Ἐξ Ἰουδαίων γὰρ ὄντες, τοῖς ἔθνεσιν ἐκήρυξαν οἱ Ἀπόστολοι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἕως ὑψίστων Ἀκύλας ἔφη καὶ Σύμμαχος. Τὰ ἔργα σου γὰρ γενόμενα ὑψηλὰ καὶ μεγάλα, καὶ πεῖσαι ἱκανά, ὕψιστόν σε νομίσαι. Ταῦτα δὲ τὰ ὑψηλὰ καὶ μεγάλα γέγονεν ἐπιδημήσαντος τοῦ Χριστοῦ· τικτομένου γὰρ ἐκ τῆς παρθένου πλῆθος οὐρανίου στρατιᾶς, Δόξα ἔλεγον ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Τῆς γὰρ εὐδοκίας ταύτης γενομένης, τὰ ἐπὶ γῆς πάντα κατελύθη πολέμια, καὶ δόξα γέγονεν ἐν ὑψίστοις εἰς τὰ ὑψηλὰ τῶν σωζομένων ἀναβαινόντων. διὰ γὰρ τὸ γενέσθαι τέλειοι, ὡς ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι, καὶ σχεῖν ἀνυπέρβλητον ἁγιότητα, τὸν Θεὸν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς, πάντα ἐν πᾶσι γενόμενον. Ἔφη γοῦν ὁ σωτὴρ ἐν Εὐαγγελίοις, Πάτερ θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ οὗτοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.

κ'. ΟΣΑΣ ΕΔΕΙΞΑΣ ΜΟΙ ΘΛΙΨΕΙΣ ΠΟΛΛΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀλλ' οὐκ ἀφῆκας πάσχειν ἀεί· μεταβαλόμενος γάρ, ἐρρύσω τῶν θανάτων καὶ τῶν κινδύνων· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀργήν τινα ποιουμένων· εἶτα ὅταν μεταμεληθῶσιν, ἐπιστρεφόντων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Διορθωσάμενός, φησιν, ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς, τῶν σκοτεινῶν δηλαδὴ τοῦ θανάτου χωρίων, ἠλευθέρωσας, καὶ τῆς τοῦ θανάτου κατάρας ἀνήγαγες.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ διπλασιασμὸς ἔοικε σημαίνειν τὴν ἐπὶ τοῖς μετὰ βάπτισμα πλημμελήμασι γενομένην μετάνοιαν δεκτὴν ὑπάρχειν, τοῦ ὡς εἴρηται, πλεονάσαντος ἐφ' ἡμᾶς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητά τε καὶ δικαιοσύνην. Διὸ πρότερον τό, ἐζωοποίησάς με, ὡς ἐπὶ ἀναγεννήσεως εἴρηται· δεύτερον δέ, τό, παρεκάλεσάς με, ὡς ἐπὶ κατατετριμμένου τῇ τῶν ἁμαρτημάτων ἀθυμίᾳ. Ἔτι μέντοι καὶ ἐπὶ τῆς ἐξ Αἰγύπτου μὲν λυτρώσεως τὰ πρότερον ἐκλέξασθαι· ἐπὶ τῇ τοῦ κυρίου δὲ παρουσίᾳ τὰ δεύτερα νοῆσαι, ὅτε καὶ ἡ παντελὴς ἡμῖν γέγονε παράκλησις. Οἱ γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐξεληλυθότες, εἰ καὶ ἐρρύσθησαν τοῦ προσκαίρου θανάτου, ἀλλ' εἰς ὑπέπεσον τοῦ αἰωνίου ὡς μηδέπω τῆς ἀναστάσεως δεδωρημένης.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ ἄβυσσος σημαίνει τὴν λίαν θλιπτικήν, καὶ βαθεῖ ἐν ταῖς συμφοραῖς. ὧν ἀπαλλάττεται πᾶς ὁ ὑπὸ τῆς οἰκείας δικ-

βοηθούμενος διηγήσομαι. Πολλαὶ γὰρ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος. Ἀγαθότητι γὰρ ὁ θεὸς ἐπάγων τὰ κακωτικὰ, πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέψας ζωὴν μεταδίδωσιν, ἀνασπώμενος ἐκ βάθους κακῶν τὸν κατενεχθέντα. Ἐπεὶ γὰρ τὰ κακωτικὰ ἐκτεθέντα κατάγειν εἰς ᾅδου δοκεῖ, ἀκολούθως καὶ τὸ τούτων τέλος ζωοποιεῖν τὴν κοινὴν ταύτην ζωήν. Ἐκ προσώπου δὲ ταῦτα λέγει τῆς ἀνθρωπότητος, κακοῖς τοσούτοις πειρασθείσης καὶ θλίψεσι πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας· μεθ᾽ ὃν ἡμᾶς ἐζωοποίησε, δοὺς λύτρον ἀνθ᾽ ἡμῶν τὴν ἰδίαν ψυχὴν, ὥστε τοὺς πιστοὺς ζωὴν ἔχειν αἰώνιον· καὶ κατελθὼν εἰς ᾅδου, τοὺς ἐκεῖ γενομένους δι᾽ ἁμαρτίας ἰδίας ἀνήγαγεν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγων δὲ, ἐκ τῶν ἀβύσσων τῆς γῆς ἀνήγαγές με, σαφῶς ἔδειξεν ἑαυτὸν εἰς τὰς ἀβύσσους καταληλυθέναι τῆς γῆς. Καλῶς δὲ τὸ, Ἔδειξάς μοι θλίψεις· θεατὴς γὰρ αὐτῶν ὑπῆρξε, μὴ ἁλοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ κρείττων γενόμενος.

κά. ΕΠΛΕΟΝΑΣΑΣ ΕΠ ΕΜΕ ΤΗΝ ΜΕΓΑΛΩΣΥΝΗΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Μεγαλωσύνη θεοῦ ἡ πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασις· ὡς γὰρ μέγιστος μένει μέγας, καὶ τοῖς μικροῖς συγκατέρχεται. Πῶς δὲ τὴν πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν ἐπλεόνασεν; ὅτε δηλονότι γενόμενος ἄνθρωπος, οὕτω τὰ ἡμᾶς ἐκ τῆς πλάνης ἐπιστρέψας οὐκ ἐφόβησεν ὡς δούλους, ἀλλ᾽ ὡς υἱοὺς παρεκάλεσεν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ ἀγωνοθέτης διὰ πολλῶν ἀγώνων δόκιμον ἐπιδείκνυσιν ἀθλητήν· οὕτως ὁ πατὴρ τὴν μεγαλωσύνην δεικνὺς τοῦ υἱοῦ, ἐπὶ πάντων ἀπέδειξε νικητὴν, ὡς ἂν καὶ παρὰ πᾶσι κηρύττοιτο. Τὴν δὲ παράκλησιν ἐδήλωσεν ὁ Ἀπόστολος φήσας, Διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως ἡ μὲν ἄβυσσος σημαίνει τὰ θλιβερά· ὃ πάλιν δηλοῖ τὸν πολλάκις ἐπιβουλευθέντα ἐκ τούτων ἀποφυγεῖν βοηθούμενον· πολλαὶ γὰρ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων· καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος. Εἰ δὲ τὸν ᾅδην δηλοῖ, πῶς πάλιν ἐκεῖθεν ἐσώθη; Μία γὰρ εἰς τὸν βίον εἴσοδός τε καὶ ἔξοδος. Ἔοικεν οὖν πρὸς τὸ ζωοποιῆσαι ἐξ ᾅδου ἀνελθεῖν ᾑρῆσθαι πάλιν, ὡς ἂν δευτέρας οὔσης εὐεργεσίας.

fuerit adiutus. *Multa enim tribulationes iustorum; & de omnibus his liberabit eos Dominus.* (CATENA PATRVM. Psal. 33. 20.) Cùm enim Deus benignitate suâ tribulationes immittit, ad se conuertens vitam donat, ex profundo peccatorum extrahens oppressum. Cùm enim afflictiones iam expositæ ad infernum deducere videantur, consequenter etiam horum finis videtur communem hanc vitam viuificare. Hæc autem dicit ex persona humanitatis, tantis malis & afflictionibus tentatæ ante aduentum Saluatoris; post quem nos viuificauit, dans animam suam pro nobis in redemptionem, ita vt fideles vitam habeant sempiternam: & descendens ad infernum, ibidem propter peccata sua existentes eduxit.

EVSEBII. Dicens autem, *De abyssis terræ reduxisti me*, manifestè ostendit se ad abyssos terræ descendisse. Pulchrè autem dixit illud, *Ostendisti mihi tribulationes:* earum enim spectator fuit, ab ijs minimè detentus, sed superior factus.

21. MVLTIPLICASTI SVPER ME MAGNIFICENTIAM.] HESYCHII. Magnificentia Dei est eius ad nos condescensio: sicut enim maximus manet magnus, & pusillis condescendit. Quomodo autem suam ad nos condescensionem multiplicauit? Quando nimirum homo factus, ita nos ex errore reducens non terruit vt seruos, sed consolatus est vt filios.

THEODORI. Quemadmodum certaminum institutor per multa certamina probatum ostendit athletam; ita Pater ostendens Filij magnificentiam, in omnibus exhibuit victorem, vt etiam ab omnibus prædicaretur. Consolationem autem Apostolus demonstrauit dicens, *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* (Quomodo Pater Christum magnificauerit. Philip. 2. 9.)

DIDYMI. Atque aliter abyssus quidem significat afflictiones: quod iterùm declarat eum, qui sæpè insidijs impetitus fuit, ex hisce voraginibus euadere: nam *multæ tribulationes iustorum; & de omnibus his liberabit eos Dominus.* (Psal. 33. 20.) Si autem infernum significet, quomodo rursus inde seruatus fuit? Vnicus enim in vitam ingressus & egressus. Videtur igitur ad viuificandum elegisse iterùm ex inferno redire, vt hoc secundum esset beneficium.

CATENA PATRVM. *Idoneum vas modulationis.*

22. NAM ET EGO CONFITEBOR TIBI.] ATHANASII. Sic, inquit, meipsum per confessionem præparabo, vt idoneus fiam qui vas modulationis vocari possim: si autem vas electionis appellari dictus sit, vtique etiam vas hymnorum modulationis.

Vasa Psalmi quæ sint. THEODORI. Vasa Psalmi vocat instrumenta quibus psallebant, vt tympanum & organum, psalterium & citharam, & si quid est eiusmodi. Per hæc omnia igitur, inquit, verum & admirabile auxilium tuum implorabo.

Vasa Psalmi spiritualia quæ. HESYCHII. Non tam in sensibilibus instrumentis quàm in corde puro & lingua temperata, & nil à sanctitate alienum proferente. Hæc enim reuerà vasa Psalmi meritò appellantur.

24. SED ET LINGVA MEA.] ATHANASII. Quando è medio, inquit, sublati fuerint spirituales inimici mei, & qui abyssum inhabitant, pudore suffusi fuerint, tunc vtique, tamquam nemine amplius impediente, incessantibus hymnis laudabo te Domine.

DIDYMI. Quin etiam aliter, inquit, cum psalterio & cithara cantabo Deum illum, qui post mala viuificat & sanctificat Israëlem: significat autem eum qui à sancto Deo sanctificatus est. Nam dicitur etiam de

1 Cor. 1, 30. Christus nobis iustitia, sanctificatio, &c. Christo, *qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Hæc enim fit illis qui secundùm ista facti sunt. Quin & alibi dicit: Exacerbastis sanctum Israël. Animam autem redimit rationalem,

Psal. 77, 41. pro ipsa similem præbens, sicut etiam pro corporibus corpus substantiæ eiusdem.

EVSEBII. Vasa autem, per quæ Christus Patri hymnos offert, sunt populi per singulas Ecclesias, quibus accommodauit animas, exhibens ipsis veritatem, sed non typos & symbola legalia; pro lingua & labijs habens eorum præceptores. Quærunt autem ipsi mala qui ipsum blasphemant; & cùm nullam habeant occasionem, confunduntur.

κβ΄. ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΓΩ ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΑΙ ΣΟΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὕτω, φησὶν, ἐμαυτὸν παρασκευάσω διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐπιτήδειον γενέσθαι, πρὸς τὸ σκεῦος ὑμνολογίας κληθῆναι· εἰ δὲ σκεῦος ἐκλογῆς λέλεκται, δηλονότι καὶ σκεῦος ὑμνολογίας.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σκεύη λέγει ψαλμοῦ τὰ ὄργανα, δι' ὧν ἔψαλλον, τύμπανον καὶ ὄργανον, ψαλτήριον καὶ κιθάραν, καὶ εἴ τι τοιοῦτο. Διὰ πάντων οὖν τούτων, φησὶ, τὴν ἀληθινήν σου καὶ θαυμαστὴν βοήθειαν αἰτήσομαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ τοσοῦτον τοῖς αἰσθητοῖς ὅσον ἐν καρδίᾳ καθαρᾷ ἐν γλώττῃ σωφρονούσῃ, καὶ μηδὲν φθεγγομένῃ ἁγιωσύνης ἀλλότριον. Ταῦτα γὰρ ἀληθῶς σκεύη ψαλμοῦ δικαίως ὀνομάζεται.

κδ΄. ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ Η ΓΛΩΣΣΑ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅταν ἐκ μέσου γένωνται, φησὶν, οἱ νοητοί μου ἐχθροί, καὶ τὴν ἄβυσσον οἰκοῦντες περιβάλωνται αἰσχύνην, τότε δὴ ὡς μηδενὸς ἔτι παρεμποδίζοντος, ἀκαταλήκτοις ὕμνοις αἰνέσω σε δέσποτα.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως δὲ, φησὶ, μετὰ ψαλτηρίου καὶ κιθάρας ὑμνήσω τὸν μετὰ τὰ κακὰ ζωοποιοῦντα Θεὸν, τὸν ἁγιάζοντα τὸν Ἰσραήλ· δηλοῖ δὲ τὸν ἁγιαζόμενον ἐκ τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Λέγεται γὰρ καὶ περὶ Χριστοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. Ταῦτα γὰρ γίνεται τοῖς κατ' αὐτὰ ποιοῦσι. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει· Παρώξυναν τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ. Ψυχὴν δὲ λυτροῦται λογικὴν, τὴν ὁμοίαν ὑπὲρ αὐτῆς παρέχων, ὡς καὶ ὑπὲρ σωμάτων ὁμοούσιον σῶμα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σκεύη δὲ, δι' ὧν ὕμνους ἀναπέμπει Χριστὸς τῷ Πατρὶ, οἱ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν λαοί, οὓς ἥρμοσε ταῖς ψυχαῖς, παρασχὼν αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ τύπους καὶ σύμβολα νομικά· γλῶσσαν ἔχων καὶ χείλη τοὺς αὐτῶν διδασκάλους. Ζητοῦσι δὲ αὐτῷ κακὰ οἱ βλασφημοῦντες αὐτόν· καὶ τὸ μηδεμίαν ἔχειν πρόφασιν καταισχύνονται.

ANNO.

Google

ANNOTATIONES CORDERII.

PSALMVS hic titulo caret apud Hebræos; vnde post titulum in Codicibus Viennensibus alijsque MS. & in Regijs & Complutensibus Biblijs apponuntur hæc verba, Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις; à Septuaginta verò inscribitur, *Filiorum Ionadab, & primorum captiuorum.* Quibus verbis, vt notat S. Bruno, innuitur figura historiæ de Ionadab; qui in lege veteri Sacerdos Dei sanctissimus fuit, & filijs suis præcepit vinum non bibere, nec in domibus, sed in tabernaculis habitare: cuius præceptis non defuit filiorum obedientia. Per *Ionadab* autem, qui *spontaneus Domini* dicitur, Christus congruè figuratur; qui *Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech* non ex timore seruili, sed amore spontaneo & casto Deo Patri seruiens, obedientiæ cursum peregit. Qui Christus filijs suis spiritualibus, fidelibus scilicet, præcepit vinum non bibere, id est, carnalem voluptatem non amare; quæ homines sibi subditos à Deo retrahendo dementat more vini inebriantis. Præcepit quoque non in domibus, sed in tabernaculis habitare; id est, cùm in terrenis habitent, non sic habitent vt in domibus, sed quasi in tabernaculis: id est, non putent ea esse manentia, ad similitudinem domus, sed transitoria, ad similitudinem tabernaculorum. iuxta quod Apostolus dicit, *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Inscribitur autem *primorum captiuorum*, id est, eorum qui priùs captiui & à patria exulantes fuerunt per Adam; posteà verò per Christum ad patriam reducti sunt. Et hoc dicitur ad differentiam spirituum cælestium; qui cùm etiam filij sint adoptiui, à Verbo Dei creati, non tamen priùs extitere captiui.

[*Margin:* *Ionadab quis & quid nomen eius significet.* Psal. 109. *Et figura Christi.* — Heb. 13.]

S. Augustinus monet in hoc Psalmo mirificè commendari gratiam Dei, & sub exemplo Dauidis omnes pios debere in hoc Psalmo cantare laudes gratiæ Dei, per quam liberamur à captiuitate diaboli, & gratiam iterùm atque iterùm implorare, vt proficiamus & perseueremus in bono, non præsumentes de proprijs viribus, sed de adiutorio Dei in omni tentatione confidentes: sic enim tutissimè ad perfectam libertatem, quæ est libertas gloriæ filiorum Dei, perueniemus.

1. *In te Domine speraui, non confundar.*] *Spes* enim, Apostolo teste, *non confundit*. Sic etiam in Ecclesiastico dicitur: *Respicite filij nationes hominum; & scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur*, ait Paulus.

[*Margin:* Rom. 5, 5. — Eccli. 2, — 2. Cor. 3.]

2. *In iustitia tua libera me.*] Misericordiam interpretatur Cassiodorus & Bruno Herbipolensis: quia cùm non sufficiat nobis nostra iustitia, pertineat ad misericordiam Dei parcere. Alioquin non est nouum pro misericordia nomen iustitiæ vsurpari. Sic Psalmo trigesimo Symmachus δικαιοσύνην loco ἐλεημοσύνης vsurpauit; vt ibidem ad ver. 2. annotauimus.

[*Margin:* *Iustitia pro misericordia.*]

3. *Esto mihi in Deum protectorem.*] Quâ ratione Deus *protector noster, firmamentum & refugium* vocetur in Scripturis, vide superiùs ad Psalmi 17. versum tertium satis explicatum.

4. *Eripe me de manu peccatoris, &c.*] Græcè ῥῦσαί με, *libera me*, vti Psalterium Gallicanum vertit; S. Augustinus, *Erue me*; S. Hieronymus, *Salua me*. S. Augustinus *per peccatorem* intelligit peccatorem in genere; quem dicit diuidi in *præuaricatorem legis*; quales sunt Iudæi & Christiani, qui legem sibi à Deo datam non seruant; & *iniquum*, qui legem scriptam à Deo non accepit, quales sunt Pagani & infideles. S. Bernardus Sermone 81. in Cantica ex summa humilitate hæc sibi ipsi accommodat dicens: *Ego ille peccator, ille exlex, ille iniquus: peccator, quia peccaui; exlex, quia voluntate propria agere contra legem: nam mea voluntas ipsa est lex in membris meis legi diuinæ recalcitrans: & quoniam lex Domini lex mentis meæ, sicut scriptum est, Lex Dei eius in corde ipsius, per hoc & mihi ipsi mea ipsius voluntas contraria inuenitur, quæ est iniquitas maxima. Cui enim non iniquus, qui mihi sum? Qui sibi nequam, cui, cui bonus?*

[*Margin:* *Peccator est exlex & iniquus sibi.* — Psal. 36. — Eccli. 14.]

Notat hic Ayguanus, quòd à tribus hostibus nos maximè eripiat Deus; scilicet à carne tentante, iuxta illud Petri, *Nouit Deus pios de tentatione eripere*: à dæmone decipiente; de quo Paulus, *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum*: à mundo alliciente; de quo idem Apostolus, *Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam.*

[*Margin:* *A tribus hostibus eripimur à Deo.* 2. Petr. 2, 9. Coloss. 1, 13. Gal. 1, 4.]

5. *Quoniam tu es patientia mea, &c.*] Id est causa patientiæ meæ. Vbi notandum aliqua de Deo prædicari per essentiam; vt cùm dicimus, Deus est bonus & bonitas, æternus & æternitas, &c. attributa essentialia, quæ idem sunt quod essentia eius: alia verò per causalitatem; vt cùm dicimus, Deus est amor meus, spes mea, patientia mea, &c. quæ singulari efficientiâ in nobis causantur ab ipso, non quòd ipse sit ista, sed quia ista ex eo sunt in nobis: vnde in alio Psalmo dicitur, *Quoniam ab ipso patientia mea*. Vbi vide quæ annotauimus. Quomodo autem dicatur spes nostra, exposui ad Psal. 64. ver. 6.

[*Margin:* *Quæ de Deo essentialiter, quæ causaliter prædicentur. Quomodo sit Deus patientia nostra.* — Psal. 61, 6.]

6. *In te confirmatus sum ex vtero.*] Id est, In te stabilitus robur accepi, cùm ex me infirmissimus essem; & vix natus protectione tuâ frui cœpi cùm adhuc te inuocare non possem. Mysticè S. Gregorius lib. 14. Moralium cap. 21. *In Deo*, inquit, *qui corporis formâ non circumscribitur, membra corporis, id est manus, oculus, vterus, in nominantur, vt ex membrorum vocabulis effectus eius potentia designetur: oculos quippe habere dicitur, quia cuncta videt: manus habere describitur, quia cuncta operatur. In vtero proles concipitur, quæ in hac vitam profertur. Quid ergo vterum Dei, nisi eius consilium debemus accipere, in quo ante sæcula per prædestinationem concepti sumus, vt creati per sæcula produceremur; vt de isto vtero dicatur illud Iob, Numquid in vtero fecit me Deus?* Mysticus ergo huius loci sensus est: q. d. Quòd sim in gratia tua confirmatus, hoc habeo ex tua prædestinatione. Id autem quod sequitur, *De ventre matris meæ tu es protector meus*, ita mysticè exponit Ayguanus: Quid, inquit, est mater nostra, nisi sancta mater Ecclesia, quæ nos per Sacramenta generat Chri-

[*Margin:* *Quid membra corporea Deo attributa significent.* — *Vterus in Deo quid.* — Iob 31. — *Sacramenta progignunt.*]

ANNOTATIONES CORDERII.

sto? De ventre ergo matris producimur, cùm per Sacramenta generamur; quibus Sacramentis protegimur contra diabolum, & adiuuamur, quia statim vt per Sacramenta generati Christi nomen accipimus, sub eius protectione gubernamur; iuxta illud, *Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.*

Psal. 90.

Dauid erat prodigium tolerantiæ.

Isaiæ 20, 3.

7. *Tamquam prodigium factus sum multis.*] Hoc est: Cùm me tot laboribus perfunctum, ac tam incredibilia perpeti vident, vt prodigium quoddam ac portentum patientiæ suspiciunt: exaggerat nimirum patientiam, quâ labores ingentes & pericula sustinebat. Sic quòd Isaias Propheta nudus ambulauerit iubente Deo, sibi quasi complacens ipse Deus ait: *Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Ægyptum.* Portenti autem & prodigij nomine hìc vulgaris calamitas exprimitur. Quò magis laudabile specimen constantiæ fuit non frangi, nec debilitari pudore; sed quò magis reijciebatur à mundo, magis in Deum recumbere. Aduersatiuè enim resolui debet sententia: quamuis instar prodigij execrati sint eum homines, Deo tamen subnixum fortiter stetisse. vnde sequitur:

Adiutorium Dei fortes reddit & constantes.

IBIDEM. *Et tu adiutor fortis.*] Hinc oritur humilium robur & mirabilis audacia ad aggredienda ardua & difficilia, quia Deum sibi adiutorem sentiunt, & sua omnia oculis benignis aspicere, & prouidentiâ speciali gubernare cognoscunt. Mens namque baculo arundineo nixa, quantumuis seipsam roboret, casum timet, & pusillanimis facta, ac difficultatibus pressa, ab eo quod cœperat retrocedit: at mens fortis protectione munita, & baculo, qui frangi non possit, sustentata, nihil metuit; & magnanimis effecta, quantumuis difficultates & obstacula insurgant, in cœpto, donec finem videat, persistit.

Dauid totus est in Dei laude decantanda.

Iob 23, 4.

8. *Repleatur os meum laude.*] Replere autem os aliquâ re est animi conatu ei solummodò intendere, & abundantissimè exequi. Ita Iob: *Os meum,* inquit, *replebo increpationibus,* id est, contra meipsum, ore pleno, non contractis labijs, apertè, clarè, abundanter meipsum increpabo, condemnabo, sententiam contra meipsum proferam. Significat ergo Dauid præcipuum sibi studium esse Dei laudes decantandi, hoc esse palmarium eius opus, cui totos dies impendat. *Totâ die* (declarat S. Augustinus) *sine intermissione in prosperis, quia consolaris; in aduersis, quia corrigis; antequam essem, quia fecisti; cùm essem, quia salutem dedisti; cùm peccassem, quia ignouisti; cùm conuersus essem, quia adiuuisti; cùm perseuerassem, quia coronasti.* Sic ille. Vide quot qualesque prædicentur effectus diuinæ misericordiæ, quam Propheta vocat optimè Dei gloriam & magnitudinem; quia hoc potissimùm attributo se nobis Deus gloriosum & magnum demonstrat.

Quid sit proijci à Deo.

Psal. 50.

9. *Ne proijcias me in tempore senectutis.*] Vbi nota, Deum hominem proijcere à se vel derelinquere, nihil aliud esse, quàm hominem proprijs viribus relinquere: quod fuerat expertus Dauid, quando sibi ipsi à Deo relictus, statim per adulterium cecidit & homicidium: ideò postmodum à Deo postulabat dicens, *Ne proijcias me à facie tua.* Et hoc maximè timendum est tempore senectutis, quando virtus hominis ampliùs solito deficit: nam extant etiam senibus syrtes, & vada, ad quæ impingant. Sicut enim iuuenes, quibus præcordia calent, in venerem rapiuntur, & ad iram exæstuant; non aliter senes habent vitia quædam molesta & congenita illius ætatis propria, nempe torporem, gulam, auaritiam, quibus etiam iam ætas plerumque fœdatur: vnde Dauid tam senex petit à vitijs senectutis eripi, ac si diceret: O Deus, qui me iuuenem à libidine & ira reliquisque vitijs extraxisti, nunc iam senem abstrahe à criminibus, quæ sæpè senem comitantur. Ergo senes ne otio torpeant, ne torpore dissoluantur: semper enim instat inimicus, cui etiam ad manum est esca, quâ senes fallat. Subdit Dauid: *Cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* ac si dicat: Imò verò senes magis indigent Dei auxilio quàm iuuenes. Vrgentur quidem iuuenes vitijs, sed viuida ætas vires habet, quibus serpenti morbo ire obuiàm possit, & morbum pellere; senectus verò ipsa morbus est, ac qualiuis ægritudines facilè haurit, difficileque excutere potest, quia vires languent. Vnde prudenter nos monet Ecclesiastes: *Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis,* &c. id est: Memor esto eius, vt diligas eum, & fideliter seruias ei, ne ad iracundiam ex tua ingratitudine prouocatus, te priùs desertorem deserat, & sine auxilijs efficacibus derelinquat: hæc autem facies in florida ætate, vt pulchritudo & robur eius te ad quærendam pulchram virtutem alliciat; sisque ex illis beatis, qui portauerunt iugum Domini ab adolescentia sua: nunc igitur, cùm vires suppetunt, in hanc occupationem salutarem incumbe, *antequam veniat tempus* senectæ, quod est tempus magnæ *afflictionis,* ob incommoda senectutis; & antequam accedant ad te anni tædiorum & molestiarum pleni, in quibus à rigore disciplinæ cessare cogaris. Memor itaque Creatoris tui, & tui ipsius esto; illius, vt instinctus audias, mandataque custodias, tui verò, ne propriæ salutis & perfectionis oblitus, bona semper duratura perdas. Hæc te cura solicitet antequam senectus te occupet, *antequam tenebrescat tibi sol, & lumen, & luna, & stellæ;* quæ caligantibus oculis videre non poteris, nec splendore eorum, quo ad lucem spiritualem contemplandam incitaris, perfrui: *antequam* etiam *reuertantur nubes post pluuiam,* & vna infirmitate aut calamitate sopitâ, aliam iam iam imminentem aspicias. Eo tempore *commouebuntur custodes domus,* id est sensus corporis tui, qui ad custodiam dati sunt; vt nimirum per illos tibi caueas à noxijs, & salutaria admittas: commouebuntur autem, quia præ defectu virium hebetati suo male officio fungentur. *Nutabunt etiam viri fortissimi,* id est, tibiæ & crura, & ossa vniuersa, quæ pondus corporis ob debilitatem ferre non poterunt. *Tunc otiosæ erunt molentes in minuto numero:* nam omnes dentes primores, serrati maxillares, & genuini, iam numero facti pauciores, abscedente fame, & appetitu comedendi, quasi otio torpebunt. *Tenebrescent quoque videntes per foramina,* scilicet oculi: nam cùm deficit potentiæ visiuæ acies, vix ad aliquid videndum sufficient. O miseram ætatem, *in qua claudentur ostia,* tu intellige labia, *in platea,* id est in plano faciei sita, quæ ex debilitate vocem minùs aptè formabunt; & os, cuius vnum opus est cibum molere

Eccle. 12, 1.

Ab adolescentia Deo seruiendum, antequam veniant incommoda senectutis.

Graphica descriptio hominis præ senio deficientis.

molere atque conterere, non validam vocem, sicut anteà, sed exilem atque submissam proferre. Somnus fugit à sene, quo membra lassa quiescant; & si aliquando soporatur, ita leuiter dormit, vt ad cuiusuis auiculæ cantum somnus eius abrumpatur. Grauantur eius aures, nec iam eas suauis cantilena delectat. E superis aliquid mali sibi euenire autumat, & ideò excelsa formidat; & trementi vestigio ambulans, etiam in planissima via, non aliter quàm in summo discrimine trepidat. *Florebit amygdalus*, quia caput incanescet: *impinguabitur locusta*, dum venter superfluis humoribus distendetur; *& dissipabitur capparis*, cùm ardore concupiscentiæ extincto, imò & omni appetitu rerum huius mundi compresso, in nullo iam vsque ad mortem delectabitur. Tandem *ibis, ò homo, in domum æternitatis tuæ*, in locum sepulturæ; vbi ad diem vsque resurrectionis quiesces, & plangentibus constipaberis. Rumpetur *funiculus argenteus* candidæ vitæ tuæ, *& recurret vitta aurea* animæ tuæ in eum, à quo descenderat. Corpus autem non aliter quàm *hydria super fontem, aut rota super cisternam*, confringetur: & nulli vsui, nisi famelicis vermibus, consumendum deputabitur. *Reuertetur sane puluis in terram suam, unde erat, & spiritus redibit ad Deum, qui dedit illum.* Si hæc ita

Con differenda vita emendatio.

erunt, & citò erunt; vsquequò piger dormies? quando consurges de somno tuo? Vsquequò tibi illudes, & teipsum decipies, & in futurum tempus emendationem protelabis? postea cunctis rebus obsistentibus, nihil poteris: rumpe igitur moras, & nunc ad feruorem teipsum excita, & viam perfectionis arripe, quando Deo auxiliante non parum vales.

15\. *Quoniam non cognoui literaturam?* Ita Vulgata, Græcè γραμματείας: S. Hieronymus vertit *literaturas*: quomodo etiam in Complutensibus Regijsque Biblijs est: in Hebræo est ספרות *Sephoroth*: quæ vox significat *Scripturas, numerationes, libros, literas, literaturam, narrationes*: deducitur enim à verbo ספר *Saphar*, quod est *scribere, narrare, numerare*, & similia: quæ officia sunt & munera Grammaticorum. Contrà verò id studium ab Ecclesiæ luminibus spretum & repudiatum, omnium temporum hæretici obuijs, vt aiunt, vlnis exceperunt: sic enim fucum facere veritati contendunt, & indoctos fallaciter & malitiosè capere: hinc apud Clementem Alexandrinum lib. 1. Stromatum dicuntur λεξιδίων θηράτορες, *vocularum aucupes*; à S. Gregorio Nazianzeno Orat. 18. Συλλαβῶν θηραταὶ, *captatores syllabarum*: eodem spectans D. Hieronymus, ait illos *ventilare syllabas*: Prosper Aquitanicus contra Collatorem eleganter, *Pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator eventilet.* Quæ omnia perspicuè significant Grammaticam artem illis minùs congruentem videri, quorum munus est docere veritatem, & splendorem Catholicæ religionis & pietatis conseruare. Alia lectio, quam amplectitur editio Sixtina, pro γραμματείας habet πραγματείας, *negotiationes*; quomodo etiam Psalterium vetus & Romanum, & S. Augustinus: & cum hac lectione consentit metaphrasis Apollinarij. Hugo de S. Victore ita locum hunc interpretatur, vt ille negotiationem nouerit, qui volumina non ad ædificationem, sed ad curiositatem legit; ille autem literaturam aut negotiationem non nouerit, qui in voluminibus non inflantem scientiam, sed gustum virtutis quærit: atque ita in Domini potentias intrat, qui mysteria fide affectu complectitur, sed quæ auctius intellectus nequit quam admittitur, sed vt lenius docilius locum sequentem ostendens foris stat. *Qui igitur* (inquit idem Hugo) *veritatem notitiam & formam virtutis in sacro quærit eloquio, hos libros magis legere debet, qui bonis mundi contemptum suadent, & animam ad amorem Conditoris sui accendunt. Primum enim, inquit, quærite Regnum Dei, & iustitiam eius; ac si aperte dicat: Et cælestis patriæ gaudia desiderate, & quibus iustitiæ meritis ad ea perueniatur, solerter inquirite: vtrumque bonum, vtrumque necessarium: amate, & quærite. Si amor est, otiosus esse non potest. Peruenire desideratis; discite quomodo peruenire possitis, quo tenditis.* Et paulò post: *Sciat etiam ad propositum suum non conducere, si inani rapitur desiderio scientiæ, obscuras & profunda intelligentiæ scripturas exquirat, in quibus magis occupetur, quàm ædificetur animus: nec sic cum sola lectio teneat, vt a bono opere vacare compellat. Christiano Philosopho lectio exhortatio esse debet, non occupatio; & bona desideria pascere, non necare.* Hæc ille. Per libros itaque non grammaticales, sed per sanctos & spirituales intratur in potentias Domini, dum cogitando, legendo, orando, obediendo, quadam mirabili familiaritate paulatim sentitque Deum innotescit, consequenter & dulcescit; & sic gustato Domino quam suauis sit, diligit Deum non propter se, sed propter ipsum; quin tandem per Dei gratiam eo pertingit, vt nec semetipsum ampliùs diligat, nisi propter Deum: quasi enim ebrius, miro quodam modo oblitus sui, & à se velut deficiens, totus pergit in Deum, & deinceps adhærens ei vnus spiritus erit. Arbitror (inquit S. Bernardus in Epist. 11. ad Carthusienses) hoc Prophetam sensisse cùm diceret, *Introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.* Sciebat profectò, cùm introiret in spirituales potentias Domini, exutum se iri vniuersis infirmitatibus carnis; vt iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu memoraretur iustitiæ Dei solius.

ANNOTATIONES CVRRENTES.

Matth. 6. 33.

Lectio pia inuenit ad potentias Domini ingressum.

17\. *Deus docuisti me à iuuentute mea*, &c. Pulchrè ex hoc & versibus sequentibus docet Aluarez noster de Paz Tomo 1. lib. 4. partis primæ cap. 11. Deum humiles instruere, ijsque dare gratiam ad concipiendum, & pariendum, & educandum, & in statu collocandum filios suos spirituales. Accipiunt, inquit, humiles gratiam ad concipienda bona opera; & à Deo quasi generante docentur, quomodo ea debeant efficere. Dicitque eorum quilibet: *Deus docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Habent gratiam ad pariendum, & ad incipiendum exteriùs, quod mente conceperunt. *Nam & ego*, inquit, *confitebor tibi in vasis Psalmi*: quod mente concepi, adhibitis musicis instrumentis, voce promam; imò & operibus meis, quæ apud te non minùs suauiter quàm musica instrumenta sonant, tuam laudem, quæ meliùs operibus quàm verbis exhibetur, edicam. Data est illis gratia ad educandum, id est, ad progrediendum in bono opere. *Os meum*, inquit, *annuntiabit*

Quomodo Deus humiles erudiat, & in ea generet.

ANNOTATIONES CONTEXTI.

nunciabo iustitiam tuam, ac in seruandis promissis fidelitatem, quâ tuus sperantes in te; & quia semper eam expertor, non aliquo vitæ meæ momento, quæ instar vnius diei est, annuntiabo magnalia tua, sed totâ die salutare tuum. Data est tandem illis gratia ad perficiendum; quare & idem ipse humilis, certus quod accipiet deprecatur: *Et vsque in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est*: quoque, inquam, quod cœpi peragam, & totam gloriam nostris hominibus faciam. Intuentur itaque humiles potenti auxilio Dei, vt quod aggreßi fuerint, absoluere possint.

Deus in tribulatione nobis adest.

20. [*Quantas ostendisti mihi tribulationes*, &c.] Exquisitum genus miseriarum innuit, quas Græcum vocat [illegible], vt intelligeam malorum continuam tolerationem, quâ mens animi obruebatur: sed in eum oculos misericordiæ tuæ iniecit Numen, & abiecto consolationem impertiuit: addit enim, *Et conuersus viuificasti me*. Pari ferè modo S. Paulus, cum haberet multos inimicos, obiectum sibi innumerarum videbat mare, in quo naufragium constanter pati potuisset: *Nam cum*, inquit, *venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores*: verùm in afflictionem tantis permagnam tum grauitate, tum etiam varietate & multitudine rerum aduersarum, quarum tamen acerbitatem consolatus sua Deus mitigauit, nam subdit, *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus*. Similia dici de multis queunt, in quibus recreandis solemne suum Deus retinuit. Atque in hoc Dei præcipuè tam maximè eluxit, quòd fuerit illis præsto, atque duris et acerbioribus agitati, vt eorum vis animi luculentius & eximia fortitudo illustraretur. Incredibile dictu est, quantam nubem incommodorum viderint, vnde fulmina & nigri turbines in eum se funderent ad inducendam interitum calamitatemque quibus, nisi Dei beneficio exanimarentur, salus ipsa non seruaret. Turbulentum illum statum sæpè in se pingit Apostolus aliique Deum colentibus, qui vitam nouam & [illegible] mundo induerant: vt cùm scribens ad Corinthios de vexatione loquitur, quâ ipse & alij conflictati sunt, *Supra modum grauati sumus, supra virtutem; ita vt tæderet nos etiam viuere*. Regius Vates hîc nominat abyssos, quibus propè dicam viuus absorbendus hauriendusque videbatur; sed diuino beneficio, & animi sui magnitudine iterùm in lucem & ad suam consolationem emergebat. Quò spectat illa Deum venerantis & laudantis confessio: *De abyssis terra iterum reduxisti me*.

2.Cor.7,5.

2.Cor.1,8.

Nomen sancti quomodo de Deo competat.

22. *Sanctus Israel*.] Hoc est cognomen Dei, sic dicti, quòd sanctificari debeat ab Israël sanctificatione cultus & honoris; sicut & ipse sanctificabat populum suum sanctificatione gratiæ. Nomen autem sancti Theologicè cum Lessio expendendo quatuor potißimum modis de Deo prædicatur: Primò, prout causa est & fons omnis sanctitatis, viæ & patriæ, hominum & Angelorum: omnis enim sanctitas ab ipso est, tamquam infinito fonte puritatis & sanctitatis: Secundò, vt obiectum est & mensura omnis sanctitatis: cùm enim ipse sit infinita puritas, & infinitè spiritalis, quò quis magis ad ipsum accedit per cognitionem & amorem, eò sanctior est: ipsum enim cognoscere & amare, eique sincerissimo amore inhærere, vera & formalis sanctitas est, quâ omnis mens creata formaliter sanctificatur, & sancta dicitur. Tertiò dicitur sanctus non solùm obiectiuè, sed etiam formaliter: cùm enim vera & formalis sanctitas consistat in cognitione & amore ipsius, & ipse seipsum infinitè cognoscat & amet, manifestum est, ipsius sanctitatem esse infinitam, & ipsum infinitè sanctum, imò ipsum esse sanctitatem infinitam, cùm ipse sit cognitio, & amor, & fruitio sui infinita. Quartò dicitur sanctus; quia quidquid ad rationem sanctitatis pertinet, ipse à seipso habet, idque cum infinita perfectione: cùm enim duo ad eam requirantur, amor scilicet & obiectum, seu puritas obiecti, Deus vtrumque à se habet: ipse enim est amor infinitus sui, & ipse est obiectum infinitæ puritatis; in cuius amore consistit formalis sanctitas: itaque ipse est infinita sanctitas tum formalis, tum obiectiua: ipse per essentiam suam est mensura omnis sanctitatis & suæ, & omnium Angelorum ac hominum: ipse per amorem sui formaliter sanctus est, & ipsa sanctitas, & fons sanctitatis. Vide plura in Lessio de Perfectionibus Diuinis lib. 8. & in sancto Dionysio Areopagita de Diuinis nominibus cap. 12.

IN PSALMVM LXXI. ARGVMENTVM.

1. In Salomonem.

Quid sibi velit inscriptio In Salomonem.

Vera est inscriptio: in Salomonem tendit & in genus eius, cùm clarum sit, ea quæ per hyperbolen dicta sunt, ad Christum referri, in quo res ipsæ eluxerunt. Promissus erat enim Deus, sed faciem suam & tempus absconderat: vnde si quem videbant de genere Dauidis illustrem, Christum appellabant, vt Ezechiam, & Iosiam; sic & Salomonem propter plurimam sapientiam: cui etiam gentes subiectæ fuerunt, & dona miserunt

α΄. Εἰς Σολομῶντα.

Ἀληθεύει ἡ ἐπιγραφή· εἰς Σολομῶντα τείνει καὶ εἰς τὸ ἐξ ἐκείνου γένος, δήλου ὄντος, ὅτι τὰ καθ' ὑπερβολὴν εἰρημένα, εἰς τὸν Χριστὸν ἀναφέρεται, ἐφ' οὗ τὰ πράγματα ἐξέλαμψεν. Ἐπηγγείλατο μὲν γὰρ ὁ Θεός, ἀπέκρυψε δὲ καὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὸν χρόνον· ὅθεν εἴ τινα εἶδον ἐκ τοῦ γένους λαμπρὸν τοῦ Δαβίδ, Χριστὸν ἐπεφήμιζον, ὡς Ἐζεκίαν, ὡς Ἰωσίαν, οὕτω καὶ Σολομῶντα διὰ τὴν πολλὴν σοφίαν· ᾧ καὶ ἔθνη ὑπετάγη, καὶ δῶρα ἐπέμφθη

ἐν

[illegible]

ex Basan. In forma autem orationis ista inducit, non secundùm Prophetiam: siquidem istud consolationis, hoc arrogantiæ videbatur. Ceterùm videtur etiam purè in Christum esse dictum, quem Sole & Lunâ antiquiorem hic Psalmus ostendit. Nam cùm Salomon pacificus interpretetur, Christus est pax nostra. PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. ΘΕΟΣ τὸ κρίμα σου βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως·

[illegible]

2. DEVS iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis:

Decretum, inquit, tibi est ô Pater, vt vnigenitus Filius tuus terricolis illucescat. Hoc igitur, inquit, quod olim decretum est, finem sortiatur. Patris Verbi Dei incarnationem.

Κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει.

[illegible]

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Hæc est enim causa incarnationis, vt satanæ in nos præeminentia iudicetur.

γ'. Ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην.

[illegible]

3. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.

A locis incolas insinuat. Omnia, inquit, pace repleantur.

Κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων·

[illegible]

4. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum:

Id est, vt auxilij expertes habeant prærogatiuam. Iudicis nimirum incorruptionem introducit.

καὶ ταπεινώσει συκοφάντην.

[illegible]

Et humiliabit calumniatorem.

Calumniatorem vocat eum qui plus habet; sicut in Ecclesiaste, *Si calumniam pauperis videris in ciuitate*, &c. Calumniatorem qui. Eccle. 5. 7.

καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης, γενεὰς γενεῶν.

[illegible]

5. Et permanebit cum Sole, & ante Lunam, in generatione * generationum. * Vulgata & generationem.

In sæcula, inquit, Regnum eius extendetur.

[illegible] ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγὼν ἡ στάζουσα

Τοῦτο δὲ εἶπε [illegible]

6. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Quàm amabilis & gloriosus sit futurus aduentus Saluatoris.

Id est, Sine strepitu. Hoc autem dixit ob latentem eius aduentum.

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

7. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis; donec auferatur Luna.

Nam tempore aduentus eius omne bellum Gentium sublatum erat.

ζ'. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη.

Κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἅπας πόλεμος ἀνῄρηται τῶν ἐθνῶν.

8. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.

Hoc dicit, quia omnes Gentes susceperunt fidem eius.

Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης· καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως τῶν περάτων τῆς γῆς.

Τοῦτό φησι, διὰ τὸ πάντα τὰ ἔθνη προσδέξασθαι τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν.

Prædicit Regum adorationem.

9. Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.

Hostes, inquit, valdè subigentur, ita vt nullum contra ipsum bellum appareat: ex metaphora eorum qui in terram cadunt, & subiectionem indicant.

θ'. Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται Αἰθίοπες· καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ χοῦν λείξουσι.

Σφόδρα, φησὶν, ὑποταγήσονται οἱ πολέμιοι, ὡς μὴ δεῖξαι μάχην πρὸς αὐτόν· ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐπὶ γῆς πιπτόντων, καὶ τὴν ὑποταγὴν σημαινόντων.

10. Reges Tharsis & insulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent:

Nullus enim erat aduersarius: cùm autem amici essent, hoc meritò implebant.

ι'. Βασιλεῖς Θαρσεῖς καὶ νῆσοι δῶρα προσοίσουσι· Βασιλεῖς Ἀράβων καὶ Σαβὰ δῶρα προσάξουσιν·

Ἦν γὰρ ὁ ἀνταίρων οὐδείς· φίλοι δὲ ὄντες, εἰκότως ἐπλήρουν.

11. Et adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes Gentes seruient ei:

Ipsi enim omnes subijcientur, & non repugnabunt.

ια'. Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς· πάντα τὰ ἔθνη δουλεύσουσιν αὐτῷ·

Αὐτοὶ γὰρ ὑποταγήσονται ἅπαντες, καὶ οὐ πολεμήσουσιν.

Eadem commendatio fit Christo Regum.

12. Quia liberabit pauperem à potente; & pauperem, cui non erat adiutor.

Qui enim, inquit, erga populum exhibet iustitiam, æquum est vt ab omnibus de ipso talis opinio habeatur.

ιβ'. Ὅτι ἐρρύσατο πτωχὸν ἐκ δυνάστου· καὶ πένητα, ᾧ οὐχ ὑπῆρχε βοηθός.

Ἐπιδεικνυμένῳ γάρ, φησι, δικαιοσύνην περὶ τὸν λαὸν, ἄξιον συμβῆναι τοιαύτην παρὰ πάντων τὴν ὑπόληψιν.

13. Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

Quomodo autem seruabit pauperes, & quomodo parcet animæ illorum, subiungit:

ιγ'. Φείσεται πτωχοῦ καὶ πένητος· καὶ ψυχὰς πενήτων σώσει.

Πῶς δὲ σώσει τοὺς πένητας, καὶ πῶς φείσεται αὐτῶν τῆς ψυχῆς, ἐπάγει·

14. Ex vsura & iniquitate redimet animas eorum:

Vsuram rursus vocat auaritiam, seu plus habendi cupiditatem. Vult igitur dicere, quòd minimè permissurus sit ipsos vllo modo à potentioribus opprimi, aut insidijs circumueniri.

ιδ'. Ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν·

Τόκον πάλιν τὴν πλεονεξίαν καλεῖ. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὐ συγχωρήσει αὐτοῖς κατ' οὐδένα τρόπον παρὰ τῶν δυναστευόντων ἐπηρεασθῆναι.

Καὶ

Καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ.

Διὰ ταύτην, φησὶ, τὴν αἰτίαν δίκαιόν ἐστιν αὐτὸν παρὰ πάντων τιμᾶσθαι, καὶ ὀνομάζεσθαι.

ιε΄. Καὶ ζήσεται, καὶ δοθήσεται αὐτῷ ἐκ τοῦ χρυσίου τῆς Ἀραβίας,

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι καὶ οἱ Ἄραβες καὶ οἱ Μωαβῖται, καὶ οἱ προσεχεῖς ἐπίχωροι, καὶ αὐτοὶ φόρον αὐτῷ τελοῦσιν.

Καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ διαπαντός·

Ὡς ὑπὲρ βασιλέως ἰδίου, φησὶν, εὐχὰς ἐκτελοῦσιν.

Ὅλην τὴν ἡμέραν εὐλογήσουσιν αὐτόν.

Καὶ ἕξουσιν αὐτὸν ἐν εὐφημίαις, φησὶ, διηνεκῶς, ὡς δίκαιον βασιλέα καὶ δεσπότην.

ις΄. Ἔσται στήριγμα ἐν τῇ γῇ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων·

Οὗτος, φησὶν, ὁ παρὰ πάντων προσκυνούμενος, καὶ δωροφορούμενος, στήριγμα ἔσται τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς οἰκουμένης.

Ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ·

Τοῦτο περὶ τῆς δόξης τῶν υἱῶν αὐτοῦ εἰπὼν, τὸ ἑξῆς περὶ τοῦ πλήθους ἐπάγει·

Καὶ ἐξανθήσουσιν ἐκ πόλεως ὡσεὶ χόρτος τῆς γῆς.

Ἀντὶ τοῦ, Ἔσονται πολλοὶ, καὶ ἀνθοῦντες τῇ λαμπρότητι.

ιζ΄. Ἔστω τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας·

Πάλιν τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν λέγει, καὶ τὴν ὑπόληψιν τὴν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ. Εὔφημον, φησὶν, ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ διηνεκῶς.

Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

Ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην τῇ λαμπρότητι.

Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς·

Ὅτι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς μέγα ἡγήσονται τὸ εὐφημεῖν αὐτὸν καὶ δοξάζειν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Et honorabile nomen eorum coram illo. PARAPHRASIS ANONYMI.

Propter hanc, inquit, causam iustum est vt ab omnibus honoretur, & nuncupetur.

15. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ,

Vult dicere, quòd etiam Arabes & Moabitæ, & contermini eorum, ipsi quoque tributum soluturi sint.

Et adorabunt de ipso semper:

Tamquam pro Rege proprio, inquit, preces persoluent.

Totâ die benedicent ei.

Et continuè, inquit, ipsum laudibus celebrabunt, vt iustum Regem ac Dominum.

16. * Erit firmamentum in terra in summis montium: * Vulgata addit Et

Hic, inquit, qui ab omnibus adoratur, & muneribus afficitur, erit firmamentum Ecclesiæ & orbis vniuersi. Christus est Ecclesiæ firmamentum.

Superextolletur super Libanum fructus eius:

Cùm hoc de gloria filiorum eius pronuntiasset, deinceps de multitudine subiungit:

Et florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.

Id est, Erunt plurimi, & splendore florentes.

17. Sit nomen eius benedictum in sæcula:

Rursus nomen eius vocat gloriam ipsius, & opinionem sapientiæ. Semper, inquit, nomen eius celebre erit. Quanta sit gloria Christi.

Ante Solem permanebit nomen eius.

Id est, supra Solem & Lunam fulgebit.

Et benedicentur in ipso omnes Tribus terræ:

Quoniam Tribus terræ magni facient ipsum celebrare & honorare. vnde subdit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Omnes Gentes * beatificabunt eum.

* Vulgata magnificabunt

Scilicet propter gloriam & altitudinem.

18. Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus:

Hymnis, inquit, plurimis dignus est Deus, qui tantorum ipsis bonorum auctor est; qui propriam diuinitatem in Israële ostendit; qui solus potest istiusmodi mirabilia perficere.

19. Et benedictum nomen * gloriæ eius in æternum, * & in sæculum sæculi:

* Vulgata maiestatis

* Abest à Vulgata.

Excipiet autem, inquit, hymnos eius (dicit autem Dei) sæculum futurum, & quod post ipsum, & omne quod sequetur.

Et replebitur * gloria eius omnis terra: fiat, fiat.

* Vulgata maiestate

Et quoniam tunc sola terra Israëlitarum Deum honorare videbatur, optat, quin potius vaticinatur David, omnem terram eius gloriâ replendam esse: quod in Christo Domino factum est.

Πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν.

Δηλονότι ἐπὶ τῇ δόξῃ καὶ τῇ ὑψηλότητι.

ιη΄. Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὁ ποιῶν θαυμάσια μόνος.

Ὕμνων, φησὶ, πολλῶν ἄξιος ὁ θεὸς, ὁ τοσούτων αὐτοῖς τῶν ἀγαθῶν αἴτιος· ὁ τὴν οἰκείαν θεότητα ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐπιδείκνυται· ὁ μόνος δυνάμενος τοιαῦτα θαυμάσια ἀποτελεῖν.

ιθ΄. Καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Διαδέξεται δὲ αὐτοῦ, φησι, τοὺς ὕμνους (λέγει δὲ τοῦ θεοῦ) ὁ μέλλων αἰὼν, καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ὁ ἐφεξῆς ἅπας.

Καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο.

Καὶ ἐπειδὴ τότε μόνη ἡ τῶν Ἰσραηλιτῶν γῆ δοξάζειν ἐδόκει τὸν θεὸν, ἐπεύχεται, μᾶλλον δὲ προφητεύει ὁ Δαβὶδ, ὡς πᾶσαν τὴν γῆν τῆς αὐτοῦ πληρωθῆναι δόξης· ὅπερ ἐξετελέσθη ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2\. DEVS IVDICIVM TVVM.] Sicut Regem & Filium Regis eumdem vocat; ita etiam iustitiam & iudicium idem dicit. Solet enim Scriptura vnam rem veluti duas narrare ad pleniorem legentis memoriam. Deinde causa huius orationis est, *iudicare populum suum.* Ostendit quomodo pro communi bono sollicitus roget semini suo gratiam donari. Manifestum enim est, quod sapientia & iustitia imperantis sit salus subditorum. Porrò pauperes populi Theodotion milites exauctoratos vocat. Ita, inquit, tibi decretum est, vt vnigenitus Filius tuus terris illucescat. Id quod igitur, inquit, olim decretum fuit, ad finem perducatur. Prophetia namque Christum vocat Regem, quemadmodum & leonem: etenim Rex est, tamquam ex omni rege Deo: tamquam homo verò Dauidem habet progenitorem: ipse autem cùm sit Patris iustitia, iustitiam assumpsisse perhibetur per humanitatem. Porrò istud, *Suscipiant montes pacem;* id est, omnia pace & iustitiâ repleantur. Vel à locis incolas insinuat, aut

Sapientia imperantis est salus subditorum.

Christus Rex est.

Omnia repleuit pace & iustitiâ.

β΄. ΘΕΟΣ ΤΟ ΚΡΙΜΑ ΣΟΥ.] Ὥσπερ βασιλέα καὶ υἱὸν βασιλέως τὸν αὐτὸν λέγει· οὕτως καὶ δικαιοσύνην καὶ κρῖμα τὸ αὐτό. Ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ ἓν πρᾶγμα ὡς δύο λέγεσθαι εἰς πλείονα μνήμην τῶν ἀναγινωσκόντων. Εἶτα ἡ τῆς εὐχῆς αἰτία, κρίνειν τὸν λαόν σου. Ἐνδείκνυται ὡς τοῦ κοινοῦ φροντίζων εὔχεται τῷ σπέρματι αὐτοῦ δοθῆναι χάριν. Εὔδηλον γὰρ, ὅτι ἡ σοφία τοῦ κρατοῦντος καὶ ἡ δικαιοσύνη τῶν ἀρχομένων ἐστὶ σωτηρία. Πτωχοὺς δὲ τοῦ λαοῦ τοὺς ἀποστρατεύτους ὁ Θεοδοτίων. Οὕτως κέκριταί σοι, φησὶ, τὸν μονογενῆ σου υἱὸν ἐπιλάμψαι ἐπὶ γῆς. Τοῦτο οὖν, φησὶ, τὸ πάλαι κριθὲν, εἰς πέρας ἀχθείη. Βασιλέα γὰρ τὸν Χριστὸν ἡ προφητεία καλεῖ, ὥσπερ καὶ λέοντα· καὶ γὰρ βασιλεὺς, ὡς ἐκ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ· καὶ ὡς ἄνθρωπος πρόγονον ἔχει τὸν Δαβίδ· αὐτὸς δὲ ὢν ἡ δικαιοσύνη τοῦ πατρὸς, δικαιοσύνην λέγεται εἰληφέναι διὰ τὸ ἀνθρώπινον. Τὸ δὲ, Ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην· ἀντὶ τοῦ, πάντα πληρωθήτω εἰρήνης καὶ δικαιοσύνης. Ἢ ἀπὸ τῶν τόπων τοὺς ἐνοικοῦντας αἰνίττεται, ἢ τοὺς

ὑψηλ-

[illegible]

... ἀλλοιώσῃ. Κληθεὶς δ' ὡς συκοφάντης ὁ διάβολος, ὃν ὁ ἀληθὴς Σολομὼν [illegible] ἐταπείνωσεν· οὗ ἡ βασιλεία εἰς αἰῶνας [illegible].

ΚΑΤΑΒΗΣΕΤΑΙ ΩΣ ΥΕΤΟΣ.] [illegible] αὐτοῦ, φησι, [illegible] τῶν ἀνθρώπων ὡς δρόσος εἰς [illegible], ἢ ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον· φυσι[illegible] ἀψοφητὶ δεχόμενον τὴν ὑγρασίαν. [illegible] τὴν ἀνθρωπείαν τοῦ Χριστοῦ [illegible], ἀκτύπως γενομένην καὶ λα[illegible] καὶ μυστικῶς.

[illegible] δὲ, ὡς τὸ λανθάνον λέγει [illegible] τοῦτον, καὶ ἀναπαίσθητον· ([illegible]) ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς τοῦ [illegible] τοῦτο τείνει. Εἰ γὰρ καὶ ἀψοφητὶ κα[illegible] πόκον ὁ ὑετὸς, ἀλλ' [illegible] καταφέρεται ἐπὶ γῆς. Ἀλλ' οἶμαι ἡ παρθένος [illegible] τὸν προπάτορα [illegible]· (πόκος γὰρ [illegible] προβάτου) [illegible] προβάτου [illegible] τὴν [illegible], καὶ ἵν' ἐπ' αὐτῇ τὸ [illegible] γεγονὸς ἐμφανῇ. Ὡς γὰρ ἐκεῖ καταλειπομένης, ὁ πόκος μό[illegible]· οὕτως αὐτὴ, αὐχμοῦ [illegible] τοῦ ἀνθρωπείου [illegible] θείας δρόσου καὶ ἀρδείας [illegible] θάλπειν πέφυκεν ὁ πόκος, [illegible]

[illegible] ΕΝ ΤΑΙΣ ΗΜΕΡΑΙΣ.] [illegible]

superiores: vel prosopopœia est, quæ omnium declaret immutationem. Pauperes autem populi, id est, vt auxilio destituti, pro præsidio habeant Iudicis incorruptionem. Vnde subiungit, *Et humiliabit calumniatorem*: sic appellans auarum. Istud autem, *Permanebit cum Sole*, non de Salomone dicit, sed de gloria sapientiæ quam obtinebat. q. d. Instar Solis proponetur gloria eius, nempe per omnem terram quæ sub cęlo est; & *supra Lunam*, propositione *ante* pro *supra* positâ; vt cùm dicitur, *Illud isti antefert*, id est, *supereminet*. Ac pulchrè quidem in isto, *Permanebit cum Sole*, præpositionem *cum* adhibuit propter splendoris perpetuitatem, de Luna verò præpositionem *supra* posuit propter crebriorem eius immutationem. Ceterùm diabolus quoque calumniator appellatus fuerit, quem verus Salomon Christus humiliauit, cuius Regnum in sæcula extendetur.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Salomonis sapientia quantum durare sit.

6. DESCENDET SICVT PLVVIA.] Sapientiæ, inquit, ipsius verba in animos hominum illabentur sicut ros in terram siticulosam, vel sicut pluuia in vellus; quod naturaliter etiam sine strepitu humorem admittit. Vel per hæc humanam Christi generationem declarauit, quæ sine strepitu & latenter ac mysticè accidit.

Sapientiæ verba instar roris.

ALIVS autem dicit, per hæc minimè significari secretum illud, & quod sensu percipi non possit; (siquidem Gabrieli innotuit;) contextus tamen sermonis eò vergit. Etsi enim pluuia sine strepitu in vellus descendat, gutta tamen omnino cum strepitu in terram delabitur. Ceterùm existimo Virginem propter progenitorem suum vellus appellatam fuisse: (vellus enim est pellis ouis:) atque ille pellis ouinæ nuditatem cohibuit, vt etiam in ipsa Gedeonis miraculum ostenderetur. Quemadmodum enim illic areâ siccâ remanente, solum vellus humidum apparuit, sic etiam ipsa, humano genere diuini influxus æstu attenuato, sola diuinum rorem & irrigationem obtinuit. Et quoniam vellus solet calorem conseruare ac fouere, ipsa etiam erroris frigore constrictos, diuinæ cognitionis fomento ad virtutum perfectionem vellere suo reduxit.

Vellus Gedeonis symbolum B. Virginis.

7. ORIETVR IN DIEBVS.] Pulchrè dixit illud *orietur*, tamquam de splendore Solis. Etenim Israëlitæ quasi in lumine versari videbantur, Deo nimirum super ipsos

 sapien-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. *Pax Salomonis [illegible].*

sapientiæ suæ radium expandente. Istud autem, *Donec auferatur Luna*, per hyperbolen dicit. Non enim auferetur Luna; sed prout id potest intelligitur. Vult enim dicere, fieri posse vt Luna auferretur potiùs, quàm pax Salomonis euerteretur: ipsi, inquit, pacata erunt omnia, & ob excellentem sapientiam subdentur. *A mari* autem *vsque ad mare* vocat terræ latitudinem: cùm autem de latitudine locutus fuisset, subiungit etiam de longitudine, *Et à fluminibus*; flumina vocans Mesopotamiam; *terminos* verò *orbis* ipsius Palæstinæ fines. Hæc quidem historicè de Salomone dicta: si quis autem per semen eius ad Christum recurrerit, latiores seu vberiores intelliget Prophetias, in quantum Christus etiam totius orbis Dominus constitutus fuit; in cuius incarnati diebus orta est iustitia per fidem, & nothum ac lunare lumen, quod in satanam accipitur; quia ipse princeps tenebrarum harum è medio sublatus dicitur: pro eo enim quòd hominem interemerit, vicissim interemptus est. Porrò istud, *Donec auferatur Luna*, id est, vsque ad consummationem. Luna enim è medio sublatâ tempus tollitur; tempore autem sublato sensibilis hic mundus finem habiturus est. Dominabitur autem, inquit, ijs qui in orbe sunt Regni eius, incipiendo à fluminibus, siue Iordane (in quem nimirum plurima flumina influunt;) in quo baptizatus, inquit Euangelista, cœpit prædicare ac dicere, *Pœnitentiam agite; appropinquauit enim Regnum cælorum.*

Christus totius orbis Dominus [illegible].

Matth. 4. 17.

9. CORAM IPSO PROCIDENT.] Vult dicere, quòd qui procul aberant, auditâ eius sapientiâ, ipsi morem gesturi sint, & nemo ausurus sit contradicere: quin & inimici eius optabunt quoque vestigia pedum ipsius exosculari: tanta enim ipsi erit gloriæ abundantia. Quoniam autem dixerat Æthiopes extraneos dicit quoque illos, qui iuxta mare habitant, dona allaturos. Tharsen enim loca maritima appellat. Nam & Ionas descenderat, vt in Tharsen nauigaret. Cùm autem dixerit omnes Gentes, putabitur hoc per hyperbolen dicere. Verùm dixi, non tantùm hoc vaticinium esse, sed etiam orationem. Qui autem orat, minimè prohibetur magna postulare, præsertim illi pro quo rogat. Ceterùm, quòd non immeritò ipsi

Sapientiam Salomonis omnes venerati sunt.

σοφίας [illegible] ἀκτῖνα. Τὸ δὲ, Ἕως οὗ ἀν[illegible] ἡ σελήνη, [illegible] ὑπερβολικῶς λέγει. Οὐ [illegible] ἡ σελήνη· ἀλλὰ κατὰ τὸ [illegible] νοεῖται. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐγχωρεῖ [illegible] ἀναιρεθῆναι μᾶλλον, ἢ τὴν [illegible] εἰρήνην τοῦ Σ[illegible] ἀνατραπῆναι· [illegible] τὰ πάντα, καὶ ὑποτα[illegible] τὴν ὑπερβολὴν τῆς σοφίας. Ἀπὸ θαλάσσης δὲ ἕως θαλάσσης τὸ πλάτος λέγει τῆς γῆς· εἰπὼν δὲ περὶ τοῦ πλάτους, ἐπάγει καὶ [illegible] μῆκος, Καὶ ἀπὸ ποταμῶν· ποταμοὺς [illegible] Μεσοποταμίαν καλῶν· Πέρατα δὲ [illegible] αὐτῆς τῆς Παλαιστίνης. Ταῦτα μὲν [illegible] ἐπὶ Σολομῶντος· εἰ δέ τις διὰ τοῦ σπέρματος ἐπὶ τὸν Χριστὸν δράμοι, πλατυτέρας [illegible] τὰς Προφητείας, ὅσον καὶ πάσης τῆς [illegible] δεσπότης κατέστη ὁ Χριστός· οὗ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς ἀνέτειλε δικαιοσύνη ἡ [illegible], καὶ τὸ νόθον καὶ σεληνιακὸν φῶς, [illegible] σατανᾶν ἐκλαμβάνεται· διὰ τὸ τὸν ἄρχοντα αὐτὸν λέγεσθαι ἀνῃρῆσθαι· [illegible] ἀνῄρηκε τὸν ἄνθρωπον, ἀντανῄρηται. [illegible] Τὸ δὲ, Ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη, ἀντὶ τοῦ [illegible] συντελείας. Ἀναιρουμένης γὰρ σελήνης [illegible] αἱρεῖται χρόνος· χρόνου δὲ ἀναιρεθέντος [illegible] ἕξει ὁ αἰσθητὸς κόσμος. Κατακυριεύσει [illegible] φησι, τῶν τῆς οἰκουμένης τῆς βασιλείας [illegible], ἀρξαμένης ἀπὸ ποταμῶν, ἤτοι τοῦ Ἰορδάνου (ὡς πολλῶν εἰς αὐτὸν εἰσρεόντων ποταμῶν·) ἐν ᾧ βαπτισθεὶς ἤρξατο, φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς, κηρύττειν καὶ λέγειν, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

θ'. ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΠΕΣΟΥΝΤΑΙ.] Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι οἱ πόρρω ἀφεστηκότες, ἀκοῇ τῆς σοφίας, πεισθήσονται αὐτῷ, καὶ οὐκ [illegible] ἀντιλεχθῆναι τολμήσουσιν· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἀσπάζεσθαι· τοσαύτη γὰρ αὐτῷ ἔσται ἡ περιουσία τῆς δόξης. Ἐπεὶ δὲ Αἰθίοπας εἶπεν τοὺς ἀλλοτρίους, λέγει ὅτι καὶ οἱ τὰ παρὰ θάλασσαν οἰκοῦντες, δῶρα προσοίσουσι. Θαρσεῖς γὰρ τοὺς παραθαλασσίους καλεῖ τόπους. Καὶ Ἰωνᾶς γὰρ κατέβη, εἰς Θαρσεῖς τοῦ ἀποπλεῦσαι. Εἰπὼν δὲ πάντα τὰ ἔθνη, νομισθήσεται πρὸς ὑπερβολὴν λέγειν. Ἀλλ' εἶπον, ὡς οὐκ ἔστι μόνον προφητεία, ἀλλὰ καὶ εὐχή. Ὁ δὲ εὐχόμενος, οὐ κωλύεται μεγάλα αἰτεῖν, καὶ μάλιστα ὅταν ὑπὲρ οὗ πάντων [illegible] εὐχήν. Ὅτι δὲ οὐκ ἀπεικότως εὔχεται αὐτῷ

[illegible]

[illegible] ὀνομάζεσθαι.

ἌΛΛΩΣ. Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται [illegible] μέρος λέγει τινὰ ἔθνη, ὡς μέλλων καὶ τὸ καθόλου ἐπάγειν τὸ, καὶ πάντα τὰ ἔθνη· ὃ μᾶλλον ἐν Χριστῷ πληρωθήσεται. Προσέπεσον γὰρ αὐτῷ Αἰθίοπες, δωροφοροῦντες [illegible] τῶν Μάγων, καὶ προσεκύνησαν· οἱ δὲ [illegible] αὐτοῦ, ἤγουν οἱ δαίμονες, βεβηλωσμένοι [illegible], ἢ καὶ οἱ εἰδώλοις προσκείμενοι, αὐτοὶ [illegible] προκυλιόμενοι. Ἐχθροὶ δὲ αὐτοῦ [illegible] τὴν γῆν, οἱ τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείας [illegible]. Νῆσοι δὲ προσαγόμεναι, ψυχαὶ [illegible] κλονήσεως ἔχουσαι, κἂν ἐπαφρίζῃ τοῖς κύμασιν ἡ θάλασσα. Προσκυνήσουσι δὲ οὐ πάντες οἱ [illegible] βασιλεῖς τῆς γῆς, ἀλλὰ νῦν μὲν οἱ πι[illegible]. Οὔπω γάρ, φησιν, ὁρῶμεν αὐτῷ [illegible] ὑποτεταγμένα. Τότε δὲ πᾶν γόνυ [illegible]. Θαρσεῖς δὲ οἱ μὲν τὴν Καρχηδόνα Λιβύης προκαθημένην· οἱ δὲ τὴν [illegible] εἰς ἣν ἔφυγεν Ἰωνᾶς· οἱ δὲ χρῶμα [illegible] ὡς ἐν τῷ, ὡς εἶδος Θαρσεῖς. Σαβὰ [illegible] πόλις Ἰνδίας· ἀφ' ἧς ἡ βασίλισσα [illegible] πρὸς Σολομῶντα. Τὸ δὲ πάντα [illegible] συμβαίνει τῇ τοῦ Πατριάρχου εὐλο[illegible] αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. Οὐ γὰρ [illegible] τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἀν[illegible] προσκυνοῦντες πάντες τῆς τυραν[illegible] ἀπαλλάττονται τοῦ διαβόλου, ὃν δυνάστην [illegible] πτωχὸν δὲ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, [illegible] ἐρημωμένην τηνικαῦτα Θεοῦ.

ΣΤ. Καὶ τῇ οἰκείᾳ ἰσχύϊ καὶ τοῖς [illegible] αὐτοῦ· καταστέλλει τοὺς κατα[illegible]τας, καὶ παρασκευάζει φειδώ τινα ποιεῖσθαι. Τόκον δὲ καλεῖ τὴν [illegible] Τόκον γάρ, φησι, καὶ πλεονασμὸν [illegible] δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, [illegible] πᾶσιν ἔντιμος καὶ ἔνδοξος. Περὶ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ, δοξολογή[illegible]οῦντες· οὐ ποτὲ μέν, ποτὲ δὲ οὔ, [illegible] ἡμέρας ὅλης· γνωσθείσης τῆς

tantam gloriam postulet concedi, subiunxit; *Quia liberauit pauperem.* Dignum est, inquit, vt ille apud qui populo iustitiam exhibuit, talem modo omnes opinionem consequatur. Quomodo autem pauperes seruaturus, & quomodo animæ ipsorum parciturus sit, subiungit: *Ex vsura & iniquitate redimet*, vsuram vocans auaritiam. q. d. Non permittet illos vllo modo à potentioribus circumueniri, atque propterea iustum fuerit ab omnibus ipsum honorari ac nominari.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. *Salomon inter pauperum.*

ALITER. *Coram ipso procident Aethiopes.* Particulatim dicit quasdam Gentes, tamquam qui vniuersim subiuncturus illud, *Et omnes Gentes*: quod in Christo præcipuè adimplendum erat: siquidem prociderunt Æthiopes, per Magos ipsi munera adferentes, atque ipsum adorarunt: inimici verò eius, scilicet dæmones, mente coinquinati, vel etiam idolis diditi, ipsi substernentur prouoluti. Inimici autem eius qui terram lingunt, sunt illi qui carnis amant voluptates. Insulæ verò quæ adducuntur, sunt animæ quæ minimè mouentur, quantumuis mare fluctibus intumescat. Adorarunt autem non omnes Reges terræ, sed qui nunc crediderunt. Nondum enim, inquit, videmus ipsi omnia subiecta. Tunc autem omne genu ipsi flectetur. *Tharsis* alij quidem ciuitatē Libyæ principem, alij verò Tharsen, ad quam Ionas fugiebat, alij verò colorem hyacinthi esse volunt, vt in isto, *Sicut species Tharsis.* Saba autem ciuitas est Indiæ, vnde Regina Austri venit ad Salomonem. Istud autem *omnes Gentes* congruit cum Patriarchæ benedictione: *Et ipse est expectatio Gentium.* Siquidem nulla gens prædicationes Euangelicas non audiuit. Hi vtique omnes adorantes à diaboli tyrannide liberati sunt, quem potentem appellauit, pauperem verò naturam humanam, quippe tunc à Deo desertam.

Christo omnes subiectæ Gentes.

Tharsis quid. Ione c. 1.

Saba quid.

ALITER. Propriâ quoque virtute & legibus à se constitutis cohibet potentes, & comparat se ad curam pauperum gerendam. Vsuram autem vocat auaritiam: *Vsuram enim, inquit, & superabundantiam non accipies. Honorabile autem nomen eius.* id est, Omnibus erit venerabilis ac gloriosus. *Et adorabunt de ipso*: id est, hymnis celebrabunt gratias agentes; non aliquando quidem, aliquando verò non, sed assiduè, totâ die, intellecto omni

Christus cohibet potentes, & iuuat pauperes. *Ezech. 18.*

omni sæculo. Pro Arabia autem alij Saba posuerunt.

Salomon muneribus plurimis affectus fuit.

15. ET VIVET, ET DABITVR EI.] Hoc vult dicere, quòd etiam Arabes & Moabitæ atque contermini tributum ipsi soluturi sint, & tamquam pro Rege proprio preces oblaturi, nec non semper ipsum celebraturi sint. Erit autem firmamentum in terra scilicet Palæstinæ. id est: Hic qui ab omnibus afficitur muneribus firmamentum erit terræ nostræ, & quasi crepido continens montes in circuitu. Fructum autem superelatum vocat genus & semen eius. vnde subiungit: *Et efflorebunt.* id est: Erit semen eius benedictum, ita vt Filij eius crescant, & gloriâ cunctis superiores euadant. Hoc enim sibi vult istud *superextolletur*, tamquam de sublimissimo monte. Illud autem *Et efflorebunt* de multitudine dicit. q.d. Erunt multi, & splendore florebunt.

Aurum dicitur mens pura.

ALIVS. *Et viuet.* Per hoc declaratur ipsum perpetuò mansurum. Aurum autem fuerit quoque mens pura, quam cùm sancti habeant, & sciant neminem ex omnibus qui declinant liberatum iri, continuas supplicationes ad Patrem fecerunt, dicentes, *Ostende nobis Domine misericordiam tuam*; aliquando verò, *Emitte lucem tuam.* Ceterùm pro ipso Patrem rogabunt, vt ipsum nobis donet. Benedicent verò etiam Filium, & hymnis ipsum celebrabunt, tamquam qui ab ipso cuncta bona recipiant. Erit autem *firmamentum.* id est: Ipse confirmabit eos qui in se credunt, & sublimes ostendet, tamquam in montibus constitutos. Postquam autem montium fecit mentionem, recensuit quoque sublimissimum Libanum, qui est doctrina eius, scilicet vaticinijs prænuntiati Saluatoris. Fructus autem eius est Ecclesia. Etsi enim aliquaratere visa sint, attamen Ecclesia ipsi superlata est incomparabili eminentiâ. *Efflorebunt* autem *de ciuitate*: id est, per singulas ciuitates & loca. Vel pulchrè dixit de ciuitate, & non in ciuitate. Qui enim extra spiritalem Hierosolymam vitâ florent, sicut fœnum, quod facilè marcescit, exsiccabuntur, interiori eius, quod permanet, nil istiusmodi patiente. Nam *non commouebitur in æternum, qui habitat Hierusalem.*

Christus est fidelium firmamentum & celsitudo.

Ecclesiæ eminentia quanta.

Quanta sit gloria Christi & Salomonis.

17. ERIT NOMEN EIVS BENEDICTVM.] Rursus nomen eius

παντὸς [illegible] αἰῶνος. ἀντὶ δὲ Ἀρραβίας Σαβὰ οἱ ἄλλοι [illegible]θήκασι.

ιϛʹ. ΚΑΙ ΖΗΣΕΤΑΙ, ΚΑΙ ΔΟΘΗΣΕΤΑΙ ΑΥΤῼ.] Τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι καὶ Ἄραβες καὶ Μω[illegible]ται καὶ οἱ περίοικοι φόρον αὐτῷ πληρώσ[illegible], καὶ ὡς ὑπὲρ βασιλέως ἰδίου [illegible]χὰς ἐκτελέ[illegible]σι, καὶ ἕξουσιν αὐτὸν ἐν [illegible] διὰ παντός. Ἔσται δὲ στήριγμα ἐν τῇ γῇ τῆς Παλαιστίνης λέγει που. ἀντὶ τοῦ· Οὗτος ὁ [illegible] πάντων δωροφορούμενος στήριγμα ἔσται τῆς ἡμετέρας, ὡς οἷον κρηπὶς συνέχουσα τὰ [illegible] ὄρη. Καρπὸν δὲ ὑπεραρθησόμενον τὸ [illegible] αὐτοῦ καὶ τὸ σπέρμα καλεῖ. ὅθεν [illegible] Καὶ ἐξανθήσουσιν. ἀντὶ τοῦ· Ἔσται τὸ [illegible] αὐτοῦ εὐλογημένον, ὡς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ [illegible]ναι, καὶ γενέσθαι τῇ δόξῃ ὑψηλοτέρους π[illegible]. Τοῦτο γὰρ τὸ ὑπεραρθήσονται, ὡς ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτάτου ὄρους δηλοῖ. Τὸ δὲ ἐξανθήσουσ[illegible] τοῦ πλήθους. ἀντὶ τοῦ· Ἔσονται πολλοί, [illegible] θήσουσι τῇ λαμπρότητι.

ἌΛΛΟΣ. Καὶ ζήσεται. διὰ τοῦ[illegible] τὸ διηνεκὲς διαμένειν αὐτὸν δηλοῦται. [illegible] δὲ εἴη ἂν καὶ ὁ καθαρὸς νοῦς, ὃν ἔχον[illegible] οἱ ἅγιοι, καὶ εἰδότες ὡς οὐδεὶς ῥύσεται [illegible] ἐκκλινάντων, συνεχεῖς ἐποιοῦντο λιτὰς [illegible] τὸν πατέρα, λέγοντες, Δεῖξον ἡμῖν [illegible] ἔλεός σου· ποτὲ δέ, Ἐξαπόστειλον τὸ [illegible]. Ἀλλὰ περὶ μὲν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα [illegible] προσεύξονται, ὅπως αὐτὸν ἡμῖν [illegible]. Εὐλογήσουσι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν υἱὸν καὶ ὑμν[illegible]σουσιν, ὡς παρ' αὐτοῦ πάντα ὅσα ἐξ[illegible]. Ἔσται δὲ στήριγμα. ἀντὶ τοῦ· Αὐτὸς [illegible] τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας, καὶ [illegible] μετεώρους [illegible]δείξει, ὡς ἐν ὄρεσιν ἱσταμένους. Ἐπειδὴ δὲ ὀρῶν ἐμνημόνευσεν, [illegible] καὶ τὸν ὑψηλότατον Λίβανον, ὅς ἐστιν ἡ διδασκαλία αὐτοῦ, ἡ [illegible] προφητευομένου σωτῆρος. Καρπὸς δὲ αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία. Εἰ γὰρ καὶ ἔδοξαν ποτὲ ὅ [illegible] Λίβανος καὶ ἡ Ἱερουσαλὴμ ἀνθεῖν, ἀλλ' ὑπερῆρθη αὐτῆς ἡ Ἐκκλησία ἀσυγκρίτῳ ὑπεροχῇ. Ἐξανθήσουσι δὲ ἐκ πόλεως· ἀντὶ τοῦ, καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ τόπον. ἢ καλῶς τὸ ἐκ πόλεως, καὶ μὴ ἐν πόλει. οἱ γὰρ ἔξω τῆς νοητῆς Ἱερουσαλὴμ τῷ βίῳ ἀνθοῦντες, ὡς ὁ εὐμαράντως χόρτος ἀποξηρανθήσονται, τοῦ ἔνδον αὐτῆς μένοντος οὐδὲν τοιοῦτον πάσχοντος. Οὐ γὰρ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ κατοικῶν Ἱερουσαλήμ.

ιζʹ. ΕΣΤΑΙ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΑΥΤΟΥ ΕΥΛΟΓΗΜΕΝΟΝ.] Πάλιν ὄνομα τοῦ

Digitized by Google

[illegible]

τοῦ Χριστοῦ δόξαν.

ΑΛΛΟΣ. Ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ εὐλογημένον, καὶ τὰ ἑξῆς. Δείκνυσιν οὖν διὰ τούτων, [illegible] αὐτὸν καὶ σελήνης πρεσβύτερον· οὐ γὰρ [illegible] πρὸ τοῦ ἡλίου καὶ σελήνης, ἀλλὰ καὶ [illegible] γενεαῖς τοῦ ὀνόματος διαιωνίζοντος [illegible] διαιωνίζειν ἀκόλουθον καὶ τὸ τῶν [illegible]ῶν. Τὸ δὲ εὐλογημένον, ἀντὶ τοῦ, θει[illegible] δοξαζόμενον. Ὃ δὴ καὶ στερέωμα εἶπε τῆς [illegible] ὀρεῶν γεωργηθείσης αὐτῷ ἐκ[illegible]. Εἰ δὲ πρὸ τοῦ ἡλίου τὸ ὄνομα αὐτοῦ, [illegible]εν, ὁ ἀεὶ ἔχων; Φαίνεται, ἢ δῆλον ὅτι [illegible] ἀπὸ Χριστοῦ καλουμένων εἴρηται. Τὸ [illegible]ελιοῦσιν, ἀντὶ τοῦ, ἄξιον αὐτὸν ὕμνου καὶ [illegible]μοῦ ὀνομάσουσιν. Εἶτα διεξελθὼν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ κατώρθωσεν, ὕμνον [illegible]έμπει. Αὐτὸς ἐστι, φησὶν, ὁ Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ θαυμάσια. Ποῖα; τὸ [illegible] τοὺς δαίμονας, καὶ ἐξελεῖν τὸ [illegible] γένος τῶν ἀνθρώπων· διὸ πρὸ[illegible] πάντων αὐτὸν ὑμνεῖσθαι. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοῦ, ὡς ἀνέφικτον, ἀγνοοῦμεν, [illegible]ήριον αὐτοῦ ἐδιδάχθημεν ὄνο[illegible] εἰς [illegible] διὰ τοῦ λόγου [illegible]· ὅτι ἐν δῆλος ἔσται ὁ τῶν ὅλων Θεός,

vocat gloriam & opinionem eius. Celebre, inquit, erit nomen eius semper. Deinde rursus repetit orationem dicens, *Ante Solem permanebit*. id est: Supra Solem & Lunam splendebit. Istud autem *Benedicentur*, id est, Tribus terræ magnifacient, ipsum celebrare & glorificare. Vnde subiungit: Omnes Gentes beatum ipsum prædicabunt, scilicet in gloria. Si quis autem ea quæ dicta sunt ad semen eius retulerit, qui est Christus, magis propriè hæc euenisse reperiet: in quo non meris verbis tenus generi ipsius appropriatæ sunt Tribus, sed rebus ipsis per gratiam baptismatis; quem idcircò etiam beatum pronunciarunt in sua dominatione & supra omnes potestate. Ceterùm, inquit, cùm hæc ita se habeant, in Salomone laudandus est Deus, qui horum ipsi bonorum auctor existit: quos hymnos, inquit, laudis sæculum futurum excipiet, & quod post ipsum, & sic deinceps. Et quoniam tunc sola terra Israël Deum honorabat, optat, vel potiùs vaticinatur, omnem terram eius gloriâ replendam fore: quod in Christo contigit. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ALIVS. *Erit nomen eius benedictum*, &c. Ostendit igitur per hæc, Sole ipsum & Lunâ esse antiquiorem: non enim simpliciter est ante Solem & Lunam, sed Christi nomine etiam in generationibus generationum perennante, consequens est vt Christianorum quoque nomen vnà perennet. Istud autem *benedictum*, id est, diuino cultu honoratum. Hoc vtique etiam firmamentum dixit Ecclesiæ in summis montibus ab ipso plantatæ. Si autem ante Solem nomen eius, quomodo illud accepit, cùm semper habuerit? Apparet, vel etiam manifestum est hoc de Christianis, siue qui ab ipso sic appellantur, dictum esse. Istud autem *beatificabunt*, id est, hymno & beatitudine dignum pronunciabunt. Deinde recensens omnia quæ in dispensatione sua perfecit, hymnum ipsi offert. Ipse est, inquit, Deus Israël, qui facit mirabilia. Qualia ista? scilicet dæmones euertere, & eripere genus humanum ab ipsis tyrannicè oppressum; quapropter oportet ipsum ab omnibus celebrari. Etsi enim naturâ ipsius, vtpote incomprehensibilem, ignoremus; attamen nomen eius salutare edocti sumus. Vide autem vt ea quæ in Psalmo promulgauit ser- Christi nomen Sole & Lunâ antiquius.

met: quòd nimirum in vniuersa terra Deus vniuersorum manifestandus sit, &

MVS II.

CATENA PATRVM. & ab omnibus glorificandus. Quamobrem etiam optat vt vaticinium finem sortiatur dicens, *Fiat, fiat;* vel, secundùm Aquilam, *Fideliter, fideliter.* Vera, inquit, sunt ea quæ dicta sunt, & omnino finem sortiri debent. In Hebraico autem pro *Fiat* est *Amen, amen.*

ALIVS. Benedictus, inquit, perspicacis seu contemplatiui generis Deus: cuius nomen gloriæ, est ipsa diuinitas. Per hoc autem quod votum geminet, ostendit immutabiliter & perpetuò faciendum esse.

καὶ ὑπὸ [illegible] δοξασθήσεται. Διὸ καὶ [illegible] πέρας [illegible] γένοιτο. [illegible] κατὰ τὸν Ἀκύλαν, πιστῶς [illegible]. Ἀληθῆ, φησί, τὰ εἰρημένα [illegible] δεῖ πάντως πέρας λαβεῖν. Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντὶ τοῦ [illegible] ἀμήν, ἀμήν.

ΑΛΛΟΣ. Εὐλογητός, φησίν, ὁ τοῦ [illegible] Θεός· οὗ ὄνομα δόξης ἡ θεότης τυγχάνει. Διὰ δὲ τοῦ ἐπιδιπλασιάζειν τὴν εὐχὴν [illegible] ὡς ἀδιαστάτως καὶ [illegible] δεῖ τοῦτο ποιεῖν.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Per præsentia Christi aduentus & Gentium vocatio significatur. *In Salomonem* verò hic Psalmus inscribitur. Siquidem ipse est verus Salomon ille pacificus; quapropter etiam *fecit vtraque vnum, & medium parietem maceria soluit.*

Salomon pacificus.

Ephes. 2, 14.

EVSEBII. Hæc enim sensibili Salomoni minimè conueniunt, sed spirituali ac verè pacifico: nam hoc nomen ipsum declarat. hic etiam dicit, *Pacem meam do vobis:* vti de ipso scripsit Theologus. *Ipse enim est pax nostra.* Et illud, *Euangelizaui pacem vobis qui longè fuistis & qui propè,* soluens inimicitiam quæ diuidebat Græcos ab Hebræis, vt vnus grex constitueretur ei qui ex Dauide & Virgine secundùm carnem existit. Hoc enim sibi vult istud, *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.*

Ioan 14, 27. Ephes. 2, 14. Ibid. 17. Matth. 1, 1.

APOLINARII. Christi igitur gloria post passionem celebratur: figura verò eius est Salomon gloriosus in sapientia, & regnans in pace, & iustitiæ præses: supra figuram verò est, quòd vsque ad consummationem maneant dies eius, & pax ac fructus eius maximè eluceant. Siquidem ille exigui temporis fuit, & aduersarios habuit, & fructum in vnico filio exhibuit, qui neque Regnum seruauit: Christi autem perpetuum & inconcussum est imperium, & fructus eius illustrissimus sunt fideles.

Christus Rex pacis.

2. DEVS IVDICIVM TVVM REGI DA.] THEODORI. Cùm antehac maximè opportunam sapientiam acceperit à Deo continuè iudicandi, idque iustè: præ omnibus autem hoc Regi acceptum, & ad publicam vtilitatem commodum acciderit, hoc etiam præ omni-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παρουσία Χ[illegible] δηλοῖ τὴν παροῦσαν κατάστασιν [illegible] καὶ κλῆσις ἐθνῶν. Εἰς Σολομῶντα [illegible] δὲ ἐπιγέγραπται ὁ ψαλμός. Οὗτος γὰρ [illegible] ἀληθὴς Σολομὼν ὁ εἰρηναῖος· διότι [illegible] ποιήσας ἓν ἀμφότερα, καὶ τὸ μεσότοιχον [illegible] φραγμοῦ λύσας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ γὰρ ἁρμόζει τῷ [illegible] αἰσθητῷ Σολομῶντι, ἀλλὰ τῷ πνευματικῷ [illegible] ὄντως εἰρηνικῷ. Τοὔνομα γὰρ τοῦτο δη[illegible] καί φησι, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι [illegible] περὶ οὗ γέγραφεν ὁ Θεολόγος. αὐτὸς [illegible] ἡ εἰρήνη ἡμῶν. καὶ τό, Εὐηγγελισάμην [illegible] ὑμῖν τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς, λύ[illegible] ἔχθραν τὴν διαιροῦσαν Ἕλληνας [illegible] Ἑβραίων, ὥστε μίαν ποίμνην συστῆναι [illegible] Δαβὶδ καὶ παρθένου κατὰ σάρκα. τοῦτο γὰρ [illegible] βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἡ Χριστοῦ [illegible] δόξα καὶ τὸ πάθος ὑμνεῖται· τύπος δὲ Σολομῶν ἔνδοξος ἐν σοφίᾳ, καὶ βασιλεύων ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοῦ δικαίου [illegible]· ὑπὲρ δὲ τὸν τύπον, τὸ διαμένειν μέχρι συντελείας τὰς ἡμέρας αὐτοῦ, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ [illegible]. Ἐκεῖνος γὰρ βραχύβιος, καὶ ἐναντίους ἔσχε, καὶ τὸν καρπὸν εἰς ἕνα παῖδα δείξας, οὐδὲ τὴν βασιλείαν τηρήσας. Χριστοῦ δὲ τὸ διηνεκὲς καὶ τὸ κράτος ἀσάλευτον, καὶ καρπὸς ἐπιφανέστατος οἱ πιστεύοντες.

β. Ο ΘΕΟΣ ΤΟ ΚΡΙΜΑ ΣΟΥ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΔΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ περὶ τύπον μάλιστα ἐπιτηδείαν σοφίαν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Θεοῦ συνεχῶς τε κρίνειν, καὶ δικαίως· ἁπάντων δὲ ἦν τοῦτο βασιλεῖ προσηκόντερον, καὶ πρὸς τὴν κοινὴν λυσιτέλειαν συμβαλλόμενον, τοῦτο μάλιστα καὶ πρὸ πάν-

τὴν ἀρχὴν, αὐτοῦ προεσομένου. Τῷ βασιλεῖ ὡς παιδὶ, ἢ τῷ τούτου βασιλεῖ υἱῷ, ἵνα εἴπῃ τῷ μέλλοντι διαδέχεσθαι, καὶ δύναμιν δὸς τοῦ κρίνειν, καὶ γνώμην τοῦ δικαίως κρίνειν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ βασιλεὺς ἐστι καὶ βασιλέως τοῦ Δαβὶδ υἱὸς τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ἵνα τὴν πατρῴαν κατορθώσῃ βασιλείαν, καθάπερ εἶπεν Ἡσαΐας, καὶ δίαιταν ἀντ' ἀνθρώπου ποιήσῃ, καὶ δικαιοσύνην ἀκριβῆ, ἥτις οὐκ ἦν ἐν ἀνθρώποις, ἐργάσηται. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ Δαβὶδ, εἰ καὶ δίκαιος ἦν, οὐ τετήρηται· μεμοίχευκε γάρ· ὁ δὲ Σολομὼν καὶ ἠσέβησεν ἐν εἰδώλων κατασκευῇ. Οὗτος οὖν ὁ δίκαιος, ὁ διὰ Ἡσαΐου καὶ Ἱερεμίου ῥηθεὶς βασιλεὺς καθήμενος ἐπὶ θρόνου· τοῦ μετ' ἐλέους κατορθουμένου κατὰ μὲν Ἡσαΐαν, κρίνοντος καὶ ζητοῦντος κρίμα, καὶ σπεύδοντος δικαιοσύνην· κατὰ δὲ τὸν Ἱερεμίαν, συνιέντος καὶ ποιοῦντος κρίμα καὶ δικαιοσύνην.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτὸς ὢν ἡ δικαιοσύνη τοῦ πατρὸς, δικαιοσύνην λέγεται εἰληφέναι διὰ τὸ ἀνθρώπινον. αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς καὶ βασιλεὺς καὶ υἱὸς τοῦ βασιλέως.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὡς βασιλέα δὲ καὶ βασιλέως υἱὸν καὶ ὁ Πατριάρχης Ἰακὼβ σκύμνον λέοντος Ἰούδα καλεῖ, ἐπάγων· ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος, τίς ἐγερεῖ αὐτόν; ἐστι γὰρ βασιλεὺς καὶ ὡς ἐκ βασιλέως θεοῦ, καὶ ὡς ἐκ βασιλέως Δαβὶδ κατὰ σάρκα· καθ' ἣν αἰτεῖ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτῷ δοθῆναι, ἵνα τοὺς πτωχοὺς τῆς ἁμαρτίας τῆς τυραννίδος ἐλευθερώσῃ, δικαίως κρίνων τούτους τε κἀκείνους δικαίως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ τῆς τοῦ θανάτου καταδίκης ὑπὲρ αὐτῶν χάριτι θανάτου γευσάμενος ἐλυτρώσατο. Λέγει δὲ λαὸν μὲν τὸν ἐκ περιτομῆς, πτωχοὺς δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, διὰ τὴν ἐξ ἀπιστίας καὶ κακίας πενίαν. Λέγοι δ' ἂν καὶ περὶ ὧν τὸ, Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι.

γ'. ΑΝΑΛΑΒΕΤΩ ΤΑ ΟΡΗ ΕΙΡΗΝΗΝ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὄρη καὶ βουνοὺς ἐνταῦθα τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις φησί· τὰς πάλαι μὲν διὰ τὴν κεχυμένην ἀσέβειαν μὴ ἐπιχωριαζούσας τῇ γῇ, νῦν δὲ εἰρήνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀναλαμβάνειν κελευομένας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὄρη καὶ βουνοὶ οἱ κατ' ἀρετὴν ὑπερέχοντες ἄνδρες· οἷος ὁ Μωσῆς καὶ οἱ Προφῆται, οἷς εἰρήνην ἄγειν πρὸς τὰ ἔθνη

bus rogat, vt sibi adsit. Regi igitur inquit, eiusque Filio Regi, ac si dicat successori, & iudicandi virtutem, & iustè iudicandi peritiam praebe. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Et Rex & Regis Dauidis filius secundum carnem Christus est, vt paternum Regnum dirigat, prout dixit Isaias, diemque pro humano efficiat, & accuratam iustitiam, quae non erat in hominibus, operetur. Hoc enim in Dauide, tametsi iustus esset, minimè obseruatum: siquidem commisit adulterium; Salomon autem etiam impiè se gessit in idolorum fabricatione. Hic igitur est iustus ille, qui per Isaiam & Ieremiam dictus est Rex sedens super thronum; qui secundùm Isaiam quidem dirigitur cum misericordia, iudicans & exquirens iudicium, & accelerans iustitiam; secundùm Ieremiam verò, intelligens & faciens iudicium & iustitiam. *Christus in vera iudicia regnauit.* *Isaiae 16.5.* *Ier. 9.24.*

ATHANASII. Ipse cùm sit iustitia Patris, dicitur propter humanitatem iustitiam assumpsisse. Ipse autem Christus est, & Rex & filius Regis.

THEODORETI. Tamquam Regem autem & filium Regis Patriarcha quoque Iacob catulum leonis Iuda ipsum vocat, subiungens: *De germine fili mi ascendisti, requiescens dormiuisti vt leo, & quasi catulus leonis, quis suscitabit eum?* Est enim Rex tamquam ex Deo Rege, & tamquam ex Rege Dauid secundùm carnem; secundùm quam rogat etiam ipsi iustitiam concedi, vt peccato pauperes à tyrannide quâ detinentur liberaret, iustè tam hunc quàm illos iudicans. *Christus catulus leonis dictus.* *Gen. 49.*

DIDYMI. Et mortis damnationem, pro ipsis mortem degustans, per gratiam redemit. Populum autem vocat illum de circumcisione, pauperes verò illos ex Gentibus, ob egestatem ex infidelitate ac malitia contractam. Dixerit verò illud etiam de illis, de quibus est istud, *Beati pauperes spiritu.* *Matth. 5.*

3. SVSCIPIANT MONTES PACEM.]

ATHANASII. Montes & colles vocat hic angelicas virtutes; quae olim quidem ob effusam impietatem in terrâ minimè versabantur, nunc autem iubent ad omnes homines pacem suscipere. *Montes sunt Angeli.*

ANONYMI. Montes & colles sunt viri excellentes virtute, qualis Moyses & Prophetae, quibus praecipit, vt Gentibus fidelibus pacem *Montes & colles sunt Moyses & Prophetae.*

CATENA PATRVM. pacem adferant, tamquam ad vocationem ipsarum præludens. Porrò montium & collium differentia cernitur in veritatis maiori minorive notitia, & actionibus celsissimis, aut minus altis.

4. IVDICABIT PAVPERES POPVLI.] THEODORI. Iustificabit autem ipsos iniustos, & ob inopiam periclitantes seruabit.

Archangeli montes, & Angeli colles significati. EVSEBII. Possent quoque Archangeli quidem dici montes, Angeli verò colles, qui iussi sunt humano generi pacem annuntiare, quia nimirum Iesus per proprium sanguinem pacificaturus erat ea quæ in cælis & in terra sunt. Malitia enim ipsos separabat. Verùm vbi Agnus Dei peccatum mundi tulit, propter quod pro nobis immolatus fuit, *Lucæ 15.* gaudium extitit in cælis super illis qui pœnitentiam agunt de peccato. Porrò Dei iudicium & iustitiam assumentis opus est, iudicare pauperes populi, id est eos qui acquiescunt *Pauperes populi sunt Gentiles.* litteræ legis & vmbræ, quoniam spiritalem legem non habent, quæ acutè videt diuitias quas habuerunt illi qui de Iudæis crediderunt. Ceterùm seruabit quoque filios pauperum Gentilium, qui idola coluerant; qui dicuntur filij eorum qui ipsos secundùm superstitionem genuerant. Conteritur autem sub sanctorum pedibus humiliatus, is qui potens est ca- *Psal. 90, 13.* lumniâ: nam ad iustum dicitur, *Et conculcabis leonem & draconem.* Si autem ad omnem virum calumniatorem hoc diceretur, à calumnia conuerteretur.

Sycophanta est insidiator. THEODORI. Sycophantam vocat insidiatorem: siquidem calumniantium proprium est insidiari. Puniet, inquit, iniquos. Sic vtique omnia obtinebit pax atque iustitia, quando talia feceris largitione sapientiæ tuæ.

THEODORETI. Ceterùm cum exquisito *Filij pauperum sunt filij Apostolorum.* iudicio pauperibus quoque salutem tribuit. Filij autem pauperum sunt filij Apostolorum ac discipulorum Christi; de quibus Apostolus *1. Cor. 4, 15.* ait, *Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Calumniator autem est qui doctrinæ eius detrahere nititur, vel Ecclesiam eius oppugnare: quorũ vitæ subuersio declarat humiliationem.

EVSEBII. Morum fictio est, omnium rerum vicissitudinem ostendens: nam & in

καλοῦσι [illegible] τῇ ἀσκήσει [illegible] εἰρήνης, ὡς καὶ περὶ ὧν [illegible] αὐτοῖς ἀγγέλοις [illegible] αἰνίσσεται κλέστας. Ορῶν δὲ [illegible] βουνοῖς τὸ [illegible] Φορᾷ ἐν ἀληθείας γνώσει καὶ [illegible] πρά-ξεσιν ὑψηλοτέραις, ἢ βραχυτέραις.

δ'. ΚΡΙΝΕΙ ΤΟΥΣ ΠΤΩΧΟΥΣ ΤΟΥ ΛΑΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δικαιώσει τοὺς ἀδικουμένους, καὶ σώσει κινδυνεύοντας διὰ τὴν πενίαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Λέγοιντο δ' ἂν καὶ Ἀρχάγγελοι μὲν ὄρη, Ἄγγελοι δὲ βουνοί, καλ[illegible] περὶ τῶν ἀνθρώπων γένος εἰρήνην [illegible] τοῦ ἰδίου αἵματος εἰρηνοποιήσαντος Ἰησοῦ [illegible] τοῖς οὐρανοῖς ἢ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἡ γὰρ [illegible] τούτους διίστησι. Τοῦ δὲ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ [illegible] δι' ὃν τὸ Θῦμα ὑπὲρ ἡμῶν, ἁμαρτίαν τοῦ [illegible] χαρὰ γέγονεν ἐν οὐρανοῖς ἐπὶ τοῖς [illegible] νοοῦσιν ἐξ ἁμαρτίας. ἔργον δὲ τοῦ λα[illegible] τοῦ Θεοῦ τὸ κρίμα καὶ τὴν δικαιοσύνην [illegible] κρίνειν τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, δηλαδ[illegible] ἐπανέχοντας τῷ γράμματι τοῦ νόμου [illegible] σκιᾷ, τὸν γὰρ πνευματικὸν οὐκ ἔχουσι νόμον [illegible] βλέποντα πλοῦτον ὃν ἔχον οἱ ἐξ Ἰουδαί[illegible] σεύσαντες. Σώσει δὲ καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν [illegible] τῶν ἐθνικῶν, διότι τοῖς εἰδώλοις [illegible] οἵπερ υἱοὶ λέγονται τῶν αὐτοὺς κατὰ δεισι[illegible] γεγεννηκότων. Συντρίβεται δὲ [illegible] μένος ὑπὸ πόδας ἁγίων, ὁ δυνατὸς [illegible] φαντίᾳ· πρὸς γὰρ τὸν δίκαιον εἴρη[illegible] καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα. [illegible] Καὶ ἄνδρα δὲ πάντα συκοφάντην εἰ [illegible] λέγοιτο, [illegible] ῥέψει συκοφαντίας.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Συκοφάντην [illegible] λέγει τὸν ἐπιβουλεύοντα· ἐπειδὴ ἴδιον τῶν συκοφαντούντων τὸ ἐπηρεάζειν. Ταπεινώσει, φησί, τοὺς ἀδικοῦντας. Οὕτως [illegible] τὰ πάντα κατασχήσει εἰρήνη καὶ δικαιοσύνη, [illegible] τοιαῦτα ποιοῦντι τῇ χορηγίᾳ τῆς σοφίας.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀλλὰ καὶ μετ' ἀκριβείας κρίσεως τὴν σωτηρίαν δίδωσι τοῖς πτωχοῖς. Υἱοὶ δὲ πενήτων οἱ τῶν Ἀποστόλων καὶ μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ· περὶ ὧν ὁ Ἀπόστολος, Ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ· ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. Συκοφάντης δὲ ὁ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ διαβάλλειν πειρώμενος, ἢ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ πολεμῶν· ὧν ἡ καταστροφὴ τοῦ βίου δηλοῖ τὴν ταπείνωσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἠθοποιΐα δὲ ἐστι, τὴν ἁπάντων δηλοῦσα μεταβολήν· καὶ περὶ τῆς

Digitized by Google

ἐξόδου γὰρ ἐγένετο τοῦ λαοῦ. τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. Πλὴν καὶ ταῦτα μετέβαλεν, ἀντὶ τῆς ἐν αὐτοῖς πρότερον ἀσεβείας, ἄνδρας δεχόμενα βίον ἀσκουμένους τὸν εὐαγγελικὸν, καὶ διὰ πρεσβείας ἡμῖν καταλλάττοντας τὸν Θεόν.

5. Καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ.]

Ἀθανασίου. Οὗτός, φησιν, ὁ βασιλεύσας ἐν τῇ παρουσίᾳ τῶν ἐπὶ γῆς, αὐτός ἐστιν ὁ καὶ πρὸ αἰώνων τῶν ὅλων δημιουργός.

Θεοδώρου. Τὸ πρὸ οὐχ ὡς ἐπὶ χρόνου λέγει, ὥς τινες ᾠήθησαν· ἐπεὶ ποίαν ἔχει πρὸς τὸ συμπαραμενεῖ ἀκολουθίαν. Συμπαραμενεῖ γὰρ, φησι, τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν. τὸ μὲν γὰρ συμπαραμένειν εἰς τὸ ἑξῆς λέγεται, τὸ δὲ πρὸ ἐπὶ τῶν προλαβόντων. Οὐδεὶς οὖν λέγει ὅτι πρὸ τοῦ συμπαραμενεῖ. Εἰ δέ τις τὸ συμπαραμενεῖ μὴ βούλοιτο κατὰ κοινοῦ νοεῖσθαι, καὶ τὸ, πρὸ τῆς σελήνης γενεὰς γενεῶν, οὐδὲν ποιήσει, ἀλλ᾽ ἢ χωλὴν καὶ ἀτελῆ ἔχειν τὴν διάνοιαν· οὐ γὰρ συνάπτει ἑαυτῷ, ὅτι ἔστιν, ἢ ὅτι ὑπάρχει, ἢ ὅτι ἦν, ἤ τι τοιοῦτον. Τὸ μὲν οὖν συμπαραμενεῖ κατὰ κοινοῦ λέγει· τὸ δὲ πρὸ οὐκ ἐπὶ τῆς τοῦ χρόνου λέγει ὑπεροχῆς, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸ τὸ διαμένειν. Διαμενεῖ τοίνυν, φησὶ, καὶ διαφυλαχθήσεται ἡ εἰρήνη καὶ τὸ δίκαιον ἴσα τῷ ἡλίῳ λάμποντα, καὶ ὑπὲρ τὴν σελήνην· ὥστε καὶ περιέχειν τῆς σελήνης κατὰ τοῦτο. Διὰ τί δὲ καὶ περιέχειν τῆς σελήνης; ὅτι ἡ μὲν ἔχει καὶ μειώσεως πολλοὺς καιρούς· αὕτη δὲ ἐν τῷ διαμένειν ἀεὶ, καὶ αὔξει, καὶ φυλάττεται. Τὸ δὲ, γενεὰς γενεῶν, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἐπὶ πολύ.

Ecce tibi mag[illegible]nus ac potens Deus de [illegible] sæculorum n[illegible]gotijs qualia sibi deligat iu[illegible]da? statim enim [illegible] sequitur: *Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* His, inquit, iam diabit[illegible] à suis hostibus eripiet; coram illis diabolum [illegible]portunum calum[illegible]niatorem humiliabit.

[illegible]. *Suscipiant mo[illegible]tes pacem populo.*] Illi mon[illegible], vt vetusti mon[illegible]t Patres, sunt Apostolici vi[illegible] qui dignitate atq[illegible]e vitâ cælo finitimi sunt, & [illegible]ligione conspicui [illegible] illi populo, hoc est, in alio[illegible]m bonum, pacem [illegible] à Deo capiunt, quam mul[illegible]tudini communic[illegible]nt. Nonnulli referunt hunc [l]ocum ad beatos ch[illegible]ros Monachorum, qui olim [i]n montium vertic[illegible]bus habitabant: quæ opinio est Theodoreti, di[illegible]ntis: *Pro impietate, quæ olim in montibus regnab[illegible], homines Angelorum vitam amplexi[illegible] [illegible]cá iustitiâ in ipsis fruuntur; & qui pro homini[illegible] legationes obibant, diuinas reconciliationes ge[illegible]unt.* hoc est, Cùm ipsi sint mirificum in mo[illegible]lum pacifici, etiam precibus meritisque innocen[illegible]tis vitæ, pacem mundo conciliant. Atque illis [illegible]uidem bellè conuenit paraphrasis Chaldaica, [illegible]quæ sic habet: *Afferent habitatores montium [illegible] pacem populo domus Israël.* Verùm D. August[illegible] [illegible]us Prophetæ oraculum latiùs intelligit, & [illegible]iuinè sic illustrat: *Excellentes sanctitate eminent[illegible] in Ecclesia montes sunt; qui idonei sunt & alios [illegible] docere, sic loquendo, vt fideliter instruantur, [illegible] viuendo, vt salubriter imitentur: colles ante[illegible] sunt, illorum excellentiam suâ obedientiâ sub[illegible]sequentes.* Tunc ergo hi montes pacem suscipiunt [illegible]populo, cùm ei gratiam iustificationis & recon[illegible]iliationis imperrant; & colles iustitiam, cùm po[illegible]pulum ad morum correctionem & ad sanctam [illegible] conuersationem inuitant. ita ferè Anonymus in Catena. Secundùm Athanasium verò ibidem [illegible] qui per montes Angelos intelligit, *Suscipiunt montes pacem populo*, quando hi annunciant in terra pacem hominibus bonæ voluntatis; *& colles iustitiam*, quando homines suscipiunt le[illegible]em Euangelicam. Alij eodem sensu sic vocant [illegible]rælatos & Doctores: qui omnes debent esse m[illegible]ontes suscipientes pacem, eamdemque mundo [illegible]communicantes: quare ipsorum est ante omnia [illegible]aci consulere & inuigilare, ne propter suos hon[illegible]res, superbè agendo, schismata faciant, vnitatis [illegible]compage disruptâ: & minores debent seruare iu[illegible]stitiam in hoc, vt maioribus suis humiliter morem [illegible]gerant. Ceterùm quamuis hic diuidere videantur montes à collibus, quòd illi sint maiores, hi verò minores animæ in Ecclesia, quæ proinde ab illis maioribus doctrinam expectare debeant; tamen ex more Hebraici idiomatis, montes & colles pro ijsdem sumuntur, efficiuntque longè congruentiorem sensum: *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam*, quasi dicat: Ijdem qui in Ecclesia montium instar attollunt me[illegible]ritorum vertices ad ipsum diuinitatis solium, v[illegible] osculum inde pacis suauissimè delibent, per co[illegible] descensionem colles se efficiant, atque eam ipsa[illegible] pacem meminerint populo sibi subdito debere [illegible]uasi ex iustitia: sunt enim legati pacis, & dic[illegible]unt: *Pro Christo legatione fungimur, tamqua[illegible] Deo exhortante per nos: obsecramus pro Chr[illegible]isto reconciliari Deo.* Vide hinc quod sit Episco[illegible]pi & Prælati munus: est enim legatus Dei ad [illegible] subditos; ad illos inuisendos & alloquendos, & cum illis de Deo, & pro Deo agendum debet accurrere: suscipit pacem, quam reddat populo; vtique illam pacem, quam Christus Dominus discipulis, quos mittebat ad messem animarum, commendauit, *Dicite, Pax huic domus.* Tales prouidit animo Isaias, & pinxit hoc elogio: *Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem!* & illum secutus Nahum: *Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.* Alludunt pij Vates ad veterum Hebræorum consuetudinem, qui præconis voce de montibus proclamari iubebant quæ publicè sciri vellent; quemadmodum in libro Misnuoch ipsi Hebræorum Theologi prodiderunt. Fortè censuerunt, quæ illo modo edicerentur plus in vulgus auctoritatis habitura. Nam montium vertices cùm Gentilium opinione sacri Ioui alijsque fictis Numinibus crederentur, & ipsi quoque Hebræi in excelsis montium cacuminibus sacrificare consuessent, quæ inde populo mandabantur, velut prompta è Numinis sacrario, plus habere maiestatis & reuerentiæ videri potuerant. Sic igitur homines sacri, vt sublimi è tholo pietatis & excelsa vitæ professione, supra montes pedibus pulchris, ore argenteo, & exemplo vitæ latè & longè resonante iubentur facere præconium pacis, atque omnes vnà cum Deo & inter ipsos dulcissimè & religiosissimè connectere: quod ab illis fieri nequit, nisi prius decore illius virtutis eximiè instructi ornatique ipsi fuerint. *Suscipiant* ergo *montes pacem*, & delecti ad sacerdotium hoc insigne decus religionis ambiant, & tamquam honorati filij Dei, frenati & pacifici nominentur, & communes populorum magistri pacem doceant.

Prælati & doctores debent consulere paci subditorum.

Sunt Dei legati.

2. Cor. 5.

Annotatio Christi coram delegi. (ANNOTATIO CHRISTI CORAM DE LEGI.)

Lucæ 10.

Isaiæ 52, 7.

Nahum 1, 15.

5. *Et permanebit cum Sole.*] Vetus Psalterium, *Et permanebit Soli*: sed cùm in Græco sit συμπαραμενεῖ, potiùs vertendum, *Compermanebit*. Quamdiu scilicet Sol & Luna extabunt, Christi Iesu honor, ipsius in orbe religio, fides Ecclesiaque Catholica permanebunt. Hic sensus redditur iuxta S. Augustinum: *Et perennem statum Christus habebit.*

6. *Descendet sicut pluuia in vellus.*] Hunc locum omnes ad literam de Incarnationis mysterio interpretantur; atque ad vellus Gedeonis manifestam agnoscunt allusionem: inter omnes D. Ambrosius Serm. 13. de Natiuitate Domini ad hanc Psalmi sententiam: *Quid tam silenter*, inquit, *& sine strepitu fit, quam cùm imber in lana vellus infunditur? nullius aures sono verberat, nullius corpus humore repercussionis aspergit, sed sine inquietudine hominum totum imbrem per multiplices effusum partes toto corpore in se trahit, vnius meatus scissuram nesciens, solidâ mollitie plures præbens meatus; & quod clausum videtur per densitatem, est patulum per tenuitatem. Rectè ergo Maria velleri comparatur, quæ ita concepit Dominum, vt toto eum hauserit corpore, nec discissuram corporis passa sit; sed omnino mollis fuerit ad obsequium, solida ad sanctimoniam. Rectè, inquam, Maria velleri comparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur. Vellus planè Maria est: siquidem de molli sinu eius Agnus est egressus; qui & ipse matris lanam, hoc est carnem gestans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. Omne enim peccati vulnus Christi lanâ suffunditur, Christi fomentum*

Pluuia in vellere typus incarnationis.

Elegans descriptio infusi velleris.

B. Virgo mollis ad obsequium, solida ad sanctimoniam.

ANNOTATIONES CORBIEII.

netur sanguine; & vt sanitatem recipiat, Christi indumento vestietur. Huc vsque Ambrosius: in cuius verbis illa Virginis descriptio in primis placet, quâ per similitudinem ad velleris mollitiem & soliditatem dicitur *mollis ad obsequium, solida ad sanctitatem*: quæ duo in primis enituerunt in Virgine ab Angelo salutata: solida enim ad sanctitatem fuit, cùm dixit, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* mollis verò ad obsequium, cùm illud addidit, *Ecce ancilla Domini*, &c. Quàm pulchrè etiam S. Bernardus in hoc eodem argumento versatur Hom. 2. super Missus. Ibi namque inter alias figuras hanc de vellere Gedeonis ita B. Virgini accommodat: *Quid illud*, inquit, *Gedeonis vellus significat* (*Vellus de tonsum sine vulnere carnis Christum natum sine læsione matris.*) *(quod vtique de carne tonsum, sed sine vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc area rore perfunditur) nisi carnem assumptam de carne Virginis, & absque detrimento virginitatis? cuius vtique distillantibus cælis tota se infudit plenitudo diuinitatis, adeo vt ex hac plenitudine omnes accepimus, qui verè sine illa non aliud quàm terra arida sumus. Huic quoque Gedeonico facto propheticum dictum pulchrè satis conuenire videtur, vbi legitur*: Descendit sicut pluuia in vellus: *nam per hoc quod sequitur*, Et sicut stillicidia stillantia super terram, *idem datur intelligi quod per aream rore madidam. Pluuia quidem voluntaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ, placidè primùm, & sine strepitu operationis humanæ, suo se quietissimo illapsu virgineum demisit in vterum; postmodum verò vbique terrarum diffusa est per ora prædicatorum, non tamen sicut pluuia in vellus, sed sicut stillicidia stillantia super terram, cum quodam vtique strepitu verborum & miraculorum.* Ita Bernardus. In quibus (*Pluuia de minitatis absque strepitu humana operationis.*) illud acutè dictum, *Vellus de carne, sed sine vulnere carnis*; quia cato Christi de carne Virginis, sed sine corruptione virginitatis. Ceterùm præter communem illam expositionem, quam de virginitate Deiparæ tradunt etiam superiùs in Catena Hesychius, Theodorus & Anonymus, significatur insuper Messiæ Regis in primo suo aduentu mansuetudo & humilitas: quippe qui (*Messiæ in primo aduentu mansuetudo.*) sine strepitu, sine fastu, sine regio apparatu, summo cum silentio & placiditate, sicut pluuia in mollissimum lanæ vellus descendit: quod videtur interpretatus fuisse Isaias, cùm de eadem mansuetudine differens, ac de facili & misericordi placidissimo eius imperio dixit: *Ecce seruus* (*Isaiæ 42, 1.*) *meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret; & linum fumigans non extinguet.* Verè enim sicut pluuia in vellus descendet; cuius tanta erat mansuetudo, vt etiam in iudicando non clamoribus ageret, sed ita quietè, pacatè, blandeque ac sine vllo strepitu iudicaret, vt vox eius foris non audiretur: ad eamdemque mansuetudinem spectat quod sequitur: *Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.* Quæ videntur esse prouerbia è vulgo petita, ad notandam alicuius mansuetudinem, & procliuem ad benefaciendum naturam: qui nemini scilicet noceat, neminem ad ruinam impellat; calamum quassatum non studeat conterere, sed potiùs coagmentare: linum fumigans non extinguere, sed potiùs magis exsuscitet.

7. *Orietur in diebus eius iustitia*, &c.] Dies Domini hic intelliguntur, in quibus perfectè regnat in nobis. Sicut enim hora eius dicta est, quâ nostram erat salutem operaturus, & ad Patrem transiturus; ita dies illius sunt, quibus in nostris mentibus salutem consummat, & Regnum peccatorum euertit. In his autem diebus non solùm iustitiæ lumen exoritur, sed etiam pacis abundantia succrescit, dum desideria rerum mundanarum obdormiscunt, & veteris hominis affectus illigantur. (*Qui sint dies Domini.* *Ioan. 14.*) A nemine sic pax abundauit hominibus, vt abundat à Christo: ex quo enim Iesus apparuit, sic pacis dona abundant, vt licet millies Deo bellum inferamus, semper tamen nobis promptum ad gratiam pacis redire: vti pulchrè docet Gilbertus Abbas Serm. 16. in Cantica: (*Christus abundantem solus pacem attulit.*) *Verè*, inquit, *abundans pax, quæ non est data ad mensuram. Quomodo non abundans pax, quæ remisis offensam, & priorem cumulauit gratiam? Erat homini primo in paradiso pax, vt non posset inuitus abduci; sed non erat virtus, per quam vellet reduci: erat gratia, vt posset non exire; sed non erat, vt posset, cum vellet, redire. Modo pax sua vltrò offertur, & pœnitentes non repudiat, sed reuocat. Benè pax abundans, quæ nulla potest exhauriri iniuria, paratior ad veniam quàm ad vindictam.* Hinc in extremo vitæ actu in cruce pendens vt sacra victima & mundi piamentum, manus suas expandit, vt notat Proclus Constantinopolitanus Orat. 2. [illegible] *vt totum mundum in vlnas raperet suas*, quò nimirum secum omnes atque inter se amicorum concordiâ stringeret atque deuinciret: ac tandem à morte victor gloriosus, & triumphator existens, cùm reuisit primùm discipulos, & illis dignatus est, pace illos impertiuit; *Pax vobis*. Hæc prima fuit beatissimi oris salutatio. *Hoc primum verbum* (inquit Chrysostomus Hom. 26. in Ioannem) *post resurrectionem dixit, crucis victoria collegens, quæ sunt pax.* Quippe stratis humani generis hostibus, domita morte, spoliato Erebo, voluit significare, pacem esse omnium laborum suorum meritum, passionis fructum, crucis trophæum, commune omnium emolumentum: quod proinde & gratè excipere, atque omni animi contentione retinere conueniat. Hunc beatissimum vitæ cursum, & pace partâ laetissimam Emanuelis adoream Regius Vates animo prouiderat, & iam inde Epinicion hoc cecinit: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.* Abundantissima certè pax in omnes effusa, & longè maior, quàm quæ Salomoni tributa fuit, de quo in sacris Annalibus dicitur habuisse pacem ex omni parte in circuitu. Hæc enim pax, quæ donatur à Christo Saluatore, neque locis definitur vllis, & duratione cum ipsa æternitate æquatur. (*3. Reg. 4. 24.*) Sed hic fortassis obijciet aliquis: Si pacis omine ac nomine beatitudo designatur, & ista beata pax, quam sapientia incarnata attulit orbi, æterna erit, cur tempus illi præfinitum terminusque signatur, *Donec auferatur Luna?* Vtique respondendum cum Valentia ad hunc locum, quòd sicut Luna est, quia numquam eius substantia destruetur, licet post iudicium & innouationem orbis motus eius, vti & ceterorum astro- (*Quomodo lex & pax Christi sit æterna.*)

nam

Digitized by Google

ursus, cessatu[illegible]us sit; sic etiam legem Euan[illegible]m & pacem Christi æternam di[illegible]a non [illegible]tatur alia post eam; & licet cessaturum sit [illegible]ando exercitium [illegible] legis Euangelicæ cum [illegible]clorum & astro[illegible]um, effectum tamen eius mo[illegible]tum fore æter[illegible]um: qui est cælestis fruitio [illegible]eatitudo.

[illegible]. *Dominabitur* [illegible] *mari vsque ad mare, &c.*] [illegible]c & sequentibus [illegible] tribus versiculis explicatur, [illegible]antum mansuetu[illegible]o ista Messiæ momentum [illegible]buerit ad subdito[illegible]um amorem conciliandum, [illegible]nnesque ad suum [illegible]ultum & venerationem fa[illegible]lè pertrahendos: [illegible]ostquam enim dictum fue[illegible]t, *Descendet sicut* [illegible] *in vellus*; ne quis pu[illegible]aret Regem Messiæ [illegible] propter naturæ facilitatem [illegible] mansuetudinem [illegible] contemptui fore, nec posse [illegible]ibi mundi Reges [illegible]ubijcere, & Imperium toto orbe constituere, [illegible]im hic subiunxit, *Dominabitur à mari, &c.* [illegible] quidem meritò. Nihil enim ad conciliandum a[illegible]orem mansuetudine & naturæ facilitate poten[illegible]ius, potissimùm verò in ijs, qui dignitate & p[illegible]eclaris in omni genere ornamentis reliquis ant[illegible]cellunt. Imò ex hac mansuetudine & benefic[illegible]tia ostendit Rex Messias se naturalem esse De[illegible] Filium, qui facilem & munificam Patris hab[illegible]ret naturam; quemadmodum dicitur in sequent[illegible]bus, *Ante Solem Permanet nomen eius*: transf[illegible]unt alij ex Hebræo, *Facie bus Solis filiabitur nom*[illegible]*en eius*: id est, vt interpretatur Caietanus, palàm [illegible] toto orbe (id enim significat *facie bus Solis*) [illegible]omen Messiæ filiatione cognoscetur; hoc es[illegible] omnes intelligent eum esse naturalem Dei F[illegible]lium, & hoc esse ei proprium nomen. De nullo [illegible] Sanè hoc Regum Israël intelligi potest: neque en[illegible] vlli Regum Israël Gentes seruierunt, & max[illegible]mè Gentes omnes, quæ Christo & fidei illius seruierunt. Huic etiam consonat illud Zachariæ, *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator: ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Loquetur pacem Gentibus,* [illegible] *potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ.* Quid clariùs de Chri[illegible]o dici potuit? Sanè de nullo Regum Israël di[illegible]ci potest, *Ipse pauper*; de nullo, qui ascenderit *su*[illegible]*per asinam, & pullum asinæ*: siue secundùm litera[illegible]m de vera asina & pullo illius intelligamus, qu[illegible]s ascendit Christus, acclamante populo, *Benedict*[illegible]*us qui venit in nomine Domini*: siue per asinam Iudaicam Gentem intelligamus, quam prior ascendit Dominus. Huic enim primò imperauit, quæ prima fidem admisit; & exinde Gentibus, quæ pulli loco intelligi possunt: cùm Gentes à Iudæis fidem in Christum acceperint; vnde Iudæa facta est tamquam mater Gentium. Cùm verò asinæ comparatur Iudæa, viliori sexui comparatur; meliori verò gentilitas, quæ pullo comparatur, meliori nimirum sexui; Iudæi nimirum *fœminis*, [illegible]aribus Gentes. Sed neque cuiquam Regum Israël concessa potestas vsque ad *terræ fines*; cùm Iudaicum Regnum omne arctissimis finibus c[illegible]ncluderetur. Rex ergo Christus; & naturâ quide[illegible]n Rex, vt qui Filius esset, & vnicus Filius Reg[illegible]um omnium maximi, Patri per omnia similis, [illegible] naturâ idem, nec aliâ quàm Patris. Hic aut[illegible]em magnus mundi liberator, & potentissimus [illegible]ei Filius, non Iudæorum magis quàm pauperta[illegible]tis Rex extitit; siquidem de victo mundo in cæli Capitolium laurum & triumphum inuecturus, altè vexillum paupertatis extulit, decuriat milites, & in prætoria sua cohorte non alios quàm inopes habere vult, quorum amica nomina refert in album honoratum, in cælestem pyctacium, in laterculum regium, in catalogum Beatorum. Quod arcanum Regius Vates hoc eodem Psalmo paulò pòst celebrauit; qui cùm Dei erga pauperes curam & insignem beneuolentiam notasset, mox adiungit:

ch. 9.

Christus Rex paupertatis.

Pauperes sunt primi in Regno Dei & Christi.

ANNOTATIO, MISCORDERII.

14. *Honorabile nomen eorum coram illo.*] Vel, vt est in Hebræo, *Pretiosum nomen eorum.* Circumstant illi Regem, in oculis eius pretiosi, vt honorati Principes, vt purpurati gratiosi, vt doryphori inuicti, & inclyti bellatores, multiplici coronâ donandi.

16. *Erit firmamentum in terra in summis montium.*] Habet veritas Hebræa, *Erit placenta frumenti*, vel *fructus frumenti in terra in capite montium.* In quem locum Rabbi Salomon: *Magistri, inquit, bonæ memoriæ exposuerunt hoc esse genus placentarum in diebus Messiæ.* Quòd autem Messias ipse futurus esset hæc placenta frumenti, exposuit Rabbi Barachias, nomine Rabbi Isaac, his verbis: *Sicut redemptor primus, id est Moyses, fecit descendere manna; ita Redemptor vltimus, id est Messias, erit placenta frumenti in terra.* Imò Rabbi Ionathas in sua Paraphrasi Chaldaica sic locum eumdem transtulit: *Erit sacrificium panis in terra, in capite montium Ecclesiæ.* Quamuis enim nos modò in Chaldaica Paraphrasi ita legamus, *Erit substantificus panis in terra in capite montium*; testatur tamen Galatinus lib. 10. Arcanorum cap. 4. cum paraphrastem non esse Ionatham Ben, seu filium Vzielis, sed Rabbi Akilam, seu Rabbi Ioseph: ipsum autem Rabbi Ionatham locum planè transtulisse sicut diximus; nec eius interpretationem in Psalterium, quamuis rarissima sit, negandam esse, cùm passim citetur ab Hebræis; & Besempher Kibucim, id est in libro Collectionum, crebra illius fiat mentio: in quo libro eiusmodi Chaldæa translatio Rabbi Ionathæ commemoratur. Vnde patet Messiam esse hanc placentam frumenti, & sacrificium panis in capite montium Ecclesiæ, id est Sacerdotum: quod de facto quotidie in sacrificio Missæ fieri videmus; vbi Sacerdos super caput suum eleuat placentam hostiæ, quæ ex tritico esse debet; & proponit sic eam populo adorandam. Non audiendus tamen hîc Lyranus & Ayguanus, dum videntur admittere in editione nostra per errorem legi *firmamentum* pro *frumentum*: quod nullo modo dici potest, cùm editio nostra Latina immediatè translata sit è Græco; in quo disertè habetur [illegible], id est *firmamentum*: quæ vox tamen non malè conuenit *frumento*, cùm alibi legatur, *quòd panis cor hominis confirmat*, Græcè [illegible] & quòd *Deus omne firmamentum panis*, [illegible] *confregit*. Quare seruanda nostra versio, & sic cum Hebræa lectione conciliandа, cum qua in sensu conuenit: firmamentum enim vocat solidum nutrimentum: huiusmodi est panis Eucharisticus, qui maximum robur cordibus præbet, eaque in bono confirmat atque corroborat.

Messias placenta frumenti.

Exod. 16.

Psal. 103, 15.

IBIDEM. *Superextolletur super Libanum fructus eius.*] S. Hieronymus, *Eleuabitur sicut Libani fructus eius.* Hoc quoque mysticè V. Eucharistiæ

Eucharistia fructus sublimis.

ANNOTATIONES CORDERII.

charistiæ cùm primis conuenit; cuius fructus dicitur eleuatus in cacuminibus montium, & super montem Libanum; quia omnium est sublimissimus, & ad sublimissimam euehit perfectionem. Vnde fructus, quem hic viuificus panis profert in cordibus, ita excrescit, vt altitudine superet cedros Libani: transfert enim nos, vt conuersationem habeamus in cælis; & etiam vt floreamus sicut viridis herba terræ; id est, vt in operibus omnium virtutum crescamus ad Christi similitudinem anhelantes. Nec mysterio caret, quod in summis montibus sit tamquam firmamentum, & fructus sublimior Libano; in ijs autem qui sunt de ciuitate vocetur flos sicut germen terræ; quia Apostoli, & Apostolici ac perfecti viri, ex hoc Sacramento ingens robur capiunt, & sublimem fructum: alij verò de plebe non ita excrescunt, nec roborantur, etsi iuxta suum statum florescant, & crescant per Sacramenti susceptionem. Nos autem oportet sumpto hoc cibo, & eius dulcedine gustatâ, ad fortiora & sublimiora conari, & super Libanum eleuari, quia hic tandem corrumpetur ac destruetur: at Christus, qui subaccidentibus panis latet, etiam ipsis corruptis, integer & incorruptus in æternum perseuerat. vnde subdit Psalmista:

Christus fuit Dei Filius ante Solem.

17. *Ante Solem permanebit nomen eius.*] Quia in conspectu Solis, seu quamdiu fuerit Sol, permanebit Christus & gloria ipsius: & quia etiam est Deus æternus, antequam esset Sol, erat iam nomen eius. Nota autem hîc loco verbi *permanebit*, in Hebræo esse ינון *ianon*: quæ dictio significat *filiationem*. q. d. *Ante Solem filiabitur nomen eius*: vt significetur quòd Rex Messias ab æterno erit Filius. Vnde alij vertunt, *Ante Solem filius nomen eius*: iuxta illud alterius Psalmi, *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*. Pſal. 2. Quid ergo sublimius Christo? quid præcellentius hoc diuino ferculo? quia ferculum hoc firmamento panis supersubstantialis? & quid dulcius hoc cælesti conuiuio, quod in summis montium, id est viris Apostolicis, & summis sublimibus, est potissimè præparatum? Vtinam vitâ sublimes montes simus sicut Apostoli; siquidem institutum est hoc firmamentum in medio summorum montium, id est Apostolorum: qui summi montes sunt Ecclesiæ; quia sublimem debent agere vitam, qui tam sublimibus vescuntur dapibus. Ita piè noster de Ponte lib. 6. in Cantica exhortatione 33.

Corpus [illegible]

19. *Et replebitur maiestate eius omnis terra.*] Quæ porrò terra maiestate eius replebitur? Dilìo respondet Bernardus Serm. 2. de verbis Isaiæ, hanc terram esse corpus nostrum: quod quidem maiestate Dei replebitur in futura resurrectione: quòd ideò monet Propheta, vt non grauatè illud pœnitentiæ & afflictationibus subijciamus; quia si modò corpora nostra dolore replentur, postea maiestate & gloriâ replebuntur. Audi ipsa verba Bernardi: *Replebitur, inquam, omnis terra Domini maiestate, quando resurrectionis gloria vestietur. Quid adhuc murmuras caro misera? quid adhuc recalcitras, & aduersus spiritum concupiscis? si te humiliat, si castigat, si redigit in seruitutem; id profectò in tuo gerit eo non minus sua interest quam ipsius.*

IN PSALMVM LXXII. ARGVMENTVM.

* Vulgata hæc ad præcedentem Psalmum refert.
* Vulgata laudes

1. * Defecerunt * hymni Dauid filij Iesse. Psalmus ipsi Asaph.

Diuersus reperitur inscriptionum error. Cùm enim liber intercidisset, & per partes Psalmi reperti essent, prout repertenti videbatur eos inscripsit, sicut & is qui hunc Psalmum Asaph inscripsit. Oportet autem scire omnes esse Dauidis. Atque alij quidem Asaph traditi, alij verò Idithum, alij verò filijs Core, vt ipsos instrumentis adaptarent, cùm cantores essent, & hymnorum coryphæi. Dictus est autem hic Psalmus quasi ex persona Babyloniorum, vel potiùs eorum qui inter ipsos erant virtutum amatores, qui tempore tribulationum putabant à Deo se negligi: verùm ipso euentu ijs ostendit, quantam etiam in calamitatibus iustorum habeat prouidentiam. Ceterùm (quod etiam per ipsa verba declarabitur) de diuinis iudicijs hic Psalmus disserit; quæ cùm ob profunditatem & inscrutabilitatem plurimi ignorent, & eorum in vnoquoque rationes non capiant, in dubias incidunt cogitationes, quæ

Omnes sunt Psalmi Dauidis, etsi diuersis inscribantur.

α. Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

Διάφορος εὑρίσκεται τῆς ἐπιγραφῆς ἡ πλάνη. Ἀπολεσθέντος γὰρ τοῦ βιβλίου, καὶ κατὰ μέρος εὑρισκομένων τῶν ψαλμῶν, ὡς ἔδοξεν ἑκάστῳ ἐπέγραψεν· ὡς καὶ ὁ τὸν παρόντα Ἀσὰφ ἐπιγράψας. Δεῖ δὲ εἰδέναι ὡς πάντες εἰσὶ τοῦ Δαβίδ. Καὶ οἱ μὲν ἀπεδόθησαν τῷ Ἀσάφ, οἱ δὲ τῷ Ἰδιθούμ, οἱ δὲ τοῖς υἱοῖς Κορέ, ὥστε ἁρμόσαι αὐτοὺς τοῖς ὀργάνοις, ὡς ᾠδοὺς ὄντας, καὶ κορυφαίους τῶν ὕμνων. Εἴρηται δὲ οὗτος ὡς ἐκ τῶν Βαβυλωνίων, μᾶλλον δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς φιλαρέτων, οἳ κατὰ τὸν καιρὸν τῶν θλίψεων ἀμελεῖσθαι παρὰ Θεοῦ ἐνόμιζον· ὁ δὲ ἔδειξεν αὐτοῖς μετὰ τὴν ἔκβασιν, τῶν δικαίων ποιεῖται καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς πρόνοιαν. Ἡ (ὃ καὶ διὰ τῶν ῥημάτων δηλωθήσεται) περὶ τῶν θείων κριμάτων ὁ ψαλμὸς διαλέγεται· ἃ διὰ τὸ βάθος καὶ ἀνεξερεύνητον οἱ πολλοὶ ἀγνοοῦντες, καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῳ λόγους, ἀμηχάνοις ἐμπίπτουσι λογισμοῖς, οἷς δὴ

καὶ

καὶ [illegible] , ἰδοὺ οἱ ἁμαρτωλοί, δ[illegible] δώσειν μετὰ τοῦτο, οἷ[illegible] τὸ τέλος τῶν ἀσεβῶν, ὡς ἂν γνόντες, μὴ [illegible] ἐν ταῖς [illegible]μαλίαις.

etiam proponens his verbis, Ecce peccatores, postmodum docet qualis sit finis impiorum, vt illum cognoscentes, in aduersitatibus non desperemus. PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ὡς ἀ[illegible]αθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ [illegible] τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ.

[illegible] ἀγαθὸς [illegible] ὁ [illegible] ἀντὶ τοῦ [illegible] τῇ ἐκβάσει [illegible] τῶν πραγμάτων, καὶ μάλιστα τοῖς δικαίοις. Εὐθὺς δὲ [illegible] χωρεῖ, καὶ λέγει.

β'. Ἐμοῦ [illegible] παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες· παρ' ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ [illegible] διαβήματά μου.

Πόδας καὶ δια[illegible]βήματα ἐνταῦθα μεταφορικῶς τοὺς λογισμοὺς [illegible] λέγει. Ὅθεν καὶ ἐσαλεύθησαν λέγει, καὶ ἐξεχύθησαν, ὡς τῶν λογισμῶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς συμφο[illegible] ἐκπιπτόντων τῆς οἰκείας [illegible] μὴ χρὴ διαρρεόντων. εἶτα [illegible] καὶ τὴν αἰτίαν [illegible] λέγει.

γ'. Ὅτι [illegible]ήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν.

Ἐζηλοτύπουν, φησὶ, καὶ ἠγανακτοῦν ἐπὶ τοῖς Βαβυλωνίοις, ὁρῶν μὲν ἐμαυτὸν [illegible] καὶ ἐν συμφοραῖς [illegible] εὐσεβείας ποιούμενον, καὶ ἐν θλίψεσιν [illegible]όμενον· ἐκείνους δὲ ἀδικοῦντας, καὶ εἰρήνης [illegible] καὶ εὐθηνίας· καὶ τὸ δὴ μεῖζον·

δ'. Ὅτι οὐ[illegible] ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν.

Οὐδὲ γὰρ θάνατον [illegible] ἀνατέλλοντα [illegible], οὐδὲ ἀρρωστίαν βαρυτάτην. Στερέωμα γὰρ μάστιγος [illegible] λέγει τὴν στερρὰν ἀρρωστίαν. Τὸ δὲ οὐκ ἔστιν αὐτὸ τοῦ, οὐκ ἦν ἰδεῖν ἐν αὐτοῖς λέγει. [illegible] γὰρ ὁ χρόνος.

ε'. Ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσί, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται.

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ κοινὰ πάθη ἦν ἰδεῖν, πυρετοὺς [illegible] κεφαλαλγήματα· ἀλλὰ πάντα [illegible] [illegible]. Ὅθεν ἐγὼ, φησι, τοῖς [illegible], λογιζόμενος ὡς εἰκὸς,

QVAM bonus * Deus Israël his qui recto sunt corde. * Vulgata Israel Deus

Id est: Valdè bonus reperitur Deus in euentu rerum, & maximè his qui iustitiæ curam gerunt. Statim autem ad propriam transit reprehensionem, & ait: Deus valdè bonus est rebus exitu.

2. Mei autem pænè moti sunt pedes: * pauloimnus effusi sunt gressus mei. * Vulgata penè

Pedes ac gressus metaphoricè hîc vocat cogitationes: vnde etiam dicit moti sunt, & effusi sunt, quasi cogitationibus tempore calamitatum à proprio iudicio decidentibus, & ad ea quæ non oportet diffluentibus. Deinde etiam causam subdit: Pedes & gressus meus cogitationes sunt.

3. Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.

Zelotypiâ, inquit, accendebar, & ringebar contra Babylonios, cùm viderem me quidem etiam in calamitatibus pietatis curam gerere, & tribulationibus exerceri; illos verò, cùm impij essent, & pace & prosperitate perfrui: & quod maius est; Prosperitas impiorum afflige piis.

4. Quia non est * declinatio in morte eorum, & firmamentum in * flagello eorum. * Vulgata respectus morti * Vulgata plaga

Neque enim vmquam mortem viderunt oborientem, neque morbum grauissimum. Firmamentum enim flagelli vocat hîc stabilem infirmitatem. Illud autem non est dicit, pro non erat in ipsis videre. Nam tempus immutatum est. Firmamentum flagelli quid.

5. In * laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. * Vulgata labore

Sed neque communes affectiones videre erat, vt febres, ac capitis dolores; sed omnia ipsis ex voto fluebant. Vnde ego, inquit, cogitationibus meis cruciabar, cogitans, vti par erat,

 verùm

PARAPHRASIS ANONYMI.

vtrùm fortè Deum nulla rerum cura tangeret. Videbam enim ex bona valetudine ipsos potiùs prauos ac deteriores euadere, & in superbiam efferri. vnde subiungit:

6. Ideò tenuit eos superbia * eorum in finem:

* Abest à Vulgata.

Ex hac nempe saturitate omnimoda eos tenuit aduersus omnes homines despectio.

Impij ex prosperitate insolescunt.

* Circumamicti sunt iniquitate & impietate suâ.

* Vulgata Operti

Et sicut, inquit, qui vestimenta induunt, ex ipsis vestimentis apparent quales sint: sic & hi ex ipsa superbia & elatione conspicui fuerunt, vtpote morbum istum velut amictum induti.

7. * Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum:

* Vulgata Prodijt

Et tantum, inquit, in iniquitate & impietate profecerunt, vt ne semetipsos quidem continere possent, sed multùm effluerent, sicut fit in adipe & pinguedine, quando superfluum exuberat & molestat.

Transierunt in affectum cordis.

Et hæc, inquit, omnia mala ex affectu fecerunt; tamquam deinceps in mali habitu constituti.

8. Cogitauerunt, & locuti sunt * in malignitate:

* Vulgata nequitiam

Sic igitur, inquit, rem horrore plenam ausi sunt dicere.

Iniquitatem in * altũ locuti sunt.

* Vulgata excelso

9. Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit * super terram.

* Vulgata in terra.

Significat augmentum malitiæ eorum, ita vt deinceps etiam in Deum ipsum maledicta conijciant.

10. Ideò * reuertetur populus meus huc; & dies pleni inuenientur in eis.

* Vulgata conuertetur

Decreuit itaque Deus, ob illorum insolentiam, nec ad propria reducere, tamquam tempore adimpleto, quo nos pati oportebat ea quæ perpessi sumus.

Deus ob insolentiam impiorum liberat prodes.

11. Et dixerunt: Quomodo * sciuit Deus, & si est scientia in * Altissimo?

* Vulgata scit
* Excelso

μή που ἄρα τῶν πραγμάτων οὐ μέλει τῷ Θεῷ. Καὶ γὰρ ἑώρων ἐκ τῆς εὐεξίας μᾶλλον πονηροὺς καὶ χείρους γινομένους, καὶ εἰς ἀλαζονείαν ἐπιδιδόντας. ὅθεν ἐπιφέρει·

ϛ΄. Διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία αὐτῶν εἰς τέλος.

Παντελῶς γοῦν αὐτῶν ἐκ ταύτης τῆς εὐθηνίας ἐκράτει κατὰ πάντων ἀνθρώπων ὑπεροψία.

Περιεβάλοντο ἀδικίαν καὶ ἀσέβειαν ἑαυτῶν.

Καὶ ὡς οἱ τὰ ἱμάτια περιβαλλόμενοι, φασὶν, δι' αὐτῶν φαίνονται τῶν ἱματίων· οὕτω καὶ οὗτοι δι' αὐτῆς ἐφαίνοντο τῆς ὑπερηφανίας καὶ ἀλαζονείας, ὡς ἱμάτιον ἐνδεδυμένοι τὴν νόσον.

ζ΄. Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν·

Καὶ τοσοῦτον, φησὶν, εἰς τὸ ἄδικον καὶ ἀσεβὲς προέκοπτον, ὥστε μηδὲ κατέχειν ἑαυτοὺς δύνασθαι, ἀλλ' ἀποβλύζειν τὸ πολύ· ὡς ἐπὶ στέατος καὶ πιμελῆς, ὅταν τὸ περιττὸν πλεονάζῃ καὶ ἀποστάζει.

Διῆλθοσαν εἰς διάθεσιν καρδίας.

Καὶ ταῦτα, φησὶ, πάντα τὰ κακὰ ἐκ διαθέσεως ἐποιοῦντο, ὡς ἐν ἕξει λοιπὸν καταστάντες τοῦ κακοῦ.

η΄. Διενοήθησαν καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ·

Οὕτω γοῦν, φησὶ, καὶ ἐτόλμησαν εἰπεῖν φρίκης γέμον πρᾶγμα.

Ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν.

θ΄. Ἔθεντο εἰς οὐρανὸν τὸ στόμα αὐτῶν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς.

Ἐπίτασιν τῆς πονηρίας αὐτῶν σημαίνει, ὡς λοιπὸν καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀναφέρειν τὰς βλασφημίας.

ι΄. Διὰ τοῦτο ἐπιστρέψει ὁ λαός μου ἐνταῦθα· καὶ ἡμέραι πλήρεις εὑρεθήσονται ἐν αὐτοῖς.

Ἀπεφήνατο οὖν ὁ Θεὸς, διὰ τὴν ἀλαζονείαν ἐκείνων, ἐπιστρέψαι ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεῖα, ὡς πληρουμένου τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἔδει ἡμᾶς παθεῖν ἃ πεπόνθαμεν.

ια΄. Καὶ εἶπον πῶς ἔγνω ὁ θεὸς, καὶ εἰ ἔστι γνῶσις ἐν τῷ ὑψίστῳ;

Τοῦτον

Τυτέστι, οἱ περ[illegible]χθέντες δυσσεβῶν καὶ τοῦτους ἠσέβουν, [illegible]ώς σκάνδαλον ὑπῆρχον τοῖς ὁρῶσι τὸν βίον αὐ[illegible]τῶν, καὶ ἀμηχανίᾳ καὶ λόγοι, εἰ ἄρα ἐφορᾷ [illegible] τὰ ἀνθρώπινα ὁ Θεός.

ιβ΄. Ἰδοὺ οὗτ[illegible]οι [illegible] ἁμαρτωλοὶ, καὶ εὐθηνοῦντες [illegible]εἰς τὸν αἰῶνα, κατέσχον πλούτου.

Τὸ αἴτιον τοῦ σκα[illegible]δάλου τῶν ὁρώντων ἀ[illegible]σεβεῖς [illegible]τίθεται· τοῦτο δ᾽ ἐστὶ, τὸ διαιωνίζ[illegible] αὐτοὺς [illegible] τὸν κατὰ βίον τῇ εὐη[illegible]ίᾳ.

ιγ΄. Καὶ εἶ[illegible]α· ἄρα ματαίως ἐδικαίωσα τὴν [illegible]ρδίαν μου, καὶ ἐνιψάμην ἐν ἀθ[illegible]οις τὰς χεῖράς μου.

Εἰκῇ ἐσπούδασα, [illegible] φησι, πρὸς τοὺς ἀθῴους ἔχειν τὴν κοινωνίαν [illegible] καὶ πάντων καθαρεύειν τῶν πλημμελημάτων.

ιδ΄. Καὶ ἐγ[illegible]όμην μεμαστιγωμένος ὅλην τ[illegible]ὴν ἡμέραν·

Μάτην δέ, φησ[illegible] [illegible]ξαπατῶ ἐμαυτὸν συντρίβω καὶ θλίβω [illegible] ἀρετῆς χάριν.

Καὶ ὁ ἔλε[illegible]χός μου εἰς τὰς πρωΐας.

Τυτέστιν, ἐλεγχ[illegible]μος καθ᾽ ἑκάστου ὄρθρον, ὥσπερ εἰς τοῦτο ὀρθρίζων, εἰς τὸ ἐλέγχεσθαι ἐφ᾽ οἷς ἥμαρτον, καὶ [illegible]ασίζεσθαι· οὕτως ἀεὶ διετέλουν ταῦτα ὑπομένων.

ιε΄. Εἰ ἔλεγον· διηγήσομαι οὕτως·

Οὕτως, πῶς; ὥ[illegible]ερ ἔμπροσθεν ἔλεγον· ὅτι ματαίως ἐδικαίω[illegible]α τὴν καρδίαν μου. διηγήσομαι· τίνι; τοῖς [illegible] εὐσεβέσιν δῆλον. Τοῦτο γὰρ μηνύει τὰ ἑπο[illegible]όμενα.

Ἰδοὺ τῇ γε[illegible] τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκας.

Τυτέστι, παρέλυ[illegible]σας τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, τοῦ ἔχειν ἡμᾶς ἀεὶ ἐν τάξει τῶν υἱῶν σου.

ιϛ΄. Καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι τοῦτο, κόπος ἐστὶν ἐνώπιόν μου.

ιζ΄. Ἕως οὗ εἰσέλθω εἰς τὸ ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ [illegible] καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν.

Πάλιν δέ, φησι [illegible] μεταβαλλόμην τῶν προτέρων λογισμῶν, [illegible] ἐβουλευόμην, ὅτι καὶ μέλει σοι τῶν ἀνθ[illegible]ρώπων, καὶ ὅτι τὰς πρὸς ἡμᾶς οὐκ ἔλυσας συ[illegible]θήκας· ἀλλ᾽ ὅτι ἐδοκί-

---

Id eſt, Prædicti impij & à Deo alieni tam impiè ſe geſſerunt, vt ſcandalo eſſent vitam eorum inſpicientibus, & dubitarent ac dicerent, Vtrùm Deus res humanas reſpiciat. PARAPHRASIS ANONYMI.

12. Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt diuitias.

Proponitur cauſa ſcandali eorum qui videbant impios abundare; hæc autem eſt, ipſos in hac vita perennare in felicitate.

13. Et dixi: Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas:

Fruſtrà, inquit, ſedulò conatus ſum cum innocentibus habere communicationem, & ab omni crimine purum me ſeruare.

14. Et fui flagellatus totâ die:

Fruſtrà autem, inquit, meipſum ango & affligo propter virtutem.

Et caſtigatio mea in matutinis.

Id eſt, Caſtigatus fui ſingulis matutinis, & quaſi ad hoc euigilabam, vt caſtigarer pro peccatis, & flagellarer: ſic perpetuò iſta ſuſtinebam.

15. Si dicebam: Narrabo ſic:

Sic, quomodo? ſicut prius dixit: *Quia ſine cauſa iuſtificaui cor meum. Narrabo*; cui? Pijs vtique. Hoc enim indicant ea quæ ſequuntur.

Ecce *generationem filiorum tuorum reprobaui. * Vulgata nationem

Id eſt, Soluiſti fœdera quæ nobiſcum ſanciueras, te nos perpetuò pro tuis filijs habiturum.

16. *Et ſuſcepi cognoſcere hoc, labor eſt ante me. * Vulgata Exiſtimabã vt cognoſcerem

17. Donec intrem in ſanctuarium Dei: & intelligam in *nouiſſima eorum. * Vulgata nouiſſimis

Rurſus autem, inquit, mutabam priores cogitationes, & conſiderabam, quòd etiam tibi curæ ſint res humanæ, & quòd pacta nobiſcum inita minimè ſolueris; ſed cenſueris Probi accipiunt flagella Dei in bonam partem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ris melius nobis esse, vt moderatas pro peccatis nostris pœnas daremus (hoc enim vocat laborem) atque ita ad propria reuerteremur; (hoc enim vocat sanctuarium Dei, templum & Hierosolymam;) ac tunc videremus fines Babyloniorum, in subuersionem & interitum desinere. Sic enim etiam accidit; vnde subiungit:

18. Verumtamen propter dolos posuisti eis * mala: deiecisti eos dum alleuarentur.

* Abest à Vulgata.

Propter malitiam enim & versutiam eorum, millenis ipsos malis afficies: elatos & iactabundos à felicitate deturbabis, & consumes.

19. Quomodo facti sunt in desolationem subitò?

Ita vt, inquit, etiam percellantur, videntes repentinam eorum mutationem.

Defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Causa autem, inquit, huius ipsius ruinæ ipsis extitit plurima iniquitas.

20. Velut somnium * exurgentis

* Vulgata surgentium

Nam omnes, inquit, diuitiæ & gloria illorum reperta sunt nihil à somnijs differre.

Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Id est, propter ciuitatem tuam, vt illa rursus ædificetur, & nos iterum restituamur, ad nihilum rediges apparentem imaginem ac figuram, quæ ipsis adesse videtur.

21. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt:

Propter ipsos enim, inquit, omnigenis lustratus sum cogitationibus, nesciens quid euenturum esset.

22. Et ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.

23. Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.

Nihil, inquit, tunc apud te Deum meum à iumento differebam, ratione destitutus dum talia cogitabam.

μενος βέλτιον ἡμῖν εἶναι, συμμέτρους δὲ δίκας ὑπὲρ ὧν ἡμάρτομεν (τοῦτο γὰρ λέγει κόπον) καὶ οὕτως ἡμᾶς εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν· (τοῦτο γὰρ λέγει ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ, τὸν ναὸν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ·) καὶ τότε ἰδεῖν τὰ τέλη τῶν Βαβυλωνίων, εἰς καταστροφὴν καὶ ἀπώλειαν λήγοντα. Οὕτω γὰρ καὶ ἐγένετο· ὅθεν ἐπιφέρει·

ιη΄. Πλὴν διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακά· κατέβαλες αὐτοὺς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι.

Διὰ γὰρ τὴν κακίαν αὐτῶν καὶ τὴν πανουργίαν, μυρίοις αὐτοὺς περιβαλεῖς κακοῖς· ἐπαρθέντας καὶ μεγαφρονοῦντας ἀπὸ τῆς εὐπραγίας καταβαλεῖς, καὶ ἀναλώσεις.

ιθ΄. Πῶς ἐγένοντο εἰς ἐρήμωσιν ἐξάπινα;

Ὥστε, φησὶ, καὶ ἐκπλαγῆναι ἰδόντας, τὴν ἀθρόαν αὐτῶν μεταβολήν.

Ἐξέλιπον, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

Αἰτία δὲ, φησιν, αὐτῆς ταύτης τῆς ἀπωλείας αὐτοῖς ἐγένετο ἡ πολλὴ παρανομία.

κ΄. Ὡσεὶ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένου

Εὑρέθη γὰρ, φησιν, ἅπας ὁ πλοῦτος αὐτῶν καὶ ἡ δόξα οὐδὲν ἐνυπνίου διαφέρουσα.

Κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις.

Τουτέστι, διὰ τὴν σὴν πόλιν, ὥστε αὐτὴν πάλιν οἰκοδομηθῆναι, καὶ πάλιν ἡμᾶς ἀποκατασταθῆναι, εἰς οὐδὲν περιστήσεις τὴν δοκοῦσαν αὐτοῖς εἰκόνα περιεῖναι, καὶ τὸ σχῆμα.

κα΄. Ὅτι ἐξεκαύθη ἡ καρδία μου, καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν·

Δι' αὐτοὺς γὰρ, φησι, παντοίοις ἐνεβαλλόμην λογισμοῖς, οὐκ εἰδὼς τὸ ἀποβησόμενον.

κβ΄. Κἀγὼ ἐξουδενωμένος, καὶ οὐκ ἔγνων.

κγ΄. Κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ σοί· κἀγὼ διαπαντὸς μετὰ σοῦ.

Οὐδὲν γὰρ, φησι, ἀλόγου κτήνους παρὰ σοὶ τῷ θεῷ μου διέφερον, τοῦ λογισμοῦ ἐστερημένος ὅτε ταῦτα ἐβουλευόμην.

κδ΄. Ἐκρά-

κδ'. Ἐκράτησας τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς μου· ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με.

Ὡς γὰρ ἐάν πατὴρ, φησί, παιδίον [illegible] τῇ δεξιᾷ [illegible], καὶ ἀγάγοι αὐτὸ εἰς ὁδὸν [illegible] αὐτὸς ἐποίησας ἐπ' ἐμοί, χειραγωγήσας [illegible] τῇ βουλῇ σου, καὶ [illegible] μετὰ δόξης [illegible].

κε'. Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ; καὶ παρὰ σοῦ τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς;

Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ [illegible], φησιν, [illegible] τῇ γῇ ἄλλο.

κς'. Ἐξέλειπεν ἡ καρδία μου καὶ ἡ σάρξ μου· ὁ θεὸς τῆς καρδίας μου, καὶ ἡ μερίς μου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα.

Ὁ γὰρ [illegible], φησι, τὰς καρδίας, [illegible] ἄλλο ἐνθύμιον [illegible] ἀλλ' ἢ [illegible] τὰς [illegible].

κζ'. Ὅτι ἰδοὺ, οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται.

Ἔπαθον δὲ ταῦτα εἰκότως· ἠπιστάμην γὰρ [illegible] χαλεπώτερον [illegible].

Ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ.

Πορνεύοντα πάλιν [illegible] τὸν ἀφιστάμενον αὐτοῦ, καὶ τοῖς εἰδώλοις [illegible] λέγει.

κη'. Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστι· τίθεσθαι ἐν τῷ κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου.

Ὥσπερ γάρ, φησι, [illegible] χαλεπὸν [illegible] σοι, καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ σὲ, πάντα [illegible] ἀγαθῶν [illegible].

Τοῦ ἐξαγγεῖλαί με πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών.

Τί δέ ἐστι [illegible] σοι, φησί, [illegible] καὶ τὰς [illegible] εὐχαριστίας [illegible] ἐν ᾧ ὥρισας τόπῳ. Λέγει δὲ [illegible] Ἱερουσαλήμ· ταύτην γὰρ καλεῖ θυγατέρα [illegible].

24. Tenuisti manum dexteram meam: & in * consilio tuo deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.

[illegible] * Vulgata voluntate tua

Quemadmodum enim, inquit, si pater filium manu dexterâ teneat, & deducat ipsum in viam rectam; sic etiam ipse mecum fecisti, manuducens me consilio tuo, & non parua cum gloria me ad propria reducens.

25. Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?

Nihil enim aliud, inquit, vnquam in cælo aut in terra habere volui.

26. Defecit * cor meum, & caro mea: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

* Vulgata caro mea, & cor meum

Tu enim, inquit, qui corda nosti, scis me nihil aliud vnquam tantum desiderasse, neque aliud quidquam excogitasse, quàm vt tecum essem, & conuersatione tibi laudis cantica offerrem.

[illegible]

27. Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt:

Meritò autem hoc passus sum: sciebam enim quolibet supplicio molestius esse à te diuelli.

Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.

Fornicatorem iterùm vocat eum qui à Deo recedit, & idolis adhæret.

28. Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino * spem meam.

* Vulgata in Domino Deo

Quemadmodum enim, inquit, illud priùs molestum est, ita tibi adesse, & in te sperare, omne bonum adfert.

Vt annuntiem omnes * laudes tuas in portis filiæ Sion.

* Vulgata prædicationes

Quid autem est adesse tibi? Vt, inquit, conuenientes hymnos & congruas gratiarum actiones offeram tibi in loco quem designasti. Intelligit autem Hierosolymam: hanc enim vocat filiam Sion.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1\. QVAM BONVS DEVS ISRAEL] Id est, propter Israël. Bonitas, inquit, Dei cernitur ex cura quam gerit Israëlis, illis quidem semper ingratis ipsi existentibus, ipso verò erga illos semper commiseratione vtente. Hinc, inquit, etiam nonnihil moti sunt pedes figuratè actiones, gressus verò cogitationes vocans. Vnde autem, inquit, hoc passus sum? nempe ex Dei circa peccatores tolerantia. Videns enim peruersorum felicitatem, & quomodo vitam temerè instituant, nullo ipsis flagello, quo coërceantur, inflicto, vix non ad eorum æmulationem, id est imitationem, prouocatus sum. Felicitas enim peccatorum maximum momentum habet ad eos qui non vsque adeò temperantes sunt peruertendos, cùm ad similem vitam ducendam alliciat.

Iusti mouentur dolore ob improborum prosperitatem.

ALIVS. Magnam Deus ostendit prouidentiam: at non omnes hoc sciunt, sed illi qui rectis vtuntur ratiocinationibus. Sic cùm illos laudasset, propriarum cogitationum perturbationem manifestat. Istud autem *effusi sunt* Symmachus dixit, *Pro nihilo motæ sunt ea quæ me fulciebant*. Periclitatus sum, inquit, ne exciderem à sanis & firmis cogitationibus. (Hoc enim sibi vult istud *effusi sunt*) tamquam re effusâ, & dissolutâ, & effluente. Hoc autem intelliges quomodo animæ gressus effundantur, si reflexeris, quomodo plurimi, qui temperanter vixerant, postmodum aliquando diffluxerint. Per istud *penè* autem declarat, se non omnino dilapsum esse à cogitationibus quæ ipsum sustentabant. *Zelaui* igitur, id est succensebam, cùm viderem impios in plurima prosperitate. Si autem rectis bonus sit Deus, quomodo ijs qui per nequitiam peccant bonus erit? Hoc scientes, oportet cogitare, paulò post occursurum futurum iudicium. Aquila: *Non est acerbitas.* id est, Non erat videre ipsos graue quidpiam sustinere, ita vt à videntibus reijciantur, aut odio habeantur, tamquam qui propter malitiam suam patiantur, & occidantur. Sed & afflictio eorum breuis & debilis est, & illud, quod ipsis flagellum videtur, est quid leue & marcidum, nec quidquam vigorosi ac rigidi ostentat. Id est, Exiguo tempore tristia ipsis accidunt,

Dei prouidentia solis rectis nota est.

Impiorum felicitas infert ad zelum mentem.

α. ΩΣ ΑΓΑΘΟΣ Ο ΘΕΟΣ ΤΟ ΙΣΡΑΗΛ.] Ἀντὶ, διὰ τὸν Ἰσραήλ. [illegible]

ΑΛΛΟΣ. Πολλὴν ὁ Θεὸς [illegible]

[illegible] ... ΕΞ ΚΟ[illegible] ΠΟΙΣ ΑΝΟΜΙ[illegible] ... Οὕτω, φησί, [illegible] ... [illegible]

ΑΛΛΟΣ. [illegible] ... Ὁ δὲ Σύμμαχος, [illegible] ... [illegible]

Ζ. ΔΙΗΛΘΟΣΑΝ ΕΙΣ ΔΙΑΘΕΣΙΝ ΚΑΡΔΙΑΣ.] Καὶ ταῦτα, φησί, [illegible] ... [illegible]

neque firma aut permanens est plaga eorum, sed breuis & superficialiter radens.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

5. IN LABORIBVS HOMINVM NON SVNT.] Tam leuiter, inquit, flagellati, & modicâ tribulatione afflicti, à piis putati sunt in veritate, propter impunitatem, neque cum hominibus ad salutem vocatis annumerari, neque cum dilectis à Deo castigari: ipsi verò propterea magis ad superbiam elati sunt, existimantes se magni quidpiam agere cùm peccarent, atque idcircò in talis vitæ remunerationem recipere prosperitatem.

Prosperitas confirmat impios in malitia.

ALIVS. *In laboribus hominum non exercentur*, terram elaborantes, & ob penuriam victum ex labore manuum conquirentes: è diuerso autem in diuitiis affluunt, & deliciantur, & nil istiusmodi patiuntur, sicut homines qui quotidie laboribus & molestiis huius vitæ flagellantur. Vita enim, quæ labore manuum sustentatur, instar flagelli data est hominibus. Symmachus autem ait, *Non recogitauerunt de morte.* Firma enim erant vestibula eorum; ita vt in iis existentes, non exciperent insultus. *Tenuit eos superbia.* Cùm enim non punirentur, peiores euadebant, & maiorem demonstrabant iniquitatem, hac tamquam propugnaculo vtentes, atque omnibus eam palàm exhibentes. Nam istud *circumamicti sunt* multitudinem iniquitatis designat, atque idcircò prodiit opipara iniquitas eorum, id est, cum magna affluentia, cum excessu: talis enim adeps est. Vnum autem tempus pro alio ponitur. Dixit enim *prodiit* pro *prodibit*; significans quid ad istiusmodi consequi soleat. Vel, vt Symmachus ait, *Exciderunt præ pinguedine ab oculis suis.* Vel adipem vocat felicitatem. Cùm in tanta, inquit, abundantia versarentur, ausi sunt iniquitatem. Vel tantum in iniquitate & impietate profecerunt, vt semetipsos continere non possent, sed plurimum effunderentur, sicut fit in pinguedine, quando superfluum exuberat.

Labor manuum est vitæ flagellum.

Diuitiarum est pinguis iniquitas.

7. TRANSIERVNT IN AFFECTVM CORDIS.] Atque hæc, inquit, omnia ex affectu fecerunt, tamquam iam in mali habitudine constituti. Affectum enim appellamus habitudinem circa aliquid, siue amorem, eò quòd ad illud mens nostra afficiatur. Cùm igitur indisciplinatio ad istiusmodi cogitationes illos excitaret, maiori propensione vsi sunt

Diuitiæ impiorum affectu malis egent.

COMMENTARIUS HERACLEOTAE.

sunt iniquitate, & sermones prauos excogitarunt, & contra Deum blasphemarunt. Quid hoc? Iniquè, inquiunt, agamus, abundemus, omnia faciamus siue metu: non est qui prohibeat, non Deus de cælo, non homo super terram. Symmachus verò ait: *Prætergressi sunt apparentia cordi*: deridentes quodammodò manifesta prouidentiæ opera transgressi sunt, cognoscentes quidem illa, sed exsibilantes propter excessum stoliditatis suæ, & blasphemiam protulerunt, ac si Deus non inspiceret, atque vsque ad cælum stoliditatem suam extenderunt; idque cùm viles essent, & linguam in terra haberent, non recogitarunt, inquit, quales essent; quòd nimirum terram incolentes, contra tam excelsum Deum blasphemiam inferrent, tam terram quàm cælum insolentiâ suâ replentes. Vult autem dicere, quomodo Babylonij ex nimia prosperitate ausi fuerint dicere, Deum nullam circa Israëlitas curam gerere. Vel q. d. In promptu illis est blasphemia aduersus Deum, expedita contra homines lingua. Vnde Deus, inquit, contra illos quodammodò habuit antipathiam, & iussit, vt nos propria nostra reciperemus. subiungit enim: *Ideò conuertetur*. Propter hæc, inquit, illorum delicta & superbiam, conuertam vos ad propria, tamquam tempore adimpleto, quo oportebat pati ea quæ passi estis. Hoc autem hîc dicit pro in Hierusalem. Dies autem pleni sunt vel senectus, vel pleni omni bono. Vel ac si dicat: Ad meliora conuersionem faciet populus meus, & fiet plenus dierum omnis boni, per sapientiam in his id quod decet adinuenientes: idcircò etiam apud semetipsos hæsitantes, istiusmodi sermones mouent: Ergóne hæc videt Deus? Et si videt, quomodo hi, peccatores cùm sint, in felicitate ac diuitijs perennant? ego autem, qui manus siue actiones meas ab istiusmodi puras conseruaui, quotidie flagellor? & simul cum diluculo reprehensionibus atque periculis trador? *Et dixerunt: Quomodo scit Deus?*

Improbi in prosperitate prorumpunt in blasphemias.

Impij auersum Deum à se.

Dies pleni qui dicantur.

ALIVS. Deus quidem per Babyloniorum afflictiones ita decreuit nos conuertere refocillando: ego autem in tempore afflictionum in memetipso cogitabam; Ergóne Altissimo cura est eorum quæ in terra sunt? Si enim, inquit, cognoscit ea quæ geruntur, cur illi quidem, qui peccatis inuoluti sunt, assiduè prosperantur, qui verò piè ac sanctè viuunt,

Deus suos conuertit per afflictiones. Quales sint piorum cogitationes & tentationes, cùm vident impios prosperari.

3. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem.*] Hoc est mysticè: Fac vt eorum superbia ad finem deducatur, seu finiatur. Quæ profectò non est odiosa imprecatio, sed potiùs beneuolentissima intercessio, interprete D. Augustino ad hunc locum: *Quàm bene*, inquit, *ille optat! Quasi iratus loquitur, & maledicere videtur, sed utinam eueniat quod maledicit.* Quid enim optabilius, quàm vt superbia, idololatria ceteraque peccata tandem ad finem pertrahantur, seu finiantur?

indicium, seu insigne & ornamentum monumenti loco. q. d. Infideles aduersarij tui (loquitur enim cum Deo de euersione vrbis & profanatione templi) victores de nobis effecti, vexilla sua in excelso loco, cuiusmodi sunt exitus, siue portæ ciuitatum, per quas omnes egrediuntur, erexerunt manifesta victoriæ suæ monumenta; & non cognouerunt se tuâ permissione eam victoriam consecutos, sed suæ eam virtuti adscripserunt. Hic est sensus litteralis huius loci.

Mysticè cum S. Hieronymo capi potest de signo crucis; quasi pius Propheta significare voluerit, hoc vexillum, vt prærogatiuum omen victoriæ, in introitu portarum, hoc est operum, initio ponendum & figendum esse. In templorum ingressu nihil habent Catholici commendatius, quàm vt regiâ hac notâ frontem & animam insigniant. Morem expressit D. Augustinus Homil. 28. his verbis: *Ecce intrat, ecce signat, ecce genua figit, ecce orat, ecce ad altare accedit.* In mensa quoque numquam cibos attingunt, quin priùs hoc veluti mystico amuleto eosdem consecrauerint. Theodoretus lib. 5. cap. 16. de militibus Christianis ad mensam accumbentibus loquens, illos ait non antè poculum ad os admouisse, πρὶν τὸν σωτήριον ἐπιθεῖναι σφραγῖδα, *quàm salutare signum* [*Crucis*] *adhiberent:* quod idem exponens S. Gregorius Nazianzenus Orat. 3. id fecisse illos memorat, ἄνω βλέποντας, *sublatis in cælum oculis:* vt pietatis motum & religionem in ea consuetudine intelligamus. Pium hunc ad omnem actionem sese cruce signandi vsum disertè describit Tertullianus libro de Corona militis cap. 3. *Ad omnem*, inquit, *progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.*

Sensus mysticus insignes signum crucis, quod est insigne Christianorum.

Moraliter hunc locum exponere possis de hominibus suspiciosis, & morosis alienorum operum censoribus, qui ex signis quæ sibi imaginantur, & non ex rei ipsius veritate alios diiudicant. Ita Gillibertus Abbas Serm. 14. in Cantic. hæc verba exponit: *Posuerunt*, inquit, *signa sua, & non cognouerunt: ponunt quæ non inueniunt: ponunt, quæ prauè postea exponunt. Signa inquit sua: seipsos etiam in signum ponunt, cum ex sua prauitatis regula alios metiuntur. Signa inquit: quasi dicat, tantum signa, & non veritatem: signa non certitudinis, sed suspicionis. Et non cognouerunt.* Hæc pulchrè dilatat Baeza noster Tom. 3. lib. 15. cap. 10. §. 4. Ecce tibi, inquit, pericula fallaciarum, etiam in virtutum scholis, dum aliquo modo tibi inuicem contrariantur; hi ponunt signa sua, nimirum ieiunia, saccos, piscium continuam escam, & alia huiusmodi, quæ nisi in alijs potentissimè videant, prauè postea exponunt: alij è contra, sudores suos in expugnatione animarum, vigilias in studijs, quotidianas in Christo

Sensus moralis de signis hominum suspiciosorum, optime falso corpitum.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iesu parturitiones ponunt, quæ nisi in alijs cernant, minus probè sentiunt de illis. Quid plura? Sunt qui signa sibi nocius ponunt; nimirum feminarum colloquia, sceleratorum consuetudinem, esum carnium, lini aut lanæ vsum: quæ signa dum in alijs vident, vitiui deputant, tales posse in virtutum perfectione stare. Omnes hi vident signa, non veritatem; signa non certitudinis, sed suspicionis, & non cognoscunt; imò miserè falli solent. Quæ enim in alijs signa sunt imperfectionis, imò superbiæ; in alijs sunt signa celsissimarum virtutum. Ita Baëza: apud quem vide hæc fusiùs deducta, & exemplis pulcherrimis confirmata.

8. *Heus & quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.*] In Hebræo est *comburamus*, vt notat S. Hieronymus; & putat Septuaginta vertisse non καταπαύσωμεν, *quiescere faciamus*, sed κατακαύσωμεν, *incendamus*; quemadmodum etiam habet Sexta editio: & Aquila & item Symmachus vertunt, Ἐνέπρησαν πάσας τὰς ἑορτάς, &c. *Incenderunt omnes solemnitates Dei in terra.* Prophetia est verissima. Hæretici enim vt pietatem omnem è fidelium mentibus euellerent, templa incenderunt: sic putauerunt ijs deletis inflammatisque locis, vbi conuentus agebantur piorum hominum, & Catholico more Synaxes incredibili omnium bono celebrabantur, fore vt subitò ipsa quoque religio abiret in fumos, & in eodem busto consenesceret. Non permisit illud Deus, sed adorandâ suâ prouidentiâ effecit, vt ignes illi malitiosè atque impiè excitati, in lucem piæ religionis & commendationem verterent. Quippe illi ipsi dies festi religiosè consecrati in illius honorem tendunt; & sic illius beneficentissimum animum deliniunt, vt cum ipsis hominibus quodammodò festum lætitiæ diem agere videatur.

Hæretici incensis templis conantur Catholicorum festa tollere.

Quale sit festum Dei.

Origenes Homilia 23. in Numeros argutè obseruauit legiferum illum principem Deum, qui leges Hebræis posuit, dies festos appellare *suos*. sic enim effatur: *Quæ offeratis mihi in diebus festis meis.* Vbi Doctor ille singularis: *Habet ergo Deus*, inquit, *dies festos suos? Habet. Est enim ei magna festiuitas hominum salus*, &c. Ibi ostendit pluribus, nos præstabili vitæ ratione atque innocentiâ in fulgentibus illis aulis, vbi Numen opes omnes inexplicabilis suæ bonitatis exponit, illi posse lætitiæ magnam voluptatem & festum creare: æternum enim lætari Patrem, cùm ea quæ beneficâ manu procreauerat renouari atque in pristinum redire splendorem videt: triumphare quoque Filium, quod nonnullum sit operæ pretium illius cruoris, quem hominum causâ fudit: gestire quodammodò Spiritum sanctum liquido gaudio delibutum, vbi plura sibi videt in ijs qui committuntur ad Deum templa præparata. Huius rei non inscientes fuerunt sanctissimi maiores nostri, qui Dei laudi honorique velificantes, dies festos cupidissimè rarâ pietate & singulari animi consolatione traducebant. Festi igitur dies religiosissimè instituti singularem quoque à nobis deuotionem postulant, cùm in ijs pars diuini cultus contineatur, vt Theologi eruditissimi aiunt: vnde illorum vsus iam inde à religionis exordio continuus fuit, & vbique celebratus magno animorum bono & splendore pietatis, nisi quando eum prædo inferorum atque hæretici veræ religionis hostes interturbare voluerunt. Ita pulchrè Cresollius noster in [illegible] sua Anthologia; vbi hoc argumentum doctè fuseque pertractat.

Festi dies ab exordio religionis celebrati.

9. *Iam non est amplius Propheta.*] Ita Deus apud Isaiam magni supplicij loco minatur ablaturum se esse ab Hierusalem *Prophetam, & ariolum, & senem*, hoc est viros, qui à Deo instructi & afflati, diuinas monitiones eloquerentur. Vbi D. Chrysostomus: *Non paruum*, inquit, *est genus hoc indignationis diuinæ, quòd Prophetarum oracula defecerint; quandoquidem & Deus auersatus est Iudaicum populum propter peccata filiorum Heli, obque populi nequitiam defecit Prophetia.* Quo pacto enim stare poterit illa vrbs, in qua ruerit cælestis doctrina, & à qua sermo propheticus, qui totius mundi præsidium esse solet, auferretur? Vnde hic meritò subiungit Dauid: *Et nos non cognoscet ampliùs.* Quasi, vbi primum aliqua Respublica caret Prophetis, à quibus erudiatur, statim à Deo contemni ac deleri existimetur. Hinc colligunt D. Basilius & Theodoretus, multò grauiorem & acerbiorem fuisse Iudæorum captiuitatem per Romanos factam, quàm reliquas superiores per Babylonios aliosque infensissimos hostes editas: in his enim non deerant Prophetæ, qui captiuos erudirent: in illa ne vnus quidem apparebat, cuius oraculis miseri Iudæi regerentur.

Isaie 3, 2.

Defectio Prophetarum magna punitio.

Captiuitas Iudæorum per Romanos grauissima.

11. *Vt quid auertis dexteram tuam de medio sinu tuo in finem?*] In dextera manu egrediente de sinu Dei intelligit Psaltes populum Israëliticum à Deo deficientem, vt mundi bona possideat: id quod Exodi quarto significabatur similiter per manum Moysis egredientem de sinu, & sese extendentem in tantum, vt leprosa fieret. Quo posito, notandum est, quòd Dauid non solùm deploret populum à Dei sinu egressum, sed simul reputet æternam & irremeabilem egressionem illam: quippe ait, *Auertis manum dexteram tuam de medio sinu tuo vsque in finem.* Sed vnde colligit Dauid, quòd egressio illa & separatio populi à Dei sinu vsque in finem erit, æterna erit? Nónne à sinu Moysis extrahebatur manus, & leprosa fiebat, & statim in eumdem reuocabatur sinum, in quo manebat munda? Cur non idem sperabatur in Dei populo egrediente à sinu Dei, quòd statim rediret? Cur magis irreuocabilem putat populum à Dei sinu egredientem, quàm manum egredientem à Moysis sinu? Equidem qui in Dei sinu fuit aliquando, in arctaque mandatorum eius via constitutus, si inde deflectat, vt sæculi terat vias, certissima inueniet mortis pericula; in latrones crudelissimos incurret, à quibus sic spolietur & deturpetur, vt permittatur à Deo in æternum abire exterminium. *Idcircò* (inquit Paschasius lib. 2. in Threnos) *quia de sinu Dei egressa fuit anima, vnà cum Dina, vt videret filias regionis huius sæculi, vulnerata est à diabolo, & in membris eius comperta; iam in furore suo auertit Dominus manum suam, Iudæos videlicet abire permisit in exterminium.* Vix est reuocabilis egressus, qui ab arcta cæli fit via ad vias mundi; vbi quis sinum Dei, id est, angustum cæli iter, relinquit, & spatia quærit laxioris vitæ, vt instar Dinæ cum filiabus regionis huius sæculi lætetur: heu quæ pericula incurret! quot latrones inueniet! quot spoliationes patietur! quot vulnera excipiet! quibus sic nudus & fœdatus appareat,

Quantum malum sit à sinu Dei egredi, & ab eo separari.

Quàm periculosum sit, ab arcta cæli via ad latam sæculi viam transire.

vt

et iratus Deus illum permittat abire in æternum exterminium.

12. *Operatus est salutem in medio terræ.*] Id est, *palam, & in luce hominum*, prout in Paraphrasi & Commentario expositum est. quo fortasse sensu dixit Sunamitis 4. Reg. 4 ver. 13. *In medio populi mei habito.* id est, Non amo tenebras, conspectum hominum non diffugio, in latibulis non viuo; mea omnia aperta sunt & expedita. Sic vtique Christus salutem operatus est in medio terræ, non in tenebris, non in angulis, non in recessibus; sed palàm, in vrbe orbis principe Hierosolyma. Mysticè S. Bernardus Serm. 1. in festo Pentecostes per medium terræ intelligit B. Virginem: *Operabatur*, inquit, *salutem in medio terræ, in vtero videlicet Virginis Mariæ, quæ mirabili proprietate terræ medium appellatur: ad illam enim sicut ad medium, sicut ad arcam Dei, sicut ad rerum causam, sicut ad negotium sæculorum respiciunt & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequentur, & nati natorum, & qui nascentur ab illis: illi qui sunt in cælo, vt resarciantur; & qui in inferno, vt eripiantur; qui præcesserunt, vt Prophetæ fideles inueniantur; qui sequuntur, vt glorificentur.* Et paulò pòst: *Ergo Beatam te dicunt omnes generationes, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cæli, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuisti: in te enim Angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternum: meritò in te respiciunt oculi totius creaturæ; quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotentis quidquid creauerat recreauit.* In medio igitur omnium beatissima Virgo constituitur, vt omnium necessitatibus promptissima patrocinetur: vnde meritò Christus in illa, vtpote in medio constituta, salutem nostram operatus est. Adde quod in medio mundi passus sit, hoc est, in Hierusalem; quæ
.8. ab Ezechiele *vmbilicus terræ* appellatur: in medio quoque duorum latronum cruci affixus fuit: in aëre, id est, inter cælum & terram, mortuus fuit: in medio discipulorum post resurrectionem
2. stetit. Ipse quoque dicit de se: *Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* cui concinit & illud apud Ezechie-
37. lem: *Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus: & scient Gentes, quia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.*

13. *Tu contriuisti capita draconum in aqua.*] Ita etiam S. Augustinus. Monet S. Hieronymus Epist. 135. non debere hìc præponi *in*, quòd in Hebraico non est, licet sit in Græco & Chaldæo textu; poni quoque debere numero plurali aquas, id est nomen ὑδάτων, sicut fecit Aquila, non singulare, vt Septuaginta. Pronomen tamen *tu* sæpiùs repetitum emphasim habet: & id exprimunt duo Psalteria prædicta. Vulgata legit, *Contribulasti capita draconum in aquis:* Symmachus κητῶν, *cetorum*, ponit pro *draconum*.

14. *Tu confregisti caput draconis.*] Vulgata habet numero plurali *capita*. S. Hieronymus ex Hebræo pro *dracone* ponit *Leuiathan*.

IBIDEM. *Dedisti eum escam populis Æthiopum.*] Ad litteram hoc dicit de Pharaone totoque eius exercitu è mari rubro in littus Æthiopicum eiecto. Lyranus alijque interpretes exponunt. q. d. *Cornu eos deuorandos tradidisti.* Pulchrè ad hunc locum S. Augustinus: *Et quomodo*, inquit, *acceperunt isti in escam draconem istum? Puto quia magis Christum acceperunt in escam; sed Christum, quo se consummarent; diabolum, quem consumerent.* Simul enim & diuinissimam escam sumimus, & capita draconis consumimus: non possunt non consumi draconis capita, vbi diuinus cibus incipit sumi. Draconis capita iam pridem cum cibo suo exciuerat antiquus serpens, cum aiebat: *Eritis sicut Dij.* Ibi idololatriam & multorum deorum cultum inseminarat; sed totam hanc vanitatem diuinus & verus cibus consumit, vtpote nociuo illi pristino cibo contrarius. Sumitur cælestis esca, & consumuntur draconis capita, & non est qui vilibus idolis velit adorationem præstare.

ANNOTATIUNES CORDERII.

Dum Christum sumimus draconis capita consumimus.

Gen. 3.

16. *Tuus est dies, & tua est nox.*] Pulchrè hinc & ad instructionem nostram accommodatè infert P. Aluarez de Paz Tomo 3. de Perfectione lib. 1. partis secundæ cap. 4. Laudemus igitur, inquit, te diebus pro Sole isto visibili, & pro innumerabilibus beneficijs, quæ accipimus in die; & laudemus te noctibus pro Luna ista pulcherrima, & pro donis nullo numero comprehensis, quæ accipimus nocte. Omni tempore, nocte videlicet & die, periculis cingimur, & tentationibus aduersariorum impetimur: nocte igitur & die auxilium ad euadendum petamus. Diebus impiorum rixæ & inuidiæ, & proximorum iniuriæ, & alia similia peccata pro vltione clamantia in cælum ascendunt; & noctibus fœtores impudicitiæ & lasciuiæ Dei indignationem prouocare non desinunt. Fundat ergo mater Ecclesia preces diebus ac noctibus, vt flagellum iræ Domini extentum teneat, & peccantibus spiritum compunctionis & veniam obtineat. His alijsque rationibus inducta mater Ecclesia, & à Spiritu sancto docta perpetuò seruauit, vt diebus & noctibus ab aliquibus, qui se diuino cultui consecrarent, preces funderentur; & ille qui non dormitat, neque dormit, semper eius nomine interpellaretur. Plura de hoc argumento vide apud Aluarem de Paz loco suprà citato.

Die noctuque orandum.

IBIDEM. *Tu perfecisti illuminationem & Solem.*] Græcè est, Σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον: quomodo est in plerisque codicibus MS. pro quo Sixtina editio habet, Ἥλιον καὶ σελήνην, *Solem & Lunam*: quomodo est etiam apud Apollinarium & in Psalterio Arabico & Æthiopico: Vulgata, *Fabricatus es auroram & Solem*: S. Hieronymus, *Tu ordinasti luminare & Solem*: Aquila, φωστῆρα καὶ ἥλιον, *luminare & Solem*: Theodotion, φῶς καὶ ἥλιον, *lucem & Solem*.

17. *Tu fecisti omnes terminos terræ.*] Ita etiam Vulgata: S. Hieronymus *Statuisti*: quod valet Hebræum הִצַּבְתָּ *hitsabtha*: quod Aquila & Theodotion reddunt ἐστήσας, *Stabilisti*, veluti columnas: Symmachus, ἔστησας, *Statuisti*. Pro ὅρια autem quidam codices Græci habent ὡραῖα, *Speciosa*.

19. *Ne tradas bestijs animam confitentem tibi.*] Vulgata in plurali ponit *animas confitentes*: S. Augustinus per *bestias* intelligit peccatores, qui propter sceleris infamiam atque sordes in belluarum conditionem similitudinemque demigrant. Quod dicit interpres noster, *Ne tradas bestijs*,

Peccatores bestijs & feris comparati.

ANNOTATIONIS CORDERII.

bestijs, alij vertunt ex Hebræo, *Ne tradas feræ*: Chaldæus habet *bestiam siluestrem*, vt non minorem quamdam belluam, sed agrestem & immanem, hoc est, non quoslibet peccatores intelligamus, sed magnos, quique ad fastigium iam improbitatis venerint; qui vt sunt detestabiliores, sic plus quoque Stygio venatori obijciuntur: in ijs enim affectio illa deprehenditur, quam vocat Aristoteles lib. 7. Ethicorum cap. 1. θηριότητα, *feritatem*, quæ in eos cadit, qui vitio reliquos antecellunt: & definitur ab eodem cap. 6. ὑπερβάλλουσα κακία, *modum superans vitiositas*. Addit alio capite hominem vitiosum μυριοπλάσια, id est *infinitis partibus*, plura illaturum mala quàm feram.

20. *Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatum*.] Locus hic obscurior est propter constructionem, sed in Commentario Græco clarè explicatur. S. Hieronymus vertit, *Respice in pactum tuum, quia repleta sunt tenebris terræ habitationes iniquæ*. id est, vt Hieronymi versionem declarat Treuerus: Quia homines iniqui habitantes in terra repleti sunt tenebris ignorantiæ, propter quas non desistunt ab idolorum cultu. quasi dicat: Nos, licet pauperes, tamen tui sumus, teque colimus, & ad tuum pertinemus testamentum, ideoque tuo digni sumus patrocinio. Symmachus, Ὅτι ἐπλήσθησαν ἐσκοτισμένα γῆς οἰκητήρια ἀδικίας, *Quoniam repletæ sunt tenebrosæ terræ speciebus iniquitatis*. Quasi dicat, Domine talis! quandoquidem terrenorum hominum scelera & peccata auro cooperta fulgent, pulchris & pretiosis obteguntur prætextibus, auerte ab illis oculos, ne forte conciteris ad iram, & noua subuersura orbem spuas diluuia: respice in testamentum tuum, respice in signum fœderis tui, nimirum in sanctam crucem; ibi mundi peccatum visitur omni decore & prætextu nudatum: ibi horroris & fœditatis plenam conspicies similitudinem peccati in Dominica carne, quâ humana obtinebitur salus. Vtinam id cum mortalibus omnibus actum esset, vt ablato auro, palliisque, da horrorisque plena illis proponeretur facies peccati. Pulchrè de Tobia Petrus Damianus Epist 12. *Cæcus*, inquit, *felle piscis ex oblinitur, & protinus cæcitas effugatur; quia cùm amaritudo diabolica versutiæ nostras oculis ostensa proponitur, tenebrarum mox caligo propellitur, & lux interior, quæ velut eclipsim passa est, reformatur*. Nudetur amaritudo & fœditas peccati, & fugies illud. Sed hæc mystica est expositio: cuiusmodi plures affert Lorinus: maximè litteralis est quæ in Commentario superiùs habetur.

Deus inuocatur. Nolenda hominum scelera, pulchra & fucata, ut sapiunt.

23. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*.] Hoc aliqui interpretantur: *Fumus eorum qui te oderunt*. Quid, quæso, superbiæ cum fumo? Nempe sicut fumus ascendendo euanescit, ita & superbus deperit, & difflatur augescendo.

Superbia fumo similis.

IN PSALMVM LXXIV. ARGVMENTVM.

1. In finem, ne corrumpas, Psalmus Cantici Asaph.

Symmachus autem, Triumphalis de incorruptibilitate, *fortè omnibus iustis repositis in fine. Cùm enim prædictionem contineat iusti Dei iudicij, & mercedem operantium iniquitatem, & virtutis operariorum remunerationes exhibeat; meritò etiam inscriptio monet, ne pias cogitationes corrumpamus, sed integras illas vsque ad finem conseruemus, vt hoc modo incorruptionis hereditatem adeamus. Alij igitur censent hunc Psalmum dictum esse ex persona eorum qui in Babylone erant, promittentium se Deum laudaturos, quando diuinam gratiam fuerint consecuti. Alij verò aiunt eum dici ex persona Ezechiæ, & eorum qui cum ipso incruentâ victoriâ potiti gratias agebant pro ijs quæ viderant.*

Piæ cogitationes seruandæ in finem incorruptæ.

α΄. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Ἀσάφ.

Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐπινίκιος περὶ ἀφθαρσίας, ἴσως πᾶσι δικαίοις ἀποκειμένης ἐν τέλει. Ἐπειδὴ γὰρ πρόρρησιν ἔχει δικαίας τοῦ Θεοῦ κρίσεως, καὶ τόν τε τῆς ἀνομίας ἐργατῶν τὸν μισθὸν, καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ἀντίδοσιν· εἰκότως παρακελεύεται καὶ ἡ ἐπιγραφὴ, μὴ διαφθείρειν τοὺς εὐσεβεῖς λογισμοὺς, ἀλλ' ὑγιεῖς μέχρι τέλους φυλάξαντας, ἀφθαρσίας οὕτω κληρονομῆσαι. Εἰρῆσθαι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι, ὑπισχνουμένων ὑμνεῖν, ὅταν τῆς θείας ἀπολαύσωσι χάριτος. Οἱ δὲ ἐκ προσώπου Ἐζεκίου, καὶ τῶν συναπολαυσάντων τῆς ἀναιμάκτου νίκης, εὐχαριστούντων ἐφ' οἷς ἑωράκεσαν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. CONFITEBIMVR tibi Deus: confitebimur * tibi, & inuocabimus nomen tuum.

* Abest à Vulgata.

β΄. ἘΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΕΘΑ σοι ὁ Θεός· ἐξομολογησόμεθά σοι, καὶ ἐπικαλεσόμεθα τὸ ὄνομά σου.

Ἀντὶ

Ἀντὶ τοῦ, εὐχαριστήσομεν ἐπικαλούμενοι. Καὶ καλῶς προσέθηκε τὸ ὄνομά σου. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ Ἀσσύριοι ὠνείδιζον αὐτοὺς, ὡς μάτην πεποιθότας ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ· αὐτό, φησιν, ἐπικαλούμεθα, τὸ ὀνειδιζόμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων ὄνομα. Καὶ ἐπειδὴ εἶδος εὐχαριστίας ἐστὶ τῶν ὑπαρξάντων διήγησις, ἐπάγει·

γʹ. Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου· ὅταν λάβω καιρόν,

Συνήθως γὰρ ἐνήλλακται τὸ σχῆμα καὶ ὁ χρόνος.

Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ.

Τοῦτο ὡς ἐκ προσώπου λέγει τοῦ Θεοῦ, ἀποφαινομένου καὶ δεικνύντος, ὅτι δικαίως κρινεῖ μεταξὺ ἀδικούντων καὶ ἀδικουμένων.

δʹ. Ἐτάκη ἡ γῆ καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ·

Δικαίως, φησί, κρίνων κατέτηξας τὴν γῆν, δηλαδὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ.

Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Στύλοι δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι· κατὰ τὸ εἰρημένον, Στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας.

εʹ. Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι· μὴ παρανομεῖτε· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· μὴ ὑψοῦτε κέρας.

Ἐντεῦθεν εἰσάγει τῶν Ἀποστόλων τὸ πρόσωπον παραινοῦν, τῆς ἀσεβείας τοὺς ἀνθρώπους παύσασθαι.

ϛʹ. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν· καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν.

Μὴ μεγαφρονοῦντες, φησὶν, ἐπὶ τῇ παρούσῃ ὑμῶν δυνάμει τοσοῦτον αὐτὴν μεγάλην νομίσητε, ὡς ἀδεεῖς οἴεσθαι, καὶ τὸ κατὰ Θεοῦ τι εἰπεῖν.

ζʹ. Ὅτι οὔτε ἐξ ἐξόδων, οὔτε ἀπὸ δυσμῶν, οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων·

Διὰ τούτων τὸν παρόντα κόσμον τῆς οἰκουμένης δηλοῖ· ἐξόδους μὲν τὴν ἀνατολὴν, ἀφ' ἧς ὁ ἥλιος ἔξεισι· δυσμὰς δὲ τὴν ἑσπέραν·

Id est, gratias agemus inuocantes. Ac pulchrè apposuit illud *nomen tuum*. Cùm enim Assyrij ipsis exprobrassent, quasi frustrà confisis in nomine Dei; Hoc ipsum, inquit, nomen inuocamus, quod ab hostibus opprobrio affectum fuit. Et quoniam eorum quæ contigerunt commemoratio est quædam species gratitudinis, subiungit:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Excitat se ad gratiarum actionem.

3. * Enarrabo omnia mirabilia tua: cùm accepero tempus,

* *Vulgata* Narrabimus omnia mirabilia

More solito enim figura orationis ac tempus immutata sunt.

Ego iustitias iudicabo.

Hoc quasi ex persona Dei dicit, asserentis ac declarantis, se iustè iudicaturum inter eos qui iniuriam inferunt, & qui iniuriam patiuntur.

Iudicia Dei iusta.

4. Liquefacta est terra, & omnes * inhabitantes in ea:

* *Vulgata* qui habitant

Iusta, inquit, iudicans liquefecisti terram, scilicet Hierosolymam, & eos qui in ea sunt.

Ego confirmaui columnas eius.

DIAPSALMA.

Columnæ autem Hierusalem sunt sancti Apostoli; iuxta quod dictum est, *Columna & firmamentum veritatis.*

Apostoli sunt columnæ. 1. Tim. 3, 15.

5. Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: & delinquentibus: Nolite exaltare cornu.

Hic inducit personam Apostolorum quæ homines moneat, vt ab impietate desistant.

6. Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem,

Ne, inquit, in præsenti vestra potentia superbientes tanti eam feceritis, vt securos vos putetis, & contra Deum quidpiam dicatis.

7. Quia neque ab * exitibus, neque ab Occidente, neque à desertis * montium:

* *Vulgata* Oriente,

* montibus:

Per hæc præsentem orbem terrarum vniuersum designat; *exitum* quidem Orientem, à quo Sol egreditur; *Occidentem* verò vesperum;

PARAPHRASIS ANONYMI

Nemo in toto orbe Deum latet.

montes verò deserta aquilonaria & australia: hæc enim ob glaciei & æstus intemperiem inhabitata sunt. Nolite igitur, inquit, iniquè agere, quoniam nemo in vniuerso terrarum orbe Deum latet, si quod maledictum in ipsum proferat.

ὄρη δὲ ἔρημα τά τε ἀρκτῷα καὶ τὰ νότια· ταῦτα γὰρ διὰ ἀμετρίαν κρύους τε καὶ καύσωνος ἀοίκητά ἐστι. μὴ ἀνομεῖτε τοίνυν, φησὶν, ὅτι οὐδεὶς ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ λανθάνει τὸν Θεὸν, βλασφημεῖν τι λέγων εἰς αὐτόν.

8. Quoniam Deus Iudex est: Hunc humiliat, & hunc exaltat:

9. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto.

η'. Ὅτι ὁ Θεὸς κριτής ἐστι· τοῦτον ταπεινοῖ, καὶ τοῦτον ὑψοῖ· θ'. Ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος.

Deus impios humiliat, & exaltat humiles.

Cùm, inquit, bonus Iudex sit, impios quidem humiliat, sed corde humiles exaltat, tribuens vnicuique secundùm opera eius.

Κριτὴς, φησὶν, ὑπάρχων ἀγαθὸς, ταπεινοῖ μὲν τοὺς ἀσεβεῖς, ὑψοῖ δὲ τοὺς ταπεινοὺς τὴν καρδίαν, διδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Et inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.

Καὶ ἔκλινεν ἐκ τούτου εἰς τοῦτο· πλὴν ὁ τρυγίας αὐτοῦ οὐκ ἐξεκενώθη· πίονται πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ τῆς γῆς.

Et in ipsius, inquit, potestate est, quem vult potare, & quem vult punire. Contra omnes enim delinquentes erectum est tribunal Dei.

Καὶ ἐν αὐτῷ, φησὶν, ἐστὶν ὃν βούλεται ποτίζειν, ὃν θέλει τιμωρεῖσθαι. κατὰ πάντων γὰρ τῶν πλημμελούντων ἤρτηται τοῦ Θεοῦ τὸ κριτήριον.

** Vulgata annunciabo*
** cantabo*

10. Ego autem * gaudebo in sæculum: * psallam Deo Iacob.

ι'. Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα· ψαλῶ τῷ Θεῷ Ἰακώβ.

Ego siquidem assiduè de oblatis donis gaudebo, & hymnis celebrabo Dominum horum largitorem.

Ἐγὼ μὲν γὰρ διηνεκῶς ἐπὶ τοῖς δοθεῖσιν εὐφρανθήσομαι, καὶ ὑμνήσω τὸν ταῦτα παρέχοντα δεσπότην.

11. Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

ια'. Καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω· καὶ ὑψωθήσεται τὰ κέρατα τοῦ δικαίου.

Eius enim virtute omnes insurgentes mihi inimicos vindicabo.

Τῇ γὰρ αὐτοῦ δυνάμει πάντας τοὺς ἐπανισταμένους μοι ἐχθροὺς τιμωρήσομαι.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Confessio est signum gratitudinis.

2. CONFITEBIMVR TIBI DEVS.] Confessionis geminatione gratitudinis intensionem ostendit. Gratias, inquit, agemus inuocantes nomen tuum. Et pulchrè *nomen tuum*, quod inimici exprobrarunt, quasi nos frustrà eo freti fuissemus. ac si diceret, Nomen tuum quod probro affectum fuit. Vel inuocabimus reditum consecuti, & populus tuus appellabimur. Et quia rerum obtentarum enarratio quædam est species gratitudinis, subiungit: *Enarrabo omnia mirabilia tua:* illud autem, *Cùm acce-*

β'. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΕΘΑ ΣΟΙ Ο ΘΕΟΣ.] Τῷ διπλασιασμῷ τῆς ἐξομολογήσεως τὴν ἐπίτασιν ἐμφαίνει τῆς εὐχαριστίας. Εὐχαριστήσομεν, φησὶν, ἐπικαλούμενοι τὸ ὄνομά σου. Καὶ καλῶς τὸ ὄνομά σου, ὃ οἱ ἐχθροὶ ὠνείδιζον, ὡς μάτην πεποιθότων ἡμῶν ἐπ' αὐτῷ. ὡσεὶ ἔλεγε, Τὸ ὄνομά σου τὸ ὀνειδισθέν. Ἢ ἐπικαλεσόμεθα τῆς ἀνόδου τυχόντες, καὶ λαὸς χρηματίσομέν σου. Καὶ ἐπειδὴ εἶδος εὐχαριστίας ἐστὶν ἡ τῶν ὑπαρξάντων διήγησις, ἐπάγει· Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου· τὸ δὲ ὅταν λά-

βω

ῶ καιρόν· ἀντὶ τοῦ, ἐπειδὰν καιρὸν ἔλαβον. Εἶτα τὸ, Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ ἀνεπισημάντως εἰσάγειν πρόσωπα, ὡς ἐπὶ τοῦ λά ψαλμοῦ· καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ, Συνετιῶ σε, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀπροσώπως εἰσῆκται· καὶ ἐπὶ τοῦ β΄, εἰπὼν κατὰ τοῦ κυρίου συνήχθησαν, εὐθὺς ἐπάγει, Διαρρήξωμεν, μὴ εἰπὼν ὅτι, λέγοντες, διαρρήξωμεν. Οὕτω κἀνταῦθα ἀρξάμενος τῆς ἐξομολογήσεως ἀπὸ τῶν τυχόντων τῆς χάριτος, καὶ ἐπαγαγὼν τὸ, Διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου, ὅταν λάβω καιρόν. τουτέστιν, ὅταν σχολῆς δράξωμαι, ἀπαλλαγεὶς τῶν περιεχόντων με. ἐπάγει τὴν τοῦ Θεοῦ φωνήν, μηδὲν ὑποφήνας ὡς τοῦ Θεοῦ εἴη ὁ λόγος τὸ, Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ. Ποίου γὰρ ἀνθρώπου δύναιτ' ἂν εἶναι ἐπαγγελία τοῦτο, εἰ μὴ μόνου Θεοῦ; ὅθεν καὶ ἐπάγει μόνου Θεοῦ ἀξίαν φωνήν, τὸ Ἐτάκη ἡ γῆ· καὶ τὸ, Ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς. μόνον γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς τὸ, Ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ· καὶ ἐτάκη ἡ γῆ. τουτέστιν· οἱ τὴν γῆν κατοικοῦντες ἐν ἀδικίᾳ, ἀκούσαντες ὡς εὐθύτητας ἐπαγγέλλομαι κρίνειν, ἐτάκησαν. Ἴδιον γὰρ τῶν πονηρὰ ἑαυτοῖς συνειδότων, κρίσεως προσδοκωμένης τήκεσθαι. Ἐτάκη ἡ γῆ, ἀπὸ ταύτης τῆς ἐπαγγελίας τὸν δεσπότην ἐπιγνοῦσα. Ἐγώ εἰμι, φησίν, ὁ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ὡς ἐπὶ στύλους ἱδρύσας· διὸ καὶ συμβουλεύω τοῖς παρανομοῦσι, μὴ καταπαίρεσθαι τῶν ταπεινῶν, μηδὲ κατὰ Θεοῦ λαλεῖν ἀδικίαν, ὡς οὐκ ἐκζητήσοντος τὰ παρανομηθέντα ὑφ' αὐτῶν συντελούμενα. τὸ μέντοι κατοικεῖν τὴν γῆν ἐπὶ ψόγου, ὡς τὸ παροικεῖν ἐπὶ ἐπαίνου. Κατοικοῦσι γὰρ, ἐκ τοῦ φρονεῖν τὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ τῆς σαρκὸς ἔργα ποιεῖν. Οὕτως εἶχον παχύτητας καὶ οἱ τὸ στέαρ αὐτῶν συγκλείσαντες· καὶ περὶ ὧν εἴρηται, Ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. τουτέστιν, ἡ ἐκ κακίας προσγινομένη παχύτης.

ΑΛΛΩΣ. Ὁ δὲ Ἀκύλας· Ὅταν λάβω
-ὴ τὴν συναγωγήν. οἷον, ὅταν ἐπανέλθω-
-ὶ τὸν ναόν σου ἀπολαβώμεθα, τότε ἐ-
-νήσομεν. Νῦν γὰρ πῶς ᾄσομεν τὴν
ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας; Εἶτα εἰσάγει
λεγόμενον· ὡς δικάσω ἀνὰ-
καὶ Βαβυλωνίους, ἐπεὶ πάσης
-ς τῶν ἐν αὐτῇ καὶ δικαστὴς
-ων, προλέγω μὴ παρα-

pero tempus; id est, Postquam tempus accepi. Deinde istud, *Ego iustitias iudicabo*, dixit ex persona Dei. Vsitatum enim Scripturæ sine annotatione personas introducere, vt in Psalmo trigesimo primo: nam etiam ibi istud, *Intellectum dabo tibi*, cùm ex persona Dei dicatur, impersonaliter introductum est: & in Psalmo secundo, cùm dixisset, *Conuenerunt aduersus Dominum*, statim subiungit, *Dirumpamus*, non addens v. g. *dicentes, Dirumpamus*. Sic etiam hoc loco inchoans confessionem ab ijs quæ gratiæ accidunt, & subiungens illud, *Enarrabo omnia mirabilia tua, cùm accepero tempus*. id est, Quando otium nactus fuero, liberatus à circumdantibus me. Subiungit Dei vocem, nihil subindicans quòd Dei sermo esset illud, *Ego iustitias iudicabo*. Cuius enim hominis ista posset esse promissio, nisi solius Dei? Vnde subdit etiam vocem solo Deo dignam, scilicet, *Liquefacta est terra*; & istud, *Ego confirmaui columnas eius*. Deus enim tantùm illud dixerat, *Ego iustitias iudicabo: & liquefacta est terra*. Id est: Illi qui terram inhabitant in iniustitia, cùm audirent quòd dicat iustitias iudicare, liquefacti sunt, seu contabuerunt. Proprium enim est eorum qui sibi malè conscij sunt, vt contabescant, dum iudicium expectant. *Liquefacta est terra*, ex hac promissione Dominum cognoscens. Ego, inquit, sum, qui ab initio ipsam quasi supra columnas fundaui; quapropter etiam consulo delinquentibus, ne configant humiles, neq; contra Deum loquantur iniquitatem, ac si minimè requisiturus esset ea quæ ab ipsis iniquè gesta sunt. Istud nempe *inhabitare terram* vitio datur, sicut eamdem *accolere* laudi tribuitur. Inhabitant enim, ex eò quòd terrena sapiant, & opera carnis faciant. Sic habebant pinguedinem etiam hi qui adipem suum concluserant; & de quibus dictum est, *Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum*. id est, pinguedo quæ ex malitia est acquisita.

COMMENTARIVS HERACLEOTA.
Psal. 31, 8.
Psal. 2, 2.
Improbi ad iudicium Dei contabescunt.
Impij inhabitant, iusti accolunt terram.
Psal. 16, 10.
Psal. 72, 7.

ALITER. Aquila autem ait: *Cùm accepero synagogam*. q. d. Cùm reuersi fuerimus, & templum tuum receperimus, tunc legitimè hymnos canemus. Nunc enim *quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Psal. 136, 4.
Deinde introducit Deum dicentē: Quàm op- Deus præmonet delinquentes antequam puniat.
-nter ipsos & Babylonios, cùm Dominus sim vniuersæ terræ, & om-
-& cùm Iudex sim, abstinēs à supplicio irrogando, præmoneo ne ini-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

què agant, vt seruati pœnam euadant, neque in posterum amplius iniquitatem faciant, neque in illa tamquam in bono aliquo glorientur; scilicet ne ceruicem erigant sicut siluestres tauri; neque dicant, Ecce in Deum tendit: neque linguam arment contra illum quem nil latere potest. vnde subdit:

7. QVIA NEQVE AB EXITIBVS.]

Exitus siue egressiones vocat Solis ortum siue Orientem, sicut & alibi, *A summo cælo egressio eius*; deserta verò australia & borealia mundi climata; cùm hæc quidem propter frigus, illa verò propter calorem deserta sint. Ait itaque: Cessate à blasphemando, quoniam Deus non est acceptor personarum, sed Iudex potens, ac istiusmodi, qualis nullus visus sit in terra climatum tam habitatorum quàm inhabitatorum. siue ac si dicat: Nil ipsum latet eorum quæ vllibi vel dicuntur vel aguntur. Quomodo enim Iudicem vniuersorum latere quid posset? Quare cùm tam iustitiâ quàm potentiâ supra hominem existat, hunc humiliat (scilicet iniquum) & hunc exaltat (scilicet iustum.) Calici autem ac vino comparat iudicium: vino quidem mero, quia vinum inebriat, & aberrare facit, eos præsertim qui purum biberunt; sicut etiam videre licet accidere ijs qui diuini iudicij pœnas experiuntur. Mistum autem dixit periculi illationem. Non enim iudicium (siquidem cùm illud merum appellarit, inconsiderati esset illud rursus mistum nuncupare) sed periculi siue supplicij irrogationem, & recipientis susceptionem sic vocat: sicut etiam in calice miscuit, id quod per calicem præbuit. Quin etiam ex communi vsu dicimus miscuit, seu propinauit, pro dedit mihi potum. Istud verò, *Inclinauit ex hoc in hoc, & fæx eius non est exinanita*, designat supplicia secundùm merita irrogari, & peccatorum pœnas minimè deficere, sed has maximè graues ac molestas accidere instar fæcis; vtpote cùm ob excessum malitiæ non cognoscant se iustè puniri.

ALITER. Calicem vini supplicium ac mortem vocat, vt in isto, *Potestis bibere calicem?* &, *Transeat à me calix iste*, id est mors. Verumtamen calix iste inclinatur, eò quòd frequenter is qui supplicio dignus erat, propter mala quæ fecerat, ex pœnitentiâ iustifi-

Psal. 18,7.

Omnia mundi climata Dei iudicio subiecta sunt.

Iudicium Dei vino mero comparatur.

Supplicia secundùm merita irrogantur.

Calix pro morte sumitur. Matth. 20, 22. & 26, 39.

ποιεῖν, ὡς [illegible] φυλαξάμενοι μὴ [illegible] μηδὲ [illegible] ἐπὶ τούτῳ [illegible] ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τινι [illegible] ὑψαυχενεῖν [illegible] τοὺς ἀγριωθέντας τῶν ταύρων· μηδὲ φθέγξασθαι [illegible], ὅτι εἰς θεὸν τείνει· μηδὲ κατ' ἐκείνου [illegible] γλῶτταν ὁπλίζειν, ὃν οὐδὲν λαθεῖν δύναται. ὅθεν ἐπάγει·

ζ. ΟΤΙ ΟΥΤΕ ΑΠΟ ΕΞΟΔΩΝ.]

Ἐξόδους μὲν [illegible] τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου φάσκων, καθὰ καὶ ἀλλαχοῦ, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ· ἔρημα δὲ ὄρη τὰ νότια καὶ βόρεια [illegible] τὰ μὲν διὰ ψῦχος, τὰ δὲ διὰ θέρμην ἔρημα ὄντα. λέγει οὖν [illegible] παύσασθε βλασφημοῦντες, ὁ γὰρ θεὸς ἀπροσωπόληπτός ἐστι, καὶ δυνατὸς κριτὴς, καὶ τοιοῦτος, οἷος οὐδεὶς ἂν φανείη τῶν τῆς γῆς κλιμάτων [illegible] τῶν οἰκουμένων [illegible] ἀοικήτων. ἢ ἀντὶ τοῦ· Οὐδὲν λανθάνει αὐτὸν [illegible] λεγομένων ἢ πραττομένων. Πῶς γὰρ ἂν λάθοι τι τὸν τῶν ἁπάντων κριτήν; διόπερ [illegible] ἄνθρωπον ὑπάρχων καὶ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ δυνάμει, τοῦτον ταπεινοῖ (τὸν ἄδικον δηλαδὴ) καὶ τοῦτον ὑψοῖ (τὸν δίκαιον.) Ποτηρίῳ δὲ καὶ οἴνῳ τὴν κρίσιν παραβάλλει· οἴνῳ μὲν ἀκράτῳ, ὅτι ὁ οἶνος ἐκμεθύσκει, καὶ σφάλλεσθαι ποιεῖ, τοὺς πεπωκότας τὸν ἄκρατον μάλιστα· ὥσπερ καὶ τοὺς τῆς ἀπὸ [illegible] κρίσεως τιμωρίας δεχομένους πάσχοντας ἔστιν ἰδεῖν. Κέρασμα δὲ εἶπε τὴν [illegible] τοῦ κινδύνου. Οὐ γὰρ τὴν κρίσιν (ταύτην γὰρ ἄκρατον εἰπόντα [illegible], πάλιν εἰπεῖν κεκερασμένον) ἀλλὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ κινδύνου, καὶ τὴν ὑποδοχὴν τοῦ λαμβάνοντος [illegible] καθὸ καὶ ἐκέρασεν εἰς κεράτιον, ὃ διὰ [illegible] ἐπέδωκεν. Ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς συνηθείας φαμὲν ἐκέρασεν, ἀντὶ τοῦ ἐπέδωκε πόμα. Τὸ δὲ, ἀπὸ τούτου εἰς τοῦτο [illegible] καὶ μὴν τὸν τρυγίαν αὐτοῦ [illegible], σημαίνει τὸ κατ' ἀξίαν τὰς τιμωρίας ἐπάγεσθαι, καὶ [illegible] τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ποι[illegible] ἀλλὰ μάλιστα καὶ βαρυτέρως [illegible] τρυγὸς εἶναι, ὡς ἂν [illegible] διὰ τὴν ὑπερβολὴν [illegible] μὴ ἐπιγινώσκοντας ὡς ἐνδίκως κολάζονται.

ἌΛΛΩΣ. Ποτήριον οἴνου τὴν τιμωρίαν καλεῖ καὶ τὸν θάνατον, ὡς ἐπὶ τοῦ, Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον; καὶ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἀντὶ τοῦ ὁ θάνατος. Ἀ[illegible] τοῦτο τὸ ποτήριον κλίνεται, τῷ πολλάκις τὸν κολάσεως ἄξιον, δι' ἃ ἐποίησε κακά, ἐκ μετανοίας [illegible]

ἐφαίνετο· καὶ τοὐναντίον τὸν δόξαντα ἀγαθὸν, μεταπίπτειν. Ἄκρατον δὲ τὸ αὐτὸ καὶ κεκερασμένον. ὅτι κέκρασμα μὲν καλεῖ τὸ πλῆρες, ἄκρατον δὲ τὸ αὐστηρὸν τῆς τιμωρίας. ἐν χειρὶ δὲ, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς τιμωρίας· ὅτε γὰρ βούλεται, μετάγει αὐτούς. Εἰπὼν δὲ, ὅτι ποτίζει οὓς βούλεται, ἐπιφέρει, ὅτι καὶ ἀκένωτόν ἐστι τὸ τῆς τιμωρίας ποτήριον· οὐ γὰρ ἐκκενοῦται πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ποτιζομένων, ἀλλὰ μένει πλῆρες καὶ μετὰ τὴν ἐκκένωσιν· καὶ πάντας ποτίσαν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, ἐπιμένει ἀνέκλειπτον. Ἢ περὶ τῶν τοῦ βίου λέγει μεταβολῶν, ὅτι γνώμῃ Θεοῦ καὶ κρίσει γίνονται. Νῦν μὲν γάρ, φησιν, ἡμῖν τὸ τῶν συμφορῶν ἐκέρασε πόμα· μετ' οὐ πολὺ δὲ Βαβυλωνίους τοὺς ἀχθέντας κακῶς αὐτὴν ποτίσει τὴν ὑποσταθμην, ἤτοι τιμωρίαν χαλεπωτέραν ἐπάξει· δι' ὧν διδάσκει ὁ λόγος, δίκην ἰατροῦ, τοῖς δεομένοις, οἷς πικρὰς ἀντιδότους τὸν Θεὸν ἐπάγειν τὰς κολάσεις. Ἐπιδίδωσι δὲ τὸ κατ' ἀξίαν, ἀναλόγως κιρνῶν ταῖς ἑκάστου πράξεσιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἔκλινεν ὁ Σύμμαχος, ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ, ἡρμήνευσε· τὴν δὲ τρύγα ὥστε πίνειν τοὺς ἁμαρτωλούς. Οὐκέτι γὰρ κέραμα, ἀλλὰ τὸ ἔσχατον κακὸν ἡ τρὺξ καὶ ὄλεθρον, ᾧ τοὺς μεγάλα ἡμαρτηκότας ποτίζεται. διὸ καὶ κατὰ Σύμμαχον, πλὴν τὰς τρύγας αὐτοῦ ἐκστραγγιοῦσι, πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς.

ΑΛΛΩΣ. Ὀργὴ, κατὰ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων, ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου προσηγορευμένη, καὶ κόνδυ πλεῖστον ἐκπινόμενον. Εἰ καὶ ὑφαιρεῖταί τι τῆς ἀξίας, καὶ τὸ τῆς ὀργῆς ἄκρατον φιλανθρωπίᾳ κίρνησιν, ἀποτηρεῖ δὲ ὅμως τρύγας, τὸ τῆς ὀργῆς ἔσχατον, ἵν' ὅλον κεράσῃ τοῖς μὴ θεραπευομένοις ἐκ τῆς χρηστότητος· κεράννυται γὰρ φιλανθρωπία πρὸς μεταμέλειαν τῶν χαιρόντων τοῖς ἁμαρτήμασιν. Ἔκλινε δὲ τὴν φιλανθρωπίαν δηλονότι εἰς τὴν χρεωστουμένην τοῖς πταίσμασι τιμωρίαν. Ἀλλ' ἵνα μὴ ῥᾳθυμίᾳ τῆς δίκης λήθην λάβωμεν, ὁ τρυγίας, φησὶν, οὐκ ἐξεκενώθη. καὶ οἱ τέλεον καταφρονοῦντες, εἰς ὕστερον δίκην οὐ λήσουσιν.

ι. ΕΓΩ ΔΕ ΑΓΑΛΛΙΑΣΟΜΑΙ.] Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπολαύσουσι, φησὶ, τῆς τιμωρίας· ἐγὼ δὲ ἐν εὐφροσύνῃ ἔσομαι ὑπὸ τοιούτῳ Θεῷ τεταγμένος, καὶ οἰκειούμενος, καὶ αἰνέσω αὐτὸν διὰ παντὸς, καὶ διὰ τῆς ὑμνῳδίας πάσης δυναστείας περιγενήσομαι· ὥστε τὴν ἡμετέραν ἰσχὺν

cetur; & è contra is qui bonus apparebat, postcà relabatur. Idem autem est merum & mistum. Quia mistum quidem vocat plenitudinem, merum verò supplicij austeritatem. In manu autem est, propter supplicij promptitudinem: cùm enim voluerit illud infligit. Ceterùm cùm dixisset, quòd potet quos vult, subiungit, calicem supplicij minimè euacuari: siquidem non euacuatur propter multitudinem eorum qui potantur, sed plenum manet etiam post exinanitionem; & cùm omnes peccatores potauerit, manet indeficiens. Vel hoc ait de vitæ huius vicissitudinibus, quòd nimirum ex Dei sententia atque iudicio fiant. Nam nunc quidem, inquit, ærumnarum nobis poculum miscuit; verùm non multò pòst Babylonios malè affectos ipsâ fæce potabit, siue grauiorem ipsis pœnam infliget: per quæ docet hic sermo, Deum instar Medici, ijs quibus opus est, quasi amaras quasdam potiones, supplicia irrogare. Infligit autem illa cuiusque actionibus, secundùm meritum admiscens. Pro *inclinauit* autem Symmachus, *vt trahant de eo*, interpretatus est; ita tamen vt fæcem ebibant peccatores. Fæx enim non ampliùs mistum, sed extremum malum & exitium est, quo potantur magni peccatores. Idcircò secundùm Symmachum, *Verumtamen fæces eius epotabunt, bibentes omnes impij terræ.*

COMMINTABIVS HERACLEOTA.

Calix supplicij diuini non exanitur.

Per fæcem maximum supplicium designatur.

ALITER. Ira, pro ratione peccatorum, calix in manu Domini appellata est, & poculum lapsus quod ebibitur. Et si quid meritò subtrahatur, atque iræ merum clementia propinet, simul tamen fæces, id est iræ nouissimum, reseruat, vt totum misceat eis qui benignitate curati non fuerint: attemperatur enim clementiâ pœnitentiæ illorum qui peccatis gaudent. Inclinauit autem scilicet clementiam ad debitum delictis supplicium. Sed ne præ socordia pœnæ obliuionem capiamus, Fæx, inquit, non est exinanita. Et qui penitus contemnunt, postmodum supplicij non obliuiscentur.

Ira Dei calici comparata.

10. EGO AVTEM GAVDEBO.] Atque illi quidem, inquit, supplicio afficientur; ego verò in lætitia ero sub tali Deo constitutus, eique familiaris redditus, & laudabo ipsum semper, & per hymnodiam omnem potestatem superabo; ita vt nostra fortitudo

Insti gaudent, dum impij puniuntur.

CATENA PATRVM.

semper maxima futura sit, propter Dominum hoc ita volentem. Iustos autem ipsos appellauit comparatione Assyriorum aut Babyloniorum.

ALITER. Illi quidem Babylonij nostris malis insultarunt; nos verò, cùm viderimus vltionem, benefactorem nostrum grato animo celebrabimus, qui dedit fortitudinem vires eorum elidendi; & aduersarios hostes expugnabo, & cornu meum, id est pia cogitatio, exaltabitur. Pluraliter autem dixit peccatores, quia malitiæ sibi mutuo non sunt connexæ, quemadmodum virtutes, quæ se inuicem consequuntur, quia in medio consistunt. vnde multi iusti, cùm vnam vniuersim habeant virtutem, quæ iustitia nominatur, vnus quidam iustus existunt.

διὰ μεγίστην ... διαπόλεμον. ... εἶναι, ἀλλὰ τὸν ... βουλόμενον. Δικαίους δὲ ἐκάλεσεν αὐτοὺς ἐν συγκρίσει τῶν Ἀσσυρίων ἢ τῶν Βαβυλωνίων.

ΑΛΛΩΣ. Ἐκεῖνοι μὲν οἱ Βαβυλώνιοι τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἐνεπαίδαξαν· ἡμεῖς δὲ, τὴν ἐκδίκησιν ὁρῶντες, τὸν εὐεργέτην εὐχαρίστως ὑμνήσομεν, τὸν δεδωκότα ἰσχὺν τὴν ... θραῦσαι ἰσχύν· καὶ τοὺς ἀντικειμένους ἐχθροὺς ... καὶ τὸ ἐμὸν κέρας, ἤτοι τὸ ... φρόνημα, ὑψωθήσεται. πληθυντικῶς δὲ εἶπεν ἁμαρτωλοί· τῷ μὴ συνυπάρχειν ἀλλήλαις τὰς κακίας, ὡς τὰς ἀρετὰς, ἀντακολουθούσας ἀλλήλαις, διὰ τὸ εἶναι μεσότητας. ὅθεν οἱ πολλοὶ δίκαιοι, τὴν καθόλου ἔχοντες ἀρετὴν, δικαιοσύνην λεγομένην, εἷς ὑπάρχουσι δίκαιος.

CATENA PATRVM.

Argumentum Psalmi.

ATHANASII. In hoc Psalmo introducitur persona Apostolorum, quæ homines moneat, vt ab impietate desistant, proponens ipsis terribile illud ac diuinum tribunal.

THEODORI. Prædicit in hoc Psalmo victoriam, quam Ezechias de Assyrijs reportauit, quasi ex communi omnium persona gratias referens pro ijs quæ contigerant.

EVSEBII. Differit de incorruptione quæ sanctis in futuro fine reposita est: de quo Paulus ait, *Deinde finis; cùm tradiderit Regnum Deo & Patri,* &c. Tunc enim incorruptione perfruuntur, qui bonum certamen vicerint. Idcircò sub finem Psalmi ait, *Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabitur cornu iusti.* Quare etiam Psalmus & canticum appellatur. Ex persona verò iustorum exordium sumens dixit:

1. Cor. 15. 24.

2. CONFITEBIMVR TIBI DEVS.]

THEODORI. Gratias agimus tibi pro ijs quæ contigerunt. Geminatione autem more solito gratitudinis intensionem ostendit.

THEODORETI. Cùm autem impij etiam puniendi sint, inscriptio monet, ne perdamus pias cogitationes spe incorruptionis.

Confessio plurimis competit quam enarratio mirabilium Dei.

HESYCHII. Aduerte clarè, quòd confessio quidem plurimorum sit, enarratio verò

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὸ πρόσωπον τῶν Ἀποστόλων εἰσφέρεται, ὁδηγοῦν τοὺς ἀνθρώπους, τῆς ἀσεβείας παύσασθαι, προτιθὲν αὐτοῖς τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ θεῖον δικαστήριον.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὴν κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου νίκην γενομένην ἐν τούτῳ προφητεύει τῷ ψαλμῷ, ὡς ἐκ προσώπου κοινοῦ πάντων τὴν εὐχαριστίαν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἀναφέρων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Περὶ τῆς ἀποκειμένης τοῖς ἁγίοις ἀφθαρσίας ἐν τῷ μέλλοντι τέλει διαλαμβάνει· περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος, Εἶτα τὸ τέλος· ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ τὰ ἑξῆς. Τότε γὰρ ἀφθαρσίας τεύξονται οἱ τὸν καλὸν ἀγῶνα νικήσαντες. Διὸ πρὸς τῷ τέλει φησὶ τοῦ ψαλμοῦ, καὶ πάντα τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω· καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τοῦ δικαίου. διὸ καὶ ψαλμὸς καὶ ᾠδή. ἐκ προσώπου δὲ δικαίων ἀρχόμενος εἶπε·

β. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΜΕΘΑ ΣΟΙ ΘΕΟΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εὐχαριστοῦμέν σοι ὑπὲρ τῶν γεγενημένων. τῷ δὲ διπλασιασμῷ συνήθως τὴν ἐπίτασιν τῆς εὐχαριστίας δείκνυσι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ τῶν ἀσεβῶν μελλόντων κολάζεσθαι, διδάσκει ἡ ἐπιγραφὴ τοὺς εὐσεβεῖς λογισμοὺς μὴ διαφθείρειν τῇ τῆς ἀφθαρσίας ἐλπίδι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πρόσχες σαφῶς, ὅτι τὸ μὲν ἐξομολογήσασθαι πολλῶν, τὸ δὲ διηγήσασθαι τῶν τοῦ Θεοῦ ...

θαυμάσια, ἑνὸς ἐκ πολλῶν, ἢ ἐξομολογουμένη καὶ ἐπικαλουμένη· διὸ πληθυντικῶς μὲν προσώπῳ τὰ πρότερα. Πλὴν ἀλλὰ καὶ διπλῆν ἐξομολόγησιν τῷ Θεῷ προσφέρειν οἱ μέλλοντες, αὐτὸν ἐπικαλεῖσθαι χρῄζομεν· τὴν μὲν τοῖς λόγοις, τὴν δὲ τοῖς ἔργοις· λόγοις μὲν ἐν προσευχῇ, ἔργοις δὲ ἀναχωροῦντες ἐκείνων, ἐφ' οἷς ἐξομολογεῖσθαι καὶ μεταμελεῖσθαι λέγομεν. Οὕτω γὰρ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὡς καθαρθέντων, τὴν ἐπίκλησιν δέχεται. Ἐπιτρέπει δὲ καὶ διηγεῖσθαι τὰ οἰκεῖα θαυμάσια, ὅσα ταῖς γραφαῖς ταῖς θεοπνεύστοις ἐμφέρεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τῆς δὲ φθορᾶς, ἤτοι διαφθορᾶς, πολλάκις ἐν τῇ γραφῇ δηλούσης τὴν ἁμαρτίαν, τὴν ἀρετὴν ἡ ἀφθαρσία σημαίνει· ἡ χάρις γάρ, φησι, μετὰ τῶν ἀγαπώντων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. Καὶ ἐπεὶ τὸν ἀρξάμενον ἔργου ἀγαθοῦ δεῖ τοῦτο πρὸς τὸ τέλος ἐνέγκαι, μὴ διαφθείρῃς μέχρι τούτου, φησὶν, ἕως ὃ φυγὼν τὴν φθορὰν ἐν ἀφθαρσίᾳ γένῃ. διὸ συμπληρωθέντος αὐτοῦ ψαλμὸς ᾠδῆς ἀναγέγραπται. Φθάσαντες οὖν, ἐπ' αὐτοῦ ἐξομολογοῦνται τῷ τῶν κατορθωμάτων αἰτίῳ Θεῷ. Οἱ δὲ μήπω τέλειοι, ἐξομολογοῦνται μὲν περὶ ὧν ἔχουσιν, ἐπικαλοῦνται δὲ τῶν λειπομένων τυχεῖν. οἱ δὲ τέλειοι περὶ πάντων ἐξομολογούμενοι, περὶ φυλακῆς αὐτῶν ἐπικαλοῦνται βεβαίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δυνάμεται δὲ ὁ λόγος διδασκαλικὸς εἶναι τῶν ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ τὴν ἐσχάτην πτῶσιν ἀποκλαυσαμένων τῆς Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐπεὶ διττὴ ἡ ἐξομολόγησις· τὴν μὲν ἐφ' οἷς ἥμαρτον· τὴν δὲ ἐφ' οἷς πεπόνθασι λέγουσιν, εὐχαριστοῦντες κυρίῳ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ἀπὸ τοῦ σοῦ ὀνόματος, φησὶ, καλέσομεν ἑαυτούς. ἀντὶ τοῦ, δεσπότην σε ὁμολογήσομεν, εὐεργέτην, προστάτην, εἰκότως ἀφ' ὧν ἀπηλαύσαμεν τὸ ὠφέλημον παιδευόμενοι. Ἴδιον γὰρ τῶν ἀνθρώπων, τὸ ἀπ' ἐκείνων καλεῖσθαι τῶν δεσποζόντων ἢ εὐεργετούντων. οἷον ὅταν λέγωμεν, ὁ τοῦ δεῖνος εἴτε δοῦλος, εἴτε οἰκεῖος, εἴθ' ὅτι δήποτε τοιοῦτον.

γ'. ΔΙΗΓΗΣΟΜΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΘΑΥΜΑΣΙΑ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διηγεῖσθαι τοῦ Θεοῦ τὰ θαυμάσια ὑπισχνεῖται ὁ Ἀποστολικὸς χορὸς, τῶν δεινῶν ἀπαλλαγείς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐνταῦθα ἑνικῶς εἶπεν,

mirabilium Dei, vnius fuerit è multis, confitentis atque inuocantis; quare priora quidem in persona plurali posuit. Verumtamen duplicem etiam confessionem Deo oblaturi, ipsum inuocare debemus; vnam quidem verbis, alteram verò operibus exhibentes: verbis quidem in oratione, operibus verò ab ijs recedentes, pro quibus confiteri ac pœnitere nos dicimus. Sic enim Deus nostram, vtpote mundorum, inuocationem admittit. Ceterùm monet quoque vt enarremus propria mirabilia, quæ in Scripturis diuinitus inspiratis continentur. *CATENA PATRVM.*

DIDYMI. Cùm autem perditio, siue corruptio, frequenter in Scriptura significet peccatum, incorruptio virtutem designat: *Gratia* enim, inquit, *cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione.* Et cùm bonum opus inchoantem oporteat illud ad finem perducere, Ne hoc corrumpas, inquit, vsque dum effugiens corruptionem, extiteris in incorruptione. Idcircò hoc completo Psalmus cantici inscriptus est. Qui igitur huc pertingunt, hi Deo bonorum operum auctori confitentur. Qui autem nondum perfecti sunt, confitentur quidem pro ijs quæ habuerunt, inuocant vt consequantur ea quæ desunt. Perfecti verò pro omnibus confitentes, pro firma custodia eorum inuocant. *Corruptio peccatum, incorruptio virtutem designat. Eph. c. 6, 24.*

EVSEBII. Potest autem hic sermo doctrinalis esse eorum qui in præcedenti Psalmo extremum Hierosolymæ casum deplorarunt: & cùm duplex sit confessio; vnam quidem proferunt pro ijs quæ peccarunt; alteram verò verò pro ijs quæ passi sunt, gratias agentes Domino. *Confessio duplex est.*

THEODORI. Et ex nomine tuo, inquit, nos ipsos appellabimus. id est, Te Dominum confitebimur, benefactorem, præsidem, ab ijs quæ consecuti sumus vtilitatem edocti. Proprium enim hominum, vt à suis dominis aut benefactoribus appellentur. v. g. dum dicimus, Hic illius est siue seruus, siue domesticus ac familiaris, siue quid illiusmodi.

3. ENARRABO OMNIA MIRABILIA TVA.] ATHANASII. Promittit Apostolicus chorus se mirabilia Dei narraturum, cùm à persequentibus fuerit liberatus.

THEODORI. Hic singulariter dixit,

Non

CATENA PATRVM.

Non enarrabimus omnia mirabilia tua, sed Enarrabo. Non aliud quid volens dicere, quàm quòd vnusquisque dicat id quod communi omnium voce fit. Nactus igitur otium & opportunitatem, & ab insultu hostium liberatus, hoc mihi negotium proponam, vt eorum quæ facta sunt magnitudinem enarrem. Hoc ipsum autem gratiarum actionem vocat. Gratitudo enim in Deum est, confiteri beneficium, gratias commemorando. quale est & illud in Psalmo nono: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.* Qualia igitur mirabilia enarrat? *Ego iustitias iudicabo.* Hæc sunt, quòd promiseris iustitias iudicare, quasi Deo hoc dicente ac promittente. Plurimis enim locis ostensum est, quòd pro opere sermonem ac promissionem acceperit. Non oportet autem mirari, quòd non dixerit, Enarrabo mirabilia tua, cùm accepero tempus. Proprium enim ipsius, vt ex consequenti referat ea quæ ab aliquibus dicta sunt, & non addat verbum *aiens*, vel *dicens*, aut quid simile. Atque hoc frequenter quis reperiet in Psalmis, si quærat, vt in Psalmo centesimo decimo nono, *Ad Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me*: & non adiungens verbum *dicens* subiunxit, *Domine libera animam meam*, per reticentiam ex consequenti significans istud *dicens*: & clariùs in secundo Psalmo, *Adstiterunt* enim, inquit, *Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum.* Nunc autem relinquens verbum *dicentes* vsus est vbique propriâ consequentiâ. Atque omnino hoc plurimis locis reperire liceat. Sed hæc sufficiat proposuisse in testimonium eius quod à nobis dictum. In ipsa deinceps interpretatione sæpè dicta phrasis occurrit: legentium vtique erit meminisse semper subauditionis seu adsignificationis.

Gratitudinis est accepta beneficia commemorare.

Psal. 9, 1.

Frequens est in Scriptura mutatio personæ loquentis sine vllo illius indicio.

Psal. 119, 1.

Psal. 2, 2.

2. NOTVS IN IVDÆA DEVS.] Istud, *Notus in Iudæa*. id est, Manifestauit seipsum Iudææ ex prouidentia, quam exhibuit, quando ex tot Assyrijs ipsam oppugnantibus mirabiliter eam seruauit (dicit autem Hierosolymam:) Manifestum, inquit, factum est, ipsum Iudææ valdè magnam curam gerere: & magnificatus est magna patrans. Idem autem sunt Iudæa & Israël, vel quia Iudas quidem duæ Tribus, Israël verò decem. Diuisit autem, quòd quidem in Iudæa notus sit, in Israël verò magnum nomen eius. Vult significare, quòd in terra Iuda & in Israël seipsum manifestauerit; sed ibi quidem prouidentiam exhibens, hic verò supplicium infligens. Vel notus in Iudæa, quia ibi religionis cultum circumscripsit, & locum eius Sionem designauit, vt ibidem habitaret, & appareret. Si autem, secundùm Paulum, non in manifesto Iudæus sit, accipitur Israël de mente quæ Deum videt, perspicaci nimirum & perita, in qua etiam magnum nomen eius: nam ille quidem audiuit illud, *Væ genti peccatrici*; hic verò, Ab Oriente vsque ad Occidentem laudatum est nomen meum in Gentibus. Si autem in pace sit locus eius, quomodo Iudæa sæpenumerò vastata fuit? Itaque non sensibilem intelligit. Nam textus Hebraicus legit *Salem*: & reliqui ita interpretati sunt, *Et factus est in Salem locus eius*, id

Deus in Iudæa notus per prouidentiam.

Rom. 2. 28.
Israël significat mentem quæ Deum videt.
Isaiæ 1, 4.

COMMENTARIVS HERACLIOTÆ.

id est *in pace*. Hæc autem fuerit anima tranquilla. Vbi nempe ignita quoque iacula, quæ per malignus emittit, & cognata arma, quæ passiones vulnerant, conteruntur.

4. IBI CONFREGIT POTENTIAS.] Secundum historiam ait contra Sennacherib à Deo auxilium allatum; hostibus subitò occisis, idque vnâ nocte; quod vix ingens multitudo facere potuisset. *Ibi* inquit, scilicet in Sion. Omnia inimicorum instrumenta vnà cum pugnantibus deleuit. Istud autem *illuminas*, id est, protegis & adiuuas, ex istiusmodi montibus faciens salutem apparere ijs qui eâ digni sunt. Sicut enim periculum & afflictio quædam tenebræ sunt; ita salus & auxilium, lux existunt. A montibus autem æternis Sionem dicit; vnde putabant Deum prospicientem hæc facere: vbi etiam illi domus ædificata erat. Aquila autem ait, *Lumen tu supramagnificum à montibus captiuitatis*; Symmachus verò, *Illustris es, immensus à montibus prædæ*. A nostris, inquit, montibus inimicos prædæ mortis tradens immensus & illustris omnibus apparebis. Vel montes æterni sunt cæli. Ex diuinis enim cacuminibus splendore diuinitatis illuminat animas eorum qui id merentur. Vel angelicæ, virtutes quæ nobis ad meliora cooperantur. Illud autem, *turbati sunt omnes insipientes corde*. Insipientes corde vocat eos qui cogitant se etiam Deum superare. Cùm enim sine metu se dormituros opinabantur, spe frustrati sunt, morte somnum excipiente. Et qui multa quidem sperauerant, plurima verò comminati fuerant, & de propria fortitudine (hoc enim vocat *manibus*) sese iactitabant, expectarunt somnum, & mortem simul coniunxerunt. Id autem quod sequitur sic habet, Nihil inuenerunt manibus suis, id est, qui in diuitijs gloriabantur. Per verbum *dormierunt* mortis facilitatem declarauit. Sicut enim is qui dormitat, facilè decumbit; sic etiam illi breuem exitum repererunt. Symmachus verò legit, *Omnes viri, qui robusti manibus suis*. Nam nihil ipsis profuit robur manuum quibus diuitias omnium rapere moliebantur.

ALIVS: Et nihil inuenerunt manibus suis, cùm viri essent diuitiarum. Paululùm enim dormitantes mortalis vitæ imaginatione, & magnum quid spirantes ob diuitias, existima-

Quomodo Deus Sennacherib adiuuerit.

Auxilium Dei est quædam lux.

Quid vocet montes æternes.

Insipientes cogitant se Deum posse superare.

Viri diuitiarum hinc dormientes nihil inuenerunt in manibus suis.

ὃ ἐστιν εἰρήνη. Εἴη δ' ἂν ἀπόλεμος ψυχὴ, ἐν ᾗ δὴ καὶ τὰ πε[illegible]πυρωμένα βέλη, ἃ ὁ πονηρὸς πέμπει, τὰ [illegible] συγγενικὰ ὅπλα, τὰ δὲ [illegible] πάθη [illegible], συντρίβεται.

δ'. ΕΚΕΙ ΣΥΝΕΤΡΙΨΕ ΤΑ ΚΡΑΤΗ.] Πρὸς ἱστορίαν [illegible] ἐπὶ Σενναχηρεὶμ λέγει [illegible] θεοῦ ὑπάρξα[illegible] ἀντίληψιν, τῶν ἐχθρῶν αἰφνίδιον τεθνηκότων, [illegible] ὑπὸ μίαν νύκτα, ὃ μόλις πολυπλήθεια εἰργάσατο. ἐκεῖ φησιν, ἀντὶ τοῦ ἐν τῇ Σιών. Πάντα ἠφάνισε τὰ τῶν πολεμίων ὄργανα [illegible] τοῖς πολεμοῦσι. Τὸ δὲ φωτίζεις, ἀντὶ τοῦ, ἀντιλαμβάνῃ καὶ βοηθεῖς, ἐκ τοιούτων ὀρέων [illegible] ἐπιφαίνεσθαι ποιούμενος σωτηρίας ἀξίοις. ὡς γὰρ σκότος ὁ κίνδυνος καὶ ἡ θλίψις, οὕτω φῶς ἡ σωτηρία καὶ ἀντίληψις. Ἀπὸ ὀρέων δὲ αἰωνίων εἶναι Σιὼν λέγει· ἀφ' ὧν [illegible] τὸν θεὸν ὁρμώμενον ταῦτα ποιεῖν· ἐν ᾧ ὁ ναὸς αὐτοῖς ᾠκοδόμητο. Ὁ δὲ Ἀκύλας, Φωτισμὸς σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων ἁλώσεως· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἐπιφανὴς εἶ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων θήρας. ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ὀρέων τῇ θήρᾳ τοῦ θανάτου, φησὶ, τοὺς δυσμενεῖς παραδοὺς ὑπερμεγέθης καὶ ἐπιφανὴς πᾶσι δειχθήσῃ. ἢ ὄρη αἰώνια οἱ οὐρανοί. ἐκ γὰρ θείων ὑψωμάτων τῇ τῆς θεότητος αἴγλῃ [illegible] τὰς τῶν ἀξίων φωτίζει ψυχάς. ἢ αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἱ συνεργοῦσαι ἡμῖν πρὸς τὰ κρείττονα. Τὸ δὲ, ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. ἀσυνέτους καρδίᾳ καλεῖ τοὺς λογισαμένους ὅτι καὶ θεοῦ περιγίνονται. Ἀδεῶς γὰρ καθευδήσειν ὑπολαμβάνοντες, τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθησαν, θανάτου τὸν ὕπνον δεξαμένου. Καὶ οἱ πολλὰ μὲν ἐλπίσαντες, πολλὰ δὲ ἀπειλήσαντες, καὶ ἐπὶ τῇ οἰκείᾳ ἰσχύϊ (τοῦτο γὰρ λέγει ταῖς χερσὶ) κομπάσαντες, [illegible] ὕπνον, καὶ θάνατον ὁμοῦ συνάψαντες. [illegible] ἑξῆς οὕτως, Οὐχ εὗρον οὐδὲν ταῖς [illegible] αὐτῶν, τουτέστιν, οἱ ἐπὶ πλούτῳ μεγαλαυχούμενοι. Διὰ δὲ τοῦ ὕπνωσαν τὸ [illegible] θανάτου ἐδήλωσεν εὐκολίαν. ὡς γὰρ ὁ νυστάζων, ῥᾳδίως καθεύδει· οὕτως ἐκεῖνοι [illegible] τομον εὗρον τὴν ἔξοδον. ὁ δὲ Σύμμαχος [illegible] Πάντες οἱ ἄνδρες, οἱ ἰσχυροὶ ταῖς χερσὶν [illegible]. ἡ γὰρ τῶν χειρῶν αὐτοὺς οὐδὲν ὠφέλησε ῥώμη, δι' ἧς ἁρπάσειν τὸν πάντων [illegible] πλοῦτον.

ΑΛΛΟΣ· Καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν ταῖς [illegible] αὐτῶν, ἄνδρες ὄντες πλούτου. [illegible] γὰρ ἐνυπνιάσαντες τῇ τοῦ θνητοῦ βίου [illegible], καὶ μέγα φρονήσαντες ἐπὶ πλούτῳ, [illegible]

μιζόν τινες ἦ· ὡς δὲ ἐγρηγόρησαν, μάταιοί τε τοῦ τύπου εὗρον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν οὐδέν. Τοῦτο δὲ διὰ τό, Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος. πόθεν δὲ ὑπέμειναν τοῦτο οἱ Ἀσσύριοι ἐπάγει, ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου. ἵνα εἴπῃ· πεπόνθασι δὲ ταῦτα διὰ τῆς σῆς ἀποφάσεως, ἧς ἐξενεχθείσης, οἱονεί τινι κάρῳ παραδέδονται.

ΑΛΛΟΣ· Ἐνύσταξαν· ἀντὶ τοῦ, κατηνέχθησαν εἰς θάνατον. Ἀκύλας, ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου ὁ Θεὸς Ἰακὼβ καταφέρεται ἅρμα καὶ ἵπποι· Σύμμαχος, ἐκαρώθη ἅρμα καὶ ἵππος.

η. ΣΥ ΦΟΒΕΡΟΣ ΕΙ· ΚΑΙ ΤΙΣ ΑΝΤΙΣΤΗΣΕΤΑΙ;] Τίς γὰρ καὶ ἀντισταίη τοιούτῳ Θεῷ, τὸ δὲ, ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. ἀντὶ τοῦ· πάλαι μὲν ὠργίζου τῇ προγνώσει τῇ σεαυτοῦ· ἀνεχόμενος δὲ αὐτῶν νῦν ἐπεξῆλθες. ἐν ταὐτῷ γὰρ δείκνυσιν, ὅτι οὐχ' ὅτε τὰ πράγματα βλέπῃ ὁ Θεός, τότε καὶ κινεῖται· ἀλλ' ὅτι προγνώστης ὤν, καὶ πάντα εἰδώς, καὶ τοῖς πονηροῖς ἡτοίμασε τὴν ὀργὴν καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τὴν ἀμοιβήν. Τὸ δὲ ἠκούτισας. ἀντὶ τοῦ, ἀκουστὴν ἐποίησας τὴν ἡμῶν ἐκδίκησιν καὶ τιμωρίαν. Οὐράνιος γάρ, φησι, Θεὸς ὤν, ἔκρινας, καὶ τὴν κρίσιν πᾶσιν ἐποίησας δήλην· ὥστε δεῖξαι ὅτι οὐδένα ἔλαθεν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους δίκη. ὅθεν ἐπάγει, Γῆ ἐφοβήθη, καὶ ἡσύχασεν· ὡς ἐκ ταύτης, φησί, τῆς αἰτίας εἰρηνευούσης τὴν γῆν, τῶν πολεμούντων ἀναιρεθέντων. Γῆν δὲ λέγει τοὺς ἐνοικοῦντας. Ἐκ ποίας δὲ αἰτίας εἰρήνευσεν ἡ γῆ; ἐν τῷ ἀναστῆναι, φησίν. ἡ γὰρ βοήθεια, φησί, τοῦ Θεοῦ ἡ ἐπὶ τοὺς πραεῖς, ἐλπίδα παρέχει πᾶσι τοῖς τὴν γῆν οἰκοῦσιν, ὡς ἔστιν ἄρα Θεὸς δικάζων πονηροῖς τε καὶ ἀγαθοῖς. Ἐπαύσαντο οὖν τῆς προσβολῆς, ἐπιγνόντες σε δικαστήν.

ια. ΟΤΙ ΕΝΘΥΜΙΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.] Ἐνθύμιον καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου τὸ αὐτό. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ὅτι· οἱ μὴ ἀναιρεθέντες ἡμεῖς ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ἀλλ' ἐγκαταλειφθέντες, εἰς τὸ τὰς σὰς ἐνθυμεῖσθαι εὐεργεσίας, οὐ παυσόμεθα ταύτας καὶ ἐνθυμούμενοι, καὶ κατὰ ψυχὴν ἀνυμνοῦντες τῇ μνήμῃ τὰ γεγενημένα. Ἀφιερώσομεν, φησίν, εἰς αἴνεσίν σου τοὺς λογισμούς, μηδὲ βραχὺ αὐτῶν μέρος ἀσχολοῦντες εἰς ἕτερον. διὸ ἐπιφέρει, Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε, προστάττων. Δεῦτε οὖν, φησι, πάντες οἱ περιλειφθέντες, καὶ φυλαχθέντες ὑπὸ Θεοῦ, διεγέρθητε πρὸς τοὺς ὕμνους αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον πληρώσατε. οὐ μόνον δὲ ἡμεῖς, φησίν,

bant se aliquos esse: vt autem euigilarunt, hinc decedentes nihil inuenerunt in manibus suis. Hoc autem propter illud, *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo.* Vnde autem sustinuerunt hoc Assyrij subiungit, *Ab increpatione tua.* Ac si dicat: Perpessi autem sunt hæc propter tuum decretum, quo emisso, quasi cuidam veterno traditi sunt. [illegible]

ALIVS: *Dormierunt*, id est, Ad mortem deducti sunt. Aquila, *Ab increpatione tua Deus Iacob deiectus & currus & equus:* Symmachus, *Consopitus est currus & equus.*

8. TV TERRIBILIS ES: ET QVIS RESISTET?] Etenim quis resistat tanto Deo? Istud verò, *Ex tunc ira tua.* id est Olim quidem iratus fuisti in tua prænotione; ipsos autem sustinens nunc egressus es. Simul enim ostendit, quòd non quando Deus res videt, tunc etiam moueatur, sed cùm præcognitor sit, & omnia sciat, & prauis iram & probis mercedem præparauerit. Istud autem *Auditum fecisti.* id est, Fecisti nostram vltionem atque supplicium audiri. Deus enim, inquit, cùm cælestis sis, iudicasti, & iudicium tuum omnibus manifestum reddidisti; vt ostenderet neminem latuisse Dei in Assyrios supplicium. vnde subdit, *Terra tremuit, & quieuit*; vt ex hac, inquit, causa in pace terra fuerit, bellatoribus è medio sublatis. Terram autem vocat eius incolas. Quali autem de causa terra pacem habuit? *Cùm exurgeret*, inquit. Dei enim auxilium, inquit, erga mansuetos omnibus terram habitantibus spem præbuit, fore nimirum vt Deus prauos ac probos iudicet. Cessauerunt igitur ab inuasione, cognoscentes te esse Iudicem.

11. QVONIAM COGITATIO HOMINIS.] Cogitatio & reliquiæ cogitationis idem sunt. Vult enim dicere: q. d. Nos qui ab Assyrijs minimè interempti sumus, sed relicti, vt tua beneficia recolamus, non cessabimus illa mente voluere, & secundùm animam ea quæ gesta sunt memoriâ celebrare. Cogitationes, inquit, nostras ad laudem tuam deputamus, ne paruam quidem earumdem particulam in aliud quidpiam impendentes. Idcircò subiungit, *Vouete, & reddite*, nos admonens. Venite igitur, inquit, omnes residui, & à Deo custoditi, excitemini ad hymnos eius, & opus ipsum explete. Non solùm autē, inquit,

[illegible]

Deus præcognitor [illegible]

Cogitationes Dei [illegible]

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

nos debemus ipsi hymnos, sed etiam omnes qui vbique sunt, vtpote potenti Deo, & terræ Principibus potentiori, & animas ipsorum cùm voluerit auferenti.

Etiam occulta nostra Deo manifesta sunt.

ALIVS: *Cogitatio*, id est, obscurus animi motus. Reliquiæ verò cogitationis sunt adhuc obscuriores, eò quòd recèns suboriantur. Per hæc igitur significat, quòd etiam illa quæ occultè à nobis secundùm mentem perficiuntur, etiam nunc ad futuram quæstionem manifestissima tibi sint: & quæ tantum initium existendi sumunt, tamquam in festiuitate ac celebritate ostentanda sint. Vel cogitationem occultam vocat, quam qui emundat, cum gratiarum actione confitebitur, & festiuitatem aget vtilia faciendo. Si autem istud *confitebitur* sit commemorationis, sic intelliges; virum perfectum non in actionibus solis ac verbis mundum esse oportere, sed de minimis quoque cogitationibus confiteri debere, semetipsum affligendo, sicut is qui dicit,

Cogitationes etiam confitenda.

Psal. 18, 13. *Ab occultis meis munda me*, vt reliquiæ cogitationis ab omni praua cogitatione vacuæ reperiantur. Siue pura cogitatio deinceps festum agat, sempiternæ particeps solemnitatis. Symmachus verò sic legit: *Ira hominis confitebitur tibi residuum iræ accinctum.* Grauis enim ira etiam ad cædem quandoque inducit iratos; sed postmodum cogitatio animam succingit per pœnitentiam. Vel quia omnis lingua, omnisque cogitatio & meditatio confitetur Domino in tempore iudicij, quando etiam occulta palàm proferuntur. Quocircà iubet vouere, & Deo vota reddere, dum adhuc tempus est, in præsenti vita. Vota autem vocat promissiones: Erit enim tempus, in quo omnes adorent cum donis, quæ quilibet adferunt, scilicet fructuum suorum; terribili existenti ijs qui non accedunt, neque munera ipsi adferunt. Vel hoc tamquam monitum quoddam positum est. q. d. Cùm ista futura sint in iudicio, satagite vt bonorum operum diligentiam Domino exhibeatis, & festinate ad solutionem: quoniam Deus est terribilis, auferens spiritus, siue animas, siue gratiam

Vota Deo reddenda.

Luca 12, 46. baptismatis. Atque hoc est quod dixit, diuidet seruum illum.

ὑπᾴδειν αὐτῷ καθεστήκαμεν αὐτοὶ τοὺς ὕμνους, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ πανταχοῦ, ὡς δυνατῷ Θεῷ, καὶ δυνατωτέρῳ τῶν ἐπὶ γῆς ἀρχόντων, καὶ ἀφαιρουμένῳ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὅτε βούλεται.

ΑΛΛΟΣ· Ὅτι ἐνθύμιον, τουτέστι τὸ ἀφανὲς ὅρμημα τῆς ψυχῆς. ἐγκαταλείμματα δὲ ἐνθυμίου τὸ ἔτι ἀδηλότερον, τὸ ἄρτι ὑποφύεσθαι. Σημαίνει οὖν διὰ τούτων, ὅτι καὶ τὰ κρυφίως κατὰ διάνοιαν ἡμῖν συντελούμενα, φανερά σοι ἐστὶ καὶ νῦν εἰς τὸν μέλλοντα ἐξετασμόν· καὶ τὰ μόνον ἀρχὴν ὑποστάσεως λαμβάνοντα, ὡς ἑορτῇ καὶ πανηγύρει ἐκπομπευθήσεται. ἢ ἐνθύμιον τὸ κρυπτὸν, ὃ ὁ καθαρεύων εὐχαριστίως ἐξομολογήσεται· καὶ ἑορτάσει ἐν τῷ πράττειν τὰ συμφέροντα. Εἰ δὲ τὸ ἐξομολογεῖσθαι ἐξαγορεύσεως, νοήσεις οὕτως· ἐπεὶ οὐκ ἐν πράξεσι μόναις καὶ λόγοις δεῖ καθαρεύειν τὸν τέλειον, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐνθυμήματος βραχυτάτου ἐξομολογεῖσθαι δεῖ, κακίζοντα ἑαυτὸν, ὡς ὁ λέγων, Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, ἵνα τὸ ἐγκατάλειμμα τοῦ ἐνθυμίου εὑρεθῇ πάσης ἐκτὸς πονηρᾶς ἐνθυμήσεως. ἤτοι ὁ καθαρὸς λογισμὸς ἑορτάσει λοιπὸν, τῆς ἀιδίου μεταλαχὼν ἑορτῆς. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Θυμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι. Λείψανον θυμοῦ περιζώσῃ. Δυσχερὴς γὰρ ὁ θυμὸς καὶ πρὸς φόνον ἄγειν εἰωθὼς τοὺς ὀργισθέντας· ὁ μετ᾽ αὐτὸν δὲ λογισμὸς μεταγνώσει περιζωννύει τὴν ψυχήν. ἢ ὅτι πᾶσα γλῶσσα, καὶ πᾶς λογισμὸς καὶ ἐνθύμημα ἐξομολογεῖται τῷ κυρίῳ ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ, ὅτε καὶ τὰ κρυπτὰ θριαμβεύονται. Διὸ προστάττει εὔχεσθαι, καὶ ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς, ὡς ἔτι καιρός ἐστι, κατὰ τὸν ἐνεστῶτα βίον. Εὐχὰς δὲ τὰς ἐπαγγελίας λέγει. Ἔσται γὰρ καιρὸς, ἐν ᾧ πάντες προσκυνῶσι μετὰ δώρων, ἃ ἐπιφέρονται, δηλονότι καρπῶν ἑαυτῶν φοβερῷ ὄντι τοῖς μὴ πλησιάζουσι, μηδὲ δῶρα προσφέρουσιν αὐτῷ. ἢ ὡς παραίνεσις τέθειται τοῦτο ὅλον. ἐπεὶ ταῦτα ἔσται ἐν τῷ δικαστηρίῳ, παρέξατε ἀγαθῶν ἔργων ἐπιμέλειαν τῷ κυρίῳ, καὶ σπεύσατε πρὸς τὴν ἔκτισιν. ὁ γὰρ Θεὸς φοβερός ἐστιν, ἀφαιρούμενος πνεύματα, ἢ τὰς ψυχὰς, ἢ τὸ χάρισμα τοῦ βαπτίσματος. καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγε, διχοτομήσει τὸν δοῦλον ἐκεῖνον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ἔχεται ὑποθέσεως τῷ ὀπίσω· καὶ αὐτὸς γὰρ τὰ περὶ τοῦ θείου δικαστηρίου διηγεῖται τοῦ Θεοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς εἰς τέλος ἀγαθὸν παραπέμπει· καὶ αὐτὸς, ὡς ὁ πρὸ τούτου, περὶ κρίσεως διαλαμβάνων Θεοῦ, λέγει, Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἠκούτισας κρίσιν· καὶ, Ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν τὸν Θεόν. κἀκεῖ μὲν τοῖς παρανομοῦσι, Μὴ ὑψοῦτε εἰς ὕψος κέρας· νῦν δέ φησιν, Ἐταράχθησαν πάντες οἱ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ. ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν· καὶ οὐχ εὗρον οὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου, οἵπερ ἦσαν τὸ κέρας ὑψοῦντες. Διδάσκει δὲ ἡμᾶς καὶ τίς ὁ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ, καὶ ἡ τούτου χώρα Ἰουδαία, ἥτε Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον. καὶ τοὺς Ἰουδαϊκοὺς δὲ ἀκροωμένους δίδωσι θυμηδίας, διὰ τῆς ὁμωνυμίας τούτους τε καὶ τοὺς σοφωτέρους εὐφραίνων.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Τέλος οὖν ἀγαθὸν, καὶ νίκη δικαίων κατὰ Θεὸν ἐσομένη προφητεύεται, προαχθείσης ἐπὶ τὸ λαμπρότερόν τι καὶ σαφέστερον, τῆς ἐν τῷ πρὸ τούτου δηλωθείσης προφητείας.

β'. ΓΝΩΣΤΟΣ ΕΝ ΤΗ ΙΟΥΔΑΙΑ Ο ΘΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἰουδαίαν ἐνταῦθα καὶ Ἰσραὴλ τὴν ἐγνωκυῖαν ψυχὴν τὸν Θεόν φησιν· αὕτη γάρ ἐστιν ἀληθῶς Ἰουδαία καὶ ὁ ἀληθὴς Ἰσραήλ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σὰρξ δὲ ὢν Ἰουδαῖος, ὁ κατὰ σάρκα, σωματικῶς ταῦτα ἀκούσεται, τοῦ Ἑβραϊκοῦ ἔχοντος, ἐν Σαλὴμ γεγονέναι τὸν τόπον αὐτοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν οὕτως ἑρμηνευσάντων· θείοις δέ τις μαθητευόμενος δόγμασι παιδεύεται, ὅτι οὐ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ· οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες τέκνα Θεοῦ· ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα· Παύλου πάλιν εἰπόντος, Οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ πάλιν Ἰουδαῖός ἐστι, καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ. μεταλαμβάνεται γοῦν τὸ Ἰσραὴλ εἰς τὸν ὁρῶντα τὸν Θεὸν, τὸν διορατικὸν δηλονότι καὶ γνωστικὸν, ἐν ᾧ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὡς γοῦν ἀνάξιον τῆς προσηγορίας ταύτης τὸν Ἰουδαῖον προφητικῶς ἐλέγχων ὁ λόγος φησίν· Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν. καὶ· ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς Γομόῤῥας. Περὶ τῶν ἐθνῶν δὲ φάσκων,

ATHANASII. Etiam hic Psalmus eiusdem argumenti est cum præcedenti: nam & ipse de diuino Dei iudicio disserit. *Hic Psalmus agit de iudicio.*

EVSEBII. Etiam hic Psalmus ad finem bonum remittit; atque ipse, non secùs ac præcedens, de iudicio Dei disserens, ait, *De cælo auditum fecisti iudicium*; &, *Cùm exurgeret in iudicium Deus.* Atque illic quidem dicit *delinquentibus, Nolite extollere cornu*; nunc autem ait, *Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum*, qui erant cornu exaltantes. Ceterùm docet nos etiam quisnam sit verus Israël, & huius regio Iudæa, & Ierusalem, ac domus Dei. Sed & Iudaicis auditoribus præbet consolationem, per nominis affinitatem tam ipsos quàm sapientiores lætificans. Psal. 74. 5.

APOLINARII. Finis igitur bonus, atque victoria iustorum secundùm Deum futura prædicitur, adducto ad maiorem lucem ac claritatem vaticinio, quod in præcedenti Psalmo fuerat explicatum.

2. NOTVS IN IVDÆA DEVS.] ATHANASII. Iudæam hic & Israël appellat animam quæ Deum nouit: hæc enim est verè Iudæa & verus Israël. *Israël significat animam quæ Deum nouit.*

EVSEBII. Iudæus autem secundùm carnem, cùm caro sit, corporaliter hæc intelliget, cùm in Hebraico sit, *In Salem factus est locus eius*, & ceteri sic interpretentur: qui autem diuinis doctrinis instruitur, quòd *non omnes qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ; neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij Dei; sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine*; Paulo rursum dicente, *Non enim qui in manifesto Iudæus est*, & quæ sequuntur. Accipitur itaque Israël pro vidente Deum, scilicet perspicuo & perito, in quo magnum nomen eius. Iudæum igitur tamquam hac appellatione indignum propheticus sermo redarguens ait: *Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis.* &: *Audite verbum Domini Principes Sodomorum: attendite legi Dei populus Gomorrhæ.* De Gentibus verò dicens, Rom. 9. 6. Rom. 2. 28. *Iudæi Israëlis nomine indigni.* Isaiæ 1. 4. Ibid. 10.

Ab

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Ab ortu solis vsque ad occasum glorificatur nomen meum inter Gentes, manifestè declarauit Gentes posse esse Israël: siquidem in Israël magnum nomen eius. Atque ad Iudæos quidem dicitur, Vos polluitis illud, scilicet nomen Dei. Et rursus: *Propter vos nomen meum blasphematur*. Et de Gentibus: *Quia magnum nomen meum in Gentibus.* Manifestum est igitur quis sit Israël; nempe per quem nomen Dei glorificatur, cùm sermo nunc dixerit; *In Israël magnum nomen eius.* Conformiter igitur etiam Iudæa hoc loco est Dei notitia. Nam sensibilem illam Iudæam multiplex idololatria occupauit, cùm Prophetæ dicant, *Secundùm numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda: & secundùm numerum viarum tuarum Hierusalem sacrificauerunt Baal.* Quomodo igitur fieri posset, vt illa Iudæa notitiam Dei haberet, & non potiùs dixerit Ægyptum; de qua dicitur, *Et erit altare Domino in regione Aegypti.* Et iterùm: *Notus erit Dominus Aegyptijs.* Apud quos autem notus est Deus, apud hos Iudæa est, sicut nunc sermo dicit. Istiusmodi igitur est etiam Ecclesia Catholica, in qua notus est Deus. Ceterùm dixeris quoque Iudæam esse Iudaicam Scripturam diuinitus inspiratam, quæ quasi regio quædam sit veri Israël, eò quòd Dei notitia in illa contineatur.

[margin: Isaiæ 52, 5. — Magnum est nomen Dei non in carnali sed in spirituali Israële. — Ier. 11, 13. — Isaiæ 19, 19. — Ibid. 21.]

DIDYMI. Ceterùm non idem est nosci, & notum seu cognoscibile esse; cùm etiam cognoscibile sit id quod ignoratur, quandoquidé cognosci possit. Cùm igitur Deus hoc modo in Iudæa notus sit, consequenter in Israële Iudæam inhabitante magnum est nomen eius.

3. ET FACTVS EST IN PACE LOCVS EIVS.] ATHANASII. Cùm enim de superna Iudæa scriptum sit, *Inde fugit dolor, & tristitia, & gemitus*, manifestum sit, quòd sit futurus locus pacis.

[margin: Locus Dei in pace. — Isaiæ 35, 10.]

THEODORETI. Multitudine enim interemptâ, ceteri fugerunt, diuinæ potentiæ nuntij effecti: propter quod vtique non sunt simul interfecti. Ciuitas igitur pace fruebatur, & omnes putabant Deo placere in Sion inhabitare. Deinde docet, quomodo in Iudæa notus esset Deus.

EVSEBII. Ceterùm Iudæis objiciendum, si in pace sit locus eius, quomodo Iudæa frequenter vastata fuerit? Quare non

ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν δεδόξασται [illegible] τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι σαφῶς [illegible] δυνατὸν τὰ ἔθνη εἶναι τὸν Ἰσραήλ· [illegible] τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ πρὸς μὲν τοὺς Ἰουδαίους λέγεται, Ὑμεῖς βεβη[λοῦτε] αὐτὸ, δηλονότι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. καὶ α[ὖθις]· Δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται. περὶ τῶν ἐθνῶν· Διότι μέγα τὸ ὄνομά [μου ἐν] τοῖς ἔθνεσι. δῆλον οὖν τίς ὁ Ἰσραήλ· δι' [οὗ] τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα δοξάζεται, τοῦ λόγου εἰπόντος, ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα [αὐτοῦ]. Ἀναλόγως οὖν καὶ Ἰουδαία ἐνθάδε τοῦ Θεοῦ ἡ [γνῶ]σις. Πολλὴ γὰρ τὴν αἰσθητὴν κατειλήφει [Ἰου]δαίαν εἰδωλολατρεία, τῶν προφητῶν λεγόντων· [Κατ'] ἀριθμὸν τῶν πόλεών σου ἦσαν οἱ θεοί [σου] Ἰούδα· καὶ κατ' ἀριθμὸν ἀμφόδων σου Ἰ[ερου]σαλὴμ ἔθυον τῇ Βάαλ. Πῶς οὖν οἷόν τε [ἦν] τὴν τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ κεκτημένην Ἰουδαίαν, ἀλλ' οὐ μᾶλλον εἶπεν τὴν Αἴγυ[πτον], περὶ ἧς εἴρηται, Καὶ ἔσται θυσιαστήριον [τῷ] κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγύπτου. καὶ πάλιν· Γνω[στὸς] ἔσται κύριος τοῖς Αἰγυπτίοις. παρ' οἷς δὲ γ[νω]στός ἐστιν ὁ θεὸς, οὗτοί εἰσιν ἡ Ἰουδαία, [καθὼς] νῦν ὁ λόγος φησί. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ καθ[ολικὴ] Ἐκκλησία, ἐν ᾗ γνωστὸς ὁ θεός. Εἴποις δ' [ἂν] Ἰουδαίαν καὶ τὴν θεόπνευστον Ἰουδαϊκὴν [γρα]φὴν, χώραν ὥσπερ οὖσαν τοῦ ἀληθινοῦ [Ἰσ]ραήλ, διὰ τὸ τὴν γνῶσιν τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ περιέχεσθαι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ ταὐτὸν δὲ τὸ γινώσκεσθαι, καὶ τὸ γνωστόν· γνωστὸν ἐστι καὶ τὸ ἀγνοούμενον, ὅταν γνωσθῆναι δυνατὸς ἔχει. γνωστοῦ τοίνυν ὄντος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τοῦ θεοῦ, ἀκολούθως ἐν τῷ οἰκοῦντι τὴν Ἰουδαίαν Ἰσραὴλ μέγα ἐστὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

γ'. ΚΑΙ ΕΓΕΝΗΘΗ ΕΝ ΕΙΡΗΝΗ Ο ΤΟΠΟΣ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ γὰρ περὶ τῆς ἄνω Ἰουδαίας γέγραπται, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμὸς, δῆλον ὅτι, εἰρήνης ἔσται τόπος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τοῦ γὰρ πλήθους ἀναιρεθέντος, ἀπέδρασαν οἱ λοιποὶ, ἄγγελοι τῆς θείας γεγενημένοι δυνάμεως· οὗ δὴ χάριν οὐ συνανῃρέθησαν. Ἀπέλαυσεν τοίνυν τῆς εἰρήνης ἡ πόλις, καὶ τὸν θεὸν ᾤοντο ἀρέσκειν πάντες ἐν τῇ Σιὼν κατοικοῦντα· εἶτα διδάσκει, πῶς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ γνωστὸς ὁ θεός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ζητεῖν δὲ ἔστι Ἰουδαίοις, εἰ ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ, πῶς πολλάκις Ἰουδαία πεπόρθηται, εἴτε ὁ τῶν αἰτίαν λέγ[illegible]

τόπον

τόπον αὐτοῦ. Ταύτης γοῦν ἀπαλλάττων ὑπονοίας, τὴν Ἱερουσαλὴμ εἶπε τόπον αὐτοῦ, ἀντὶ δὲ ταύτης τὴν ἔννοιαν τοῦ πράγματος παρέστησεν εἰπών· Ἐγενήθη ἐν Σαλὴμ ὁ τόπος αὐτοῦ· ὅ ἐστιν εἰρήνη. Εἴ τις οὖν ἀπόλεμος ψυχὴ, καὶ παντὸς ἐλευθέρα πολέμου, αὕτη τόπος Θεοῦ, χωρητικὴ τοῦ θείου τυγχάνουσα πνεύματος. Ἐνοικήσω γὰρ ἐν αὐτοῖς, φησὶ, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς· καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Σπανίου δὲ τόπου ὄντος ἐπὶ γῆς, ἐν τῇ κατ' οὐρανὸν Θεοῦ πόλει πλῆθος ὑπάρχει πολὺ ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων καὶ πνευμάτων ἁγίων· διὸ μᾶλλον ὁ τόπος ἐκεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ νῦν λεγομένη Σαλήμ· ἣν εἰδὼς ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἔφασκεν, ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ὅρασις οὖσα εἰρήνης. τοῦτο γὰρ καὶ Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διωκτέον ἄρα πάσης κακίας πόλεμον, ὡς ἂν τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν εἰρήνην ἔχοντες, τόπος γενώμεθα τοῦ Θεοῦ καὶ κατοικητήριον, σκοπεύοντες πᾶσαν ἀλήθειάν τε καὶ ἀρετήν. Σκοπευτήριον γὰρ ἡ Σιών. Τόπος δὲ Θεοῦ καὶ ἡ ἁγία Ἐκκλησία, ἐν εἰρήνῃ καθιδρυμένη· ἀλλ' ἐπεὶ χάριτι Θεοῦ, καὶ οὐχ ἡμετέρᾳ δυνάμει, ταῦτα κατορθοῦται, τὴν αἰτίαν τῆς εἰρήνης ἀναφέρει ὁ λόγος, καί φησι·

δ'. ΕΚΕΙ ΣΥΝΕΤΡΙΨΕ ΤΑ ΚΡΑΤΗ ΤΩΝ ΤΟΞΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σημαίνει διὰ τούτων τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, αἳ συντρίβονται, ἐπειδὰν οἱ ἅγιοι λάχωσι τὰς ἐκεῖ κατοικιῶν μονάς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰ τόξα δὲ αὐτῶν, ἀφ' ὧν ὁ πονηρὸς ἀφίησι τὰ πεπυρωμένα βέλη, συνέτριψεν, ὅπλα τε τὰ συγγενῆ, ῥομφαίαν, καὶ τοὺς χρωμένους· οὓς ἐκάλεσε πόλεμον. συντρίβων γὰρ πολέμους ὁ κύριός ἐστιν.

ε'. ΦΩΤΙΖΕΙΣ ΣΥ ΘΑΥΜΑΣΤΩΣ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ σκότος καλεῖ τὰς θλίψεις, οὕτω φωτισμὸν καλεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀντίληψιν, ὡς λύουσαν τὰς θλίψεις, καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐπισεσήμανται πολλαχοῦ. Ἀπὸ γὰρ ἐκείνων σου, φησὶ, τῶν ὀρέων (ἵνα εἴπῃ τῆς Σιὼν) ἀεὶ ἐπιφαινόμενος, πάντα λύεις τὰ λυπηρὰ, καὶ πάντα φωτὸς πληροῖς καὶ εὐφροσύνης. αἰώνιον δὲ εἶπε τὸ ὄρος, ὡς διαμένον ἰσχυρὸν, καὶ οὐδέποτε ὑπὸ πολέμοις γενόμενον, μέχρις ἂν μὴ τῷ Θεῷ δοκῇ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ οἱ ἅγιοι δὲ ἄνδρες

sensibilem locum eius dicit. Hanc igitur suspicionem eximens, non Hierusalem dixit locum eius, sed huius loco ipsius rei sensum exhibuit dicens: *Factus est in Salem locus eius:* quod est pax. Si quæ igitur anima sit tranquilla, atque omnis belli expers, hæc est locus Dei, cùm sit capax spiritus diuini. *Quoniam inhabitabo in illis*, inquit, *& inambulabo, & ero illorum Deus; & ipsi erunt mihi populus.* Cùm autem rarus sit ei locus in terra, in ciuitate Dei cælesti ingens existit multitudo Angelorum & Archangelorum ac sanctorum spirituum; quapropter ibi potiùs est locus Dei, atque hæc est ista Salem, de qua modò sermo est; quam cùm nosset diuinus Apostolus, dixit, *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est*, cùm sit visio pacis. Hoc enim Hierusalem interpretatur.

CATENA PATRVM.

Salem quid.

2 Cor. 6, 16.

Gal. 4, 26. Hierusalem quid significat.

DIDYMI. Propulsandum igitur omnis malitiæ bellum, vt habentes pacem, quæ superat omnem sensum, fiamus etiam Dei locus & habitaculum, omnem veritatem atque virtutem speculantes. Sion enim specula interpretatur. Locus autem Dei est etiam sancta Ecclesia, quæ in pace fundata est. Ceterùm cùm gratiâ Dei, & non virtute nostrâ, hæc perficiantur, causam huius pacis hic sermo adfert, & ait:

Sion quid significet.

4. IBI CONFREGIT POTENTIAS ARCVVM.] ATHANASII. Per hæc significat virtutes aduersarias, quæ conteruntur, quando sancti sortiti fuerint mansiones ad ibi inhabitandum.

ANONYMI. Arcus autem ipsorum, è quibus malignus ignita iacula emittit, contriuit, & *arma* congenia, *gladium*, & his vtentes; quos appellauit *bellum*. Conterens enim inimicos Dominus est.

5. ILLVMINAS TV MIRABILITER.] THEODORI. Sicut tenebras vocat tribulationes, ita illuminationem appellat Dei præsidium, vtpote quod dissipet tribulationes, vti à nobis sæpè declaratum est. Ab illis enim, inquit, montibus tuis (ac si dicat Sionis) semper apparens, cuncta tristia dissoluis, atque omnia luce lætitiaque reples. Æternum autem montem appellauit, vt qui fortis perseueret, ac numquam bellis succumbat, donec Deo visum fuerit.

Quid tenebræ & illuminatio mysticè significent.

DIDYMI. Ceterùm viri quoque sancti

CATENA PATRVM.

Viri sancti sunt montes mundum illuminantes.

montes æterni sunt, speculantes in posterum ea quæ non videntur, & æterna sunt; à quibus illuminat Deus diuersimodè lumen cognitionis Christi: ante aduentum quidem per Moysen & Prophetas; post hunc verò per Apostolos & Euangelistas; vtpote qui illuminati lux fiant, Paulo dicente: *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei.* Addidit autem istud, *mirabiliter* illuminare. Quia nimirum alijs scientiam annuntiantibus, aut promittentibus, Deus admirabiliùs ad cognitionem atque sapientiam adducens, per reuelationes ac visiones illuminat mirabiliter à prædictis montibus. Si autem etiam de Iudæa spiritaliter dictum sit; montes huius sunt sublimes contemplationes & dogmata pietatis; atque ab his mirabiliter Deus illuminat eos qui ad agnitionem veritatis perueniunt. Multis autem Scripturæ locis montes spiritales sunt Angeli, à quibus iterùm Deus illuminat, mittens eos in *ministerium, propter eos qui hereditatem capient salutis.* Cuilibet autem expositioni conueniet illud, Appropinquate mõtibus æternis, quod à Deo mandatum est ijs qui expetunt pietatem.

2. Cor. 4, 6.

Contemplatio est mons spiritalis.

Angeli in Scriptura montes appellantur.

Heb. 1, 14.

THEODORETI. Symmachus sic legit: *Apparebis super magnitudine à montibus prædæ.* In nostris enim montibus inimicos in prædam morti tradens, super magnitudine etiam illustris apud omnes apparuisti: illuminas enim miraculo illud cognoscentes: nam qui aduersum te sese efferebant, ex stoliditate suâ repentinam passi sunt perturbationem; & cùm securè se dormituros existimabant, spe suâ frustrati sunt, morte somnum excipiente.

Deus inimicos suos prædæ tradet.

APOLINARII. Vel etiam aliter: montes prædæ vocat ea quæ sanctificata sunt; id est, montes escæ. Cibum enim prædam appellauit in Psalmo centesimo trigesimo primo dicens: * *Prædam eius benedicens benedicam.* quod vtique Symmachus *annonam* vertit. Illud autem, *Escam dedit timentibus eum,* in Psalmo 110. Aquila & Symmachus *prædam* dixerunt. Montes igitur terræ fluentis lac & mel, prædæ ac cibi montes vocat, è quibus illustrem ac immensum Deum appariturum dicit, atque tunc superbos ea quæ proposita sunt passuros, neque ad quidpiam agendum manus reperturos, quasi sopore quodam depressos. vnde subiungit:

Quos vocet montes prædæ.

Psal. 131, 15.

* Vulgata viduam, alij venationem

ὄρη αἰώνια, σκοποῦντες λοιπὸν τὰ μὴ βλεπόμενα, καὶ αἰώνια· ἀφ᾽ ὧν φωτίζει Θεὸς διαφόρως τὸ φῶς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ· πρὸ μὲν τῆς ἐπιδημίας διὰ Προφητῶν καὶ Μωσέως· μετὰ δὲ ταύτην δι᾽ Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν· εἰς τοὺς φωτιζομένους γίνεσθαι φῶς, λέγοντος Παύλου· Ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. τὸ θαυμαστῶς δὲ φωτίζειν προσέθηκεν. ὅτι τῶν ἄλλων γνῶσιν ἐπαγγελλομένων, ὁ Θεὸς παραδοξότερον εἰς γνῶσιν καὶ σοφίαν ἄγων, δι᾽ ἀποκαλύψεών τε καὶ ὀπτασιῶν φωτίζει θαυμαστῶς ἀπὸ τῶν εἰρημένων ὀρέων. εἰ δὲ καὶ περὶ Ἰουδαίας νοητῶς λέγοιτ᾽ ἂν ὄρη ταύτης αἱ ὑψηλαὶ θεωρίαι καὶ τὰ δόγματα τῆς θεοσεβείας· καὶ ἀπὸ τούτων θαυμαστῶς φωτίζει Θεὸς τοὺς ἐρχομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Πολλαχοῦ δὲ τῆς γραφῆς ὄρη νοητὰ οἱ Ἄγγελοι, ἀφ᾽ ὧν πάλιν φωτίζει Θεὸς, ἀποστέλλων αὐτοὺς εἰς διακονίαν, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. ἑκάστῃ δὲ τῶν ἐκδόσεων ἁρμόσει τὸ, Ἐγγίσατε ὄρεσιν αἰωνίοις, ὑπὸ Θεοῦ τοῖς ποθοῦσιν εὐσέβειαν προστεταγμένον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὁ Σύμμαχος οὕτως· ἐπιφανείσῃ ὑπὲρ μεγέθους ἀπὸ ὀρέων θήρας. Ἐν γὰρ τοῖς ἡμετέροις ὄρεσι τῇ θήρᾳ τοῦ θανάτου τοὺς δυσμενεῖς παραδοὺς, ὑπὲρ μεγέθους καὶ ἐπιφανὴς παρὰ πᾶσιν ἀνεδείχθης· φωτίζεις γὰρ τῷ θαύματι τοὺς τοῦτο γνωσκοντας· μείζω γὰρ φρονήματι χρησάμενοι, κατὰ σοῦ ταραχὴν ἀθρόαν ὑπέμειναν ἐξ ἀνοίας· καὶ καθευδήσειν ἐπ᾽ ἀδείας οἰόμενοι, τῆς ἐλπίδος ἐψεύσθησαν, θανάτου διαδεξαμένου τὸν ὕπνον.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἢ καὶ ἄλλως· ὄρη θήρας τὰ ἡγιασμένα καλεῖ· τουτέστιν, ὄρη τροφῆς. Τὴν γὰρ τροφὴν θήραν ἐν τῷ ρλα´ ψαλμῷ κέκληκε λέγων· Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. ὃ δὴ σίτησιν ἐν ἐκείνῳ Σύμμαχος εἴρηκεν. ἐν δὲ τῷ, τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, ἐν ρι´, θήραν Ἀκύλας ἔφη καὶ Σύμμαχος. Τὰ οὖν ὄρη τῆς γῆς τῆς ῥεούσης γάλα καὶ μέλι, θήρας καὶ τροφῆς ὄρη καλεῖ, ἐξ ὧν ἐπιφανῆ καὶ ὑπερμεγέθη τὸν Θεὸν ὀφθήσεσθαί φησι, καὶ τότε τοὺς ὑπερηφάνους παθεῖν τὰ προκείμενα, μηδ᾽ εἰς τὸ ποιεῖν τι τὰς χεῖρας εὑρίσκοντας, οἱονεὶ νυσταγμῷ καταφερομένους. ὅθεν ἐπιφέρει

ς´. ΥΠΝΩ-

ϛʹ. ΥΠΝΩΣΑΝ ΥΠΝΟΝ ΑΥΤΩΝ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀμελείᾳ, φησὶ, καὶ ῥᾳθυμίᾳ παραδεδωκότες τὸν βίον, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας κρίσεως οὐδὲν εὗρον ἑαυτοὺς εἰς τὰς χεῖρας κατέχοντας, οἱ πάλαι ἐν τῷ θνητῷ βίῳ πλούσιοι. Πῶς γὰρ εἶχον εὑρεῖν ἃ οὐκ εἰργάσαντο;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πρὸς βραχὺ γὰρ ἀπονυστάξαντες, τῇ τοῦ θνητοῦ βίου φαντασίᾳ, καὶ μέγα φρονήσαντες ἐπὶ πλούτῳ, καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἐντρυφήσαντες ἡδυπαθείαις, ᾤοντό τινες εἶναι· ὡς δὲ ὥσπερ ἐξ ὕπνου τοῦ παρόντος βίου μετέστησαν, εὗρον ἑαυτοὺς κεκρατηκότας οὐδέν. Διὸ τὸ μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα. διὸ ταραχθήσονται, τῆς θείας φερομένης ἐπ' αὐτοὺς ἀποφάσεως, ὅτι μὴ ἐγρηγόρησαν, ἐν τοῖς σώμασιν αὐτῶν ἀκολάστοις, ὡς ἵπποις ἐπινυστάξαντες. Θεὸς δὲ Ἰακὼβ ὁ ἡμέτερος σωτὴρ, ὁ τοῦ θεοῦ Λόγος· ὁ τῷ Ἰακὼβ ἀναγεγραμμένος ὀφθεὶς θεός· ὁ τὴν κρίσιν παρὰ τοῦ πατρὸς κατὰ πάντων ἀναδεδεγμένος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου Σύμμαχος ἐξέδωκεν, οἱ ἄνδρες οἱ ἰσχυροί· οὐ γὰρ τῶν χειρῶν αὐτοὺς οὐδὲν ὠφέλησε ῥώμη, δι' ἧς τὸν ἁπάντων ἁρπάσαι προσεδόκησαν πλοῦτον· σοῦ γὰρ νεύσαντος, ἄχρηστον ἔσχον καὶ τὴν ἱππικὴν ἐπιστήμην. ὁ νυσταγμὸς δὲ τὸ τοῦ θανάτου παρίστησιν εὔκολον. ὁ γὰρ νυστάζων, ῥᾳδίως, εἴπερ ἐθέλοι, καθεύδει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐξενεχθείσης, φησὶ, κατ' αὐτῶν τῆς δικαίας ψήφου, οἱονεὶ ὕπνῳ καὶ κάρῳ παραδίδονται· τουτέστιν, ἀνανεῦσαι οὐκ ἴσχυσαν. Τίνες δὲ οὗτοι, ἢ οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις; Ἵππους δὲ ἡ θεία γραφὴ ἐξ ἔθους καλεῖ, τοὺς ἀκρίτως ἐκκεκλικότας πρὸς ἡδονάς· κατὰ τὸ, Ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν· ἕκαστος ἐπὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐχρεμέτιζεν.

ηʹ. ΣΥ ΦΟΒΕΡΟΣ ΕΙ, ΚΑΙ ΤΙΣ ΑΝΤΙΣΤΗΣΕΤΑΙ ΣΟΙ;] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Φοβερὸς γάρ ἐστι τοῖς κρινομένοις, τῶν καρδιογνώστης ὤν, μηδὲν παρορῶν· πρὸς ὃν καὶ φησίν· Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; εἰ καὶ μηδεὶς δὲ δυνατὸς ἀντιστῆναι, ἀλλ' οὖν αὐτὸς δι' ἀγαθότητα σὺν ἐλέει κρίνει. Ἔλεον γὰρ καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐδεμίαν, φησὶν, ἕξουσιν

6. DORMIERVNT SOMNVM SVVM.] CATENA PATRVM. *Diuites in morte inanes.*

ATHANASII. Cùm ignauiæ, inquit, atque socordiæ vitam dediderint, tempore diuini iudicij quasi nihil repererunt se habere in manibus suis, qui olim in mortali vita diuites videbantur. Quomodo enim reperissent ea quæ non fuerant operati?

EVSEBII. Ad modicum enim dormitantes, mortalis vitæ imaginatione, & in diuitijs superbientes, atque voluptatum, quas inde percipiebant, delicijs indulgentes, putabantur esse aliqui; sed vbi quasi è somno præsenti vitâ excesserunt, se nihil comprehendisse repererunt. Idcircò *ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, vel cùm multiplicata fuerit gloria eius: quoniam non cùm morietur sumet omnia.* Psal. 48, 17. Quia turbabuntur, cùm diuina sententia in ipsos lata fuerit, eò quòd non vigilauerint, in corporibus suis lubricis tamquam in equis dormitantes. Deus autem Iacob est Saluator noster, Verbum Dei: qui Deus Iacobo apparuisse scriptus est: hic iudicium in omnes à Patre suscepit.

THEODORETI. Ceterùm pro *viri diuitiarum* Symmachus exposuit, *viri fortes:* nam nihil ipsis profuit manuum robur, quo omnium diuitias ad se rapere videbantur: nam te nobis annuente, inutilis ipsis extitit equitandi peritia. Dormitatio autem nostis facilitatem ostendit. Qui enim dormitat, facilè, cùm voluerit, decumbit.

ATHANASII. Latâ, inquit, in ipsos iustâ sententiâ, quasi somno & veterno traditi sunt; id est, suspicere aut emergere minimè valuerunt. Qui autem illi, nisi qui ascenderunt equos? Equos autem diuina Scriptura de more vocat eos, qui incontinenter in voluptates effusi sunt; iuxta illud, *Equi furentes in feminas facti sunt: vnusquisque super vxorem proximi sui hinniebat.* *Per equos Scriptura significat incontinentes.* Iere. 5, 8.

8. TV TERRIBILIS ES, ET QVIS RESISTET TIBI?] ANONYMI. Terribilis enim est ijs qui iudicandi sunt, cùm sit cordium cognitor, qui nihil negligit: ad quem etiam ait: *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Psal. 130. Etsi autem nemo ei possit resistere, attamen ipse propter bonitatem suam iudicat cum misericordia. Nam *misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Psal. 100, 1. *Deus terribilis iis iudicandis sunt.*

ATHANASII. Nullam, inquit, excusationem habe-

CATENA PATRVM.

habebunt illi qui puniuntur: prænuntiauit enim ipsis ea quæ iudicium concernunt. Terram autem hic vocat vniuersam hominum naturam, quæ tunc etiam anxiabitur. Nemo enim tunc erit, qui non timebit instantem diem istum.

Evsebii. Superiùs quidem propter sanctos dixit Deo, *Illuminas tu mirabiliter*; nunc autem propter eos qui lumen videre noluerunt ait: *Tu terribilis es: ex tunc ira tua.* Manifestum, ex quo dormitauerunt hi qui
Rom. 2, 5. ascenderunt equos, & qui in ipsis. Ex eo enim thesaurizarunt sibi iram in die iræ; ita vt ad
Isa. 50, 11. ipsos dicatur, *Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis.*

Virtus est firmitas animæ.

Anonymi. Constantia seu firmitas animæ virtus est, quæ vires eius vnit, cùm malitiæ sit motus inordinatus, atque perturbatio. Motus igitur Cain propter peccatum audiuit: Peccasti, quiesce, finem imponens motui irrationali. Cùm igitur istud *quieuerunt* peccati quædam expunctio & iustitiæ recuperatio sit, Deo in iudicium exurgente, quieuit terra
Prou. 15, 27. tremefacta; id est, homines qui in ea sunt. *Timore enim Domini declinat omnis à malo.*

Deus audiri facit iudicium suum.

Porrò istud, auditum facere iudicium, non est ampliùs longanimiter agentis, sed peccatoribus comminantis. Et cùm idem sit quiescere quod mansuetum esse, seruat mansuetos terræ, cùm exurgit ad iudicium.

11. Qvoniam cogitatio hominis.] Evsebii. Quid autem illud? *Cogitatio hominis confitebitur tibi?* Omnis enim lingua & omnis cogitatio atque meditatio hominis confitebitur Deo iudicij tempore, quando occulta hominum manifesta fuerint.

In iudicio omnis lingua & cogitatio confitebitur Deo.

Quæ sint reliquiæ cogitationis.

Athanasii. Reliquiæ cogitationis sunt cogitatio emundata secundùm gratiæ delectum. Cùm igitur, inquit, in illo tempore pura reperta fuerit cogitatio, tunc vtique, tunc particeps erit solemnitatis.

Theodori. Cùm soleamus in calamitatibus animo deficere; hoc dicit, quòd anima nostra & cogitatio nobis residua, per opem tuam, quasi in festi partem, reposítura sit bonorum tuorum memoriam.

Quis agat festum Deo.

Evsebii. Qui occulta sua emundat, Deo gratias agit; & festum agit, cùm sapit, & facit ea quæ decent. Ceterùm significauerit

ἀπολογίαν οἱ κολαζόμενοι· προεκήρυξε γὰρ αὐτοῖς τὰ περὶ τῶν θείων δικαστηρίων. Γῆν δὲ ἐνταῦθα πᾶσαν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν καλεῖ, ἣ καὶ δειλιάσει τότε. Οὐδεὶς γὰρ ἔσται τότε, ὃς οὐ φοβηθήσεται ἐκείνης ἐπιστάσης τῆς ἡμέρας.

Εὐσεβίου. Ἄνω μὲν οὖν διὰ τοὺς ἁγίους ἔλεγε τῷ Θεῷ, Φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς· νῦν δὲ διὰ τοὺς μὴ βουληθέντας τὸ φῶς ἰδεῖν· Σὺ φοβερὸς εἶ· ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου. Δῆλον, ὡς ἀφ' οὗ ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοῖς ἵπποις, καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ ἐθησαύρισαν ὀργὴν ἑαυτοῖς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς· ὡς λέγεσθαι πρὸς αὐτούς, Πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε.

Ἀνωνύμου. Εὐστάθεια τῆς ψυχῆς ἀρετή, τὰς ταύτης ἑνοῦσα δυνάμεις, κινήσεως ἀτάκτου τῆς κακίας οὔσης, καὶ ταραχῆς. Κινηθεὶς οὖν ὁ Κάϊν δι' ἁμαρτίαν ἤκουσεν· Ἥμαρτες, ἡσύχασον, τέλος ἐπιθεὶς τῇ ἀλόγῳ φορᾷ. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ ἡσύχασεν ἁμαρτίας περιγραφή τις καὶ δικαιοσύνης ἀνάληψις, ἀναστάντος εἰς κρίσιν Θεοῦ, ἡσύχασεν ἡ γῆ φοβηθεῖσα· τουτέστιν, οἱ ἐπ' αὐτῆς ἄνθρωποι. Τῷ φόβῳ γὰρ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ. Τὸ δέ, ἀκουστὴν κρίσιν, οὐκέτι μακροθυμοῦντός ἐστιν, ἀλλ' ἀπειλοῦντος τοῖς ἁμαρτάνουσι. Καὶ ἐπεὶ ταὐτὸν τῷ ἡσυχάσαι τὸ πρᾶον εἶναι, σώζει τοὺς πραεῖς τῆς γῆς, εἰς κρίσιν ἀναστάς.

ια. Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου.] Εὐσεβίου. Τί δὲ τό, ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι; πᾶσα γὰρ γλῶσσα καὶ πᾶς λογισμὸς καὶ ἐνθύμησις ἀνθρώπου ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρόν, ὅταν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων φανερὰ γένηται.

Ἀθανασίου. Ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ὁ καθαρθεὶς ἐστὶ λογισμὸς κατ' ἐκλογὴν χάριτος. Ἐπειδὰν οὖν, φησίν, ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ καθαρὸς εὑρεθῇ λογισμός, τότε δή, τότε καὶ τῆς σῆς μεταλάβοι ἑορτῆς.

Θεοδώρου. Ἐπειδὴ ἔθος ἡμῖν ἐν ταῖς συμφοραῖς λειποψυχεῖν· τοῦτό φησιν, ὅτι ἡ ψυχὴ ἡμῶν καὶ ὁ λογισμὸς ὁ περιλειφθεὶς ἡμῖν, διὰ τὴν παρά σου βοήθειαν, ὡς ἐν ἑορτῆς μέρει, θήσεται τῶν σῶν ἀγαθῶν τὴν μνήμην.

Εὐσεβίου. Τὰ κρυπτὰ γάρ τις καθαρεύων, εὐχαριστεῖ τῷ Θεῷ· καὶ ἑορτάζει, φρονεῖ, καὶ πράττει τὰ δέοντα. Σημαίνοι δ' ἂν

καὶ

καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἐξαγόρευσιν, ἡνίκα μὴ μόνον λόγοις καὶ πράξεσι καθαρεύειν ἐθέλομεν, ἀλλὰ τέλειοι γενέσθαι βουλόμεθα· τότε δὴ καὶ περὶ βραχυτάτου ἐνθυμήματος ἐξομολογούμεθα· ὡς ἂν λέγοι τις, Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με. τὸ δὲ τῶν ἐνθυμήσεων καθαρὸν ἁμαρτίας, ἂν ἐν καταλείμμασιν, ἑορτάζει. ἢ καὶ τὸ ἀπολελεῖφθαι τὸ περὶ τούτου ἀμφίβολον, ἀναδειχθείσης ἐν αὐτῷ καθαρότητος, ἐφ' ᾗ ὁ ἅγιος ἑορτάζει, φρονῶν ἀληθῆ καὶ διαπραττόμενος· ἥτις ἀληθὴς ἑορτή, Παύλου φάσκοντος, Ὥστε ἑορτάζωμεν, μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.

ιβʹ. ΕΥΞΑΣΘΕ, ΚΑΙ ΑΠΟΔΟΤΕ ΚΥΡΙΩ ΘΕΩ ΗΜΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπὶ παραίνεσιν ὁ λόγος τέτραπται. Ἐπειδὴ τὰ εἰρημένα, φησίν, ἔσται ἐν τῷ θείῳ δικαστηρίῳ, τούτου χάριν ἕως ἔστε ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τάξασθε τῷ κυρίῳ ἀγαθῶν ἔργων ἐπιμέλειαν, καὶ τούτων μὴ βραδύνητε ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο λοιπὸν ὁ Προφήτης ἐγκελεύεται· περὶ ὧν τετυχήκατε, φησίν, εὐχόμενοι, τὰ ὀφειλόμενα αὐτῷ ἀπόδοτε.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰπὼν περὶ κρίσεως, ἐν ὅσῳ καιρὸν ἔχομεν, παραινεῖ ἐπαγγέλλεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ πληροῦν· κατὰ τό, Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν μὴ βραδύνῃς ἀποδοῦναι. Δεῖ τοίνυν τὴν οἰκείαν πρόθεσιν ὥσπερ εὐχὴν ἐπαγγέλλεσθαι τῷ κυρίῳ· κατὰ τό, Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦμαί σε, καὶ δοξάσεις με. Νῦν μὲν οὖν εὔξασθε. ἔσται γὰρ καιρός, ὅτε καθημένῳ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ προσκυνήσαντες πάντες οἴσουσι δῶρα, δηλαδὴ τοὺς ἰδίους καρπούς. Εὐξώμεθα τοίνυν, ὡς ἂν ἄξιοι τῶν κυκλούντων αὐτοῦ τὸν θρόνον γενώμεθα· ἀλλὰ μὴ ὁμοιωθῆναι τοῖς μὴ πλησίον γενομένοις, καὶ τοιαῦτα κομίζουσι· περὶ ὧν λεχθήσεται τό, Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· τῶν μετοχῇ μὲν τοῦ θείου πνεύματος γενομένων ἀρχόντων, ἀνάξιον δὲ βίον ἐσχηκότων τῆς χάριτος, καὶ παραδιδομένων τιμωρίᾳ τῇ τούτου πάλιν στερήσει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπαγγείλασθε, φησίν, ἀγαθοεργεῖν, εἰδότες, ὡς δεῖ ὑμᾶς ἐν τούτῳ γενομένους τῷ τόπῳ οἱονεὶ δῶρα τὰς ἑαυτῶν πράξεις προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ. Οὗτος δὲ ὁ

quoque peccatorum enarrationem, quando non solùm verbis & operibus mundi esse volumus, sed etiam perfecti fieri cupimus: tunc vtique etiam de minima cogitatione confitemur: vt si quis dixerit, *Ab occultis meis munda me.* Cogitationis autem à peccato puritas, cùm de reliquijs sit, festum agit. Vel quòd huius ambiguitas deserta sit, ostensâ ipsius puritate, in qua sanctus festum agit, dum vera sapit ac facit: quæ vera festiuitas est, Paulo dicente, *Itaque epulemur, non in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.*

CATENA PATRVM.

Psal. 18, 13.

Quomodo sanctus festum agat.

1. Cor. 5, 8.

12. VOVETE, ET REDDITE DOMINO DEO VESTRO.] ATHANASII. Ad exhortationem hic sermo conuertitur. Cùm prædicta, inquit, in diuino iudicio futura sint, idcircò, donec estis in præsenti vita, satagite Domino bonorum operum studium exhibere, neque tardetis horum facere redhibitionem.

Bonis studijs demerendus est Deus.

THEODORI. Hoc deinceps Propheta iubet. q.d. Pro ijs quæ orantes consecuti estis, debita ipsi reddite.

EVSEBII. Cùm de iudicio verba fecisset, quamdiu tempus habemus, hortatur vt Deo promittamus, & promissa expleamus, iuxta illud, *Cùm voueris votum, ne tardes reddere.* Oportet igitur proprium propositum tamquam votum annuntiare Domino, iuxta illud, *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua: & inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me.* Nunc igitur vouete. Erit enim tempus, quando sedenti super thronum gloriæ suæ adoratores omnes afferent dona, scilicet fructus proprios. Voueamus igitur, vt digni fiamus ijs qui thronum eius in circuitu ambiunt: verumtamen non assimilemur ijs qui minimè appropinquant, & istiusmodi adferunt: de quibus dicetur illud, *Non permanebit spiritus meus in filijs hominum:* qui diuini quidem Spiritus participatione principes effecti fuerant, sed indignam tantâ gratiâ vitam habuerant, & per eiusdem denuò priuationem traditi sunt supplicio.

Promissa Deo reddenda.

Deut. 23, 21.

Psal. 49, 14.

Gen. 6, 3.

ATHANASII. Promittite, inquit, bona facere, scientes, quomodo oporteat vos in isto loco existentes quasi dona quædam Deo actiones vestras afferre. His autem

Actiones nostræ pro dono Deo offerendæ.

CATENA PATRVM.

Deus terribilis est, qui etiam ab ijs qui olim regnarunt, & praui extiterunt, spiritum auferet. In isto enim diuino atque terribili tribunali, cuiuslibet eorum qui peccauerint spiritus per Baptismum concessus aufertur. Atque illud est quod Dominus dixit, Diuidet seruum nequam, cùm venerit Dominus eius, partemque eius cum infidelibus ponet. (Luc. 12, 46.)

Θεὸς φοβερός ἐστιν, ὃς καὶ ἀπὸ τῶν πάλαι βασιλευσάντων, καὶ γενομένων πονηρῶν, τὸ πνεῦμα ἀφαιρήσεται. Ἐν γὰρ ἐκείνῳ τῷ θείῳ καὶ φοβερῷ βήματι, ἑκάστου τῶν ἡμαρτηκότων ἀφαιρεῖται τὸ πνεῦμα τὸ δοθὲν διὰ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ κύριος ἔλεγε, Διχοτομήσει τὸν δοῦλον τὸν πονηρὸν, ἐλθὼν ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

THEODORETI. Neque enim mirum, inquit, vos hoc facere; quandoquidem eorum quæ facta sunt magnitudo in stuporem omnes finitimos abripiat, ita vt dona ipsi afferant tamquam magno, & quæcumque voluerit facienti, & Principes è medio tollenti, ac Reges punienti. Par autem erat hoc fieri à finitimis, non solùm id quod factum fuerat obstupescentibus, sed etiam gratias agentibus. Cùm enim ipse omnes Assyrios dissipasset, & vix non deleuisset, mors eorum communis omnium libertas extitit.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐδὲ γὰρ θαυμαστόν, φησιν, ὑμᾶς τοῦτο διαπεπρᾶχθαι· ὁπόταν τῶν γενομένων τὸ μέγεθος εἰς ἔκπληξιν πάντας καθιστᾷ τοὺς περιοικοῦντας, ὥστε δῶρα αὐτῷ προσαγαγεῖν ὡς μεγάλῳ, καὶ ποιοῦντι ὅσα βούλεται, καὶ ἀναιροῦντι ἄρχοντας, καὶ βασιλέας τιμωρουμένῳ. εἰκὸς δὲ ἦν τοῦτο γενέσθαι παρὰ τῶν περιοικούντων, οὐ μόνον ἐκπληττομένων τὸ γενόμενον, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστούντων. Αὐτοῦ γὰρ πάντας τοὺς Ἀσσυρίους διασκεδάσαντος, καὶ μικροῦ δεῖν ἀπολέσαντος, κοινὴ πάντων ἦν ἐλευθερία ὁ ἐκείνων θάνατος.

Deus terribilis apud Reges terræ.

DIDYMI. Vel etiam sic: Cùm terribilis esset apud Reges terræ, Pharaonem demersit, Nabuchodonosorem ex hominibus eliminauit, auferens ipsi vsum rationis, ita vt cum bestijs vitam traduceret. Abstulit spiritum à Saüle, qui Samuelem contempserat, & pactum Dei violauerat: dictum est enim, *Quia recessit spiritus Domini à Saül, & suffocabat eum spiritus malignus à Domino*, iusto iudicio missus. (1. Reg. 16, 14.) Et à Doctoribus Ecclesiasticis dictum est: Ne peccaueris sciens. Nam & Paulus ad Mileti presbyteros, consolans eos, dixit: *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos.* (Act. 20, 28.) & post cetera: *Et ex vobis ipsis exurgent viri, loquentes peruersa*, scilicet contra Spiritum diuinum, terribili iudice hos auferente.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἢ καὶ οὕτως· Φοβερὸς ὢν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, τὸν Φαραὼ κατεπόντισε, τὸν Ναβουχοδονόσορ τῶν ἀνθρώπων ἐδίωξεν, ἀφελὼν αὐτοῦ τὸ φρονεῖν, ὡς συνδιάγειν θηρίοις. Ἀφεῖλε πνεῦμα ἀπὸ Σαοὺλ, ἐξουδενώσαντος τὸν Σαμουὴλ, καὶ παραβεβηκότος τὴν τοῦ θεοῦ διαθήκην· εἴρηται γὰρ, ὡς ἀπέστη πνεῦμα κυρίου ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν παρὰ κυρίου, κρίσει δικαίᾳ πεμφθέν. Καὶ παρὰ διδασκάλων ἐκκλησιαστικῶν εἴρηται· Οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰδώς. Ἔφη γὰρ πρὸς τοὺς Μιλήτου πρεσβυτέρους ὁ Παῦλος, παρακαλῶν αὐτούς· Προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ ἐπισκόπους. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ ἐξ ὑμῶν ἀναστήσονταί τινες, λαλοῦντες διεστραμμένα, δηλαδὴ εἰς τὸ θεῖον πνεῦμα, τοῦ φοβεροῦ τούτους ἀφαιρουμένου κριτοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

IN titulo nil noui occurrit præter illa verba, *Canticum ad Assyrium*; vel, vt Vulgata habet, *Assyrios*: quæ non sunt in Hebræo. Existimant Theodoretus & Euthymius, & multi recentiores in hoc Psalmo prædici victoriam, quam obtinuit Ezechias de Sennacherib Rege Assyriorum: idemque tradit argumentum superiùs Paraphrasi præpositum. Sed non dubium est, altiore sensu prædici victoriam electorum Dei aduersus omnes hostes tam visibiles quàm inuisibiles. Vnde optimè Athanasius, Eusebius & Apolinarius in Catena Psalmum hunc exponunt de iudicio Dei & victoria iustorum.

Quomodo in Iudæa notus sit Deus. Rom. 2.

2. *Notus in Iudæa Deus.*] Notitiâ, inquam, non solùm generali, qualis fuit in Gentibus, præsertim Philosophis, è sensu creationis & naturæ operibus haustâ; verùm etiam speciali, per gratiam, scripturas aliasque reuelationes propheticas comparatâ; cuius finis est Dei cultus, fides, religio, amor, metus. Vnde præter illa quæ Philosophus de Deo nouit, id est, esse conditorem, mode-

moderatorem, motorem primum, primam causam, finem rerum omnium, actum purum, incorporeum, seipsum, & in seipso cuncta intelligentem, alia multa Christianus cognoscit, quæ Dei naturam maximè explicant; vt, Deum esse vnum & trinum, omnipotentem, adeò vt ex nihilo cuncta produxerit tali tempore, non priùs vel posteriùs, & nunc omnia regat, conseruet, portet verbo virtutis suæ, curet, & sciat quæcumque, quantumuis exigua, vilia, numerosa: Deum illum vnicum (quem mente suspicabatur Philosophus) esse Patrem ingenitum, Filium vnigenitum, Spiritum sanctum Paracletum, tres personas consubstantiales, eâdem maiestate & perfectione præditas: Deum hunc esse clementissimum, iustissimumque, omnia posse nullo causarum secundarum interuentu, quæ humana mens nullâ possit arte rationéve inuestigare & assequi, quæque seipsis verissima, solâ fide & auctoritate dicentis demonstrata sint atque stabilita. Itaque non quantum ad essentiam, sed quantum ad attributa, proprietates, cultum, colendique modum, adde leges, voluntatem, mysteria, peculiaria opera; quantum ad hæc omnia in sola Ecclesia, cuius matrix est Iuda & Israël, verus & certus Deus cognoscitur & colitur: verus quidem, cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem; idque ob miracula inaudita quæ illic patrauit, & solet patrare pro eius salute & gloria: certus autem, vt qui apparuisset Patriarchis, eorum posteros è seruitute liberasset, dedisset terram Chanaan, legem, tabernaculum, Prophetas, cultum, qui esset pædagogus ad Christi aduentum, vt tum demum reliquis nationibus Euangelium per eos annuntiaretur. Deum igitur cognoscere, interdum est quædam, vel plurima, vel omnia Dei attributa physica & generalia nosse, & percipere; quomodo Philosophi Deum dicuntur cognouisse, id est, vt Paulus interpretatur, intellexisse generalia eius attributa, vt potentiam, sapientiam, æternitatem: interdum præter hæc singularium attributorum supernaturalium intelligentiam accepisse, quæ non sensum modò de Deo aliquem afferant, verùm animum etiam Dei metu & religione imbuant: quo modo in Ecclesia notus est. Alioquin Dei naturam, essentiam, rationem totâ definitione vel cogitatione minimè complectimur, quemadmodum hominis aut alterius rei, quæ à nobis qualis, quanta, quæque natura sit, tum explicari tum animo concipi potest. Hoc enim sensu *Deum nemo vidit vmquam*, id est, perfectè, siue naturam essentiámve cognouit. Ceterùm, cùm *Iudæa* confessio interpretetur; animæ, quæ confessioni incumbit, Deus incipit innotescere. *In Israël* autem, qui videns Deum significat, *magnum nomen eius*. Quoniam videnti Deum contemplationis oculis magnus & excelsus apparet.

Verus Deus in sola Ecclesia Catholica cognoscitur, & colitur.

Isaiæ 31.

Quid sit nosse Deum.

Rom. 1.

1. Ioan. 4, 12.

3. *Et factus est in pace locus eius.*] Græcè, ἐν εἰρήνῃ, Hebraicè est בשלם *bessialem*, hoc est, *in Salem*: quod Rabbini hoc loco positum sumunt propriè non appellatiuè, vt sit ea vrbs quæ posteà Hierusalem dicta est; sic & Chaldaicè est. Et fuit Hierusalem domus sanctuarij eius, vt habitaculum diuinitatis sanctum ipsius in Sion: quando fecit domus Israël voluntatem eius, habitauit diuinitas eius inter illos. Verùm Septuaginta docere voluerunt, hoc intelligi potiùs de Hierusalem cælesti & spiritali, siue Ecclesia, quàm de externa & terrena. Pulchrè Cassianus Collat. 12. cap. 11. hunc locum spiritaliter exponit: *Non enim in conflictu*, inquit, *certaminis, neque in colluctationibus vitiorum locus Deo factus est, sed in castimoniæ pace, & in cordis tranquillitate perpetua. Huncque pacis locum extinctione carnalium passionum si quis meruerit obtinere, ex hac quoque proficiens gradu, ac Sion spiritualis, id est specula Dei, consequenter effectus, erit etiam habitatio eius*. Habitatio, inquam, pacifica, & quæ Hierusalem illam cælestem locum indisruptæ pacis repræsentet. Licet enim Deus corda omnium iustorum inhabitet, tamen in illis præcipuâ ratione commoratur, quibus ex perfecta mortificatione vitiorum, ac præcipuè vitij carnalis, aduenit perfecta tranquillitas. Nimirum illud Dauidis oraculum certum est, & è diuinæ mentis intelligentia promptum: *Factus est in pace locus eius*. In hac quiete animi pacifici & beati est honoratum Numinis diuersorium, & tabernaculum venerandum; in quo lubens, & diuitijs omnibus circumfluens delicijsque inhabitet. Itaque S. Hieronymus hunc pij Vatis locum ita vertit: *Factum est in Salem tabernaculum eius*. Salem vocat, quæ alio nomine dicitur Hierusalem ciuitas Dei: quod nomen aiunt erudiți componi ex ראה *raah*, id est *vidit*, & שלם *Salem*: quem locum animo & cogitatione prouidit Abraham, cùm dixit, *In monte Dominus videbit*; in celeberrimo illo monte, vbi augustissimum templum exædificatum fuit, & symbola æternæ pacis collocata. Igitur in *Salem*, hoc est *pace*, & tabernaculum, &, vt loquitur Chaldæus Paraphrastes, domus sanctuarij Dei. Si quis me roget, vbi familiariùs Deus libentiusque versetur; dicam fidenter duobus in locis, nimirum in cælo, atque in pace cordis humani, Deumque amantis & reuerentis: in hoc corde circumseptus omni genere gratiarum sibi hospitium deligit: ibi vt sol radios immittit suos ad perennia & diuina cognoscenda: vt sponsus amat, vt bonus pater prouidet, vt Rex defendit & conseruat, vt fons dulcedinum mentem inebriat. Factum est in pace tabernaculum eius. In Salem est Basilica illius augustalis, & regia sedes. Salem siue Solymam Iosephus interpretatur ἀσφάλειαν, *securitatem*, arcem, præsidium. Quod etiam pacis bonum vehementiùs illustrat, quæ præter dulcissimam diuinarum benedictionum communionem, etiam præsidium & securitatem è sancti Numinis præsentia consequitur. Quod Salomon quoque in arcano Prouerbio suo insinuat: *Secura mens, quasi iuge conuiuium*. Vbi secura mens est Salem, ἀσφάλεια, pax secura, quam Dei præsentia & benedictio consecrauit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Gen. 22.

Prou. 15, 15.

4. *Ibi confregit potentias arcuum, &c.*] Quod quamuis litteraliter passim intelligatur de templo Hierosolymis sito, eamque vrbem contra hostium incursus muniente; spiritualiter tamen intelligitur de ipso Deo bonam conscientiam inhabitante, & contra diabolicas vires atque insidias protegente. Sic enim D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 14. exponit: *Vbi*, inquit, *quietus affectus, nullis diuersarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis auaritiæ turbatur procellis, nullis quærendarum diuitiarum ignescit incendijs: ipse est qui speculatur æterna, & habitat in Sion, confringens omnia spiritualium instrumenta bellorum;*

Bona conscientia est arx à Deo custodita.

Locus Dei in pace est.

ANNOTATIONES CORDERII.

Deus fautor & amator pacis.

rum; contereus arma, quibus diabolus ignita dirigens iacula, graues pectoribus hominum solet inurere passiones. Nec mirum, cùm in bona conscientia, tamquam in arce munitissima, commoretur ipse Deus, qui bellicos inde tumultus auertat, & hostilem insolentiam retundat, & internam animi pacem foueat ac tueatur: aufert enim bellum & arma bellica quibus impugnabatur anima; eaque confringit atque comminuit, vt pacata Dei domus & habitatio fiat. In huius rei imaginem templum quoque sibi à Rege pacifico & in tempore pacis ædificari voluit; & Christus in diebus summæ pacis natus est, cùm Gentes *conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.*

Isaiæ 2, 4.

5. *Illuminas tu mirabiliter à montibus æternis.*] Græcè est φωτίζεις: Vulgata habet *Illuminans*: Theodoretus ex Symmacho, Ἐπιφανὴς εἶ, ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων θήρας. *Illustris es, immensus à montibus venationis*: Scholiastes autem ex eodem Symmacho, φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων θήρας. *Illuminas tu mirabiliter à montibus prædæ*: ex Theodotione, φοβερὸς εἶ, θαυμαστὸς ἀπὸ ὀρέων καρποφόρων, *Terribilis es, admirabilis à montibus fructuosis*: ex Aquila, φωτεινὸς σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων αἰχμῶν: quæ videtur vertisse S. Hieronymus, *Lumen tu es magnifice à montibus captiuitatis.* Mysticè per montes intelliguntur viri sancti, quorum exemplis & doctrinis illuminamur & erudimur in virtute. Vnde S. Gregorius lib. 27. Moralium cap. 5. ait: *Qui enim orientem Solem contemplari non valet, irradiatos montes aspicit; & quia Sol ortus sit, deprehendit. Ex æternis ergo montibus nos Deus illuminat, quia per admiratam vitam Patrum præcedentium radio nos suæ claritatis illustrat.* Ab his montibus Deus nos illuminat, quòd nimirum sint doctores humani generis, & exceptam lucem veritatis & sapientiæ benignè alijs communicent. Sic videmus cacumina montium primum Solis lumen capere, tum fundere in reliquum orbem terrarum. Vnde fortè Thabor nomen obtinuit suum, quem excelsum & pulcherrimum montem ait fuisse D. Hieronymus, qui interpretatur *veniens lumen.* Sic Deus, cui nomen *Oriens*, quique Sol est animorum, Ecclesiæ Doctores, vt mysticorum montium vertices, primùm illuminat, tum ab illis clarissimis iugis in alios spargit deinde lucem diuinæ cognitionis & doctrinæ. Illam summæ prouidentiæ partem Dauid hîc concelebrat: *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Quod de sacris hominibus capiens S. Augustinus, *Dicuntur*, inquit, *montes, quia doctores nostri lucem primi recipiunt.* Eâdem mente S. Paulinus Epist 4. ad Seuer. vocat illos *montes Dei, montes vberes; de quibus nos illuminat mirabiliter à montibus æternis.* Quare nonnumquam in diuinis Litteris mons significat eximiam quamdam cognitionem: vt cùm Ezechiel de principe dæmone loquens in persona Tyrij Regis, ita subdit, *Posui te in monte sancto Dei*: vbi montis nomine intelligi cognitionis sublimitatem vult Theodoretus. Ex illis verò montium iugis duplex fundi lumen ait S. Augustinus, scilicet doctrinæ & exempli; nam exponens illa verba Dauidis, *Suscipiant montes pacem populo*, ita infit: *Excellenti sanctitate eminentes in Ecclesia montes sunt, qui idonei sunt & alios docere, sic loquendo, vt fideliter instruantur, sic viuendo, vt salubriter imitentur.* Vide plura superiùs in rem hanc annotata ad Psal. 71 ver. 3.]

Illuminat nos Deus per doctrinas & exempla Sanctorum.

Zach. 6, 12.
Luc. 1, 78.

Ezech. 28, 14.

Psal. 71, 3.

6. *Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum.*] In quem locum argutè Ambrosius lib. de Naboth cap. 15. *Bene*, inquit, *viros diuitiarum appellauit, non diuitias virorum; vt ostenderet, eos non possessores diuitiarum esse, sed à suis diuitijs possideri. Possessio enim possessoris esse debet, non possessor possessionis. Quicumque igitur patrimonio suo tamquam possessione non vtitur; qui largiri pauperi & dispensare non nouit, is suarum famulus est, non dominus facultatum: quia aliena custodit vt famulus; non tamquam dominus suis vtitur.* Concinit D. Cyprianus lib. 2. Epist. 2. vbi locutus de diuite auaro, quem non tam aurum quàm peccatum onerabat: *Suspirat*, inquit, *ille in conuiuio, vigilat in pluma; nec intelligit miser speciosa sibi esse supplicia, auro se illigatum teneri, & possideri magis, quàm possidere diuitias.* Huc referri potest illud Tertulliani lib de Habitu muliebri cap. 7. de barbaris quibusdam populis, hoc quidem nomine sapientibus: *Qui auro*, inquit, *vinctos in ergastulis habent, & diuitijs malos onerant, tantò locupletiores, quantò nocentiores.* Et libro de Cultu feminarum cap. 10. *Aurum ipsum*, inquit, *cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula seruire referunt Gentilium litteræ.* Hoc enim exemplum diuina prouidentia inter homines esse voluit; vt illo quodammodò typicè demonstraret, diuites non tam esse liberos quàm seruos: dum enim auro tamquam liberi potiuntur, prauo auri affectu, tamquam serui vinculis, retinentur: tales igitur *dormierunt somnum suum*: nam præsens eorum vita quædam dormitio est, quia licet vigilent corpore, anima tamen ipsorum dormit. Psalmista igitur ad pœnitentiam ipsos prouocare volens, ostendit exemplo, quòd sicut pauperes quandoque somniant se multas habere diuitias, sed cùm euigilant vacuos se reperiunt; sic etiam illi qui in præsenti vita dormientes se diuites putant, cùm per mortem euigilauerint, tum nihil se habuisse comperiunt. Rectè igitur dicuntur diuitiæ post somnum auolare, quia non nisi per somnium possidentur. Vnde D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 6. *Hic*, inquit, *acquiruntur, hic relinquuntur: somnium igitur loquimur, non patrimonium.* Et D. Chrysostomus Homiliâ 32. in cap. 4. Ioannis: *Quid autem*, inquit, *omnino sunt diuitiæ? Vmbra iners; fumus, qui citò euanescit; flos feni, vel etiam vilior.* Pulchrè illis quadrat hoc distichum:

Diuites dormientes in morte euigilantes nil reperiunt.

Somnus, bulla, vitrum, glacies, flos, fabula, fœnum;
Vmbra, cinis, punctum, vox, sonus, aura, nihil.

Ah miseri! quas opes struere, quantos honores gerere, quas & voluptates percipere nobis videmur? quidquid horum est, somnium est; sed heu quàm breue, & quàm ludicrum! *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Diuites & beatos ô viri vos esse somniastis, sed ex ijs omnibus quæ habuistis, quæ sperastis, quid rerum obsecro retinuistis? Hæc vigilantium somnia, hæc somniantium ludibria erant merissima.

7. *Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.*] Symmachus, Ἀπὸ ἐπιτιμήσεώς σου θεὲ Ἰακὼβ ἐκαρώθη καὶ ἅρμα καὶ ἵππος:

[illegible]: nec multò aliter S. Hieronymus, *Ab increpatione tua Deus Iacob consopitus est & currus & equus*: Aquila, [illegible]: quod idem ferè significat quod [illegible]. Sicut superiori versu auaros, ita hîc superbos increpando humiliat. Vbi notandum cum S. Gregorio libro 31. Moral. cap. 18. Equi nomine in sacris Litteris multa significari: *In Scriptura* enim, inquit, *sacra equi nomine aliquando lubrica vita prauorum, aliquando dignitas temporalis, aliquando hoc ipsum præsens sæculum, aliquando præparatio rectæ intentionis, aliquando sanctus prædicator exprimitur. Equi enim nomine lubrica prauorum vita signatur, sicut scriptum est:*

Quid per equos in Scriptura designetur.

Psal. 31. Nolite fieri sicut equus & mulus. *Et sicut per Prophetam alium dicitur:*
Ier. 5, 8. Equi amatores & emissarij facti sunt: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. *Equi nomine dignitas temporalis accipitur, Salomone at-*
Eccle. 10, 7. *testante qui ait*: Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes quasi seruos super terram. *Om-*
Ioan. 8, 34. *nis quippe qui peccat seruus est peccati: & serui in equis sunt, cùm peccatores præsentis vitæ dignitatibus efferuntur. Principes verò quasi serui ambulant super terram, cùm multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit; sed summa hîc aduersitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur*: Dormitauerunt qui ascen-
Psal. 75, 6. derunt equos: *id est in morte animæ mentis oculos à veritatis luce clauserunt, qui in præsentis vitæ honore confisi sunt*, &c. Sic ergo hîc per equos intellige superbas huius mundi dignitates, quas ascendunt superbi, qui Deo subijci nolunt. Sic Pharao increpatus à Deo, increpationes Dei obstinatâ mente contempsit: sic & omnes qui negligunt monita Dei dormitant, quia Deum audire contemnunt.

8. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?*] Hanc quæstionem mouet S. Gregorius super illo Iob,
Iob 9. *Deus, cuius iræ nemo resistere potest*, dicens: *Mirum valdè est, quod iræ Dei nullum resistere posse dicitur, cùm multos indignationi supernæ animaduersionis obviasse eloquia diuina testentur. An non iræ Dei Moyses restitit, qui pro cadente populo erectus, ipsum supernæ percussionis impetum mortis sua oblatione restrinxit, dicens*:

Quomodo sancti quandoque iræ Dei resistant.

Exod. 32. Dimitte illis hanc noxam; alioqui dele me de li-
Num. 16. bro tuo quem scripsisti? *An non iræ Dei Aaron restitit, cùm inter viuentes ac mortuos thuribulum sumpsit, atque animaduersionis ignem incensi*
Num. 25. *fumo temperauit? An non Phinees iræ Dei restitit, qui luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans, zelum suum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit? An non iræ Dei Dauid restitit, qui Angelo ferienti se offerens, placationis gratiam & ante tempus propositum exegit? An non Helias iræ Dei restitit, qui longo iam tempore terrâ arente subductas de cælo pluuias verbo reuocauit? Quomodo ergo diuinæ iræ nullum posse resistere dicitur, cùm multos sæpè restitisse exemplis demonstratur? Sed si subtiliter & hæc B. Iob eloquia, & illorum facta pensamus, & verum cognoscimus, quia diuinæ iræ non resistitur; & verum, quia multi sæpè restiterunt. Omnes etenim sancti qui iræ Dei obuiant, vt contra impetum percussionis eius opponantur; atque, vt ita dixerim, cùm ipsi se erigunt contra ipsum, eosque diuina vis sibi opponit secum: quia in eo quod aduersum sæuientis iram foris obtinent, intus eos gratia irascentis fouet, & famulantes interius leuat, quos quasi aduersantes exterius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantium quam aspirat: & velut nolens opponitur, quod ab ipso vt fiat imperatur. Moysi enim dicit*:

ANNOTATIONES CORDERII.

Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, Exod. 32.
& deleam eos, faciamque te in gentem magnam. *Quid est sermo dicere, Dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si apertè diceretur: Pensa quantum apud me valeas, & cognosce quia obtinere poteris quidquid pro populo exoras. Quod quia hac mente agitur statim venia subiuncta testatur. Cùm verò superna indignatio sese, vt ita dixerim, medullitus mouet, hanc oppositio humana non retinet: nec se vtiliter cuiuslibet deprecatio obijcit, cùm semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit*, &c. Idem aliter ad hanc quæstionem respondet lib. 9. Moral. cap. 2. dicens: *Resistere autem Deo dicimur, cùm repugnare eius dispositionibus conamur: neque enim nostra infirmitas incommutabilitatem sententiæ obuiat; sed tamen quod explere non valet tentat. Nam sæpe humana infirmitas occultæ vim dispositionis agnoscit, & tamen hanc si mutare valeat, appetit: contraire satagit, sed ipsa se gladio contradictionis frangit: ordini interno renititur, sed suis victa conatibus ligatur*. Hanc ergo insuperabilem Dei potentiam ostendens ait: *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?*

Quando ira Deo nemo possit resistere.

Quando dicamur Deo resistere.

11. *Et reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi.*] Lyranus, qui hunc Psalmum explicat de celebri illa victoria quam Rex Ezechias 4. Reg. 19. de Sennacherib Rege Assyriorum reportauit; *Reliquiæ cogitationis*, inquit, *dicuntur hîc memoria de illo facto: quia Ezechias & populus eius non solùm egerunt Deo gratias semel, quando liberati fuerunt, sed etiam postea, quando istud beneficium occurrebat memoriæ eorum*. Hæc igitur beneficij diuini recordatio adeò fuerat Deo grata, vt diem illi festiuissimum agere videretur. His verbis quoque docet Propheta, vt notat Rupertus, non solùm primitias, sed etiam reliquias cogitationum nostrarum, id est, totas nostras cogitationes, in Dei laudibus collocandas. Vnde Theodoretus ad hunc locum: *In hymnorum*, inquit, *cantilenas cogitationes consecrarunt, ut ne minimam quidem earum partem in aliam curam occupantes*. Quare Rupertus ad eumdem locum ostendens, quanti æstimentur à Deo cogitationes nostræ, quæ in eius gloriam referuntur: *Scientiarum*, inquit, *Domino cogitationes præparantur pro munere: si vis ab illo promereri vel impetrare scientiæ donum, non multa oblationes arietum & taurorum, sed sancta cogitationes eius rei præparatoria sunt*, iuxta illud, *Præparatio-*
nem cordis eorum audiuit auris tua. Huiusmodi tamen cogitationes sensatas esse oportet, vt notat idem Rupertus; alioqui Deus *aufert se à cogita-* Sap. 1, 5.
tionibus quæ sunt sine intellectu.

Nihil Deo gratius gratiarum actione.

Omnes cogitationes Deo consecrandæ.

Psal. 9, 17.

12. *Vouete, & reddite.*] Hinc refellitur hæresis modernorum hæreticorum, qui vota rerum non imperatarum à Deo prorsus contemnunt. Sanctus enim Augustinus exponens hunc locum scribit, rectissimè voueri Deo perpetuam virginitatem, spontaneam paupertatem, & alia id genus, quæ à Deo non imperantur, vti Bellarminus Tom. 2. lib. 2. cap. 17. & 18. fusè probat. Quin imò hæc ex voto quàm sine voto oblata Deo grata

Refelluntur hæretici qui votum non præceptarum vota cauillantur.

PARAPHRASIS ANONYMI

tiora esse minimè dubitandum est; quia tunc non solùm res, sed etiam libertas consecratur, & spontanea quædam necessitas subitur; de qua rectè D. Augustinus Epist. 45. *Felix*, inquit, *necessitas, quæ ad meliora compellit.* Imò per votum maior cum Deo familiaritas contrahitur. Nam si humana pacta, etiam inter externos & ignotos, amicitias inducunt; quam familiaritatem cum Deo copulabunt vota, quibus homines cum Deo arctiùs & strictiùs paciscuntur? Nam, vt benè Ambrosius lib. 9. in Lucam cap. 20. *Maior est*, inquit, *fides contractus quàm pecunia*. Hoc vt Deus cum homine commercium iniret, *Inuoca*, inquit, *me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me:* vbi interprete D. Chrysostomo mo-

Maior cum Deo familiaritas ex mutua voti pactione contrahitur.

Psal. 49, 15.

net fieri vota, vt præmia conferantur quit, *expectat Deus, vt à nobis innocenti* spondet: *Volens*, inquit, *in nobis efficere familiaritatem & vehementiorem amici vocando & accipiendo. Vota enim ac pr familiaritatem conciliant. Et ideò dicit bi, & dabo tibi.* Quà ex familiaritate c quis non videt, quanta in hominem dig dundabit? Vnde Origenes Hom. 24. in ros: *Si offeramus*, inquit, *Deo institiam accipiemus ab ipso iustitiam Dei; & si off ei nostram castitatem, accipiemus ab ipso sp stitatem; & si offeramus ei sensum nostrum piemus ab ipso sensum ipsius.* Quasi vouen homine in Deum quodammodò transferan

IN PSALMVM LXXVI. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro Idithum, Psalmus Asaph.

Similis est septuagesimo secundo quoad argumentum, cùm etiam hic sit Babylonius: siquidem continet cogitationes populi, quibus necesse erat ipsos inuolui tempore tentationum. Alia enim quis cogitat lætus existens, & alia ægro animo affectus. Ceterùm chorus Deum celebrantium erat concreditus Asapho. Figuratus est autem, ac si post reditum hæc dicerent.

αʹ. Εἰς τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

Ἔοικε τῷ οβʹ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, Βαβυλώνιος καὶ οὗτος ὑπάρχων· περιέχει γὰρ τοὺς λογισμοὺς τοῦ λαοῦ, οἷς ἀνάγκη ἦν αὐτοὺς ἐγκυλίεσθαι ἐν τῷ καιρῷ τῶν πειρασμῶν. Ἄλλα γάρ τις λογίζεται εὐφραινόμενος, καὶ ἄλλα δυσχεραίνων. Χορὸν δὲ ὁ Ἀσὰφ ἐπιστεύθη τῶν θεὸν ὑμνούντων· ἐσχημάτισται δὲ, ὡς μετὰ τὴν ἐπάνοδον ταῦτα λεγόντων.

PARAPHRASIS ANONYMI.

2. VOCE meâ ad Dominum clamaui: voce meâ ad Deum, & intendit mihi.

Tempore calamitatis Deus inuocandus.

In tempore, inquit, calamitatum inuocaui Deum, & reperi ipsum adiutorem promptum.

3. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte* coram eo: & non sum deceptus.

* *Vulgata* côtra eum:

Manus meas, inquit, extendens ad eum in nocte & die, non sum frustratus. Illud enim, *Non sum deceptus*, pro non sum frustratus dicit. Cùm autem procemia dixisset per modum gratiarum actionis, deinceps etiam enarrat ærumnarum magnitudinem.

Renuit consolari anima mea,

Id est, Anima mea propter magnitudinem malorum omnem reiecit consolationem.

βʹ. ΦΩΝΗ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα· φωνῇ μου πρὸς θεὸν, καὶ προσέσχε μοι.

Ἐν τῷ καιρῷ τῶν συμφορῶν, φησιν, ἐπικαλεσάμην τὸν θεὸν, καὶ εὗρον αὐτὸν βοηθὸν ἕτοιμον.

γʹ. Ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου τὸν θεὸν ἐξεζήτησα, ταῖς χερσί μου νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἠπατήθην.

Τὰς χεῖράς μου, φησὶν, ἐκτείνας πρὸς αὐτὸν ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, οὐκ ἀπέτυχον. τὸ γὰρ, οὐκ ἠπατήθην, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπέτυχον λέγει. Εἰπὼν δὲ τὰ προοίμια ὡς ἐν εἴδει εὐχαριστίας ἀφηγεῖται, λοιπὸν καὶ τὸ μέγεθος τῶν συμφορῶν.

Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου,

Ἀντὶ τοῦ, ἀπηγόρευσε πᾶσαν παράκλησιν ἡ ψυχή μου διὰ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν.

Ἐλε-

Ἐλογιζόμην γὰρ μηκέτι τέλος ἕξειν μοι τὰ κακά.

γ'. Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην,

Ἀνθρωπίνην μὲν παραμυθίαν, φησὶν, οὐδεμίαν ἐπεσχόμην· μόνη δέ μοι ἡ τοῦ Θεοῦ μνήμη εὐφροσύνη καρδίας ὑπῆρχε.

Ἠδολέσχησα· καὶ ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμά μου.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὅτε, φησὶ, λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐχρώμην (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἠδολέσχησα) τότε δὴ τότε καὶ εἰς ὀλιγωρίαν κατεφερόμην.

ε'. Προκατελάβοντο φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοί μου·

Ἄγρυπνος, φησὶ, διετέλουν πᾶσαν τὴν νύκτα, ἑκάστης φυλακῆς φθανούσης με ἄϋπνον.

Ἐταράχθην, καὶ οὐκ ἐλάλησα.

Ἵνα εἴπῃ· ὅτι συνεχῶς ὑπὸ τῶν κακῶν οὐδὲ λαλεῖν πολλάκις ἠδυνάμην, ὥσπερ πεφιμωμένος ὑπὸ τῶν συμφορῶν τὸ στόμα.

ς'. Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας· καὶ ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην.

Ταῦτα, φησὶν, ἐσκόπουν κατ' ἐμαυτὸν, καὶ ὑπεταραττόμην, πῶς πάλαι μὲν ὁ Θεὸς ἐβοήθει τῷ λαῷ, νυνὶ δὲ ἀπώσατο· καὶ τοῦτό μοι τὴν ἀθυμίαν ἐποίει, τὸ μὴ ἄρα εἰς τὸ διηνεκὲς αὐτοῖς ἡ ἀποστροφὴ γένηται.

ζ'. Καὶ ἐμελέτησα νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου, ἠδολέσχουν, καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου.

Συνεχῶς δὲ ἐν ταῖς νυξὶ διεγειρόμενος, ταῦτα ἐπὶ τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας ἔστρεφον, λογιζόμενος οἷα μὲν παλαιὰ, οἷα δὲ τὰ παρόντα· ἐπὶ τούτοις οὖν ὑπεταραττόμην τὴν ψυχήν μου, καὶ εἶπον·

η'. Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος, καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι;

θ'. Ἢ εἰς τέλος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει;

Λοιπὸν οὖν, φησὶ, ταῦτα ἐνεθυμούμην, ἆρα παντελῶς ἡμᾶς ἀπορρίψει, καὶ οὐ φροντίσει πάλιν χρηστόν τι περὶ ἡμᾶς ἐργάσασθαι· ἀλλὰ παντελῶς τὴν χρηστότητα αὐτοῦ, καὶ τὴν εἰς

Cogitabam enim mala mea non amplius finem habitura.

PARAPHRASIS ANONYMI.

4. Memor fui Dei, & delectatus sum,

Memoria Dei delectat.

Hominum quidem consolationem, inquit, nullam sustinui; sed sola Dei memoria mihi lætitia cordis fuit.

* Garriui: & defecit spiritus meus.

* Vulgata Exercitatus sum:

DIAPSALMA.

Quando, inquit, humanis cogitationibus vtebar (hoc enim est illud *Garriui*) tunc vtique tunc vergebam ad pusillanimitatem.

5. Anticipauerunt vigilias oculi mei:

Vigil, inquit, totâ nocte permanebam, singulis vigilijs me insomnem reperientibus.

Timida sunt cogitationes hominum.

Turbatus sum, & non sum locutus.

Ac si dicat: Continuò præ malis sæpè ne loqui quidem poteram, quasi os ab ærumnis obstrueretur.

6. Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Ista, inquit, mecum cogitabam, & conturbabar, quomodo olim quidem Deus populum adiuuerit, nunc autem repulerit: atque hoc me pusillanimem reddebat, ne fortè perpetua foret eorum auersio.

7. Et meditatus sum nocte cum corde meo, * garriebam, & * sarriebam spiritum meum.

* Vulgata & exercitabar, * scopebam

Assiduè autem in noctibus exurgens, hæc in mente mea versabam, recogitans qualia quidem antiqua, qualia verò præsentia sint: propter hæc igitur conturbabam animam meam, & dixi:

8. Numquid in æternum proijciet Deus, * & non apponet, vt complacitior sit adhuc?

* Vulgata aut

9. Aut in finem misericordiam suam abscindet?

Deinceps igitur, inquit, hoc cogitabam, Ergóne omnino nos reijciet, neque cura illi erit, vt rursus boni quidpiam nobis faciat; sed benignitatem atque clementiam suam in

PARAPHRASIS ANONYMI.

nos penitus rescindens, nullius nos boni participes reddet? Non erit, inquit, hoc. Quid igitur sit subiungit:

* Vulgata hæc non habet.

* Consummauit verbum à generatione in generationem.

* Vulgata Aut

* Vulgata misericordias

10. * Numquid obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua * miserationes suas?

DIAPSALMA.

Deus omnia prouidè disponit.

Hoc, inquit, etiam recogitabam, quod nihil temerè ac fortuitò facias, sed eminus singula cognoscens, atque vniuscuiusque hominis nasciturі omnia exactè sciens, ita circa quamlibet generationem, vnicuique præcipiendo definias quid patiendum, & in quibus illi versandum sit. Vnde rursus meipsum animabam, cogitans, quomodo misericors Deus minimè permissurus sit res nostras quasi obliuione quadam obliterari, & irâ quasi pariete aliquo misericordiæ fontes inhiberi.

11. Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Mouens, inquit, cogitationes circa dilationem solitæ erga gentem protectionis, serò tandem cognoui hanc mutationem ex bonis in mala propter nihil aliud genti factam, quàm propter dexteram Excelsi; ac si manifestiùs dixisset, eam propter Saluatorem contigisse, qui est dextera Patris.

Christus est dextera Patris.

12. Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,

Consideraui, inquit, quanta ipse illis bona demonstrauerit, qualia verò mala ipsi retribuerint. Etsi, inquit, illi sic; at ego quæ ab initio cœpisti vsque ad finem beneficia tua enarrabo: id est, nullum bonum nobis præstitum obliuioni tradam.

13. Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

Beneficiorum Dei memoria consolationem adfert.

Et assiduò in mente versaui qualia nobis feceris: horum autem memoria non qualemcumque mihi consolationem attulit cogitanti, quòd cùm tanta pro nobis feceris, minimè permissurus sis vt penitus deseramur. Ceterùm

ἡμᾶς φιλανθρωπίαν ἀποτεμὼν, οὐδενὸς καλοῦ μεταδώσει; Οὐκ ἔσται, φησὶ, τοῦτο. Εἶτα ἐπάγει·

Συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν.

ί. Μὴ ἐπιλήσεται τοῦ οἰκτειρῆσαι ὁ θεὸς; ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ;

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἐλογιζόμην, φησὶ, κἀκεῖνο, ὅτι μηδὲν ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ποιεῖς, πόρρωθεν ἕκαστα εἰδὼς, καὶ περὶ ἑκάστου τῶν μελλόντων τίκτεσθαι ἀνθρώπων γινώσκων ἀκριβῶς, οὕτω περὶ ἑκάστης γενεᾶς, προλαμβάνων ὁρίζεις ἑκάστῳ τί τι παθεῖν, καὶ ἐν ποίοις γενέσθαι. Εἶτα πάλιν ἐμαυτὸν ἐψυχαγώγουν, λογιζόμενος, ὡς φιλοικτίρμων θεὸς οὐκ ἀνέξεται οἷον τινὶ λήθῃ τὰ καθ' ἡμᾶς παραδοῦναι, καὶ καθάπερ τινὶ τειχίῳ τῇ ὀργῇ κωλῦσαι τὰς τοῦ ἐλέους πηγάς.

ιά. Καὶ εἶπα, νῦν ἠρξάμην· αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου.

Κινῶν, φησὶ, τοὺς περὶ τῆς ἀναβολῆς τῆς συνήθους ἀντιλήψεως τῷ ἔθνει λογισμοὺς, ὀψέ ποτε συνῆκα ὡς ἡ μεταβολὴ αὕτη ἡ ἐξ ἀγαθῶν εἰς κακὰ γεγενημένη τῷ ἔθνει δι' οὐδὲν ἕτερον γεγένηται, ἢ διὰ τὴν τοῦ ὑψίστου δεξιάν· ὡσανεὶ σαφέστερον ἔλεγε, διὰ τὰ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ πεπεσημένα, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός.

ιβ. Ἐμνήσθην τῶν ἔργων κυρίου· ὅτι μνησθήσομαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν θαυμασίων σου,

Ἐπενόησα, φησὶν, ὅσα αὐτοῖς αὐτὸς ἐνεδείξατο ἀγαθὰ, οἷα δὲ αὐτῷ ἀνταπέδωκαν κακά. Εἰ καὶ οὕτως, φησὶν, ἐκεῖνοι· ἀλλ' ἐγὼ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξω εὐεργετεῖν μέχρι τέλους διεξέλθοιμι· τουτέστιν, οὐδὲν τῶν ἐν ἡμῖν γεγενημένων καλῶν λήθῃ παραδώσω.

ιγ. Καὶ μελετήσω ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις σου· καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασί σου ἀδολεσχήσω.

Καὶ συνεχῶς ἔστρεφον ἐπὶ τῆς διανοίας οἷα πεποίηκας ἡμῖν· τούτων δὲ ἡ μνήμη οὐ τὴν τυχοῦσάν μοι προσῆγε παράκλησιν λογιζομένῳ, ὅτι τοσαῦτα ποιήσας ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἀνέξῃ πάντη καταλιπεῖν ἡμᾶς. Εἶτα λοιπὸν

ἀξιο-

ἐξηγεῖται τὴν παλαιὰν εὐεργεσίαν, εἰς μείζονα πίστωσιν.

ιδ'. Ὁ θεὸς ἐν τῷ ἁγίῳ ἡ ὁδός σου· τίς θεὸς μέγας ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν;

ιε'. Σὺ εἶ θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια.

Καὶ ταῦτα, φησὶν, ἠξίωσας ποιῆσαι, οὐ μικρός τις ὢν, ἀλλὰ καὶ λίαν μέγας, ὡς μηδὲ εἶναί τινα τὸν ἰσούμενόν σοι.

Ἐγνώρισας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου·

ιϛ'. Ἐλυτρώσω ἐν τῷ βραχίονί σου τὸν λαόν σου, τοὺς υἱοὺς Ἰακώβ, καὶ Ἰωσήφ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἅπασιν, φησὶ, ἀνθρώποις σαφῆ σου τὴν δύναμιν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς κατεσκεύασας, ὅπως μετὰ πολλῆς τῆς ἰσχύος ἀπήλλαξας ἡμᾶς τῶν ἐν αἰγύπτῳ κακῶν.

ιζ'. Εἴδοσάν σε ὕδατα ὁ θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα· καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ ἐταράχθησαν ἄβυσσοι.

Καλῶς σχηματίζει, ὡς τοῦ θεοῦ προηγουμένου τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ὑδάτων θεασαμένων αὐτὸν, καὶ φοβηθέντων, καὶ ὑποχωρησάντων, ὥσπερ τινὰ ἐν ταραχῇ καταστῆναι αἱ ἄβυσσοι.

ιη'. Πλῆθος ἤχους ὑδάτων· φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι.

Ἀντὶ τοῦ, τῶν ὑδάτων ταραττομένων ἠκολούθησαν αἱ βρονταί. Τοῦτο γὰρ λέγει, ὅτι φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι.

ιθ'. Καὶ γὰρ τὰ βέλη σου διαπορεύονται· φωνὴ τῆς βροντῆς σου ἐν τῷ τροχῷ.

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ θορύβου γινομένου καὶ τοῦ κατὰ τὰς βροντὰς, συνεδέθησαν τῶν ἁρμάτων οἱ τροχοὶ πρὸς τοὺς ἄξονας· καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου κατεσχέθησαν οἱ αἰγύπτιοι, ἀναμένοντες τῆς θαλάσσης τὴν ἐπέλευσιν.

Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ·

Αὗται δέ σου αἱ ἀπειλαὶ, καὶ αἱ καταπλήξεις καὶ φόβοι οἱ κατὰ τῶν Αἰγυπτίων πᾶσιν ἐγένοντο καταφανεῖς· οὐδένα γὰρ ἔλαθεν ἡ ἐκείνων τιμωρία.

Ἐσαλεύθη καὶ ἔντρομος ἐγενήθη ἡ γῆ.

deinceps exponit vetus beneficium, ad maiorem confirmationem. *PARAPHRASIS ANONYMI.*

14. Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?

15. Tu es Deus qui facis mirabilia.

Atque hæc, inquit, dignatus es facere, cùm non paruus aliquis esses, sed valdè magnus, adeò vt nullus tibi possit æquiparari.

Notam fecisti in populis virtutem tuam:

16. Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.

DIAPSALMA.

Omnibus, inquit, hominibus manifestam reddidisti virtutem tuam ex ijs quæ circa nos gesta sunt, dum tantâ fortitudine nos à malis, quibus in Ægypto tenebamur, liberasti. *Dei virtus in exitu de Ægypto maximè emicuit.*

17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

Pulchrè figurat orationem, ac si Deo populum præcedente, atque aquis ipsum videntibus, ac timentibus, & recedentibus, abyssi quodammodò fuerint conturbatæ. *Quanta prodigia tunc in mari & aëre contigerint.*

18. Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Id est, Cùm aquæ turbarentur subsecuta sunt tonitrua. Hoc enim [illegible], quòd nubes vocem ediderint.

19. Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.

Vult dicere, quòd facto tumultu etiam per tonitrua, curruum rotæ axibus colligatæ fuerint, atque collisæ; ita vt Ægyptij in loco illo detenti sint, donec maris fieret inundatio.

* Apparuerunt fulgura tua orbi terræ: ** Vulgata Illuxerunt coruscationes tuæ*

Hæ autem minæ tuæ, atque stupores & timores contra Ægyptios omnibus manifestati sunt: neminem enim latuit supplicium eorum.

Commota est & contremuit terra.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Nam omnes qui hęc audierunt metu correpti fuerunt ad istiusmodi rerum auditum.

20. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.

Deus Dux populi fuit.

Prosecutus est suam corpoream fictionem. Nam ac si Deus ipsis Dux fuisset, atque exercitum præcessisset, & hoc modo per mare deduxisset; Apparuisti, inquit, cùm in mari nos præcederes: verumtamen vestigia tua non sunt visa. ac si diceret: Via tua non corporeo modo visa est, sed per miracula apparuit.

21. Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.

Hæc autem, inquit, omnia faciebas, dum populum tuum deduceres per Principes nostros Moysen & Aaron; hoc quidem sacrificante, illo verò legem ferente.

Πάντες γὰρ ἀκούσαντες φόβῳ συνεχέθησαν ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τῶν τοιούτων.

κ'. Ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς· καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται.

Ἠκολούθησε τῇ οἰκείᾳ σωματοποιΐᾳ. ὡς γὰρ στρατηγοῦντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ, καὶ προηγουμένου, καὶ οὕτω διάγοντος αὐτοὺς τὴν θάλασσαν ἐφάνης, φησί, προοδεύσας ἡμῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἡ μέντοι τὰ ἴχνη σου ἰδεῖν ἔδει. ἵνα εἴπῃ· Οὐ σωματικῶς ὤφθη σου ἡ ὁδὸς, ἀλλὰ διὰ τῶν θαυμάτων.

κα'. Ὡδήγησας ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωυσῆ καὶ Ἀαρών.

Ταῦτα δέ, φησίν, ἅπαντα ἐποίεις, ὁδηγῶν τὸν λαὸν διὰ τῶν ἐξαρχόντων ἡμῶν Μωσέως καὶ Ἀαρών· τοῦ μὲν ἱερατεύοντος, τοῦ δὲ νομοθετοῦντος.

COMMENTARIVS

2. VOCE MEA AD DOMINVM CLAMAVI.] Scilicet in calamitatibus, & à scopo minimè aberraui. Hoc simile est isti, *In noctibus extollite manus vestras.* Symmachus autem, *Manus mea nocte extensa est assiduè.* Cæterùm talem me exhibui, & istiusmodi voces emisi, vt dignæ essent quibus Deus attenderet: quare etiam attendit. Manibus verò, id est per practicam virtutem, ad ipsum accedebam, & non sum frustratus, sed orationis fructus collegi.

Psal. 133. 1.

Oratio bonis operibus associanda.

3. RENVIT CONSOLARI ANIMA MEA.] Id est, Recusaui omnem consolationem propter malorum magnitudinem. Aquila verò *renuit.* id est, *Mitigari recusauit anima mea.* Atque hominibus quidem consolantibus non acquiescebam; sed memor Dei mirabilium, & quòd ipse nouerit difficultates in opportunitates commutare, delectatus sum. *Memor fui Dei.* Solam, inquit, consolationem in tantis malis habebam Dei memoriam. Maximum enim afflictis solatium est memoria Dei, vtpote valentis liberare. *Renuit.* Viden' tædij & desperationis verba? Quid ais? Desperâsne de solatio? Quid igitur ego patiar pusillus? Verùm proxima est con-

Dei memoria maximum afflictis solatium.

HERACLEOTÆ.

β'. ΦΩΝΗ ΜΟΥ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΚΕΚΡΑΞΑ.] Ἐν ταῖς συμφοραῖς δηλαδή· καὶ οὐκ ἀπέτυχον τοῦ σκοποῦ. Τοῦτό ἐστιν ὅμοιον τῷ, Ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐκτέταται διηνεκῶς. Ἀλλὰ τοιοῦτον ἐμαυτὸν παρέσχον, καὶ τοιαύτας ἠφίειν φωνάς, ὡς ἀξίας εἶναι τῆς τοῦ θεοῦ προσοχῆς· διὸ καὶ προσέσχε. Ταῖς χερσὶ δέ, ἀντὶ τοῦ διὰ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, αὐτῷ προσηρχόμην, καὶ οὐκ ἠστόχησα, ἀλλ' ἐδρεψάμην τοὺς καρποὺς τῆς εὐχῆς.

γ'. ΑΠΗΝΗΝΑΤΟ ΠΑΡΑΚΛΗΘΗΝΑΙ Η ΨΥΧΗ.] Ἀντὶ τοῦ, ἀπηγόρευσα πᾶσαν παράκλησιν διὰ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν. ὁ δὲ Ἀκύλας ἀνένευσε. τουτέστι, παραμυθηθῆναι ἀπηρνήσατο ἡ ψυχή μου. Καὶ ἀνθρώποις μὲν παρακαλοῦσιν οὐκ ἐπειθόμην· ἀλλὰ μνησθεὶς τῶν θεοῦ θαυματουργιῶν, καὶ ὅτι αὐτὸς οἶδε τὰ δυσχερῆ ἀμείβειν εἰς εὐχερῆ, εὐφράνθην. Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ. μίαν παράκλησιν, φησίν, εἶχον ἐν τοσούτοις κακοῖς, τὴν τοῦ θεοῦ μνήμην. Μεγίστη γὰρ τοῖς θλιβομένοις παραμυθία ἡ τοῦ θεοῦ μνήμη, ὡς δυνατοῦ ἀπαλλάξαι. Ἀπηνήνατο. Ὁρᾷς ἀκηδίας καὶ ἀπογνώσεως ῥήματα; Τί λέγεις; Ἀπήλπιζες παράκλησιν; Τί οὖν ἐγὼ πάθω ὁ μικρός; ἀλλ' ἐγγὺς ἡ παράκλησις.

[illegible] καὶ [illegible] τῆς ἀ[illegible] [illegible] εἰς [illegible] ὅλα τά[illegible] χα, καὶ [illegible] ὀλίγωρος [illegible]. Ἀδολέσχει, φησὶ, σφόδρα ὀλιγοψυχῶν [illegible] τὴν συνέχειαν [illegible] τὸ φρόνημα [illegible] ἡ ψυχή μου. Τοῦτ' ἔστι, φησὶ, τὸ [illegible] ἠδολέσχουν [illegible] πολλοὺς γὰρ [illegible] ἐχθροὺς, καὶ [illegible] ἀθυμίᾳ ἦν. Ὁ δὲ Σύμμαχος [illegible] ἐμαυτῷ, ἐξελιποθύμουν [illegible] κακὰ λογιζόμενος [illegible] φησὶ, [illegible] ἠδολέσχησα, ἀντὶ τοῦ [illegible] μερίμναις γέγονα λεπταῖς [illegible] μικροψυχίας. Τὸ δὲ [illegible] φυλακὰς οἱ ὀφθαλμοὶ [illegible] φυλακὰς τῆς νυκτὸς λέγει [illegible] μέρη [illegible] οἱ φυλάσσοντες πόλιν, [illegible] ἕτερος ἑτέρῳ τὴν ἄγρυπνον τήρησιν [illegible]. Τοῦτο οὖν λέγει· [illegible] ἄγρυπνον νυκτὸς, [illegible] ὀφθαλμῶν μου τὰς ἐκ [illegible] μηδαμῶς κλεισομένων [illegible] φθανούσης με [illegible] ἑκάστης φυλακῆς [illegible] τῇ μετ' αὐτήν [illegible] καὶ τί [illegible] ἀδολεσχῶν ἐπιφέρει.

5. ἘΤΑΡΑΧΘΗΝ, ΚΑΙ ΟΥΚ ἘΛΑΛΗΣΑ.] [illegible] τὸν θόρυβον τῆς [illegible], φησὶν, ἐν ἐμαυτῷ [illegible] τοῦτο καὶ ὁ [illegible] εἴποι δ' ἂν τοῦτο [illegible] τῶν ἄλλων παθῶν [illegible] ψυχῆς [illegible] ἢ λύπης ἢ τῶν [illegible] ἐκ [illegible] ὑπ' ὀργῆς [illegible] μενος δὲ, [illegible] λογιζόμενος, φησὶν, [illegible] λύπης ἢ ὀργῆς [illegible], ὡς πάλαι μὲν ὁ Θεὸς [illegible] εἰς τὸ διηνεκὲς ἀπώσαιτο. [illegible] ἀρχαίας [illegible] Ἡμέρας [illegible] ἀρχαίας τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τῇ ἐν [illegible] φησὶ τὰ [illegible]. Ταῦτα δι' ὅλης τῆς νυκτὸς [illegible] τὸ γὰρ ἠδολέσχουν, ἀντὶ τοῦ [illegible] ἐν ἐμαυτῷ [illegible] καὶ ἡ ψυχή μου [illegible] ἔσκαλλεν. Σκάλλειν [illegible] λογισμοὺς, καὶ [illegible] ἐμοὶ λογισμοὺς [illegible] γὰρ τὸ [illegible] ὡς ὁ Θεοδοτίων [illegible]. Τί δὲ εἶχον οἱ λογισμοί [illegible] αἰῶνας, ἐλογιζόμην, [illegible] εἰς τὸν [illegible] ἀπώσηται ἡμᾶς [illegible] φησὶ, ὅτι [illegible], ὁ τοσαῦτα [illegible] ἡμᾶς ἀγαθὰ, [illegible] ὥστε καὶ [illegible] τὰ καθ' ἡμᾶς [illegible].

solatio. Quasi sic? *Memor fui Dei, & delecta-tus sum.* Quid memoriâ promptius? Memen-to etiam [illegible] & delectare, quæ facillima est me-dicina. Illu[illegible] autem *garriebam*, seu exercita-bar, rursus [illegible] uati ad calamitates refertur. ac si dicat: Ista [illegible] dùm vacabam, vt cogitarem qua-lia patiar, & qualia me adhuc maneant, & valdè pusillanimis efficiebar. Exercitationem enim vocat assiduitatem circa rem aliquam siue bonam siue malam, spiritum verò appel-lat animam. Ipse igitur, inquit, spiritus meus in hac exercitatione deficiebat: cùm enim pluri-mos inimicos, eosque imminentes atque affli-gentes haberem, in anxietate versabar. Sym-machus verò ait: *Mecum ipse colloquebar, & animo deficiebam.* Mala, inquit, quæ me com-prehendebant recogitans, animum despondе-bam. Vel *exercitabar*, id est, sollicitè medita-bar, & in minutis curis versabar, ita vt ad pu-sillanimitatem vergerem. Istud autem *Antici-pauerunt vigilias oculi* est istiusmodi. Vigilias vocat noctis successiones. Custodes enim ciui-tatis in quatuor partes noctem diuidunt, per tres horas alter alteri vigilem custodiam ce-dentes. Hoc igitur dicit: Per totam noctem vigilabam, oculis meis successiuè noctis excu-bias anticipantibus, & numquam clausis; ita vt quælibet custodia me insomnem deprehen-deret, atque hoc modo me succedenti trade-ret. Et quid exercitatus faceret subiungit:

5. TVRBATVS SVM, ET NON SVM LOCV-TVS.] Silens, inquit, in meipso animi pertur-bationem suscitabam. Ceterùm hoc quoque dixerit is qui irâ vel tristitiâ vel alijs passioni-bus commouetur, sibi autem temperat, ita vt nihil ex tristitia vel ira dicat. Ista autem cogi-tans, inquit, perturbabar, quòd olim quidem Deus me protegeret, nunc autem num fortè me in perpetuum repelleret. Dies enim anti-quos appellat ea quæ in antiquis diebus gesta sunt in Ægypto & in deserto. Hæc autem totâ nocte mecum voluebam: nam *exercitabar*, id est, assiduè meditabar: & anima mea suffo-diebat in me cogitationes, & sarriebat. Sarrire enim est quasi scalpere & suffodere, & scruta-ri, vti Theodotion exponit. Quid autem co-gitationes istæ sibi vellent subiungit: *Num-quid in æternum?* Cogitabam, inquit, Er-gòne, qui tanta nobis bona exhibuit, volet nos omnino repellere, nostra respuens, ita vt mise-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Exercitatio quid.

Anxij homines cogitationes quales.

Sarrire quid.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

misericordiam suam penitus inhibeat? Et pulchrè id quod validissimum erat tertio loco subiunxit. Esto enim, inquit, nos propter peccata nostra repudiet; eligétne ipse esse immisericors? & sinet vt apud semetipsum otiosa maneat clementia? Nequaquam hoc fieri potest. Quid igitur? subiungit: *Consummauit verbum.* Cùm enim hæc vita nox sit, propter offusam rebus ignorationem; nequaquam, inquit, meipsum somno tradidi, sed vigilantiæ ac sobrietati, & cum corde siue mente mea differens, cognoui mala finem esse habitura.

Deus cuilibet generationi suas decreuit afflictiones.

9. CONSVMMAVIT VERBVM A GENERATIONE.] Non est hoc, inquit, obliuio Dei rerum à se gestarum, sed decretum, quod ab initio quamlibet generationem pati ac sustinere statuit. Cogitatio autem quæ ferit, cogitatione quoque mitigatur, & tempus remissionis æquè ac tribulationis ipsis attemperatum est. Vnde postquam dixerat, quòd cuilibet generationi rem vtilem (hoc enim verbum vocat) definiuerit, subiungit: *Numquid obliuiscetur?* Symmachus ait: *Consummauit eloquium de generatione qualibet.* Metuebam, inquit, etiam hoc, quod cùm ea quæ singularum generationum sunt præcognoscat, decreta proferat, atque hoc quod patimur sit mandati generationi nostræ congruentis. Verumtamen non obliuiscetur suarum creaturarum, neque permittet proprias miserationes apud semetipsum quodammodò præfocari. Deinde etiam aliam subiungit ratiocinationem: *Et dixi, Nunc cœpi.* id est: Etiam hoc me affligebat, quòd existimarem mala iam mihi inchoare, nescienti mensuram temporis calamitatibus præfiniti. Solent enim afflicti in rebus quidem commodis sensu destitui, & præ gaudio vt paruas has aspicere; in molestijs verò ægro animo existere, & eas se existimare plurimas videre. Et dixi, inquit, apud memetipsum, talia mala Dei immutatione opus habere, tanquam humanum auxilium non possit hæc transferre. Mutationem enim vocat translationem. Aquila verò: *Et dixi: Imbecillitas mihi hæc mutatio dextera Excelsi.* Cogitationes,

Tristes cogitationes reddunt nos imbecilles.

inquit, ob quas animo deficiebam, imbecillitas mea sunt. Ex infirmitate enim istiusmodi cogitationes protulerat, ex animi vulneratione. Hæc autem passus sum, quia vidi immutationem dexteræ Excelsi: cùm enim olim virtutes operata fuerit, nunc aliter erga nos afficitur.

παντελῶς τὸν ἔλεον αὐτοῦ ἀποκόψαι; ... λῶς τὸ ἰσχυρότερον ... γάρ, φησιν, ἡμᾶς ... ἀποβαλεῖ· αἱρήσεται δὲ αὐτὸς μὴ εἶναι ... ὁ διὰ τὰ ἁμαρτήματα ... χέος; καὶ ἀνέξεται ... παρ' ἑαυτῷ ... τὸ φιλάνθρωπον; Οὐκ ἔστι τοῦτο. Τί οὖν; Συνετέλεσε ῥῆμα. ἐπεὶ γὰρ νὺξ ὁ βίος τὴν ἐπιπολάζουσαν τῶν πραγμάτων ἄγνοιαν, οὐχ ὕπνῳ, φησίν, ἐμαυτὸν δέδωκα, ἐγρηγόρσει καὶ νηφαλιότητι, καὶ μετὰ τῆς καρδίας ἤτοι τοῦ νοός μου διαλεγόμενος, ἔγνων ... λος ἕξει τὰ πονηρά.

θ'. ΣΥΝΕΤΕΛΕΣΕ ΡΗΜΑ ... ΓΕΝΕΑΣ.] Οὐκ ἔστι, φησί, τοῦτο λήθη τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγονότων, ἀλλ' ὅρος, ὃ ἀρχῆς ὥρισεν ἑκάστην γενεὰν πάσχειν ὑπομένειν. Ὁ δὲ λογισμὸς πλήττων, λογισμῷ καὶ παύεται, ... μεμέτρηται ὁ καιρὸς τῆς ἀνέσεως παρ' αὐτῷ ... καὶ τῆς θλίψεως. Ὅθεν εἰπὼν ὅτι ὥρισεν ἑκάστῃ γενεᾷ πρᾶγμα πρόσφορον (τοῦτο γὰρ λέγει ῥῆμα) ἐπιφέρει· Μὴ ἐπιλήσεται; ὁ δὲ Σύμμαχος· Συνετέλεσε ... περὶ γενεᾶς ἑκάστης. Ἐδεδίειν, φησί, ... ὅτι εἰδὼς τὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ... ἐκφέρει, καὶ τοῦτο ὅπερ ... πρόσταγμα τὸ ... ἡρμοσμένον τῇ ἡμᾶς γενεᾷ. Οὐ μὴν ἐπιλήσεται τῶν ποιημάτων, οὐδὲ ἀνέξεται τοὺς οἰκτιρμοὺς παρ' ἑαυτῷ τρόπον τινὰ ἀποπνίγεσθαι. ... ἄλλον ἐπάγει λογισμόν· Καὶ εἶπα, νῦν ἠρξάμην. ἀντὶ τοῦ· καὶ τοῦτό με ἔθλιβε, τὸ νομίζειν ὅτι ἀρχὴν μοι ἔχει τὰ κακά, μὴ εἰδότι τὸ μέτρον τοῦ ὁρισθέντος μοι καιροῦ τῆς συμφορᾶς. εἰώθασι γὰρ οἱ θλιβόμενοι ἐπὶ μὲν τοῖς χρηστοῖς ἀναισθητεῖν, καὶ ὑπὸ τοῦ χαίρειν μικρὰ ταῦτα ὁρᾶν· ἐπὶ δὲ τοῖς κακοῖς δυσχεραίνειν, καὶ πολλὰ δοκεῖν αὐτὰ βλέπειν. Καὶ ἔλεγον, φησί, παρ' ἐμαυτῷ ὅτι τὰ τοιαῦτα κακὰ ἀπὸ τῆς θείας μεταβολῆς χρῄζει, ὡς μὴ δυναμένης ἀνθρωπίνης βοηθείας ταῦτα μετενεγκεῖν. Ἀλλοίωσιν γὰρ καλεῖ τὴν μεταβολήν. Ὁ δὲ Ἀκύλας· Καὶ εἶπα· ἀρρωστία μου αὕτη ἀλλοίωσις δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου. Οἱ λογισμοί, φησι, δι' ὧν ἐπταλαίπωρουν, ἀρρωστία μου εἰσίν. ἐξ ἀσθενείας γὰρ τοὺς τοιούτους προήνεγκα λογισμούς, καὶ ἀπὸ τρώσεως τῆς ψυχῆς. Ταῦτα δὲ πέπονθα, ἐπεὶ εἶδον ἀλλοίωσιν τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου· πάλαι γὰρ κατεργαζομένη δυνάμεις, νῦν ἀλλοίως πρὸς ἡμᾶς διατίθεται.

[illegible] ... τῶν κρειτ[illegible] ... σύμμαχος ἀντὶ [illegible] ... Εἶη δ' ἂν δεξιὰ ὑψίστου καὶ ὁ θεὸς [illegible] ... φύσεως ἀναλλοιώτως [illegible] ... τῇ δὲ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον συγ[illegible] ... πρὸς τὸ ἡμέτερον σχῆμα [illegible] ... καὶ εἶδος. Σημαίνεται μὲν [illegible] ... οἰκονομία. Ἡ τῆς ἀλλοιώσεως δὲ φωνὴ [illegible] ... κατηγορεῖται, ἀλλὰ [illegible] ὁ θεὸς [illegible] ... μεταβολὴν [illegible] σάρξ, ἀλλὰ [illegible] σὰρξ γέγονε [illegible] ἠλλοιῶσθαι λέγεται. Καὶ ὁ [illegible] ἐρεῖ τὸ [illegible] ... ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου [illegible] ... τῆς συμμαχίας [illegible] ... αὐτὸς ἐρεῖ καὶ τό, Νῦν ἠρξάμην [illegible] Ἰου[illegible] ... αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου, [illegible] ... τὴν δεξιὰν τοῦ ὑψίστου [illegible] ... τὰ κατὰ τοῦ σωτῆρος [illegible] ... ἀγαθῶν εἰς κακὰ [illegible] μεταβολῆς [illegible].

ιβ'. Ἐμνήσθην τῶν ἔργων Κυρίου.] Ἐπαναλαμβάνει τὰ τῆς [illegible] ... εἰπὼν γὰρ ἐν ἀρχῇ, Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ εὐφράνθην· καὶ μεταξὺ τῆς [illegible] ... πάλιν ἀναλαμβάνει [illegible] ... ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ ἐν τῷ [illegible] ... ἡ μνήμη τῶν ὑπαρξάν[illegible] ... αὐτόν, καὶ εἰς ἐλ[illegible] ... Τὸ δέ, Μνησθήσομαι, καὶ [illegible] ... ὅτι [illegible] ...

citur. Sic vocans immutationem à melioribus in deteriora. Nam ex conditione regnantis Reipublicæ ad sortem captiuorum redacti sunt. Et quod hoc per mutationem significare velit, primum quidem patet ex eo, quòd Symmachus pro *mutatio* exposuerit *iteratio*, seu secundus ordo; deinde etiam ex ijs quæ subiunguntur. Sicut enim à potioribus ad deteriora transiens, mentionem fecit mirabilium illorum quæ ab initio ipsis à Deo facta erant. q.d. Tu Domine qui tanta taliaque maioribus nostris bona præstitisti, quid est quòd modò nos quasi prouidentiâ destitutos sinens, instantibus ærumnis commiseris? Vel hæc, inquit, *quæ patimur* propter multitudinem malorum *nostrorum, non finis*, sed initium sunt aliarum ærumnarum, & iteratio præcedentium. Ceterùm fuerit quoque dextera Excelsi verbum Dei, per quod facta sunt omnia: quæ dextera quidem quoad diuinam naturam immutabilis esse conspicitur, sed per humanitatis condescensionem quoad formam ac speciem nostram immutata fuit. Per hoc itaque dispensatio significatur. Ceterùm vox immutationis non propriè in præsentiarum vsurpatur, sed abusiuè. Siquidem non per substantiæ immutationem Deus Verbum caro factum est, sed cùm carnem assumpserit, abusiuè dicitur immutatus. Ille quoque, qui à malitia ad virtutem transit, dicet illud: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*: nam sine illius subsidio nihil perficitur. Imò idem dicet etiam illud, *Nunc cœpi*; cùm pœniteat eum temporis præcedentis. Quin & Iudæi quoque nunc dixerint istud: *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*. id est: propter dexteram Altissimi, scilicet propter ea quæ contra Saluatorem egerunt, tanta ipsorum immutatio ex bonis in mala contigit.

Quomodo dicatur dextera Dei per incarnationem immutata.

12. Memor fvi operum Domini.] Resumit verba consolationis: cùm enim in principio dixisset, *Memor fui Dei, & delectatus sum*; & postmodum subiunxisset cogitationes quas sustinuerat, rursus resumit verba consolationis, vt ostendat, quòd etiam in tempore molestiarum memoria præteritorum bonorum ipsum solaretur, & ad spes bonas adduceret. Istud verò, *Memor ero, & meditabor*, immutatum est. Vult enim dicere: Reminiscebar miraculorum Ægyptiorum, & in ijs meipsum occupabam, & meditando sola-

Præteritorum bonorum memoria fiduciam & solatium adfert.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

solabar. Ceterùm ipsa quoque miracula subiungit: *Deus in sancto via tua.* Reminiscebar, inquit, actionum Dei in sancto, scilicet monte Sina, vbi legem acceperant. Vtitur autem apostrophe, ad ostendendum quòd ipsis magna & mirabilia contigissent. subdit enim: *Quis Deus magnus?* deinde qualia mirabilia fuerint subiungit: *Notam fecisti in populis:* populos hoc loco vocans Ægyptios. q.d. Notam fecisti ipsis per prodigia tua fortitudinem tuam inexpugnabilem, quâ liberasti nos ex Iacob & Ioseph oriundos: per hos enim omnes quoque Tribus designat. Pulchrè autem figurat orationem per illud, *Viderunt te aquæ:* quasi Deum præcedentem aquæ vidissent, & timuissent, ac retrogressæ essent: idcircò dicit conturbatæ fuerunt, atque ipsis perturbatis, simul etiam tonitrua sonuerunt. Hæc enim est vox nubium; & imitabatur iaculantes instar sagittarum supplicia emittens.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ἄλλως· Πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ σὸν ἔδειξας κράτος, τῆς Αἰγυπτίων ἐλευθερώσας δουλείας, τὸν πάλαι χρηματίσαντά σου λαὸν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ ἄλλως· Ὑπὲρ θαυμαστὴν κατάληψιν ἡ ὁδός σου. τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; καὶ· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ; Δεῖ τοίνυν, φησὶ, μὴ πολυπραγμονεῖν τὰ θαυμάσια τοῦ θεοῦ. Ἐγνώρισας γὰρ ἐν τοῖς λαοῖς τὴν δύναμίν σου· ὁ δὲ Σύμμαχος, Γνωστὴν ἐποίησας ἐν τοῖς λαοῖς τὴν ἰσχύν σου. ὡς ἐλυτρώσω πάλαι, φησὶ, τοὺς υἱοὺς Ιακὼβ καὶ Ιωσὴφ ἐξ Αἰγύπτου, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅτε γέγονεν ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ ὑψίστου, ἐγνώρισας ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν ἰσχύν σου· ἵνα εἴπῃ ἡμᾶς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ πότε αὐτὸν ἰδόντα ἐφοβήθη τὰ ὕδατα, ἢ ὅτε ἐπετίμησε τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐπεφίμωτο;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τοῦ ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς λόγου, καὶ αὖθις κατὰ τὴν ἱστορίαν, ἡνίκα ὁ σωτὴρ ἠνάγκασε τοὺς μαθητὰς ἀνελθεῖν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ προάγειν εἰς τὸ πέραν· εἶτα τετάρτῃ φυλακῇ τῆς νυκτὸς ἔρχεται πρὸς αὐτοὺς περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης· καὶ τότε εἶδον αὐτὸν τὰ ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν· ἀλλὰ καὶ ὅτε ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη.

ΣΕΒΗΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ. Οἶδεν γὰρ ὁ λόγος καὶ προσωποποιεῖν, ἐνδοῦν καὶ τοῖς ἀψύχοις καὶ ἀναισθήτοις αἴσθησιν περιτιθέναι καὶ ἔννοιαν. Εἶδον οὖν τὰ ὕδατα τοῦ Ιορδάνου θεοῦ κατάβασιν εἰς αὐτὰ, καὶ ἐφοβήθη, καὶ ἔφριξε.

ΤΟΥ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἅμα μὲν ἐμφαίνει τὴν ἐκ βάθους τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἀναστροφήν, ἅμα δὲ καὶ μετ' ἤχου τινὸς καὶ θορύβου τοῦτο γένεσθαι, δήμων καὶ πόλεων καὶ τυράννων πειθομένων τῷ τοῦ Εὐαγγελίου κηρύγματι. Τούτων δὲ εἰς ἔργον ἐκβαινόντων, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας θεωρουμένων, πᾶσα πρόφασις περιαιρεῖται τῶν Ἰουδαίων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὡς ἐπὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, φησίν, ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω· οὕτως ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ἐλθόντος τοῦ σωτῆρος, τὰ ὕδατα ἐξεπλάγησαν. Ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀνὰ τὴν ἐκκλησίαν ἐθνῶν (ἅπερ ὕδασιν ὁ προφητικὸς ἀπείκασε λόγος· φωνὴ λέγων ἐθνῶν πολλῶν ὁμοία ὑδάτων πολλῶν) φόβον ἐκ τῆς αὐτοῦ θέας ἔσχε σωτήριον. Ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος κυρίου. Μήπω γὰρ παρόντος, ἐτύφλωττον. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης περιπατοῦντα εἶδον αὐτὸν ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. Καὶ πάλιν, ἐπιτιμῶντος τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις, ἐταράχθησαν ἄβυσσοι, καὶ πλῆθος ἤχου ὑδάτων. εἴποις δ' ἂν ἀβύσσους καὶ τὸ τάγμα τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, καὶ κατὰ καιροὺς ἐπανισταμένων, καὶ διωκόντων τὴν ἐκκλησίαν. Ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ὕδατα ἐφοβήθη τὸν θεόν, αἱ δὲ ἄβυσσοι ἐταράχθησαν. αἱ κελευσθεῖσαι δὲ νεφέλαι μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ (κατὰ τό, καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτὸν ὑετόν· αὗται δὲ ἦσαν οἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταί, καὶ Ἀπόστολοι καὶ Εὐαγγελισταί) φωνὴν ἔδωκαν. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Βέλη δὲ αὐτοῦ τὰ σωτήρια καὶ ἐκλεκτά, τιτρώσκοντα τὰς τῶν σωζομένων ψυχάς, κατὰ τὴν νύμφην Ἐκκλησίαν εἰποῦσαν· Τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ βέλος ὠνόμασται παρὰ τῷ προφήτῃ φάσκοντι· Ἔθηκέ με βέλος ἐκλεκτόν· καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με. Ἀλλὰ τοῦ μὲν Πατρὸς βέλος ἐστὶν ὁ σωτήρ· τοῦ δὲ σωτῆρος οἱ μαθηταί, καὶ τὰ πεπυρωμένα αὐτοῦ λόγια. διὸ λέλεκται ἐν τῷ περὶ τοῦ ἀγαπητοῦ ψαλμῷ· Τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατέ· λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται. Καὶ ταῦτα νῦν εἴρηται διαπορεύεσθαι πανταχοῦ, δηλονότι κηρύττοντα. βροντὴ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου τὸ κήρυγμα, καθὸ τινὰς ἐκάλεσε μαθητὰς Βοανεργές· βροντῆς σημαίνει υἱούς. Τροχὸν δὲ λέγει τὸν σύμπαντα κόσμον. καὶ ἐν Ἰεζεκιὴλ δὲ τροχὸς ἐν τροχῷ λέλεκται τῶν ἀνθρώπων ὁ βίος· ὁ μὲν γὰρ σφαι-

EIVSDEM. Simul quidem portendit veterem consuetudinem funditus euertendam, (CATENA PATRVM.) simul verò etiam cum sonitu quodam atque tumultu hoc futurum, populis ac ciuitatibus atque tyrannis Euangelij prædicatione persuasis. Hæc autem dum in opus prodeunt, & experimento ipso cernuntur, omnis prætextus Iudæorum tollitur.

ANONYMI. Sicut in filijs Israël, inquit, *Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum*; (Psal. 113, 3.) ita Saluatore in Iordanem veniente, aquæ obstupuerunt. Quin & multitudo Gentium quæ in Ecclesia sunt (quas sermo propheticus aquis assimilauit dicens; *Vox Gentium multarum similis aquarum multarum*) (Isa. 13, 4.) timorem ex conspectu eius salutarem habuit. Nam *initium sapientiæ timor Domini*. (Eccli. 1, 16.) Cùm enim nondum præsens esset, cæcutiebant. Sed & super mare ambulantem viderunt aquæ, & timuerunt. (Matt. 14, 25.) Et rursus, dum imperaret mari & ventis, *turbatæ sunt abyssi, & multitudo sonitus aquarum*. Ceterùm abyssos quoque dixeris esse ordinem Gentium infidelium, (Quid mystici sint abyssi & nubes.) quæ successu temporis insurgunt, & Ecclesiam persequuntur. Verumtamen primæ quidem aquæ timuerunt Deum, sed abyssi conturbatæ sunt. Verùm nubes, quæ iussæ non pluere super Israël (iuxta illud, *Et nubibus mandabo, ne pluant super eum imbrem*: (Isa. 5, 6.) hæ nubes autem erant discipuli Saluatoris nostri, & Apostoli ac Euangelistæ) vocem dederunt. Nam *in omnem terram exiuit sonus eorum*. (Psal. 18, 5.) Sagittæ autem eius salutares & electæ, (Sagitta quid mystice.) quæ vulnerant animas saluandorum, secundùm sponsam Ecclesiam dicentem: Ego vulnerata sum dilectione. Quin & ipsemet Saluator sagitta nuncupatus est à Propheta dicente: *Posuit me sagittam electam: & in pharetra sua abscondit me*. (Isa. 49, 2.) Ceterùm Saluator quidem est sagitta Patris; at Saluatoris sagittæ sunt discipuli, & ignita eloquia eius. Quare in Psalmo de dilecto dictum est: *Sagittæ tuæ acutæ potentissime: populi sub te cadent*. (Psal. 44, 6.) Atque hæ nunc dicuntur vbique pertransire, scilicet prædicando. Tonitru autem est Euangelij prædicatio, (Tonitru designat Euangelij prædicationem.) iuxta quod quosdam discipulos vocauit *Boanerges*: quod filios tonitrui significat. (Mar. 3, 17.) Rotam verò appellat orbem vniuersum. (Rota quid.) Sed & in Ezechiele *rota in rota* dicta est hominum vita: (Ezech. 1, 16.) illa siquidem orbicu-

CATENA PATRVM. biculatis est, hæc verò assiduè vertit[illegible]
Quamobrem etiam Zorobabel in Esdra [illegible]
3. Esd. 4. 34. cit: *Magnum cælum, & magnus Sol, quoni[illegible]*
vertitur in gyro cæli, & reuertitur in [illegible]
prium locum in die vna. Fulgura verò [illegible]
Fulgura quid. coruscationes donorum Spiritus sancti, [illegible]
perstringunt orbem vniuersum.

19. APPARVERVNT FVLGVRA [illegible] FVLGVRA.] ATHANASII. Et quæ fuerint [illegible] fulgura, nisi quæ spiritale nobis lumen euib[illegible]rant, sar[illegible] Apostoli & Euangelistæ, quibus Sa[illegible] Saluator dixit: *Vos estis lux mundi.* Omnibus [illegible] per vniuersum orbem salutaris prædi[illegible]catio Math. 5. 14. exaudita fuit, vnde etiam timor castus o[illegible]mnes cepit, iuxta illud, *Seruite Domino in ti[illegible]more,* Psal. 2. 11 *& exultate ei cum tremore.*

APOLINARII. Aliter autem hæ[illegible] in- Prodigia Ægypti quæ. sinuant prodigia, quæ in Ægypto & in [illegible] deser- to atque in Iudæa contigerunt. Percussa [illegible] enim Ægyptus grandine cum igne, maris qu[illegible]que rubri fluctus quasi præ timore cesserunt, [illegible] iuxta Psal. 113. illud, *Mare vidit, & fugit, Iordanis co[illegible]nuer- sus est retrorsum.* Ceterùm erumpebant [illegible] coru- scatio- trua, & grandines ceciderunt in bello Ch[illegible]ana- næorum contra Iudæos: & clarum est [illegible] quòd etiam fulgura simul eluxerint. In exitu a[illegible]tem Israëlis terræ motus quoque contigisse [illegible] alius Psalmus declarat dicens: *Montes exu[illegible] ltaue- runt vt arietes, & colles sicut agni o[illegible]uium.* Ibid. Quæ vtique omnia dicit ex apparitione Dei contigisse dicens: *A facie Domini mota est* Ibid. *terra.* Cùm enim diuina operatio Israëlem deduceret, omnia commouebantur. * Porrò * Hæc ea- dē superius in Cōs en- tatio sunt. rota æthereum nobis circulum repræsentat, per quem astra circumaguntur, sicut boues Rota cæli quæ. aream circumgyrantes Non enim in diuinis Cælum ter- ius figura in Scriptu- ra descri- batur. oraculis reperire est cælum esse figuræ orbi- cularis: nam sub terra non cælum, sed aquam nobis manifestant: sicut nempe cælum instar velleris expansum. *Extendens enim,* inquit, Psal. 103. 2. *cælum sicut pellem, qui tegit in aquis superio- ra eius.* Et Sol à summo cælo vsque ad extre- mum eius decurrere iussus est, ab Oriente in Occidentem. Et qui firmauit, inquit, cęlum, non qui in circuitu agit ipsum: & qui expan- dit illud sicut tabernaculum ad inhabitan- dum, non sicut circulum circumagendum. Et à summo quoque cæli fundamento venire dicit Isaias eos qui de terra longinqua ve- niunt, ac si cælum fundatum esset atque consisteret.

[illegible]ειλίς, ὁ δὲ στρέφων ἀκατα[illegible]
καὶ ὁ Ζοροβάβελ ἐν τῷ Ἐσ[illegible]
ὁ οὐρανὸς, καὶ μέγας ὁ ἥλιος, [illegible]
κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπανέ[illegible]
τόπον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Ἀστρ[illegible] δὲ καὶ αἴγλαι
τοῦ τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρισμάτων, ἐξα-
στράπτοντα καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης.

ιθ'. ΕΦΑΝΑΝ ΑΙ ΑΣΤΡΑΠΑΙ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τίνες εἶεν ἂν αἱ ἀστραπαὶ, ἢ αἱ τὸ νοητὸν ἡμῖν αὐγάσασαι φῶς, οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι καὶ Εὐαγγελισταὶ, οἷς εἴρηκεν ὁ σωτήρ· ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Ἐξακουστὸν δὲ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν γέγονε τὸ σωτήριον κήρυγμα· δι' ὃ καὶ φόβος ἁγνὸς πάντας ἔλαβε, κατὰ τὸ, Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἄλλως δὲ ταῦτα τὰ κατ' Αἴγυπτον καὶ τὴν ἔρημον καὶ τὴν Ἰουδαίαν τεράστια δηλοῖ [illegible]. Ἐβλήθη γὰρ Αἴγυπτος χαλάζῃ μετὰ πυρὸς, εἶξε καὶ θαλάσσης ἐρυθρᾶς καθάπερ φόβῳ τὰ κύματα κατὰ τὸ, Ἡ θάλασσα εἶδε, καὶ ἔφυγεν, ὁ Ἰορδάνης ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω. Ἐρράγησαν δὲ αἱ βρονταὶ, καὶ χάλαζαι κατηνέχθησαν κατὰ Χαναναίων ἐν τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ· καὶ δῆλον ὅτι καὶ ἀστραπαὶ συνεξέλαμψαν, σεισμοὺς δὲ γεγονότας ἐν Ἰσραὴλ ἐξόδῳ καὶ ἄλλος δηλοῖ ψαλμὸς λέγων· Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ οἱ βουνοὶ ὡς ἀρνία προβάτων. ἃ δὲ πάντα ἐξ ἐπιφανείας λέγει θεοῦ φάσκων· Ἀπὸ προσώπου κυρίου ἐσαλεύθη ἡ γῆ. Τῆς θείας γὰρ ὁδηγούσης ἐνεργείας τὸν Ἰσραὴλ, πάντα συνεκινεῖτο. Ὁ δὲ τροχὸς κύκλον ἡμῖν αἰθέριον ὑποβάλλει, καθ' ὃν τὰ ἄστρα περιδινεῖται, καθάπερ ἅλωνα βόες περιελαύνοντες. σφαιροειδῆ γὰρ οὐρανὸν ἐν τοῖς θείοις λόγοις οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· ὕδωρ γὰρ οὐκ οὐρανὸν ὑπὸ γῆν δηλοῦσιν ἡμῖν· ὥσπερ οὖν οὐρανὸν δέρρεως τρόπον ἐκτεταμένον. Ἐκτείνων γάρ, φησι, τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν, ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ. ἀπ' ἄκρου τε εἰς ἄκρον οὐρανοῦ ὁ ἥλιος διελθεῖν ἐτάχθη, ἐξ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν. Καὶ ὁ στήσας, φησὶν, οὐρανὸν, οὐχ' ὁ κύκλῳ περιάγων αὐτόν· καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν κατοικεῖν, οὐχ' ὡς κύκλον περιδινεῖσθαι. καὶ ἐπ' ἄκρου οὐρανοῦ θεμελίου φησὶ καὶ Ἡσαΐας ἔρχεσθαι τοὺς ἐκ τῆς πόῤῥωθεν ἐρχομένους, ὡς τεθεμελιωμένου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἑστῶτος.

κ'. ΕΝ

κ'. ΕΝ ΤΗ ΘΑΛΑΣΣΗ Η ΟΔΟΣ ΣΟΥ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Θάλασσαν μὲν τὸν κόσμον καλεῖ, ὕδατα δὲ πολλὰ τὰ ἐν αὐτῷ διάφορα τῶν ἀνθρώπων γένη. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Χριστὸς ἐνετείλατο λέγων τοῖς Ἀποστόλοις, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας· διέδραμον δὲ τὴν ὑπουράνιον, καὶ ἐκήρυξαν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, συνόντος αὐτοῖς, ἀοράτως δηλονότι, τοῦ κυρίου κατὰ τὰς ἀψευδεῖς αὐτοῦ ἐπαγγελίας. Τούτου χάριν ἐπήγαγε, Καὶ τὰ ἴχνη σου οὐ γνωσθήσονται, διὰ τὸ ἀόρατον τῆς μετ' αὐτῶν πορείας τοῦ Ἰησοῦ· μόνος γὰρ αὐτὸς ὡς Θεὸς ἐποιήσατο ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς θαλάσσης τὴν πορείαν, ὥς φησιν ὁ Εὐαγγελιστής.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐ μὴν, φησιν, ἴχνη σου ἐθεάθη. ἵνα εἴπῃ· οὐ σωματικῶς ὤφθη σου ἡ ὁδὸς, ἀλλὰ διὰ τῶν θαυμάτων.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταῦτα δὲ πάντα ἐποίει, παρὼν μὲν καὶ ἐνεργῶν· μὴ θεωρούμενος δὲ, μηδὲ ἴχνος ἔχων θεωρητόν· διὸ καὶ τὴν πορείαν εἶπεν ἐν θαλάσσῃ καὶ ὕδασι. μηδὲ τρίβους γὰρ νεὼς ποντοπορούσης ἐπιγνωσθῆναί φησιν ὁ Σολομών. Παραβολικὸν γὰρ, οὐ μεταβατικὸν τὸ λεγόμενον. Βραχὺ γὰρ διὰ θαλάσσης, τὸ δὲ πλεῖστον διὰ γῆς ἐβάδισεν ὁ λαός· ἐν οἷς ἀμφοτέροις ὡδήγησεν, οὐκ ἐν μόνῃ θαλάσσῃ. Τοῖς οὖν ἀπορουμένοις ἐν θλίψει παραμυθία τὸ μεμνῆσθαι τῶν πάλαι γεγονότων ἔργων Θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἔντρομος ἐσείσθη πάντες ἐξεδώκασιν. Εἴρηται γοῦν ἐν Εὐαγγελίοις, Καὶ εἰσελθόντος τοῦ σωτῆρος εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις· λέγει δὲ τοὺς οἰκοῦντας. οὕτως οὖν ἡ γῆ πᾶσα κεκίνηται διὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ εὐαγγελικοῦ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἤμελλον ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἀστραπῶν καὶ τῆς βροντῆς, βελῶν τε καὶ νεφελῶν κλονεῖσθαι; ἀλλ' ὅπως ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπὶ τούτῳ, δεδήλωκε φήσας· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μετ' ὑμῶν εἰμι. συνῆν γὰρ αὐτοῖς ἀοράτως ἐν τῇ τοῦ βίου θαλάττῃ, καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἐθνῶν κύμασιν ἐπεβάδιζε. Ταῦτα δὲ καὶ πρῶτον ἐποίει, τὸν Ἰσραὴλ ἀφανῶς ὁδηγῶν διὰ Μωσέως καὶ Ἀαρών. Ἄλλος μὲν ἂν καὶ τὰ προειρημένα πάντα τότε γεγενῆσθαι φήσειεν· οὐ δείξει δὲ καθ' ἱστορίαν, φωνὴν αὐτῶν νεφέλας δεδωκέναι σωματικῶς, οὐκ

20. IN MARI VIA TVA.] ATHANASII. Mare quidem appellat mundum, aquas verò diuersa quæ in eo sunt hominum genera. Cùm autem Christus præceperit Apostolis dicens, *Euntes docete omnes Gentes. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus*: percurrerunt autem subcælestem hanc terram, & prædicarunt in omnes Gentes, existente cum ipsis, scilicet inuisibiliter, Domino, secundùm infallibiles eius promissiones. Quapropter subiunxit, *Et vestigia tua non cognoscentur*, propter inuisibilitatem ambulationis Iesu cum eis: solus enim ipse, tamquam Deus, super visibile mare ambulabat, vti Euangelista testatur.

CATENA PATRVM.
Mare mundo symbolum.
Matth. 28, 19.
Ibid. 20.
Matth. 14, 25.
Vestigia Dei inuisibilia.

THEODORI. Verumtamen, inquit, vestigia tua non sunt visa. ac si dicat: Corporaliter via tua non apparuit, sed per miracula.

APOLINARII. Hæc autem omnia faciebat, cùm præsens quidem adesset atque operaretur; non videbatur autem, neque vestigium habebat aspectabile: quocirca etiam viam eius dixit in mari & aquis. Nam neque nauis pontigradæ semitas cognosci Salomon ait. Parabolicum enim, non transitorium est id quod dicitur. Nam modicum per mare, plurimùm verò per terram populus ambulauit: in vtrisque dux fuit, non in solo mari. Iis igitur qui in tribulatione angebantur solatio erat meminisse operum Dei olim gestorum.

Prou. 30, 19.

ANONYMI. Ceterùm pro *contremuit* omnes exposuerunt *mota est*. Dictum nempe in Euangelijs, *Et cùm intrasset* Saluator *Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas*: intelligit autem incolas. Sic vtique omnis terra mota est per Euangelicam prædicationem, in testimonium omnibus Gentibus. Et quomodo enim à prædictis fulgetris & tonitruis, sagittisque ac nubibus non essent conturbandi? sed quomodo in mari fuerit via eius, & ea quæ huc spectant, manifestauit dicens: *Euntes docete omnes Gentes. Et ecce ego vobiscum sum.* Aderat enim ipsis inuisibiliter in huius vitæ mari, & multos Gentium fluctus supergrediebatur. Hæc autem etiam primùm faciebat, Israëlem occultè deducens per Moysem & Aaronem. Alius vtique prædicta quidem omnia tunc etiam contigisse dixerit; sed secundùm historiam minimè ostendet, nubes eorum vocem edidisse corporaliter, neque sen-

Matth. 21, 10.
Euangelica prædicatio orbem commouit.
Matth. 28, 19.

CATENA PATRVM.

sensibiles sagittas, neque fulgura, quæ per [illegible] ni-
uersum orbem viderentur.

21. DEDVXISTI SICVT O[illegible]ES
POPVLVM.] HESYCHII. Non te[illegible] cerè [illegible]
hic vsus est figurâ ouium; sed quia istæ à p[illegible] sto-
ribus virgâ diriguntur, sicut etiam nos cr[illegible] cà
Christo pascimur. Vnde etiam adhuc [illegible] oy-
sis, quin & Aaronis mentionem fecit, qu[illegible] cru-
cis figuram gestabant virgam, tot mira[illegible] ulo-
rum in Ægypto & in deserto genit[illegible] em.
Quemadmodum enim illi virgâ inimic[illegible] rsum
in Israelis beneficium, sic etiam Christu[illegible] cru-
ce contra dæmones ad nostram conuersi[illegible] nem
vsus est.

Nos Christi virga ficut oues virgâ diriguntur.

ATHANASII. Et sicut oues n[illegible] ciunt
quò vadant, aut quò gradiantur, sic [illegible] os tu
ipse deduxisti, subministris ad hoc Mo[illegible] se &
Aarone vsus. Omnia siquidem ab istis [illegible] rbis,
Memor fui operum Domini, retulit ad[illegible] ā stud,
Memor fui Dei, & delectatus sum. H[illegible] orum
enim, inquit, recordans, mente cons[illegible] abar
& delectabar: nam cùm considerarem [illegible] quan-
ta qualiaque nobis per auxilium tuum [illegible] obti-
gerint, in animum inducebam, numqua[illegible] fo-
re, vt qui tanta taliaque pro salute no[illegible] a &
inimicorum tunc opprimentium liber[illegible] tione
gesserat, nunc permissurus sit nos omni[illegible] de-
spici, in seruitute, & captiuitate atque c[illegible] lami-
tate versantes.

Deus nos tuetur, cum deducit.

EIVSDEM. Tu idem, inquit, es Domi-
ne qui sanctis Apostolis aderas, & olim quan-
doque per Moysem ex Ægypto populum
tuum educebas sub ducibus Moyse & Aaron.

αἰσθητὰ βέλη, μὴ [illegible] [illegible] ὄψιν ἐκάστου [illegible]
οἰκουμένῃ.

κα. ὩΔΗΓΗΣΑΣ Ω[illegible] ΠΡΟΒΑΤΑ ΤΟΝ
ΛΑΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μάτην ἐσπᾶ-
σθη τῇ εἰκόνι τῶν προβάτων [illegible] ἐχρήσατο· ἀλλ'
ἐπειδὴ ῥάβδῳ ταῦτα [illegible] τῶν ποιμένων ὁ-
δηγεῖται, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς τῷ σταυρῷ τοῦ
Χριστοῦ ποιμαινόμεθα. Ὅθεν καὶ τοῦ Μωσέως,
ἔτι δὲ καὶ τοῦ Ἀαρὼν ἐμνημόνευσεν, οἵτινες τύ-
πον τοῦ σταυροῦ ῥάβδον ἐβάσταζον, τῶν ἐν Αἰ-
γύπτῳ καὶ κατὰ τὴν ἔρημον ἐγκώμια θαυματ-
των. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι τῇ ῥάβδῳ τῶν
ἐχθρῶν εἰς τὴν τοῦ Ἰσραὴλ εὐεργεσίαν, οὕτω
καὶ ὁ Χριστὸς τῷ σταυρῷ κατὰ τῶν δαιμόνων
ἐπὶ τὴν ἡμετέραν [illegible] κέχρηται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ὥσπερ πρόβατα
οὐκ εἰδότα ὅποι τι ἄπεισι, καὶ ὅπως πορεύεται,
οὕτως ἡμᾶς αὐτὸς ὁδηγεῖς, ὑπηρέταις πρὸς τοῦ-
το τοῖς περὶ τὸν Μωσέα καὶ Ἀαρὼν κεχρημέ-
νος. Πάντα μὲν τοι ὑπὸ τούτων, ἐμνήσθην τῶν ἔρ-
γων κυρίου, ἀπέδωκε πρὸς τὸ, ἐμνήσθην τοῦ
Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην. Τούτων γάρ, φησιν, ὑπομι-
μνησκόμενος, παρεκάλουν τὴν διάνοιαν καὶ
εὐφραινόμην· ἐννοῶν γὰρ ὅσα τε καὶ οἷα ἡμῖν
ὑπῆρξε τῇ σῇ βοηθείᾳ, ἐπειθόμην ὡς οὐκ ἄν
ποτε τοσαῦτα πεποιηκὼς ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ σω-
τηρίᾳ καὶ τῇ τῶν κατεχόντων τότε ἀπαλλα-
γῇ, νῦν ἀνάσχοιτο παντελῶς περιιδεῖν ἡμᾶς, ἐν
δουλείᾳ τε ὄντας καὶ αἰχμαλωσίας συμφορᾷ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Σὺ αὐτός, φησιν, ὦ δέσποτα
ὁ μετὰ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων συνών, καὶ πάλαι
ποτὲ διὰ Μωσέως ἐξήγαγες ἐξ Αἰγύπτου τὸν
λαόν σου στρατηγοῦντας Μωσέως καὶ Ἀαρών.

ANNOTATIONES CORDERII.

Id quod in titulo legitur *Pro Idithunum*, Græcè ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ, alij legunt simpliciter *Idithum*: Symmachus autem διὰ Ἰδιθοὺμ, *Per Idithum*: in Scholio Ἰδιθοὺμ exponitur ἀπάτη, *deceptio*. Inscriptio hæc obscura est & varij eam variè exponunt. Athanasius in Catena censet hunc Psalmum ab Idithum compositum ipsi Asapho; Eusebius è contra vult à Dauide & Asapho ipsum Idithum hîc erudiri. Euthymius existimat Psalmum datum esse decantandum ipsi Asapho pro Idithum, id est, vice Idithum; alij contrà ab Asapho traditum ipsi Idithum ad canendum. Alij dicunt alternatim ab Idithum & Asapho decantatum fuisse, vtpote Principibus Cantorum; à Dauide autem compositum: quod maximè videtur verosimile, licet id non satis in titulo exprimatur, nec verborum constructio id sonet. Argumentum porrò Psalmi est oratio aduersus tribulationes: quæ sit autem tribulatio, de qua Psalmus hic loquitur, non conuenit inter auctores; alijs existimantibus hic agi de captiuitate Babylonica; alijs de persecutione Antiochi, quæ contigit tempore Macchabæorum; alijs de incerta & nobis incognita tribulatione: sed S. Augustinus vtilissimè exponit Psalmum de miseria humana generatim, ac præsertim de ea, quam sentiunt viri perfecti, qui dum anhelant ad patriam cælestem, molestissimè ferunt moram exilij & peregrinationis.

2. *Voce meâ ad Dominum clamaui.*] Quærit S. Ambrosius in Psalmum quadragesimum, quam appellet Propheta vocem suam; & respondet hanc cordis internam. *Quæ, inquit, nostra est vox, nisi ista quæ est melior, quæ nescit errare; quæ ad Deum peruenit; quâ tacente Moyses clamauit ad Dominum; quâ etiam Anna impetrauit filium, quem antè diu non impetrauerat, cùm corporis voce clamasset.* Sic ille. Vbi apertè facit effi-

Cordis vox apud Deum efficacior est quàm vox oris.

efficaciorem apud Deum cordis quàm vocis clamorem, cùm hic etiam diuturnus non impetret; ille tantùm horarius exoret.

Deo ille intendit qui ipsum, & non aliud quærit. IBIDEM. *Voce mea ad Deum, & intendit mihi.*] S. Augustinus ad hunc locum: *Verè,* inquit, *tunc tibi attendit, cùm ipsum quæris, non quando per ipsum aliud quæris. Dictum est quibusdam:* Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret; ad Dominum, nec exaudiuit eos: *quare? quia vox eorum non ad Deum. Exprimit hoc alio loco Scriptura, vbi dicit de talibus:* Dominum non inuocauerunt. *Quid est, Dominum non inuocauerunt? Dominum in se non vocauerunt, ad cor suum Dominum non inuocauerunt, à Domino se habitari noluerunt; & ideò quid eis contigit?* Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor: *ideò de rerum præsentium amissione tremuerunt, quia non erant pleni illo, quem non inuocauerunt.* In oratione igitur mens in Deum fixa sit, nec alienis cogitationibus distendatur: Deum præcipuè quærat, terrenis omnibus altâ obliuione sepultis. Non enim Deum inuocat, qui Deum intus non vocat.

Psal. 17.

Psal. 13.

Ibid.

3. *Manibus meis nocte coram eo.*] Ita est in Psalterio Romano & veteri, & apud S. Augustinum: quod Græcè est, ἐναντίον αὐτοῦ, Vulgata vertit *contra eum*: Symmachus, Ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐκτεταμένη (aliàs ἐκτετραμμένη) διηνεκῶς, *Manus mea noctu extensa est assiduè*: quòd S. Hieronymus, *Manus mea nocte extenditur.* Sensus totius versiculi est, ac si diceret: In vita ista, quæ miserijs repleta est, & ideò dies non lætitiæ, sed tribulationis vocatur; & in nocte huius sæculi, quam non Sol claritatis æternæ, sed Luna fidei parum illuminat, Deum tum ore, tum manibus, id est, sanctis actionibus, exoraui: nec sum meo desiderio ac meo labore frustratus; quia quæ volebam tenui, quod optabam accepi, & quod postulabam obtinui. Roborat igitur Dominus ad petendum sanctos suos; & in Scripturis sanctis à cordibus eorum omnem hæsitationem abigit, vt pro se & pro alijs fiducialiter orent, & vt familiarissimè sibi ipsis quod petierint acquirant, & vt fideles intercessores alijs quod postulauerint obtineant. Sed hic arguté more suo S. Augustinus pulchra quædam dubia proponit, ac soluit: petit enim primùm & à Psalmographo: In die tribulationis tuæ quid exquisiuisti? Deum: quando exquisiuisti? nocte: vbi exquisiuisti? coram eo: & quo fructu exquisiuisti? Et non sum deceptus. Si scire vis, quænam sit tribulatio propria viri beati, respondens S. Augustinus, *totam vitam istam tribulationem reputat: hic enim amat Patrem supernum, vt terrena peregrinatio ipsi sit maxima tribulatio. In hac igitur tribulatione Deum exquisiuit: quomodo? Manibus, inquit, meis. Quid est manibus meis? operibus meis. Non enim aliquid corporeum quærebat, vt contrectando inueniret quod perdiderat, sed manibus, id est operibus, quærebat. Quando hoc? nocte. Quid est nocte? In hoc sæculo. Non enim est antequam effulgeat dies: & in hac nocte lucerna prophetiæ debet esse superaccensa in domibus nostris; & arma lucis debemus induere, vt ita vita fidelium sit nox & dies: dies in comparatione infidelium; nox in comparatione Angelorum. In hac ergo nocte & die manibus quæramus Deum; quem etsi nocte quærimus, non decipimur, quia coram ipso quærimus. Quid est coram ipso? Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus: sed cum facis eleemosynam, & manus ista sunt quærentes Deum, sit eleemosyna tua in occulto, & Pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi; ita vt possis dicere, Et non sum deceptus. Quid est enim, Et non sum deceptus? Inueni quod quærebam.* Hæc ille. Nos autem in die & nocte fidem agnoscamus; in manibus Deum quærentibus fidem, quæ per dilectionem operatur: & in eo, quod iustus non est deceptus, spem, quæ non confundit: immò etiam in hac vita talem præbet gloriæ certitudinem, vt possint iusti cum Apostolo dicere, *Gloriamur in spe.*

Deum & voce & manibus inuocandus.

Quomodo Deus quærendus, vt inueniatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Rom. 5, 2.

IBIDEM. *Renuit consolari anima mea.*] Sic Vulgata & Codices Græci collati, ἀπηνήνατο: Vetus tamen Psalterium & Romanum & S. Augustinus habent, *Negaui consolari animam meam.* Apolinarius:

Ἠρνεόμην προτέρησι παρηγορητὸν ἀκούειν,
Renuebam præcordijs audire consolantem.

Omnes, inquit, consolationes à rebus visibilibus exorientes abieci; vnamque tantùm, scilicet consolationem mentis, eiusque delectationem sanctam, incoinquinatam, & à rebus cælestibus profectam adamaui: hanc plenam & perfectam non nisi ex præsentia Dei habere possum; interim tamen dum ex statu mortalitatis absconditur, eius vtcumque memoriâ delector. vnde subdit:

Qui externas consolationes respuunt, internas & diuinas reperiunt.

4. *Memor fui Dei, & delectatus sum.*] Prorsus benè. Hoc enim illorum est, qui huius sæculi consolationes abijciunt, qui carnis illecebras & mundo amabilia negligunt: hi sciant ad solam Dei memoriam delectari, & dum eum simpliciter intuentur, affectibus amoris ardere: si verò ad curas sæculares reuertantur, ab illa amoris sublimitate deijciuntur. Vnde subdit Propheta:

IBIDEM. *Garriui, & defecit spiritus meus.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium: quod Græcè est, ἠδολέσχησα: S. Hieronymus ad Suniam ἀδολεσχίαν interpretatur *decantationem* quamdam & *meditationem*: & quod paulò pòst in hoc Psalmo est ἠδολέσχουν, vertit *argutabar*. In Romano & Vulgata est *Exercitatus sum*; & in Romano sequitur, *Et defecit paulisper spiritus meus*: Symmachus, Διελάλουν ἐμαυτῷ, καὶ ἠθύμουν, *Mecum ipse colloquebar, & animo deficiebam.* A suauissima nimirum amoris diuini affectione deficiunt, qui externas consolationes quærunt. *Delicata siquidem species est* (inquit Gilbertus in Cant.) *amoris affectio; & tenui occasione læditur lætitia spiritualis, & amor æternorum occupationis impatiens est, suis satis habens intendere negotijs: occasione enim acceptâ amor nescit nec exercet negotium aliud. Semper quidem scientiâ quâdam eget auaritia: semper enim quem amat, vel præsente eo se oblectat, vel absentem desiderat,* &c.

5. *Anticipauerunt vigilias oculi mei.*] Id est, Antequam aliquis vigilaret ego vigilabam: Aquila, Κατέσχες φυλακὰς ὀφθαλμῶν, *Cohibuisti vigilias oculorum*: Theodotion, Ἐκράτησας φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου, *Tenuisti vigilias oculorum meorum*: Symmachus, Ἐκώλυον τὰς ἀναβλέψεις τῶν ὀφθαλμῶν μου: quod S. Hieronymus vertit, *Prohibebam suspectum oculorum meorum*: id est, vt exponit Treuetus, ita deiectus fui, vt non respicerem sursum: considerans nempe peccata mea, oculos ad cælum erigere non audebam: alij ex Hebræo, *Te-*

ANNOTATIONES CORDERII.

nuisti custodias, id est *palpebras oculorum meorum*, ne scilicet dormire possem: Sixtina editio habet, [illegible] *habet*, *Anticipauerunt vigilias omnes inimici mei*: quomodo etiam est in Psalterio veteri, Arabico & Æthiopico. Quod de vigilantia dæmonum nos tentantium Augustinus intelligit. quasi diceret: Plus illi vigilauerunt ad decipiendum me, quàm ego ad custodiendum. In ceteris libris Græcis est [illegible] oculi [illegible] & sic Vulgata & Psalterium Romanum [illegible] *mei*. Nec verò tempus duntaxat orientis Solis anteuertere Regius Propheta conabatur, sed ipsam etiam ætatem, ne videlicet tempus aliquod ætatis vel minimum otiosè transigeret; quemadmodum ipse alibi ait: *Præueni in immaturitate*, sic enim legendum est iuxta Septuaginta, cùm Græcè sit ἐν ἀωρίᾳ, id est, *ante horam*, seu *ante tempus*: quemadmodum accipit D. Ambrosius Serm. 19. in eumdem Psalmum: *Ante horam*, inquit, *& ante tempus præueniebat David. Qui enim Dominum deprecatur, non præscripta præcipue tempora præstolatur, rectéque ait: Præueni in immaturitate. Præcurris enim ætatem, quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & immemor annos veteranos conscientia regit*. Vide quæ ad Psal. 5. ver. Psal. 6. ver. 7. Psal. 15. ver. 8. Psal. 62. ver. annotauimus.

Diligentia Dauidis quanta.

Psal. 118, 147.

IBIDEM. *Turbatus sum, & non sum locutus*.] S. Augustinus legit *conturbatus*; S. Hieronymus, *Stupebam, & non loquebar*. Docemur hîc, occasione turbationis & iracundiæ oblatæ, animi commotionem totus comprimere, & ea nec verbo, nec gemitu, nec signo propalare. Sic enim flamma candelæ emunctorio compressa statim extinguitur; ita interior iræ commotio silentio & dissimulatione cohibita, sensim paulatimque commoritur. Sic vtique Dauid linguam silentio compressam [illegible] cohibens turbationem quoque compressam experiebatur, & tempestatem cohibitam animo sedandi [illegible]. Hæc autem externa dissimulatio animo sedandi iracundiam suscepta nullo modo ad hypocrisim pertinet, sed ad mansuetudinem est referenda: ad hoc enim suscipitur, non vt nos alios esse fingamus quàm sumus, sed ne fratrem verbo aut signo lædamus, & vt materiâ ab igne sublatâ ipse ignis minuatur & pereat.

Quomodo ira & turbatio sit silentio supprimenda.

Ira dissimulatio non ad hypocrisin, sed ad mansuetudinem spectat.

6. *Cogitaui dies antiquos*.] S. Hieron. legit, *Recogitabam*; alij, *Supputaui dies a principio*; vel, *Recensui, reduxi in animum*: חִשַּׁבְתִּי Hebræum *annumeraui, recogitaui, recensui*, reduxi in animum: hæc enim omnia valet verbum Hebræum [illegible] *putaui, recogitaui, recensui*, hæc enim omnia valet verbum Hebræum: *Memor fui dierum antiquorum*, sic alibi ait: *Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis*. Item in Deuteronomio dicitur: *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas*. Exercitium sanè plenum vtilitatis, & plenissimum, & sanctis hominibus frequentissimè obitum. Hoc D. Augustinus mirabatur, quem in Commentario huius Psalmi ait *in secretario sua mentis* id agere solitum, quod deinde cantu & lyrâ expressit: *vbi diuini hominis meditationem reuerens; Sit*, inquit, *sit ei bene secum: adiuuet Deus, recogitet dies antiquos; & dicat nobis in ipso interiore cubiculo suo quid egerit, in quo peruenerit, quid transilierit, vbi manserit*. Sic Fundator quoque nostri Ordinis S. Ignatius, vir planè pau[illegible]

Psal. 142. Deut. 32, 7.

Exercitium sui ipsius discussionis vtilissimum, & sanctis vsitatum.

S. Ignatio sui examen familiare.

[Mi]tens & diuinitùs illuminatus, singulis horis [examin]abat animum suum ab alijs omnibus rebus; [at]que in cor ingressus, circumspiciebat operationes suas, vt si quid fortè vitiosi ta[nquam pulueris] sordiumque inhæsisset, protinus excuteret, & excusaret apud Deum, & deinceps semper ad meliora & perfectiora piæ mentis contentionem renouaret. Hoc est quod in Oraculis docuit Ieremias cùm ait: *Statue tibi speculam, pone amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam*. Vbi Pagninus vertit ex Hebræo, *Statue tibi lapidem erectum ad cognoscendam viam*; Vatablus autem, *Statue tibi signa*; vt intelligamus, non otiosum esse debere piorum hominum illum contuitum, sed agentem, & vitæ fructuosum, ijs diligenter studioséque notatis, quæ professionem dedecere, atque hactenus minùs grata fuisse Numini videantur. Hoc enim propriè esse dixerim *statuere signa*, vel *lapidem erectum*, ad memoriam scilicet commouendam, vt quibus in rebus victi aut victores fuimus, ibi notas, signa, columnam & gestarum rerum monumenta ponamus. Quod apertiùs sequentia Ieremiæ verba declarant; nam vbi nos habemus, *Dirige cor tuum in viam rectam*, Septuaginta vertunt, Δὸς καρδίαν σου εἰς τοὺς ὤμους, *Da cor tuum in humeros*, hoc est, meo iudicio, *posteriora* siue *præterita* (quæ tergum humerique significant) acie mentis & cogitatione perlustra. Quod egregiè Paraphrastes Chaldæus illustrat in hunc modum: *Contemplare opera quæ fecisti, an recta sint*. Quid verò inde sequitur? *Pone amaritudines*; Symmachus reddit *transmutationes*: vt nimirum mens dolore concepto aquilæ instar iuuenescat, & in melius transmutetur, & deinceps cum magno Apostolo in anteriora contendat. Quæ propè est D. Hieronymi interpretatio in eum locum, qui sic habet: *Hoc indicat, quòd flere debeat antiqua peccata, & ad Deum conuerti*. Id sanè est *ponere amaritudines & transmutationes*, mala facta exuere, nouamque inire vitæ rationem; delere culpam, & vberioris gratiæ luce perfrui.

Ier. 31.

IBIDEM. *Et annos æternos in mente habui*.] Hæc æternitatis consideratio fructuosissima est tum ad Deum eâ causâ prædicandum, cuius tantam tamque eximiam perfectionem amare debemus, tum ad mores componendos. Quidquid enim in mortali molimur vita, æternitati gerimus. Hoc æuum horis & diebus fluctuans, cum inanium rerum flumine tendit in oceanum vastum æternitatis. Verùm, vt Pythagoræi litterâ suâ diuinitùs adumbrabant, hinc æternitas gloriosa est, hinc calamitosa. Cuius animum non excitet ad spem, ad honestam contentionem & labores suscipiendos, qui breuibus ærumnis mereantur gloriam sempiternam? Hac certè cogitatione D. Paulus in æstu medio communium miseriarum & vexationum acerbitate animum suum ingenti lætitiâ perfundebat: *Momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. Quem verò non à scelere maleficioque reuocet, si apud se cogitet, vt dæmonibus, sic omnibus consceleratis, qui letifero crimine irretiti ex hac vita migrabunt, ignem esse paratum, & quidem, vt denuntiat Oraculum veritatis, æternum? Hoc clypeo & loricâ aureâ sunt vsi probi omnes aduersus ignea tela voluptatis & belluarum vitiorum,

Vtilissima est æternitatis memoria.

2. Cor. 4, 17.

Digitized by Google

rum, vt cum Dauide *annos æternos* in mente haberent. Quamdiu Deus erit Deus, cui comes semper est futura æternitas, tamdiu boni gloriâ perfruentur, tamdiu reprobi mactabuntur pœnâ. Cogitatio prorsus vtilissima, digna homine, digna Deo. Amplissimum hic cogitandi spatium patet, quod nemo vmquam emensus est cogitando. Finis hic quæri potest, inueniri non potest. Æternitas finem nescit, terminos ignorat, metâ nullâ clauditur: æternitas cogitari dignissima.

7. *Meditatus sum nocte cum corde meo.*] Non solùm designauit tempus explorandæ conscientiæ, sed quàm accuratè id faciendum exemplo suo docuit. Non ignorabat Rex sapientissimus, quanti referret hic vigilare, ideò quæsitor sui quotidianus, *Exercitabar*, inquit, *& scopebam*, siue *sarriebam spiritum meum*. Hoc putat S. Hieronymus in Epist. ad Suniam significari verbo ἠδολέσχουν: quo quidem Septuaginta significare voluerunt frequentem retractatum cogitationum: addit autem Symmachum & Quintam editionem habuisse ἀνηρεύνων, siue, vt est in Scholio, ἠρεύνων, *perscrutabar*, siue *quærebam*: ita S. Augustinus & Vetus Psalterium habent, *Scrutabar*, Romanum, *Ventilabam*, Vulgata, *Scopebam*. In Scholio illud, ἐσκαλλον τὸ πνεῦμά μου, tribuitur Theodotioni. Et in alijs Codicibus Græcis hic legitur ἐσκαλλον, *Sarriebat spiritus meus*: iuxta aliud Scholion Theodotion dixit ἐξερευνῶν, *Scrutatus est*: Aquila autem ἐσκάλευον, *Quasi effodit, & scalpsit*: item, καὶ σκαλεύει τὸ πνεῦμά μου, *Et effodiet spiritum meum*. Quæ S. Augustinus exponens; *Scrutabatur*, inquit, *spiritum suum, & cum spiritu suo loquebatur: seipsum interrogabat, seipsum examinabat, in se iudex erat*. Quod iudicem nominat, id etiam dici video ab alijs Patribus, cùm de sui discussione agunt, vt non nobis ipsi blandiamur, sed inuestigemus sedulò, & quæ perperam acta fuerint non intueamur tantùm, verùm etiam puniamus. Quò lib. 25. Moralium cap. 10. Gregorius Magnus refert illud Salomonis, *Cogitationes iustorum iudicia*. Sic Diadochus cap. 18. agnoscit in homine tribunal iudicijque suffragia, quæ incorrupta esse nequeant, nisi mens, inquit, à molestis vitæ curis soluta sit atque libera. Id tribunal nihil est aliud, vt quidam volunt, nisi conscientiæ vis, quam Dorotheus lib. de Conscientia nominat λογισμόν, dominantem *rationem*, quæ mentem illuminat instar luminis aut scintillæ inhærentis, quâ malum à bono dignoscitur. S. Leo Serm. 3. de Quadragesima censorium iudicium esse vult & seuerum, cùm sic monet: *Scrutetur quisque conscientiam suam, seque ante se statuat proprij censurâ iudicij*. Sed elegantissimè D. Augustinus Serm. 88. de tempore: *Peccata nostra iudices nos sentiant, non patronos*. & paulò pòst: *Tu agnosce, & Deus ignoscet*. Idem in Psal. 44. *Puniendum est peccatum aut à te, aut à Deo: tu agnosce, vt ille ignoscat*. Sed clarius etiam de Areopagitico hoc tribunali & nocturno iudicio in libro Quinquaginta Homiliarum Hom. 1. sic ait: *Ascende tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat confessio, dic Deo tuo; Quoniam iniquitatem meam cognosco*. Vult omninò, vt cognito animi statu, & ex lenta disquisitione dici noxis patefactis, concipiamus verum intimumque dolorem, iustam ægritudinem & compunctionem, quæ reum velut in equuleo ponat, & torqueat. Hunc quotidianum conscientiam suam dicto modo examinandi vsum tam fructuosum esse censet Chrysostomus, vt Plinium quartum interpretans non dubitauerit dicere, si per mensem tantùm debitè fiat, sufficere, vt perfectus habitus virtutis generetur.

Quomodo sit examinanda conscientia.

Prou. 12.

ANNOTATIONES CONCORDIÆ.

Quantus sit fructus examinis.

9. *Aut in finem misericordiam suam abscindet.*] Vbi obseruandum est verbum illud *abscindet*, quod indicat, Deum filum misericordiæ, quod ab æterno texuit, numquam præcidisse, sed continuatam beneficiorum suorum seriem absque vlla intermissione continuasse & continuaturum in posterum; cùm tamen iustitiam seu vindictam non solùm ipse non ædificet, sed & eius fabricam, quam impij suis sceleribus erigunt, sæpenumero parcendo labefactet: quam ob causam eiusmodi ædificij tantùm initia & præparationes descripsit Propheta Regius, cùm subiunxit, *Præparabitur veritas tua in eis*, id est: Vel ipsa punitionis fundamenta, quæ impij suis sceleribus iaciunt, per misericordiam destruens, ita vt promoto misericordiæ ædificio, vel ipsæ ad puniendum præparationes diruantur.

Deus misericordiam semper continuat, & vindictam sæpe labefactat.

Psal. 88, 3.

IBIDEM. *Consummauit verbum.*] Græcè Συνετέλεσε ῥῆμα sica est in plurimis Græcis Codicibus, & in translatione Arabica: sed ista duo verba desunt in Sixtina editione & Vulgata: & S. Hieronymus censet ea non rectè addi, cùm tamen in quatuor Codicibus MS. Cæsareis haberentur, non putaui omittenda esse: Symmachus apud Theodoretum legit, Συνετέλεσεν ῥῆσιν εἰς γενεὰς ἑκάστης, *Consummauit eloquium de generatione qualibet*.

10. *Aut continebit in ira sua miserationes suas.*] Quibus in verbis (vt notat Cresollius noster Mystagogi lib. 3. cap. 9.) speciosissima est imago à bello petita: solebant enim olim vrbes castra exercitus coronâ cingere, hoc est, militum copijs circumambire, vt vndique fieret impressio, vti Lipsius lib. 1. Poliorceticon tradit. Hoc ipsum est in hoc Dauidis loco *continere in ira*; quod quidam ex Hebræo vertunt *claudere*, hoc est cingere vndique militari coronâ, & obsidere, quasi iræ diuinæ legiones circumuallare vndique misericordiam & premere videantur. Græca dictio, quâ vtuntur Septuaginta, illud idem significat: nam συνέχειν, *continere*, est cingere obsidione, & militum copijs circumsidere; quemadmodum apud D. Lucam, vbi Christus de Solymæa obsidione loquitur, συνέξουσι σε πάντοθεν, *Coangustabunt te vndique*, hoc est, Romani Duces te vndique bellatoribus suis acerrimis fortissimisque obsidebunt, atque in magnas angustias redigent. Dauid igitur de re loquens, quæ fieri minimè potest, An, inquit, Deus continebit in ira & vndique circumuallabit miserationes suas vinci metuentes? At scimus fieri ab obsessis eruptiones sæpè gloriosas, obsides victoriæ atque triumphi; ita erumpet & emicabit Dei clementia, & è medio hominum scelere petet lauream. Sic mundus immundus, & sordibus suis inuolutus, maculati homines, erecta iustitia, potentia formidabilis, rubeum fulmen iam ad feriendum paratum, tamen cedant necesse est misericordiæ, quæ nec vinci nec vinciri potest, sed testudine factâ cælestium gratiarum erumpit, ordinesque iustitiæ perstringit: atque vt nuntius de bello veniens

Luc. 19, 43.

Misericordia Dei contineri nec concludi potest.

ANNOTATIONES CORDERII.

nicus memorat D. Iacobus, *Superexaltat mise-*
ricordia iudicium: in Græco est κατακαυχᾶται, ho-
est, Victrix exultat, & trophæa ponit domitâ &
illusâ iustitiâ, Deum placat, reos homines [illegible]
omni supplicio dignos eripit â seueritate, in spe[illegible]
erigit, ad pœnitendum inflammat.

11. *Et dixi, Nunc cœpi*, &c.] Nimirum, [illegible]
interpretatur D. Thomas in cap. 6. Epist. [illegible]
Hebræos, quoad existimationem, vt nempe ex[illegible]
stimet se adhuc non cœpisse; quamuis alij cen[illegible]
seant esse aposiopesim siue reticentiam, vt sit se[illegible]
sus; *Nunc cœpi*, scilicet respirare: *hæc mutat[illegible]*
dextera excelsi: id est, Sic ille iram in miser[illegible]
cordiam commutat. Aut aliter, Nunc cœpi int[illegible]
ligere quòd hæc sit mutatio dexteræ excelsi, [illegible]
est, mea mala à Deo proficisci. vnde Theodor[illegible]
tus; *Mutationem*, inquit, *dextera pœnam voc[illegible]*
uit, vtpote quæ solet bona subministrare. Hu[illegible]
versum spiritalis disciplinæ magistri cùm prim[illegible]
vtilem censuerunt ad torporem animi excuti[illegible]
dum, & feruorem spiritus innouandum. *Qu[illegible]*

In vita spirituali quotidie innouandum est.

animus noster (inquit Gregorius lib. 22. M[illegible]
ral. cap. 2.) *dum igne amoris excoquitur, semp[illegible]*
in se seruat claritatem pulchritudinis quotidi[illegible]
innouatione feruoris: nescit enim mens per [illegible]
porem veterascere, quæ studet per desideri[illegible]
semper inchoare. Hinc namque per Paulum dic[illegible]
tur; Renouamini spiritu mentis vestræ. *Hi[illegible]*
Psalmista, qui ad perfectionis iam culmen per[illegible]
nerat, quasi inchoans dicebat; Dixi, Nunc cœ[illegible]
quia si lassescere ab inchoatis bonis nolumus, [illegible]
de necesse est, vt inchoare nos quotidie credam[illegible]
Hæc ille. Id verò quanti interfit Magnus Ant[illegible]
nius declarauit, qui (vt in eius Vita B. Athanasi[illegible]
refert) Fratrum cœtu aliquod ab eo vitæ præc[illegible]
ptum efflagitante ita sermonem exorsus est: *H[illegible]*
primum cunctis in commune mandatum, ne [illegible]
sit in arrepti propositi vigore lassescere, sed qu[illegible]
tum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quod cœpera[illegible]
incipientem augere semper debere quod cœpera[illegible]
idque cùm sæpè alias suis inculcauit, tum ve[illegible]
extremo in spiritu quasi testamento legauit [illegible]
verbis; *Ego quidem, filioli, secundùm eloqu[illegible]*
Scripturarum Patrum gradior viam; iam enim [illegible]
Dominus me inuitat, iam cupio videre cælesti[illegible]
sed vos, ô viscera mea, admoneo, ne tanti tempo-
ris laborem repente perdatis: hodie vos religio-
sum studium arripuisse arbitramini, & cœpta
voluntatis fortitudo succrescat. Est enim pro-
prium generosi & deuoti animi sic versari in hoc
vitæ stadio, vt non priùs sibi quiescendum arbi-
tretur, quàm cum Apostolo cursum consummet,
hoc est, vitæ Christianæ perfectioni colophonem
imponat: quod non nisi in vltima ipsius vitæ
clausula fieri potest. Nullius enim animus est
virtutibus tot & tantis & speciosis ornamentis
exaggeratus, qui non possit, quamdiu viuit, cre-
scere. Si quæ videtur esse quæsita bonis operibus
perfectio, in ea sancti & bonorum cælestium ap-
petentes hærere non solent, sed eam gradum
velut quemdam opinantur, quò sublimius in an-
teriora contendant. de quibus illud diuinè in
Ecclesiastico Sapiens, *Cum consummauerit ho-*
mo, tunc incipiet. Itaque norma excellentiæ Chri-
stus, & virtutum parandarum magister, tametsi
foret iam inde ab exordio vitæ omne genus per-
fectionis consecutus, non priùs tamen dixit,
Consummatum est, quàm extremum spiritum ef-
funderet; vt doceret Christianos, nemini esse

Ephes. 4.

Psal. 76.

2. Tim. 4. 7.

Eccli. 18, 5.

ab augendis virtutibus cessa[illegible]dum, nisi cursum
bonorum operum glorioso fine consummet &
coronet. Quam doctrinam cum [illegible] animo imbiberet
animo Paulus, hoc ipsum & studiosissimè in se
curabat, & optabat ceteris, atque à Deo preca-
batur: *Hoc & oramus vestram consummatio-*
nem. Quod idem votum est omnium, qui in spi-
ritu ambulant, & candidati æternitatis in cælum
tendunt: quos videmus esse perpetuò sollicitos,
& augendis in dies perficiendisque virtutibus
studere.

2. Cor. 13. 9.

12. *Memor fui operum Domini.*] Symma-
chus vertit τὰς μελέτας, *Memoriâ repetebam
prouidentias Domini*, quas paulò pòst Dauid ap-
pellat *adinuentiones Dei*. Hebræa vox עֲלִילוֹת
hhaliloth significat etiam benefacta; & ita qui-
dem vertitur Psalmo 77. *Obliti sunt benefacto-
rum eius*: vbi Septuaginta dicunt εὐεργεσίας, *bene-
ficia*. Diuina igitur beneficia dicuntur à Rege
Vate *adinuentiones*, siue, vt Symmachus reddit,
μηχανήματα, *molimina*: Apollinarius vertit ἆθλα,
labores & contentiones diuinarum virtutum.
Quasi Deus hoc moliri vnum, hoc studere, in
hoc certare videatur, vt nouum beneficij genus
excogitet, quo mortales afficiat, licet indignos, li-
cet ingratissimos. Has ergo adinuentiones, hæc
Numinis beneficentissimi molimina, hanc inau-
ditam bonitatem pius Propheta continuâ medi-
tatione cum animo suo reputabat. vnde subdit:

Opera [illegible] sunt beneficia.

13. *Et in adinuentionibus tuis exercebor.*]
Vbi nota *exerceri* idem esse quod sedulò conti-
nenterque meditari: in Græco est ἀδολεσχήσω: quod
S. Augustinus vertit *garrire*: hoc est, dulciter &
summâ animi voluptate loqui. Vt intelligamus
Dauidem non modò in meditandis beneficijs
versatum, sed de ijsdem sæpè etiam loqui & tra-
ctare consueuisse: & quidem cùm ipse innume-
ris propè modis beneficia diuina prædicat, tum
hortatur sæpè omnes, & inuitat, vt Deum eâ
gratiâ laudent, ament, venerentur: miraturque
homines tot beneficijs circumsessos, tot vinculis
adamantinis nexos, tot meritis ligatos, vndique
cinctos Numinis beneficentiâ, non vinci, non be-
neuolentiâ capi & amore. *Adinuentiones* autem,
vti dixi, hîc vocat prouidentiæ rationes, qui-
bus omnia ad suum finem Deus ducere solet.

Exerceri, garrire quid [illegible] sit[illegible].

14. *Deus in sancto via tua.*] Aquila, ἐν ἁγιασμῷ, *in sanctificato*; Symmachus, ἐν ἁγιασμῷ, *in
sanctificatione*; Chaldæus, *Deus enim sancta*, vel,
quàm sancta via tua? Hebræus, בַּקֹּדֶשׁ *bekodes*,
id est, *in sanctitate*. Significatur autem agendi ra-
tio, consilium & institutum quo Deus vtitur, seu
actiones illius omnes & opera sanctimoniæ plena
esse; & ipsum sanctum esse, & quidem in omni-
bus operibus suis; etiamsi correctiones illius gra-
ues nobis ac duræ aliquando videantur, vt ait
Euthymius. Alio sensu *sanctum* pro loco sancto
sumitur: quod & *sanctuarium* dicitur, vel *sacra-
rium*; ita vt in hoc, id est in templo, dicatur esse
via Dei, id est magis ibi innotescere, quoniam
responsa inde reddebantur. Treuerus hoc expli-
cat de diuinis decretis & consilijs quæ sint in san-
cto, id est, separato veluti loco à communi vsu
& cognitione hominum. Plura de hoc vide apud
Lorinum nostrum.

Quomodo via Dei in sancto sit.

17. *Viderunt te aquæ Deus*, &c.] Per aquas,
quæ Deum vident, exponit hoc loco S. Augusti-
nus peccatores. *Et turbatæ sunt abyssi*, id est, pec-

Quid per aquas, abyssos & nubes intelligatur.

Digitized by Google

catorum conſcientiæ turbatæ ſunt; quia ſcilicet *vocem dederunt nubes*, id eſt, Concionatores inſtar nubium inſonuerunt, tum etiam fulgura emiſerunt. Vbi grauem orationem & acrem cum tonitru & fulgure componit, vſitatâ metaphorâ etiam profanis. Hæc autem oratio aquas & abyſſos turbauit; quia dum Chriſtianus orator fulgurat de ſuggeſtu, concutiuntur & pauent peccatores. Audi ipſum Auguſtinum: *Quomodo turbata ſunt abyſſi? quomodo omnes conſcientias ſuas confitendo fuderunt? Vocem dederunt nubes: vnde iſti fontes aquarum, inde abyſſorum perturbatio; quia vocem dederunt nubes. Quæ nubes? Prædicatores verbi veritatis.*

Dolores & Concionatores ſunt rotæ ſimiles, vt verborum vox habent.

19. *Vox tonitrui tui in rota.*] Quia ſcilicet Dei verba eos amant, & in eis habitant, qui ad modum rotæ vix modicis veſtigijs terram terrenaque contingunt; vti acutè B. Hieronymus lib. 5. in Ezechielem cap. 16. obſeruat: *Vox*, inquit, *tonitrui tui in rota. In his enim qui terrena pertranſeunt, & vix modicis veſtigijs contingunt terram, vox tonitrui Domini & excelſorum dogmatum perſonat.* Sic ille. Nempe tunc Dei verba tonitrui in modum audientes percellunt, cùm ab eius ore mittuntur; qui vt rota vix tangit terram, vix terrenorum amore tangitur, ac ne vix quidem. Eleganter ad hoc propoſitum Creſollius noſter lib. 4. Myſtagogi cap. 17. Auditur, inquit, ea vox in rota, in perfectis videlicet hominibus, qui in orbe ſunt Encyclopædiæ non doctrinarum, ſed virtutum; & collectos vndique habent ſenſus ab inanibus rebus eleuatos, vt rotæ inſtar volui ſemper atque attolli, & terram in puncto certè quàm minimo tangere videantur. Illa vox blandum eſt tonitru reſonantis ab alto Dei, animumque afficientis; ex quo tonitru bomboque diuino, ſciſsâ nube, quæ diem menti atque lucem eripit, quidam ſplendor & fulgetræ ſalutares emicant, quibus hominum mens aut timore perſtringitur, aut iucunditate perfunditur, atque ad ſuum opificem quærendum, intuendum & audiendum in dies magis euocatur.

38. IPSE AVTEM EST MISERICORS.] Veruntamen Deus non ad illorum ingratitudinem atque perfidiam, sed ad suam misericordiam respiciens, erga delicta ipsorum clemens extitit, & debitum ipsis interitum minimè irrogauit; sed indignationem suam, eamque iustissimam, validè cohibuit, neque iræ suæ frena contra merentes laxauit. Tempus enim immutatum est; nam futurum pro præterito posuit: siquidem pro *Propitius fuit* dixit, *Propitius fiet, & non disperdet, & multiplicabit*; perpetuam Dei longanimitatem exhibens

Clementia Dei in Israëlitas puniendo.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

bens non solùm in Hebræos, sed etiam in homines vniuersos. Interdum autem verbum *perdi* dicitur *pro supplicio affici*; vt in isto, *Perdet eum Deus*; id est, Puniet. significat etiam tradi passionibus ignominiæ pro remuneratione. Ceterùm pro *multitudine* Symmachus ait, *Et multùm auertit iram suam, & non excitauit totum furorem suum*; ita vt non condignè ipsos puniret. *Recordatus est* enim, inquit, *quia caro sunt*. Etiam, inquit, ad hoc respexit, quòd exigui temporis esset vita eorum, & interitui obnoxia; & quòd vbi animam deposuerint, rursus ipsam per se recipere non poterint. Vel istud *non rediens* de hac vita dicit, quòd iterùm non reuertatur: in morte enim per vitam resuscitamur. Vel istud *caro*, id est carnales.

ALIVS: Misertus est, inquit, ipsorum, tametsi videret ipsos declinasse ad ea quæ carnis sunt sapiendum, & spiritum habere ad carnis cupiditates semper abeuntem, & non reuertentem ad resipiscendum, & Deum exquirendum. Per solam igitur clementiam misertus fuit. Vel spiritus vadens est prudentia carnis. Ex corporum enim amore carnes effecti sunt, ita vt alius quidem sit diuinus spiritus, alius verò carnis: nam spiritus carnis est istiusmodi, qualis est in brutis animantibus.

Iudæi mala pro bonis reddebant.

40. QVOTIES EXACERBAVERVNT EVM.] Tantum non hoc ait, quòd contenderint delictis Dei beneficia superare atque obruere; & neque affligentis ipsos Pharaonis, neque redimentis Dei memores fuerunt; sed neque miraculorum in Ægypto vel campo Taneos patratorum; vbi verosimile est fuisse regiam Pharaonis, vbi & supplicia irrogata sunt. Ceterùm verosimile est maiora quoque dumtaxat scripta esse. Etenim, inquit, vel maximè illius decebat ipsos meminisse, quòd flumina in sanguinem conuerterit. Fluuios autem quoque riuulos appellat; quandoquidem cùm vnicus esset fluuius Nilus, multos riuulos faciebat. Pluuiæ verò lacus efficiunt, qui colligunt aquas è pluuijs manantes. Dicit igitur, quòd & hos in sanguinem conuertens, omnem penitus locum deserere ipsos fecerit in argumentum præcepti de infanticidio.

Plaga Ægypti.

45. MISIT IN EOS CYNOMYIAM.] Non secundùm ordinem, sed promiscuè miracula ponit, vt diuersimodè audientes, me-

σιν οὐ μόνον ἐπὶ τῶν Ἑβραίων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων. Δηλοῖ δέ ποτε τὸ διαφθεῖραι τὸ κολάσαι, ὡς τὸ, Διαφθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ἀντὶ τοῦ κολάσει. Δηλοῖ καὶ τὸ παραδοθῆναι πάθεσιν ἀτιμίας κατ' ἀντιμισθίαν. ἀντὶ δὲ τοῦ πλήθους ὁ Σύμμαχος, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψε τὴν ὀργὴν αὐτοῦ· καὶ οὐ διήγειρεν ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ· ὥστε μὴ ἀξίως αὐτοὺς κολάσαι. Ἐμνήσθη γάρ, φησιν, ὅτι σάρξ εἰσί. Ἀφεώρα, φησί, καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ὀλιγοχρόνιος ἦν αὐτοῖς ἡ ζωή, καὶ ὑποκειμένη φθορᾷ· καὶ ὅτι τὴν ψυχὴν ἀποθέμενοι, αὖθις αὐτὴν οἴκοθεν ἀναλαβεῖν οὐ δυνήσονται. ἢ τὸ οὐκ ἐπιστρέφον εἰς ταύτην τὴν ζωήν φησιν, οὐκ ἐπιστρέφον πάλιν· ἐκ γὰρ θανάτου ζωῇ ἀνιστάμεθα. ἢ τὸ ἡ σάρξ, ἀντὶ τοῦ σαρκικοί.

ΑΛΛΟΣ· Ἠλέησε, φησὶν, αὐτοὺς, καίτοι ὁρῶν ἐκκεκλικότας εἰς τὸ τὰ τῆς σαρκὸς φρονεῖν, καὶ πνεῦμα ἔχοντας εἰς ἐπιθυμίας σαρκὸς ἀεὶ πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον μετανοεῖν, καὶ ἐκζητεῖν τὸν Θεόν. Ἠλέησε δὲ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν. ἢ πνεῦμα πορευόμενον τὸ φρόνημα τῆς σαρκός. ἐκ γὰρ τοῦ φιλοσωματεῖν σάρκες γεγόνασιν, ὡς ἕτερον μὲν θεῖον πνεῦμα, ἕτερον δὲ τὸ τῆς σαρκός· τὸ γὰρ τῆς σαρκὸς πνεῦμα τοιοῦτον ἂν εἴη οἷον καὶ τὸ ἐν ἀλόγοις ζώοις.

μ'. ΠΟΣΑΚΙΣ ΠΑΡΕΠΙΚΡΑΝΑΝ ΑΥΤΟΝ.] Μονονουχὶ τοῦτό φησι, φιλονεικοῦντες ὑπερβαλέσθαι τοῖς πλημμελήμασι τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας· καὶ οὔτε τοῦ θλίβοντος ἐμέμνηντο Φαραώ, οὔτε τοῦ λυτρουμένου Θεοῦ· ἀλλ' οὐδὲ τῶν θαυμάτων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἢ τῶν ἐν πεδίῳ Τάνεως· οὗ εἰκὸς ἦν τὰ τοῦ Φαραὼ βασίλεια, οὗ καὶ αἱ τιμωρίαι ἐπηνέχθησαν. Εἰκὸς δὲ καὶ τὰ μείζονα μόνα γεγράφθαι. Καίτοι, φησί, μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς ἐκείνου μνημονεύειν, ὅτι τοὺς ποταμοὺς εἰς αἷμα μετέστρεψε. ποταμοὺς δὲ λέγει καὶ τὰς διώρυγας· ἐπείπερ εἷς ποταμὸς ὑπάρχων ὁ Νεῖλος, πολλὰς ἐργάζεται διώρυγας. ὀμβρίμαια δὲ τοὺς λάκκους, τοὺς συνάγοντας τὸ ἀπὸ τῶν ὄμβρων ὕδωρ. Λέγει οὖν, ὅτι κἀκεῖνα μεταστρέψας εἰς αἷμα, παντελῶς αὐτοῖς τὸν τόπον ἐκλιπεῖν πεποίηκεν εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος.

μέ. ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΚΥΝΟΜΥΙΑΝ.] Οὐ κατὰ τάξιν τίθησι τὰ θαύματα, ἀλλ' ἀναμὶξ, ὡς ἂν διαφόρως ἀκούοντες, τῇ μνή-

μη

[illegible] καὶ βα- [illegible] τῆς [illegible] Τοῖς δὲ [illegible] βάρβαρα λόγια [illegible] δος, καὶ τῷ [illegible] χαλάζῃ [illegible] ὑπόθεσιν [illegible] τῶν θερμοτάτων [illegible] οὐδὲ τῶν φλυκτίδων, οὐδὲ τῶν [illegible] δὲ τούτων ἐρυσίβην εἶπε καὶ [illegible] ἀντὶ μὲν τῆς ἐρυσίβης ὁ Σύμμα- [illegible] ἐξέδωκεν, ὁ δὲ Ἀκύλας τῷ [illegible] ἀντὶ δὲ τῆς πάχνης ὁ Σύμμαχος [illegible] δὲ Ἀκύλας τῷ κρύει. Ἴσιον δὲ, [illegible] θηρία φασὶ διάφορα [illegible] μεμιγμένα. Ἐρυσίβη δὲ κυρίως ἡ [illegible] φθορὰ τοῦ σίτου, ἢ τὸ [illegible] [illegible] καρποῖς [illegible], καὶ φθεῖρον αὐτούς. Ἀπέκτεινε δὲ ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον· αὐτὴ [illegible], τὴν καρποφορίαν ἐνέκρωσεν. Ἄλλο δὲ [illegible] χάλαζα, καὶ ἄλλο πάχνη· ἡ μὲν γὰρ ἀέρος [illegible] ἐστίν· ἡ δὲ χάλαζα [illegible] [illegible] ὅταν ἐμβάλῃ. Συκαμίνους δὲ καὶ [illegible] καλεῖ, καὶ τὰς συκομορίας, καὶ τὰς [illegible] αὐτάς. Οὐ τοῦτο δὲ λέγει διὰ τοῦ, [illegible] εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐ- [illegible] ἰδίᾳ μὲν ἡ χάλαζα τὰ κτήνη ἀνῄρει, [illegible] τὸ πῦρ τὴν ἄλλην [illegible] [illegible] ἓν ὄν, εἰς δύο διῄρηται· καὶ οὕτως [illegible] τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς ἐφέρετο, ὡς [illegible] πῦρ ἀφανίζει. ὁ δὲ Σύμμαχος· τῷ [illegible] λιμῷ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰ κτή- [illegible] αὐτῶν οἰωνοῖς. Ἀθρόως γὰρ δεξάμενοι [illegible] σαρκοβόροις θη- [illegible], βρῶμα τοῖς [illegible]

[illegible] ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ ΟΡΓΗΝ ΘΥΜΟΥ.] Θυμὸν καὶ ὀργὴν [illegible] πικρὰς τιμωρίας ἐκάλεσεν· ἀγ- [illegible] δὲ πονηροὺς τοὺς ὀλοθρεύοντας, τοὺς [illegible] ὀργῆς ὑπουργούς· οὐ τῇ φύσει τοῦτο ὄντας οὔτε [illegible], ἀλλὰ διὰ τὸ εἰς τοιαῦτα [illegible] [illegible] διὸ ὁ Σύμμαχος εἰρη- [illegible] ἀγγέλων κακούντων εἶ- [illegible]· [illegible] τῶν πονηρῶν ἀγγέλων [illegible] τοὺς πόνους καὶ [illegible]. Πονηροὺς γὰρ ἐνταῦθα τοὺς [illegible] [illegible] ἐνεργοῦντας· ὡς καὶ [illegible] [illegible] ὁ [illegible] ἀπὸ [illegible] τῶν πασχόντων [illegible] [illegible] πονηροὺς βού- [illegible]. Οὐ γὰρ τοὺς ἀγγέλους πονηροὺς [illegible] τοὺς τοιούτους ὑπὸ [illegible] ἐπεὶ μηδέποτε τοὺς τοιούτους ὑπὸ [illegible] [illegible] ἐγνώκαμεν. [illegible] πρὸς τὴν τῶν κολαζο- [illegible]

ΑΛ[illegible]

moriâ teneant. Ceterùm cynomyis & ranis, iræ suæ satellitibus, vstis, acerbè ipsos per hos pupugit. Cùm autem Scriptura Moysis decem plagarum meminerit, sermo præsens mentionem fecit sanguinis, & ranarum, & cynomyiæ, ac locustæ, atque grandinis, & mortis iumentorum, ac mortis primogenitorum: ciniphum verò non meminit, neque vlcerum, neque tenebrarum; pro ijs autem æruginem & pruinam dixit. Ac pro *ærugine* Symmachus quidem μυζίτην exposuit, Aquila verò *brucho*; pro *pruina* verò Symmachus *vermi*, Aquila *frigori*. Porrò sciendum, quomodo Hebræi dicant cynomyiam esse diuersas feras ac permixtas. Ærugo autem propriè est puluerulenta corruptio frumenti, vel pruinosum aliquid insidens fructibus, & eos corrumpens. Interfecit autem in grandine vineam; id est, fructificationem mortificauit. Aliud autem est grando, & aliud pruina: siquidem hæc aëris æstus est; grando verò impetus destruens vbi inciderit. Moros autem etiam ficus appellat, & fatuas ficus, atque easdem sycomoros. Ceterùm per hoc, *Et tradidit in grandinem iumenta eorum*, non hoc dicit, quòd seorsum quidem grando iumenta illorum interemerit, seorsum verò ignis aliam substantiam destruxerit; sed cùm vnum & idem esset, in duo diuisum est; & tam celeriter in res ipsorum irruit, vt ignem deuorantem imitaretur. Symmachus autem ait: *Qui tradidit pestilentiæ iumenta eorum, & possessiones eorum volucribus.* Cùm enim repentinum exitum sortirentur, carniuoris bestijs esca facti sunt.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

49. MISIT IN EOS IRAM INDIGNATIONIS.] Indignationem & iram acerba supplicia nuncupauit; angelos verò malos exterminatores, iræ subministros; non quòd naturâ vel voluntate suâ tales essent, sed ad talia subseruirent. Magis autem ad scopum attingens Symmachus, pro angelis malis dixit *angelos affligentes*. Malos enim hîc vocat eos qui labores & dolores inferunt: sicut etiam tentatio, quæ molesta est, mala dicitur ex affectu eorum qui illam patiuntur. Non enim angelos vult malos dicere; quandoquidem nullos vmquam tales à Deo productos agnouimus.

Angeli mali qui vocentur.

ALITER. Quoad eorum qui puniebantur

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

tur affectum hoc dicitur, sicut etiam creare mala. q. d. Quoniam pacem coli sino, & bellum geri permitto. Pulchrè verò & illud, *Viam fecit semitæ iræ suæ*. Cùm enim, inquit, hactenus miserationes eius quodammodò viam iræ occlusserant, nunc, inquit, subtrahens miserationes, furori viam præbuit: propter quod iure merito ipsis non pepercit, neque iumentis ipsorum.

Quomodo facta sit via iræ Dei.

ALITER. Cùm, inquit, agni mysterium tradidisset, quodammodò exitum dedit populo ad transeundum, ita vt exterminator minimè attingeret eos qui agni mysterium celebrabant. Idcircò his quidem viam fecit semitæ ad iram effugiendam. Idcircò Aquila vertit, *Viam fecit diuerticuli furori eius*: siquidem Ægyptijs non pepercit.

Sic etiam alius: *Viam fecit semita iræ suæ*, quâ illud quidem minatus est; istud verò intulit, præ excessu benignitatis & plagâ corrigens & comminatione, à minoribus quidem incipiens, ne vehementioribus opus sit castigationibus, sed maiores etiam correptiones adhibens, si ad has coactus fuerit. Primitias autem laborum dixit plagam primogenitorum: non quòd hæc primùm ipsos afflixerit, sed quòd hac maiorem calamitatem non acceperint. Vel primitias vocat primogenita: siquidem hæc erant laborum ipsorum & possessionum primitiæ; vtpote præstantiora, & in lege Deo offerenda. *Omnis* autem *laboris* dixit, pro omnis possessionis eorum; id est, omnis animalis in possessione ipsorum existentis. Dicit igitur, quòd hæc etiam cum multa violentia deleuerit. Postremum verò pœnam intelligit, post quam soluti sunt. Cham autem vocat vnum è filijs Noë, à quo Ægyptij genus deducunt. Ex Cham enim Chanaan, ex quo Mesraim, ex quo Ægyptus, à quo Ægyptij. Necessariò igitur post postremam plagam dimissi sunt. vnde subiungit:

52. ET ABSTVLIT SICVT OVES POPVLVM SVVM.] Hoc modo, inquit, cùm ipsos correxisset, pastoris curam ostendit erga populum suum, lupos quidem cædentis, gregem verò seruantis. Idcircò ait, *Et non timuerunt*. Cùm enim inimicos deleuisset, in posterum illos metu liberauit. *Montem* autem *sanctificationis*, in quem ipsos perduxit, vocat Sionem, vbi templum exstructum erat:

Deus pastoralem curam Israeli exhibuit.

οἰκτιρμῶν διέθετον τοῦτο λέγεται, ὡς καὶ τὸ κτίζειν κακά. ἵνα εἴπῃ· ὅτι εἰρήνην εἶναι ἐῶ, καὶ πόλεμον συγχωρῶ. Καλῶς δὲ καὶ τὸ, ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γάρ, φησι, πρὸ τούτου οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἀπέκλειον τρόπον τινὰ τὴν ὁδὸν τῆς ὀργῆς, νῦν, φησι, συστείλας τοὺς οἰκτιρμοὺς παρέχει ὁδὸν τῷ θυμῷ· διὸ ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ἐφείσατο εἰκότως, οὔτε τῶν κτηνῶν αὐτῶν.

ΑΛΛΩΣ. Δεδωκὼς, φησι, τὸ ἀμνοῦ τὸ μυστήριον, διέξοδον δέδωκέ πως τῷ λαῷ παρελθεῖν, ὡς μὴ ἅψασθαι τὸν ὀλοθρεύοντα τῶν τὸ αὐτοῦ τελούντων μυστήριον. Διὸ τούτοις μὲν ὡδοποίησε τρίβον πρὸς τὸ ἐκφυγεῖν τὴν ὀργήν. Διὸ καὶ Ἀκύλας, ὡδοποίησεν ἀτραπὸν τῷ θυμῷ αὐτοῦ· τῶν μέντοι Αἰγυπτίων οὐκ ἐφείσατο.

Οὕτω καὶ ἄλλος· ὡδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, ἧς τὸ μὲν ἠπείλησε· τὸ δὲ ἐπήγαγεν, ὁμοίως καὶ τῇ πληγῇ παιδεύων καὶ τῇ ἀπειλῇ δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος, ἀπὸ μὲν τῶν ἐλαττόνων ἀρχόμενος, ὥστε μὴ δεηθῆναι τῶν σφοδροτέρων παιδεύσεων, δεόμενος δὲ καὶ τοῖς μείζοσιν, εἰ πρὸς ταῦτα κατεναγκασθείη. Ἀπαρχὴν δὲ εἴρηκε πόνων τὴν πληγὴν τὴν ἐπὶ τοῖς πρωτοτόκοις· οὐχ ὅτι πρῶτον ἐπ' αὐτοὺς ἦλθεν· ἀλλ' ὅτι μείζονος ταύτης συμφορᾶς οὐκ ἀπήλαυσαν. Ἢ ἀπαρχὴν τὰ πρωτότοκα λέγει· ἐπειδὴ ταῦτα τῶν πόνων αὐτῶν καὶ τῶν κτήσεων ἀπαρχὴ ὑπῆρχε· καὶ ὡς προτιμότερα, καὶ ἐν τῷ νόμῳ τῷ Θεῷ προσαγόμενα. Παντὸς δὲ πόνου εἶπεν, ἀντὶ τοῦ πάσης τῆς κτήσεως αὐτῶν· τουτέστι, παντὸς ζώου ἐν κτήσει ὄντος αὐτοῖς. Λέγει οὖν, ὅτι καὶ ταῦτα μετὰ πολλῆς ἐφόνευσε σφοδρότητος. Τὴν τελευταίαν δὲ λέγει τιμωρίαν, μεθ' ἣν ἀπελύθησαν. Χὰμ δὲ ἕνα λέγει τῶν υἱῶν Νῶε, ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι τὴν γένεσιν ἔχουσιν. Ἀπὸ γὰρ Χὰμ Χαναὰν, ἀφ' οὗ Μεσραΐμ, ἀφ' οὗ Αἴγυπτος, ἀφ' οὗ Αἰγύπτιοι. Ἀναγκαίως οὖν μετὰ τὴν ὑστάτην πληγὴν ἀφείθησαν. Ὅθεν ἐπιφέρει·

νβ'. ΚΑΙ ΑΠΗΡΕΝ ΩΣ ΠΡΟΒΑΤΑ ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΑΥΤΟΥ.] Οὕτως ἐκείνους, φησὶ, παιδεύσας, ποιμενικὴν ἐπεδείξατο κηδεμονίαν περὶ τὸν οἰκεῖον λαὸν, τοὺς μὲν λύκους πατάξας, τὸ δὲ ποίμνιον διασώσας. Διό φησι, καὶ οὐκ ἐδειλίασαν. Τοὺς γὰρ ἐχθροὺς ἀφανίσας, ἀφόβους αὐτοὺς κατέστησε τὸ λοιπόν. Ὄρος δὲ ἁγιάσματος, εἰς ὃ εἰσήγαγεν αὐτοὺς, λέγει τὸ τῆς Σιὼν, ἔνθα ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη

ὄρος

[illegible] ἐπίρασαν, καὶ παρεπίκραναν τὸν Θεὸν.] Ἀλλ' οἱ Ἰσραηλῖται ἀντὶ τῆς εὐεργεσίας [illegible] παρανομίας· οὐ γὰρ ἀγνωμόνησαν, ἀλλὰ τοῖς ἐναντίοις [illegible] ἀντὶ δὲ τὰ νόμιμα λέγει, ἃ [illegible] διαμαρτυρόμενος παρέδωκεν. Ἐμιμήσαντο, φησὶν, εἰς ἀγνωμοσύνην τοὺς προγόνους τοὺς γονεῖς ἐν τῇ ὁμοιώσει τῆς [illegible] ἐπιδειξάμενοι. Τὸ δὲ εἰς τόξον στρεβλὸν, ἀντὶ τοῦ, ὡς τόξον στρεβλόν. Οὕτω, φησὶ, [illegible] ὡς τόξα καμπύλα. Τόξον γὰρ [illegible] σκοποῦ βάλλει· [illegible] Καὶ, οὗτοι τὴν [illegible] εὐθύτητα [illegible] οὐδὲ ταῖς θείαις εὐεργεσίαις [illegible] ἀλλὰ τὰς [illegible] ὠφέλειας [illegible] βλάβης ἀφορμὰς ἐποιήσαντο. εἴη δὲ [illegible] στρεβλὸν ψυχὴ [illegible], βέλη [illegible] πονηροὶ λογισμοί. [illegible] ἀφῆκαν [illegible] ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ βωμὸν ἀφῆκαν [illegible] οὐδὲ εἴδωλον [illegible] δαίμοσιν.

[illegible] κορυφῇ βουνοῦ ἔθυον δαίμοσιν.

59. Ἤκουσεν ὁ Θεὸς, καὶ ὑπερεῖδε.] Τουτέστιν [illegible] αὐτοῖς· ἀντὶ [illegible] ὁμοίως ἐκρέμαζεν, ἀλλ' ἀφῆκεν [illegible] τοῖς ἀλλοφύλοις [illegible] [illegible]

quem montem, inquit, *acquisiuit dextera* eius. Id est, quem non sine labore quodammodo accepit, sed per hastam obtinuit, atque impios quidem incolas omnino eiecit, sed filijs Israël in sortes distribuit. hoc enim ait, *funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum:* quorum ? alienigenarum, scilicet Tribus Israël: nam per Tribus ista distribuerat.

COMMENTARIUS HERACLEOTAE.

56. ET TENTAVERUNT, ET EXACERBAVERUNT DEUM.] Ceterùm Israëlitæ, inquit, pro augmento beneficiorum iniquitatum augmentum reposuerunt: non enim gratitudine benefactorem, sed & è contra ingratijs remunerarunt. Testimonia autem legalia dicit, quæ Moyses contestans tradidit. Maiores, inquit, suos in perfidia imitati sunt, genuinam suam geniturarn in perfidiæ imitatione exhibentes. Istud autem *in arcum*; id est, *tamquam arcum prauum.* Sic, inquit, conuersi sunt quemadmodum arcus inflexi. Arcus enim rectè compositus ad scopum iaculatur; sed qui aliquo modo contortus est, rectè dirigi nequit. Atque hi, cùm mentis rectitudinem corruperint, diuinis quoque beneficijs non sicut oportebat vsi sunt; sed vtilitatis occasiones detrimenti ansas effecerunt. Fuerit verò etiam arcus prauus anima contorta, sagittæ autem eius prauæ cogitationes. *Ad iram* verò *concitauerunt in aris*: id est, neque aram dimiserunt quam non coronarent, neque idolum, quod non adorarent; siquidem in omni vertice collis dæmonibus sacrificabant.

Israëlitæ beneficia ingratijs remunerabantur.

Arcus prauus quis.

59. AUDIVIT DEUS, ET SPREVIT.] Spreuit eos; id est, non ampliùs eodem modo curam eorum gessit, sed permisit eos esse subiectos alienigenis, ita vt ab omni hoste superarentur; vnde ad nihilum redacti sunt. Maximè verò quinque Satrapias insinuat, quæ arcam acceperant: quando etiam Ophni & Phinees occisi sunt. Ceterùm repulit quoque tabernaculum Selom, propter impietatem eorum, & permisit arcam capi. Vel hoc tabernaculum, inquit, vbi in hominibus habitare visus est, repulit. ἐν autem pro ὅπου posuit. Nam in Selom primum erexit tabernaculum: vbi Heli & Samuel sacrificarunt. Per virtutem autem traditam in captiuitatem intelligit robustos eorum; per pulchritudinem verò arcam, quâ erant exornati, quâ superbiebant: hanc enim filij Heli

Deus spreuit Israëlitas.

Arca capta in pœnam ingratitudinis.

COMMENTARIVS HERACLEOTA.

Heli in auxilium suorum contribulium edu-
centes, & ipsi pœnas luerunt, atque illam
alienigenæ ceperunt; ac veluti trophæum
quoddam idolo Dagon ipsam consecrarunt.

62. ET CONCLVSIT IN GLADIO POPVLVM.] Id est, tradiderunt ipsos ho-
stium manibus. Sic enim nuntius dixit Heli:
Quoniam cecidit vir Israël in conspectu alie-
nigenarum, & arca Dei capta est; & Ophni
& Phinees in gladio ceciderunt. Deinde mi-
nutim supplicia recenset, vt terreat auditores.
Iuuenes eorum comedit ignis: vel quia igni
ipsos tradidit; vel quia ira Dei tamquam ignis
ipsos consumpsit. Sed neque virgines ipso-
rum, inquit, neque viduas luctus ac fletus ex-
cepit; illas quidem propter ætatis immaturi-
tatem, has verò eò quòd desertæ deprehensæ
sunt. Cùm enim omnes in proprijs calamita-
tibus versarentur, & in proprijs malis essent
occupati, non habebant otium vsitata proxi-
mis officia præstandi. In gladio autem ceci-
derunt sacerdotes, filij Heli. Hoc rerum euen-
tu erudimur, ne in cura Dei confidamus,
dum in iniquitate viuimus.

1. Reg. 4. 11. Quanta supplicia luerint Israelitæ.

65. ET EXCITATVS EST TAMQVAM DORMIENS DOMINVS.] Cùm longo, inquit, tem-
pore longanimiter egisset, tamquam è somno
exurgens potenter oppressit infideles. Scriptu-
ra autem plerumque exurrectionem quidem
Dei de supplicio accipit (vt in illo, *Exurge,
quare obdormis?* &, *Exurge in occursum
meum.* id est, Exurge me adiuuans ad punien-
dos inimicos) somnum verò de longanimita-
te. Itaque vt longanimitatis intentionem
ostendat, sermoni quoque crapulam adijcit.
Crapulantes enim vt plurimùm dormiunt, &
grauiori somno vtuntur. ac si dicat: Et exsurre-
xit Dominus tamquam potenter dormiens,
& crapulatus à vino. id est: Cùm hæc pate-
rentur, negligens eos, & inimicis nihil se op-
ponens; sed potiùs propter tolerantiæ magni-
tudinem dormire visus, de repentè surrexit
cum magna amaritudine, & inimicos suos in
posteriora percussit. Hoc primus liber Regum
dicit *in sedibus*. Dysenteria enim correpti
sunt Azotij, postquam arca ab ipsis capta fuit,
vti Iosephus libro sexto Antiquitatum testa-
tur. Ac pulchrè dixit *opprobrium sempiter-
num.* Nam quæ tunc perpessi sunt, sæculum

Deus exurrexit ad vindictam.

Psal. 43, 24. Psal. 58, 5. Longanimitas Dei somno comparatur.

Iudæi in posteriora percussi.

Ἠλεὶ εἰς ἐπικουρίαν τῶν ὁμοφύλων ἐξαγα-
γόντας, καὶ αὐτοὶ δίκας ἔτισαν, καὶ ταύτην ἐκεῖ-
νοι οἱ ἀλλόφυλοι· καὶ οἷόν τι ἀκροθίνιον
τῷ Δαγὼν εἰδώλῳ αὐτὴν ἀνέθηκαν.

ξβ΄. ΚΑΙ ΣΥΝΕΚΛΕΙΣΕΝ ΕΝ ῬΟΜΦΑΙᾼ ΤΟΝ ΛΑΟΝ.] Ἀντὶ τοῦ,
παρέδωκεν αὐτοὺς ταῖς τῶν πολεμίων χερσίν.
Οὕτω γὰρ ὁ ἀπαγγείλας εἶπε τῷ Ἠλεί· ὅτι
ἔπεσεν ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐνώπιον ἀλλοφύλων, ἡ
κιβωτὸς τοῦ θεοῦ ἐλήφθη· καὶ Ὀφνὶ καὶ Φι-
νεὲς ἐν ῥομφαίᾳ ἔπεσον. Εἶτα καταλέγει κατὰ
μέρος τὰς τιμωρίας, ὥστε φοβῆσαι τοὺς ἀκού-
οντας. τοὺς νεανίσκους αὐτῶν κατέφαγε πῦρ·
ἢ ὅτι πυρὶ τούτους παρέδωκεν· ἢ ὅτι ὀργὴ τοῦ
θεοῦ ὡς πῦρ αὐτοὺς κατανάλωσεν. Ἀλλ' οὐδὲ
τὰς παρθένους αὐτῶν ἢ τὰς χήρας πένθος
ἢ κλαυθμὸς ἐπηκολούθησε φησί· τὰς μὲν διὰ
τὸ ἄωρον τῆς ἡλικίας, τὰς δὲ τῷ ἐρήμους
καταληφθῆναι. Πάντες γὰρ τῶν οἰκείων συμφορῶν
ὄντες, καὶ πάντες τὰ οἰκεῖα ἔχοντες κα-
κά, οὐκ εἶχον σχολὴν τῆς πέλας
μνημονεύειν. Ἐν ῥομφαίᾳ δὲ ἔπεσον οἱ
ἱερεῖς, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἠλεί. δι' αὐτῶν
μάθωμεν τῶν πραγμάτων, μὴ θαρρεῖν τῇ θεοῦ
κηδεμονίᾳ, ἐν παρανομίᾳ συζῶντες.

ξε΄. ΚΑΙ ΕΞΗΓΕΡΘΗ ΩΣ Ο ΥΠΝΩΝ ΚΥΡΙΟΣ.] Πολλοῦ, φησί, μα-
κροθυμήσας χρόνου, ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀναστὰς
δυνατῶς κατηργάσατο τοὺς ἀπειθεῖς. Ἡ δὲ
ἡ γραφὴ τὸ μὲν ἐξεγείρεσθαι τὸν θεὸν ἐπὶ τιμω-
ρίας λαμβάνει (ὡς ἐν τῷ, Ἐξεγέρθητι ἵνα τί
ὑπνοῖς; καὶ, Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου,
ἀντὶ τοῦ, ἀνάστηθι βοηθῶν μοι πρὸς τὸ τι-
μωρήσασθαι τοὺς ἐχθρούς) τὸν δὲ ὕπνον ἐπὶ
μακροθυμίας. Ἵνα τοίνυν ἐνδείξηται τῆς μα-
κροθυμίας τὴν ἐπίτασιν, προστίθησι καὶ
κραιπάλην τῷ λόγῳ. Οἱ γὰρ κραιπαλῶντες
ἐπὶ πλεῖον καθεύδουσι, καὶ μᾶλλον βαρυτέρῳ
τῷ ὕπνῳ κέχρηνται. ὡς εἰ ἔλεγε· Καὶ ἐξηγέρθη κύ-
ριος ὡς δυνατὸς ὑπνῶν, καὶ κεκραιπαληκὼς
ἐξ οἴνου. τουτέστιν· ἀλλὰ τούτων πραχθέντων,
αὐτῶν ἀμελῶν, καὶ μηδὲν ἀντιπράττων
τοῖς ἐχθροῖς· ἀλλὰ μᾶλλον δοκῶν ὑπνοῦν
διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀνεξικακίας, αἰφνίδιον ἐξα-
νέστη μετὰ πολλῆς τῆς πικρίας, καὶ ἐπάταξε τοὺς
ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω. Τοῦτο ἡ πρώτη
τῶν Βασιλειῶν ἐν ταῖς ἕδραις φησί. δυσεν-
τερίᾳ γὰρ ἑάλωσαν οἱ Ἀζώτιοι, μετὰ τὸ τὴν κι-
βωτὸν ὑπ' αὐτῶν ληφθῆναι, ὡς καὶ Ἰώσηπος ἐν ἕκτῃ ἀρχαιολογίᾳ λέγει. Καὶ καλῶς αἰώνιον εἶπεν ὄνειδος. ἃ γὰρ πεπόνθασι τότε ὁ αἰών

ἅς

[illegible]

non deleuit. Concinnè autem Septuaginta dixerunt *Posteriora*, potissimam partem declarantes, quà plagam exceperunt. Dicit autem repulsum esse tabernaculum ac Tribum Ephrem, & erectum in Samaria vitulo templum; quoniam quoque Tribus Ephrem est ciuitas Samaria, filius verò Ioseph est Ephrem. Dicit igitur, quòd neque templo Samariæ delectatus sit, neque ex Ephrem Regnum dilexerit, propter tyrannidem futuram. Ex illa enim Ieroboam. Repulsam autem ait, eò quòd arca in Selom non remanserit, sed quòd per arcam gratia Hierosolymam transmigrauerit. Obserua autem, quòd cùm etiam Saul ex Beniamin fuerit, qui erat frater Ephrem, per Ephrem quoque significet Beniamin, siue Saül, quem etiam tradidit in mortem. Cùm autem Dauid esset, qui Psalmum hunc recitabat, ne exprobrare videretur Saüli, suo in Regno prædecessori, circumscribendo hoc narrat, vt insinuet Saülem. Neque, inquit, ampliùs populi curam gessisset, nisi per clementiam suam Dauidem elegisset. Dicens enim, *Elegit Tribum Iuda*, seipsum insinuat. In Regis, inquit, præfecturam electa est propter virgam ex Iesse, & Sion montem sanctum; in quo etiam sanctificationem suam firmam ædificauit; firmam sicut vnicornu excelsum. Aquila autem pro *vnicornu* dixit *[illegible] excelsit & inconcussum, & ineuersibile, vt terra*: & Symmachus *sicut terram* exposuit. Fundauit autem eam, scilicet in tabernaculum. Pulchrè autem tanquam de alio loquitur de seipso, ne videatur se iactitare. Absurdum enim, vt is qui alios modestiam docet, seipsum iactitet: ceterùm non tantùm non iactare se, verùm etiam modestè sese gerere videtur. Non enim dixit, Elegit Dauidem virum militarem ac belli peritum, sed prorsus inexpertum, & de grege ouium: neque pastorem alicuius notæ elegit: nam istud *de post fœtantibus* hoc indicat. Pastores siquidem perfecti grauibus ouibus præsunt; quando verò pepererint, fœtantium præfecturam pueris relinquunt: illæ enim non possunt aut volunt discurrere propter sequelam agnorum. Symmachus dixit *sequentem fœtas*, vilitatem Dauidis declarans. Non enim hoc perfecti pastoris, sed pueri opus est, fœtas sequi. Attamen, inquit, cùm istiusmodi elegisset, omni populo Israël ipsum præfecit.

COMMENTARIVS HERACLEOTAE.

Tribus Ephrem repulsa à Deo.

Saül Beniamita.

Deus elegit Tribum Iuda.

Modestia Dauidis in rebus suis commemorandis.

CATENA PATRVM. *Innocentia Dauidis.*

72. ET PAVIT EOS IN INNOCENTIA.] Non minaciter, neque durè, neque arroganter, sed *in innocentia cordis sui*; iuxta Symmachum, *secundùm simplicitatem cordis sui*. Intellectum autem manuum suarum vocat intellectum, quem per manus declarauit, scilicet actionum. Vel ac si dicat, simplicitatem cum prudentia miscens, laudabilem virtutem propinauit. Primùm siquidem innocentiam erga populum exhibuit, nullibi iniuriarum memoriæ locum præbens. Deinde etiam cum omni intelligentia populum duxit, pietatem edocens. Manus enim eius opera appellat. Intellectus autem operum antistitis alicuius est, subditos edocere, vt erga Deum pij, & erga fratres æqui sint. Pro *in intellectu* autem Aquila legit *in prudentia*, Symmachus *in intellectibus*, Theodotion *in simplicitate cordis sui*.

οβʹ. ΚΑΙ ΕΠΟΙΜΑΝΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΝ ΤΗ ΑΚΑΚΙΑ.] Οὐκ ἀπειλῶς, οὐδὲ σκληρῶς, οὐδὲ ὑπερηφάνως, ἀλλ' ἐν ἀκακίᾳ τῆς καρδίας αὐτοῦ· κατὰ δὲ Σύμμαχον, κατὰ τὴν ἀπλότητα τῆς καρδίας αὐτοῦ. Σύνεσιν δὲ τῶν χειρῶν τὴν ἑαυτοῦ φησι σύνεσιν, ἣν διὰ τῶν χειρῶν ἐπιδείκνυται, ἤτοι τῶν πράξεων. Ἢ ἀντὶ τοῦ, ἁπλότητα συνέσει κεράσας, τὴν ἐπαινετὴν ἀρετὴν ἐπεδείξατο. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸ ἄκακον ἐπεδείξατο περὶ τὸν λαόν, οὐδαμοῦ τῇ μνησικακίᾳ χώραν παρέχων. Ἔπειτα δὲ μετὰ πάσης συνέσεως ἦγε τὸν δῆμον, εὐσέβειαν ἐκδιδάσκων. Χεῖρας γὰρ αὐτοῦ τὰ ἔργα καλεῖ. σύνεσις δὲ ἔργων ἐπιστάτου, ἐκδιδάσκειν τοὺς ὑπηκόους πρός τε Θεὸν εὐσεβεῖς, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς δικαίους. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἐν τῇ συνέσει Ἀκύλας ἐν φρονήσει, Σύμμαχος ἐν ταῖς συνέσεσι, Θεοδοτίων ἐν ἁπλότητι καρδίας αὐτοῦ.

CATENA PATRVM.

De argumento Psalmi.

ATHANASII. Hunc Psalmum canit Asaph, nouo populo persuadens, vt legi Euangelicæ attendant, & veterem illum Iudæorum populum increpans, eò quòd multis affecti beneficijs, nullius memoriam celebrassent; sed potiùs è contra gratiarum actiones euertissent, benefactorem suum ingratitudine remunerantes.

Lex erat Iudæis data de beneficijs Dei commemorandis.

THEODORI. Lex erat Dei ad beatum Moysem data, vt Iudæi miracula omnia quæ in Ægypto & in deserto contigerant, continuò filijs suis enarrarent, vt & ipsi quæ facta fuerant edocti, eadem posteris suis commemorarent. Ceterùm non simpliciter hoc Deus præceperat, sed vt agnoscentes, quantis ac qualibus à Domino beneficijs affecti essent, & quòd eius ope ac virtute freti, terram, quam possidebant, obtinuissent, & libertate fruerentur, satagerent, ne erga benefactorem suum ingrati existerent; sed legis obseruatione & diligenti vitâ legislatorem honorarent; qui cùm priùs ipsos beneficijs affecisset, & à multis malis liberasset, ita demum legem tradidit ad eorum directionem. Cùm autem scirent patres propter ingratitudinem multa quoque supplicia sustinuisse, cauerent, ne in similem ipsi perfidiam laberentur. Hoc igitur quod omnibus mandatum erat vt facerent, maximè

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν Ἀσάφ, τὸν νέον λαὸν πείθων, τῷ νόμῳ προσέχειν εὐαγγελικῷ, τὸν δὲ παλαιὸν ἐκεῖνον τῶν Ἰουδαίων δῆμον κατηγορῶν, δι' ὃ πολλὰ εὐεργετηθέντες, οὐδενὸς ἐμνημόνευσαν· μᾶλλον δὲ εἰς τοὐναντίον ἔτρεψαν τὰς εὐχαριστίας, ἀχαριστίᾳ τὸν εὐεργέτην ἀμειβόμενοι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Νόμος ἦν τοῦ Θεοῦ δοθεὶς πρὸς τὸν μακάριον Μωϋσέα, ὥστε τοὺς Ἰουδαίους τὰ γενόμενα θαύματα ἔν τε τῇ Αἰγύπτῳ καὶ κατὰ τὴν ἔρημον ἅπαντα, διηγεῖσθαι συνεχῶς τοῖς ἰδίοις υἱοῖς, ὥς τε κἀκείνους μαθόντας τὰ γενόμενα, διηγεῖσθαι τοῖς ἐξ αὐτῶν. Προσέταξε δὲ τοῦτο ὁ Θεὸς οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα γνόντες, ὅσων καὶ οἵων ἠξιώθησαν παρὰ τοῦ δεσπότου καλῶν· καὶ ὅτι τῇ αὐτοῦ βοηθείᾳ τε καὶ δυνάμει, κέκτηνται τὴν γῆν, ἣν κατέχουσι, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀπολαύουσι, σπουδάσωσι μὴ ἀγνώμονες εἶναι περὶ τὸν εὐεργέτην· ἀλλὰ τῇ φυλακῇ τοῦ νόμου καὶ τῇ περὶ τὸν βίον σπουδῇ τιμᾶν τὸν δεδωκότα τὸν νόμον· ὃς εὐεργετήσας πρότερον καὶ πολλῶν ἀπαλλάξας κακῶν, οὕτω δέδωκε τὸν νόμον ὑπὲρ τῆς ἐκείνων διορθώσεως. Γνόντες δὲ τῶν πατέρων τὴν ἀγνωμοσύνην καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων τιμωρίας, φυλάξωνται μὴ εἰς τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς ἀπιστίαν κατενεχθῆναι. Τοῦτο τοίνυν ὅπερ πᾶσι ποιεῖν προσέτακτο, μάλιστα

πάντων

[illegible]

omnium à Prophetis fieri conueniebat: quippe qui ex Spiritus gratia doctoralem dignitatem acceperant. Quare etiam beatus Dauid, cùm omnes Iudæos ad virtutem hortaretur, eosque circa legis custodiam diligentiores reddere vellet, visus est hoc Psalmo, enarrans ea quæ generi ipsorum à Deo facta erant, quando eduxit eos ex Ægypto, quando traduxit per desertum, quando etiam introduxit in terram promissionis, per omnia docens, vt liberam suam voluntatem gratiæ benefactoris conformarent. Postremum denique etiam ad mutuam coniunctionem atque contentionem conducentia quædam edisserit. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Intellectu enim opus est ad propositæ sententiæ comprehensionem. Illud autem, *Attendite popule meus legem meam*, neque Asapho neque Dauidi cōgruit (non enim fuerunt legislatores;) sed nec illud, *Inclinate aurem vestram in verba oris mei*. Non enim propria, sed Spiritus sancti verba protulerunt. Intellectu igitur opus est, vt sciatur quis hæc loquatur, & quis sit populus eius, & quæ lex, cùm sit alia quàm Moysis. Ostendit igitur hunc esse Saluatorem, qui in Euangelijs locutus est. *Hic Psalmus cui competat.*

ANONYMI. *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita à constitutione mundi.* Per qualem autem Prophetam, nisi per præsentem Asaph. Quod vtique nonnulli, cùm non intelligerent, Isaiæ nomen apposuerunt: quod falsum est, & in antiquis libris non habetur. Itaque Saluator hæc dicit Ecclesiæ suæ de iniquitate Iudæorum. Lex verò eius est Euangelium, Isaia dicente: *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem; & iudicabit inter Gentes.* Hæc modo ipsos non audire tantùm, sed vult etiam vt aurem suam inclinent; secundùm quod continuò in Euangelijs dicitur, *Qui habet aures audiendi audiat.* *Math. 13, 34. Psal. 77, 2. Christus per Asaphum à se hunc Psalmum ad Ecclesiam. Isaiæ 2, 3. Math. 13, 43. Marci 4, & 7.*

DIDYMI. Alius legem nunc dicebat veterem omnem Scripturam: quoniam alia quidem fugere, alia verò agere docet: quod officium est legis, alia quidem prohibentis, alia verò iubentis.

APOLINARII. Cùm autem præcedens Psalmus nullam dubijs ibi propositis solutionem

CATENA PATRVM. lutionem attulisset; hic præsens auersionis populi causam exponit: quam etiam Isaias postmodum assignauit: *Numquid non valet manus Domini saluos facere? aut grauare aurem suam, vt non exaudiat? sed peccata vestra separant inter vos & Deum.* Quæ enarrat clare Dauid populo suo, regaliter iubens, vt argumentis eius attendant, sicut Symmachus exposuit; & rogat vt monitioni suæ tamquam legi intendant.

Isaiæ 59. 1.

1. ATTENDITE POPVLE MEVS LEGEM MEAM.] ATHANASII. Et quem populum monet, nisi illum ex Gentibus? & quali legi iubet attendere, nisi Euangelicæ? Quòd autem Gentes sint populus ipsius, Propheta Zacharias ait: *Et confugient Gentes multa ad Dominum: & erunt ei in populum.*

Per populum Dei Gentes intelligenda.

Zach. 2, 11.

THEODORI. In communibus & magis serijs monitionibus B. Dauid iubet prius diligenter attendere ijs quæ dicuntur: sic in Psalmo quadragesimo octauo ait: *Audite hæc omnes Gentes.* Tale enim est & illud, *Attendite popule meus*; populum suum vocans, vti par est, Iudæos qui ab ipso regebantur. Illud autem *ad legem meam*, id est, ad ea quæ dicturus sum; iure merito legem appellans rerum vtilium eruditionem. Duplici enim titulo licebat ipsi legem statuere, vtpote tamquam Regi, & tamquam Prophetæ.

Dauid duplici titulo poterat legem ferre.

2. APERIAM IN PARABOLIS OS MEVM.] ATHANASII. Manifestè hoc Euangelista exposuit impletum esse, quando Dominus in Euangelijs multas parabolas protulit.

Hæc à Christo completa sunt.

THEODORI. Narrationes antiquas proferam. Vnde nosti quæ dicis, quandoquidem vetera & te antiquiora sunt?

EVSEBII. Pro *loquar* Matthæus, cùm Hebræus esset, in Euangelio *eructabo* edidit; pro quo Aquila dixit, *Instar pluuiæ effundam ænigmata ab initio*; Symmachus verò, *Pluam problemata antiqua.* Exposcit autem à populo suo Saluator intentum auditum, ne in eadem incidat cum populo priori.

Matth. 13.

3. QVANTA AVDIVIMVS ET COGNOVIMVS EA.] THEODORI. Complectitur nunc Saluator etiam alias personas humano more loquens, propter carnem quam assumpsit. Superiùs enim, quando monebat populum vt attenderet, lex regia loquebatur; nunc autem tamquam omnibus nota profe-

τὴς λύσιν· ὁ παρὼν τῆς ἀποστροφῆς τοῦ λαοῦ τὴν αἰτίαν δηλοῖ· ἣν καὶ Ἡσαΐας μετ᾽ ἐπὶ τὰ ὕστερον· Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χεὶρ Κυρίου τοῦ σῶσαι; ἢ βαρύνει τὸ οὖς αὐτοῦ τοῦ μὴ εἰσακοῦσαι; ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διιστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ τοῦ Θεοῦ. Ἃ διηγεῖται σαφῶς ὁ Δαβὶδ τῷ ἰδίῳ λαῷ, βασιλικῶς προστάττων, ταῖς ἰδίαις ὑποδείξεσι προσέχειν, ὡς ἐξέδωκε Σύμμαχος· καὶ ἀξιοῖ προσέχειν καθὰ δὴ νόμῳ τῇ παραινέσει.

α΄. ΠΡΟΣΕΧΕΤΕ ΛΑΟΣ ΜΟΥ ΤΩ ΝΟΜΩ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ποῖον λαὸν, ἢ τὸν ἐξ ἐθνῶν παραινεῖ; καὶ ποίῳ νόμῳ προσέχειν παρακελεύεται, ἢ τῷ Εὐαγγελικῷ; Ὅτι δὲ λαὸς αὐτοῦ τὰ ἔθνη, ὁ προφήτης Ζαχαρίας φησί· Καὶ καταφεύξονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ τὸν Κύριον· καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐν ταῖς κοιναῖς καὶ σπουδαίαις παραινέσεσιν ὁ μακάριος Δαβὶδ προτρέπει προσέχειν σπουδαίως τοῖς λεγομένοις· οὕτως ἐν τῷ μη΄ ψαλμῷ· Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη. Τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τό· Προσέχετε λαός μου· λαὸν ἑαυτοῦ καλῶν εἰκότως, Ἰουδαίους ἀρχομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ. Τὸ δὲ εἰς τὸν νόμον μου, τουτέστιν, οἷς ἂν μέλλω λέγειν· εἰκότως νόμον καλέσας τὴν τῶν χρησίμων διδασκαλίαν. Διχόθεν γὰρ αὐτῷ ἐξῆν, ὡς βασιλεῖ, καὶ ὡς προφήτῃ νομοθετεῖν.

β΄. ΑΝΟΙΞΩ ΕΝ ΠΑΡΑΒΟΛΑΙΣ ΤΟ ΣΤΟΜΑ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σαφῶς τοῦτο ὁ Εὐαγγελιστὴς ἡρμήνευσε πεπληρῶσθαι, ὅτε τὰς πολλὰς παραβολὰς εἶπεν ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διηγήματα ἀρχαῖα ἐρῶ. πόθεν εἰδὼς ἃ λέγεις, εἴπερ ἀρχαῖα καὶ σου πρεσβύτερα;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ φθέγξομαι Ματθαῖος ἐν Εὐαγγελίῳ τὸ ἐξερεύξομαι, ὑπάρχων Ἑβραῖος, ἐξέδωκεν· ἀνθ᾽ οὗ Ἀκύλας, ἀνομβρήσω αἰνίγματα ἀρχῆθεν, εἶπεν· ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἀνομβρήσω προβλήματα ἀρχαῖα. Ἀπαιτεῖ δὲ τὸν ἴδιον λαὸν ὁ σωτὴρ συντονον ἀκοὴν, ὡς ἂν τοῖς αὐτοῖς μὴ περιπέσῃ τῷ προτέρῳ λαῷ.

γ΄. ΟΣΑ ΗΚΟΥΣΑΜΕΝ ΚΑΙ ΕΓΝΩΚΑΜΕΝ ΑΥΤΑ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Συμπαραλαμβάνει καὶ ἕτερα πρόσωπα νῦν ὁ σωτὴρ ἀνθρωπίνως φθεγγόμενος, δι᾽ ἣν ἀνείληφε σάρκα. Ἄνω μὲν γὰρ, παραινῶν ἀκοῦσαι τὸν λαὸν, βασιλικὸς ἐφθέγγετο νόμος· νῦν δὲ ὡς πᾶσι γνώριμα λέγων,

[illegible] Ἡ' καὶ οὕτως· οἱ κατὰ [illegible] πνεῦμα πατέρες [illegible]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐχ ἑτέρᾳ [illegible] τοῖς τέκνοις αὐτῶν [illegible] πάντα [illegible]

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἡ' ἑρμηνεία [illegible] ἐν τῇ Ἐξόδῳ [illegible]

[illegible] ΑΝΕΣΤΗΣΕ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΕΝ ΙΑΚΩΒ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. [illegible]

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μαρτύριον [illegible]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Νόμον [illegible] τῷ νόμῳ [illegible]

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. [illegible]

rens, ait, *Quanta audiuimus & cognouimus;* ac si à patribus ea quæ dicit cognita fuerint. Nam qui ex Gentibus sunt ea non audiuerant, cùm nil simile ex parentibus suis secundùm carnem acceperint. CATENA PATRVM.

ATHANASII. Quanta, inquit, à Patribus audientes edocti sumus, hæc omnia per opera & præsentiam ipsius cognouimus.

DIDYMI. Vel etiam sic: Qui Christo nunc adhærent hæc spiritaliter cognouerunt: spiritales enim Patres ipsis narrauerunt, quippe & ipsi alios per scientiam genuerunt, vt & illi posteris suis narrarent. *Opera Dei posteris narranda.*

4. NON SVNT OCCVLTATA À FILIIS EORVM.] ATHANASII. Non alteri generationi, sed filijs eorum omnia magna opera à Saluatore facta sunt: quapropter non cessarunt ipsis annuntiare laudes Domini & potentias ipsius.

THEODORI. Interpretatio hanc malam connexionem fecit: quale est & illud in Exodo, *Moyses enim hic homo, qui eduxit nos de terra Aegypti, non scimus quid factum sit ei.* Exod. 32, 1. Hoc enim vult dicere: Quoniam non latuerunt nos illa filiorum eorum, quæ sunt alterius generationis (alia enim generatio sunt filij respectu parentum;) eò quod ipsi cum omni diligentia semper narrauerint ea quæ à Deo gesta erant, & pro ijs conuenientes ipsi hymnos obtulerint. Quid autem erat quod vrgebat illos ad narrandum?

5. ET SVSCITAVIT TESTIMONIVM IN IACOB.] ATHANASII. Dicit tabernaculum testimonij, vbi erat arca, in qua lex. *Tabernaculum testimonij quid.* Testimonium verò transgredientibus aliud sibi corpus perfecit templum, quod est inhabitantis Dei dicentis: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ioan. 2, 19.

HESYCHII. Testimonium appellatum fuit tabernaculum testimonij, in quo reposita erat arca Testamenti, & in arca lex, & Cherubim, & propitiatorium, & candelabra, & mensa, & propositio panum.

ATHANASII. Legem, inquit, dedit patribus eorum, & tabernaculum testimonij, instruens ipsos, vt per legem cognoscerent Saluatorem generi post tempora aduenturum. *Lex data, vt cognoscerent Saluatorem.*

EVSEBII. Ceterùm olim quidem lex illa atque illud testimonium Iacob atque Israël

CATENA PATRVM.

Israël data sunt: postquam autem præuaricati fuerant qui hæc acceperant, iure merito alium sibi populum perfecit, aliudque testimonium Christi corpus ipsis tradidit.

Christi corpus nobis datum in testimonium.

6. VT COGNOSCAT GENERATIO ALTERA.] HESYCHII. Vides quòd de Gentibus dicat: nondum enim hæ natæ erant ad pietatem: siquidem per Baptismum erant generandæ; vnde meritò dicebantur *filij qui nascentur.*

Gentes sunt generatio altera per Baptismum regenerate.

EIVSDEM. Hæc vera Dei notitia est, alios etiam participes facere cognitionis, & filios efficere per doctrinam mandatorum: quòd manifestò fecerunt qui in Christum crediderunt. Nemini enim diuinam cognitionem inuidebant, neque vt præcedentes credebant, alijs introitum occludere volentes; sed hortantur vt in Deum spem habeant.

Dei cognitio omnibus manifestatur.

ATHANASII. *Filij*, inquit, *qui nascentur.* Significat autem per hos sanctos Saluatoris discipulos, qui mirabilia quæ Christus perfecit filijs suis annunciant; id est, ijs qui per ipsos ad fidem accedunt.

THEODORI. Vt iterùm etiam ipsi successoribus suis enarrent. Per hæc omnia autem hoc ostendit necessarium esse, vt omnes sibi mutuo enarrent, & posteros doceant, vt secundùm successionem in memoria generis maneant illa quæ à Deo ipsis concessa sunt. Atque ipse meritò, vt secundùm legem Dei hoc faciant, & in memoriam reuocat, & docet. Quæ autem causa, inquit, ob quam iussit hoc patres narrare filijs? vt nimirum memoria perseueraret.

Dei notitia per successionem traditur.

7. VT PONANT IN DEO SPEM.] ATHANASII. Hæc, inquit, narrant ipsis, vt possint in solo Deo spem collocare.

HESYCHII. Hæc omnibus domesticis & externis in Ecclesia prædicantur, in qua Paulus ad vniuersos clamat: *Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Christus in vobis.*

Gal. 4, 19.

8. NE FIANT SICVT PATRES EORVM.] ATHANASII. Annuntiant, inquit, Apostoli laudes Dei ijs qui in ipso instituti sunt, vt etiam exquirant mandata Dei, & fanaticam parentum perfidiam minimè imitentur. Illa enim, inquit, generatio non habuit cor

Apostoli Dei laudes annunciāt.

Ἰσραὴλ ἐδέδοτο· ἐπειδὴ δὲ παρέβησαν οἱ παρειληφότες, εἰκότως ἕτερον ἑαυτῷ κατηρτίσατο λαόν, καὶ μαρτύριον ἕτερον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα δέδωκεν αὐτοῖς.

ς'. ΟΠΩΣ ΑΝ ΓΝΩ ΓΕΝΕΑ ΕΤΕΡΑ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Θεωρεῖς ὅτι περὶ τῶν ἐθνῶν λέγει· οὔπω γὰρ ταῦτα τεχθέντα ὑπῆρχεν εἰς εὐσέβειαν· ἔμελλε γὰρ διὰ βαπτίσματος τίκτεσθαι· ὅθεν υἱοὶ τικτόμενοι δικαίως ἐλέγοντο.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Τοῦτο γνῶσις ἀληθὴς θεοῦ, τὸ μεταδοῦναι καὶ ἄλλοις τῆς γνώσεως, καὶ υἱοὺς τῇ μαθητείᾳ τῶν ἐντολῶν ἐργάσασθαι· ὅπερ σαφῶς πεποιήκασιν οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες. Οὐδενὶ γὰρ τῆς θεογνωσίας ἐβάσκαινον, οὐδὲ ὡς οἱ προλαβόντες ἐπίστευσαν, ἀποκλεῖσαι τοῖς ἄλλοις τὴν εἴσοδον βουλόμενοι· ἀλλὰ παρεγγυῶσιν ἐπὶ τὸν θεὸν τὴν ἐλπίδα ἔχειν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Υἱοί, φησιν, οἱ τεχθησόμενοι. Σημαίνει δὲ διὰ τούτων τοὺς ἁγίους τοῦ σωτῆρος μαθητάς, ὅπως τὰ θαυμάσια κατειργάσατο ὁ Χριστὸς τοῖς υἱοῖς αὐτῶν ἀπαγγέλλουσι· τουτέστι, τοῖς προσελθοῦσι δι' αὐτῶν τῇ πίστει.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥστε πάλιν ἐκεῖνοι τοῖς ἐξ αὐτῶν διηγήσωνται. Διὰ πάντων δὲ τούτων δείκνυσιν ὅτι ἀναγκαῖον, ἅπαντας τότε διηγεῖσθαι ἀλλήλοις, καὶ διδάσκειν τοὺς ἐξ αὐτῶν, ὥστε μένειν κατὰ διαδοχὴν ἐν μνήμῃ τοῦ γένους τὰ παρασχεθέντα αὐτοῖς παρὰ τοῦ θεοῦ. Καὶ αὐτὸς δικαίως, τοῦτο ποιεῖν κατὰ νόμον θεοῦ ὁμοῦ τι, ὑπομιμνήσκει καὶ παιδεύει. Τίς δὲ ἡ αἰτία, φησί, δι' ἣν ἐκέλευσε τοῦτο τοὺς πατέρας διηγεῖσθαι τοῖς τέκνοις; ἐπὶ τὸ παραμεῖναι τὴν μνήμην.

ζ'. ΙΝΑ ΘΩΝΤΑΙ ΕΠΙ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΗΝ ΕΛΠΙΔΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα, φησί, διηγοῦνται αὐτοῖς, δι' ὧν δύνωνται μόνον ἐλπίδα τὸν θεὸν ἐπιγράψασθαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταῦτα πᾶσι τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπὶ ἐκκλησίας κηρύττεται, ἐν ᾗ Παῦλος πᾶσι βοᾷ· Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.

η'. ΙΝΑ ΜΗ ΓΕΝΩΝΤΑΙ ΩΣ ΟΙ ΠΑΤΕΡΕΣ ΑΥΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀπαγγέλλουσι, φησί, τὰς αἰνέσεις τοῦ θεοῦ τοῖς δι' αὐτῶν παιδαγωγουμένοις οἱ Ἀπόστολοι, ἵνα καὶ ἐκζητήσωσι τὰς τοῦ θεοῦ ἐντολάς, καὶ μὴ τὴν τῶν πατέρων κακοδαιμονίαν μιμήσωνται. Ἐκείνη γάρ, φησιν, ἡ γενεὰ οὐκ ἔσχεν εὐθεῖαν τὴν καρδίαν

[illegible] ίας πρὸς Θεὸν μὴ πίστιν ἔχειν τὸ πνεῦμα [illegible] μετὰ τοῦ Θεοῦ.

[illegible] ΕΟΔΩΡΟΥ. Ἵνα μὴ γένωνται γενεὰ σκολιοὶ καὶ διεστραμμένοι, καὶ παραπικραίνοντες τὸν Θεόν. Λέγει δὲ περὶ τῶν ἐξελθόντων [illegible] ἐξ Αἰγύπτου· ὧν οὐδεὶς ἠξιώθη εἰς τὴν γῆν [illegible] ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν, πάντων [illegible] τὴν [illegible] δ' αἰτίαν ἀπολομένων κακίαν. [illegible] τοι δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι· Μὴ πορνεύωμεν, ὡς ἐκεῖνοι ἐπόρνευσαν· μηδὲ πειράζωμεν, ὡς ἐπείρασαν, εἶτα ἑξῆς. Ταῦτα δὲ [illegible] ὡς τύποι ἡμῶν συνέβαινον ἐκείνοις [illegible] νουθεσίαν δὲ ἐγράφη ἡμῶν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Γλώττῃ γὰρ πάντως μόνῃ [illegible] πίστιν ἐπηγγείλαντο, οὐχὶ δὲ ὅλῃ καρδίᾳ [illegible] καθαρῷ τῷ πνεύματι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τίς δὲ ἦν προτέρα γενεὰ τῶν πατέρων, ἀλλ' ἢ ἐπ' αὐτοῦ Μωϋσέως [illegible] γενομένη· δι' ἣν δεξάμενος Μωϋσῆς τὰς πλάκας τῆς νομοθεσίας, συνέτριψε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ πνεῦμα, τουτέστι ἡ προαίρεσις. Ἐδείξαμεν γὰρ καὶ ἐν τῷ ν' ψαλμῷ, ὅτι πολλαχοῦ τὴν προαίρεσιν πνεῦμα καλεῖ Ἀκύλας· Καὶ ἀβέβαιος πρὸς τὸν Θεὸν τῷ πνεύματι τῷ ἑαυτῆς· τουτέστιν, Οὐκ ἔσχε πίστιν καὶ βεβαίαν πρὸς τὸν Θεὸν τὴν προαίρεσιν. Πρῶτον μὲν γὰρ μόσχον ποιήσαντες, εἶπον· Οὗτοι οἱ Θεοί σου Ἰσραήλ. εἶτα, τῶν κατασκόπων ἀποσταλέντων, μέλλοντες [illegible] εἰσελθεῖν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τοὺς κατέχοντας τότε διὰ τὴν ἰσχὺν δεδιότες. Καὶ πολλὰ ἄν τις εὕροι τῆς ἀπιστίας αὐτῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις σύμβολα, ἃς νῦν μὲν περὶ αὐτῶν διὰ [illegible] λέγωμεν. εἶθ' οὕτως καθεξῆς [illegible] [illegible] οἵων μὲν ἔτυχον· ὅπως δὲ ἐπειδὴ [illegible]· διδάσκων αὐτοὺς μαθόντας οἷα ἔπαθον [illegible] ἀπὸ τῆς ἀπειθείας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ γὰρ συνὼν μετὰ τοῦ Θεοῦ [illegible] ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνεῖναι Θεῷ, στηρίζεται καὶ βεβαιοῦται κατὰ πνεῦμα. Πνεῦμα δὲ [illegible] ἐνταῦθα εἰρῆσθαι νομιστέον· κατὰ τὸ [illegible] τῆς παρθένου λεχθέν, ὅπως ᾖ ἁγία πνεύματι καὶ σώματι. πνεῦμα γὰρ ἐν τούτοις τὴν [illegible] αὐτὴν καὶ τὴν διάθεσιν καλεῖ, ἀφ' ἧς ἁγιαζομένης, συμβαίνει καὶ τὸ σῶμα ἁγιάζεσθαι, ἐνεργείαις ἁγιαστικαῖς ὑπηρετούμενον.

θ'. ΥΙΟΙ ΕΦΡΑΙΜ ΕΝΤΕΙΝΟΝΤΕΣ.]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀψάμενος τῆς τῶν πατέρων [illegible]ίας, ἑξῆς καταλέγει πᾶσαν τὴν

rectum ad Deum, neque spiritus eius cum Deo fidem habuit.

THEODORI. Ne illiusmodi euaderent tam contorti & obliqui, & Deum irritantes. Dicit autem de ijs qui ex Ægypto egressi sunt; quorum nemo dignus fuit in terram promissionis introire, omnibus in deserto propter propriam malitiam pereuntibus. Illiusmodi quid etiam Apostolus ait: Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt; neque tentemus, sicut ipsi tentauerunt, & quæ sequuntur. Hæc autem omnia vt figuræ nostrûm ipsis acciderunt; ad instructionem verò nostram scripta sunt. — *CAVENDA PATRVM. malas corruptas & obliquas.* — *1. Cor. 10, 8.*

HESYCHII. Nam omninò solâ linguâ fidem anuntiabant, non autem toto corde & mundo spiritu.

EVSEBII. Quænam autem erat prior generatio patrum? nisi illa quæ cum Moyse fuit; propter quam cùm Moyses accepisset tabulas legis, contriuit eas.

THEODORI. Spiritus, id est libera voluntas. Ostendimus enim in Psalmo quinquagesimo, quod sæpè animi propositum vocet spiritum Aquila: *Et inconstans erga Deum spiritu suo.* Id est, Non habuit fidelem & stabilem erga Deum voluntatem. Primùm siquidem cùm vitulum fecissent, dixerunt: *Isti sunt Dij tui Israel.* Deinde, speculatoribus dimissis, contendebant non ingredi terram promissionis, metuentes propter fortitudinem eorum qui illam tunc possidebant. Atque in historijs multa quis reperire possit signa infidelitatis eorum, ne illa iam prolixius recenseamus. Deinde hic deinceps enarrat, qualia quidem adepti sint; quomodo verò non obedierunt; docens eos vt discant qualia passi sint propter inobedientiam. — *Spiritus stabilis & voluntas, forum.* — *Exod. 32, 8.*

EVSEBII. Qui enim spiritu cum Deo coniunctus est, eo ipso quo cum Deo est, confirmatur ac stabilitur secundùm spiritum. Spiritum autem hoc loco mentem dici putandum est, iuxta illud quod de virgine dictum est, *Vt sit sancta corpore & spiritu.* Spiritum enim ibi mentem ipsam atque affectionem appellat, quâ sanctificatâ, contingit etiam corpus sanctum effici, dum operationibus sanctificantibus subseruit. — *Spiritus Deo coniungitur.* — *1. Cor. 7, 34.*

9. FILII EPHRAIM INTENDENTES.] ATHANASII. Cùm attigisset patrum iniquitatem, deinceps subiungit omnem mali-

CATENA PATRVM. *Iudæorum perfidia in Deum.*

malitiam eorum, & à Deo ipsis concessam bonorum abundantiam, atque illorum erga Deum perfidiam & interitum, qui ipsos propterea excepit, vt per hæc edocti, prauum zelum fugerent. Dicit autem, quomodo filij Ephraim, id est, omnis Israël, qui cum malis dæmonibus dimicare docti erant, atque ad hoc arcum quodammodò præparauerant, ipso prælij tempore aufugerint, Deum quidem ac Dominum negantes, Barabbæ verò, id est satanæ, addicti.

Ephraim natio cæteris Tribubus antecellebat, sed postea tepuisse.

THEODORETI. Cùm autem diuina gratia robur eorum & sagittandi peritiam ostendisset, reprehendit quoque timiditatem. Nam cùm magnâ belligerandi peritiâ præditi essent, viso prælio in fugam acti sunt, & in primam captiuitatem redacti, propter nimiam, quæ in ipsis abundabat, idololatriam.

EVSEBII. Primos dixit illos, tamquam eximio honore affectos. Nam sors illorum vniuersæ genti prælata fuerat, & arcam Dei atque tabernaculum primi acceperant: nam ante Hierosolymam in Selom, qui locus erat Tribus Ephraim, eam reposuerant, atque cùm sic fuissent honorati, idolis, seruierunt, sicut in libris Iudicum diuersimodè describitur, & hic Psalmus in progressu testatur dicens: *Repulit tabernaculum Ioseph, & Tribum Ephraim non elegit*, & quæcumque similia de ipsis dicturus est. Quomodo autem conuersi sint declarauit dicens: *Et facti sunt in arcum prauum*. Cùm enim oportuisset Deum oppugnantes traijcere, idolis seruientes contra ipsum bellum mouerunt. Per illos autem quoque reliquos de populo declarauit quodammodò fuisse similes: etenim qui post hæc à Hierusalem defecerunt, & in Samaria vitulos fecerunt, erant filij Ephraim. Vniuersam igitur gentem perstringens, merito filios Ephraim nominauit.

THEODORI. Bello ingruente omnium obliti, ad propriam perfidiam redierunt: siquidem ex Ægypto liberati, iuxta mare rubrum murmurarunt: cùm verò inde etiam recessissent, murmurabant de bello quod ipsis erat cum ijs qui Palæstinam possidebant, & animis despondebant, tamquam nil valentes contra eos. Per hæc omnia autem ostendit, quomodo inconstantes essent erga Deum.

κακίαν αὐτῶν, τήν τε παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν δαψίλειαν, τήν τε πρὸς τὸν Θεὸν αὐτῶν ἀπιστίαν, τόν τε διαδεξάμενον αὐτοὺς διὰ ταῦτα ὄλεθρον, ἵνα διὰ τούτων παιδαγωγηθέντες τὸν πονηρὸν φύγωσι ζῆλον. Λέγει δὲ, ὡς οἱ τοῦ Ἐφραὶμ υἱοὶ, τουτέστιν, ἅπας Ἰσραὴλ, οἱ δὲ διδαγμένοι τοῖς πονηροῖς μάχεσθαι δαίμοσι, καὶ εἰς τοῦτο ὥσπερ τόξον κατασκευασθέντες, παρ' αὐτὸν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν μετεβλήθησαν, τὸν μὲν δεσπότην καὶ Θεὸν ἀρνησάμενοι, προσκλίναντες δὲ ἑαυτοὺς τῷ Βαραββᾷ, τουτέστι τῷ σατανᾷ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διδάξασα δὲ ἀνωτέρω ἡ θεία χάρις τὴν ῥώμην, καὶ τὴν τοξικὴν ἐπιστήμην, ἐλέγχει καὶ τὴν δειλίαν. Μεγάλα γὰρ ἐπὶ τῇ πολεμικῇ ἐμπειρίᾳ φρονοῦντες, πολέμου φανέντος ἐτράποντο εἰς φυγὴν, οἳ καὶ ὑπὸ τὴν πρώτην αἰχμαλωσίαν γεγόνασι, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς πλεονάσασαν εἰδωλολατρείαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Πρώτους ἔφη τούτους, ὡς τιμηθέντας ἐξαιρέτῳ τιμῇ. προετιμήθη γὰρ τούτων κλῆρος τοῦ παντὸς ἔθνους, καὶ τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν ὑπεδέξαντο πρῶτοι. πρὸ γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐν Σηλὼμ ἐτέθησαν τόπῳ, τῷ Ἐφραὶμ ὄντι φυλῆς, καὶ τιμηθέντες οὕτως, εἴδωλα ἐλάτρευσαν, ὡς ἐν ταῖς κριτῶν διαφόρως ἱστορεῖται, καὶ προϊὼν ὁ παρὼν λέγει ψαλμός. Ἀπώσατο τὸ σκήνωμα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν φυλὴν Ἐφραὶμ, οὐκ ἐξελέξατο. καὶ ὅσα τοιαῦτα λέξει περὶ αὐτῶν. Πῶς δὲ ἐστράφησαν ἐδήλωσεν εἰπών· Καὶ ἐγενήθησαν εἰς τόξον στρεβλόν. Δέον γὰρ βάλλειν τοὺς πολεμοῦντας Θεῷ, πόλεμον εἰδωλολατροῦντες ἤραντο κατ' αὐτοῦ. Διὰ δὲ τούτου καὶ τοὺς λοιποὺς ἐδήλωσε τοῦ λαοῦ κατὰ τρόπον ὄντας ὁμοίους καὶ μετὰ ταῦτα γὰρ οἱ ἀποσχίσαντες Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς δαμάλεις ἐν Σαμαρείᾳ πλάσαντες, υἱοὶ ἦσαν Ἐφραίμ. Πᾶν δὲ εἰκότως διαβάλλοντος ἔθνος, υἱοὺς εἶπεν Ἐφραίμ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Πολέμου καταλαμβάνοντος πάντων ἐπιλαθόμενοι, ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐχώρησαν ἀπιστίαν· ἀπαλλαγέντες μὲν γὰρ τῆς Αἰγύπτου, παρὰ τὴν ἐρυθρὰν ἐγόγγυζον θάλασσαν· ἀναχωρήσαντες δὲ, ἐκεῖθεν περὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν Παλαιστίνην ἐγόγγυζον, καὶ ἐμαχέσαντο, ὡς οὐ δυνάμενοι πρὸς αὐτούς. δείκνυσι δὲ διὰ πάντων, ὅπως ἀβέβαιοι περὶ τὸν Θεὸν ἦσαν.

ι. ΚΑΙ

ι. ΟΥΚ ΕΦΥΛΑΞΑΝ ΤΗΝ ΔΙΑ-[illegible]] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. [illegible] ἀπαγγελίαν ... [illegible] ... Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, [illegible]

ΘΕ[illegible]ΔΩΡΟΥ. Ἀπέστησαν ... [illegible] ... πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἔθετο· λέγει δὲ ... πίστεως. Ἐξαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου ... γνωρίζειν αὐτὸν Θεὸν, καὶ τὰς ... θεραπείας, ... τῆς παρ' ... προνοίας. Ὀφθεὶς γὰρ αὐτοῖς ... Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ἐξαγαγών ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Οὐ ποιήσετε θεοὺς ἑτέρους· Οὐ λατρεύσετε θεοῖς ἑτέροις. τοῦτο παρ' αὐτῶν αἰτήσας, καὶ τοῦτο φυλάττειν αὐτοῖς προστάξας.

ια. ΚΑΙ ΕΠΕΛΑΘΟΝΤΟ ΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΣΙΩΝ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καίτοι πολλὰ εὐεργετηθέντες, πάντα ἀπὸ τῆς μνήμης ἀπέρριψαν· καὶ τούτου ἀπόδειξις, τὸ παραδοῦναι Πιλάτῳ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ποῖα δὲ θαυμάσια; ἢ τὰ ἐν αὐτῇ γεγενημένα τῇ Αἰγύπτῳ ἐν τῷ πεδίῳ Τάνεως· ὅπερ Μωσῆς μὲν οὐκ ἐδήλωσε διὰ τῆς αὐτοῦ γραφῆς. ὁ δὲ Ἀσὰφ, Προφήτης ὤν, διδάσκει διὰ τῶν [illegible] ἐν τῷ πεδίῳ Τάνεως τὰ ἐν Αἰγύπτῳ [illegible] θαύματα, διὰ Μωϋσέως ἐπιτελεσθέντα.

Matthæus) vt significet aliquem hîc latere sensum occultiorem & abstrusiorem eo qui primâ fronte apparet. Ænigmata reuerà sunt & mysteria abscondita, quæ oportuerit Apostolum referare primæ ad Corinthios decimo capite, & ad Hebræos vndecimo. Nam si pars historiæ itineris ex Ægypto spiritaliter accipitur, cetera quoque eiusdem esse intelligentiæ conuincuntur: sicque dicendum cum S. Hieronymo ad Fabiolam, nihil esse tam nudum & simplex in Scripturis, cuius non sit profundissima sententia & intellectus: quod etiam ostendit S. Augustinus Epist. 3. ad Volusianum, & lib. 2. supra Genesin cap. 19. item S. Gregorius Magnus in Prologo Moralium, & Hom. 7. in Ezechielem, & alibi. Exempli causâ, in hoc Psalmo non solùm verba, sed etiam rerum circumstantiæ, quæ simpliciter positæ videntur, spiritualibus sunt plenæ mysterijs, prouidentiæ Dei erga veterem Ecclesiam & populum, prædestinationis & electionis, quâ solam Tribum Iudam elegit, tabernaculi prioris locum repulit, Silo reiecit, Hierusalem pro templi sede assumpsit, Dauidem è pascuis in Regem euexit, Saüle repudiato, potentibus & nobilibus populi prætetitis. In quibus & alijs huiusmodi latet reconditissima & secretissima sapientia. Accedit, veteris Historiæ gesta non modò propter rei literam cani, verùm etiam ad erudiendum, commonendum, instruendum, vt in eis tanquam in picta tabula admirandam Dei sapientiam contemplemur. *Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt* (ait Paulus) *vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus*. Vnde vel syllaba & apiculus vnus in Scriptura reconditum habet thesaurum. Est enim *liber inuolutus*, Ezech. 2. *Signatus*, Isaiæ 29. *Spiritus & littera*, 2. Cor. 3. *Scriptus intus & foris*, Apoc. 5. Intus nempe per mysteria & spiritualia, foris per sensum literæ & historiam: intus inuisibilia & cælestia, foris visibilia & terrena enuncians. Ita Genebrardus.

Rom. 15, 4.

5. *Quanta mandauit patribus nostris*, &c.] Nota hîc qualia mandata dederit Dominus Patribus pro filijs; nimirum vt *ponant in Deo spem suam*. Hoc vnum si pater filio prouideat suo, illi omnia prouidit, & substantiam, & incolumitatem, & vitam, vti pulchrè docet Saluianus lib. 1. ad Ecclesiam: *Videtis*, inquit, *quas parari opes à parentibus filijs Deus iubeat; non pecuniarios thesauros, nec graues metallo aureo saccos, non superbas ac præeminentes excelsis turribus domos, non supra humanos visus elata culmina, nec inserta nubibus aereo habitatore fastigia; non denique fundos interminabiles, & notitiam possessoris sui excedentes, qui consortes pati indignum æstiment, & vicinitatem iniuriam putent. Non ergo hæc Deus præcipit, nec in formulis terrenæ procurationis officia curam patriæ pietatis extendit. Pauca sunt quæ mandat, sed salutaria, scripto breuia, sed beatitudine sempiterna*; vt ponant scilicet in Deo spem suam, & mandata eius exquirant. *Cùm enim Deus viuorum sit, non mortuorum, vtique illa parari filijs iussit, per quæ in æternum viuerent, non per quæ in æternitate morerentur.* Hæc vsque Saluianus; quibus aliquid decerpsisse, piaculum esset: non enim meliùs depingi potest, vnde patres filijs suis hauriant incolumitatem & vitam. Si parentes hoc ante omnia cura-

Patres filijs spem in Deum inculcare debent; quæ est ditissimum patrimonium.

rent, vt filij in solum Deum sperarent, hoc vno illorum incolumitatem & vitam æternùm stabilirent. Ita fecit Abraham, qui, vt ait Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 8. *hoc se meliorem patrem putabat, hoc sibi in perenne mansurum iudicabat filium, si eum immolaret Deo.* Certè si omnes patres Abrahami fidem & spem haberent, quam filijs proponerent, quâ Deo filios concrederent, pignoribus repleretur orbis felicissimis.

ANNOTATIONES CORDERII.

9. *Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.*] Quasi diceret: Non quidem in ipso bello, sed in die belli; hoc est, etiam ante initium belli, se in fugam coniecerunt. Vnde mira colligitur ignauia Hebræorum: nam antequam pugna acrior consereretur, antequam vtrimque pertinaciter dimicaretur, sub prima belli tentamenta, cùm milites non tam pugnant, quàm præludunt ad pugnandum, *terga vertit Israel Philisthæis*, vt habetur 1. Regum 4. ver. 2. quò hîc ad litteram alludi censet Valentia. Vbi, antequam prima bellandi exordia prælibarentur, dicitur bellum declinasse; quasi ante pugnam iam fuga ornaretur; & antequam Philisthini vincerent, Israëlitæ vincerentur. Quo tandem (inquit Mendoza noster ad 1. Regum 4.) recessit huius populi fortitudo militaris, quam D. Ambrosius lib. 1. Offic. cap 40. in Iosue, Gedeone, Ionatha, Eleazaro pluribusque alijs Hebræorum alumnis admiratur? Concidit profectò, concidit illa pugnandi audacia, postquam voluptuosè viuendi licentia adoleuit. Nam, vt benè D. Hieronymus in Epist. 1. ad Heliodorum, *corpus assuetum tunicis lorica onus non fert: caput opertum linteo galeam recusat: mollem otio manum durus exasperat capulus*. Quare Israëlitæ, postquam se delicijs & voluptatibus tradiderunt, cœperunt esse, vt loquitur Tertullianus lib. de Corona militis cap. 1. *in pace leones, in prælio cerui*. Spiritaliter hic versus applicari potest ijs qui multa quidem bona proponunt, aut etiam Deo promittunt, sed deinde resiliunt, & promissa non implent: arcum enim intendunt, & sagittam mittunt, cùm pactum cum Deo faciunt, & bonum aliquod statuunt; à Deo verò auertuntur, & ad visibilia dimissa conuertuntur, & pactum non custodiunt, cùm postmodum ea quæ statuerant non seruant.

Hebræorum ignauia in fugam fugientium.

1. Reg. 4, 2.

Militarem Hebræorum virtutem voluptates euerterunt.

Qui bona proposita deserunt sunt sicut filij Ephraim.

11. *Et obliti sunt benefactorum eius.*] Hæc ingrati animi labes in Hebræis maximè arguitur à Propheta sacro, quòd cùm esset in oculis Erythræum mare, & columna mirifica, & leucophæum nubis tentorium, & manna, & scaturiens rupes, auium delicatum opsonium, & alia innumerabilia Dei benefacta; omnium obliti, inexpiabili se crimine & perfidiosissimâ malitiâ ad impuri dæmonis cultum conferebant. S. Bernardus Serm. 11. in Cant. hanc ingratitudinem *Iudaicum opprobrium* nominat: *Nolo vos*, inquit, *Iudaico notari opprobrio; de quibus Scriptura testatur, quòd non fuerint memores benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.* Vbi sacræ Litteræ *mirabilia* vocant diuinæ beneficentiæ miracula planè insignia, in quibus animi exhorrescant, ob inauditam magnitudinem atque præstantiam. Caietanus ea opinor de causa pro mirabilibus *separata* vertit, vt eximia videlicet, egregia, inusitata, non de grege aut vulgo, neque similia ceterorum, sed quæ peculiari po-

Ingratitudo Iudaicum opprobrium.

ANNOTATIONES CORDERII.

pulo & primogenito diuinæ familiæ debebantur. Itaque Dauid illa dolenter miseransque cecinit, *Non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ*: quod non obscurè ad summi sceleris impietatem reuocat.

Psal. 105, 7.

Sacerdotes & Præsules dicti Patres.

12. *Coram patribus eorum fecit mirabilia.*] Moysen & Aaronem primos Sacerdotij præsules vocat Patres. Sic exponit S. Augustinus, aitque *propter curam pietatis honoris gratiâ ita nominari*. Atque hoc quidem in veteri Testamento Dauid à Deo doctus & arcanis modis illuminatus cognouit. Ab instituta verò Christi religione nihil est notius, quàm Antistites ac Sacerdotes vocari Patres: quos & ipse mundi Seruator sub patrisfamiliæ nomine designauerat, inquit S. Hilarius in Matth. cap. 14.

B. Virgo nubes diei.

14. *Et eduxit eos in nube diei.*] Mysticè S. Hieronymus hoc loco nubis nomine beatissimam Virginem recognoscens; *Pulchrè*, inquit, *dixit in nube diei: nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce*: hoc est; Nullis vmquam peccatorum tenebris caligauit; sed semper immenso quodam diuinæ gratiæ iubare refulsit. Ecce nubem habes, quæ te ab ira Dei protegat, quæ te saluum & incolumem deducat; non est quòd noctem vllam metuas; nubes est diei, tota lux, tota dies.

Ciborum delicia in Religiosis maximè reprehensibiles.

18. *Et tentauerunt Deum in cordibus suis*, &c.] Caueant Religiosi, ne de tenui & paupere victu, quo in Religione vtuntur, conquerantur; ne illos ignauos ventrique deditos Israëlitas imitentur, qui in deserto *tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis: & male locuti sunt de Deo*. Hos enim, interprete Lyrano, ingrati Religiosi sequuntur, qui non contenti conuentualibus, vt loquitur, cibis, pro lautioribus impetrandis, quos in sæculo non habebant, suos Prælatos querimonijs fatigant: si impetrent, procul dubio nocituri & corpori, quod ciborum multitudine torpet, & infirmatur; & animo, qui his delicijs obruitur & languescit; & toti communitati, quæ ex hac indulgentia non exiguum suæ obseruantiæ patitur detrimentum.

Petra figura Christi.

20. *Percussit petram, & fluxerunt aquæ.*] Meminit percussionis factæ à Moyse in petra, ex qua fluxerunt aquæ largissimæ: significaturque passio Christi Domini in cruce percussi, ex quo largissimæ amoris & beneuolentiæ aquæ dimanarunt, vt totum genus humanum redimeretur.

Deipara cælum binis ianuis conspicuum.

23. *Et ianuas cæli aperuit.*] Rupertus Tuitiensis in cap. 1. Matthæi locum hunc de B. Virgine sic explicat: *Si enim cuiuslibet iusti anima cælum est, quanto magis hæc singularis Dei habitatio vel sedes? Quæ autem vel quæ sunt ianuæ huius cæli, quas Dominus Deus aperuit? Duæ, altera mentis, altera ventris. Ianuam mentis Deus aperuit, quia beata hæc credidit quæ dicta sunt ei. Ianuam ventris aperuit, quia sine viro virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit.*

Manna figura Eucharistiæ.

Manna pruinis susceptum locus repræsentabat

24. *Panem cæli dedit eis.*] De manna quidem, vt cælesti pane, id locutus est Dauid; sed ijs oculis, quibus omnem Ecclesiæ Christianæ cursum, magnificentiam & gloriam vidit, in Eucharistiam procul dubio intuebatur; sicut & Moyses, cùm eamdem escatilem pluuiam & panem cæli describit in terram defluentem inter pruinam & rorem, ita vt priùs substerneretur pruina; deinde plueret manna; postremò ros tamquam operculum infunderetur; vti veteres Rabbini & Lyranus ex Scriptura colligunt: nam textus Numerorum xi. *Cumque descenderet*, inquit, *noctè super castra ros, descendebat pariter & man*; seu, vt est in Hebræo, *descendebat super eum man*. Ecce tibi primum subtegmen, seu stramen, quo manna excipiebatur. Rursus in Exodo; *Apparuit*, inquit, *in solitudine minutum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram*; seu, vt Hebraicè habetur, *Manna quoque fuit operimentum roris in circuitu; & ascendit operimentum roris*. Ecce tibi externum inuolucrum, seu stragulum, quo manna obtegebatur, vt inter vtrumque roris & pruinæ stramentum panis ille Angelorum purior seruaretur. Sed quò sanctior est panis ille viuus, qui de cælo descendit, & nobis in Eucharistia proponitur epulandus? Magna igitur cordis puritas & sanctitas illum præcedat; magna in melius morum mutatio & virtutum incrementa illum subsequantur.

De cælo fluebat manna, iuxta illud, *Ecce ego pluam vobis panes de cælo*; vt manibus non terrestribus, sed cælestibus ab illo populo colligeretur. Quid verò diuinum nostrum manna? vnde quæso in terras labitur? Rectè D. Ambrosius libro De ijs qui initiantur cap. 9. *Manna*, inquit, *illud de cælo, hoc supra cælum; illud cæli, hoc Domini cælorum; illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione: quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit*. Panis igitur supercælestis quibus mentibus, nisi supercælestibus æquum est vt capiatur? Ex[illegible] 4.

25. *Panem Angelorum manducauit homo.*] S. Hieronymus vertit ex Hebræo, *Panem fortium comedit vir*. Itaque D. Chrysostomus Hom. 61. ad populum eos qui piè Eucharistiam suscipiunt Leones appellat regiæ cuiusdam & inclytæ fortitudinis claro hieroglyphico: *Tamquam leones*, inquit, *ignem spirantes ab hac mensa recedamus, facti diabolo terribiles*. Velut generosos pingit bellatores, palmis & coronis ornatos, qui vel ipso vultu inimicos terreant. In Vulgato autem *panis Angelorum* appellatur; hoc est, vt Chaldæus interpretatur, panis descendens ab Angelorum habitaculo, & non nisi angelicâ puritate tractandus. Cùm autem in hoc diuino pane corpus & anima Christi Domini nobis proponantur; præcipuâ quadam ratione, corporis & animæ virtutes, castitas scilicet & charitas à nobis requiruntur: castitas quidem, quia si futura gloria ijs qui mundo sunt corde promittitur; quo pacto pignus futuræ gloriæ ijs qui impuro sunt corpore concederetur? Pulchrè D. Petrus Damianus lib. 1. Epist. 6. *Si*, inquit, *Redemptor noster tantoperè dilexit floridi pudoris integritatem, vt non modò de virgineo vtero nasceretur, sed etiam à nutritio virgine tractaretur; & hoc cum adhuc paruulus vagiret in cunis; à quibus nunc obsecro tractari vult corpus suum, cùm iam immensus regnat in cælis? si mundis attingi manibus volebat in præsepio positus; quantam corpori suo nunc vult adesse munditiam iam in paterna maiestatis gloria sublimatus?* Pascebatur olim Verbum infans *inter lilia*, hoc est, interprete Ruperto, *inter Mariam & Iosephum*; at nunc pascit lilia, quia suo corpore & sanguine eos nutrit qui puritatis candore Cant. 2, 16.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

candore lilia imitantur, & angelicam puritatem æmulantur. Quàm verò charitas ad sacram synaxim accedenti necessaria sit, patet ex Euangelio; vbi sine pace munus offerenti dicitur: *Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Vnde Pulchrè infert Hieronymus Epist. 62. *Si munera,* inquit, *nostra absque pace offerre non possumus, quanto magis Christi corpus accipere? Non enim* (inquit S. Dionysius Eccl. Hier. cap. 3. parte 3. §. 8.) *possunt ad vnum colligi, atque vnius pacificæ vnionis participes existere qui intra se dissident.* Vnde rectè monet Chrysostomus, vt tanquam virgines prudentes hoc charitatis oleum sumentes, cum lampadibus sponso occurramus, ad has diuinas epulas inuitati.

Matth. 5, 23.

Oratio est panis cæli & Angelorum.

Ea quæ de pane cæli & de pane Angelorum duobus versiculis præcedentibus dicta sunt optimè etiam applicari possunt orationi: quæ verè est panis de cælo, quoniam è cælo incipit, in cælum tendit, magister cælestis eam docet, & homines cælestes & diuinos facit. Verè etiam est panis Angelorum; quia Angeli cælestes, & animæ beatæ, & Angeli terrestres, nempe iusti, oratione & contemplatione pascuntur. Est tandem panis verus, id est, similis ei qui panis verus dictus est, nempe Christo: nec enim vt panis hic noster imperfectus in ventrem vadit, & in secessum emittitur; sed eius meritum in perpetuum durat, & vitam perpetuam impetrat, & amatores suos vitæ æternæ mercede coronat. Ita noster Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 1. parte 1. cap. 2. vbi hoc argumentum fusiùs deducit.

26. *Abstulit Austrum.*] S. Hieronymus, *Abstulit Eurum:* Græcè est, *ἀπῆρε νότον:* quod alij vertunt, *Excitauit Austrum:* Scholion, *ἀπῶσε νότον, Impulit æstum:* sed omnium significantissimè Vulgatus, *Transtulit Austrum*, vt altius explicaret mutasse Deum assuetum cousque gubernationis modum, & pro salubri seuerioris disciplinæ Austro, suauem blandeque flantem Zephyrum siue Africum induxisse. ac si diceret: Commutauit transposuitque ventos, atque eum, qui illis sub tristi specie opportunissimus & saluberrimus erat, remouit, toroque cælo eiecit; illum verò, qui lenissimè & blandissimè spirans ipsis maximè exitialis erat futurus, vt infensos sibi grauiter plecteret, *in virtute suâ*, siue, vt legit Hieronymus, *in fortitudine suâ*, potentiæ scilicet suæ vi, & conatu adhibito, loco eius *induxit*, siue pro illo substituit.

27. *Et pluit super eos sicut puluerem carnes.*] Absque vllo labore vel obstaculo affluebant omnibus ad cuiusque appetentiam in cibum coturnices. Dulces quidem epulæ, eoque dulciores, quò faciliùs habebantur, flante scilicet vento in castra, in tentoria, in mensas, in sinus ipsos manusque Hebræorum, multitudineque ipsâ innumerabilem terræ puluerem ferè adæquantes, demumque instar pluuiæ de cælo stillantes; ita sine laqueo, sine ferro, sine aucupio, sine vlla vi deferebantur. Quid faciliùs, quid leuius, quid paratius & expeditius? Epulum dices huiusmodi carnium æquè sapidum ac pretiosum, quod citra laborem ac pretium ne parabatur quidem, sed vltro epulantibus offerebatur.

Sine difficultate coturnices affluebant Hebræis.

30. *Non sunt fraudati à desiderio suo.*] Ecce tibi voti compotes à Deo efficiuntur; & quod malè petierant, in suam perniciem & exitium ab offenso Numine impetrarunt, non tam vt vana desideria satiarent, quàm vt merita supplicia luerent; *nam adhuc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos,* &c. In quem locum Gregorius lib. 15. Moral. cap. 12. *Maioris,* inquit, *iracundia est, cum hoc tribuitur, quod male desideratur.* Et statim obstruat, hos pessimos oratores, quò citiùs impetrarunt, eò citiùs punitos: quod optimâ similitudine declarat: Nam *& arbusta,* inquit, *quæ tardius crescunt, annosa perdurant; & quæ in temporis breuitate proficiunt, celeriùs arescunt; & quasi cùm sistunt adesse, tendunt ad non esse.* Non aliter & qui sua mala desideria citiùs explent, sua merita supplicia celeriùs patiuntur. Heu miseram humanæ felicitatis conditionem! ò grata rerum initia, sed ingrati exitus! dulces in ore carnes, sed amaræ in faucibus! mel felli admixtum, in auro venenum, mors in epulis. Consecuti sunt nimirum quod desiderarunt, & ingluuiem impleuerunt: verumtamen satietatis pœnas pependerunt. Nihil igitur adeò suspectum debet esse, quàm ipsamet rerum in mundo felicitas. Dulces quidem ad esum coturnices; sed vbi præmansæ, strangulant, mortem inferunt. Denique sancta & casta Dei voluptas multo stat labore; sed vitam præstat. Facilis est sine sumptu interdum mundi & carnis delectatio; sed incautum stultumque postremò interimit. Vide Venerab. Drogo Serm. de Dominicæ passionis Sacramento, spiritualibus hæc oculis penetrans, totâ mentis acie ad Deum conuersus sic orat: *Ne pluas super nos coturnices Domine, desideria carnis nostræ, quæ non nisi duobus cubitis leuantur à terra, quia non attingunt dona Spiritus sancti. Ne pluas super nos sicut puluerem carnes, quia caro puluis est, & in puluerem deducit; & sicut arenam maris volatilia pennata, quia gaudet edacitas, pennulas mouet, sed mox in arenam maris conuertitur: gaudet luxuria, modicum volitat; sed mox in arenam maris transit: omnis dulcedo carnis in amaritudinem finit, modicùm leuans infelicem animam, sed mox aggrauans in arenam.* Hæc & alia lectu digna Drogo ibi.

Mali petitæ concedi ero exitium.

Læta initia, tristes exitus.

31. *Et occidit in pinguibus eorum.*] Græcè est *ἐν πίοσιν*: sic etiam habet phrasis Hebraica: sed S. Hieronymus ad Latinam formam transferens dixit *pingues*: in alijs libris Græcis est *πλείοσιν, in plurimis*: quod S. Augustinus habet: Romanum Psalterium *plurimos:* Vetus Psalterium vtramque lectionem coniunxit: *In plurimis pinguibus eorum.* S. Hieronymus ad Suniam ait vocem Hebraicam Aquilam fuisse interpretatum *δαψιλέσιν αὐτῶν, opulentis eorum*, Symmachum *τοὺς εὐπορωτέρους, opulentioribus:* sed Scholiastes ait Aquilam vertisse *ἐν λιπαροῖς αὐτῶν, in nitidis* seu *pinguibus eorum*, Symmachum *τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν, nitidiores* seu *pinguiores eorum.*

38. *Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum.*] Commendat Dei clementiam, quâ vtitur erga peccatores: hanc autem quatuor potissimùm modis Deus declarat; Primò, quia tanquam mitissimus Iudex facilis est ad mitigandas pœnas peccatis debitas: nam etiam in altero sæculo punit infra meritum, cùm iustè acriora supplicia damnatis posset irrogare: & in hac vita ad vnum veræ pœnitentiæ gemitum remittit

Quanta sit Dei clementia erga peccatores.

ANNOTATIO MISERICORDIÆ. mittit pœnam æternam, eamque in temporalem commutat, breui castigatione & leui contentus, quam in vita multis facillimisque modis concessit redimi.

Secundò, quia facilis est ad condonandas omnes iniurias in se commissas, etiam infinitas, & infinitè quodammodò atroces: nulla enim est tanta multitudo, nulla tanta enormitas peccatorum, quin ipse paratus sit ignoscere, & omnia condonare, si ex animo doleamus, & veniam petamus; idque non semel, decies, centies, sed millies, & decies millies.

Tertiò, quia non solùm paratus est ignoscere, sed etiam in filios adoptare, & ad gloriæ suæ communionem admittere: quam ob causam etiam auersos & inimicos innumeris modis cum insigni maiestatis suæ demissione reuocat, vt reditè volentibus possit ignoscere, & æternam damnationem ab illis auertere, eosque in filios adoptare, & suæ gloriæ facere participes.

Quartò, maximè cernitur dulcissima eius clementia in mittendo Filio, qui nos doceret & reuocaret, qui nos redimeret, & pretio sanguinis sui pro nobis satisfaceret, qui nos ad pœnitentiam & sanctam vitam adduceret, vt pœnas inferni possemus euadere, & vitam æternam gloriæque ipsius communionem consequi. Vide de diuina clementia Lessium lib. 12. de Perfectionibus diuinis cap. 20.

40. *Quoties exacerbauerunt eum in deserto?*] Innumera Hebræorum rebelliones & delicta. Quasi diceret: Quis tam multa peccata supputabit? quis eorum numerum inibit? Admirari possum tantorum scelerum multitudinem, non tamen ad calculum reuocare. Imò Deus ipse alibi apud Dauidem perpetuos eorum errores, hoc est peccata, in deserto criminatur dicens: *Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.* Psal. 94. 10. Quasi in tota illa peregrinatione quadragenaria numquam ferè à peccando desisterent: iam verò terram promissionis ingressi, nihilo meliores ac saniores efficiuntur. Notat regius Vates in Hebræis sceleratis ingrati animi labem, quòd oceano diuinorum beneficiorum vinci obruique non potuerint; sed è diuerso ait ipsos sæpè Deum tentauisse, exacerbauisse, irritauisse Dominum, non credidisse in Deo, neque sperasse in salutari eius: & addit, *Sanctum Israel exacerbauerunt*: in Hebræo est *limitauerunt*; quasi limites ponere vellent diuinæ potentiæ, bonitati & misericordiæ: sed Genebrardus vertit *crucifixerunt*: vt intelligamus, eos qui non sperant in salutari Dei veluti misericordiam eius crucifigere, ostentui habere diuinam beneficentiam, interminatam illam bonitatem summi parentis illudere.

43. *Sicut posuit in Ægypto signa, &c.*] Ab hoc versu vsque ad 56. recenset plagas Ægypti, non tamen omnes, neque ordine quo factæ sunt, sed præcipuas: tres enim è decem omittit, nempe tertiam, pediculorum siue cyniphum; sextam, vlcerum & pustularum; & nonam, tenebrarum triduanarum: de quibus vide Exodi cap. 7. 8. 9. 10. & ibidem interpretes.

49. *Immissionem per angelos malos.*] Multi cur dæmones infestant. Quocum tantam & tam præsentem nocendi vim cùm regius videret Vates, neque vnum aut paucos sciret volitare dæmones, sed numerosissimas legiones alis igneis velocissimè diuagantes, pestem & exitium vbique spargentes, aptè vocat *immissionem malorum*; vel, vt Vulgata legit, *immissiones angelorum malorum*; vel, vt Vatablus vertit, *cacodæmonum incursiones*. Innumerabilis enim est malorum spirituum multitudo, qui vnumquemque nostrûm fortissimè & vehementissimè oppugnant. Vnde D. Hieronymus in cap. 6. Epist. ad Ephesios ferè prodit, omnium esse Doctorum opinionem, quòd *omnis aër plenus sit contrariis fortitudinibus*: addit Haymo tam plenum esse, quàm *radium Solis minutissimis atomis*. Vertere manum, promouere gradum, moliri quidpiam non possimus, quin ambiant, insequantur, terribiles illi sceleris administri nos ad malum impellant. Hinc verè Tertullianus lib. de Patientia cap. 1. *Late,* inquit, *atque diffusa est operatio mali (hoc est dæmonis) multiplicia spiritus incitamenta iaculantis.* Iaculantem facit spiritum nequam vt inimicum, vt educit cor ipsum vitaliaque ferire cupientem: educit autem è pharetra sua grandi & abominanda multiplicia incitamenta, fraudes innumeras, scelerum modos propè infinitos, quos in animam iaculatur. Vide quæ ad Psal. 63. ver. annotauimus.

60. *Et repulit tabernaculum Selom.*] ta *Selo*: quod, teste Remigio, interpretatur *missus*, seu *abruptus*, non sine mysterio, vt 1. Regum 4. inde arca extrahitur, totusque Dei cultus ab eâ vrbe in vindictam peccatorum sacerdotum in ea commorantium aufertur, seu abrumpitur. In quo, vt ait Remigius, *ecce tur illi, qui à mandatis Domini sunt auulsi*: [illegible] *Deus non* [illegible] *suorum tabernaculum ad inhabitandum elegit.* Miseri profectò Israël iter, qui diuinam opem inquirentes, arcam à suo loco trahebant, id est diuinam opem à suo templo relegabant. Ita Mendoza noster ad 1. Reg. 4. vbi disputat, an licuerit Israëlitas è tabernaculo arcam efferre.

61. *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum*] Arcam intelligit mirabilium effectricem: Area virtus in gloria & pulchritudo Israelitarum. ab illa præsens in aduersæ fortunæ casibus præsidium, ab ea virtus sanctimoniaque promanabat: in ea sedebat enim illi maiestas, vt Hebræi nominant, hoc est diuinitas; quæ sono vocis humano & cælesti res abditas perspicuè denuntiabat. Hinc arca in diuinis oraculis dicta vulgò est *Gloria Domini*: & hoc loco Propheta *pulchritudinem* nominat: vbi etiam in Hebræo pro *pulchritudine* est *gloria*. Vtrumque rectè. Numinis enim in arca præsentia & inexplicabilem pulchritudinem habebat specie mirabili vndique radiantem, & à maiestate gloriam. 1. Paral. 5. 1. Reg. 4. 21. 3. Reg. 8. 11.

63. *Et virgines eorum non sunt lamentatæ.*] In actiua significatione videtur accipere S. Hieronymus in tropologia: & in veteri Codice est *non sunt lamentatæ*: eodemque modo videtur exposuisse Apolinarius: vt nimirum virgines ipsæ non sint lamentatæ iuuenes pereuntes: ceteri tamen libri Græci habent ἐπενθήθησαν; id est, *Non sunt lamentatæ*: Aquila, οὐχ ὑμνήθησαν, *Non sunt hymnis celebratæ*: Symmachus & Theodotion, Οὐκ ἐπῃνέθησαν, *Non sunt laudatæ*.

64. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.*] Inutilis confidentia eorum peccantium. Scilicet Ophni & Phinees, qui arcam ipsam inuexerant, cæsi sunt: *ab ipso verum cœnum* (inquit Theodoretus) *edocti, ne diuinâ ope freti sint, qui delinquere pergunt*: vbi ostendit inutilem fuisse

con-

confidentiam in arca cum peccatis coniunctam: idem clarius Orat. 1. in Danielem, agens de arca à Philisthæis capta, docet, *supervacaneum fuisse Hebræis illius arcæ vsum sine metu diuinam violantibus legem & impiè viuere instituentibus.*

IBIDEM. *Et viduæ eorum non plorabantur.*] Græcè, [illegible]; Vulgata, *plorabantur*; Psalterium Romanum, *plorauerunt.* q. d. Non sunt defleti à viduis, quoniam illæ non erant superstites, vt casum maritorum deplorarent. Alludit ad repentinam mortem vxoris Phineæ Sacerdotis, quæ spatium lugendi mariti non habuit; vt habetur 1. Reg. 5.

Quidam fœminæ morbo affecti sunt Philisthæi.

66. *Et percussit inimicos suos in posteriora.*] Scilicet Philisthæos, quos in posterioribus partibus fœdo natiuum morbo discruciauit, & infami podicis ignominiâ affecit; vt habetur 1. Reg. 5. Aquila apud Theodoretum ait eos laborasse *exedente vlcere*, quod dicunt phagedænam, seu, vt refert Procopius, *vlcere cancroso*: de quo fortasse genere fuerunt *illa vlcera & vesicæ turgentes*, quibus Ægyptij laborarunt, & quæ Moyses in Deuteronomio Israëlitis imprecatur. Alij ex Hebræo vertunt *in mariscis*; & significare volunt non tam loca plagarum quàm ipsas plagas: sunt autem mariscæ, à similitudine fructuum cognominum, tubercula quædam vlcerosa, quibus lascivi homines sæpè feriuntur; vnde censentur morbi infames maximeque erubescendi, iuxta illud Iuuenalis Satyrâ 2.

Caduntur tumida Medico ridente marisca;

Ita vt hoc [illegible] morbi genere non solùm corpus, sed & fama offendatur. Quare addit: *Opprobrium sempiternum dedit illos.* Genebrardus eumdem [illegible] appellat: quem Martialis lib. 1. [illegible] nominiosum exprobrat Cæciliano [illegible]

[illegible] *ficus, quas scimus in arbore nasci;*
[illegible] *mus ficos Cæciliane tuos.*

[illegible] vocat Isidorus Clarius: recentiores [illegible] vocant *morbum Gallicum*; quòd sub [illegible] corum Rege à Gallia in Hispaniam defluxerit, vt illius temporis Historici prodiderunt.

Ex Deut. 28.

ANNOTATIO. NESCOR. DERII.

67. *Et repulit tabernaculum Ioseph, &c.*] Nam propter sacrilegia filiorum Heli, quibus illi diuinum cultum profanarant, æquum erat vt arca à tabernaculo ad templum, à Silo in Hierusalem transferretur. In quo transitu translatio fidei ac religionis à Synagoga in Ecclesiam significabatur. Rectè autem obseruat D. Augustinus non exprimi hoc loco Tribum Ruben aut Beniamin à Deo reprobatas; quæ tamen maiori iure exprimendæ viderentur; illa propter incestum Ruben; hæc propter inobedientiam Saülis; sed Ioseph & Ephraïm, quorum erant in eo populo clariora merita: vt cùm horum familiæ reprobandæ dicerentur, minimè dubitaretur totus ille populus reprobandus. *Eos, inquit, potissimùm nominat, qui clariorsbus meritis videbantur excellere: nam Ioseph pauit in Ægypto patrem & fratres suos; & Ephrem maiori fratri prælatus est: & tamen Deus repulit tabernaculum Ioseph, & Tribum Ephrem non elegit: vt per hæc præclara merita nomina vniuersum populum illum, vetustà cupiditate à Domino terrena præmia requirentem, repulsum & reprobatum intelligamus.* Rursus exprimitur Tribus Iuda electa & dilecta; *non quidem* (addit Augustinus) *pro meritis ipsius Iudæ; longe quippe maiora sunt merita Ioseph; sed per Tribum Iuda, vnde Christus exiuit, nouum Christi populum illi veteri prælatum Scriptura testatur.*

A Synagoga in Ecclesiam fides translata.

71. *Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.*] Hoc emphaticè de Dauide populum rectè & feliciter dirigente atque gubernante dictum est. Cùm enim hoc loco manus ad beneficiis & munerum distributiones referantur; manuum intellectus propriè significabit, munera cum ratione & iudicio, habito meritorum discrimine, non temerè, & pro affectus impetu distribuere. Est verò notandum, hac potissimùm ratione dici deductum populum, hoc est, facili negotio & suauiter gubernatum.

Manuum cum intellectu distribuenda.

IN PSALMVM LXXVIII.

1. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

[illegible] τῶ [illegible] Ἐπιφανοῦς, τίω [illegible] τῶν Ἰουδαίων [illegible] ὁ [illegible] λόγος· τίω δὲ χρησμολογίαν [illegible] χρηματίζει, εἰς [illegible] τῶν εὐσεβῶν [illegible] ὧν δὲ [illegible] ταῖς συμ[illegible]

ARGVMENTVM.

1. Psalmus Asaph.

Antiochi, cognomento Illustris, in populum Iudæorum furorem propheticus hic sermo prædicit: vaticinationem autem in deprecationem efformat, tamquam à pijs hominibus tunc allatam: qui nondum quidem viderant, sed calamitatibus adhuc cincti erant.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Θεὸς ἤλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ἐμίαναν τὸν ναόν τὸν ἅγιόν σου, [illegible] Ἱερουσαλὴμ εἰς ὀπωροφυλάκιον.

DEVS venerunt Gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Antiochus enim cum multos adduxisset, ingressus est Hierosolymam, & templum diuinum succendit.

Antiochi in Hierosolymam furor.

2. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli; carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.

Nam propter excessum crudelitatis, inimici non permiserunt vt necessarij suorum corpora sepelirent.

3. Effuderunt sanguinem eorum * sicut aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.

* Vulgata tamquam

Quomodo igitur non sunt sancti qui sanguinem pro legis custodia effuderunt? inter quos erant Macchabæi.

4. Facti sumus opprobrium vicinis nostris; subsannatio & illusio ijs qui in circuitu nostro sunt.

Et quod sanè grauius est, tunc nos vicini subsannabant, exprobrantes nobis, quòd nullum ex nostro in te affectu commodum tulissemus.

5. Vsquequo Domine irasceris in finem? * exardescet velut ignis zelus tuus?

* Vulgata accendetur

Vbi, inquit, sistetur tua in nos ira?

Excitat Deum ad vindicandum honorem nominis sui.

6. Effunde iram tuam in Gentes, quæ te non nouerunt; & in Regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Zelare, inquit, nomen tuum quod ab inimicis blasphematum fuit. Si enim, inquit, hoc ægrè fers, quòd minorem legitimorum tuorum curam habuerimus, iure merito ipsos puni, qui ab initio te non cognouerunt, neque te Deum vmquam inuocarunt, aut cogitarunt.

7. Quia comederunt Iacob; & locum eius desolauerunt.

Etenim non parua nobis mala irrogarunt, nos tantum non consumentes, & omne nostrum habitaculum abolentes.

8. Ne memineris iniquitatum nostratum antiquarum: citò anti-

Πολλοὺς γὰρ εἰσαγαγὼν ὁ Ἀντίοχος, εἰσῆλθεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἐνέπρησε τὸν θεῖον ναόν.

β΄. Ἔθεντο τὰ θνησιμαῖα τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ· τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου τοῖς θηρίοις τῆς γῆς.

Διὰ γὰρ ὑπερβολὴν ἀπανθρωπίας, οὐδὲ θάπτειν τοῖς οἰκείοις ἐπέτρεπον οἱ πολέμιοι τοὺς νεκρούς.

γ΄. Ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡσεὶ ὕδωρ κύκλῳ Ἱερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων.

Πῶς οὖν οὐχ ὅσιοι οἱ τὸ αἷμα ἐκχέαντες ὑπὲρ τῆς τοῦ νόμου φυλακῆς; ὧν ἦσαν Μακκαβαῖοι.

δ΄. Ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν· μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν.

Καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, τότε ἡμᾶς οἱ περιοικοῦντες ἐχλεύαζον, ὀνειδίζοντες, ὡς οὐδὲν ὄφελος [illegible] ἀπὸ τῆς περὶ σὲ διαθέσεως.

ε΄. Ἕως πότε κύριε ὀργισθήσῃ εἰς τέλος; ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου;

Ποῦ, φησί, σοι στήσεται τὰ τῆς καθ' ἡμῶν ὀργῆς;

ϛ΄. Ἔκχεον τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη, τὰ μὴ γινώσκοντά σε· καὶ ἐπὶ βασιλείας, αἳ τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο.

Ζήλωσον, φησί, διὰ τὸ ὄνομα τὸ βλασφημηθὲν παρὰ τῶν ἐχθρῶν. εἰ γὰρ τοῦτο ἐπαχθῶς, φησί, χαλεπαίνεις, ὅτι ἔλαττον τῶν σῶν ἐφροντίσαμεν νομίμων, τιμώρησαι δικαίως ἐκείνους, τοὺς οὐδὲ ἐγνωκότας σε τὴν ἀρχήν, τοὺς οὐδέποτέ σε θεὸν καλέσαντας, ἢ λογισαμένους.

ζ΄. Ὅτι κατέφαγον τὸν Ἰακώβ· καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ ἠρήμωσαν.

Καὶ γὰρ οὐ μικρὰ διέθηκαν ἡμᾶς κακά, ἡμᾶς γε μικροῦ καταναλώσαντες, καὶ τὸ οἰκητήριον ἡμῶν ἅπαν ἀφανίσαντες.

η΄. Μὴ μνησθῇς ἡμῶν ἀνομιῶν ἀρχαίων· ταχὺ προκαταλαβέτωσαν

σαν ἡμᾶς τὰ οἰκτιρμοί σου κύριε· ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα.

Εἰ καὶ ἐμποδίζει, φησὶ, τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν· ἀλλὰ διὰ τὸ σὸν ὄνομα ποίησον ἡμῖν, διὰ τὸν ὀνειδισμὸν ὃν ἐπιφέρουσί σοι, διὰ τὸ αἷμα τὸ ἐκκεχυμένον τῶν σῶν δούλων, διὰ τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων.

θ´. Βοήθησον ἡμῖν ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου κύριε ῥῦσαι ἡμᾶς· καὶ ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου.

Καὶ εἰ μὴ ἄξιοι ἡμεῖς, φησὶ, τοῦ εὖ παθεῖν διὰ τὰ ἁμαρτίας τὰς περὶ ἡμᾶς· ἀλλά γε ἐπειδὴ τὸ σὸν ὄνομα ἐπικέκληται ἡμῖν (ἐσμὲν γὰρ κληρονομία καὶ λαός σου) ἱλάσθητι ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, ὅπως δοξασθῇ τὸ ὄνομά σου.

ι´. Μήποτε εἴπωσι τὰ ἔθνη· ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν;

Εἰ γὰρ ἡμᾶς πάντη παραδώσεις τοῖς κακοῖς, πολὺς ἔσται μᾶλλον παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ὁ λόγος στρεφόμενος.

Καὶ γνωσθήτω ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν.

Ἡ ἐκδίκησις τοῦ αἵματος τῶν δούλων σου, τοῦ ἐκκεχυμένου·

Καὶ ποίησον ἡμᾶς, φησὶν, αὐτοῖς θεάσασθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ἐκδίκησιν τοῦ φόνου τῶν δούλων σου· τουτέστιν, ἴδοιμεν τοὺς ἐχθροὺς ὑπὲρ τούτων τιμωρουμένους.

ια´. Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ὁ στεναγμὸς τῶν πεπεδημένων.

Μελησάτω δέ σοι τοῦ στεναγμοῦ ἡμῶν, ὃν ὑπὸ μεγάλων ἀφίεμεν τῶν συμφορῶν.

Κατὰ τὴν μεγαλωσύνην τοῦ βραχίονός σου περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.

Τῇ δυνάμει, φησὶ, τοῦ βραχίονός σου σῶσον τοὺς καταλειφθέντας ἐκ τῶν ἀνῃρημένων. Περιποίησαι, τουτέστι περίσωσον· ἀναλόγως, φησὶ, τῇ ἰσχύϊ σου τὴν περὶ ἡμᾶς βοήθειαν ἐπιδεικνύμενος.

ιβ´. Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν· τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠνείδισάν σε κύριε.

cipent nos misericordiæ tuæ * Dñe: quia pauperes facti sumus nimis. PARAPHRASIS ANONYMI.

Etsi, inquit, saluti nostræ obsit multitudo peccatorum nostrorum; attamen præsta hoc nobis propter nomen tuum, propter probrum quod tibi inferunt, propter effusum sanguinem seruorum tuorum, propter gemitum compeditorum.

* Abest à Vulgata.

9. Adiuua nos Deus salutaris noster: * propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

* Vulgata addit &

Etsi, inquit, nos non simus digni beneficio propter peccata nostra; attamen quia nomen tuum à nobis inuocatum fuit (sumus enim hereditas tua & populus tuus) propitius esto peccatis nostris, vt nomen tuum glorificetur.

10. * Nequando dicant Gentes: Vbi est Deus eorum?

* Vulgata Ne forte dicant in Gentibus

Nam si penitus malis nos tradideris, multus istiusmodi sermo ab inimicis versabitur.

Et innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est:

Et fac, inquit, vt ipsis oculis nostris videamus vltionem cædis seruorum tuorum; id est, videamus inimicos nostros proptereà punitos.

11. Introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

Sit autem tibi curæ gemitus noster, quem præ magnis calamitatibus emisimus.

Secundùm magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.

Virtute, inquit, brachij tui serua residuos qui ab interfectoribus relicti sunt. *Posside*, id est, serua; potentiæ, inquit, tuæ conformem nobis opem exhibens.

12. * Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum; * opprobrium ipsorum, quod exprobrauerunt tibi Domine.

* Vulgata addit Et
* Vulgata improperium

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Eò quòd, inquit, confines nostri tibi exprobrarint, ac si nobis opitulari minimè posses, redde ipsis multipliciter, id est cum augmento.

13. Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ, confitebimur tibi in sæculum:

Nos vtique, inquit, qui tui sumus, & ope tuâ pascimur, cùm hæc facta fuerint, tibi gratias agemus, assiduam tibi pro his gratiarum actionem persoluentes.

In generationem & generationem annũtiabimus laudem tuam.

Confitebimur, inquit, tibi per vitam. Generatio autem & generatio plurimas designat hominum successiones.

Ὑπὲρ ὧν ὠνείδισαν, φησιν, ἐπειδὴ ἰσάν σε οἱ γείτονες ἡμῶν βοηθῆσαι ἡμῖν, ὡς οὐδὲν ὄντι δυναμένῳ, ἀπόδος αὐτοῖς πολλαπλασίως, ἀντὶ τοῦ μετ' ἐπιτάσεως.

ιγ. Ἡμεῖς δὲ λαός σου, καὶ πρόβατα νομῆς σου, ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα.

Ἡμεῖς μέν τοι, φησὶν, οἱ σοὶ, καὶ ὑπὸ τῆς σῆς νεμόμενοι βοηθείας, τούτων γενομένων, εὐχαριστήσομεν εὐχαριστοῦντές σοι, καὶ διηνεκῆ σοι τὴν ὑπὲρ τούτων εὐχαριστίαν ἀποδιδόντες.

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἐξαγγελοῦμεν τὴν αἴνεσίν σου.

Ἐξομολογησόμεθά σοι, φησὶ, διὰ ζωῆς. Γενεὰ δὲ καὶ γενεὰ τὰς διαδοχὰς ἀνθρώπων σημαίνει πλείονας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Antiochus templum polluit.

1. DEVS VENERVNT GENTES IN HEREDITATEM.] Gentes vocat Antiochi commilitones; hereditatem verò Dei semetipsos appellant. Polluerunt autem templum, dum ibi porcos immolarunt: quod nefas erat. Vel prophetico spiritu Gentes appellat Romanos. Cùm enim heredem repulissent, desiterunt esse Dei hereditas: & cùm templum Dei dissoluissent, in causa fuerunt, vt templum ipsorum pollueretur: & cùm hæc in Hierusalem ausi fuissent, fecerunt illam quasi pomorum custodiam: & cùm Iesum in ligno suspendissent, morticina facti sunt & esca volucribus cæli: similiter etiam sanguis ipsorum effusus est pro sanguine. Omnimodam autem Hierosolymæ desolationem declarans, pomorum custodiam appellauit. Lapidosa enim loca & inutilia in pomorum custodiam agricolæ deputant. Et propter excessum, inquit, crudelitatis, inimici non permiserunt domesticis vt suos mortuos sepelirent, sed auibus præda facti sunt. *Sanctorum autem tuorum:* nempe propter pristinam electionem sanctos vocat eos qui deceperant: sicut etiam Apostolus sanctos vocat ramos ob impietatem auulsos, quia radicis sanctæ erant. Vel quomodo non sancti, qui pro lege periculum subiuerunt vt Macchabæi? Fortassis verò designat sanctos, qui vnà cum impijs interierunt: quod in ciuitatis ac Gentium

Quanta fuerit Hierosolymæ desolatio.

Sanctorum persecutio.

Rom. 11. 16.

α. ΘΕΟΣ ΗΛΘΟΣΑΝ ΕΘΝΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΑΝ σου.] Ἔθνη τοὺς μετ' Ἀντιόχου λέγει στρατιώτας· κληρονομίαν δὲ Θεοῦ ἑαυτοὺς καλοῦσιν. Ἐμίαναν δὲ τὸν ναὸν, χοίρους ἐκεῖ θύσαντες· ὃ οὐκ ἐξῆν. Ἢ ἔθνη προφητικῷ πνεύματι τοὺς Ῥωμαίους προσηγόρευσε. Ἀποκτείναντες γὰρ τὸν κληρονόμον, ἀπεκλείσθησαν τῆς κληρονομίας Θεοῦ· καὶ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ λύσαντες, αἴτιοι γεγόνασι τοῦ μιανθῆναι αὐτῶν τὸν ναόν· καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ τολμήσαντες, πεποιήκασιν αὐτὴν ὡς ὀπωροφυλάκιον· καὶ κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου τὸν Ἰησοῦν, γεγόνασι θνησιμαῖα τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ· ὡσαύτως καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν ἐχύθη ἀντὶ αἵματος. Τὴν παντελῆ δὲ ἐρημίαν δηλῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ, ὀπωροφυλάκιον εἶπε. Τοὺς λιθώδεις γὰρ τόπους καὶ ἀχρηματίστους οἱ γεωργοὶ εἰς ὀπωροφυλάκιον ἀφορίζουσι. Καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν, φησὶν, ἀπανθρωπίας, οὐδὲ θάπτειν τοῖς οἰκείοις ἐπέτρεπον οἱ πολέμιοι τοὺς νεκροὺς, ἀλλ' οἰωνῶν ἐγένοντο ἀνάλωμα. Τῶν ὁσίων δὲ τῶν σῶν· ὁσίους διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐκλογὴν ὁσίους τοὺς ἐπταικότας καλεῖ· ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος ἁγίους λέγει καὶ τοὺς δι' ἀσέβειαν ἀποκεκλασμένους κλάδους, διότι ῥίζης ἁγίας ἦσαν. Ἢ πῶς οὐχ ὅσιοι, ὑπὲρ νόμου κινδυνεύσαντες ὡς οἱ Μακκαβαῖοι; Ἴσως δὲ καὶ συναπολωλότας δηλοῖ τοῖς ἀδίκοις ὁσίους· ὅπερ ἐν ἁλώσει πόλεως

πόλεως καὶ ἔθνους γέγονε· κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν, Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνάπτω ἐν σοὶ πῦρ, καὶ καταφάγεται πᾶν ξύλον ὑγρὸν, καὶ πᾶν ξύλον ξηρόν· ὑγρὸν λέγων ξύλον τὸν δίκαιον, ξηρὸν δὲ τὸν ἀσεβῆ. εἶτα ἐπιτείνων τὴν διήγησιν, ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν, φησὶν, ὡσεὶ ὕδωρ· τὸ μιαιφόνον αὐτῶν παριστῶν.

δ'. ΕΓΕΝΗΘΗΜΕΝ ΟΝΕΙΔΟΣ ΤΟΙΣ ΓΕΙΤΟΣΙΝ.] Διὰ τὸ περιορᾶσθαι, φησὶ, γέλως ἦν τοῖς περιοίκοις τὰ ἡμέτερα· τὰ δὲ ἡμέτερα εἰς τὸν μὴ σώζοντα Θεὸν ἀνέφερον, ὡς οὐ δυνηθέντα ῥύσασθαι· ἵν' οὖν μὴ ταῦτα νομίζωνται. Παῦσαι, φησὶν, ἡμῖν ὀργιζόμενος· ὀργῆς γὰρ ταῦτα ἡμεῖς, οὐκ ἀσθενείας (ὡς οἱ ὀνειδίζοντες καὶ ἐπεμβαίνοντες) εἶναι πιστεύομεν. Ὅθεν ἐπιφέρει· Ἕως πότε ὀργισθήσῃ; παῦσαι, φησὶ, τὴν ἐπίτασιν τῆς ὀργῆς· στρέψον δὲ μᾶλλον αὐτὴν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἵνα γνῶσιν, ὡς ἡ ἁμαρτία ἡμῶν αἰτία ἦν τοῦ πάσχειν κακῶς, καὶ οὐχὶ σοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἀσθένεια. Δικαιότεροι γὰρ πειραθῆναι τῆς τοιαύτης ὀργῆς, οἱ καθάπαξ εἰδέναι σε μὴ βουλόμενοι. Ἡμεῖς δὲ, οἱ εἰδότες μὲν, ἁμαρτήσαντες δὲ, σωφρονισμοῦ ἄξιοι, οὐ παντελοῦς ἀπωλείας· ἵνα μὴ τοῖς γνωρίζουσιν ἡμῖν καὶ ἡ σὴ γνῶσις συναποσβεσθῇ.

ΑΛΛΟΣ. Ἐκκαυθήσεται ὥσπερ πῦρ. Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκδίκησιν τῶν τὰς πρὸς αὐτὸν συνθήκας παραβαινόντων ζῆλον εἴωθε καλεῖν ὁ λόγος. εἶτα προστίθησι τὴν αἰτίαν δι' ἣν κατεύχεται· ὅτι κατέφαγον τὸν Ἰακώβ. Ἔχεις, φησὶν, αἰτίαν τῆς κατ' αὐτῶν ὀργῆς, μήπως χρησαμένων ἀφειδῶς, καὶ περὶ τὸν τόπον τὸν ἅγιον ἀσεβησάντων. Ἀκύλας δὲ, ὡραῖον αὐτοῦ· ὁ Σύμμαχος, καλλονὴν αὐτοῦ· ὁ Θεοδοτίων, εὐπρέπειαν αὐτοῦ· δι' ὧν πάντων ὁ θεῖος οἶκος δηλοῦται. καλῶς δὲ τὸν λαὸν Ἰακὼβ προσηγόρευσε, τῇ τοῦ προπάτορος μνήμῃ τὸν Θεὸν δυσωπούμενος.

ΑΛΛΟΣ. Ὅτι θηρίων δίκην, φησὶν, ἐλυμήναντο ἔθνος θεοσεβὲς, καὶ χῶρον ἠρήμωσαν ἱερόν.

η'. ΜΗ ΜΝΗΣΘΗΣ ΗΜΩΝ ΑΝΟΜΙΩΝ.] Μὴ ἐπειδὴ, φησὶ, νῦν ὀργίζῃ, καὶ τῶν παλαιῶν ἡμῶν πλημμελημάτων ἀναμνησθῇς. (Λέγει δὲ τὰς παλαιὰς τοῦ λαοῦ εἰδωλολατρείας, ἃς ὑπεριδὼν διαφόρως, αὐτοὺς εὐηργέτησεν.) ἢ εὐσεβῶν αὕτη ἡ φωνή. Ἀοίδιμος γὰρ ἡ τῶν Μακκαβαίων ἀρετή· ὃ δηλ-

captiuitate accidit; iuxta oraculum quod ait, *Ecce ego succendo in te ignem, & deuorabit in te omne lignum viride, & omne lignum aridum*; viride lignum vocans iustum, aridum verò impium. Deinde intendens narrationem, *Effuderunt*, inquit, *sanguinem eorum sicut aquam*; homicidam eorum animum ostendens. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. Ezech. 20, 47.

4. FACTI SVMVS OPPROBRIVM VICINIS.] Quia, inquit, despiciebamur, res nostræ risui erant vicinis: nostra autem in Deum non seruantem referebant, ac si non posset liberare: ne igitur hæc existiment. Cessa, inquit, nobis irasci: nos enim ista iræ, non imbecillitatis (sicut isti exprobrantes & insultantes) esse credimus. Vnde subiungit: *Vsquequò irasceris?* Desine, inquit, iram intendere; verte illam potiùs in hostes, vt cognoscant, peccatum nobis causam fuisse cur malè tractaremur, non autem tuam, Dei nostri, imbecillitatem. Magis enim illi merentur istiusmodi iram experiri, qui ne semel te agnoscere voluerunt. Nos autem, qui te quidem cognouimus, sed peccauimus, correctione digni sumus, non omnimodo interitu; ne vnà nobiscum te cognoscentibus tua quoque notitia extinguatur. *Rogat Dei iram in hostes conuerti.*

ALIVS. *Accendetur velut ignis*. In Deo vltionem eorum qui pactum eius violarunt solet hic sermo zelum appellare. Deinde adiungit causam istius imprecationis; *Quia comederunt Iacob*. Habes, inquit, causam contra ipsos irascendi, qui tam implacabiliter se gesserunt, & in locum sanctum impios sese exhibuerunt. Aquila autem, *Speciosum eius*; Symmachus, *Pulchritudinem eius*; Theodotion, *Decorem eius*: per quæ omnia diuina domus designatur. Pulchrè autem populum Iacob appellauit, progenitoris memoriâ Deum placans.

ALIVS. Quoniam, inquit, ferarum instar deuastarunt gentem piam, & locum sacrum desolauerunt.

8. NE MEMINERIS INIQVITATVM NOSTRARVM.] Noli, inquit, quandoquidem nunc irasceris, antiquorum quoque delictorum meminisse. (Dicit autem pristinas populi idololatrias, quas cùm diuersimodè dissimulasset, varijs ipsos beneficijs affecerat.) Vel piorum hæc vox sit. Celebris enim erat Macchabæorum virtus: quod declaratur *Petit antiquorum delictorum obliuionem.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

claratur etiam per precationem, quæ priorum quidem peccatorum meminit, præsentem verò pietatem celat. Pulchrè per illa verba, *Citò anticipent nos*, molestiarum intensionem insinuauit. Nisi enim, inquit, velox nobis auxilium adferatur, non perueniet ad nos viuentes beneficium. Accelerent igitur, inquit, miserationes tuæ, & captiuos nos apprehendant. Ceterùm *pauperes facti sumus*; id est, omni præsidio destituti sumus. Pulchrè autem & illud, *Deus Saluator noster*. id est: Sicut hoc semper facere visus es, idque erga indignos, ita etiamnum facito; quia modò etiam non tamquam digni petunt, sed vt Deus quodammodò sibi ipsi consentaneus sit subiungunt; *Propter gloriam nominis tui*. Dum enim, inquit, nos malè tractamur, blasphemiæ nomen tuum imperit. Rogamus itaque vt delicta dissimules, ærumnas transferas, & virtutem tuam ostendas ijs qui te ignorant. Deinde etiam alteram subiungunt rationem: Nequando, inquit, putent nos non habere Deum, sicut ipsi: videntur enim habere, sed non habent. Alij autem: *Ad quid dicunt Gentes, Vbi est Deus eorum?* Hoc, inquit, me torquet, quòd Gentes te blasphemare audeant, & insultantes dicere præsumant, *Vbi est Deus eorum?* qui dicitur Ægyptum flagellasse, & celeberrima quæque patrasse. Illud autem *Innotescat*. id est, Fac nos videre vltionem in inimicis de effuso sanguine Sanctorum tuorum. Deinde etiam sicut solent Macchabæi valdè affectuosè orare, subiungunt:

Mouet Deum ad commiserationem.

Gentium blasphemias recenset.

11. INTROEAT IN CONSPECTV TVO GEMITVS.] Compeditos & mortificatos eosdem vocat: vel compeditos appellat debiles atque eneruatos. Deinde ait: *Redde vicinis nostris septuplum*: isto numero non intelligit septies, sed per septem vult multitudinem significare. *Sinus* verò inseparabilitatem designat. Hoc igitur significare cupit: q. d. Inseparabile atque ineuitabile fac opprobrium eorum. Magnoperè autem videntur Deum incitare: non enim dixerunt opprobrium nostrum, sed tuum. Nam probrum, inquit, quod nobis impingunt, tuum potiùs est quàm nostrum: hoc igitur, inquit, multiplicitet ipsis redde. Irroga ipsis supplicium sine gratia, illudque maius nostro.

Postulat vindictam in hostes conuerti.

αὐτοῦ) καὶ διὰ τῆς εὐχῆς, τῆς τῶν ἤδη προτέρων ἁμαρτημάτων ἐπιμνησθείσης, κρύψαι δὲ τὴν παροῦσαν εὐσέβειαν. Καλῶς διὰ τοῦ, ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς, τὴν ἐπίτασιν ἡρμήνευσε τῶν χαλεπῶν. εἰ μὴ γὰρ ὀξεῖα, ἡμῖν ἐπενεχθῇ βοήθεια, οὐ φθάσει ζῶντας ἡμᾶς ἡ εὐεργεσία. Σπευσάτωσαν οὖν, φησὶν, οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ αἰχμαλώτους ἡμᾶς γενομένους καταλαβέτωσαν. Ἐπτωχεύσαμεν δέ· ἀντὶ τοῦ, πάσης ἐγυμνώθημεν προστασίας. Καλῶς δὲ καὶ τὸ, Ὁ θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν. ἀντὶ τοῦ· ὡς ἀεὶ τοῦτο ἐφάνης ποιῶν, καὶ ταῦτα εἰς ἀναξίους, οὕτω καὶ νῦν ποίησον· ὅτι καὶ νῦν οὐχ ὡς ἄξιοι αἰτοῦσιν, ἀλλ' ὡς τῷ θεῷ ὀφείλοντος ἑαυτῷ ἀκολουθεῖν ἐπάγουσιν· ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ ὀνόματός σου. Ἡμῶν γάρ, φησὶ, κακουμένων, ὁ βλάσφημος κατὰ τοῦ ὀνόματός σου χωρεῖ. Ἀξιοῦμεν οὖν τὰ πλημμελήματα μὲν παριδεῖν, μεταβαλεῖν δὲ τὰς συμφορὰς, καὶ τὴν σὴν ἰσχὺν δεῖξαι τοῖς ἀγνοοῦσιν. Εἶτα καὶ δεύτερον ἐπάγουσι λογισμόν. Μήποτε, φησὶ, νομίσωσιν ἡμᾶς μὴ ἔχειν θεὸν, ὡς ἐκεῖνοι· δοκοῦσι γὰρ ἔχειν, οὐκ ἔχουσι. οἱ δὲ ἄλλοι· εἰς τί λέγουσι τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; Τοῦτό με, φησὶν, ἀνιᾷ, τὸ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν σε βλασφημεῖσθαι, καὶ ἐπιτωθάζοντας λέγειν, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; ὃς λέγεται μαστιγῶσαι τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὰ πολυθρύλλητα διαπράξασθαι. Τὸ δὲ γνωσθήτω, ἀντὶ τοῦ, ποίησον δὲ ἡμᾶς ἰδεῖν τὴν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ὑπεναντίοις τοῦ ἐκκεχυμένου αἵματος τῶν ἁγίων σου. εἶτα καὶ ὡς ἔχουσιν οἱ Μακκαβαῖοι ἐμπαθῶς λίαν, ἐπάγουσιν·

ιαʹ. ΕΙΣΕΛΘΕΤΩ ΕΝΩΠΙΟΝ ΣΟΥ Ο ΣΤΕΝΑΓΜΟΣ.] Πεπεδημένους καὶ τεθανατωμένους τοὺς αὐτοὺς καλεῖ· ἢ πεπεδημένους τοὺς παρειμένους λέγει καὶ ἐκλελυμένους. εἶτα, ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίως, φησίν· οὐκ ἀριθμὸν λέγει ἑπτάκις, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἑπτὰ τὸ πλῆθος βούλεται σημαίνειν. ὁ δὲ κόλπος τὸ ἀχώριστον δηλοῖ. Τοῦτο οὖν σημαίνειν βούλεται· ὅτι ἀχώριστον αὐτοῖς καὶ ἀναπόβλητον ποίησον τὸν ὀνειδισμόν. μεγάλως δὲ δοκοῦσι παροξύνειν τὸν θεόν· οὐ γὰρ εἰρήκασι τὸν ὀνειδισμὸν ἡμῶν, ἀλλὰ τὸν σόν. Ὁ γὰρ καθ' ἡμᾶς ὀνειδισμός, φησι, σός μᾶλλον ἐστιν ἢ ἡμῶν. τοῦτον οὖν, φησι, πολλαπλασίως ἀπόδος αὐτοῖς. συνάψον αὐτοῖς τιμωρίαν ἀχάριστον, καὶ πλείονα τῆς ἡμετέρας.

ιγ'. ΗΜΕΙΣ ΔΕ ΛΑΟΣ ΣΟΥ, ΚΑΙ ΠΡΟΒΑΤΑ.] Εἰ ἡμεῖς, φησι, τὰ σὰ πρόβατα, ἐπειδὴ ἐπλανήθημεν, τοσαύτην ἐδώκαμεν δίκην· οἱ μηδὲ εἰδότες σε τίνος ἄξιοι εἶεν; ἢ ἡμεῖς, οἱ λαὸς καὶ ποίμνιον ὀνομαζόμενοι σὸν, παρὰ σοῦ ῥυσθησόμεθα, ἵνα εὐχαριστήσωμεν διηνεκῶς, εἰδότες ὧν ἀπηλλάγημεν, καὶ ποιήσωμεν τοῦτο διηνεκῶς. τοῦτο γὰρ τὸ εἰς γενεάν. ἡ γὰρ ἐπίτασις τῶν χαλεπῶν οὐ συγχωρήσει λήθην ἐγγενέσθαι τῶν εὐεργεσιῶν.

13. NOS AVTEM POPVLVS TVVS, ET OVES.] Si nos, inquit, qui oues tuæ sumus, quia aberrauimus, tantam pœnam dedimus; qualem tandem merentur illi qui te non nouerunt? Vel nos, qui populus & grex tuus nominamur, à te liberemur, vt assiduè gratias agamus, scientes à quibus liberati simus, idque perpetuò faciamus. Hoc enim sibi vult istud *in generationem*. Molestiarum enim intentio non finet nos obliuionem capere beneficiorum. CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ὑπὲρ τῶν ἀναιρεθέντων πικρῶς κατὰ τοὺς καιροὺς τοῦ Ἀντιόχου· αἰτῶν δὲ διὰ τῆς ἱκετείας ἐκδίκησιν γενέσθαι εἰς τὸ ἔθνος γενομένης μιαιφονίας, μεταστρεφομένων δηλονότι τῶν συμφορῶν εἰς τοὺς ἐπάγοντας αὐτάς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς μάλιστα πάντων πλεῖστα δέδρακε κακὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, πολλοὺς μὲν ἀνελὼν καὶ κατασφάξας τῶν Ἰουδαίων, μολύνας δὲ καὶ τὸν Θεοῦ τὸν ναόν· ναὸν γὰρ αὐτὸν πεποιηκὼς τοῦ Διὸς, καὶ βωμὸν ἀνέστησεν ἐπὶ τοῦ Διὸς ὀνόματι, καὶ θυσίας ἐπετέλει. Ἐντεῦθεν, οἱ μὲν συνέπραττον τῶν Ἰουδαίων· οἱ δὲ ἀναγκαζόμενοι θύειν, καὶ μὴ βουλόμενοι, ἀπώλλυντο, ἀδίκως καὶ παρανόμως σφαττόμενοι, ἀναιρούμενοι διαφόροις ἀπολλύμενοι θανάτοις· ὡς πολὺ μὲν ἀνθρώπινον αἷμα περὶ τὸν ναὸν ἐκχυθῆναι καὶ τὴν πόλιν, μένειν δὲ ἐπὶ πλεῖστον καὶ ἄταφα τῶν τελευτησάντων τὰ σώματα, καὶ τὰ μὲν ὑπὸ θηρίων τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀρνέων ὡς εἰκὸς ἀναλίσκεσθαι. γέγονε δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ ἐπὶ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ τούτου μάρτυς ἀξιόπιστος ἡ Μακκαβαϊκὴ γραφὴ, μετὰ τὴν διήγησιν τῶν γεγονότων, αὐτῆς τοῦ ψαλμοῦ τῆς μαρτυρίας μεμνημένη, ὡς τότε λαβούσης τὴν ἔκβασιν. καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἀντιόχου πολλὰ διηγησαμένη ἕτερα, φησιν οὕτως· Καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον κύκλῳ τοῦ ἁγιάσματός σου, καὶ ἐμόλυναν τὸ ἁγίασμα. Περὶ δὲ τῶν κατὰ Δημήτριον εἰπὼν, ὅπως Βακχίδην ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς, ἅμα Ἀλκίμῳ τινὶ τῶν Ἰουδαίων, ἐπὶ τῷ προδοῦναι αὐτὴν τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔθνους, κατασφάξαι δὲ τοὺς τοῦ Ματταθίου υἱούς· ὅπως δὲ καὶ μετὰ δόλου προσιόντες, τοὺς τοῦ λαοῦ πολλοὺς ἀνεῖλον, ὕστερόν φησι· καὶ

ATHANASII. Hunc Psalmum canit pro ijs qui tempore Antiochi crudeliter interfecti fuerant; suppliciter postulans vltionem fieri de gente quæ cædem illam fecerat, calamitatibus videlicet in earumdem auctores retortis. *De argumento Psalmi.*

THEODORI. Antiochus Illustris omnium plurima longè mala Hierosolymæ irrogauerat, plurimos quidem Iudæos interimendo & occidendo, templum verò Dei polluendo: siquidem templum ipsum Ioui consecrauerat, eiusdemque nomini altare erexerat, & sacrificia obtulerat. Vnde contigit, vt aliqui quidem Iudæi colluderent; alij verò ad hoc adacti, cùm nollent sacrificare, interirent, iustè & iniquè trucidati, & diuersis mortis generibus è medio sublati ac pessumdati; ita vt plurimus quidē sanguis humanus per templum & vrbem effunderetur, defunctorum verò corpora vt plurimùm manerent insepulta, & partim à feris partim à volucribus absumerentur. Istis autem quid simile accidit sub Demetrio Rege, cuius fide dignus nobis testis est liber Macchabæorum, qui post narrationem eorum quæ contigerant, Psalmi huius testimonium adducit, quasi tunc euentum sortiti. At cùm de Antiocho alia multa narrasset, sic ait: *Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis suæ; & contaminarunt sanctificationem.* Cùm autem de gestis Demetrij verba fecisset, quomodo Rex Bacchidem, vnà cum Alcimo quodam Iudæo, miserit ad gentis principatum prodendum, & Mattathiæ filios occidendos; & quomodo cum dolo accedentes, plurimos è populo interfecerint, postmodum ait: *Et*

Antiochus templum polluit & Ioui consecrat.

Sub Demetrio quoque quid simile acciderit.

1. Mach. 1, 37.

1. Mach. 7, 16.

CATENA PATRVM.

comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos in vna die, secundùm verbum quod scripsit: Carnes sanctorum tuorum, & sanguines ipsorum effuderunt in circuitu Hierusalem; & non erat qui sepeliret. Hæc igitur beatus Dauid ex persona Macchabæorum dicit, qui pro omnibus bellum contra Antiochi exercitus susceperunt, Mattathiâ quidem Duce, post ipsum verò filio bellum suscipiente. Meritò igitur ipsis etiam conueniet, vt ægro animo sint, propter ea quæ facta fuerant, & hæc ad Deum dicant, ab ipso auxilium consequi postulantes: quòd cùm pro legis libertate ac iustè postularent, omnino obtinuerunt.

APOLINARII. Aliqui quidem simpliciter dicunt Prophetam deplorare populi captiuitatem, non exprimentes qualem: alij verò accipiunt de captiuitate sub Romanis, post eorum in Christum insolentiam; alij de illa, quæ sub Antiocho Illustri facta est.

1. DEVS VENERVNT GENTES.]

Hierusalem hereditas & possessio Dei. THEODORI. Cùm terra promissionis, & præsertim Hierusalem, diceretur propria hereditas & possessio Dei, vtpote qui templum elegisset, ac locum istum, vt in eo, qui ad ipsum accederent, tamquam in proprio habitarent: Ecce, inquit, tuos alieni subegerunt, & loca tua ab alijs occupantur: neque hæc simpliciter occuparunt, verùm etiam polluerunt templum illud, quod cultui tuo dedicatum est.

Littera pomo temporaneo. HESYCHII. Quare in pomorum custodiam? Quia cùm spiritum legis ac Prophetarum sustulissent, solum litteræ pomum ipsis custodiendum reliquerunt. Hoc autem non erat ex hominibus, sed ex Deo volente ab inimicis argumenta fidei nostræ seruari. Pomum autem littera meritò appellatur, eò quòd minimè solidum, sed temporaneum dumtaxat cibum contineret.

Quanta fuerit desolatio Hierusalem. THEODORI. Ad tantam solitudinem redegerunt ciuitatem, ita vbique domos deuastantes, vt ipsa ciuitas vix quidquam discreparet à pomorum custodia. Præterea etiam defunctorum corpora insepulta relinquentes, præbebant illa feris atque volucribus deuoranda. Nam, iuxta solitam eius opinionem, idem est à pollutis electa non segregari, atque morticinas seruorum tuorum carnes volucri-

συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἑξήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, κατὰ τὸν λόγον ὃν ἔγραψε· τὰς σάρκας τῶν ὁσίων σου, καὶ τὰ αἷμα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλήμ· καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. Ταῦτα οὖν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἐκ προσώπου τῶν Μακκαβαίων φησὶν, οἳ τὸν ὑπὲρ πάντων πόλεμον πρὸς τοὺς Ἀντιόχου στρατηγοὺς ἀνεδέξαντο, Ματταθίου μὲν ἀρξαμένου, διαδεξαμένου δὲ παρ' ἐκείνου τοῦ παιδὸς τὸν πόλεμον τοῦ υἱοῦ. Εἰκότως οὖν ἐκείνοις καὶ τὸ ἀθυμεῖν ἁρμόσει, ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις, καὶ λέγειν ταῦτα πρὸς τὸν Θεὸν, αἰτοῦντας τυχεῖν τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας· ὃ καὶ διὰ τὴν ὑπὲρ τοῦ νόμου προθυμίαν καὶ τὸ δικαίως αἰτεῖν, ἐπέτυχον.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οἱ μὲν ἁπλῶς ὀδύρεσθαι τὸν προφήτην φασὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ, μὴ λέγοντες ποίαν· οἱ δὲ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων, μετὰ τὴν εἰς τὸν Χριστὸν παροινίαν· ἄλλοι δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου.

α. Ὁ ΘΕΟΣ ΗΛΘΟΣΑΝ ΕΘΝΗ.]

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐπειδὴ κληρονομία καὶ κτῆσις ἰδία τοῦ Θεοῦ ἐλέγετο ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ μάλιστα Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἂν τὸν ναὸν ἐκλεξαμένου, καὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἵνα [illegible] ἑαυτοῦ [illegible] ὡς ἐν ἰδίῳ, τοὺς αὐτῷ προσιόντας οἰκεῖν· Ἰδού, φησι, τῶν σῶν ἐκράτησαν ἀλλόφυλοι, καὶ τὰ σὰ ὑπὸ ἄλλων κατέχεται· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐμίαναν τὸν ναὸν, τὸν τῇ θρησκείᾳ ἀφιερωμένον.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος χάριν εἰς ὀπωροφυλάκιον; ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν λαβόντες, μόνην κατέλιπον αὐτοῖς φυλάττειν τὴν ὀπώραν τοῦ γράμματος. Τοῦτο δὲ ἦν οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ βουλομένου παρὰ τοῖς ἐχθροῖς τὰς ἀποδείξεις τῆς πίστεως τῆς ἡμετέρας σώζεσθαι. Ὀπώρα δὲ τὸ γράμμα, ὡς μὴ γνησίαν τροφὴν, ἀλλὰ πρόσκαιρον ἔχον εἰκότως προσηγόρευται.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰς τοσαύτην κατέστησαν ἐρημίαν τὴν πόλιν, οὕτω πανταχόθεν τοὺς οἰκίσκους καταῤῥίψαντες, ὡς μηδὲν ἀφεστάναι ἐκείνης τῆς πρὸς βραχὺ γινομένης ἐπὶ τῇ τῶν ὀπωρῶν φυλακῇ. Ἔτι καὶ τοὺς νεκροὺς τῶν σωμάτων ἄταφα καταλιμπάνοντες, παρεσκεύαζον ὑπὸ θηρίων τε καὶ ὀρνέων κατεσθίεσθαι. Ἐν γὰρ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῦ δοκεῖν, μὴ διαχωρεῖσθαι τὰ ἐκλεκτὰ τῶν μεμολυσμένων, καὶ τὰς θνησιμαίας σάρκας τῶν δούλων σου βρώματα τοῖς πετεινοῖς

τοῖς πετεινοῖς καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς. Ἐπισημηνάμεθα δὲ καὶ ἐν τῷ νς´ ψαλμῷ, ὅτι ἰδίωμα τοῦτο ἐστὶ τοῦ μακαρίου Δαβὶδ συνεχῶς λεγόμενον.

γ´. ΕΞΕΧΕΑΝ ΤΟ ΑΙΜΑ ΑΥΤΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σφόδρα αὐτὸ ἐμφατικῶς εἶπε. Τοσοῦτος γὰρ ἦν ὁ φόνος, ὥστε αἷμα δίκην ὕδατος φέρεσθαι περὶ τὴν πόλιν κενουμένην, οὐδὲ ταφῆς ἀξιουμένων τῶν τελευτώντων. Καλῶς δὲ τό, οὐκ ἦν ὁ θάπτων ἐπήγαγε. Οὕτω γάρ, φησιν, ἀναιδῶς ἀναιροῦντες, οὐδὲ ἐν τούτῳ κόρον ἔλαβον, ἀλλ' ἔτι καὶ μετὰ τοσοῦτον φόνον, καὶ τοσαύτην ὀργὴν καὶ τὸν θάνατον τῶν ἀπολλυμένων, περὶ τοὺς ἀποθανόντας τὴν ὀργὴν ἐπιδεικνύμενοι, ταφῆς αὐτοὺς οὐκ ἠξίωσαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Αἷμα αὐτῶν τὰ ψυχικὰ πλημμελήματα, ὧν εἰς αἷμα ἡ ἐκδίκησις γίνεται· ταῦτα ὡς ὕδωρ ἐξεχύθη, ὥστε μηκέτι ἀναληφθῆναι, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ὕδωρ μετὰ τὴν ἔκχυσιν δύναται. Κύκλῳ Ἱερουσαλήμ· τουτέστιν, ἐπ' αὐτήν, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς. Τὸ γὰρ αἷμα αὐτῶν ἐπ' αὐτούς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ τὸν Χριστὸν συκοφαντοῦντες ἔλεγον. Καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων. Διὰ τί; ἐπειδὴ αὐτοὶ μέν, ὡς νεκροί, θάπτειν ἀλλήλους οὐκ ἴσχυον· ἡ ἐκκλησία δὲ θάπτειν αὐτοὺς οὐκ ἐπίσταται, τουτέστιν, οὐ συσκιάζει αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα. Τί δὲ τὸ κωλῦον; ἡ τοῦ Χριστοῦ ἀπόφασις ἡ λέγουσα· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἁμαρτωλοὺς συσκιάζειν πειρώμενοι, γυμνοτέρας ἑαυτῶν τὰς πράξεις, καὶ πᾶσιν ἐπονειδίστους ἐργάζονται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ μακρὰν οὐδὲ πόρρω τῆς Ἱερουσαλήμ, ἀλλὰ κύκλῳ αὐτῆς· αὕτη δέ ἐστιν ἡ τῆς εἰρήνης ὅρασις. Ἐπεὶ οὖν σκανδαλιζόμενος ἔξω γίνεται τῆς Ἱερουσαλήμ, ἤτοι τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος, περὶ αὐτὴν καὶ κύκλῳ αὐτῆς ἐκχεῖται τὸ προειρημένον αἷμα. Καὶ οὐκ ἦν ὁ θάπτων, οὐδὲ ὁ ταφῆς ἀξιοῦσιν, διὰ τὸ ὑπεραίρειν αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα. Τοιαῦτα δὲ τὰ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας πταιόμενα. Ἐπεὶ οὖν συνθάπτεται Χριστῷ ὁ βαπτιζόμενος· δεύτερον δὲ οὐκ ἔστιν λουτρόν, εἰκότως οὐκ ἦν ὁ θάπτων τοὺς μετὰ τὸ λουτρὸν ἀσεβήσαντας.

δ´. ΕΓΕΝΗΘΗΜΕΝ ΟΝΕΙΔΟΣ ΤΟΙΣ ΓΕΙΤΟΣΙΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τότε μὲν ἡμᾶς οἱ ἀστυγείτονες ἐχλεύαζον, ἐπονειδίζοντες, ὡς οὐδὲν

bus ac bestijs terræ proijci. Annotauimus etiam in Psalmo quinquagesimo sexto, hunc loquendi modum apud beatum Dauidem frequenter reperiri. CATENA PATRVM.

3. EFFVDERVNT SANGVINEM EORVM.] THEODORI. Valdè significanter hoc expressit. Tanta enim erat cædes, vt sanguis instar aquæ per ciuitatem vacuam difflueret, mortuis ne quidem sepulturâ dignatis. Pulchrè autem subiunxit illud, *Non erat qui sepeliret*. Nam cùm tam impudenter, inquit, ipsos interfecissent, necdum saturati fuerunt, sed insuper etiam post tantam cædem, tantamque iram ac mortem interemptorum, adhuc in defunctos furorem exercentes, minimè dignati sunt ipsos sepulturâ.

HESYCHII. Sanguis eorum sunt animæ delicta, quorum in sanguine fit vltio: hæc tamquam aqua effusa sunt, vt resumi ampliùs non possint, sicut nec aqua post effusionem. *In circuitu Hierusalem*; id est, super ipsam, & eos qui ex ea sunt. Sanguis enim illorum super ipsos, & super filios ipsorum, sicut ipsi Christo maledicentes dicebant. *Et non erat qui sepeliret*. Quî sic? Quia nimirum ipsi, vtpote mortui, se mutuo sepelire minimè valebant. Ecclesia autem nescit ipsos sepelire, id est, eorum peccata contegere. Quid porrò prohibet? Christi nimirum sententia dicentis: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. Quid ita? Quia qui peccatores protegere conantur, ipsorum actiones magis denudant, & omnibus abominabiles reddunt.

Sanguis mystica peccata.

Matth. 27. 25.

Matth. 8. 22.

DIDYMI. Non longè neque procul à Hierusalem, sed in circuitu eius: hæc autem est pacis visio. Cùm igitur is qui scandalizatur fiat extra Hierusalem, nempe à doctrinarum rectitudine aberrans, circa ipsam & in circuitu eius prædictus sanguis effunditur. *Et non erat qui sepeliret*, neque qui sepulturâ dignaretur, eò quòd peccata eius eminerent. Isthusmodi autem sunt delicta, quæ post agnitionem veritatis committuntur. Cùm igitur is qui baptizatur, Christo consepeliatur; alterum autem lauacrum non sit, meritò non erat qui sepeliret eos, qui post lauacrum impiè se gesserant.

4. FACTI SVMVS OPPROBRIVM VICINIS.] THEODORI. Tunc igitur finitimi nos subsannabant, exprobrantes nobis, quòd nullum

Maccabæi à finitimis exprobrationes sustinebant.

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

lum ex cultu tuo commodum tulissemus. Frequenter autem in Psalmis Macchabæorum mentio fit finitimorum, exprobrantium videlicet, quoniam multa bella ab ipsis sustinuerunt.

DIDYMI. Hæc æquitatis ratio in medium allata, quæ accepta esset Deo. Etsi enim, inquiunt, nos digni simus ijs quæ perpessi sumus, attamen nomen tuum nobiscum simul probris afficitur, sicut etiam per Isaiam ipsemet Deus ait: Propter vos omnes nomen meum blasphematur in Gentibus. Vicinos autem eorum vocat Iudæos, Ammanitas, Moabitas, & alias finitimas Gentes, quas ipsis contrarias & inimicas appellat.

ANONYMI. In circuitu autem nostro sunt Græcorum sapientes, explodentes ac subsannantes nos, tamquam qui sine indagatione ac stultè credamus.

6. EFFVNDE IRAM TVAM IN GENTES.] DIDYMI. Abundè satis, inquit, Iudæos castigasti, tandem aliquando iram tuam in Gentes impias transfer, & in Regnum à cultu tuo alienum.

APOLINARII. Quoniam, inquit, ferarum instar Gentem piam deuastarunt, & locum sacrum desolarunt. *Locum* verò *eius* Aquila quidem *Speciosum eius*, Symmachus verò *pulchritudinem*, Theodotion *decorem eius*, interpretati sunt: per quæ diuina domus magis declarata fuit. Pulchrè autem populum Iacob appellauit, Patriarchæ sui recordatione Deum ad misericordiam excitans.

Postulat vt antiqua delicta obliuioni tradantur.

8. NE MEMINERIS INIQVITATVM NOSTRARVM ANTIQVARVM.] THEODORI. Iampridem, inquit, & inde ab initio plurima à nobis in te delicta & perfidè acta sunt, sed memoriam eorum omnium modò ne refrices: respectu enim illorum etiam valdè exigua sunt quæ passi sumus.

HESYCHII. Vnde enim ad antiqua & noua mala sufficere poterimus? Fortassis verò Propheta veteres iniquitates vocat illas quæ in deserto contigerunt, quoniam plurimas ipsis Deus easque varias minas intentauit; quare iam earum piè recolit memoriam.

THEODORI. Quin celerem potiùs exhibe benignitatem tuam, & anticipa nos in magna egestate constitutos, & ad paucos redactos, & tantum non totalis interitus peri-

ὄφελος [illegible] Πολλαχοῦ δὲ ἐν τοῖς ψαλμοῖς τῶν Μακκαβαίων μέμνηται τῶν γειτόνων, ὡς ὀνειδιζόντων, ἐπειδὴ πολλοὺς παρ' αὐτῶν ὑπέμειναν πολέμους.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ταῦτα δικαιολογίας ἐστὶν ἀποδεκτῆς παρὰ θεῷ. εἰ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἄξιοι, φησὶν, ὧν πεπόνθαμεν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸ σὸν ἡμῖν συνονειδίζεται, ὥσπερ καὶ αὐτὸς ὁ θεὸς διὰ τοῦ Ἡσαΐου λέγει· δι' ὑμᾶς πάντοτε τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. γείτονας δὲ αὐτῶν, καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς Ἀμμανίτας, τοὺς Μωαβίτας, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη τὰ ὅμορα, ἅπερ αὐτοῖς ἀντίπαλα καὶ πολέμια καλεῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κύκλῳ δὲ ἡμῶν [illegible] Ἑλλήνων οἱ σοφοὶ, ἐκμυκτηρίζοντες καὶ χλευάζοντες ἡμᾶς, ὡς ἀνεξετάστως καὶ μωρῶς πιστεύοντας.

6. ΕΚΧΕΟΝ ΤΗΝ ΟΡΓΗΝ ΣΟΥ ΕΠΙ ΤΑ ΕΘΝΗ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Πεπαίδευκας [illegible] τοὺς Ἰουδαίους ἱκανῶς, ἤδη ποτὲ μετάθες τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ ἀσεβῆ [illegible] βασιλείας ἀλλοτρίας τῆς σῆς [illegible]

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ὅτι θηρίων δίκην, ἐλυμήναντο ἔθνος θεοσεβὲς, [illegible] ἠρήμωσαν τόπον ἱερόν. τὸν δὲ τόπον αὐτοῦ Ἀκύλας μὲν εὐπρέπειαν αὐτοῦ, Σύμμαχος δὲ [illegible] Θεοδοτίων δὲ εὐπρέπειαν αὐτοῦ, [illegible] ὁ θεῖος οἶκος δεδήλωται [illegible] λαὸν δὲ τὸν λαὸν Ἰακὼβ [illegible] τοῦ πατριάρχου μνήμῃ τὸν θεὸν εἰς ἔλεον [illegible]

8. ΜΗ ΜΝΗΣΘΗΣ ΗΜΩΝ ΑΝΟΜΙΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἄνωθεν, φησὶ, καὶ ἐξ ἀρχῆς πολλὰ παρ' ἡμῶν ἐπλημμελήθη καὶ ἐπαρανομήθη εἰς σέ· [illegible] πάντων ἐκείνων μὴ λάβῃς μνήμην. [illegible] σύγκρισιν ἐκείνων καὶ μικρὰ ἅπερ πεπόνθαμεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πόθεν γὰρ ἀρχαίοις τε καὶ νέοις κακοῖς [illegible] ὁ προφήτης ἀνομίας ἀρχαίας [illegible] τὰς ἐν τῇ ἐρήμῳ λέγει, ἐπειδὴ πολλὰς [illegible] ἀπειλὰς καὶ διαφόρους [illegible] ὁ θεὸς [illegible] ἀναμιμνήσκεται [illegible]

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὀξεῖαν δὲ μᾶλλον [illegible] τὴν φιλανθρωπίαν, [illegible] ἐν πολλῇ [illegible] καὶ εἰς ὀλίγους [illegible] μόνον οὐ παντελῶς [illegible]

θυμώδεις, ἀγαθοὶ δὲ τὸ προσκαταβαίνουσιν, ὡς ἐγγὺς ὄντας τῆς παντελοῦς ἀπωλείας, καὶ οὐδὲ δυναμένους λοιπὸν ἀναλαβέσθαι κατ' αὐτούς, εἰ μὴ νῦν ἀναβολὴν λάβωσι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲν οὕτω πτωχὸν τὸν ἄνθρωπον ὡς αἱ ἁμαρτίαι δείκνυσι· πτωχότερος δὲ προστεθείσης ἀσεβείας τῇ ἁμαρτίᾳ γίνεται. διόπερ αὐτοὺς ταχυνθῆναι τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ ἱκετεύουσι, μήπως τῇ σφοδροτέρᾳ πτωχείᾳ ἀπογνωσθέντες ἀπόλωνται· οὕτως οὖν χάρισαι τὴν σὴν βοήθειαν.

θ'. ΒΟΗΘΗΣΟΝ ΗΜΙΝ Ο ΘΕΟΣ Ο ΣΩΤΗΡ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ταῦτα πρὸς τὸν Χριστὸν προσεύχεται· αὐτὸς γὰρ οὐ μόνον Θεός, ἀλλὰ καὶ σωτὴρ ἀντίκρυς ὀνομάζεται· αὐτὸς καὶ δόξα τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ τοῦ Πατρός· ὅθεν αὐτὸν καὶ ὁ Παῦλος ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Πατρὸς προσηγόρευσε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Καὶ εἰ μὴ δι' ἡμᾶς (οὐκ ἄξιοι γὰρ) ἀλλὰ γοῦν σ' αὐτὸν ἀπάλλαξον, καὶ ὅτι πάντες ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαυμάζοντες, μετὰ πολλῆς σου τῆς δόξης μνημονεύσωσι καὶ ὑπὲρ τοῦ σε παρὰ πᾶσιν ὀνομαζόμενον θαυμαζόμενον, μᾶλλον ἑλοῦ παριδεῖν ἡμῶν τὰ πταίσματα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τίνος χάριν; διὰ τὸ ὄνομα, φησί, τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ Χριστοῦ, ὃς διὰ τοῦτο ἱλαστήριον κέκληται· οὗτος ταῖς τῶν Ἰουδαίων ἁμαρτίαις ἱλασμὸν ἐποιήσατο, ἡνίκα σταυρούμενος πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγε· Πάτερ ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Διὰ πολλῶν δὲ ἔδειξεν ὅτι δικαίως τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας τυχεῖν ὀφείλουσι. πρῶτον, ὅτι ἡ αὐτοῦ κτῆσις παρὰ τῶν ἐχθρῶν κατέχεται· εἶτα, ὅτι ὁ ναὸς μεμόλυνται· πρὸς τούτοις, ὅτι πολὺς φόνος αὐτῶν ἐγένετο· ὅτι ὀνειδίζουσιν οἱ ἐχθροί· ὅτι δικαιότερον ἂν εἴη οἱ ἐχθροὶ τιμωρηθῆναι, μάλιστα οἱ γνωρίζοντες τὸν Θεόν. ὅτι καὶ πρὸς δόξαν αὐτοῦ συμβάλλεται τὸ πρᾶγμα· ὅτι εἰ μὴ βοηθήσειε, πολλὴ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπακολουθήσει ἡ χλεύη.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος χάριν γνωσθῆναι γενέσθαι τὴν ἐκδίκησιν τοῖς ἔθνεσι βούλεται; ἐπειδὴ κατὰ δαιμόνων ἔμελλε, τῶν τὸ αἷμα (δηλαδὴ τὰς ψυχὰς) τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ (φησὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων) διὰ τῆς εἰδωλολατρείας λυμηναμένων γενέσθαι. Τίς δὲ ἦν ἐκδίκησις; ἡ τῶν εἰδώλων καταστροφὴ, ὁ τῶν διαβολικῶν ναῶν ἐμπρησμός.

culum subeuntes. Pulchrè autem illud *Anticipent*, ac si propinqui essent omnimodæ ruinæ, & non possent deinceps ad pristinum statum reuocari, nisi nunc inducias acceperint. CATTENA PATRVM.

HESYCHII. Nihil hominem adeò pauperem declarat atque peccata: porrò pauperior fit, cùm ad peccatum impietas adiungitur. Quapropter rogarunt, vt miserationes Dei ipsis accelerarentur, ne præ nimia egestate desperantes pereant: sic igitur præbe auxilium tuum. *Peccata depauperant hominem.*

9. ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS.] HESYCHII. Hæc ad Christum orat: ipse enim non solùm Deus, verùm etiam Saluator per excellentiam nominatur: ipse etiam gloria nominis Dei, scilicet Patris: vnde etiam Paulus ipsum splendorem gloriæ Patris nuncupauit. *Christus gloria Patris.* Heb. 1, 3.

THEODORI. Etsi igitur non propter nos (non enim digni sumus) attamen propter temetipsum libera nos, vt etiam omnes miraculum admirantes, cum magna tua gloria illius faciant mentionem: & vt apud omnes nomen tuum admirabile prædicetur, elige potiùs dissimulare delicta nostra.

HESYCHII. Et cuius gratia? propter nomen, inquit, Dei, scilicet Christi, qui idcircò propitiatio vocatur: hic peccatis Iudæorum propitiationem elargitus est, quando cruci affixus ad Patrem dixit: *Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt.* *Christus propitiatio pro peccatis.* Luc. 23, 34.

THEODORI. Multis autem ostendit, quòd meritò auxilium eius consequi debeant: primùm, quia possessio eius ab inimicis tenetur: deinde, quia templum polluerunt: præterea, quia multa cædes eorum extitit: quia inimici improperant: quia magis æquum si inimici puniantur, præsertim qui Deum non cognouerunt. Quia etiam hæc res ad gloriam eius conducit: quòd si non fuerit opitulatus, magna ab hostibus irrisio secutura sit. *Quibus argumentis postulent liberari.*

HESYCHII. Quam ob causam vult notam fieri Gentibus vltionem? Quia contra dæmones futura erat, qui sanguinem (scilicet animas) seruorum Dei (dicit autem Iudæorum) per idololatriam corruperant. Quænam autem erat ista vltio? vtique idolorum euersio, diabolicorum templorum succensio. *Petit vt idololatria subuertatur.*

APO-

CATENA PATRVM.

Apolinarii. Vt respicias te obsecro in eos qui quidem superstites adhuc sunt, sed in vincula coniecti, mortemque expectant; & ne vsque ad extremam internecionem genus nostrum condemnare velis, sed filios interfectorum custodias, & nouam congregationem ex ijs constituas.

12. Redde vicinis nostris septvplvm.] Hesychii. Non iam vicinos homines appellauit: neque enim ipsis septuplum retribui postulasset, cùm sciret hæc iudicem non admissurum. Vel quomodo ad ipsum psallisset; *Quia tu reddes vnicuique secundùm opera sua.* Vtique ergo de dæmonibus dicit: Hi enim septuplum meritò recipiunt, vtpote cùm nobis naturâ præstantiores existentes, è cælo deturbati sint, & ne sic quidem meliores effecti: siquidem terram machinationibus suis perturbant, & ne soli peccent, nos quoque ad peccandum inducunt, atque insuper Deum, dum imago eius corruit, quodammodò lacessunt.

Psal. 61, 13. Dæmonibus septuplum vltionem imprecatur.

Eivsdem. Vniuersam dicit humanitatem. Nos enim supernè deiectis dæmonibus opponens, populum Dei & ouem pascuæ eius hominem appellat. Et cur pascuæ eius oues? quia nimirum nos fideles ipso pascimur, dum Sacramenta sumimus.

Theodori. Nos autem, inquit, qui populus tuus & ouile tuum nominamur, tuis pascuis pasti, de quibus dicitur, *Et ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.* Confitebimur tibi per vitam. Sæculum enim vel præsentem vitam, vel more solito, simul cum ea futuram etiam designat. Generatio autem & generatio, vel plures hominum successores significat, vel magis mysticè, præsentem rursus ac futuram vitam, vel generationem de circumcisione & ex Gentibus.

Ioan. 10, 9.

Didymi. Magis mysticè autem dices in præsenti & in futura vita, vt vtrique generationi tam ex circumcisione quàm Gentium vocatione conueniat, vt & ipsæ discant laudare Deum.

Ἀπολιναρίου. Ἐπιδεῖν ἱκετεύω σε καὶ εἰς τοὺς περιόντας μέν, δεσμοῖς δὲ περιπεσόντας, καὶ προσδοκῶντας τὸν θάνατον· καὶ μὴ παντελῶς [illegible] ψηφίσασθαι [illegible] τὸ ἡμέτερον γένος, ἀλλὰ τοὺς παῖδας φυλάξαι τῶν ἀνῃρημένων, καὶ καινὴν ἐκ αὐτῶν [illegible] καταστῆσαι.

ιβ´. Ἀπόδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν ἑπταπλασίονα.] Ἡσυχίου. Οὐδὲ νῦν γείτονας [illegible] ἀνθρώπους προσηγόρευσεν· οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἑπταπλασίονα γενέσθαι ἐπεζήτει, εἰδὼς [illegible] τὸν κριτὴν ἐκ ἀνεξόμενον. ἢ πῶς [illegible] αὐτὸν ἔψαλλεν· ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ [illegible] τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἄρα τοίνυν περὶ δαιμόνων λέγει· οὗτοι γὰρ ἑπταπλασίονα δικαίως ἀπολαμβάνουσιν, ὡς κρείττονος μὲν ἢ ἡμᾶς [illegible] ἄρχοντας φύσεως, ῥιφέντες [illegible] καὶ μηδὲ οὕτως γεγονότες [illegible] ἀλλὰ τὴν γῆν μὲν ταῖς ἐπιβουλαῖς [illegible] καὶ [illegible] Μὴ μόνοι δὲ ἁμαρτάνοντες, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς ἁμαρτάνειν ἐνάγοντες, [illegible] τὸν θεὸν, εἰς τὰς αὐτοῦ [illegible] εἰκόνας, ὑβρίζοντες.

Τοῦ αὐτοῦ. Πᾶσαν λέγει [illegible] ἀνθρωπότητα. ἀντιτάττων γὰρ ἡμᾶς [illegible] τοὺς [illegible] καταβληθέντας δαίμονας, [illegible] ἄνθρωπον [illegible] νομῆς αὐτοῦ [illegible] νομῆς αὐτοῦ [illegible] ἐπειδὴ αὐτὸν οἱ πιστοὶ τῇ μεταλήψει τῶν [illegible] νεμόμεθα.

Θεοδώρου. Ἡμεῖς δὲ, φησίν, οἱ λαός σου καὶ ποίμνιον ὀνομαζόμενοι [illegible] νεμόμενοι νομαῖς· περὶ ἧς εἴρηται, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει. Ἐξομολογησόμεθά σοι διὰ βίου. ὁ γὰρ αἰὼν ἢ τὸν παρόντα βίον, ἢ συνήθως, μετ' αὐτοῦ δηλοῖ καὶ τὸν μέλλοντα. Γενεὰ δὲ καὶ γενεά, ἢ διαδοχὰς ἀνθρώπων σημαίνει πλείονας, ἢ μυστικώτερον, τὸν παρόντα [illegible] καὶ μέλλοντα βίον, ἢ τὴν ἐκ περιτομῆς γενεὰν καὶ τὴν ἐθνικήν.

Διδύμου. Μυστικώτερον δὲ ἐρεῖς ἐν τῷ παρόντι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ, ἵνα ἀμφοτέραις ταῖς γενεαῖς [illegible] ἐκ περιτομῆς καὶ τῇ κλήσει τῶν ἐθνῶν, ὅπως καὶ αὐταὶ μάθωσι θεὸν αἰνεῖν.

ANNO.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

DEFLET in Psalmo populi, templi & ciuitatis ruinam; oratque Deum, vt iram à suo populo in hostes auertat, si non vllo suo merito, saltem ne nomen eius blasphemetur.

1. *Deus venerunt Gentes.*] Hebraicè גוים *goim*, Græcè ἔθνη: quæ voces sumuntur propriè hoc loco, vt à Iudæis distinguantur, cùm alias comprehendant quoque Iudæos. Abruptum autem Psalmi principium pertinet ad πάθος. q. d. (vt Rabbi Kimchi notat:) Quomodo tu, cùm sis Deus, & quidem Iudex, quod vox *Elohim* importat, quomodo pateris, vt alienigenæ irruant in hereditatem tuam?

IBIDEM. *Polluerunt templum sanctum tuum.*] Hoc ad litteram in Commentario & Catena de templo quidem Hierosolymitano ab Antiochi exercitu polluto & Ioui consecrato exponitur; sed optimè etiam quadrat in nostri temporis hæreticos iconoclastas, & templorum ac religionis euersores, qui sacra quælibet polluunt atque contemerant: nihil sanctum apud illos, nihil magnis religionibus consecratum, nil mouendæ pietati illustre, parietes, vestes, animus, profana omnia. Itaque Epiphanius conuenticula hæreticorum non Ecclesias vocandas, sed σπηλαίους καὶ σπήλυγγας, *latibula & cauernas*, ait: quem opinor imitatus S. Hieronymus in Psal. 7. *Omnia*, inquit, *conciliabula hæreticorum sinus diaboli sunt.* Ita credo eruditissimi illi Patres nominauere, quòd nihil apud Nouatores sit splendore pietatis illuminatum, tenebricosa modò religio, caliginosi ritus & profani, cauernis dignissimi. Non igitur habent hæretici templa, non domicilia sanctitatis; neque Deus è Prophetæ vaticinio lætificat eos in domo orationis suæ, cuius Numen impio ritu profanaque religione polluunt.

Hæretici templa polluunt & profanant.

Isai. 56,7.

IBIDEM. *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.*] S. Hieronymus, *in aceruos lapidum*; testaturque in Epistola ad Suniam, Aquilam vertisse λιθίους (quod benè obseruat Lorinus noster in Notationibus ad Sixtina Biblia corruptè legi λιθίους) *aceruum & cumulum lapidum*, quibus vineæ & agri purgari solent; vocem autem ὀπωροφυλάκιον, quâ vtuntur Septuaginta, non posse aliter verti quàm *pomorum custodiam* (quamuis alibi sit interpretatus *pomarij custodiam*) esseque speculam, quam custodes satorum & pomorum habere consueuerunt; & significari de amplissima vrbe vix tuguriolum remansisse. Agellius Aquilæ tribuit λιθολόγημα, *lapidum collectorum* congeriem; sed Lorinus noster ait se apud alios auctores nullibi reperisse λιθίους aut λιθολόγημα, sed tantùm λιθολόγημα: & hoc pro *strue ex lectis lapidibus* vel pro *ædificio ipso ex illis constructo*.

2. *Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli.*] S. Hieronymus, *Dederunt cadauera seruorum tuorum escam auibus cæli*: in alijs Latinis Psalterijs, & apud Cassiodorum & Arnobium, habetur, *morticina seruorum tuorum*: Græcè est τὰ θνησιμαῖα: quod exponit Apolinaris hoc loco πτῶμα, vel ἐπιβολαίας, Euthymius ac Nicephorus τὰ πτώματα τῶν σωμάτων, *mortina corporum*: Augustinus certè *morticina* dici meliùs monet quàm *mortalia*, quia illud non nisi mortuorum, hoc etiam viuorum corporum nomen est. Mysticè morticina carnesque volatilibus cæli & bestijs terræ dantur, quando exponimur potestati dæmonum, vel superborum hominum ac detractorum, vt Hugo, Ayguanus & ex ijs Lorinus noster docent.

8. *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.*] S. Hieronymus, *Ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum*: quod idem est alijs verbis: Deum autem non meminisse iniquitatum nil aliud est, quàm illas non punire: alias enim in ipsum nulla cadit obliuio. Quod benè notans Gregorius lib. 32. Moralium cap. 5. ait: *Quis nesciat, quia Dei memoria nec obliuione rumpitur, nec recordatione sarcitur? sed cum aliqua deserens prætermittit, more mentium obliuisci dicitur; & cum post longum tempus quæ voluerit visitat, nostra mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur: quo enim pacto diminutatis eius vim obliuio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter concordat?* &c. Orat igitur Psalmista, vt Deus peccatorum populi non recordetur, id est, vt parcendo illa dimittat. q. d. Hæc mala nobis inferunt inimici; sed scio te nos flagellare pro peccatis nostris, ideò dimitte peccata, & cessabunt flagella. Ita Ayguanus Et ibidem:

Quomodo Deus obliuisci dicatur.

IBIDEM. *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ.*] Id est, Misericordia tua præueniat iudicium; quia nisi indulgentia præueniat in iudicio, non absoluetur reus. Notandum hic, quòd in omni bona nostra actione misericordia Dei nos præueniat & anticipet, & numquam nos Deum præueniamus; vti pulchrè docet S. Gregorius lib. 33. Moralium cap. 25. dicens: *Nemo quippe, vt diuina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo: nam si nos Deum benè operando præuenimus, vbi est quod Propheta ait, Misericordia eius præueniet me?* & postquam hoc pluribus Scripturæ auctoritatibus probauit, ita concludit: *Nemo ergo Deum meritis præuenit, vt tenere eum quasi debitorem possit: sed miro modo æquus omnibus conditor & quosdam prælegit, & quosdam in suis prauis moribus iustè derelinquit; nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit; nec rursum reprobis iustitiam sine misericordia exercet: quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque in perpetuum damnat,* &c. Hoc ergo considerans Psalmista pro liberatione populi, non sua allegat merita, sed præuenientem Dei postulat misericordiam dicens: *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ,* &c. Vox metuentis illa est, intuentis vim & magnitudinem periculi sui agnoscentis. Stylo pulcherrimo opponit iniquitates & aduersariorum impotentem furorem misericordiæ. Nos circumdant peccatorum labes, in foribus scelus, hæret et prope dicam in cetuicibus, & imminet in iugulum dæmon, circumclamant nos, & fugientem insequuntur, allatura certam perniciem: Cito anticipa Deus, & eccarie. Agellius pulchrè rem illustrauit: Græca enim dictio προφθασάτωσαν, quod *anticipare* vertit noster

Misericordia Dei omnem nostram actionem bonam præuenit.

Psal. 58.

Quid sit propriè anticipare.

noster Interpres, est occurrere alicui, seu curren-do celerrimè consequi aliquem, priusquam ille quidpiam faciat aut patiatur. Videt quis te-nentem gladium furiosum & desperatum, sibi-que manus violentas adferre cupientem, aut cum dracone pugnantem; accurrit, celeriter occupat, & anteuertit certum exitium funestamque ho-minis calamitatem: hoc est propriè *cito antici-pare* in sensu Regij Vatis: qui personam eorum induens, quos multiplices vexationes circumam-biunt, quique ita periculis circumsidentur, vt tametsi fugientes comprehendendi iam iam vi-deantur; quemadmodum Propheta idem alibi aiebat: *Comprehenderunt me iniquitates meæ.* Orant igitur, vt miserationes Dei anticipent, & continuò è faucibus miseriarum eripiant. Hinc humanæ sunt miseriæ, inde cæli misericordiæ; vtræque velocissimæ sunt, inquiunt, celeriter oc-cupent misericordiæ tuæ, & obsta, ne impia vlla fraus cladesque sequatur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Psal. 39. 13.

11. *Intret in conspectu tuo gemitus compedi-torum.*] Vbi expende illud *intret*: quippe ille potest intrare cuius pedes soluti sunt; at qui com-peditus est qualiter poterit intrare? aut qui sunt compedes isti, qui, quos premunt pedes, per-mittunt in gemitu ad Deum intrare? D. Augu-stinus ad hunc locum, *Possumt*, inquit, *intelligi compediti, qui præceptis sapientiæ colligati sunt.* Vbi vinculum virtutis habes, expeditissimus ad Deum euolabis. Et ex hoc do lucem somnio Es-dræ 4. cap. 3. *Post hæc*, inquit, *vidi ipsum ho-minem descendentem de monte, & vocantem ad se similis multitudinem aliam pacificam; & accedebant ad eum vultus hominum multorum, quorumdam gaudentium, quorumdam tristantium; aliqui ve-ro alligati*, &c. Ecce tibi vocanti filio hominis occurrunt viri alligati, non dubito quin illigati virtutis vinculis: quæ sola securum hominem reddunt & expeditum, vt ad Deum vadat. Quò respiciebat pulchro exemplo D. Hieronymus Epist. 49. ad Ruffinum dicens: *Delectatus est Vlysses symphoniâ Sirenum; sed quia Sirenum voces & Circes pocula cognouit, virtutis vinculis sibi vim fecit, ut vitaret voraginem: ego autem in Dominio sperans, adiecio quod Vlyssis imitator ero.* Ecce tibi Vlysses expeditionem suam à vir-tutis vinculis commendat. Imò D. Hieronymus de Vlyssis exemplo docet, quàm expeditè viam nostram ad patriam inter Sirenarum voces & le-nocinia voluptatum conficere potest, quisquis sibi virtutis vinculis vim facit. Non premunt, non implicant nos virtutum vincula, imò & fortiores & lætiores reddunt. Nullus est labor, nulla ser-uitus, vbi sunt virtutum vincula, vbi charitatis in Deum laqueis constringimur, à quibus id potiùs emolumenti accipimus, quò securiùs & expedi-tiùs ad Dei Regna euolamus; vt meritò clamet Zacharias, *Conuertimini ad munitionem vincti spei.* Vanè enim vocasset vinctos, nisi sciret vir-tutum vincula calcaria esse, imò alas, quibus curras & euoles in via. Quò respiciebat Domi-nus apud Oseam: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*: sciebat quippe vinculo-rum suorum virtutem, quâ super pennas vento-rum euolamus.

Virtutis vinculum reddit hominem securum & expeditum.

Zach. 9.

Oseæ 11.

IBIDEM. *Posside filios mortificatorum.*] Sic Vulgata etiam habet; Romanum *morte puni-torum*: cuius mentionem fecit S. Augustinus; sed ipse habebat, *Recipe in adoptionem filios mor-tificatorum*: à Vetere Psalterio abest illud *in adop-tionem*; sed potuit esse error librarij: nam rarò vetus à S. Augustino discrepat: Græcè est, [illegible] τῶν τεθανατωμένων: vbi potiùs illud *perserua* aptè etiam ad sententiam verti [illegible] bi [illegible] *incolumes velis*. Expende vim verbi *acquire, posside*; quasi nihil aliud quod agat Deus, nisi vt sibi acquirat & possideat filios, qui parentum mortis conspectu [illegible] sunt. q. d. Alios quidem adiuua, conforta, firma, libera, illos autem *posside* tanquam [illegible] qui à sepulchris parentum prodierunt [illegible] multum abest S. Augustini acumen dicentis: *Fi-lios mortificatorum dicit, quia non so*[illegible] *pro* [illegible] *præcedentium passionibus* [illegible] Non [illegible] *nomine passos esse nouerat* [illegible] sed potiùs mortis conspectus talis, vt à Deo separet [illegible] enim vt iungat nos & alliget Deo [illegible] benè meditatio fidelissimus dux est vitæ [illegible] Mortis Epiphania, docet Eusebius Gallicanus Homilia [illegible] *quando* [illegible] dicens: *Per salutiferas gradu*[illegible] *cogitatio* [illegible] *anima damnatis voluptatibus* [illegible] *corpore quando depositura sit tabernaculum* [illegible] rectè. Aliter etiam per *filios mortificatorum* [illegible] lem intellexeris filios Apostolorum in mortem destinatos, quos in suum peculium vendicabit Deus: & vicinis nostris commoratio-ne natura, sed animo hostibus, reddet septu-plum quod meruerunt; & in pœnam opprobrij in Deum iactati, æternam damnationem retri-buet. Nos autem, inquit, populus tuus, & oues pascuæ tuæ, nostræ mortis commemo-ratione confitebimur tibi atque laudabimus per sequentia sæcula, & ex vna generatione in aliam annuntiabimus laudem tuam.

IN PSALMVM LXXIX. ARGVMENTVM.

1. In finem, pro ijs qui * immu-tabuntur, testimonium Asaph, Psalmus * pro Assyrio.

* Vulgata commutabuntur

* Vulgata omisit.

α'. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, μαρτύριον τῷ Ἀσάφ, ψαλμὸς ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου.

Præsens Psalmus quarumdam rerum vi-cissitudinem prædicit; siquidem mutatio hoc testificatur: quare etiam inscribitur, Pro ijs qui immutabuntur. *Prædicit autem Iu-dæorum seruitutem, quam in Babylonia ser-*

Μεταβολὴν τινῶν πραγμάτων προλέγει ὁ ψαλμός· τοῦτο γὰρ μαρτύρεται ἡ ἀλλοίωσις, διὸ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ἐπιγέγραπται. Προθεσπίζει δὲ Ἰουδαίων τὸν ἀνδραποδισμόν, τὴν ἐν Βαβυλῶνι δουλείαν.

Ex-

Ἐσχημάτισαι δὲ εἰς εὐχήν, διδασκούσης ἡμᾶς οἷς ῥήμασι δυσωπεῖν χρὴ τὸν Θεόν, καὶ πρὸς ἔλεον ἐφέλκεσθαι. Προλέγει δὲ καὶ τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν. Τινὲς δὲ καὶ τοῦτον εἰς τοὺς Μακκαβαίους ἀναφέρουσι, δεομένων ἀπαλλαγῆναι τῶν κατεχόντων συμφορῶν.

uierunt. Cæterùm formatur in modum deprecationis, quò docemur quibus verbis Deum placare oporteat, & ad misericordiam excitare. Vaticinatur autem etiam salutem per Christum futuram. Nonnulli verò etiam ad Macchabæos hunc referunt, rogantes à calamitatibus, in quibus detinebantur, liberari. PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β΄. ΠΟΙΜΑΙΝΩΝ τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον Ἰωσήφ.

Ὁ ἀεὶ προεστὼς ἡμῶν καὶ προνοητὴς φανείς, καὶ δίκην ποιμένος καλοῦ ἐπιμεληθεὶς ἡμῶν, πρόσχες ἡμῖν καὶ νῦν.

Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, ἐμφάνηθι

γ΄. Ἐναντίον Ἐφραΐμ, καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ.

Ὁ ἐπὶ Χερουβίμ, τουτέστιν ἐπὶ πάντων ὢν τῶν δυνατῶν, καὶ πάσας ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν εἴτε ἀοράτους δυνάμεις εἴτε ὁρατάς, δεῖξον, φησί, σεαυτὸν διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς βοηθείας.

Ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ, εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς.

Καλῶς τὸ ἐξέγειρον, ὡς νῦν ἡσυχάζοντος, καὶ οὐ κεχρημένου τῇ δυνάμει· κίνησον αὐτήν, φησί, καὶ παραγενοῦ πρὸς ἡμᾶς, ἐπὶ τὸ σῶσαι ἡμᾶς.

δ΄. Ὁ Θεὸς ἐπίστρεψον ἡμᾶς· καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα.

Ἀντὶ τοῦ, μετάβαλε τὰς καθ' ἡμῶν συμφοράς, ταύτας εἰς εὐπραγίαν μεταποιήσας· καὶ μόνον φάνηθι, καὶ σεσώσμεθα· ἀρκεῖς γάρ, καὶ δείξας ἑαυτόν, τοὺς ἐναντίους καταπλῆξαι.

ε΄. Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ἕως πότε ὀργίζῃ ἐπὶ τὴν προσευχὴν τοῦ δούλου σου;

Ὦ δέσποτα, φησί, δυνατὲ, ἀρκῶν μὲν ἅπαντα ποιεῖν, ὑπερτιθέμενος δὲ, ὡς ἔοικεν ἀφ' ὧν πάσχομεν· μέχρι πότε τὰ τῆς καθ' ἡμῶν ὀργῆς ἐκτείνεις; καὶ δὴ ταῖς προσευχαῖς ἡμῶν πολλάκις προσνεύσας, ὥσπερ ἄρα παντελῶς ἀποστῆναι ἡμῶν. Τὸ δὲ τοῦ δούλου σου, τοῦ λαοῦ σου λέγει, ἑνικῇ φωνῇ τοὺς πάντας ἡμᾶς, ὡς δείξει τὰ ἑπόμενα.

2. Qvi * pascis Israël intende: qui deducis velut ouem Ioseph. ** Vulgata regis*

Qui semper nobis præesse ac prouidere visus es, atque instar boni pastoris nostri curam gerere, nunc etiam nobis intende. *Prouidentiam Dei sibi propitiam fieri rogat.*

Qui sedes super Cherubim, manifestare

3. Coram Ephraïm, * & Beniamin, & Manasse. ** Abest à Vulgata &*

Qui super Cherubim, id est, super omnes Potentes es, & omnes tam inuisibiles quàm visibiles virtutes sub te habes, ostende, inquit, temetipsum nobis auxilium suppeditando.

Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos.

Pulchrè illud *excita* ac si iam quiesceret, nec potentiâ suâ vteretur: Moueto, inquit, ipsam, & ad nos veni, ad saluandum nos.

4. Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Id est, Transfer hasce calamitates nostras, eas in prosperitatem conuertens; & tantùm appare, ac salui sumus: sufficis enim, etiam temetipsum dumtaxat ostendendo, aduersarios prosternere. *Præsentia Dei firmum præsidium.*

5. Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem serui tui?

O Domine, inquit, qui potens es, sufficis quidem omnibus faciendis, sed differs, vti patet ex ijs quæ patimur: vsquequò in nos iram extendis? cùm frequenter nostris precibus annueris, ne vtique iam penitus recedas à nobis. Illud autem *serui tui* dicit populi tui, singulari voce nos omnes significans, prout per sequentia ostendit.

 6. Ci-

PARAPHRASIS ANONYMI.

6. Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.

Cùm dixisset seruum, subiunxit nos, ostendens quòd seruum eius populum vocasset, id est ipsos. Tantis, inquit, nos malis circumdedisti, vt ne cibum quidem sine lacrymis capere possemus.

7. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.

Pulchrè illud *in contradictionem* Symmachus *ad prælium* dixit. Finitimi enim, inquit, omnes insurrexerunt in nos, ad resistendum cōmilitonibus nostris: & quod peius est, cùm superiores euaserint, ærumnas nostras irrident.

* Vulgata omisit.

8. * Domine Deus virtutum, conuerte nos: & ostende faciem tuam; & salui erimus.

DIAPSALMA.

Cùm talia, inquit, sint quæ patimur, tu qui solus potens es, res nostras immuta, & temetipsum exhibens, salutem præbe.

9. Vineam de Ægypto transtulisti; eiecisti Gentes, & plantasti eam.

Deus Israelitas instar vineæ excoluit.

Nos, inquit, sumus illi, quos instar vineæ in Ægypto commorantes excoluisti & transtulisti.

* Vulgata Dux itineris fuisti
* Abest à Vulgata &

10. * Viam fecisti in conspectu eius: * & plantasti radices eius, & impleuit terram.

Hic in narratione sua ostendit, quantam curam Deus gesserit de salute populi Iudæorum: præcedens enim eiecit à facie eorum Gentes, & interimens, inquit, eos qui tunc terram istam incolebant, nobis locum eorum distribuisti, tamquam plantatione quâdam habitationis stabilitatem promittens.

11. Operuit montes vmbra eius; & arbusta eius cedros Dei.

Et eo vsque, inquit, extensi sunt, & in altum profecerunt, vt in sublimioribus locis, in quibus cedri esse solent, domicilium collocarent.

ς΄. Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων· καὶ ποτιεῖς ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ.

Εἰπὼν δὲ δοῦλον, ἐπήγαγεν ἡμᾶς, δεικνὺς ὅτι δοῦλον αὐτοῦ τὸν λαὸν εἶπεν, τουτέστιν αὐτούς. Τοσούτοις ἡμᾶς, φησί, περιέβαλες κακοῖς, ὥστε μηδὲ τῆς τροφῆς ἄνευ δακρύων μεταλαβεῖν δυνηθῆναι.

ζ΄. Ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν· καὶ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐμυκτήρισαν ἡμᾶς.

Καλῶς τὸ εἰς ἀντιλογίαν Σύμμαχος εἰς μάχην εἴρηκεν. Οἱ γὰρ περιοικοῦντές, φησιν, ἐπανέστησαν ἡμῖν, εἰς ἀντίστασιν συμμάχων· καὶ τὸ χεῖρον, περιγενόμενοι γὰρ [illegible] χλευάζουσιν ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς.

η΄. Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐπίστρεψον ἡμᾶς· καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου· καὶ σωθησόμεθα.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τοιαῦτα ὄντων, φησί, ὧν πάσχομεν, σὺ ὁ μόνος δυνατὸς, μετάβαλε τὰ ἡμέτερα, καὶ δείξας σεαυτὸν, παράσχου τὴν σωτηρίαν.

θ΄. Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας· ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν.

Ἐκεῖνοι, φησιν, ἐσμὲν ἡμεῖς, οὓς δίκην ἀμπέλου ἐν τῇ Αἰγύπτῳ διάγοντας ἐξήσκησας καὶ μετήγαγες.

ι΄. Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς· καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς, καὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν.

Ἐν τούτοις πόσην ἐποιήσατο, τῆς θεοῦ τῆς σωτηρίας τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ τῇ διηγήσει δείκνυσι· προλαβόμενος γὰρ ἐξέβαλεν ἀπὸ προσώπου αὐτῶν τὰ ἔθνη, καὶ ἀνελὼν τοὺς κατοικοῦντας τότε ἐπὶ τῆς γῆς, ἡμῖν, φησιν, ἀπεκλήρωσας τὸν τόπον, ὥσπερ φυτείᾳ τινὶ τῆς οἰκήσεως τὸ βέβαιον ἐπαγγελλόμενος.

ια΄. Ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς· καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ θεοῦ.

Καὶ ἐξετάθησαν, φησι, μέχρι τοσούτου, καὶ εἰς ὕψος ἐπέδωκαν, ὡς μέχρι τῶν ὑψηλοτέρων τόπων, ἐν οἷς ταῖς κέδροις συμβαίνει εἶναι, τὴν κατοικίαν ποιήσασθαι.

ιβ΄. Ἐξέ-

ιβʹ. Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς ἕως θαλάσσης· καὶ ἕως ποταμῶν τὰς παραφυάδας αὐτῆς.

Ἐξεπετάσθησαν γὰρ καὶ μέχρι τῆς θαλάσσης καὶ μέχρι ποταμοῦ τοῦ Ἰορδάνου, φησίν. ἠβουλήθη γὰρ εἰπεῖν, ὅτι εἰς πλῆθος ἐπέδωκαν, καὶ κατέσχον πᾶσαν τὴν γῆν, τὰ ὄρη, τὰ παραθαλάσσια, τοὺς ποταμούς, ὥστε ἁπάντων ἔχειν τὴν ἀπόλαυσιν.

ιγʹ. Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς· καὶ τρυγῶσιν αὐτὴν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν;

Φραγμὸς ἦν αὐτοῖς ἡ τῶν ἀγγέλων φυλακὴ καὶ ὁ νόμος, ἅτινα ἀφείλετο ἀπ' αὐτῶν ὁ Θεός· δέδοται γὰρ εἰς βόσκημα τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, οἵτινες καὶ νέμονται αὐτῶν τὰς ψυχάς, τοῦ νοητοῦ καρπίας ἀπογυμνοῦντες.

ιδʹ. Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ· καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν.

Ἐπειδὴ ἄμπελον τὸν Ἰσραὴλ προσηγόρευσεν, εἰκότως ὗν ἄγριον ὠνόμασε τὸν τούτου πολέμιον· διαφερόντως γὰρ τόδε τὸ θηρίον ἀμπέλων ἐπιβουλεύει. Μονιὸν δὲ ἄγριον καλεῖ τὸν καθ' ἑαυτὸν διάγοντα σῦν, ὃς τῶν ἄλλων ἐστὶν ἀγριώτερος· ἅτε δὴ καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν ἀποστρεφόμενος.

ιεʹ. Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων ἐπίστρεψον δή· καὶ ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην.

Ὅταν ἐμνημόνευσε τῶν ἐπαγομένων κακῶν, ἀναγκαίως τῇ ἐπαγωγῇ ταύτῃ χρῆται· Οὐκοῦν, φησίν, ὁ δυνατός, μετάβαλε τὰ καθ' ἡμᾶς· καὶ σὺ ὢν ὁ τῆς ἀμπέλου ταύτης γεωργός, βλέπε αὐτῆς τὴν ἐρήμωσιν καὶ τὴν διαφθοράν.

ιϛʹ. Καὶ κατάρτισαι αὐτήν, ἣν ἐφύτευσεν ἡ δεξιά σου.

Καὶ τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πάλιν αὐτὴν σύσφιξον καὶ συνάγαγε καὶ συγκρότησον, ἐπειδὴ σὸν ἐστι γεώργιον. Εἶτα ἀπὸ τοῦ παραδείγματος ἐπὶ τὸ πρόσωπον μετέβη λέγων·

Καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.

12. Extendit palmites * eius vsque ad mare; & vsque ad flumen propagines eius. PARAPHRASIS ANONYMI. * Vulgata suos

Etenim, inquit, vsque ad mare extensi sunt & vsque ad fluuium Iordanis. Voluit enim dicere, quòd in multitudinem excreuerint, & omnem terram occupauerint, montes, maritima fluuiosque, ita vt omnibus fruantur.

13. Vt quid destruxisti maceriam eius: & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?

Seps ipsis erat Angelorum custodia & lex, quæ abstulit ab ipsis Deus: tradita est enim in deuorationem dæmonibus impuris, qui etiam animas ipsorum depascuntur, spiritali eas fructu spoliantes. Seps quid mystice.

14. * Deuastauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam. * Vulgata Exterminauit

Cùm Israël vineam appellasset, meritò aprum nominauit inimicum eius: singulariter enim illa bestia vineis insidiatur. Singularem verò feram appellat aprum seorsum commorantem, qui ceteris ferocior existit; quippe aliorum societatem auersatus. Aper vineæ inimicus.

15. Deus virtutum conuertere * vtique: & respice de cælo, & vide, & visita vineam istam. * Abest à Vulgata.

Quandoquidem mentionem fecerit malorum illatorum, necessariò vtitur hac illatione: Tu igitur, inquit, qui potens es, res nostras immuta; & cùm sis cultor vineæ huius, respice eius desolationem atque corruptionem. Rogat Deū, vt sterilitatem suam vineam eisolat.

16. Et perfice eam, quam plantauit dextera tua:

Et curâ tuâ rursus eam constringe ac collige atque coniunge, quia tua cultura est. Deinde ab exemplo ad personam ipsam transiuit dicens:

Et super filium hominis, quem confirmasti tibi.

In-

Intende, inquit, nobis, quos ipse condidisti, & miraculis proprijs sæpenumerò fortes declarasti.

PARAPHRASIS ANONYMI.

17. Incensa igni, & suffossa

Hoc connexionem habet cum illo *perfice eam*, id est, attende vineæ. Illud autem *super filium hominis* in medio interiacet.

Ab increpatione vultus tui peribunt.

Sed si solùm, inquit, increpaueris, omnes qui talia nobis machinantur peribunt.

18. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Id est, Adsit auxilium tuum nobis, qui tui fuimus, & magni semper à te habiti fuimus.

19. Et non discedimus à te, viuificabis nos: & nomen tuum inuocabimus.

Ita vt talis sit connexio: Fiat manus dexteræ tuæ super virum, & super filium hominis, quem confirmasti tibi; & non discedimus à te & à dextera misericordiæ tuæ. Cùm enim hæc consecuti fuerimus, non abstinebimus à cognitione tua, sed semper perseuerabimus, dexteram & benignitatem tuam quærentes: nam cùm è mortificatione ac periculis ad vitam & lucem à te translati fuerimus, meritò te Deum agnoscemus.

20. Domine Deus virtutum conuerte nos; & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Pulchrè id ipsum quoque Psalmi huius finem fecit Ipse, inquit, auxilio & apparitione tuâ saluos nos fac.

Πρόσχες, φησὶν, ἡμῖν, ὡς αὐτὸς συστήσας, καὶ ἰσχυροὺς τοῖς οἰκείοις πολλάκις ἀποφήνας θαύμασιν.

ιζ΄. Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ, καὶ ἀνεσκαμμένη.

Τοῦτο τὴν ἀκολουθίαν ἔχει πρὸς τὸ κατάρτισαι αὐτήν· τουτέστι, πρόσχες τῇ ἀμπέλῳ. τὸ δὲ ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐξ μέσου κεῖται.

Ἀπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου σου ἀπολοῦνται.

Ἀλλ' εἰ μόνον, φησὶν, ἐπιτιμήσῃς, ἅπαντες οἱ τοιαῦτα καθ' ἡμᾶς ἀρξάντες ἀπολοῦνται.

ιη΄. Γενηθήτω ἡ χείρ σου ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου· καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ.

Αὐτὸ τοῦ, αὕτη σου ἡ βοήθεια γενέσθω εἰς ἡμᾶς, τοὺς σοὺς, καὶ ὑπό σου δειχθέντας ἀεὶ μεγάλους.

ιθ΄. Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ, ζωώσεις ἡμᾶς· καὶ τὸ ὄνομά σου ἐπικαλεσόμεθα.

Ἵνα ᾖ ἡ ἀκολουθία· γενηθήτω ἡ χεὶρ τῆς δεξιᾶς σου ἐπὶ ἄνδρα, καὶ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ· καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σου καὶ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς τοῦ ἐλέους σου. Τυχόντες γὰρ τούτων, οὐκ ἀφεξόμεθά σου τῆς γνώσεως, ἀλλὰ μενοῦμεν ἀεὶ, τὴν δεξιάν σου τὴν γνῶσιν τε καὶ φιλανθρωπίαν ζητοῦντες. ἀπὸ γὰρ νεκρώσεως καὶ κινδύνων εἰς ζωὴν καὶ τὴν ἀπὸ σοῦ σωτηρίαν καταστάντες, εἰκότως σε θεὸν γνωρίσομεν.

κ΄. Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων ἐπίστρεψον ἡμᾶς· καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα.

Καλῶς τὸ αὐτὸ καὶ τέλος ἐποιήσατο τοῦ ψαλμοῦ. Αὐτὸς οὖν, φησι, τῇ σαυτοῦ βοηθείᾳ καὶ ἐπιφανείᾳ διάσωσον ἡμᾶς.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. QVI PASCIS ISRAEL INTENDE.] Admirabilem vim habet illud verbum *intende*. q. d. Absurditas eorum quæ nobis contigerunt non indiget sermone aut explicatione, sed aspectu solo: siquidem hic satis est, vt moueat te ad vlciscendos hostes ita nobis ingruentes. Idcircò

β΄. ΠΟΙΜΑΙΝΩΝ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ ΠΡΟΣΧΕΣ.] Θαυμασίαν ἔμφασιν ἔχει τὸ πρόσχες. οὐ δεῖται, φησι, λόγου ἡ ἀτοπία τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων καὶ διδασκαλίας, ἀλλ' ὄψεως μόνης· ἀρκεῖ γὰρ ἰδόντα κινηθῆναι πρὸς ἄμυναν τῶν οὕτως ἡμῖν ἐπικειμένων πολεμίων. Διὰ γὰρ τοῦτο

[illegible] ποιμένα αὐτὸν ὠνόμασε, τὸν δὲ [illegible] κέκληκεν, ἵνα καὶ τὸ σιωπώμενον λύκους [illegible] ἐπιόντας. Ποιμένα δὲ τὸν Θεὸν [illegible] τοῦ Ἰσραὴλ, διὰ τὸ ἄγαν αὐτοῦ κηδε[illegible] τὸν λαόν· μέλλων δὲ καταλέ[illegible] φυλὰς, πρὸ πάντων τὸν Ἰωσὴφ εἰς [illegible] παρεβάλετο, ὡς ἀξιομνημόνευτον [illegible] σωφροσύνην, καὶ κατὰ τὸν δυνάμενον [illegible] καὶ μνήμη μόνη, ἢ τοῦ Ἰωσὴφ [illegible]. ἵνα εἴπῃ· Ὁ ὥσπερ ἐκεῖνον [illegible] ἀδελφοῖς ἔσωσας ἐπιβουλῆς, οὕτω καὶ [illegible] κυκλωθέντας ὑπ' ἐχθρῶν (ἢ τῶν [illegible] καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ) σῶσον. [illegible] Ἡσαΐας φησὶν, οἱ Σαμάρειαν οἰ[illegible] οὖν Σύροι συστάμενοι ἀνέβησαν κατὰ [illegible] καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ. ἡ Σαμαρεία [illegible] Ἐφραὶμ, καὶ αἱ ὑπ' αὐτὴν πόλεις [illegible] τῶν δέκα φυλῶν. Οὕτω τὴν εἰς αὐτοὺς προ[illegible] νοιαν διεξ[illegible]λθὼν, ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν ἐξου[illegible]σίαν μετέβη. Ὁ καθήμενος γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἵνα καὶ τὸ τάχος καὶ τὸ ὕψος ση[illegible]μάνῃ. Καὶ [illegible] ὡς ὑψηλὸς, φησὶν, ὑποκειμένους ἔχεις τοὺς [illegible]πολεμίους, καὶ ὡς ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐπιβε[illegible], ὀξυτάτην δυνάμενος νοῆσαι βοήθειαν, [illegible] τάχει τῶν ἐξυπηρετουμένων δυνάμεων. ἢ ἐπεὶ ἐμφάνειά τις τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ Χερουβὶμ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐγίνετο, διὰ τοῦτο τούτων [illegible]μνημόνευσε, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐμφάνειαν ἤτη[illegible]. τὸ δὲ, ἐναντίον Ἐφραὶμ, καὶ Βενιαμὶν, [illegible] Μανασσῆ· ἐπεὶ ταύτας μάλιστα τὰς φυλὰς [illegible]ς πληθυσμὸν ἐπιδώσειν ὑπέσχετο ὁ Θεὸς, ἀνα[illegible]μιμνήσκει αὐτὸν, διὰ τῶν ὀνομασμένων τῶν [illegible] ἀδελφῶν ὑποσχέσεων μὴ ἀφιστάμενος τοῦ γέ[illegible]νους τοῦ Ἰωσήφ.

γ'. ΕΞΕΓΕΙΡΟΝ ΤΗΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ ΣΟΥ.] Ὥσπερ μακροθυμοῦντα τὸν Θεὸν διεγείρει, ὡσεὶ λέγων· πάσας σου τὰς δυνάμεις συγκίνησον· τοσαύτη γὰρ ἡ τῶν πολεμίων ἔφοδος, ὡς τοσαύτης δεῖσθαι βοηθείας. Τὸ δὲ, ἐπίστρεψον ἡμᾶς, ὡς μὲν ἀπὸ τῶν Μακκαβαίων ἀντὶ τοῦ ἐπίστρεψον εἰς ἡμᾶς λέγει, καὶ μετάβαλε τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς ἀπεστραμμένου αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τοσαῦτα ὑπομενόντων αὐτῶν. ὅθεν ἐπιφέρει· Ἕως πότε ὀργίζῃ; Πρὸς δὲ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι. ἀντὶ τοῦ· τῆς δουλείας ἐλευθέρωσον, καὶ τὴν ἐπάνοδον χάρισαι· εὔκολον γάρ σοι τοῦτο· ἀρκεῖς γὰρ, μόνον φανεὶς, λῦσαι τὰς συμφοράς. ἢ τοῦτο εἴρηται μὲν πρὸς ἐκείνους, ἐξέβησαν δὲ εἰς ἡμᾶς ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ὅτε γέγονεν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος. Τὸ δὲ, ἕως πότε ὀργίζῃ, οἷον

enim pastorem ipsum nominauit, & populum ouem, vt tacitè lupos ostendat imminentes. Deum autem appellauit Pastorem Israëlis, propter eximiam eius curam circa populum: cùm autem Tribus esset commemoraturus, ante omnes Ioseph ad placationem proposuit, vt qui ob castitatem ipsi gratus sit, & Dominum vel solâ sui memoriâ flectere possit. Vel Iosephi meminit. ac si dicat: Sicut ipsum à fratrum insidijs conseruasti, ita etiam nos ab inimicis (siue Ephraïm, & Beniamin, & Manasse) obsessos serua. Etenim, vt Isaias ait, *Qui habitant Samariam, cum Syris fœdus ineuntes ascenderunt contra Iudæam & Hierusalem.* Samaria autem erat Ephraïm, & sub ipsa ciuitates decem Tribuum. Cùm hoc modo Dei in ipsos prouidentiam commemorasset, ad illustriorem potestatem transijt. *Qui sedes*, inquit, *sedes super Cherubim*, vt & velocitatem & sublimitatem significaret. Etenim, inquit, tamquam excelsus substratos habes tibi inimicos, & tamquam Cherubim ascendens, velocissimum potes auxilium adferre, propter celeritatem virtutum tibi subseruientium. Vel cùm apparitio quædam summis Sacerdotibus in tabernaculo Cherubim obtigisset, idcircò illorum meminit, atque illic apparitionem fieri postulauit. Illud autem, *Coram Ephraïm, & Beniamin, & Manasse*; quia nimirum has Tribus potissimum Deus promiserat se multiplicaturum, memorem ipsum facit, ne propter nominatas suas promissiones Iosephi genus deserat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deum Pastor Israëlis.

Ioseph Deo charus.

Isaiæ 9, 9.

Deus sedet super Cherubim vt velocior foret.

3. EXCITA POTENTIAM TVAM.] Quasi longanimiter agentem Deum excitat. q. d. Omnes vires tuas commoue: tantus enim hostium incursus est, vt tanto auxilio sit opus. Istud autem, *Conuerte nos*, quasi ex persona Macchabæorum dicit pro conuertere ad nos, & immuta res nostras, ac si Deus ab ipsis auersus esset, atque ideò tanta mala sustinerent. vnde subiungit: *Quousque irasceris?* Quoad Babylonios autem. q. d. Libera nos è seruitute, & reditum præbe: hoc enim tibi facile est: sufficis enim, si tantùm apparueris, dissoluere calamitates. Vel hoc quidem dictum est ad illos, sed ad nos venit nouissimis temporibus, quando Deus factus est homo. Illud autem, *Quousque irasceris?* tamquam irato,

Excitat Deum ad ferendam opem.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Enarrat miserias suas.

irato, inquit, similis es: quare etiam auerteris. Illi enim non tantum contra nos valuissent. Quin etiam, inquit, panis & calix noster in lacrymas resoluitur: hoc enim vocat mensuram, quæ lacrymis impletur. Ita eorum quæ patimur memoria cibum nobis necessarium reddit fastidiosum. Vel sic: Lacrymis, inquit, cibum ac potum nostrum admiscuisti, ac gemiscentes ipsum sumimus: hoc autem fecisti, vt peccatis supplicium admetireris. Vel *mensuram* appellat modicum & mensuratum potum. Illud *in mensura* designat quoque non perpetuò neque in infinitum esse lacrymaturum. Alij autem immutato tempore dixerunt, Cibasti & potasti.

ALIVS. Quasi dicat: Breuioribus nos afflictionibus subijce: hoc enim per buccellam significare cupit. Quemadmodum nempe quidquid ad cibum & nutrimentum spectat panis vocatur, huius autem fragmentum buccella dicitur.

Israelita vicinis derisi.

7. POSVISTI NOS IN CONTRADICTIONEM.] Contradictionem vocat improperium. Quin & finitimi, inquit, (hos enim vicinos appellat: dicit autem Moabitas, Ammanitas, & Idumæos) res nostras derident: siquidem malorum nostrorum excessus ad hoc ipsos mouet. Idcircò rogamus, vt per apparitionem tuam calamitatum nostrarum nubes dissipetur: potes enim, vtpote Dominus virtutum: tantùm igitur appare, & molestiæ dissoluentur. Deinde pristina recenset beneficia dicens, *Vineam de Aegypto transtulisti*. q. d. Etiam ad hoc respice Domine, vnde nos liberaueris, quantas Gentes propter nos exterminaueris; quomodo nos instar vineæ plantaueris; quomodo exaltati & honorati fuerimus, & qualia hoc tempore patiamur; etsi eiusdem sint tam pristina beneficia quàm præsentes derelictiones. Magis autem figuratè totam instituit narrationem: siquidem rerum imagines memoriam potissimùm seruant. Vnde cùm vineæ meminisset, inhæret figuræ, tamquam de vinea cuncta commemorans, atque vbique populum insinuans, & eos qui ipsum illis temporibus affligebant. Pulchrè autem & illud, *Deduxisti*. Ipsius enim, inquit, erat mare diuidere, & rectam viam per eremum ostendere, ac petram disrumpere, vt populum potaret. Deinde narrat ea quæ in Palæstina contigerunt; quomodo

Antiqua beneficia commemorat.

ὀργιζομένῳ φησὶν ἔοικας· διὸ καὶ ἀπεστράφης. Οὐ γὰρ ἂν οὗτοι τοσοῦτον καθ' ἡμῶν ἴσχυσαν. Τί γὰρ; ὁ ἄρτος ἡμῶν, φησί, εἰς δάκρυον ἀναλύεται, καὶ τὸ ποτήριον ἡμῶν· τοῦτο γὰρ καλεῖ μέτρον, πληρούμενον δακρύων. Οὕτως αὐτῶν ἡ μνήμη τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν ἀηδῆ ποιεῖ. Ἢ οὕτως· τοῖς δάκρυσί, φησι, συνεκέρασας ἡμῶν τὴν βρῶσιν καὶ τὸ πόμα, καὶ στένοντες ταύτης μεταλαγχάνομεν· τοῦτο δὲ πεποίηκας, ἀντιμετρήσας ταῖς ἁμαρτίαις τὴν τιμωρίαν. Ἢ μέτρον ἀντὶ τοῦ ὀλίγον καὶ μεμετρημένον ποτόν. Παρίστησι δὲ τὸ ἐν μέτρῳ, καὶ τὸ μὴ δεῖ ἐπ' ἄπειρον δακρύειν. Ἄλλοι δὲ ἐναλλαγμένως εἶπον τὸν χρόνον, ἐψώμισας καὶ ἐπότισας.

ΑΛΛΟΣ. Ἀντὶ τοῦ, βραχυτέραις ἡμᾶς ταῖς θλίψεσιν ὑπόβαλον· τοῦτο γὰρ βούλεται διὰ τοῦ ψωμοῦ σημαίνειν. Καθόπερ τὸ ἐδώδιμον ὅλον πᾶν τὸ ἀπὸ τοῦ σίτου τροφῆς ἄρτος καλεῖται, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου κλάσμα ψωμός.

ζ. ΕΘΟΥ ΗΜΑΣ ΕΙΣ ΑΝΤΙΛΟΓΙΑΝ.] Ἀντιλογίαν τὸν ὀνειδισμὸν καλεῖ. Ἀλλὰ καὶ οἱ περίοικοι, φησί, (τούτους γὰρ καλεῖ γείτονας· λέγει δὲ Μωαβίτας, Ἀμμανίτας, καὶ Ἰδουμαίους) τὰ ἡμέτερα γελῶσι· κινεῖ γὰρ αὐτοὺς εἰς τοῦτο ἡ τῶν ἡμετέρων κακῶν ὑπερβολή. Διὰ τοῦτο δεόμεθα, τῇ σῇ ἐπιφανείᾳ σκεδασθῆναι τὸ νέφος τῶν συμφορῶν· δυνατὸς γὰρ εἶ, ὡς τῶν δυνάμεων κύριος· μόνον ἂν φανῇς, καὶ λυθήσεται τὰ δυσχερῆ. Εἶτα τὰς παλαιὰς καταλέγει εὐεργεσίας, ἄμπελον, λέγων, ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. Οἷον, καὶ πρὸς τοῦτο, φησίν, ἀπόβλεψον, πόθεν ἡμᾶς ἐρρύσω, ὅσα ἔθνη δι' ἡμᾶς ἐξωλόθρευσας· ὅπως ἡμᾶς ἀμπέλου δίκην κατεφύτευσας· ὅπως ὑψώθημεν καὶ ἐδοξάσθημεν, καὶ οἷα πάσχομεν σήμερον· εἰ καὶ τοῦ αὐτοῦ αἱ τότε εὐεργεσίαι καὶ τῆς νῦν ἐρημίας. Τροπικώτερον δὲ λέγει τὸ διήγημα ὅλον· μᾶλλον γὰρ ἐναυλίζουσι τὰς μνήμας αἱ τῶν πραγμάτων εἰκόνες. Αὐτὸν ἄμπελον ὀνομάσας, ἐμμένει τῇ τροπῇ, ὡς ἐπὶ ἀμπέλου πάντα λέγων, καὶ τὸν λαὸν πανταχοῦ αἰνιττόμενος, καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον καιρὸν κακώσαντας. Καλῶς δὲ καὶ τό, ὡδοποίησας. Αὐτοῦ γὰρ ἦν ὄντως διελεῖν θάλασσαν, καὶ ὁδοποιῆσαι διὰ τῆς ἐρήμου, καὶ πέτραν διαρρῆξαι, ὥστε ποτίσαι τὸν λαόν. Εἶτα τὰ ἐν Παλαιστίνῃ γεγονότα φησίν· ὡς ἐν τῇ

Χαναὰν

Χαναὰν ταύτην κατεφύτευσεν. τὸ δὲ ἐπλήρωσε τὴν γῆν οὐ πᾶσαν λέγει, ἀλλ' αὐτὴν ἐκείνην ἣν εἶχον τὴν Παλαιστίνην, καὶ τὸ ἕως τῶν μέσων τῶν ποταμῶν.

ια'. ἘΚΑΛΥΨΕΝ ὌΡΗ Ἡ ΣΚΙΑ ΑΥΤΗΣ.] Ὡς ἐπὶ ἀμπέλου καὶ τοῦτο. σημαίνει δὲ τὴν δόξαν τοῦ λαοῦ, ἣν ἐκτήσατο ἐπὶ Δαβὶδ, καὶ Σολομῶντος, καὶ Ἐζεκίου, καὶ εἴ τις ἦν τοιοῦτος. ἢ ὄρη μὲν τὴν τῶν ὁμόρων ἰσχὺν καλεῖ· σκιὰν δὲ, τὴν τοῦ Ἰσραὴλ δυναστείαν τούτοις ἐπιτεθεῖσαν· ἀναδενδράδας δὲ, τὴν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλείαν· κέδρους δὲ τοῦ Θεοῦ, τοὺς ὑψηλοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐκ Θεοῦ τὸ ἄρχειν λαχόντας· ἢ κέδρους Θεοῦ, τὰς μεγάλας ἄγαν, ὡς παρ' ἀνθρώπων μὴ φυτευθείσας, ἀλλὰ τῷ θείῳ προστάγματι ἀναδοθείσας. Κλήματα δὲ ἐκτεταμένα ἕως θαλάσσης τὰ ὅρια καλεῖ, ἃ κατέσχον οἱ Ἰουδαῖοι· σχεδὸν γὰρ ἀπὸ τῶν ὁρίων Αἰγύπτου ἕως Εὐφράτου ἐξετείνοντο. Ποταμὸν γὰρ ἐνταῦθα τὸν Εὐφράτην καλεῖ, θάλασσαν δὲ, τὴν διάβασιν τὴν ἐξ Αἰγύπτου. Ταῦτα μέν, φησιν, ἐπαρέσχες· ἀλλὰ νῦν τὸ ἐναντίον πάντα μετέστρεψας ὀργισθεὶς ἡμῖν. Ἐπιφέρει γάρ· Ἵνα τί καθεῖλες τὸν φραγμὸν αὐτῆς; ἐπιμένων τῇ τροπῇ ὡς ἐπὶ ἀμπέλου. βούλεται δὲ εἰπεῖν· ὅτι ἀφεῖλες τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, τουτέστι τοῦ λαοῦ, καὶ ἐκκείμεθα πᾶσιν εἰς τὸ ἀδικεῖσθαι. Φραγμὸν γὰρ ἀφῃρημένον λέγει τὴν φρουροῦσαν ἐπισκοπὴν τοῦ Θεοῦ. ὃ γὰρ ἐν ἀμπέλῳ φραγμὸς, τοῦτο ἡ θεία πρόνοια τοῖς ἀξίοις. Παραπορευομένους δὲ τοὺς πολεμίους. ὡς γὰρ ὁδοιπόροι τὴν ἀφύλακτον ἄμπελον τρυγῶσιν ἀδεῶς, οὕτω καὶ ὁ τῆς θείας γεγυμνωμένος προνοίας, πᾶσιν ἐστὶν εὐεπιχείρητος. οὕτω γενικῶς τοῦτο εἰπὼν, ἐπάγει καὶ τὸ ἰδικόν· Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς· ὗν τροπικῶς καλῶν τὸν Ἀντίοχον, καὶ μονιόν. Οἱ γὰρ μὴ συννεμόμενοι, ἀλλὰ μόνοι πλαζόμενοι, δι' ὠμότητα φοβερώτεροι τῶν ἄλλων καὶ δυνατώτεροι· δυνάμει γὰρ πεποιθότες τοῦτο ποιοῦσιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ζῷα ἐρημίας. μονιὸς δὲ, ὁ διὰ ἀγριότητα μονήρης· ὁ λεγόμενος μονόλυκος, ὁ τὴν κακίαν ἰδιάζων. ἢ ὗς πρῶτος ἀκάθαρτος ὁ Ἀσσύριος, ὃς ἐπελθὼν τὸ πλῆθος, ἀπήγαγεν ἀνδραποδισάμενος· δεύτερος δὲ ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὃς τὰ καταλειφθέντα κατενεμήσατο.

ιδ'. Ὁ ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ ἘΠΙΣΤΡΕΨΟΝ.] Ὃ ἀναγκαῖον ἦν, εἰπόντα τὰς συμφορὰς αἰτῆσαι τὴν βοήθειαν, τοῦτο

in Chanaan ipsam plantauerit. Illud autem *implevit terram* non vniuersam dicit, sed illam ipsorum quam inhabitabant, scilicet Palæstinam, & vsque ad medium fluuiorum. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

11. OPERVIT MONTES VMBRA EIVS.] Quasi de vinea etiam hoc dicit. Significat autem gloriam populi, quam obtinuit per Dauidem, & Salomonem, & Ezechiam, & si quis erat istiusmodi. *Quanta olim fuerit gloria Israel.* Vel montes quidem finitimorum robur vocat; vmbram verò, Israëlis potentiam his impositam; arbusta verò, Regnum Israël; cedros autem Dei, sublimes Principes, qui ex Deo Imperium sortiti sunt: vel cedros Dei, magnas valdè, tamquam ab hominibus non plantatas, sed diuino mandato datas. Palmites verò extensos vsque ad mare vocat terminos quos Iudæi possidebant: siquidem à finibus Ægypti vsque ad Euphraten extendebantur. Fluuium enim hic Euphraten intelligit, mare verò, transitum ex Ægypto. Hæc quidem, inquit, præbueras; sed nunc è diuerso nobis offensus omnia conuertisti. Subdit enim: *Vt quid destruxisti maceriem eius?* *Opponit praesentes calamitates antiquæ felicitati.* Persistit in figura quasi de vinea loqui. Vult autem dicere: Quoniam abstulisti securitatem eius, scilicet populi, & omnibus iniurijs expositi sumus. Maceriem enim depulsam vocat tutelarem Dei inspectionem. Nam quod est maceries vineæ, hoc Dei cura est his, qui eâ digni effecti sunt. Ceterùm prætergredientes viam hostes nuncupauit. Quemadmodum enim viatores incustoditam vineam securè vindemiant, sic qui diuinâ prouidentiâ priuatus est, omnibus captu facilis existit. Deinde cùm generatim hoc dixisset, particulatim etiam subdit: *Exterminauit eam aper*; aprum figuratè vocans Antiochum, *Antiochus apro comparatur.* eumque singularem. Nam qui cum alijs non pabulantur, sed soli degunt, propter immanitatem alijs terribiliores sunt atque potentiores: viribus enim freti hoc faciunt. Symmachus autem ait, *Animalia solitudinis.* Singularis autem, qui ob immanitatem solus degit; qui lupus solivagus dicitur qui malitiam sibi appropriat. Vel primus aper fuerit immundus Assyrius, qui cùm multitudinem inuasisset, captiuam abduxit: secundus verò erat Nabuchodonosor, qui reliquias deuastauit.

15. DEVS VIRTVTVM CONVERTERE.] Quod necessarium erat, scilicet vt calamitatibus recensitis auxilium postulet, hoc iam facit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. *Nabuchodonosor ferus singularis comparatur.*

facit. *Vineam* autem, inquit, *istam*: qualem? quæ incensa & suffossa à Nabuchodonosore, quem & singularem appellat; eò quòd solus cum gente sua bellum inferret, alias gentes non assumens. Filium verò hominis manifestè Christum dicit: ipsum enim dextera Dei, non viri coitus plantauit, & qui in ipso erat Deus; siue, dextera Altissimi miraculis confirmauit; vel firmauit, non sinens ipsum ex virilis seminis solutione corporis habere constitutionem. Dominum igitur dicit Christum, vtpote venturum ad ipsorum miserendum, quandoquidem ex ipsis erat oriturus: siue Dauidem, quem vbique videtur proponere tamquam virum, propter quem Deus ipsis debeat præbere salutem. Insertus est autem iste versiculus, *Super filium hominis*; nam ea quæ sequuntur sic habent: *Visita vineam istam incensam*. Hinc autem maximè manifestum fit, Psalmum hunc esse contra Babylonios, non contra Antiochum, vt aliqui putarunt. Nabuchodonosor enim & templum incendit, & populum abduxit; & non solùm fructum vindemiauit, sed vineam quoque euulsit, & extirpauit.

Increpatio Dei quàm sit grauis.

17. AB INCREPATIONE VVLTVS.] Non laboras, inquit, quando ipsos puniturus es, sed vel sola increpatio satis est ad omnes delẽdos, cùm prouidentia tua facta fuerit super virum dexteræ tuæ; siue, cui vires dedit liberandi nos à malis. Vel illud, *Fiat manus tua*. Sic, inquit, hæc actio, siue salus populi, quæ per manum significatur, super virum dexteræ tuæ fiat; id est, per virum dexteræ tuæ. Quis autem ille? nisi filius hominis, qui est dextera Patris, etsi homo factus sit. Quando autem hoc factum fuerit, etiam seruabit nos dextera tua, quæ etiam vir & filius hominis appellatur. Numquam discedemus à te, vtpote vitæ participes, & tuo nomine appellati; id est Christiani à Christo nuncupati. Cùm autem nos viuificaueris, nos etiam tibi gratias referemus te inuocantes, & misericordiam tuam deprædicantes.

Christus est qui viuificat & seruat.

20. DOMINE DEVS VIRTVTVM CONVERTE.] Igitur, inquit, quod petebam ab initio, vt liberaremur, & celerrimum subsidium consequeremur, hoc modò præbe, cùm possis. Vel continuò hanc precationem facit, instanter petens fieri manifestationem vnigeniti, per quam saluandus sit.

ποιεῖ. Τὴν ἄμπελον δέ, φησί, ταύτην· ποίαν; ἥτις ἐστὶν ἐμπεπυρισμένη καὶ ἀνεσκαμμένη ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἣν καὶ μονὴν καλεῖ· ἐπειδὴ καὶ μόνος [illegible] ἔθνη μὴ [illegible] μετὰ τῶν ἐθνῶν αὐτοῦ [illegible] ἀναντιρρήτως [illegible] προσλαβόντα. Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου τὸν Χριστὸν λέγει· αὐτὸν γὰρ ἡ δεξιὰ ἐφύτευσε τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἀνδρὸς συνουσία, ἢ τοῦ ὑψίστου δεξιὰ τοῖς θαύμασιν ἐκραταίωσεν, ἢ ἐκραταίωσεν, μὴ ἐάσας ἔχειν τὴν κατὰ διάλυσιν σπέρματος ἀνδρὸς τὴν σύστασιν τοῦ σώματος. Τὸν οὖν Δεσπότην λέγει Χριστόν, τὸν ἐρχόμενον ἐλεηθῆναι αὐτούς· ἐπειδὴ ἐξ αὐτῶν ἔμελλε βλαστῆσαι· ἢ τὸν Δαβίδ, ὃν πανταχόθεν φαίνεται προβαλλόμενος ὡς ἄνδρα, δι' ὃν ὁ Θεὸς ὤφειλεν αὐτοῖς παρασχεῖν. Παρῆκε δὲ ὁ στίχος, ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου· τὰ γὰρ ἑξῆς οὕτως· Ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην τὴν ἐμπεπυρισμένην. Ἐντεῦθεν δὲ μάλιστα δῆλον, ὡς κατὰ Βαβυλωνίων ὁ ψαλμός, οὐ κατὰ Ἀντιόχου, ὥς τινες. Ὁ Ναβουχοδονόσορ γὰρ καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε, καὶ τὸν λαὸν αἰχμαλώτισε· καὶ οὐ μόνον ἐξετρύγησε τὸν καρπόν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄμπελον ἐξέσπασε, καὶ ἀπώλεσεν.

ιζ'. ΑΠΟ ΕΠΙΤΙΜΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΠΡΟΣΩΠΟΥ.] Οὐ κάμνεις, φησί, μέλλων αὐτοὺς τιμωρήσασθαι, ἀλλ' ἀρκεῖ καὶ μόνη ἡ ἐπιτίμησις πάντας ἀφανίσαι, γενομένης τῆς σῆς προνοίας ἐπ' ἄνδρα τῆς δεξιᾶς σου· ἤτοι, ᾧ ἐνέδωκας δύναμιν εἰς τὸ ἀπαλλάξαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν κακῶν. Ἢ τό, Γενηθήτω ἡ χείρ σου. Οὕτως αὕτη, φησίν, ἡ πρᾶξις, ἤτοι ἡ σωτηρία τοῦ λαοῦ, ἣ διὰ τῆς χειρὸς σημαίνεται, ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου γενέσθω· τουτέστι, διὰ τοῦ ἀνδρὸς τῆς δεξιᾶς σου. Τίς δὲ οὗτος; ἢ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ πατρός, εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. Ἐπὰν δὲ τοῦτο γένηται, καὶ σώσῃ ἡμᾶς ἡ δεξιά σου, ἡ χρηματίσασα ἀνὴρ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἄν ποτε ἀποσταίημεν ἀπό σου, ἅτε τῆς σῆς ζωῆς μεταλαβόντες, καὶ τῷ σῷ ἐπικληθέντες ὀνόματι, τουτέστι Χριστιανοὶ ἀπὸ Χριστοῦ καλεῖσθαι ἠξιωμένοι. Ζωοποιήσαντος δέ σου ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς τὴν εὐχαριστίαν προσθήσομεν ἐπικαλούμενοί σε, καὶ τὸν σὸν ἀνακηρύττοντες ἔλεον.

κ'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ.] Οὐκοῦν, φησίν, ὅπερ ᾔτησα ἐξ ἀρχῆς, τὸ καταλλαγῆναι ἡμῖν, καὶ δοῦναι τὴν ταχίστην βοήθειαν, παράσχου δυνάμενος. Ἢ συνεχῶς τὴν αὐτὴν ἱκετείαν προβάλλεται, ἐπιποθῶν γενέσθαι τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐπιφάνειαν, δι' ἧς σωθήσεται.

CATE-

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον τῆς λέξεως ἐλεηθῆναι ἀξιοῖ, τοὺς ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων καταδουλωθέντας· κατὰ δὲ ὑψηλοτέραν διάνοιαν ὑπὲρ τῶν ὑπομεινάντων τὴν αἰχμαλωσίαν τὴν νοητὴν μετὰ τὸν κατὰ τοῦ κυρίου σταυρὸν ὑπὸ τῶν νοητῶν Ἀσσυρίων, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος αὐτῶν, φημὶ δὲ τοῦ σατανᾶ. ἱκετείαν οὖν προβάλλεται, ἀξιῶν ἐπιφάνειαν προβαλέσθαι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ ἐλευθέρωσιν τοῦ παντὸς γένους τοῦ Ισραήλ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δέησίς ἐστι καὶ προαγόρευσις τῶν κατὰ τοὺς Μακκαβαίους καὶ οὗτος ψαλμός, ὑπὸ τῶν τότε εἰρημένος, διαδεικνυόντων μὲν τὰ οἰκεῖα κακά, μνημονευόντων δὲ καὶ τῆς παλαιᾶς τοῦ θεοῦ περὶ αὐτοὺς εὐεργεσίας, καὶ ἀξιούντων ὁμοίως καὶ νῦν τυχεῖν τῆς προνοίας παραπλησίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τέσσαρές εἰσιν ἐπιγεγραμμένοι ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων· δύο μὲν ὑπὸ τοῦ Δαβίδ, ὁ ιθ´ ἀποκλείσεως τοῦ Ιουδαίων ἔθνους δηλῶν καὶ κλῆσιν ἐθνῶν· καὶ ὁ ξή, τὰ πάθη τοῦ σωτῆρος καὶ τὴν ἀποβολὴν τοῦ Ισραήλ· τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ εἷς ὁ μδ´, ᾠδὴν ἀναπέμπων ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ, τὴν μὲν παρουσίαν θεσπίσας, ἐπισυνάψας δὲ τὴν κλῆσιν τῆς ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίας· καὶ τοῦ Ἀσὰφ ὁ παρὼν, ὃς καὶ εἰς τὸ τέλος ἀναπέμπεται, δηλῶν τοῦ κυρίου τε τὴν παρουσίαν καὶ τοῦ Ιουδαίων ἔθνους τὴν ἅλωσιν, καὶ τὸν ὑπὸ Βαβυλωνίων Ἱερουσαλὴμ ἐμπρησμόν. καὶ πρῶτον διηγεῖται ἔξοδον Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης κατοίκησιν· εἶτα τὴν Ἀσσυρίων καὶ τὴν Βαβυλωνίων πολιορκίαν· εἶτα ἱκετεύει λοιπὸν ὑπὲρ τῆς ἐπιφανείας Χριστοῦ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Δηλοῖ δὲ πραγμάτων μεταβολὴν ἡ ἀλλοίωσις, καὶ μαρτύρεται. Ἐσχημάτισται δὲ εἰς εὐχὴν ὁ ψαλμὸς, τῆς θείας χάριτος διδασκούσης, τοὺς περὶ ὧν ὁ λόγος, ὁποίοις δεῖ τὸν θεὸν ἐξιλεοῦσθαι ῥήμασι.

β´. Ο ΠΟΙΜΑΙΝΩΝ ΤΟΝ ΙΣΡΑΗΛ ΠΡΟΣΧΕΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν τῇ πορείᾳ τῆς σκηνῆς ἐβάδιζον τρεῖς φυλαὶ, Ἰούδα, καὶ Ἰσσάχαρ καὶ Βαβυλωνίων· ἠκολούθουν δὲ κατόπιν τρεῖς ἕτεραι, ἡ τοῦ Ἐφραΐμ, ἡ τοῦ Βενιαμὶν καὶ τοῦ Μανασσῆ· ἦν δὲ ἐπὶ τῶν χρυσῶν Χε-

De Psalmi argumento.

ATHANASII. Secundùm obuium quidem verborum sensum petit vt misericordiam consequantur, qui ab Assyrio redacti erant in captiuitatem; secundùm sublimiorem verò sensum agit de ijs, qui post crucem Domini spiritalem captiuitatem sustinebant sub spiritalibus Assyrijs, & ipso principe eorum, satana inquam. Proponit itaque supplicationem, rogans vt manifestatio Saluatoris nostri promoueatur, & vniuersum genus Israël liberetur.

THEODORI. Hic Psalmus etiam narratio siue prædictio est eorum quæ Macchabæis acciderunt, quasi ab ipsis dictus sit, dum propria quidem mala demonstrarent, pristina verò Dei erga se beneficia commemorarent, & rogarent etiamnum similiter istiusmodi prouidentiâ potiri.

Quinam Psalmi inscribantur, Pro ijs qui immutabuntur.

EVSEBII. Quatuor Psalmi inscripti sunt *Pro ijs qui commutabuntur:* duo quidem pro Dauide, scilicet quinquagesimus nonus, qui Iudaicæ gentis lapsum & Gentium vocationem declarat, & sexagesimus octauus, qui passionem Saluatoris & repulsam Israëlis exhibet: vnus verò filiorum Core, scilicet quadragesimus quartus, qui canticum pro dilecto affert, aduentum quidem vaticinans, subiungens verò vocationem Ecclesiæ ex Gentibus; & præsens Asaphi, qui etiam in finem remittit, declarans Domini aduentum & gentis Iudaicæ captiuitatem, & Hierosolymæ sub Babylonijs incendium. Et primùm narrat exitum de Ægypto & Palæstinæ inhabitationem; ac deinde Assyriorum ac Babyloniorum obsidionem: denique exinde rogat pro Christi manifestatione.

THEODORI. *Mutatio* autem indicat rerum vicissitudinem, eamdemque testificatur: Formatur verò hic Psalmus in deprecationem, dum diuinâ gratiâ illos, de quibus sermo fit, edocet quibus verbis Deum placare oporteat.

Quo ordine Tribus Israël proficiscerentur.

2. QVI PASCIS ISRAEL INTENDE.] ATHANASII. In profectione tabernaculi ibant tres Tribus, Iuda, & Isachar & Babyloniorum; tres autem aliæ, scilicet Ephraim, Beniamin & Manasse, à tergo sequebantur: super aureos autem Che-

CATENA PATRVM.

rubim supra arcam erat gloria Dei: præcedebat enim ipsos in via. Tu igitur qui sedes super Cherubim, & arcam præcedis, ita vt sis ante Ephraim, & Beniamin & Manassen (coram enim hic *ante* significat) per potentiam tuam concede salutem.

HESYCHII. Pastor hic Israëlis non alius est quàm is qui dicit: *Ego sum pastor bonus*, pascens eos qui mentem habent Deum videntem. *Ioan. 10, 14.*

THEODORI. Israël & Ioseph eumdem dicit, ab vno eodemque Gentem more solito denominans. Tu, inquit, qui instar pastoris nos ex Ægypto eduxisti, & per desertum propriâ curâ tuâ deduxisti, omnibus bonis dignos efficiens, similia quoque nunc circa nos operare.

DIDYMI. Ceterùm deducit etiam eos qui de Gentibus appositi sunt instar ouium, id est, sicut oues suas Israëlitas. *Ioseph* enim cùm *Domini additio* interpretetur, significat eos qui de Gentibus adiuncti sunt. *Ioseph quid significet.*

EIVSDEM. Qui sedet autem super Cherubim Dominus est, qui & ab Ezechiele proponitur. Ijs autem qui in animalibus istis fuerunt, propter insitam ipsis sapientiam hæc appellatio competit: nam vox *Cherubim scientiæ multitudo* interpretatur. *Cherubim quid.*

CYRILLI. A tribus celeberrimis Tribubus vniuersum genus Israël designat.

THEODORI. Ac si comprehensim dicat vniuersæ Gentis: Appare igitur, inquit, coram nobis, id est, ante nos. Præbe te ducem in bellis, & aduersarios in fugam verte. Etenim hic generosorum Ducum mos est, vt alios præcedant, & priores periculum adeant.

3. EXCITA POTENTIAM TVAM, ET VENI.] CYRILLI. Hæc siquidem prophetice dicta sunt, verùm, vti dixi, sortita sunt finem in nobis, ad quos sæculorum fines peruenerunt: nouissimis enim sæculi temporibus homo factum est vnigenitum Dei Verbum.

HESYCHII. Propheta hunc sermonem in progressu reddidit manifestiorem, declarans quomodo & quam ob causam venturus esset Christus: nos enim sumus causa aduentus eius, vt nos conuerteret atque emendaret. Modus autem apparitionis manifestus est, vt facie *Nos sumus causa aduentus Christi.*

Χερουβὶμ τῆς κιβωτοῦ ἦν ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ· προηγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἐν ὁδῷ. Σὺ οὖν ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, καὶ ὁ κιβωτοῦ προηγούμενος, ὥστε εἶναί σε πρὸ τοῦ Ἐφραΐμ, καὶ Βενιαμὶν καὶ Μανασσῆ (ἐναντίον γὰρ ἐνταῦθα τὸ πρὸ σημαίνει) διὰ τῆς δυνάμεώς σου ἐξέγειρον τὴν σωτηρίαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ ποιμὴν οὗτος τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ ἄλλος ἐστὶν ἢ ὁ εἰπών· Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὁ ποιμαίνων τοὺς ἔχοντας νοῦν βλέποντα τὸν Θεόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἰσραὴλ καὶ Ἰωσὴφ τὸν αὐτὸν λέγει, παρ' ἑνὸς καὶ αὐτοῦ κατὰ τὸ ἔθος τὸ ἔθνος καλῶν. Σύ, φησιν, ὁ καθάπερ ποιμὴν ἡμᾶς ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ δι' ἐρήμου τῇ σῇ κηδεμονίᾳ ἤγαγες, παντοδαπῶν αὐτοὺς ἀγαθῶν ἀξιούμενος, τὰ ὅμοια καὶ νῦν ποίησον περὶ ἡμᾶς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλὰ καὶ ὁδηγεῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προστεθειμένους ὡσεὶ πρόβατα, τουτέστιν, ὡς τὰ πρόβατα αὐτοῦ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ἰωσὴφ γὰρ πρόσθεσιν Θεοῦ ἑρμηνευόμενος, δηλοῖ τοὺς ἐξ ἐθνῶν προστεθειμένους.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ὁ κύριός ἐστι, ὃς καὶ ὀφθεὶς τῷ Ἰεζεκιὴλ προετέθη. Τοῖς δὲ ἐν τούτοις τοῖς ζῴοις, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς σοφίαν ἡ αὐτὴ πρέπει προσηγορία· τὸ γὰρ Χερουβὶμ τὸ πλῆθος τῆς γνώσεως ἑρμηνεύεται.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἀπὸ τῶν ἐπισήμων τριῶν φυλῶν ἅπαν τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ σημαίνει.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὡς ἂν εἴπῃ συλλήβδην τοῦ παντὸς γένους· ἐμφάνηθι γοῦν, φησιν, ἐναντίον ἡμῶν· τουτέστι, πρὸ ἡμῶν. Σὺ καθηγοῦ ἐν πολέμοις, καὶ εἰς φυγὴν τρέπε τοὺς ἐναντίους. Καὶ γὰρ εἰώθασιν οἱ [illegible] τῶν στρατηγῶν, προηγεῖσθαι, καὶ προκινδυνεύειν τῶν ἄλλων.

γ'. ΕΞΕΓΕΙΡΟΝ ΤΗΝ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΝ ΣΟΥ, ΚΑΙ ΕΛΘΕ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ταῦτα μὲν γὰρ προφητικῶς εἰρημένα εἰσὶν ἀλλ', ὡς ἔφην, παρ' ἡμῖν τέλος εἴληφεν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν· ἐν ἐσχάτοις γὰρ τοῦ αἰῶνος καιροῖς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος γέγονεν ἄνθρωπος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοῦτον τὸν λόγον σαφῆ ὁ προφήτης διασαφεῖ πλέον, δηλῶν πῶς καὶ διὰ τί μέλλει παραγίνεσθαι ὁ Χριστός· ἡμεῖς γὰρ αἰτία ἐσμὲν τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ἵνα ἐπιστρέψῃ καὶ διορθώσῃ ἡμᾶς. Ὁ δὲ τρόπος τῆς παρουσίας δῆλός ἐστιν, ἵνα βλέπωμεν αὐτὸν πρόσωπον

πρὸς

προσώπου· πρόσωπον, οὐκ ἄλλως δηλαδὴ σωθέντες, εἰ μήπερ τοῦτο ἡμῖν τὸ πρόσωπον ἐμφανίζεται.

Κυριλλου. Πρόσωπον δὲ τοῦ Πατρὸς ὀνομάζουσι τὸν υἱόν· εἰκὼν γάρ ἐστι καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ μόνῳ, τὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς διαφαίνεται κάλλος.

ε. Κυριε ὁ Θεος των δυναμεων εως ποτε.] Θεοδωρητου. Μέχρι πότε δίωσαι τὰς ἐμὰς παρακλήσεις λιτάς, ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς πλημμελήμασιν ὀργιζόμενος; δοῦλον δὲ αὐτοῦ τὸν λαὸν ὀνομάζει.

Ευσεβιου. Μέχρι τίνος, φησί, σώσαι δυνάμενος, παραπέμπῃ μου τὴν προσευχὴν, ἐφ' οἷς ἥμαρτον ὀργιζόμενος; τοῦ δούλου δὲ ἀντὶ τοῦ λαοῦ. Φασὶν οἱ λοιποὶ καὶ ἀντὶ τοῦ ψωμιεῖς καὶ ποτιεῖς, ἐψώμισας καὶ ἐπότισας. Δάκρυσι δέ, φησι, συνεκέρασας ἡμῶν τὴν ζωὴν, καὶ τὸ πόμα ταῖς ἁμαρτίαις ἀντιμέτρησας τὴν τιμωρίαν.

Θεοδωρου. Καὶ τὸ ποτὸν δὲ πολλάκις τοῖς δάκρυσι πληρούμεθα, ὥστε οὐδένα καιρὸν ἑαυτοὺς αὐτῶν εἶναι δυνάμεθα. τὸ οὖν ἐν μέτρῳ· τουτέστι, πλῆρες. οὕτω, φησί, πληροῦμεν δακρύων τὸ ποτὸν, ὥσπερ οἱ μέτρῳ τι διδόντες, καὶ πληροῦντες αὐτὸ πάντως διὰ τὴν τοῦ μέτρου συμπλήρωσιν. τί δὲ τούτων τὸ αἴτιον;

ζ. Εθου ημας αντιλογιαν τοις γειτοσιν.] Κυριλλου. Τέθεινται δὲ υἱοὶ Ισραὴλ πρὸς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσι, καὶ εἰς μυκτηρισμὸν τοῖς ἐχθροῖς· ἄρα πως τρόπον ἀσθενοῦντες δηλαδὴ καὶ πεπατημένοι, καὶ πεσόντες ὑπὸ πόδας ἐχθρῶν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν τὸ προςτυχὸν δυνάμεως κατακλυσθῆναι.

Ησυχιου. Τῆς αὐτῆς ἔχεται πρεσβείας, ἵνα πόσον αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον ἐνδείξηται· ὁμοῦ δὲ καὶ ἡμᾶς παιδεύων, μὴ ὀλιγωρεῖν ἀποτυχόντας εὐχῆς· ἀλλ' ἐπιμένειν· πάντως γὰρ ἔτι τευξόμεθα.

θ. Αμπελον εξ Αιγυπτου μετηρας.] Θεοδωρου. Ἡμεῖς, φησιν, ἐσμὲν ἐκεῖνοι, οὓς δίκην ἀμπέλου ἐν τῇ Αἰγύπτῳ διάγοντας ἐξηκάνισάς τε, καὶ μετῆρας· ἀλλὰ καὶ οὐδὲν κώλυμα ἀφῆκας γενέσθαι, οὐδὲ συνεχώρησάς τινι τῇ πορείᾳ ἡμῶν ἐναντιωθῆναι, ἀνελὼν ἅπαντας, καὶ ὥσπερ ὁδόν τινα ὁμαλίσας, καὶ ἐξευμαρίσας ἡμῶν τὰ πράγματα· καὶ οὕτως ἡμᾶς κατὰ πάσης τῆς γῆς κατῴκισας· λέγει δὲ τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας.

inhabitare fecisti: dicit autem terram

ad faciem ipsum videamus, non aliter vtique saluandi, nisi hanc faciem nobis manifestauerit.

CATENA PATRVM.

Cyrilli. Faciem autem Patris nominat Filium: est enim *imago & figura substantiæ eius*; & in ipso, eoque solo, Dei ac Patris pulchritudo apparet.

2. Cor. 4. 4. Heb. 1. 3.

5. Domine Devs virtvtvm qvovsqve.] Theodoreti. Quousque Domine deprecationes meas differs, peccatis meis irasceris: seruum autem suum vocat populum.

Conqueritur de nimia dilatione.

Evsebii. Quousque, inquit, cùm seruare valeas, orationem meam differs, propter peccata mea iratus? *Serui* autem dixit pro *populi*. Ceteri autem pro *Cibabis & potabis* dicunt, Cibasti & potasti. Lacrymis autem, inquit, vitam nostram commiscuisti, & supplicia peccatis pro potu obmensurasti.

Theodori. Potum quoque frequenter lacrymis implemus, ita nullo tempore ab illis nos continere possumus. Illud igitur *in mensura*, id est, plenum. Sic, inquit, lacrymis potum adimplemus, sicut qui ad mensuram quidpiam præbent, eamque replent omnino vsque ad mensuræ adimpletionem. Quæ porrò causa horum?

7. Posvisti nos in contradictionem vicinis.] Cyrilli. Positi autem sunt filij Israël in contradictionem vicinis, & in derisionem inimicis; nempe aliquo modo infirmati & conculcati, & prostrati sub pedibus inimicorum suorum: non enim bono animo esse poterant dum mœrore afficiebantur.

Hesychii. Eidem insistit precationi, vt ostendat quanta eius sit necessitas; simulque nos erudiat, ne animum despondeamus, quando non consequimur id quod petimus; sed perseueremus; omnino enim obtinebimus.

9. Vineam de Ægypto transtvlisti.] Theodori. Nos, inquit, sumus illi, quos instar vineæ in Ægypto commorantes euulsisti, ac transtulisti: verumtamen nullum impedimentum fieri permisisti, vel quemquam itineri nostro obsistere, omnes [aduersarios] è medio tollens, & quasi viam quamdam exæquans, & res nostras facilitans; atque ita nos vniuersam terram promissionis.

Dum Israëlitas instar vineæ ex Ægypto transplantauit in Palæstinam.

CATENA PATRVM.

Heb. 10, 1.

Tabernaculum in duobus erat montibus Selom, & Sion.

EIVSDEM. Vmbra quidem huius vineæ est cultus legalis: *Vmbram enim habet lex futurorum bonorum.* Montes autem dicit illum qui est in Selom, & illum qui est in Sion: duobus enim locis istis firmatum fuit tabernaculum. Nihil igitur aliud significat, quàm quòd legalia, quæ vmbra erant futurorum bonorum, in duobus istis montibus perfecta fuerint, in Selom, inquam, & in Sion.

Cedri & palmites quid mystici.

ATHANASII. Cedri quidem sunt virtutes cælestes, palmites verò vineæ sunt Prophetæ, qui è populo in sublime eleuati sunt, & requiescunt in supernis virtutibus rationalibus. Palmites & propagines vineæ vocat vniuersam populi multitudinem, quam continebat à fluuio Euphrate vsque ad mare Indicum.

Quomodo propagati sint Israelitæ.

THEODORI. Extensi enim sunt vsque ad mare: siquidem maritima inhabitabant vsque ad fluuium Iordanem. Voluit autem dicere, quòd multiplicati sint, & vniuersam terram occupauerint, scilicet montes, maritima, fluuios, ita vt rebus omnibus fruerentur; siue quid à mari, siue à montibus, siue etiam aliunde boni quidpiam proueniret. Hac autem similitudine orationem magis illustrauit, dum in morem vineæ populum introducit, & ex Ægypto euulsum, & in Palæstinam translatum, atque ibidem plantatum, ac multitudinem adinstar palmitum extendentem, & montes ac mare attingentem, atque fluuios cingentem. Per hæc omnia nimirum pristinam populi prosperitatem declarauit.

13. VT QVID DESTRVXISTI MACERIEM EIVS?] ATHANASII. Maceries, siue seps, erat custodia sanctorum, quam abstulit ab eis Deus.

Parabola vineæ Israelitarum felicitatem & calamitatem exponit.

THEODORI. Sufficit ipsi vineæ parabola & ad antiquam felicitatem demonstrandam, & ad præsentem calamitatem declarandam. Vinea enim, cui nulla tutela adhibetur, omnibus transeuntibus exposita est ad deuastationem, quolibet ex fructus concupiscentia facilè in eam irruente, dum nil sit quod prohibeat. Nostram igitur, inquit, maceriem destruens (scilicet tuam circa nos tutelam atque custodiam) inimicis nos tradidisti, vt cuilibet volenti captu faciles essemus, omnibus sic expositi.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Σκιὰ μὲν ταύτης ἀμπέλου ἡ κατὰ τὸν νόμον λατρεία· σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Ὄρη δὲ τὸ ἐν Σηλὼμ, καὶ τὸ ἐν Σιὼν φησίν· ἐν τούτοις γὰρ τοῖς δυσὶ τόποις ἵδρυτο ἡ σκηνή. Οὐδὲν οὖν ἕτερον σημαίνει, ἢ ὅτι τὰ ἐν νόμῳ, ἅπερ ἦν ἡ σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις ἐπληρώθη τοῖς ὄρεσι, λέγω δὲ τῷ τε ἐν Σηλὼμ, καὶ τῷ ἐν Σιών.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κέδροι μὲν αἱ οὐράνιοι δυνάμεις, κλήματα δὲ τῆς ἀμπέλου οἱ ἐκ τοῦ λαοῦ προφῆται, εἰς ὕψος ἐπαρθέντες, καὶ ἀναπαυσάμενοι ἐν ταῖς ἄνω λογικαῖς δυνάμεσι. Κλήματα δὲ καὶ παραφυάδας τῆς ἀμπέλου λέγει τὸ πᾶν πλῆθος τοῦ λαοῦ φησιν, ὃ κατεῖχεν ἀπὸ ποταμοῦ Εὐφράτου μέχρι θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐξετάθησαν γὰρ μέχρι τῆς θαλάσσης· ἐπειδὴ γὰρ οἱ καὶ τὴν παραθαλασσίαν οἰκοῦντες μέχρι ποταμοῦ τοῦ Ἰορδάνου. Ἠβουλήθη δὲ εἰπεῖν, ὅτι εἰς πλῆθος ἐπιδόντες, καὶ κατέσχον πᾶσαν τὴν γῆν, τὰ ὄρη, τὰ παραθαλάσσια, τοὺς ποταμοὺς, ὥστε ἀπάντων ἔχειν τὴν ἀπόλαυσιν· εἴτε τι ἀπὸ θαλάσσης καλὸν, εἴτε τι ἀπὸ ὀρέων, εἴτε καὶ ἑτέρωθεν. Τῷ δὲ ὁμοιώματι μᾶλλον ἐλάμπρυνε τὸν λόγον, ἐν ἀμπέλου τάξει τὸν λαὸν εἰσαγαγὼν, καὶ ἐκσπασθέντα ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ μετατεθέντα εἰς τὴν Παλαιστίνην, ἐκεῖ τε φυτευθέντα, καὶ ἐκτείνοντα δίκην κλημάτων τὸ πλῆθος, καὶ ἁπτόμενον τῶν ὀρέων, ἁπτόμενον τῆς θαλάσσης, κυκλοῦντα τοὺς ποταμούς· διὰ πάντων μηνύει τὴν παλαιὰν εὐθηνίαν τοῦ λαοῦ ἐσήμανε.

ιγ'. ΙΝΑ ΤΙ ΚΑΘΕΙΛΕΣ ΤΟΝ ΦΡΑΓΜΟΝ ΑΥΤΗΣ;] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Φραγμὸς ἦν ἡ τῶν ἁγίων φυλακὴ, ἣν ἀφεῖλεν ἀπ' αὐτῶν ὁ Θεός.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἤρκεσεν αὐτῷ ἡ τῆς ἀμπέλου παραβολὴ καὶ εἰς ἀπόδειξιν τῆς παλαιᾶς εὐπραγίας, καὶ εἰς παράστασιν τῆς νῦν συμφορᾶς. Ἄμπελος γὰρ, οὐδεμιᾶς ἀσφαλείας ἀπολαύουσα, πρόκειται πᾶσι τοῖς παρερχομένοις εἰς λύμην, ἑκάστου διὰ τὴν ἐκ τοῦ καρποῦ ὄρεξιν εὐκόλως ἐπιπηδῶντος, ὅταν μηδὲν τὸ κωλῦον ᾖ. Καθελὼν οὖν τὸν φραγμὸν, φησὶ, τὸν ἡμέτερον (δηλαδὴ τὴν ἀσφάλειαν ἡμῶν καὶ τὴν παρά σου φυλακὴν) ἔδωκας ἡμᾶς τοῖς ἐναντίοις, ὥστε εὐχειρώτους τῷ παντὶ τῷ βουλομένῳ, οὕτω πᾶσιν εὐάλωτοι καθεστήκαμεν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δέδοται δὲ καὶ εἰς βόσκημα τοῖς ἀκαθάρτοις δαίμοσιν, οἵτινες καὶ νέμονται αὐτῶν τὰς ψυχάς, τῆς νοητῆς εὐκαρπίας ἀπογυμνοῦντες.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰσὶ δὲ οὗτοι ψευδοδιδάσκαλοι καὶ τὸ πλάνης πνεῦμα· τρυγῶσι δὲ αὐτὴν ἔχουσαν σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυν πικρίας αὐτῆς· τοιαῦτα γὰρ ἤνεγκεν· καὶ ὅτε μὲν ἀντὶ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν πάθη καρποφορεῖ, ἀκάνθας ἀντὶ σταφυλῶν ἤνεγκεν· ὅτε δὲ περὶ τὰ τῆς γνώσεως ἁμαρτάνει, σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυν πικρίας φέρει.

ιδ΄. ΕΛΥΜΗΝΑΤΟ ΑΥΤΗΝ ΥΣ ΕΚ ΔΡΥΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸν Ἀντίοχον λέγει, μάλιστα πάντων κακῶς αὐτοὺς χρησάμενον, καὶ πολλὰ διαθέμενον κατὰ τὴν πόλιν, τὴν χώραν, τὸ ἔθνος, τὸν ναόν, οὐδὲν εἶδος ἐλλελοιπότα πονηρίας. Ὅρα δέ, ὅπως κατ᾽ αὔξησιν παρίστησι τῶν κακῶν τὴν ἐπίτασιν. Σφόδρα γὰρ ἄμπελον λυμαίνεται, κἂν κοινὸς ᾖ, κἂν ἥμερος ὁ χοῖρος συμβαίνῃ· πλέον δέ, ὅταν εἰ καὶ ἄγριος εἴη, καὶ τῶν ἐν ὄρεσι διαιτωμένων· ἂν δὲ καὶ τῶν ἀγρίων μεμονωμένος, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀγρίους τῶν χοίρων ἀκοινώνητος, ἔτι χαλεπώτερον τὸ κακόν· οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἰσχυροὶ καὶ μάλιστα ἄγριοι. ὥσπερ ἐπὶ τῶν λύκων· οἱ γὰρ μεμονωμένοι, καὶ καθ᾽ ἑαυτοὺς διάγοντες, μείζονα ἔτι τοῦ κακοῦ τὴν ἐπίτασιν φέρουσι. Τὸ γὰρ μονιὸς ἄγριος τοῦτο λέγει. τουτέστιν, ὥσπερ ὗς ἄγριος μεμονωμένος, καὶ πρὸς πάντας ἀκοινώνητος, οὕτως ἡμᾶς κατενεμήσατο· καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐ τοῦ καρποῦ μόνον ἅπτεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς πολλάκις τοῖς φυτοῖς λυμαίνεται.

ιε΄. Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς ἀγαθὸν γεωργὸν ἀπομνήσας τῆς πολλῆς αὐτοῦ περὶ τὴν ἄμπελον σπουδῆς, καὶ τῆς μετὰ ταῦτα ἐπισυμβάσης αὐτῇ ἐρημίας· ἑξῆς ἀκολούθως ἱκετεύει ἐπιστρέψαι ὡς ἀποστραφέντα, καὶ διὰ τὸ ἀποστραφῆναι τοῖς ἐναντίοις πᾶσιν ἐκδεδωκότα τὴν ἄμπελον. Ἐπιστρέψαι δὴ αὐτὸν ἱκετεύει, καὶ ἐπιβλέψαι ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ, μνησθῆναί τε, ὡς ἄρα εἴη αὐτοῦ φυτεία, καὶ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς γεωργία ἡ προλεχθεῖσα ἄμπελος· καὶ μνησθέντα ἐπισκέψασθαι αὐτήν, ὡς ἂν πάλαι μὲν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς φυτευθεῖσαν, νυνὶ δὲ ἐμπεπυρισμένην πυρὶ καὶ ἀνεσκαμμένην, καὶ ὑπὸ ἐπιτιμήσεως τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπολωλυῖαν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ὁ νόμος

ATHANASII. Quin etiam immundis dæmonibus in pabulum data est, qui & animas ipsorum depascuntur, spiritali fertilitate illas spoliantes. CATENA PATRVM.

DIDYMI. Hi autem sunt falsi doctores & spiritus erroris: vindemiant autem illam habentem vuam fellis & botrum amaritudinis ipsis: talia enim tulit: & quando quidem pro virtutibus moralibus passiones produxit, spinas pro vuis protulit: quando verò peccat in scientia, vuam fellis & botrum amaritudinis producit. *Vinea Israelitarum conuersa in amaritudinem.*

14. DEVASTAVIT EAM APER DE SILVA.] THEODORI. Dicit Antiochum, qui omnium pessimè ipsos tractauit, & plurima constituit contra ciuitatem, regionem, Gentem ac templum, nullum malitiæ genus omittens. Vide autem, quomodo per auxesin malorum incrementum proposuerit. Valdè enim vineam destruit, tametsi porcus communis ac mansuetus fuerit; magis autem, si siluestris sit, & ex ijs qui in montibus degunt: quòd si verò inter siluestres soliuagus fuerit, & alijs suibus minimè communicans, adhuc grauius malum infert: siquidem istiusmodi apri valdè fortes & maximè siluestres sunt: vti etiam in lupis vsuuenit: qui enim soliuagi sunt, & seorsum commorantur, adhuc maius mali incrementum adferunt. *Singularis* enim hic idem quod siluestris. q.d. Non secùs ac soliuagus aper siluestris, & cunctis insociabilis, ita nos depopulatus est: etenim ille non solùm fructum attingit, sed plerumque etiam stirpes ac plantas ipsas deuastat & exterminat. *Antiochus pessimè tractauit Iudæos.*

15. DEVS VIRTVTVM CONVERTERE.] EVSEBII. Cùm tamquam bonum agricolam de multa circa vineam suam diligentia commendasset, ac postmodum ipsi desolatio superuenisset; exinde consequenter eum tamquam auersum rogat vt conuertatur, ac si propter auersionem suam cunctis aduersarijs vineam tradidisset. Obsecrat igitur ipsum vt conuertatur, ac de cælo desuper respiciat, atque recordetur, quomodo nimirum prædicta vinea eius sit plantatio, & agricultura dexteræ ipsius; vtque memor eius curam habeat, vtpote olim quidē ab illius dextera plantatæ, nunc autem igne succensæ & suffossæ, & ab increpatione vultus eius destructæ. *Rogat Deū vt destructam vineam recolat.*

HESYCHII. Quandoquidem enim neque

Digitized by Google

que Lex neque Prophetæ Israëlem conuerterint, necessariò ipsummet Christum rogat vt conuertatur.

THEODORI. Valdè affectuosè ac miseranter hoc dixit; cùm in superioribus eius desolationem & desolationis vehementiam satis demonstrasset, opportunè subiunxit illud, *Visita vineam istam*, demonstratiuè simul & affectuosè. Tu igitur, inquit, qui vineæ illius cultor es, vide eius desolationem atque euersionem, ac sic sermone non posset sufficienter eius vastitas describi, nisi etiam videretur. Non solùm agricolæ, sed & medici partes assumere Deum expetit: siquidem medici proprium est visitare, qui per semetipsum capit inspectionem. Itaque accedere quidem vt medicum, sed vt cultorem vult ipsum vineam perficere, spiritalem vermem occidendo, vel etiam superfluos palmites resecando, ijs solis qui fructum ferre valeant relictis.

Rogat Christum mitti pro vineæ reparatione.

ATHANASII. Quandoquidem, inquit, tu illam plantaueris, ac deinde combusta fuerit atque suffossa, & te increpante perierit, perfice illam, & ad salutem præpara; præpara autem per filium hominis. Illud enim *super filium hominis*, per filium hominis significat. Quis porrò est ille filius hominis, nisi ipse Dominus noster, vti ipse de seipso in Euangelijs tradit?

THEODORI. Ab exemplo ad personam transijt: quæ enim ipsi conuenientia tamquam in exemplo de vinea dixerat, hæc iterùm ad ipsum pulchrè reducit. Quemadmodum igitur cùm superiùs dixisset, *Super orationem serui sui*, & *Cibabis nos*, transijt ad exemplum, tamquam de vinea quoque sequentia dicens: sic iterùm ab exemplo reuocat filium hominis, ac si dicat, nos ab vno populum appellans; vt cùm dicit, *Conculcauit me homo*; non de vno loquitur, sed de pluribus: retulit enim ad ipsum illud *respice*. q. d. *Et respice de cælo super vineam istam*: qualem manifestò hoc subdit: *& filium hominis, quem confirmasti tibi*; id est nos. Intende, inquit, nobis, quos ipse condidisti, & proprijs miraculis sæpè potentes reddidisti.

Psal. 55. 2.

HESYCHII. Quandoquidem Iudæorum Synagogam vineæ comparauerat, neces-

τὸν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι αὐτὸν χρῄζει. Προφῆται ἐπιστρέψαι, ἀναγκαίως αὐτὸν ἐπιστρέψαι παρακαλεῖ τὸν Χριστόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σφόδρα ἐμπαθῶς αὐτὸ εἶπε καὶ ἐλεεινῶς· ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἄνω ἀπεδείξατο τὴν ἐρήμωσιν αὐτῆς, τὴν ἐρήμωσιν καὶ τῆς ἐρημώσεως τὸ ἐπίτασιν, ἐπήγαγε καιρίως τὸ, ἐπίσκεψαι τὴν ἄμπελον ταύτην, δεικτικῶς ὁμοῦ καὶ ἐμπαθῶς. Σὺ τοίνυν, φησὶ, ὁ τῆς ἀμπέλου ταύτης γεωργὸς, βλέπε αὐτῆς τὴν ἐρήμωσιν καὶ τὴν διαφθορὰν, ὡς οὐκ ἀρκοῦντος λόγου διηγήσασθαι τὴν ἐρήμωσιν, εἰ μὴ καὶ ὀφθείη. Οὐ μόνον γεωργοῦ, ἀλλὰ καὶ ἰατροῦ χώραν ἀναλαβεῖν ἀξιοῖ τὸν Θεόν· ἰατροῦ γὰρ τὸ ἐπισκέψασθαι, ὅστις δι᾽ ἑαυτοῦ ποιεῖται τὴν ἐπίσκεψιν. Οὐκοῦν ἐπιδημῆσαι μὲν ὡς ἰατρὸν, ὡς γεωργὸν δὲ καταρτίσαι τὴν ἄμπελον βούλεται, ἀναιρεθέντος τὸν νοητὸν σκώληκα, ἢ καὶ τὰ περιττὰ ἐκτεμόντα κλήματα, μόνα δὲ καταλιμπάνοντα ἀφ᾽ ὧν καρπὸν φέρειν δυνήσεται.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ σὺ αὐτὴν, φησὶ, κατεφύτευσας, εἶτα γέγονεν ἐμπεπυρισμένη καὶ κατεσκαμμένη, καὶ ἀπώλετο σοῦ αὐτῇ ἐπιτιμῶντος, κατάρτισαι αὐτὴν, καὶ ἑτοίμασον εἰς σωτηρίαν παρασκεύασον· παρασκεύασον δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Τὸ γὰρ ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου σημαίνει. Τίς δὲ ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ἢ αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ἐν Εὐαγγελίοις φησί;

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἀπὸ τοῦ παραδείγματος ἐπὶ τὸ πρόσωπον μετέβη· ἃ γὰρ αὐτῷ προσήκοντα ὡς ἐπὶ παραδείγματος περὶ τῆς ἀμπέλου, ταῦτα εἰς αὐτὸν πάλιν ἀπάγει καλῶς. ὥσπερ οὖν καὶ ἄνω εἰπὼν, ἐπὶ τὴν προσευχὴν τοῦ δούλου σου, καὶ ψωμιεῖς ἡμᾶς, μετῆλθεν ἐπὶ τὸ παράδειγμα, ὡς περὶ ἀμπέλου λέγων καὶ τὰ ἀκόλουθα· οὕτως πάλιν ἀπὸ τοῦ παραδείγματος ἀνακαλεῖται υἱὸν ἀνθρώπου· ἵνα εἴπῃ ἡμᾶς, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τὸν λαὸν λέγων· ὡς ὅταν λέγῃ τὸ, κατεπάτησέ με ἄνθρωπος· οὐ περὶ ἑνὸς λέγει, ἀλλὰ περὶ πολλῶν. ἀπέδωκε μὲν αὐτῷ τὸ ἐπίβλεψον. ἵνα ᾖ· καὶ ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν ἄμπελον ταύτην ποίαν, σαφῶς αὐτὸ ἐπάγει· καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ὃν ἐκραταίωσας σεαυτῷ· τουτέστιν ἡμᾶς. πρόσχες ἡμῖν, φησὶν, οὓς αὐτὸς συνέστησας, καὶ ἰσχυροὺς τοῖς οἰκείοις πολλάκις ἀπέδειξας θαύμασι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπειδὴ ἀμπέλῳ τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴν συνέκρινεν, ἀναγκαίως

κῶς καὶ μερίζει τὸν λόγον, ποτὲ μὲν πρὸς τὴν εἰκόνα, ποτὲ δὲ πρὸς τοὺς, ἐφ' οὓς τὴν εἰκόνα παρέλαβεν. Ἐνεπυρίσθη τοίνυν πυρὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἄμπελος, τουτέστιν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, ἐκείνῳ δὲ περὶ οὗ ὁ Χριστὸς ἔλεγε· Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν· καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; τούτου δὲ χάριν ἐβλήθη τὸ πῦρ, καὶ ἀνεσκάφη· ἵνα ἀνασκαφείσης αὐτῆς γυμνωθῇ ὁ ἐν αὐτῇ κεκρυμμένος θεμέλιος, περὶ οὗ Ἡσαΐας ἔλεγε· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλιά σου Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

ιη. ΓΕΝΗΘΗΤΩ Η ΧΕΙΡ ΣΟΥ ΕΠ' ΑΝΔΡΑ ΔΕΞΙΑΣ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὕτη, φησὶν, ἡ πρᾶξις ἡ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ (ἥτις καὶ διὰ τῆς χειρὸς σημαίνεται) ἐπ' ἄνδρα δεξιᾶς σου γενηθήτω· τουτέστι, διὰ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ὄντος δεξιᾶς σου. καὶ τίς οὗτος, ἢ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου; ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ πατρὸς· εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. ἐπειδὰν δὲ τοῦτο γένηται, καὶ σώσει ἡμᾶς, φησιν, ἡ δεξιά σου, ὁ χρηματίσας ἀνὴρ καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, οὐκ ἄν ποτε ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ· ἅτε τῆς ζωῆς μεταλαβόντες, καὶ τῷ σῷ ἐπικληθέντες ὀνόματι, τουτέστι Χριστιανοί.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸν υἱὸν δὲ τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν, ἐκραταίωσας σεαυτῷ, μὴ συγχωρήσας αὐτὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς τὴν σύστασιν ἔχειν τοῦ σώματος· ἐπελθόντος γὰρ πνεύματος ἁγίου τῇ παρθένῳ, καὶ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως, ὁ ἅγιος οὗτος τόκος ὑπέστη, ὃς καὶ ἡτοίμασε τὴν ἄμπελον πρὸς καρποφορίαν.

ιθ. ΖΩΩΣΕΙΣ ΗΜΑΣ, ΚΑΙ ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΣΟΥ ΕΠΙΚΑΛΕΣΟΜΕΘΑ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ζωώσεις, φησὶ, τῷ ὕδατι τῷ ζῶντι τοῦ βαπτίσματος· τότε γὰρ αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἐπικαλεσόμεθα ἀπὸ Χριστοῦ Χριστιανοὶ λεγόμενοι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διδάσκει δὲ μίαν εἶναι τῶν τῆς ἀμπέλου κακῶν θεραπείαν τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, εἰς τὸ προσδοκᾶν αὐτὸν λυτρωτήν· τούτου γάρ, φησι, φανέντος οὐκέτι εἰδώλοις λατρεύσομεν· δι' αὐτοῦ δὲ ζωωθέντες τὸ ὄνομά σου ἐπικαλεσόμεθα, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπου Ἰσραὴλ χρηματίζοντες ἤγουν Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὀνόματός σου Χριστιανοί. διὸ λέλεκται κατὰ Σύμμαχον· ζωώσεις ἡμᾶς, καὶ τῷ ὀνόματί σου ἐπικληθησόμεθα.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Συνεχῶς τὴν ἱκεσίαν προβάλλεται, ἐπισπεύδων τὴν ἐπιφάνειαν γενέσθαι τοῦ μονογενοῦς· δι' οὗ καὶ σωθήσονται.

sariò etiam partitur orationem, quandoque quidem ad imaginem referens, quandoque verò ad illos, propter quos imaginem assumpsit. Iudæorum igitur vinea, id est synagoga, igni succensa fuit, illo nempe de quo Christus dixit: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi vt accendatur?* Idcircò ignis iniectus, & suffossa est; vt per suffossionem detegeretur in illa latens fundamentum, de quo Isaias ait: *Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, honorabilem: & qui crediderit in eo non confundetur.*

CATENA PATRVM.

Luce 12. 49.

Isa. 28. 16.

18. FIAT MANVS TVA SVPER VIRVM DEXTERÆ TVÆ.] ATHANASII. Hæc, inquit, operatio salutis populi (quæ etiam per dexteram significatur) super virum dexteræ tuæ fiat: id est, per virum qui est dexteræ tuæ. Ecquis iste, nisi filius hominis? qui est dextera Patris, tametsi homo factus sit. Quando autem hoc factum fuerit, etiam seruabit nos, inquit, dextera tua, quæ vir vocatur & filius hominis. *Et non discedimus à te;* quippe vitæ tuæ participes, & nomine tuo nuncupati, id est Christiani.

Christus Filius dexteræ.

DIDYMI. Filium autem hominis, inquit, confirmasti tibi, non permittens ipsum ex viri semine corporis habere constitutionem: siquidem Spiritu sancto, & Altissimi virtute Virgini superueniente, sanctus hic partus extitit, qui & vineam ad fructum ferendum præparauit.

Luc. 1.

19. VIVIFICABIS NOS, ET NOMEN TVVM INVOCABIMVS.] HESYCHII. Viuificabis, inquit, aquâ viuâ Baptismi: tunc enim nomen eius inuocabimus, qui à Christo Christiani nominamur.

EVSEBII. Docet autem Christi aduentum vnicam esse malorum huius vineæ curationem, vt ipsum Redemptorem expectemus: ipso enim, inquit, apparente non ampliùs idolis seruiemus: per ipsum porrò viuificati nomen tuum inuocabimus, cùm non ab homine Israël appellemur siue Iudæi, sed à nomine tuo Christiani nuncupemur. Quapropter secundùm Symmachum dicitur: *Viuificabis nos, & nomine tuo nuncupabimur.*

Christus vineæ reparator.

ATHANASII. Assiduè proponit supplicationem, vrgens vt fiat vnigeniti apparitio; per quem etiam saluabuntur.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONIS CORDERII.

De titulo & argumento.

DE hoc titulo quoad particulam *In finem*, & *Pro his qui immutabuntur*, dictum in Psalmo 44. & alibi: illud autem, *Testimonium ipsi Asaph*, significat hunc Psalmum esse testimonium Asapho dictatum, & ab ipso decantatum, quo Spiritus sanctus testificatur captiuitatem Israël & liberationem. Porrò illa verba *pro Assyrio* non habentur in Vulgata. S. Augustinus legit: *Testimonium ipsi Asaph pro Assyriis*. Captiuitas enim, de quâ hîc agitur, fuit primùm sub Rege Assyriorum Salmanasar, qui transtulit decem Tribus in Assyriorum regionem captiuas, vt scribitur lib. 4. Reg. 17. & deinde sub Nabuchodonosor, qui captiuum duxit reliquum populum in Babylonem, vt dicitur eodem lib. 4. Reg. 24. & 25. Argumentum hinc cognoscitur: prædicitur enim captiuitas & liberatio Hebræorum: quæ figuræ sunt captiuitatis generis humani per diabolum, & liberationis per Iesum Christum Saluatorem nostrum. Ita Bellarminus.

2. *Qui pascis Israël intende.*] S. Hieronymus, *Pastor Israël ausculta*: Græcè est, ὁ ποιμαίνων: Vulgata, *Qui regis*: siquidem Deo peculiare est nomen pastoris & Regis. Quin & Reges Homero atque Platoni pastores appellantur, ποιμένες λαῶν; quia nimirum Reges non secùs ac pastores consulere debent subditis suis. Vide quæ suprà diximus Psal. 22. ad ver. 1.

Reges sunt pastores populorum.

IBIDEM. *Qui deducis velut ouem Ioseph.*] Græcè, ὡσεὶ πρόβατον: ita etiam Theodotion, & Vulgata: Sixtina legit pluraliter ὡσεὶ πρόβατα, *oues*; quomodo etiam est in veteri Psalterio, & apud S. Augustinum, Cassiodorum & Haymonem: Aquila, ὡς ποίμνιον: quod S. Hieronymus vertit *quasi gregem*; Symmachus, ποίμνια, *greges*.

IBIDEM. *Qui sedes super Cherubim.*] Dauid his verbis postulabat, vt illa increata sapientia, quæ supra Angelos ferebatur, inter homines versaretur: sicut Salomon petebat, vt illa eadem sapientia de suis tandem Cherubinis desiliret, & in hominum salutem, hominibus cognata sociaretur. S. Dionysius Areopagita Cæl. Hier. cap. 7. §. 1. ait vocem *Cherubim* interpretari πλῆθος γνώσεως, ἢ χύσιν σοφίας, *Copiam cognitionis, siue sapientiæ diffusionem*. Sanctum verò Dionysium secutus D. Gregorius Homiliâ de Angelis: *Illa*, inquit, *summa Angelorum agmina ideò Cherubim sunt vocata, quia tantò perfectiore scientiâ sunt plena, quantò claritatem Dei vicinius contemplantur; vt secundùm creaturæ modum eò amplius omnia sciant, quò vicinius visionem conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant.* In istis ergo Angelicis spiritibus ideò sedere dicitur Deus, quia omnis scientia & cognitio creata ei subditur: propter quod & ipse *Deus scientiarum Dominus est*. Illum ergo Deum, scientiarum Dominum, inuocat Psalmista dicens: *Qui sedes super Cherubim, appare coram Ephraim, Beniamin & Manasse*. Pro cuius loci intelligentia sciendum, arcam testamenti, in qua Deus habitare dicebatur, quia inde dabat populo responsa, collocatam fuisse super duos Cherubim auro

Sap. 8.

Cherubim quid significent.

1. Reg. 2, 3.

Arca vbi esset collocata.

puro fabricatos, vt habetur Exodi 37. Erat autem hæc arca in occidentali parte tabernaculi constituta in Sancto sanctorum: cui loco, castrorum dispositione vicinissimæ essent Ephraïm, Beniamin & Manasses, quibus occidentalis custodienda obtigerat, vt habetur Numerorum cap. 2. rogat Propheta Deum, tribubus istis præ ceteris vicinitatis manifestari solebat, vt nunc omnibus per incarnationem se manifestet.

Si autem petas, Quomodo, ô Diue, vel summum inter cælites locum Seraphim negas; Deum in inferiorem sedem includas? te porte Hipponēsis Antistes, & ad mysterium refugie te attrahit ad Cherubicam dignitatem. Si enim super Cherubim, qui est plenitudo scientiæ, Deus sedet, cùm anima iusti scientiæ plenitudine pollet, anima iusti Dei sedes euadit. Ne te terreas de plenitudine scientiæ legis tu qui litteras nescis; nam si charitatem habes, plenitudinem legis habes. Audiamus ipse S. Augustinus ad hunc locum, teque alliciat ad gloriam hanc sublimem: *Si tu vis*, inquit, *eris Cherubim: si enim Cherubim sedes est Dei, audi quid dicat Scriptura: Anima iusti sedes est sapientiæ.* Si obijcias, Quomodo ero plenitudo scientiæ, cùm litteras nesciam? Sic ipse respondet: *Habes vnde impleas; plenitudo legis charitas est; noli per multa ire atque distendi.* Quasi diceret: Qui charitatem habet, & Cherub est, & plenitudine scientiæ pollet, & legem implet.

3. *Excita potentiam tuam, & veni.*] S. Hieronymus: *Suscita fortitudinem tuam*. Hic expressè postulat Christi incarnationem, quam in præcedenti versiculo implicitè postulauerat. S. Augustinus in Glossa hunc versum sic exponit dicens: *Repetit quod orauerat. Ordo talis est: Veni tu ipse in carnem, & excita potentiam tuam in resurrectione, qui visus es infirmus in passione, dum diceretur, Si filius Dei es, descende de cruce:* nihil posse videbaris; præualuit super te persecutor. Excita ergo, id est, ostende potentiam tuam; & qui in infirmitate humanitatis crucifixus es, ex virtute & potentia diuinitatis resurge: & hoc totum, vt saluos facias nos; quia in his omnibus salus nostra consistit. M. 40.

4. *Deus conuerte nos.*] Ad litteram videri potest oratio exulum & captiuorum, qui reditum ac reuersionem in patriam flagitent, sed simul, imò primo loco, conuersionem à peccatis, quæ huiusce causam calamitatis esse probè nouerant. Cùm enim homo sit *spiritus vadens, & non rediens*; qui per se quidem in peccatum cadere potest, sed per se inde resurgere non potest, nisi Dei adiutus gratiâ; hinc fit, vt à peccato non possit conuerti, nisi ipsum Deus conuerterit. Vnde, sicut in peccando nos primùm auertimur à Deo, & consequenter ipse auertitur à nobis; sic in pœnitendo accidit oppositum, vt ipse primùm se conuertat ad nos: quæ ipsius conuersio causat nostram conuersionem.

Psal. 77. 39.

Homo per se peccare potest, sed non resurgere sine auxilio Dei.

IBIDEM. *Ostende faciem tuam.*] S. Augustinus & Vetus Psalterium, *Illumina*: Græcè est ἐπίφανον. Allegoricè intelligit Incarnationem Filij Dei,

Digitized by Google

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλότριον δὲ θεὸν καὶ πρόσφατον [illegible] τοῖς [illegible] ἔθνεσι νομισθέντα [illegible].

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ταῦτα τῶν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου [illegible] ἔλεγχοι. εἰ γὰρ οὐχ [illegible] ἀλλότριος ἂν καλοῖτο εἰκότως· [illegible] πρόσφατος, [illegible] καὶ ἦν ὅτε οὐκ ἦν, πρόσφατος [illegible] νόμον, [illegible] πρόσφατον [illegible] θεὸν, ἀλλότριον καὶ πρόσφατον [illegible] εἰρημένον· ὁ δὲ θεὸς βασιλεὺς [illegible] πρὸ αἰώνων.

ιβʹ. ΚΑΙ ΟΥΚ ΗΚΟΥΣΕΝ Ο ΛΑΟΣ ΜΟΥ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐδὲ γὰρ διδάσκοντος [illegible] εὐαγγελιζομένου [illegible] οὐδὲ θαυματουργοῦντος προσέχειν ἠθελήσαν· ἐβάρυναν δὲ τὰ ὦτα αὐτῶν, ἵνα μὴ τὰ κυρίου τὰς ἐντολὰς ἀκούσωσι· ἐκάμμυσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς (ὡς Ἡσαΐας ἔλεγε) ἵνα μὴ τὰ σημεῖα θεάσωνται. τί τοίνυν ἀντὶ τούτων [illegible], τὰ ἑξῆς δηλοῖ.

ιγʹ. ΚΑΙ ΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΑ ΑΥΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΤΑ ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑΤΑ ΤΩΝ ΚΑΡΔΙΩΝ ΑΥΤΩΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Σύμμαχος σαφέστερον· ἀφῆκα οὖν αὐτοὺς τῇ ἀρεσκείᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν ὁδεύειν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν. Ταύτην ἑαυτοῖς τὴν τιμωρίαν ἐπήγαγον βουλόμενοι [illegible] οὐκ ὀρθῶς ζῆν, ἀφῆκα, οὐδεμίαν αὐτῶν [illegible] τοῦ λοιποῦ, ὥστε [illegible] ἐπιμέλειαν ποιησάμενος [illegible]. [illegible] οἰκείαν γνώμην [illegible]· καὶ γὰρ [illegible], [illegible] τὸν βίον ἔχων [illegible] πρὸς τὸ χεῖρον, [illegible] τούτου [illegible], [illegible] αἰχμαλωσίαν [illegible], [illegible] ἀπὸ [illegible] χώρησιν [illegible] λέγει· τὸ γὰρ ἀφῆκα [illegible] συγχώρησιν [illegible].

[illegible]nis commentis alicunde heri aut hodie [illegible] rusos, introducas.

HESYCHII. Non erat Christus Deus [illegible]ens neque alienus: ipse enim erat qui eduxit illos de terra Ægypti: ipse erat ab initio, [illegible]m & post hæc; sicut per Isaiæ vaticinium [illegible]ificauit: ait enim: *Ego sum Deus primus;* Isa. 41. 4. *[illegible]n ea quæ ventura sunt ego sum.* Et rursus: *[illegible] Deus, & non est alius præter me iustus;* Isa. 43. *Saluator non est præter me.* Saluator autem [illegible] extra omnem controuersiam is qui in[illegible]atus est, vt genus nostrum seruaret, hic [illegible]ligitur.

DIDYMI. Alienum autem Deum ac re[cent]em nominauit eum qui erronee à Gentibus pro Deo habebatur.

EIVSDEM. Hæc Arij & Eunomij vesaniam redarguunt. Si enim non est consubstantialis, meritò sanè alienus vocari possit, & si erat quando non erat, recens est, & non sempiternus. Manifestò igitur diuinam legem transgrediuntur, cùm alienum & nouum Deum colant, non intelligentes dictum illud: *Deus autem Rex noster ante secula.* Psal. 73. 12.

Christus non est Deus recens.

12. ET NON AVDIVIT POPVLVS MEVS.] HESYCHII. Nam neque docentem neque euangelizantem audire sustinuerunt, neque miracula facienti attendere voluerunt, sed aggrauauerunt aures suas, ne mandata Domini audirent; & occluserunt oculos suos (vt ait Isaias) ne signa viderent. Quid igitur pro his passi fuerint, exinde declarat.

Israelitæ noluerunt Deo attendere.

13. ET DIMISI EOS SECVNDVM AFFECTIONES CORDIVM EORVM.] THEODORI. Symmachus hoc dicit manifestius: *Dimisi igitur ipsos beneplacito cordis eorum ambulare vias suas.* Hanc pœnam ipsis haud rectè viuere volentibus irrogaui, vt illos sibi permitterem, nullam deinceps eorum curam gerens, ita vt omnia secundum suam voluntatem facerent. Hanc pœnam, quanta esset, facilè cognouerunt: etenim ad malum spectabant, & vitam habebant deprauatam, atque horum fructus recipiebant, scilicet captiuitatem, & mala inde promanantia. Atqui hinc etiam demonstratur, sicut à nobis sæpè dictum est, Scripturam non rarò permissionem pro re ipsa dicere: illud enim *Dimisi* ἐξαπέστειλα dixit: quippe quæ permisit ipsos pati,

Maxima pœna est, nos nobis relinqui.

CATENA PATRVM.

pati, & secundùm proprium animi proposi-tum peccare; hæc tamquam Deo in ipsos emittente ac faciente commemorans.

HESYCHII. Affectiones cordium vocat varias cogitationes & machinationes consiliorum, quibus Iudæorum populus vsus est cum Domino insidiaretur, dicentes: *Quid facimus? quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; & venient Romani, & tollent nostrum locum & Gentem.* Secundùm hanc igitur machinationem, & secundùm hoc consilium, dimissi sunt, & ambularunt: nam Romani & locum ipsorum & ciuitatem destruxerunt; ipsi autem in captiuitatem abducti fuerunt.

Quid facimus? ... Ioan. 11. 47.

14. SI POPVLVS MEVS AVDISSET ME.] THEODORI. Si vero, inquit, verborum meorum quæ præceperam studiose meminissent, hęc vtique minime perpessi fuissent: siquidem facili negotio inimicos eorum victus fuissem, & maximis malis ipsos implicassem, ne quidquam molestiæ ab ijs perciperent. Ceterum cum hæc Propheta sumpsisset ex voce Dei tunc prolatâ, etiam sequentia dixit, ac si etiamnum istâ voce vti voluisset, cùm ea quæ sequuntur ipsi conueniant. Per hæc omnia docet, quòd cùm beneficijs affecti sint, & legem à Deo acceperint, si quidem obediuissent, nil passi fuissent: verum cùm mandata eius parui fecerint, atque contempserint, in mala incurabilia inciderunt. Monet itaque ipsos vt caueant, ne in posterum in eadem impingant, & ne rursus eadem patiantur.

Omne malum ex inobedientia.

DIDYMI. Illud *in nihilo*, id est, facili negotio inimicos eorum humiliassem, sicut maximum tyrannum Ægypti, non gigantes robustos, neque ingentes belluas, contra ipsos armans, sed vilia & parua animalcula.

16. INIMICI DOMINI MENTITI SVNT.] THEODORI. Ceterùm id quod hoc loco dictum est simile est isti Psalmi sexagesimi quinti: *In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* Pro his igitur, inquit, iubeo vos gratias agere, quòd post tantam perfidiam, tam magnam à Deo gratiam consecuti sitis, vt etiam plurimi aduersariorum honorem vestrum obstupescentes, mendaciter simulent dogmatis communionem. In prædicto autem Psalmo huius rei demonstratio nobis proponitur.

Inimici Dei mentiuntur.

θεῖν τι, καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν γνώμην αὐτοὺς ἁμαρτάνειν· ταῦτα ὡς τοῦ θεοῦ ἀποστείλαντος ἐπ' αὐτοὺς καὶ ποιήσαντος εἰπών.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν τὰς ἐννοίας τὰς ποικίλας λέγει καὶ τὰς μεθόδους τῶν λογισμῶν, οἷς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαὸς ἐπιβουλεύων τῷ κυρίῳ ἐχρήσατο, λέγοντες· τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ· ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, πάντες πιστεύσουσιν εἰς αὐτόν· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Κατὰ τοῦτο τοίνυν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ κατὰ ταύτην τὴν βουλὴν, ἐξαπεστάλησαν, καὶ ἐπορεύθησαν· Ῥωμαῖοι γὰρ αὐτῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὴν πόλιν κατέλαβον· αὐτοὶ δὲ αἰχμάλωτοι ὤχοντο.

ιδ'. ΕΙ Ο ΛΑΟΣ ΜΟΥ ΗΚΟΥΣΕ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰ δέ, φησιν, ἐμέμνηντο τῶν ἐμῶν ῥημάτων ἐπιμεληθέντες ὧν προσέταξα, οὐδ' ἂν ἔπαθον ταῦτα· καὶ γὰρ σφόδρα ῥᾳδίως τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐνικησάμην, καὶ περιέβαλον ἂν αὐτοὺς δυσκόλοις μεγίσταις κακοῖς, ὥστε οὐδ' ἂν ἔπαθόν τι δυσχερές. Ταῦτα δὲ λαβὼν ὁ προφήτης ἀπὸ τῆς τότε φωνῆς τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ ἀκόλουθα εἶπεν, ὡς ἂν εἰ βουληθείη καὶ νῦν χρήσασθαι φωνῇ, ἁρμόζοντα αὐτοῖς τῶν ἑξῆς. διὰ πάντων τούτων παιδεύει, ὅτι εὐεργετηθέντες, καὶ νόμον δεξάμενοι παρὰ τοῦ θεοῦ, εἰ μὲν ὑπήκουσαν, ἔπαθον ἂν οὐδέν· ἐπειδὴ δὲ ἔλαττον ἐφρόντισαν τῶν προσταγμάτων, ἀνιάτοις περιέπεσον κακοῖς. παιδεύει αὐτοὺς φυλάξασθαι, τὸ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν ἑξῆς, καὶ μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν παθεῖν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ ἐν τῷ μηδενὶ, τουτέστι, δι' εὐκολίας τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, ὥσπερ καὶ τὸν μέγιστον τύραννον τῶν Αἰγυπτίων, οὐ γίγαντας ἰσχυροὺς ὁπλίσας κατ' αὐτῶν, ἢ θηρία μεγάλα, ἀλλ' εὐτελῆ καὶ μικρὰ ζωΰφια.

ιε'. ΟΙ ΕΧΘΡΟΙ ΚΥΡΙΟΥ ΕΨΕΥΣΑΝΤΟ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅμοιον δὲ ἐστὶ τὸ ἐνταῦθα λεγόμενον τῷ ἐν τῷ ξε' ψαλμῷ· ἐν τῷ πλήθει τῆς δυνάμεώς σου ψεύσονταί σε οἱ ἐχθροί σου. Ὑπὲρ τούτων οὖν, φησιν, εὐχαριστεῖν ὑμῖν παρακελεύομαι, ὅτι μετὰ τοσαύτην ἀγνωμοσύνην, ἐπιτυχοῦσι μεγάλης παρὰ τοῦ θεοῦ χάριτος, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἐναντίων καταπλαγέντας τὴν περὶ ὑμᾶς τιμὴν ὑποκρίνασθαι, ψευδομένους τοῦ δόγματος τὴν κοινωνίαν. ἐν αὐτῷ δὲ προειρημένῳ ψαλμῷ ἡ ἀπόδειξις ἡμῖν πρόκειται.

ΕΥΣΕ.

Digitized by Google

ΙΟΥ. Ταῦτα δὲ ἐποίησα [illegible] τῷ λαῷ, εἰ εἶχον αὐτοὺς [illegible] δὲ ἀνήκοοι καὶ ἀπειθεῖς γενό[illegible] ἑαυτοὺς ἐχθροὺς τῷ θεῷ κατέ[illegible]

[illegible]ΨΩΜΙΣΕΝ ΑΥΤΟΥΣ ΕΚ ΣΤΕΑΤΟΣ ΠΥΡΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτοὶ μὲν [illegible] αὐτῷ· αὐτὸς δὲ, ἅτε ἀγαθὸς [illegible] αὐτοὺς [illegible] τροφῆς· αὐτὴ [illegible] ὁ κύριος, ὁ ἄρτος ζῶν ὁ ἐκ [illegible] καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ. Πέτρα δὲ αὐτὸς ὁ κύριος, μέλι δὲ τὰ θεῖα αὐτοῦ λόγια. Λέγει γοῦν, ὅτι ἐκ τῶν ὁσίων αὐτοῦ λογίων ἐπλήρωσεν αὐτούς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Μέλι ἐκ πέτρας τοὺς προφήτας λέγει· ἐπειδήπερ ἀπὸ Χριστοῦ, ὃς πέτρα [illegible] τὴν προφητείαν ἔχουσι, ἣς [illegible] πέτρα, τὴν προφητείαν [illegible] αὐτοὺς ἐχόρτασεν ὁ θεός· οὐχ ἕνα προφήτην [illegible] δεύτερον, πολλοὺς δὲ, καὶ ἐπὶ πολλαῖς [illegible] τὰς γενεὰς χαρισάμενος.

Ev[illegible]EBII. Hæc fecissem contra hostes populi [illegible]ci, si ipsos mihi obsequentes habuissem: [illegible] autem cùm inobedientes & infideles fuer[illegible]nt, ipsi semetipsos Deo inimicos constituerunt.

17. [illegible]T CIBAVIT EOS EX ADIPE FRVM[illegible]ENTI.] ATHANASII. Ipsi quidem, i[illegible]quit, mentiti sunt ei: at ille, vtpote bonus, [illegible] spiritali cibo ipsos repleuit: hic autem est ipse [illegible]et Dominus, Panis viuus qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. Petra quoque [illegible] ipse Dominus est, mel verò diuina eius oracula. Dicit igitur, quòd sanctis suis oraculis [illegible] ipsos impleuerit.

HE[illegible]SYCHII. Mel de petra vocat Prophetas, [illegible] quandoquidem à Christo, qui petra dicitur, [illegible] prophetiam obtinent, quâ Deus ipsos [illegible] saturauit; non vnum alterúmve Prophetam, sed multos, & in multis generationibus illos concedens.

Ioan. 6, 33.

Mel de petra vocat Prophetas.

ANNOTATIONES CORDERII.

QVID sit *Pro torcularibus* dictum in explicatione Psalmi octaui. Argumentum est cohortatio ad festos dies ritè celebrandos, & simul commendatio beneficiorum Dei, ob quæ dies festi instituuntur, & reprehensio negligentiæ & ingratitudinis Iudæorum. In quibusdam Codicibus additur ad titulum, *Quintâ Sabbati*; sed in Hebraicis Codicibus, & in correctioribus Græcis & Latinis non habetur.

2. *Exultate Deo adiutori nostro.*] S. Hieronymus, *Laudate Deum fortitudinem vestram*: in Hebræo est, הַרְנִינוּ *harninu*, à רָנַן *ranan*: quod significat *fortiter clamare* quauis quidem de causa: sed hoc loco de laude & prædicatione accipitur. Symmachus dixit *εὐφημεῖτε*, *Benedicite*; Aquila, *αἰνέσατε*, *Laudate*, vel *laudare facite*. Causa autem veræ exultationis & lætitiæ Deus est; vtpote summum bonum nostrum.

3. *Sumite psalmum, & date tympanum.*] S. Hieronymus, *Sumite carmen*; alij, *canticum*, *hymnum*. Id est: Elatâ voce canite, & manibus tympana ceteraque musica instrumenta pulsate. Origenes secundùm allegoricam rationem hunc versum exponit dicens: [illegible] *Iubet*, inquit, *auribus accipere sermonis* [illegible] *doctrinam, dare vicissim opera per corpus*: deit[illegible]de declarat, cur Psalmum doctrinam dixerit, ty[illegible]mpanum verò actiones intellexerit, quas per c[illegible]orpus exercemus; sic enim habet: [illegible] *tympanum ver*[illegible] *instrumentum est ex pellibus confectum. Iubet* [illegible]*itur diuinis oraculis sonum congruentem reddere. Accipite spiritualem doctrinam, & reddite mortificationem membrorum quæ sunt super terram.* Hæc Origenes. Optima igitur psalmi ac tympani cohærentia, optimus doctrinæ ac mortificationis nexus: luxus omnis auersandus, vt cælestis mellis deliciæ degustentur. Ritè in Dei lege meditatur, diuinasque litteras versat, qui corpus castigat, & in seruitutem redigit, & se Deo immolat. Rem exemplo suo sanctissimus Moyses confirmat; nam diuinæ legis tabulas à Deo accepturus, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. Optimus sanè atq; opportunus recipiendæ legis apparatus ieiunium carnisque mortificatio: hoc est pro psalmo tympanum exhibere. Plurimum enim ad diuinæ legis cognitionem eiusdemque obseruationem iuuat ieiunium, ita vt Scripturarum clauis meritò dici possit: vnde S. Thomas in locorum sacræ Scripturæ difficultatibus ad orationem ieiunium adhibere solitus legitur, peritissimè psalmum cum tympano coniungens.

Psalmus doctrinam, tympanum designat mortificationem.

Doctrina cum mortificatione coniungenda.

Deut. 9, 9.

Ieiunium legis clauis.

4. *Buccinate in Neomenia tuba.*] Sic Vulgata; quod Græcè est, *Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι*: S. Augustinus & Vetus Psalterium, *Tubâ canite in initio mensis tubæ*; nimirum vt intelligeretur mensis septimus: non enim habent sequentia verba, quibus hoc declaratur, *in insigni die solemnitatis vestræ*: Romanum Psalterium habet, *Canite in initio mensis tubâ, in die insignis solemnitatis vestræ*. De Neomenia vide S. Hieronymum in fine Epistolæ ad Suniam. Ad hæc Gillibertus Abbas Serm. 18. in Canticum aiebat: *Buccinat nobis tu bone Iesu in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis nostræ. Verè insignis dies, vbi diuina maiestas se manifestat, nihil insignius, sed nihil succinctius. Diem dixi? hora est. Hora verè insignis, & verè solemnis. Erncta in nobis Iesu mana æterna*

Quæ sit dies solemnitatis insignis.

æterni illius diei horas aliquas, diem illum statim efficeres. Diem solemnitatis humanæ vocat tempus illud, quo homines nouum sæculum nouamque lucem intraturi sunt in voce tubæ, in voce Archangeli. Sed cur ille dies dicitur, & non potiùs sæcula sæculorum? Facit id reuelatio maiestatis diuinæ, cuius in gaudia homo intrans momentum reputat æternitates. Eleganter locum hunc Psalmi Celada noster in Tractatu Appendicis in Iudith Deiparæ conceptioni immaculatæ sic applicat. Quid, quæso, in noua lege præfigurabat tam solemne Nouilunij festum? Maria Ecclesiæ Luna est, quæ pulchra vt Luna dicitur. Ergo festum dicatum Nouilunio, seu auspicio Lunæ, nouis inquam Lunæ splendoribus, præfigurabat futurum immaculatæ Conceptionis festum, recentibus Mariæ fulgoribus sacrum: in quo sicut in Nouilunio fulget noua Luna Maria pulchro gratiæ candore: sed animaduersione dignissimum est, quod aduertunt Astrologi, vt notat Ioannes de Sacro Bosco cap. 1. Sphæræ, & ibi noster Clauius, in Nouilunio numquam Lunam obscurari, siue eclipsi infuscari, vt aptiùs figura cum re conueniat, & innuatur Lunam Ecclesiæ Mariam in Conceptionis Nouilunio obfuscatam non fuisse caligine culpæ, nec primordialis delicti obscuratam eclipsi, sed in felicissimo sui ortus auspicio cum gratiæ fulgoribus vitam inchoasse.

ANNOTATIO NEICORDARII. *In Nouilunio nullam eclipsin esse, symbolum Conceptionis B. Mariæ.*

6. *Testimonium in Ioseph*, &c.] Quid est, Iosephum, virum Principem, & prudentem, positum fuisse in testimonium, dum audit & exaudit linguam, quam non nouerat? Profectò dum Putiphari seruiebat, dum in carcere squalebat, dum in Principatu fulgebat, ipse Hebræus saltem semibarbarè loquebatur, & intelligebat linguam Ægyptiacam. Quis hoc dubitet? Præsertim si verum est quod ex Iosepho rerum Iudaicarum Historiographo refert, nec improbat Lyranus ibi, plura, inquam, linguarum idiomata diuinitùs Patriarchæ Iosepho reuelata fuisse in Ægypto. Quid ergo est, Iosephum audisse in Ægypto linguam, quam non nouerat? Quidam viri docti apud Treuetum sic explicant, vt sit sensus: *linguam, quam non nouerat*, id est, quam se audire & percipere dissimulauerat, *audiuit*, & exaudiuit; iuxta illud alterius Psalmi, *Factus sum sicut homo non audiens*, &c. Nempe Iosephus, diuinâ & humanâ politiâ instructissimus, cùm in domo Putipharis procacissimæ vxoris amatoria verba dicta Ægyptiacâ linguâ audiuisset, dissimulabat exaudiuisse; quasi non intelligeret peregrinum idioma, diuersissimum à patria lingua: cùm in carcere sordidus alienigena, & infidi facinoris reus, probra, irrisiones vinctorum iactatas Ægyptiacâ linguâ audiret, dissimulabat exaudisse, quasi non perciperet, quod idiomate non suo dicebatur: item, cùm in Principatu nouus homo, & nuper seruus, gloriosè fulgebat, necesse fuit multa pati ab inuidia Procerum, à diuitum depauperatione, à vulgi licentia: at ciuilissimus & prudentissimus Iosephus dissimulabat exaudiuisse, quod aduersus se audiebat peregrinâ linguâ iactatum. O tolerantissimum virum, qui etsi ægrè (vt par est) ferret contumelias Ægyptiorum, & timeret valdè Ægyptiorum maledictis impeti, tamen prudenter dissimulabat intellectum, ne se offendi posse contumelijs indicaret, & ita licentiam faceret Ægyptijs ipsius exprobrandi & contumelijs lacerandi. Quod sententiosè aduertit Seneca Epist. 14. *Verendum est*, inquit, *ne in contemptum nos inuidiæ timor transferat, ne dum calcari nolumus, videamur posse calcari.*

Psal. 37. 15. Dissimulanda iniuria, ne ijs lædi posse videamur.

7. *Auertit ab oneribus dorsum eius.*] S. Hieronymus in prima persona effert: *Amoui ab onere humerum eius*: Hebraicè enim est הִסִירוֹתִי *hasirothi*: introducit nempe Deum hæc loquentem: narrat autem beneficia liberationis Ægyptiacæ, ob quæ Deus voce & organis celebrandus sit.

IBIDEM. *Manus eius in cophino seruierunt.*] S. Hieronymus contrario sensu vertit, *à cophino recesserunt*; alij, *ab aheno, cacabo, olla*, &c. vt scilicet hæc instrumenta fictilia non ampliùs coquerent & conficerent. Celebrat nempe Iosephi benedicti labores & populi captiuitatis liberationem merentis. vnde subdit:

8. *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te.*] Itaque dum captiui in cophino seruirent, Deum inuocabant, & salutem à Domino consequebantur: ex quo educit Egesippus extremam calamitatem Iudæorum iam reprobatorum, quando Pompeius, expugnaturus templum, cogebat Iudæos ipsos, vt plenis terra cophinis æquarent templi fossas: quippe ait ille lib. 1. de Excidio Hierosolymitano cap. 16. *Ad templi autem irruptionem, quoniam pertinaciter resistebant, Iudæos Magnus parauit socios: simul vt sua manibus Iudæi fossas replerent, impio ministerio & turpi obsequio seruierunt, manus eorum in cophino, mentes in sacrilegio.* Compone modò (inquit Baëza noster lib. 3. de Christo in veteri lege figurato) Iudæos in Ægypto cum Iudæis Hierosolymis, ibi sub tyrannide Pharaonis, hîc sub tyrannide Pompei: vtrobique captiui, vtrobique seruiunt tyrannidi Principum: vtrobique seruiunt in cophino; sed in Ægypto negotiabantur libertatem & constitutionem Israëlitici populi; Hierosolymis verò templi & totius populi ruinam opere nefario moliebantur. Ea nimirum est conditio nouissima reproborum, quòd in ijsdem laboribus in eodem cophino seruiant suæ perditioni, in quibus iusti negotiantur cælestes benedictiones.

IBIDEM. *Probaui te apud aquam contradictionis.*] Id est in tentatione. Tentatio enim hominem examinat, an Deo gratus & fidelis existat: experimentum nempe quoddam est, quo cuiusque amor in Deum fidelitasque cognoscitur. Si bellum ingruat, in quo subditi fideles Regis ab infidelibus & perduellionibus dignoscuntur; nónne in hoc, quòd hi aut fugiunt, aut se abscondunt, aut hostibus irruentibus adhærent, illi verò pro Rege fortiter ac pro patria decertant? Ita fideles Dei serui, qui resistunt tentationibus, qui hostes in se vincere, & à suis cordibus, quæ vrbes sunt Dei, eliminare nituntur; infideles verò & transfugæ, qui à Dei legibus deficientes, dæmoni militare decernunt. Sicut ergo Dominus dimisit Gentes idolis addictas in terra illa generi Abrahæ promissa, *vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audiret mandata Domini, quæ præceperat Patribus eorum per manum Moysi, an non*; ita & nunc affectus insurgere in seruis suis, & tentationes grassari permittit, vt eorum virtutem experiatur. *Iud. 3. 4.*

In tentationibus probatur amor.

9. Audi

Populus meus, & contestabor te, &c.] [illegible] non vtcumque, sed cum magna [illegible] iubet illis, ne in rebus creatis suum [illegible] situant, cásve in proprium cor, vi[illegible] [illegible] icilium, ingredi permittant, sed se [illegible] eius affectionibus magis euacuent, [illegible] tuis cælestium rerum desiderijs di[illegible] [illegible]is ac muneribus impleantur. Et qui[illegible] [illegible] ctendum vniuersis hominibus esse colere, id est, contempto Deo, crea[illegible] eius præcepta diligere; tamen multò detestabilius erit, si sanctus iste populus Dei tam immane etiam [illegible] admittat: quare illi in Deutero[illegible]nomio horum idolorum deletio cum magna as[illegible]seueratione præcipitur. *Aras* (ait Moyses) *eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite: quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.* Quid est aras idolorum subuertere, nisi materias vitiorum exscin[illegible]dere? Quid statuas confringere, nisi fletu & compunctione illicitas actiones diluere? Quid lucos succidere, nisi affectus & passiones cohibere? Quid sculptilia comburere, nisi igne sancti amoris sæcularium actuum memoriam recordatio[illegible]nemque cremare? Hæc faciat populus sanctus, populus peculiaris, qui Deo se totum addixit: ad hoc enim vocatus est, vt ab alijs Gentibus segregatus, soli Deo vacet, & sola diuina ac cælestia concupiscat. vnde subdit:

Zonæ [illegible] Quæ [illegible] doctrinæ [illegible] eorum [illegible] que Dei [illegible] hominesque [illegible] latum, vt [illegible] debent idola [illegible] turas contra [illegible] detestabilius immane [illegible]

Deut. 7, 5.

10. *Non erit in te Deus recens.*] Hoc est quod in Deuteronomio conqueritur Deus: *Immolauerunt dæmonijs, & non Deo, dijs quos ignorabant: noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* S. Hieronymus hoc loco vertit, *Non sit in te Deus alienus*: Hebræum enim זר *zar* propriè significat *alienum* & extraneum siue à cohabitatione, siue à coniunctione sanguinis, siue à ciuili societate, siue ab vnitate religionis: is autem qui talis est, semper alteri est quasi recens & nouus. Vnde non malè quidam distinguunt hoc membrum ac sequens; vt Deus recens sit, quem, vt modò recitaui ex Cantico Moysis, non coluerint patres; Deus verò alienus, quem colant aliæ Gentes. de quo subdit: *Neque adorabis Deum alienum.* Quod aliqui de cultu externo exponunt. & prius membrum de cultu interno, ita vt istis verbis, *non erit*, opinio & fides inhibeatur; alijs, *neque adorabis*, cultus exterior. Argutè profectò: nam licet adoratio in interiorem & exteriorem diuidatur, sic vt posterior sit indicium prioris, grauissimi tamen Theologi, qui eruditis suis disputationibus hanc materiam illustrauerunt, præcipuè exterioris rationem habent, dum cum D. Thoma 2. 2. quæst. 84. definiunt adoratio[illegible]nem; *Per quam aliquis suum corpus ad Deum [illegible] venerandum exhibet*: requiritur igitur externum [illegible] actum, facere reuerentiæ velut testem: qui qu[illegible]idem multiplex esse potest; sed antiquissimus [illegible] communissimus olim fuit oscu[illegible]lum: vnde apu[illegible]d Græcos & Latinos adoratio no[illegible]men obtinuit [illegible] um. Itaque solebant in profana superstitione [illegible] quisiti Numinum suorum effigies (vtè Poëta Lu[illegible]cretio aliisque auctoribus intelligi potest:) vnde [illegible] nomen fluxit adorationis: nam ex eo quòd venera[illegible]bundi osculum rebus sacris imprimerent, easi[illegible] [illegible] ue adducerent ad ora, natum est [illegible]

Deut. 32, 17.

Deus recens & alienus quis.

Adoratio quid proprie, & vnde sic dicta.

[illegible] ore; quasi osculatione Numen venerari. Quod autem [illegible] et in Græcorum lingua contigit: apud quos προσ[illegible] κυνεῖν idem est quod *osculor*: inde ortum προσκυ[illegible]νεῖν, *adorare*, & προσκύνησις, *adoratio*. Neque erat apud Gentiles tantùm ea consuetudo, sed in vsu quoque fuit Hebræorum, & à [illegible] stianis deinceps religiosè excepta. Cuius rei [illegible] aduersio ad oracula Scripturarum intelli[illegible]a conducit; in quibus sæpè osculari idem est adorare: nam in Osee, vbi nos habemus, *Osculentur vitulos*, in Hebræo est, *osculantes*, & [illegible]llam vertisse προσκυνοῦντες, *adorantes*, pro[illegible] Hieronymus. Ita Iob, cùm videret solem [illegible]ntem, quem multi vt Deum honorabant, [illegible] se osculatum fuisse manum suam, hoc est, [illegible] adorauisse. In Genesi quoque Patriarcha [illegible] filium suum Ioseph complexus, *adorauit summum virgæ illius*, vt cum Septuaginta loqui[illegible]tur Paulus: quæ adoratio erat osculum Ioseph sceptro impressum.

Osee 13. 2.

Iob 31. 26. 27.

Gen. 47, 31. Heb. 11. 21.

[illegible] *Dilata os tuum, & adimplebo illud.*] Vbi Titelmannus: *Non dicitur*, inquit, *Extende ad opus manum tuas, & ego complebo eas, sed, dilata tantùm os tuum. Quid enim facilius quàm os dilatare?* Vbi ex facilitate aperiendi os colligitur celeritas Dei ad beneficia concedenda; ex capacitate oris dilatati, diuina liberalitas ad eadem cumulanda. Recordare igitur ô homo, ait Dominus; quia ego te de durissima seruitute Ægyptiorum eduxi, de obscuritate antiquarum tuarum iniquitatum extraxi, & in hac luce, quam modò experiris, respirare feci: si hæc tam eximia, tam facultatem tuam excedentia præstiti, etiam potens ero os tuum dilatatum implere: aperi igitur illud, vt alimentis suauissimis impleam. Quod autem & quale est hoc os, quod, vt impleamur & satiemur, aperire debemus? Ex qualitate aperitionis & alimenti percipiendi id facilè colligimus. *Dilata os tuum* (inquit Augustinus ad hunc locum) *confitendo, amando, & adimplebo illud: quoniam apud me est fons vitæ. Non os corporis, sed os cordis confessione, siue laude & amore aperitur: non os corporis, sed cordis vita impletur ex fonte vitæ manante: nam ora corporis cibos mortuos ingerimus; & si quid viuens comedendum est, priùs occidimus, vt comedamus. Os verò cordis non est aliud quàm desiderium cordis; quare istud aperiendum est, vt vitâ, scilicet virtute, quâ spiritaliter viuimus, quâ ad vitam æternam tendimus, impleamur.* Sic S. Ambrosius in Psal 118. *affectum voluntatis os animæ* vocat, quò validè ad Dominum clamamus, & spiritum gratiæ eius attrahimus. Sicut ergo cùm os corporis aperimus, illud capax facimus alimenti suscipiendi; & quò magis aperimus, necessarij cibi plus accipimus; ita cùm affectum & desiderium magis ac magis ad virtutem dilatamus, & vehementiùs eam concupiscimus, citiùs à Domino, & pleniùs ac perfectiùs obtinemus. Hoc porrò os cordis non frusto panis, sed Dei solius possessione satiatur, vti pulchrè ad hunc locum docet Richardus de S. Victore: *Quid est*, inquit, *os interioris hominis nisi desiderium cordis? sed hoc os omnes Ægypti deliciæ implere non possunt; quia omnes diuitiæ mundi carnali desiderio satisfacere nequeunt. Vide quàm paruo portio humani corporis, & quàm angustum foramen sit os carnis? Quis non videat, quàm paruissimo*

Quàm facilis Deus ad beneficia largienda.

Quale sit os animæ.

Os cordis solus Deus satiat.

ANNOTATIONES CORDERII.

...uum est, quod unâ panis buccellâ impleri potest? Quod igitur est una buccella ad os carnis, hoc est totus mundus, imò multò minùs, ad os cordis: nam una buccella corporeum os facile replet; sed totus mundus desiderium cordis implere non valet. Sic ille. Dum igitur hoc loco os pro desiderio ex SS. Patrum expositione sumitur, istis verbis, *Dilata os tuum, & implebo illud*, hic sensus subest; ac si bonus Dominus dixerit, Desideria non proprijs meritis aut dignitate, sed mea liberalitate & munificentiâ metire; nec enim quid te deceat accipere, sed quid me dare, volo attendas, atque ideò & ad hunc modum desideria te tua dilatare opto, & vota subinde tua excedere decerni, id inibi sic breuiter perstringente Origene: *Si quod vales petere, pete, & plura exhibeto quàm petas*. Expende illud. *Si quid vales petere*; quasi non mediocre robur ad postulandum, vt videlicet magnifica & splendida dona audeat petere, videatur Deus ab homine exigere. Magna quidem emphasis, potentiam in petente potiùs quàm in dante exoptare, quod huic multò sit facilius atque iucundius, se suaque splendidè diffundere, quàm parcè & moderatè largiri.

Deus maiora nobis dare paratus, quàm nos petere.

Denique S. Hieronymus eleganter hunc versum ad Ven. Eucharistiæ sumptionem transfert dicens: *Non desideremus Ægyptias carnes*, &c. statimque subdit: *Vis accipere Domini cibos? Vis comedere ipsum Dominum Deum tuum & Saluatorem? audi quid dicat*: Dilata os tuum, & implebo illud. *Dilatate ora vestra, ipse est & Dominus & panis; ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est; quantumcumque dilataueris, tantum accipies: non est igitur in mea potestate, sed in tua est, si volueris, totum me accipies*. Sanè hoc sensu S. Paulus ad Coloss. 2. ver. 10. cùm de Christo domino dixisset, *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, pulchrâ emphasi subdit, *& estis in illo repleti*: hoc est, hoc vno & summo bono occultum os cordis vestri omnimodâ suauitate cælestium deliciarum plena exsaturatur, vt repletum in bonis desiderium vestrum nihil subinde concupiscat, nihil esuriat sitiátve, sed omni vndique concupiscentiâ clausâ atque compressâ, huic vni bono suauiter inhæreat.

Os cordis dilatandum maximè in sacra Communione.

13. *Et dimisi eos secundùm affectiones cordium eorum.*] Vulgata, *secundùm desideria*: S. Hieronymus: *Et dimisi eum in prauitate cordis sui*: ita ferè Aquila: Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὸν ἐν σκολιότητι καρδίας αὐτοῦ: alia lectio habet: Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς ἐν σκολιότητι καρδίας αὐτῶν: *Et dimisi eos in prauitate cordis eorum*: Symmachus: Ἀφῆκα οὖν αὐτοὺς τῇ ἀρεσκείᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν: *Dimisi igitur eos placito cordis eorum*. Audiuit nimirum Deus à quo non fuerat auditus: sed populus Deum non audiendo peccauerat, Deus autem populum audiendo castigat; quia, vt loquitur hîc D. Augustinus, *donauit eos sibi*. hoc est, permisit, vt suam quisque voluntatem expleret. Quod autem atrocius supplicium esse potest, quàm vt quisque sibi tamquam pessimo Domino subijciatur? Quare hæc indulgentia diuina potiùs deprecanda est quàm exoptanda. In eos certè, qui diuino imperio parere noluerunt, noluit Deus grauiorem pœnam decernere, quàm vt ipsi proprio arbitrio deseruirent. *Mutauerunt*, inquit Apostolus, *gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis*

Nullum atrocius supplicium quàm tradi propriæ voluntati.

Rom. 1, 23.

hominis. Hoc est, Verum Deum abiecerunt, & vanos sibi cooptarunt. Quid ergo Deus? Quo supplicio tantum sacrilegium frenauit? *Propter quod*, addit Apostolus, *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum*. Quasi pœnarum satis darent, qui nolentes diuinæ voluntati indulgere, suæ propriæ indulgere permitterentur. Quæ fuit communis omnium Gentium punitio; iuxta illud Apostoli: *Dimisit omnes Gentes ingredi vias suas*. In suorum scelerum pœnam suis blandiri studijs, suis suffragari affectibus, suis appetitionibus obsequi permittuntur.

Rom. 1, [illegible]

Act. 1[illegible]

16. *Inimici Domini mentiti sunt ei*, &c.] Vbi in primis aduerte, peccatores priora peccata retractantes, & statim repetentes, dici posse per antonomasiam *mendaces*: quia cùm priores culpas coram Deo retractent, abiurent, anathematizent ac detestentur; posteà tamen easdem iterantes, fidem frangunt, ac Deo mentiuntur. Igitur *Inimici Domini*, inquit Dauid, *mentiti sunt ei*. Hoc est, interprete D. Augustino: Inimici Domini renuntiarunt operibus diaboli; & nihilominùs ad eadem opera redierunt (hoc enim est mentiri Deo;) seu, vt ex Hebræo legi potest, *negarunt Deum*: quasi Deum negent, qui Deo mentiuntur, seu promissis Deo factis non stant. Nam cùm nemo mentiatur nisi ei, quem decipi posse confidat; qui Deo mentitur, Deum posse decipi sperat: ac proinde Deum esse non credit, cùm in Deum nulla possit cadere deceptio. Mentiuntur itaque Deo, qui in priora peccata contra datam fidem relabuntur. Quæ igitur illos punitio consequetur? Addit Propheta; *Et erit tempus eorum in æternum*. Quasi diceret: Non ergo ad præsens tantùm, sed etiam in perpetuum punientur.

Qui priora repetunt, qua retractarunt, Deo mentiuntur æternâ pœnâ puniendi.

17. *Et cibauit eos ex adipe frumenti.*] Non ex frumento cibum ministrat, non ex furfure, sed ex adipe frumenti, id est, de interna medulla tritici. Hæc verba de V. Eucharistia sunt: quod certius est, quàm vt à me probari debeat. Quidam autem sunt qui in Eucharistia furfure vescuntur, id est, exteriorem tantùm panis & vini speciem contemplantur; hi quidem non adipe frumenti vescuntur: alij verò interiùs latentem Christum multâ animi consideratione rimantur; hi autem frumento, non furfure vescuntur: alij denique præ amoris magnitudine toti extra se feruntur in Christum, cui in sacra Communione incorporantur; & hi adipe frumenti pascuntur. de quibus subdit: *Et de petra melle saturauit eos*. Petra Christus est; mel Eucharisticus sanguis. Christus dicitur petra sanguinem fundens; quia semper fundit, neque vnquam deficit: sanguis verò huius petræ melli similis dicitur; quia multam adfert animo suauitatem. Hæc est expositio S. Thomæ Opusc. 58. cap. 32. dicentis: *Sicut petra corpus Christi incorruptibile; sic mel de petra significat dulcem sanguinem Christi, qui . . . sugunt fideles de corpore Christi*. Eucharistia namque illam dignè sumentibus dulcior est fauo & Attico melle: ergo quicumque ex illa internam suauitatem animi & internorum sensuum dulcedinem haurire cupit, non tantùm exteriorem rerum speciem contempletur, sed multâ mentis consideratione perpendat Christum interiùs latentem, & per excessum amoris ei penitus coniungatur & incorporetur.

Eucharistia est adeps frumenti spiritualis & mel de petra.

Digitized by Google

IN PSALMVM LXXXI.

α. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

Τοὺς κριτὰς καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων αἰτιᾶται ὡς παραδικάζοντας, καὶ προδιδόντας δι᾽ ἔριν τὸ δίκαιον. Βούλεται γὰρ ἐντεῦθεν ὁ μακάριος Δαβὶδ καὶ τοὺς δήμους παιδεῦσαι, μὴ πλ... ... καὶ τοὺς ἄρχοντας, μὴ παραδικάζειν· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ θεοὺς ἐκάλεσε τοὺς δικαστάς, πρὸς μείζονα αἰσχύνην, εἰ τοιαύτης ἀξίας τυχόντες, καταισχύνωσιν αὐτὴν λήμμασι καὶ δωροδοκίαις. ἐπιφέρει οὖν οὕτως.

ARGVMENTVM.

1. Indi... tamque... muneri... beatus... auariti... corrum... Deos ap... sionem... ipsam... bus corr...

...salmus ipsi Asaph.
...s ac Principes Iudæorum culpat
...perperam iudicantes, & iustitiam
...s prostituentes. Vult enim hoc loco
...auid etiam populos instituere, ne
studeant, & Principes, ne iudicia
...nt: propterea enim iudices etiam
...ellauit, ad maiorem ipsorum confu-
...i istiusmodi dignitatem consecuti,
...ruptelis & munerum acceptioni-
...minent. sic igitur subdit:

Hic Psalmus est contra iniquos iudices.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΘΕΟΣ ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ.

Θεοὺς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἰουδαίων ἐκάλεσε, τοὺς υἱοὺς κληθέντας θεοῦ· ἔστη οὖν ἐν μέσῳ αὐτῶν ὁ θεός, ὅτε τὴν σωτήριον παρουσίαν πεποίηται, ὅπως διακρίνῃ αὐτούς, ἐλέγχων τὰ αὐτοῖς πεπραγμένα ποιῶν.

β΄. Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε;

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καλῶς τὸ ἕως πότε προσέταξε, δεικνὺς ὅτι χρονίζουσιν ἐν ἀδικίᾳ, καὶ τὴν τοῦ θεοῦ μακροθυμίαν οὐκ αἰσθάνονται. Τὴν δὲ ἀδικίαν τὴν εἰς τὸν λαὸν παρ᾽ αὐτῶν γινομένην ἐλέγχων εἰς μέσον ἄγει, καὶ ἐπιφέρει τί ποιητέον τοῖς κριταῖς λέγων·

γ΄. Κρίνατε ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ· ταπεινὸν καὶ πένητα δικαιώσατε.

Τουτέστι, τοὺς ταπεινοτέρους ποιεῖτε ἀπολαύειν τοῦ δικαίου, τοὺς κηδεμονίας ἐρήμους καὶ προστασίας. καὶ ἑρμηνεύων αὐτό, ἐπάγει·

δ΄. Ἐξέλεσθε πένητα καὶ πτωχόν· ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν.

Ἀπολαυέτωσαν ... δικαίων ... ... ἀπαλλαγέντες τῶν ... ... διὰ τοῦτο γὰρ ὑπέστητε τὴν ... θεοῦ.

DEVS stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos * discernet.

** Vulgata diiudicat.*

Deos appellauit Principes Iudæorum, qui vocati sunt filij Dei: stetit igitur Deus in medio eorum, quando salutarem suam præsentiam exhibuit, vt eos diiudicaret, ea quæ ab ipsis gesta sunt reprehendens.

2. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?

DIAPSALMA.

Pulchrè illud Vsquequo præposuit, ostendens eos in iniquitate moras trahere, & Dei longanimitatem minimè percipere. Porrò iniquitatem ab ipsis populo factam in medium adducens reprehendit, & subiungit quid iudicibus agendum sit dicens:

Iudices iniquos reprehendit.

3. Iudicate * pupillo & egeno: humilem & pauperem iustificate.

** Vulgata egeno & pupillo: Iudex pauperum iustitiæ promotor.*

Id est, Efficite vt humiliores, qui curâ & patrocinio destituti sunt, ius suum obtineant. atque id ipsum explicans, subiungit:

4. Eripite pauperem & egenum: de manu peccatoris liberate * eum.

** Alias Vulgata.*

Hi enim, inquit, à vobis iura sua consequantur, si à potentiorum nequitia fuerint liberati: nam ad hoc à Deo magistratum accepistis.

5. Nesciērunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant:

PARAPHRASIS ANONYMI.

Verùm hæc, inquit, iudices intelligere nolunt, quòd nimirum pro pauperibus constituti sint iudices. Sed sicut illi qui in tenebris degunt anteriora non vident, sic & hi propriâ suâ ignorantiâ non vident quid deceat.

Mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Hanc, inquit, ob causam concutiam vniuersum, & terram conturbabo propter inhabitatores eius.

6. Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes.

Iesiers Dij & filij.

Illud autem, *Ego dixi*, de re ipsa dicit; ac si dicat: Vos meæ dignitatis participes feci, quandoquidem post Deum in vniuersa creatura nemo alius ius dicit præter hominem.

7. Vos autem sicut homines * morimini; & sicut vnus de Principibus * caditis.

** Vulgata moriemini. * cadetis.*

Morimini autem, inquit, non solùm sicut homines communi morte, sed illâ quæ peccatum sequitur, cadentes non secùs atque vnus de Principibus cecidit. hic autem est diabolus.

8. * Exurge Deus, iudica terram; quoniam tu hereditabis in omnibus Gentibus.

** Vulgata Surge.*

Cùm priora quasi ex persona Dei dixisset, hæc deinceps ipsemet Dauid subiungit: sic itaque, inquit, fac Domine, excita temetipsum, & iudices ipsos iudica, non solùm apud nos, sed etiam apud omnes Gentes: omnes enim vbique terrarum sunt possessio dexteræ tuæ.

ε'. Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται.

Ἀλλὰ ταῦτα, φησίν, οἱ δικασταὶ συνιέναι οὐ βούλονται, ὅτι δὴ ὑπὲρ πενήτων κατέστησαν δικασταί. ἀλλ' ὡς οἱ ἐν σκότει διατρίβοντες τὰ ἔμπροσθεν οὐ βλέπουσιν· οὕτω καὶ οὗτοι οἰκείᾳ ἀγνοίᾳ τὸ δέον οὐχ ὁρῶσι.

Σαλευθήσονται πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς.

Διὰ ταύτην, φησί, τὴν αἰτίαν συσσείσω τὸ πᾶν, καὶ ταράξω τὴν γῆν διὰ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ.

ς'. Ἐγὼ εἶπα· θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες.

Τὸ δὲ, ἐγὼ εἶπα, ἐπὶ πράγματος λέγει. ἀντὶ τοῦ· μετέδωκα ὑμῖν τῆς ἐμῆς ἀξίας, ἐπειδὴ μετὰ θεὸν ἐν πάσῃ τῇ κτίσει οὐδεὶς ἕτερος δικάζει πλὴν ἀνθρώπου.

ζ'. Ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωπος ἀποθνήσκετε· καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.

Ἀποθνήσκετε δέ, φησίν, οὐ μόνον ὡς ἄνθρωποι τὸν κοινὸν θάνατον, ἀλλὰ τὸν ἑπόμενον τῇ ἁμαρτίᾳ, πίπτοντες παραπλησίως τῷ πεσόντι ἐκ τῶν ἀρχόντων. οὗτος δέ ἐστιν ὁ διάβολος.

η'. Ἀνάστα ὁ θεός, κρῖνον τὴν γῆν· ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν.

Τὰ πρῶτα εἰπὼν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ, ταῦτα λοιπὸν αὐτὸς ἐπάγει ὁ Δαβίδ· διὰ τοῦτο ποίησον, φησί, δέσποτα, διέγειρον σεαυτόν, καὶ δίκασον τοῖς δικασταῖς, οὐ μόνον παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· πάντες γὰρ οἱ πανταχοῦ τῆς σῆς δεξιᾶς ὑπάρχουσι κτῆμα.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Principes Dij dicuntur.

1. DEVS STETIT IN SYNAGOGA DEORVM.] Deum in his appellans saluatorem, Deos verò qui secundùm gratiam ita nuncupantur, scilicet Principes Iudæorum, quibus iudicandi munus concreditum est: vnde & Moyses ait: *Dijs non * maledices.* Vult autem dicere, quòd Deus inter iudices quasi medius constiterit, & tamquam omnia exactè sciēs ipsos increparet, atque exinde meritò culparet: quid dicens:

*Exod. 22. 28. * Vulgata detrahes.*

α'. ΘΕΟΣ ΕΣΤΗ ΕΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΘΕΩΝ.] Θεὸν μὲν ἐν τούτοις τὸν σωτῆρα καλῶν, θεοὺς δὲ τοὺς κατὰ χάριν οὕτως ὀνομαζομένους, τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντας, οἷς τὸ κρίνειν πεπιστευμένον ἦν· ὅθεν καὶ Μωσῆς φησί· θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὡς μέσος τῶν δικαζόντων ἔστη [illegible]

β'. Εως

β. ΕΩΣ [illegible] ΠΟΤΕ ΚΡΙΝΕΤΕ ΑΔΙΚΙΑΝ, [illegible] Οἷον, μέχρι τίνος, φησὶν, αἰδεῖ-ρετε τὴν κρίσιν, ἀλλὰ [illegible] καὶ δυναστῶν ὄντων; Πρόσωπα [illegible] τῶν ἁμαρτωλῶν ἀντὶ τοῦ πλουσίων εἴρηκεν· ἐκάλεσε γὰρ τοὺς φιλοπλούτους ἁμαρτωλούς· ἐπειδὴ πᾶς φιλῶν πλοῦτον, οὐκ εὐλαβεῖται ἁμαρτίαν. ἢ προσκεῖται τὸ ἁμαρτωλῶν, ἐπειδὴ ψεκτὸν, τὸ δεῖν τὸν δίκαιον πλουσίῳ καὶ ὑπερέχοντι· εἴρηται γάρ· καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. διαστροφὴ γὰρ κριτοῦ τὸ ἀδίκως κρίνειν, καὶ πρόσωπα λαμβάνειν, ἢ δώροις δελεάζεσθαι, καὶ διαφθείρειν τὸ δίκαιον. τί οὖν ποιεῖν τοῖς ἀληθέσι κριταῖς καὶ τοῖς ἠξιωμένοις τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἐπάγει·

3\. Iudicate pupillo et pauperi.]

γ'. ΚΡΙΝΑΤΕ ΟΡΦΑΝΩ ΚΑΙ ΠΤΩΧΩ.] Ἑκάτερος γὰρ τούτων ἐνδεὴς βοηθείας. τὸ δὲ δικαιώσατε· ἀντὶ τοῦ, τοὺς ταπεινοὺς ποιεῖτε ἀπολαύειν τοῦ δικαίου. Καλὸν δὲ ἐστὶ τὸ ἐξέλεσθε. οἷον· μὴ ἀφῆτε γενέσθαι, τοῖς ἀδικοῦσι. ἢ γὰρ τὴν ἀρχῶν διχόμεθα τὸν πένητα. ἢ γὰρ τῶν ἀρχόντων βοήθεια ὑπὲρ πενήτων ἰδόθη παρὰ Θεοῦ· ἐπεὶ οἱ πλούσιοι, αὐτόθεν ἔχοντες τὸ δύνασθαι συμμαχίας ἑτέρας οὐ χρήζουσιν. ἢ ἐκ χειρὸς· ἤτοι, πράξεων ἁμαρτωλῶν ῥύσασθε αὐτόν.

ε'. ΟΥΚ ΕΓΝΩΣΑΝ, ΟΥΔΕ ΣΥΝΗΚΑΝ.] Ἀλλὰ ταῦτα, φησὶν, οἱ δικασταὶ συνιέναι μὴ βουληθέντες, ὅτι ὑπὲρ πενήτων κατέστησαν αὐτοὺς· ὡς οἱ ἐν σκότῳ διατρίβοντες τὰ πρόσωπα οὐχ ὁρῶσιν· οὕτω ἐστὶ οὗτοι οἰκείᾳ ἀγνοίᾳ τὸ δέον οὐ βλέπουσιν. εἰπὼν ἀνωτέρω πρόσωπα ἁμαρτωλῶν, διδάσκει νῦν τίνας λέγει ἁμαρτωλοὺς, καὶ ποίῳ βίῳ κέχρηνται οἱ ἁμαρτωλοί. Καὶ γὰρ, φησὶν, οὗτοι εἰσὶν ἁμαρτωλοὶ, οἱ διαπορευόμενοι ὡς ἐν σκοτομήνῃ, καὶ τὰ ἔργα κυρίου οὐκ ἐμβλέπουσι, διὰ τὸ μὴ αὐγάζεσθαι τῷ θείῳ φωτί. πρόσωπα ὧν ἁμαρτωλῶν λαμβάνουσιν, οἱ οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ὡς ἐν σκότει διαπορεύονται. ἀνθ' ὧν, φησι, [illegible] πάντα τὰ θεμέλια τῆς γῆς. (Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε, ταράξω τὴν γῆν [illegible] διὰ τοὺς ἐνοικοῦντας.) Ἐγὼ εἶπα, φησιν, ὑμᾶς [illegible] θεοὺς ἐκάλεσα, καὶ ἐν παισὶν ὑψίστου κατέ[illegible], διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ ἐν τῷ κρίνειν ὁμοίωσιν· ὑμεῖς δὲ οὐδὲν [illegible] ἀνθρώπων διαφέρετε [illegible] τὸν τῇ ἁμαρτίᾳ ἑπόμενον θάνατον·

QVOVSQVE IVDICATIS INIQVITATEM?] Ac si dicat: Quousque non iudicium incorruptum, sed excusatis potentes sunt ad iniuriam inferendam? [illegible] cies autem peccatorum pro diuitum [illegible] uitiarum enim amatores appellauit [illegible]; quia omnis qui diuitias amat, non [illegible] peccatum. Vel apponitur *peccatorum*, [illegible] nimè vituperandum, si diuiti & abundanti [illegible] suum tribuatur; siquidem dictum est: *Pauperis quoque non misereberis in iudicio.* [illegible] uersio enim iudicis est iniquum iudicium [illegible] acceptio personarum, & munerum corruptio [illegible], & iuris violatio. Quid igitur veris iudicibus [illegible] ac Dei appellatione dignatis faciendum sit [illegible] subiungit:

3\. IVDICATE PVPILLO ET PAVPERI.] Horum enim vterque auxilij indigus est. istud autem *Iustificate*: id est, Efficite vt humiliores iure suo fruantur. Pulchrum autem & illud *Eripite*. q.d. Nolite permittere, vt pauper iniquis captu facilis existat. Siquidem Principum præsidium pro pauperibus à Deo concessum est; quandoquidem diuites, cùm in semetipsis potentiam habeant, alio subsidio non egent. Vel illud *de manu*; id est, ab actibus peccatoris liberate eum.

5\. NESCIERVNT, NEQVE INTELLEXERVNT.] Sed hæc, inquit, iudices intelligere nolentes, quòd pro pauperibus ipsos constitueris: quemadmodum hi qui in tenebris commorantur facies non vident; sic etiam ipsi propter propriam ignorantiam id quod decet non spectant. Cum superiùs dixisset *Facies peccatorum*, docet modò quales peccatores intelligat, & quâ viuendi ratione vterentur peccatores. Etenim, inquit, hi sunt peccatores, qui quasi in illuni nocte ambulant, & opera Domini non cernunt, eò quòd diuinâ luce minimè collustrentur. Facies igitur peccatorum sumunt, qui nesciuerunt, neque intellexerunt, quòd in tenebris ambularent. Propter quos, inquit, euertentur omnia fundamenta terræ. (Sic enim Symmachus interpretatus est, *Conturbabo terram propter inhabitantes.*) Ego quidem, inquit, vos Deos appellaui, & inter filios Altissimi constitui, propter similitudinem quam cum ipso habetis in munere iudicandi; vos autem nihil ab hominibus mo[illegible]rientibus differtis; significans mortem illam quæ peccatum consequitur,

COMMENTARIVS HEBRAEORVM. *Diuites appellantur peccatores.*

Exod. 23. 3.

Principes & iudices sunt pro pauperibus constituti, ne opprimantur.

Iniqui in tenebris ambulant.

Iudices iniqui à statu decedunt ad mortalem degenerant.

COMMENTARIVS NIRAGLEN-TÆ. in quantum mortalia & humana dilexerunt, in meam dignitatem contumeliosi, & munerum acceptionibus iudicium contaminantes, atque illud lucri occasionem facientes: sicut gentium principes, qui, quòd eorum Dij sensu carerent, tamquam nemine inspiciente, iudicandi munere pro libitu vtebantur. Symmachus verò sic ait: *Sicut homines mortem ibitis.* Cùm enim propriam dignitatem ignorantes, eadem cum diabolo perpessi estis: qui cùm in cælestibus princeps exsisteret, corruit. Vel sicut Adam cadetis: de quo scriptum est,
Gen. 3. 22. *Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis.* Cùm igitur vos tales sitis, rogat illum qui sine personarum acceptione iudicat vt exurgat: nam subdit:

8. EXVRGE DEVS, IVDICA TERRAM.]
Deus summus Iudex. Cùm priora tamquam ex persona Dei retulisset, quasi ex semetipso hæc deinceps ipse Dauid subiungit. q. d. Excita igitur temetipsum, & iudica iudices tam qui apud nos quam qui apud Gentes sunt: omnium enim Deus es. Ab humanis autem figuris Dei operationes designat: exurrectionem enim appellat eius ad iuuandum egressionem. Symmachus autem sic habet: *Sta Deus iudicans terram: tu enim sorte diuides omnes Gentes.* Hoc namque *hereditabis* modò dicitur apud Septuaginta. Terram autem, vel omnes qui in terra sunt, vel qui, eò quòd terrena sapiant, effecti sunt terra. Manifestè autem hoc ad Christi resurrectionem refertur, quandoqui-
Ioan. 5. 22. dem Pater *omne iudicium dedit Filio.* Quapropter Dauid rogat negotium hoc accelerari, vt ex mortuis resurgens vniuersi iudex constituatur. Idcircò enim Gentium quoque mentionem fecit: nam cùm resurrexerit, om-
Matth. 28. 18. nium dominabitur, iuxta illud, *Data est mihi omnis potestas.*

καθὸ θνητὰ καὶ ἀνθρώπινα ἠγάπησαν, ὑβρίσαντες εἰς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα, καὶ λήμμασι τὸ δικάζειν αἰσχύνοντες, καὶ ποιοῦντες αὐτὸ πόρου ἀφορμήν· κατὰ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας, οἳ, διὰ τὸ μὴ αἰσθάνεσθαι τοὺς αὐτῶν θεοὺς, ὡς μὴ ἐφορῶντός τινος, ἐχρῶντο τῷ δικάζειν ὡς βούλονται. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Ὡς ἄνθρωποι ἀποθανεῖσθε. τὴν γὰρ οἰκείαν ἀξίαν ἀγνοήσαντες, τὰ αὐτὰ τῷ διαβόλῳ πεπόνθατε· ὃς ἐν αὐτοῖς ἄρχων ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἔπεσεν. ἢ ὡς ὁ Ἀδὰμ πεσεῖσθε· περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Ἐπεὶ οὖν οὕτως ὑμεῖς, ἀναστῆναι ἱκετεύει τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα· ἐπιφέρει γάρ·

ή. ΑΝΑΣΤΑ Ο ΘΕΟΣ, ΚΡΙΝΟΝ ΤΗΝ ΓΗΝ.] Εἰπὼν τὰ πρόσθεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐξ ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐπάγει ταῦτα ὁ Δαβίδ. ὅτι· οὖν διέγειρον σεαυτὸν, καὶ δίκασον τοῖς δικασταῖς τοῖς τε παρ' ἡμῖν καὶ τοῖς παρὰ τοῖς ἔθνεσι· Πάντων γὰρ ὑπάρχεις Θεός. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σχημάτων τὰς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας χαρακτηρίζει· ἀνάστασιν γὰρ αὐτοῦ λέγει τὴν ἐπὶ τὴν ἀντίληψιν ἔξοδον. Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· Στῆθι Θεὸς κρίνων τὴν γῆν· σὺ γὰρ κληρουχήσεις πάντα τὰ ἔθνη. Τοῦτο γὰρ νῦν τὸ κατακληρονομήσεις παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα. γῆν δὲ, ἢ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς, ἢ ὅσοι, γῆ διὰ τὸ τὰ ἐπίγεια φρονεῖν, γεγόνασι. Ἄντικρυς δὲ ταῦτα εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν ἀναφέρεται· ἐπεὶ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. διὸ εὔχεται ὁ Δαβὶδ ἐπιταχῦναι τὸ πρᾶγμα, ὥστε ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν κριτὴν καταστῆναι τοῦ παντός. διὸ καὶ τῶν ἐθνῶν ἐμνημόνευσεν· ἔμελλε γὰρ ἀναστὰς, πάντων δεσπόζειν· κατὰ τὸ, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Cùm populi repudiationem præcedenti Psalmo exposuisset, hîc etiam causas manifestius exponit, ob quas Deus ipsos repudiauerit.

1. DEVS STETIT IN SYNAGOGA
Deus Iudicum Iudex. DEORVM.] EVSEBII. Sic autem iudicans Deus, scilicet Dei verbum, & dijudicans dictam Deorum synagogam, redarguit iudi-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τὴν ἀποβολὴν τοῦ λαοῦ ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ εἰπὼν ψαλμῷ, ἐνταῦθα καὶ τὰς αἰτίας σαφέστερον ἐκδίδωσι, δι' ἃς αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀπεβάλετο.

ά. Ο ΘΕΟΣ ΕΣΤΗ ΕΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΘΕΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Κρίνων δὲ οὕτως ὁ Θεὸς, δηλαδὴ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ διακρίνων τὴν λεγομένην συναγωγὴν τῶν θεῶν, ἐλέγχει

[illegible]νομένοις. καὶ ἐπεὶ δυνατὸς [illegible]σονται, εἰκότως τὸ πάγμα [illegible]θρίων θεῶν ἀφορίζει ἰδίως καὶ [illegible] δὲ οὐκ ἐπηρμένος οὐδὲ τυραννικῶς [illegible]καθεζόμενος, ἀλλὰ συγκαταβαίνων τοῖς κρινομένοις, μέσος αὐτῶν ἵσταται, ὁμοιωθεὶς αὐτοῖς τῷ σχήματι, ὡς ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ ἄτρεπτος.

θεοῦ ἡ κρίσις [illegible] δυνατοῖς [illegible] τῶν θεσμοθετῶν [illegible] κρίνει· κρίνει [illegible] ἐν ὕψει [illegible]

γ'. ΚΡΙΝΑΤΕ ΟΡΦΑΝΩ ΚΑΙ ΠΤΩΧΩ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ λέγει, κρίνατε δικαίῳ οὐδὲ προφήτῃ, οὐδὲ ἱερεῖ· εἰ τοσοῦτον ποιεῖται ἐν ἄλλοις λόγον, καὶ μὴ παραβλάπτεσθαι αὐτοὺς παρεγγυᾷ λέγων, Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε· ἀλλ' ὀρφανῷ καὶ πτωχῷ, ταπεινῷ καὶ πένητι. Διὰ τί; ὅτι ἐκείνοις μὲν τὸ ἀδικεῖσθαι συμφέρει· τούτοις δὲ οὐ φορητὸν ἀδικεῖσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς ἡλικίας ἢ πτωχείας [illegible] ὅθεν αὐτοῖς σφοδρότερον ὁ νομοθέτης ἀντέχεται.

ΤΑΠΕΙΝΟΝ ΚΑΙ ΠΕΝΗΤΑ ΔΙΚΑΙΩΣΑΤΕ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Καταπονουμένους ῥυόμενοι ἐκ τῶν πλουσιωτέρων ἁμαρτωλῶν· ἀλλὰ καὶ τοῖς κατ' ἀρετὴν θεοποιηθεῖσι λέγετε, ὅπως τὸν ἀποβαλόντα τὸν φαῦλον πατέρα, καὶ τὸν τῆς πονηρίας πλοῦτον, κρίνωσιν ἀξίως τῆς πρὸς ἑαυτὸν διὰ παιδεύσεως προστασίας· δικαιώσωσιν δὲ καὶ τὸν δι' ἀτυφίαν ταπεινὸν καὶ πένητα, διὰ τὸ πονεῖν ὑπὲρ εὐσεβείας γεγενημένον.

δ'. ΕΞΕΛΕΣΘΕ ΠΕΝΗΤΑ ΚΑΙ ΠΤΩΧΟΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὡς περὶ θηρίων ἀγρίων τῶν πρὸς ἀδικίαν ἢ πλεονεξίαν χαινόντων διαλέγεται. Οὐκοῦν ὁ μὲν σώζων τὸν πτωχόν, ποιμένος ἀξίαν καὶ μισθὸν ἀποφέρεται, ἐκείνου δηλαδή, ὅστις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δεδωκὼς ἐκ τῶν νοητῶν ἡμᾶς θηρίων ἐρρύσατο. ὁ δὲ ἁρπάζων, ἤδη μαινόμενος ἐν τοῖς θηρίοις τέτακται.

ε'. ΟΥΚ ΕΓΝΩΣΑΝ, ΟΥΔΕ ΣΥΝΗΚΑΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τί οὐκ ἔγνωσαν; τοῦ παρόντος βίου τὸ σαθρὸν καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τὸ ἄστατον· ὅτι ἀγροὺς ἀγροῖς καὶ οἴκους οἴκοις συνάπτουσι, πολλάκις [illegible] ταῦτα τοῖς ἐχθροῖς θησαυρίζοντες. τί δὲ [illegible] συνῆκαν; ὅτι περὶ μικρὰ ἀσχολούμενοι, ἑαυτο[illegible]ς ἀποστεροῦσι τὰ μείζονα.

ΔΙΟΔΩΡ[illegible]ΟΥ. Ταῦτα πρὸς αἰσχύνην αὐτῶν φησί, [illegible] τὸ κρίνειν ἀδικίαν, καὶ πρόσωπον ἁμαρ[illegible]λῶν λαμβάνειν· καὶ ὅτι, [illegible] τὸ μὴ συν[illegible] καὶ γνῶναι τὰ [illegible]

catos. E[illegible] quoniam *potentes potenter tormen-*
ta patien[illegible]*ur*, iure merito prædictorum Deo- CATENA PATRVM.
rum ord[illegible]nem seorsum segregat & iudicat: iu-
dicat au[illegible]m non elatè neque tyrannicè in ex-
ή. ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΥΛΟΓΙΑΣ [illegible] ΔΩΣΕΙ Ο ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ.] Οὐδὲ [illegible] ἀκερδὲς, φησὶ, ἐστὶ τὸ τοῖς νομοθετημένοις [illegible] μεγίστας δὲ ἔχει ἀνταποδόσεις· πο[illegible] ρεύσονται ἐκ δυνάμεως εἰς δ[illegible] τοιαύτας, φησὶ, δέχονται ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθὰ, καὶ προκοπὰς, καὶ τιμάς· ἢ ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα πολιτείας εἰς τὴν ἄνω Γερουσα[illegible]. Ταύτην δὲ τὴν μεταβολὴν εἰργάσατο τῶν πραγμάτων ἐνανθρωπήσας ὁ Θεῖος λόγος, διὰ σαρκὸς ἐπιφανεὶς, καὶ ἐν τῇ Σιὼν τὴν οἰκείαν ποιησάμενος ἐπιφάνειαν. ἢ ἀνα[illegible]ληψίς ἐστι τῶν εἰρημένων. οἷον ὅτι· θαυμασταί αἱ οἰκήσεις καὶ αἱ αὐλαί. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὡς ἐπεὶ ἀπολάβομεν ταῦτα, ἔχει χώραν καὶ ὁ Θεὸς ἐμφανίζειν ἡμῖν ἑαυτὸν ἐν τοῖς τόποις· ὃ δὴ καὶ εὐχόμενός φησι.

θ'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ ΑΚΟΥΣΟΝ.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπιμένων οὕτως ἡμῶν ὑπερασπίζων, καὶ φροντίζων καὶ τῆς εὐπρεπείας τῆς βασιλείας ἡμῶν.

Χεισὸν

Digitized by Google

Χριστὸν γὰρ λέγει ἐνταῦθα τὸν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντα βασιλέα τὸν Ζοροβάβελ. ἢ πρόσωπον Χριστοῦ λέγει τὸν συνεστραμμένον λαόν· ὃν καὶ Παῦλος μέλη Χριστοῦ καὶ σῶμα καλεῖ.

ια. ΟΤΙ ΚΡΕΙΣΣΩΝ ΗΜΕΡΑ ΜΙΑ.] Ἄλλος. ἡμέραν μίαν τὸν χρόνον τῆς ἀναστάσεως λέγει Χριστοῦ, ἣν καὶ προτιμοτέραν ἡγεῖται τῶν χιλιάδων, ἤτοι τοῦ χρόνου τῆς συστάσεως Γερουσαλήμ. Οὐ πάντως δὲ πληθυντικῶς ἀκουστέον τῶν χιλιάδων· ἔθος γὰρ Ἑβραίοις τὰ πληθυντικὰ ἀντὶ ἑνικῶν λαμβάνεσθαι. ἐν χιλίοις ἔτεσι συνέστη ὁ ναός, ἀπὸ Σολομῶντος μέχρι τοῦ Χριστοῦ· προσυπακουστέον δὲ τὸ ἐτῶν ἢ ἡμερῶν. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, [illegible] ἡμᾶς ἔχοντας τὴν σὴν γνῶσιν [illegible] φόβον μίαν ἡμέραν ζῆσαι ἐνταῦθα, ἢ [illegible] ἀγνοίας καὶ τοῦ ὕμνου σου εἰς χιλιάδας ἡμερῶν ἐξαρκεῖν. ὅθεν ἐπιφέρει· [illegible] παραρριπτεῖσθαι. [illegible] εἰπὼν γὰρ, ὅτι κρείσσων [illegible], ἐπήγαγεν ὅτι, βέλτιον καὶ αὐτὴν [illegible] ἡμέραν ἐν μυρίαις ἀπορρίπτεσθαι [illegible] παραρριπτούμενον ἐν τῷ ναῷ σου, ἢ [illegible] οἰκεῖν μετὰ τῶν οὐκ εἰδότων σε, ἢ [illegible] συζώντων. Σκηνώματα γὰρ ἁμαρτωλῶν καλεῖ τὰς πολυτελείας τῶν πλουσίων. [illegible] ἐκλελέχθαι μᾶλλον τὰ [illegible] Θεῷ, κἂν ὦσιν ἄτιμα· ὅτι ἔλεος καὶ [illegible] ἀγαπᾷ κύριος. Ἔλεον καὶ ἀλήθειαν [illegible] λέγει πράγματα, ἀλλὰ βούλεται [illegible] ἔλεον ἀληθινόν. ἀντὶ τοῦ· φιλανθρωπίαν βεβαίαν ἀγαπᾷ ὁ Θεός· τουτέστιν, [illegible] ἐλεεῖν, καὶ χαίρει ταῖς εὐποιΐαις. Διὸ ἐπάγει, [illegible] καὶ δόξαν δώσει. Οὐ γὰρ δυνατόν, φησι, [illegible] αὐτοὺς χάριτος καὶ δόξης [illegible] τοὺς κεχρημένους. ἔλεος, φησι, καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ, οὐ τὰς δι' αἱμάτων θυσίας, ἀλλὰ [illegible] ἔλεος, καὶ ἀγαπᾷν τὴν ἀλήθειαν, [illegible] τὸν Χριστόν. ἢ αὐτὸ τοῦ, ἐλεήμονα καὶ ἀληθινὸν ἀγαπᾷ.

ιγ. ΟΥ ΣΤΕΡΗΣΕΙ ΤΑ ΑΓΑΘΑ.] Ἓν, φησιν, [illegible] ἐπιζητεῖ, τὴν λήθην τῶν ἀμαρτημάτων, καὶ τὸ μηδένα θέλειν ἀδικεῖν. [illegible] δὲ τῷ παντὶ ψαλμῷ καὶ τὸ ἀκροτελεύτιον. μακαρίζει γὰρ τὸν πάσης βιωτικῆς [illegible] δόξης καταφρονοῦντα, μόνῃ δὲ τῇ θείᾳ τὸν [illegible] τρεφόμενον, καὶ ἐπ' ἐκείνῃ θαρροῦντα.

Christum enim vocat hic Regem Zorobabel è Babylonia reducem. Vel faciem Christi appellat populum seruatum: quem etiam Paulus membra corpusque Christi vocat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. 1. Cor. 6, 15.

11. QVIA MELIOR EST DIES VNA.] ALIVS. Diem vnam dicit esse tempus resurrectionis Christi, quam millibus præstare censet, scilicet tempore constructionis Hierosolymæ. Non omnino autem pluraliter intelligendum est illud *millia*: nam apud Hebræos pluralia pro singularibus accipiuntur. Totis enim millenis annis templum constitit, scilicet à Salomone vsque ad Christum: subaudiendum autem *annorum* vel *dierum*. Vult enim dicere, quòd melius sit nobis cognitionem & timorem tuum habentibus hîc vno die viuere, quàm sine cognitione & laude tua etiam ad millenos dies superuiuere. vnde subiungit: *Elegi abiectus esse*. Hæc autem dixit ad exaggerationem præcedentis versiculi: nam cùm dixisset, *Quoniam melior est dies vna*, subiunxit etiam, melius esse illam ipsam diem vnam in millenis molestijs exigere, dummodò non diuellatur à templo tuo, quàm regias domos inhabitare cum ijs qui tè non nouerunt, vel iniquè viuunt. Tabernacula enim peccatorum vocat diuitum magnificentias. Quapropter, inquit, elegi magis ea quæ apud Deum sunt, quantumuis humilia existant: *Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus*. Misericordiam & veritatem non duas res dicit, sed vult significare misericordiam veram. q. d. Stabilem benignitatem diligit Deus: id est, Gaudet misericordiâ, & delectatur beneficentiâ. Quocircà subiungit, *Gratiam & gloriam dabit*. Neque enim, inquit, fieri potest, vt legitima eius gratia & gloria non impleant eos qui ijs vtuntur. Vel misericordiam, inquit, ac veritatem diligit, non sacrificia cruenta, sed facere misericordiam, & diligere veritatem, siue Christum. Vel idem est ac si dicat, Misericordem & veracem diligit.

Præstat contemni cum Christo quàm honorari cum peccatoribus.

Dies vna in Christo mille aliis præstat.

13. NON PRIVABIT BONIS.] Vnum, inquit, solummodò requirit, scilicet iniuriarum obliuionem, & voluntatem nemini iniuriam inferendi. Finis toti Psalmo accommodatus est: beatum enim esse dicit eum qui omnem præsentis vitæ gloriam contemnit; sed solâ diuinâ ope alitur, & in illa confidit.

CATENA PATRVM

CATENA PATRVM.

Cur hic Psalmus pro torcularibus inscriptus sit.

ATHANASII. Rursus pro Ecclesijs etiam in hoc Psalmo sermonem facit, idque manifestum est ex eo quòd pro torcularibus ipsum inscripserit.

DIODORI. Hic Psalmus est gratiarum actionis eorum qui ex Babylonia redibant, cùm post longum temporis interuallum cum magna iucunditate propria reuiserent, ac voce affectum suum declararent.

EVSEBII. Eamdem inscriptionem habent Psalmi octauus & octogesimus: sed octauus quidem Dauidi assignatus est, octogesimus verò Asaph, hic autem qui in manibus est, filijs Core. Atque conuenienter tres in finem inscribuntur, vti arbitror propter prophetias in ipsis contentas, quæ in fine sæculi consummandæ sint. Plurimis vtique locis dictum, quomodo vnâ gente vnaque vineâ existente, fuerit olim vnicum torcular, & vnius templi vnicum altare: verùm in præsentiarum tres Psalmi declarati non de vno, sed de pluribus torcularibus mentionem faciunt, omnibus quæ per totum orbem sunt Ecclesijs Saluatoris hoc modo significatis.

Qualia fuerint torcularia fine à Deo ordinata.

2. QVAM DILECTA TABERNACVLA?] EVSEBII. Tantum non declarat qualia olim fuerint torcularia ordinata: demonstrat enim illa esse Domini tabernacula, scilicet Ecclesias, quas in progressu planiùs nominat dicens: *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Atque iterùm pergens ait: *Altaria tua Domine virtutum.* Et vide, vtrùm non accommodatè ad titulum pro torcularibus pluraliter dicta sint tabernacula, & atria, & altaria, sermone manifestò declarante non vetus illud, quod olim vnicum erat Hierosolymis tabernaculum, neque vnicum alibidem erectum, neque vnicum atrium ibidem existens, sed altaria, & tabernacula atriaque per totum orbem dispersa.

APOLINARII. Scito autem aliquos hunc Psalmum accepisse quasi ex persona eorum qui in Babylonia Hierosolymam videre anhelabant, vnà cum templo & altari quod in ipsa erat.

Qualia sint Dei tabernacula.

DIODORI. Tabernacula autem vocat domos. Illud autem, *Concupiscit & deficit*

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάλιν ὑπὲρ τ[illegible] Ἐκκλησιῶν ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ ποιεῖται τὸν λόγον· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ὑπὲρ τῶν ληνῶν αὐτὸν ἐπιγεγράφθαι.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Εὐχαριστήριός ἐστιν οὗτος ὁ ψαλμὸς τῶν ἐπανελθόντων ἐκ Βαβυλῶνος, ὁρώντων διὰ πολλοῦ χρόνου τὰ οἰκεῖα μετὰ πλείστης ἡδονῆς, καὶ τῇ φωνῇ τὴν διάθεσιν δεικνυόντων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὴν αὐτὴν ἔχει ἐπιγραφὴν καὶ ὁ η' καὶ ὁ π'· ἀλλ' ὁ μὲν ὄγδοος ἀνάκειται τῷ Δαβίδ, ὁ δὲ π' τῷ Ἀσάφ, ὁ δὲ διὰ χεῖρας, τοῖς υἱοῖς Κορέ. καὶ συμφ[illegible]ως οἱ τρεῖς ἐπιγέγραφον εἰς τὸ τέλος, ὡς οἶ[illegible]αι διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς προφητείας, ἐπὶ συντελ[illegible]είας τοῦ αἰῶνος ἐπιτελεσθείσας. Πολλαχοῦ μὲ[illegible]ν εἴρηται, ὡς ἂν ἔθνους ἑνὸς ὑπάρχοντος ἐν [illegible] ἀμπελῶνος μιᾶς, εἷς πάλαι ληνὸς, καὶ ἑνὸς να[illegible] θυσιαστήριον ἦν. οἱ δὲ ἐν τῷ παρόντι δ[illegible] ηλούμενοι τρεῖς ψαλμοὶ οὐ περὶ μιᾶς, ἀλλὰ [illegible] πολλῶν μνημονεύουσι ληνῶν, τῶν ἀνὰ πᾶσ[illegible] τὴν οἰκουμένην τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλη[illegible] τοῦτον δηλουμένων τὸν τρόπον.

β'. ΩΣ ΑΓΑΠΗΤΑ Τ[illegible] ΝΩΜΑΤΑ;] ΕΥΣΕΒΙΟΥ [illegible] σαφηνίζει τὰς προστεταγμένας λ[illegible] ποτὲ εἶναι· δηλοῖ γὰρ ταύτας εἶναι τ[illegible] σκηνώματα τοῦ κυρίου, δηλαδὴ τὰς ἐκκ[illegible]λησίας, ἃς προϊὼν λευκότερον ὀνομάζει [illegible]γων· Ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή μου εἰ[illegible] τοῦ κυρίου. καὶ αὖθις προϊὼν φ[illegible] σιαστήριά σου κύριε τῶν δυνάμ[illegible] ὅρα, εἰ μὴ συμφώνως τῇ προγραφῇ ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐχρήσατο πληθυντικῶς τὰ σκηνώματα εἴρηται, καὶ αὐλὰς, καὶ θυσιαστήρια, σαφῶς τοῦ λόγου δηλοῦντος ὅτι τὸ παλαιὸν, ἓν σκήνωμα τὸ ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὐδὲ τὸ ἓν θυσιαστήριον τὸ αὐτόθι ἱδρυμένον, οὐδὲ τὴν αὐτόθι μίαν αὐλὴν, ἀλλὰ τὰ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης θυ[illegible]σιαστήρια, καὶ τὰ σκηνώματα καὶ τὰς αὐλὰς δ[illegible]λοῦντος.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἴστε δὲ ὥς τινες ἐκ προσώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι λελέχθαι τὸν ψαλμὸν ἐξειλήφασιν ἐπιποθούντων τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν καὶ τὸ θυσιαστήριον θεάσασθαι.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Σκηνώματα δὲ καλεῖ τὰς οἰκήσεις. τὸ δὲ, ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει ἡ ψυχή

Digitized by Google

ψυχή μου εἰς αὐλὰς τοῦ κυρίου, ἔδειξεν ὅτι οὐχ ἁπλῶς τὰς οἰκήσεις ποθεῖ τὰς ἐν Παλαιστίνῃ, ἀλλὰ διὰ τὰς αὐλὰς τοῦ κυρίου, τουτέστι, διὰ τὸν ναὸν τὸν ἅγιον. τὸ δὲ ἐπιποθεῖ, ἀντὶ τοῦ [illegible]. ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ ἐπιπόθουν, ἃ καὶ εἶδον, ὑπὲρ ὧν καὶ εὐχαριστῶ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σκηνώματα τοῦ κυρίου οὐκ εἰσὶ μόνοι οἱ προσευκτήριοι λέγονται, ἀλλὰ καὶ πάντες ὅσοι τὸν θεὸν ἐν ἑαυτοῖς σκηνῶσαι διὰ τῆς ἁγιωσύνης παρασκευάζονται· ἐ πολύγε μᾶλλον ἀφ' οὗ Χριστὸς, ὁ σκηνῶν διὰ φιλανθρωπίαν ἐν ἡμῖν ἐπιδήμησεν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐπειδὴ δὲ χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ πάντας οἰκτείροντος θεοῦ [illegible] διὰ Χριστοῦ, καὶ τὸν τῆς διανοίας ἀναπτύξαντες ὀφθαλμὸν εἰσεδέξαντο τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, ἐπέγνωσαν τὴν ἀλήθειαν, [illegible] τῆς εὐσεβείας τὰς ὁδοὺς, εἰσῆλθον εἰς τὰς θείας αὐλὰς, ὑμνολογοῦσι λοιπὸν τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐκλείπει οὐκ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ τοῦ λίαν ἐρᾷν· ὃ καὶ οἱ θερμότεροι [illegible] ἐρασταὶ ὑπομένουσιν, ἐκλείπουσιν, ὅταν [illegible] πρὸς ὀλίγον χωρίζωνται. Τοῦτο [illegible] ὁ Προφήτης πρὸς τὰς αὐλὰς τοῦ θεοῦ [illegible] αἰσθητὰς, εἴτε τὰς νοητὰς ὑπάρχειν [illegible] εἰκότως· ἐκεῖ γὰρ ὁ πτωχὸς [illegible] παράκλησιν, ἀδικούμενος ὑπομονὴν, ὁ [illegible] χαλίνωσιν, πάντα πάντες, ἢ φάρμακα παθῶν, ἢ τὰ πρὸς ἀρετὴν ἀλείφοντα [illegible] λαμβάνομεν.

δ'. ΚΑΙ ΓΑΡ ΣΤΡΟΥΘΙΟΝ ΕΥΡΕΝ ΕΑΥΤΩ ΟΙΚΙΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Στρουθίον μὲν τὴν τῶν ἀνθρώπων αἰνίττεται ψυχὴν, τὴν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ θηρευτοῦ διωκομένην κατὰ τὸ εἰρημένον, Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· τρυγὼν δὲ τὴν ἁγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ συζῶσαν ψυχήν. Λέγει οὖν ὅτι πᾶσα ψυχὴ ταύτην εὑρήσει καταφυγὴν διὰ τῆς εἰς τὰ σὰ θυσιαστήρια εἰσόδου.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Καθάπερ, φησὶ, στρουθοὶ καὶ τρυγόνες, καὶ μέντοι δὴ καὶ ἄλλοι ὄρνιθες πλανῶνται μὲν οὐκ ἔχοντες καλιὰν, πηξάμενοι δὲ ταύτην, ἐν αὐτῇ διατρίβειν εἰώθασι, καὶ τοὺς νεοσσοὺς ἐν αὐτῇ διατρέφουσι· οὕτως ἡμεῖς πάλαι μὲν ἐπλανώμεθα, νῦν δὲ ὑπὸ τῆς σῆς χάριτος προσκληθέντες, καὶ τοῖς σοῖς εὑρόντες σκηναῖς τὰ θυσιαστήριά σου, τοὺς οἰκείους ἐκπαιδεύομεν νεοττούς....

anima mea in atria Domini, ostendit quòd non simpliciter domos desideret quæ in Palæstina sunt, sed propter atria Domini, id est, propter templum sanctum. Illud autem *Concupiscit*, id est: q.d. Hæc enim sunt quæ desideraui, quæ & vidi, pro quibus etiam gratias ago. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Tabernacula Domini non sunt sola templa quæ oratoria dicuntur, sed etiam omnes illi qui Deum per sanctitatem in semetipsis commorari faciunt; præsertim postquam Christus aduenit, qui in nobis per benignitatem habitat.

CYRILLI. Ceterùm postquam per gratiam & benignitatem omnium miserentis Dei vocati sunt à Christo, & mentis oculum aperientes veritatis lucem susceperunt, veritatem cognouerunt, pietatis vias didicerunt, in atria diuina ingressi fuerunt, deinceps omnium Saluatorem Christum collaudarunt.

EVSEBII. Deficit non ex infirmitate, sed ex vehementi amore: id quod etiam feruentioribus amatoribus accidit, qui deficiunt, quando à rebus amatis aliquanto tempore separantur. Hoc dicit Propheta circa Dei atria siue sensibilia siue spiritalia sibi vsu venire; & iure quidem merito: *ibi enim* pauper reperit consolationem, iniuriâ affectus sustinentiam, in prosperitate constitutus moderationem, omnes omnia, siue remedia passionum, siue ad virtutem incitamenta & roboramenta recipimus. *Vehementer amantium est deficere præ desiderio amati.*

4. ETENIM PASSER INVENIT SIBI DOMVM.] ATHANASII. Passer quidem insinuat hominum animam, quam spiritalis venator insequitur; iuxta id quod dictum est, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium*; turtur verò animam in castitate ac temperantia viuentem. Dicit itaque omnem animam hoc perfugium reperturam per ingressum ad altaria tua. *Anima nostra passeri comparatur.* Psal. 123, 7.

APOLINARII. Quemadmodum, inquit, passeres & turtures, atque etiam aliæ aues vagantur quidem dum non habent nidum, cùm verò hunc construxerint, in ipso commorari solent, atque ibidem pullos suos alunt: sic nos olim quidem errauimus, nunc verò à tua gratia prouocati, & tua tabernacula & altaria reperientes, proprios pullos instruimus. *Aues non habentes nidum vagæ sunt.*

CATENA PATRVM.

Altaria sunt nidi piorum hominum.

DIDYMI. Noster enim nidus & fruitio bonorum sunt sancta tua altaria: illis enim instar pullorum inhiantes, à te diuinum ac salutarem cibum recipimus.

CYRILLI. Admirantur, vti dicebam, Ecclesiæ pulchritudinem; laudant autem præceptorum qui in ea sunt animi moderationem. Pulli verò magistrorum sunt illi qui per ipsos fidem acceperunt: sunt enim patres spirituales. Solet autem diuina Scriptura turturibus assimilare sanctos Doctores mysteriorum, quia turtur valdè diserta & dulci voce prædita est: hanc autem vocem nobis disciplinæ studiosis exhibent sacrorum sermones præceptorum: igitur & ipsi spiritales turtures existunt.

Qui sint pulli & turtures spirituales.

Beati qui perpetuò morantur in domo Dei.

5. BEATI QVI HABITANT IN DOMO TVA.] EVSEBII. Ter beati, inquit, qui non exiguo aliquo tempore morantur, sed perpetuò inhabitant, & constanter altaribus tuis inhærent. Cùm autem hoc dixit, omnia Moysis legitima descripsit: non enim dixit beatos illos qui circumcisi sunt, neque qui sabbata custodiunt, neque qui alia omnia faciunt, in quibus carnalis Israël gloriabatur, sed simpliciter omnes qui habitant in domo Dei.

In Ecclesijs maximè salus promouetur.

CYRILLI. In Ecclesijs enim potissimùm salutis occasiones colligunt sanctorum periti studiorum: siquidem loquitur in illis Spiritus sanctus per Prophetas sanctos, per vocem Apostolorum & Euangelistarum. Et quemadmodum in curatorio multi quidem ægroti sunt, quandoque etiam morborum diuersorum, quilibet autem congruam potest consequi medicinam, ita etiam in Ecclesijs accidere reperimus.

HESYCHII. Idque frequenter. Etsi enim quis ceciderit, erigitur: etsi peccator fuerit, mundatur: etsi desperauerit, mortem tamen minimè videbit.

6. BEATVS VIR CVIVS EST SVSCEPTIO.] EVSEBII. Cùm seriem & consequentiam sensus complesset, sermonis immutatione vsus est: nam à diapsalmate quia superiùs pluraliter beatos esse dixerat qui habitant in domo Dei, hîc vnum aliquem beatum prædicat: quem porrò istum? nisi qui in valle lacrymarum auxilium à Deo consecutus est, qui habet ascensiones Dei in corde suo. Hunc

Beatus qui in valle lacrymarum disponit ascensiones spirituales.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἡ [illegible] γὰρ καλιὰ καὶ ἀπόλαυσις τῶν ἀγαθῶν τὰ ἅγιά σου θυσιαστήρια· παρ' ἐκείνοις γὰρ καθάπερ νεοττοὶ κεχηνότες, παρὰ σοῦ κομιζόμεθα τὴν θείαν τροφὴν καὶ σωτήριον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Θαυμάζουσιν, ὡς ἔφην, τῆς ἐκκλησίας τὸ κάλλος· ἐπαινοῦσι δὲ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ διδασκάλων τὸ ἐπιεικές. νεοττοὶ δὲ διδασκάλων οἱ δι' αὐτῶν πιστεύοντες· πατέρες γάρ εἰσι πνευματικοί. Ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ τρυγόσι ἀφομοιοῦν τοὺς ἁγίους μυσταγωγούς, ἐπειδήπερ ἄγαν λαλιστάτη καὶ εὔφωνός ἐστιν ἡ τρυγών· ἡμῖν δὲ φιλομαθέσιν οἱ τῶν μυσταγωγούντων εἰσὶ λόγοι· τρυγόνες οὖν ἄρα οὗτοι πνευματικοί.

έ. ΜΑΚΑΡΙΟΙ ΟΙ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ ΣΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. [illegible] μακάριοι, φησιν, οἱ μὴ πρὸς βραχὺ [illegible] Ϛοντες, ἀλλ' εἰς τὸ διηνεκὲς κατοικοῦντες, καὶ [illegible] ἐμμένοντες τοῖς σοῖς θυσιαστηρίοις. τοῦτο δὲ εἰπὼν, πάντα τὰ πρὸς Μωσῆν νόμιμα περιέγραψεν· οὐ γὰρ μακαρίους εἶπε τοὺς ἐμπεριτόμους, οὔτε τοὺς τὰ σάββατα φυλάσσοντας, οὐδὲ τὰ ἄλλα πάντα, [illegible] ὁ κατὰ σάρκα ἐκαυχᾶτο Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἁπλῶς πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἐν γὰρ ταῖς Ἐ[illegible] μάλιστα τὰς τῆς σωτηρίας συλλέγου[illegible] [illegible] μοὶ οἱ τῶν ἁγιοπρεπῶν σπουδασμά[illegible] στήμονες· λαλεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ [illegible] ἅγιον διὰ προφητῶν ἁγίων, διὰ [illegible] φωνῆς Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν. καὶ ὥσπερ [illegible] ἐν ἰατρείῳ πολλοὶ μὲν οἱ νοσοῦντές εἰσιν, ἐσθ[illegible] διαφόροις τρόποις· ἔξεστι δὲ ἑκάσ[illegible] φόρου θεραπείας τυχεῖν· οὕτω καὶ [illegible] κλησίαις εὑρίσκομεν.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ μάλα. κἂν γὰρ ἢ πεπτωκὼς, ἵσταται· κἂν ἁμαρτωλὸς ὑπάρχῃ, καθαίρεται· κἂν ἀπογνωσθῇ, θάνατον ὅμως οὐκ ὄψεται.

ς'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΗΡ ΟΥ ΕΣΤΙΝ ΑΝΤΙΛΗΨΙΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. [illegible]πληρώσας τὸν εἱρμὸν καὶ τὴν ἀκολουθίαν, τῆς διανοίας μεταβολῇ κέχρηται τοῦ λόγου· ἀπὸ γὰρ διαψάλματος διόπερ ἀνωτέρω πληθυντικῶς μακαρίους εἶπε τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ εἰπὼν, ἐνταῦθα ἕνα τινὰ μακαρίζει· τίνα δὲ τοῦτον; ἢ τὸν ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος ἀντιλήψεως τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἠξιωμένον, τὸν ἀναβάσεις ἐσχηκότα θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Τοῦτον

γὰρ τὸν ἄνδρα πάλιν μακαρίζει· ἀλλ' οὐ τὸν τῶν Μωσοῦ σωματικῶν ἐντολῶν φύλακα. Τοιοῦτος δέ ἐστι πᾶς ὁ ἀποκλαιόμενος ἑαυτὸν ἐν τῷ θνητῷ καὶ ἀνθρωπίνῳ βίῳ, καὶ τὴν ἐπίγειον ταύτην ζωὴν βαρυνόμενος, ἣν κοιλάδα κλαυθμῶνος ὁ λόγος ὀνομάζει· διὰ τὸ κλαυθμοῦ ἄξια τὰ ἐνταῦθα. Πᾶς οὖν ὁ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ κλαυθμῶνος τῆς παρὰ τοῦ θεοῦ ἀντιλήψεως τυγχάνων, μακάριος ἀληθῶς ἂν εἴη, ὅτι μάλιστα ἀναβάσεις θεοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ γίγνονται. τῶν γὰρ ἄλλων ἀνθρώπων θνητοῖς λογισμοῖς καθελκομένων εἰς πᾶν εἶδος ἁμαρτίας, ὁ μὴ τούτοις ἁλισκόμενος, κατὰ θεοῦ δὲ χάριν ἀγαθὰς ἀναβάσεις καὶ λογισμοὺς ἐκ θεοῦ πεμπομένους ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ κτώμενος, οὗτος ἀληθῶς μακάριος. Ἀντὶ δὲ τοῦ διέθετο εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος ὁ Σύμμαχός φησι, παροδεύων [illegible] ἔλεγεν· ἀντὶ δὲ εἰς τὸν τόπον ὃν [illegible] ὁ Ἀκύλας πηγὴν θήσονται. Δηλοῖ δὲ [illegible] ὡς ἄρα οἱ πάροικοι καὶ παρεπίδημοι [illegible] ἐν τῷ βίῳ τούτῳ κατὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων [illegible] πηγὴν θήσουσιν, ἢ τάξουσι πηγὴν, κατὰ [illegible] Σύμμαχον, τὴν ἔνθεον διδασκαλίαν τοῦ[illegible] τὸν τρόπον, ἣν αὐτοὶ μετῆλθον, [illegible] καταλέλοιπον ἐν ταῖς ἑαυτῶν γρα[illegible]. Τούτοις δὲ αὐτοῖς, φησιν, εὐλογίας μισθὸν [illegible] ἐπάξιον δώσει ὁ νομοθέτης, παρ' [illegible] λαβόντες τῆς εὐλογίας πορεύσονται τὴν [illegible] πορείαν, ἀκωλύτως διανύοντες, καὶ δυ[illegible], ὡς ἡμέρᾳ ὡς ἀεὶ προκόπτειν, καὶ [illegible] ἐκ δυνάμεως βραχυτέρας ἐπὶ μείζονα δύναμιν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος τὸν θνητὸν βίον φησί. Λέγει οὖν ἐν τῷ [illegible] βίῳ πλήσεις ἀγαθῶν λογισμῶν αὐτοὺς [illegible] ἑκάστην οἰκοδομῶν· αἴσθησις δὲ ἐκ τῆς [illegible] ἀντιλήψεως σοφίας ἐγένετο.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ἱστορίας μέμνηται κειμένης ἐν τοῖς Κριταῖς τοιαύτης. Ἐκέλευσεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἐξολοθρεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη ἐξελθόντας ἐξ Αἰγύπτου· οὐκ ἐξωλόθρευσαν δὲ ἐκεῖνα, ἀλλ' ἔπασχον κακῶς παρ' αὐτῶν. καὶ τὴν αἰτίαν ἐζήτουν. Τότε [illegible] ἤλεγξεν αὐτοὺς τῆς παρακοῆς. αἰσθόμενοι γοῦν ἐκεῖνοι ἔκλαυσαν πικρῶς, κλαυθμὸν ποιησάμενοι ἀπὸ τοῦ πράγματος. Τοῦτο βούλεται καὶ ἐνταῦθα εἰπεῖν· ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι μετὰ τὸν ἔλεγχον ἔκλαυσαν, καὶ ὑπέσχοντο φυλάττειν τὰ προστάγματα, τὸ αὐτὸ ποιεῖν καὶ ἡμῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐλεγχθεῖσι μὲν ἐφ' οἷς

enim virum rursus beatum dicit; non autem illum qui corporalia Moysis præcepta custodit. Talis autem est omnis qui in hac mortali & humana vita semetipsum deflet, & terrestri hac vitâ grauatur, quam hic sermo appellat vallem plorationis; eò quòd illa quæ hic sunt digna sint comploratione. Omnis igitur qui in valle lacrymarum diuinum auxilium consequitur, verè beatus est, quando potissimùm ascensiones Dei in corde eius fiunt. Dum enim ceteri homines mortalibus cogitationibus ad omne peccati genus pertrahuntur, is qui istis non capitur, sed per Dei gratiam probas ascensiones ac cogitationes à Deo immissas in corde suo possidet, hic verè beatus est. Ceterùm pro *Disposuit in valle lacrymarum* Symmachus ait, *Pergens per vallem lacrymatus est*: Aquila verò pro *In loco quem posuit* ait, *Fontem ponent*. Per hæc autem declarat, quomodo nimirum accolæ & peregrini in hac vita in hominum valle fontem ponent; vel, secundùm Symmachum, fontem ordinabunt, diuinam doctrinam hoc modo nominantes, quam ipsi frequentarunt, atque alijs reliquerunt in scriptis suis. Illis ipsis autem, inquit, mercedem benedictionis & condignum fructum dabit legislator, à quo accipientes benedictionem ibunt viam suam, sine impedimento eam perficientes, & confortati, vt quotidie ac semper proficiant, & de minori virtute ad maiorem virtutem perueniant.

CATENA PATRVM.

ATHANASII. Vallem plorationis vocat vitam mortalem. In hac mortali igitur, inquit, vita implebis eos quotidie bonis cogitationibus ipsos ædificando: ex tuo autem auxilio extitit sensus sapientiæ.

Hæc vita est vallis plorationis.

DIODORI. Meminit istiusmodi historiæ quæ in libro Iudicum habetur. Iusserat ipsis Deus, vt ex Ægypto egredientes disperderent omnes Gentes: verùm ipsi illas non disperdiderunt, sed malè ab ipsis multati sunt; & causam exquisierunt. Tunc Angelus arguit ipsorum inobedientiam. Itaque ipsi hoc sentientes amarè flebant, ob hanc rem planctum facientes. Hoc igitur etiam vult hoc loco dicere: Quòd sicut ipsi post reprehensionem fleuerunt, & mandata se seruaturos promiserunt, id ipsum quoque nos facere necesse sit, reprehensos quidem ob ea quæ

Iudic. 2.

quæ deliquimus per captiuitatem, ad propria verò redeuntes debemus etiam promittere nos Dei mandata non ampliùs transgressuros.

Professus virtutum est benedictio Dei.

ATHANASII. Probarum, inquit, cogitationum retributiones dabit ipsis Legislator, id est, qui legem noui Testamenti ipsis tradidit. Quales autem fuerint istæ benedictiones, nisi de virtute in virtutem ire? Dicit autem de præsentis vitæ secundùm Deum institutione ad supernam Hierusalem: eò etiam abeuntes videbunt Deum, quantum videri potest.

Deus nobis in Christo apparuit.

CYRILLI. Deus Deorum secundùm carnem visus est. Ne igitur Iudaicas ignorantias sectari studeamus, quin potiùs credamus, quòd verè Filius sit, & Deus ex Deo, qui secundùm carnem ex muliere propter nos ad nostra descendit, vt nos ad propriam suam gloriam adduceret, vt in ipso id quod seruile erat filius fieret; id quod egenum erat ditaretur; id quod corruptioni obnoxium erat mortem superaret; id quod peccato subiacebat sanctificaretur. Hæc enim omnia adepti sumus per manifestationem omnium nostrûm Saluatoris Christi.

9. DOMINE DEVS VIRTVTVM EXAVDI.]

Christus est Deus virtutum & Deus Iacob.

CYRILLI. Dominum autem Deum virtutum & Deum Iacob vocat Christum, ne quis ipsum recentem Deum esse putaret, propter natiuitatem secundùm carnem. Quin potiùs credamus ipsum esse, quem etiam ipsimet patres Israëlis religiosè coluerunt, quem in præcognitione conspexerunt, cuius mysterium minimè ignorarunt, Deo nimirum ac Patre per Spiritus sancti illustrationem ipsum reuelante.

HESYCHII. Vide, inquit, quòd tua protectione opus sit: vide quòd vulnus humanis medicinis non mitigetur: vide quòd vas contritum sit corpus tuum, non alienum: atque ita *respice in faciem Christi tui*; id est, in facie Christi; vt in Filio nos omnino etiam Pater respiciat, & Patris beneplacito pro nobis mysterium perficiatur.

11. QVIA MELIOR EST DIES VNA.]

Dies vna in nouo Testamento præstat mille diebus veteris Testamenti.

ATHANASII. Diem vnam atriorum, id est Ecclesiarum Dei, subinsinuat esse diem resurrectionis Saluatoris. Millia autem siue mille (ita enim inuentum est in Scriptura Hebræorum) vocat cultum legalem, qui ad mille an- (ὑπὸ γὰρ ηὕρηται ἐν τῇ τῶν ἑβραίων γραφῇ) τὴν κατὰ

παρηνομήσαμεν διὰ τῆς αἰχμαλωσίας, ἐπανελθοῦσι δὲ εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ ὀφείλουσιν ὑποσχέσθαι μηκέτι παραβαίνειν τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀμοιβάς, φησι, τῶν καλῶν λογισμῶν δώσει αὐτοῖς ὁ νομοθετῶν, τουτέστιν, ὁ τὸν νόμον αὐτοῖς τῆς καινῆς δεδωκὼς διαθήκης. Τίνες δὲ ἂν εἶεν αἱ εὐλογίαι, ἢ τὸ ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευθῆναι; Λέγει δὲ ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα πολιτείας τῆς κατὰ θεὸν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ· ἔνθα καὶ ἀπελθόντες ὄψονται τὸν θεὸν, καθὼς ἐστὶ δυνατόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Θεὸς θεῶν ὁ ὀφθεὶς κατὰ σάρκα. μὴ τοίνυν ταῖς Ἰουδαϊκαῖς ἀμαθίαις κατακολουθεῖν σπουδάζωμεν, πιστεύωμεν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ υἱός ἐστιν ἀληθῶς, καὶ ἐκ θεοῦ θεὸς, ὁ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς ὁ δι' ἡμᾶς καταβεβηκὼς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς εἰς τὴν ἰδίαν ἀνακομίσῃ δόξαν, ἵνα ἐν αὐτῷ τὸ δοῦλον υἱοποιηθῇ· πλουτήσῃ τὸ ἐν [illegible] χείᾳ· κρεῖττον γένηται θανάτου τὸ ὑπὸ φθο[illegible]ν· ἁγιον τὸ ὑφ' ἁμαρτίαν. ταῦτα γὰρ πάν[illegible]τα πεπλουτήκαμεν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ [illegible] πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ.

θ'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝ[illegible]ΜΕΩΝ ΕΙΣΑΚΟΥΣΟΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Κύριον δὲ τῶν δυνάμεων καὶ θεὸν Ἰακὼβ [illegible] Χριστὸν, ἵνα μή τις πρόσφατον αὐτὸ[illegible] μίσῃ θεὸν, διὰ τὴν κατὰ σάρκα γέν[illegible] πιστεύωμεν δὲ μᾶλλον ἐκεῖνον ὑπάρ[illegible] αὐτὸν λελατρεύκασιν οἱ τοῦ Ἰσραὴλ [illegible] πατέρες, ὃν ἐν προγνώσει τεθέανται, οὗ τὸ μυ[illegible]στήριον οὐκ ἠγνοήσαν, ἀποκαλύπτοντος δηλονό[illegible] τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς διὰ τῆς φωταγωγία[illegible] πνεύματος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἴδε, φησὶν, ὅτι τῆς σῆς ἐπισκέψεως χρήζομεν· ἴδε ὅτι τὸ τραῦμα φαρμάκοις ἀνθρωπίνοις οὐ παύεται· ἴδε ὅτι τὸ συντετριμμένον ἀγγεῖον σῶμα σόν, οὐκ ἀλλότριον· καὶ οὕτως ἐπίβλεψον εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ σου· τουτέστιν, ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ· ἵνα ἐν τῷ υἱῷ, πάντως [illegible] ἡμᾶς καὶ ὁ πατὴρ ἐπισκέψηται, καὶ εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς τελεσθῇ τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον.

ια'. ΟΤΙ ΚΡΕΙΣΣΩΝ ΗΜΕΡΑ ΜΙΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡμέραν μίαν τῶν αὐλῶν τοῦ θεοῦ, τουτέστι τῶν Ἐκκλησιῶν, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν τοῦ σωτῆρος ὑποδηλοῖ. χιλιάδας δὲ ἤτοι χιλιάδα νόμον λατρείαν φησὶ, ἥτις εἰς χιλιάδα ἐτῶν κεχρά-

κατεσκευάσθη, ἀρξαμένη ἀπὸ τῆς Σολομῶντος ζήσεως, ἀφ' ὃ ποθουμένων ὁ θεῖος ναὸς, μέχρι τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας. Δείκνυσιν ὅτι πολὺ τὸ μέσον τῆς εὐαγγελικῆς πρὸς τὴν νομικὴν λατρείαν.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι βέλτιον ἡμῖν ἐστι κτήσασθαι τὴν γνῶσιν τὴν σὴν καὶ τὸν φόβον μίαν ἡμέραν ζῆσαι ἐνταῦθα, ἢ δίχα τῆς γνώσεως τῆς σῆς καὶ τοῦ ὑμνεῖν σε χιλιάδας ἡμερῶν ἐξαντλεῖν.

ΕΞΕΛΕΞΑΜΗΝ ΠΑΡΑΡΡΙΠΤΕΙΣΘΑΙ ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οἱονεὶ φησιν, βουλοίμην εὐτελής τις καὶ ἀτιμής εἶναι μᾶλλον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ μέγας ἐν τῷ ἁμαρτωλῶν λαῷ.

ΟΤΙ ΕΛΕΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΑΓΑΠΑ ΚΥΡΙΟΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Τουτέστιν, οὐ δι' αἱμάτων θυσίας, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν ἔλεος, καὶ ἀγαπᾷν τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι Χριστὸν τὸν Θεόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Καλὴν τῷ ψαλμῷ ὁ προφήτης σφραγῖδα ἐπέθηκε τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, ἧς μακάριον ἔχεσθαι· ἄγκυρα γὰρ τῷ περισαλευομένῳ, τῷ δὲ πολεμουμένῳ τεῖχος γίνεται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δίδωσιν ὁ Θεὸς χάριν τοῖς σωζομένοις· κατὰ τὸ, χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι.

ΟΥ ΣΤΕΡΗΣΕΙ ΤΑ ΑΓΑΘΑ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Οἱ γὰρ κακίας βεβιωκότες χωρὶς καὶ ἐν δικαιοσύνῃ, ὅπερ ἐστιν ἀκακίᾳ πολιτευσάμενοι, οὐκ ἀποστερῶνται τῶν ἀγαθῶν, ἀναλόγως δὲ τοὺς στεφάνους ὑποδέξονται· ἐπειδὴ ἕκαστος τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὦ Θεὸς, φησὶ, τῶν δυνάμεων καὶ ὁ τῶν ἡμετέρων προγόνων ὑπέρμαχος, ὑπερασπίζων ἡμῶν, καὶ φρόντισον τῆς εὐπρεπείας τῆς βασιλείας ἡμῶν. Χριστὸν γὰρ ἐνταῦθα αὐτὸς καλεῖ τὸν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανελθόντα βασιλέα τὸν Ζοροβάβελ.

nos durauit, incipiens à temporibus Salomonis ; quando diuinum templum fundatum fuit, vsque ad præsentiam Saluatoris. Ostendit igitur multùm interesse inter Euangelicum & legalem cultum.

DIODORI. Vult dicere, quòd præstet nobis tuam notitiam atque timorem habentibus vno die hîc viuere, quàm sine cognitione & laude tua millenos dies exigere.

ELEGI ABIECTVS ESSE IN DOMO.] ATHANASII. Quasi dicat : Paruus ac vilis aliquis esse malim inter eos qui in Ecclesia sunt, quàm magnus inter peccatores.

12. QVIA MISERICORDIAM ET VERITATEM DILIGIT DOMINVS.] HESYCHII. Id est, non cruentas hostias, sed facere misericordiam, & diligere veritatem, hoc est Christum Deum.

CYRILLI. Propheta huic Psalmo pulchrum sigillum apposuit spem in Deum, cui adhærere beatum est : siquidem hæc anchora est fluctuanti, oppugnato autem est paries inconcussus.

Spes est firmamentum nostrum.

DIDYMI. Tribuit autem Deus gratiam ijs qui saluantur; iuxta illud, *Gratiâ estis saluati.*

Eph. 2, 5.

13. NON PRIVABIT BONIS.] HESYCHII. Qui enim absque malitia & iniustitia vitam duxerunt, hoc est innocenter conuersati sunt, non priuantur bonis, sed conuenientes coronas suscepturi sunt : *Quia vnusquisque propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.*

1. Cor. 3, 8.

DIODORI. O Deus, inquit, virtutum & maiorum nostrorum perseuera nos defendere, & curam habe decoris Regni nostri. Christum enim hîc suum appellat Regem Zorobabel ex Babylone redeuntem.

ATHANASII. Christum hîc etiam vocat populum qui ad regale sacerdotium vocatus est.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Χριστὸν ἐνταῦθα καὶ τὸν κεκλημένον λαὸν εἰς βασίλειον ἱεράτευμά φησι.

ANNOTATIONES CORDERII.

De hoc titulo diximus aliquid ad Psalmum octauum. Argumentum quoque idem est, quod Psalmi 41. Cùm autem hîc agat de cælesti beatitudine, non immeritò inscribit eum Dauid *pro torcularibus*, hoc est, pro tribulationibus, per quas ad cælum peruenitur. Quod expendens D. Augustinus ad hunc locum: *Vna*, inquit, *& oliua quamdiu pendent in fruteto suis libero aëre perfruuntur; & nec vua vinum est; nec oliua oleum ante pressuram : sic sunt & homines, quos prædestinauit Deus : antequam accedant ad seruitutem Dei, fruuntur in hoc sæculo tamquam deliciosâ libertate velut vua aut oliua pendentes. Sed accedens*

Sicut vua in torcularibus, ita iusti in tribulationibus exercentur.

cedens quisque ad seruitutem Dei, ad torcularia
ANNOTATIONES CORDERII. se venisse cognoscat: contribulabitur, conteretur,
comprimetur, non vt in hoc sæculo pereat, sed vt
in apothecas destinat. Quasi vna tribulationis via
Act. 14, 21. certissima sit ad ipsam beatitudinis metam: Quo-
niam per multas tribulationes oportet nos intra-
re in Regnum Dei.

Dei tabernacula præ rebus omnibus diligenda. 2. Quàm dilecta tabernacula tua! &c.] Id est,
tua superna tabernacula, vbi est militiæ cælestis
innumerabilis exercitus Angelorum, & spirituum
humanorum copiosissima multitudo, sunt mihi
tam amabilia; & illa tua atria cælestia, vbi pluri-
mas mansiones habes pro singulis Beatis, sunt
mihi adeò charissima, vt anima mea vehemen-
tissimo illorum teneatur desiderio, & quasi moræ
impatiens præ nimio desiderij ardore deficiat.
Nempe vir ille verè sanctus & spiritualis, qui cor
habuit animumque in sublimibus illis domici-
lijs, vbi castæ & beatæ mentes in æternum Deum
colunt, & sine interruptione diligunt, gestiebat
celerrimè hinc abire, concupiscebat, & deficie-
bat, præ magno ardentique desiderio pænè in
dies viuus emoriebatur. S. Cyprianus libro de
Mortalitate hunc locum ita vertit: *Quàm dile-
ctissima habitationes tua Deus virtutum! deside-
rat & properat anima mea ad atria Dei.* Et de
suo addit illa miranda atque suauia: *Eius est in
mundo diu velle remanere, quem mundus oble-
ctat, quem sæculum blandiens atque decipiens il-
lecebris terrenæ voluptatis inuitat. Porrò cùm
mundus oderit Christianum, quid amas eum qui
te odit, & non magis sequeris Christum, qui te &
redemit & diligit?* Paria cum purpureo Vate
sentiunt alij quoque diuinæ mentis internuntij
Prophetæ, si quando in eum sermonem dela-
Malach. 3, 12. buntur. Hinc Malachias, vt ostenderet nihil præ
Cælum est terra desiderabilis. cælo esse appetendum, vocauit *terram desidera-
bilem*, quippe omnium voluptatum altricem, ab
omnibus expetendam, fertilissimam, bonis om-
nibus affluentem. sic apud Ieremiam ore magno
Ier. 3, 19. Deus pollicetur: *Tribuam tibi terram desidera-
bilem, hæreditatem præclaram.* In Hebræo est
cum venusta paranomasia terram צְבִי צִבְאוֹת *tsebi
tsibot*, iucunditatis iucunditatum, hoc est amabi-
lissimam, elegantiarum plenissimam: vnde Regia
vertit *terram elegantiæ*, Pagninus *concupiscibi-
lem*, Septuaginta ἐκλεκτὴν, *electam*, nimirum exi-
miam, & omnibus anteponendam, Paraphrasis
Dan. 11, 16. Chaldaica *hæreditatem lætitiæ*: sic à Daniele di-
citur *terra inclyta*, Hebraicè צְבִי *tsebi*: quod
idem sonat quod *gloria, decor, desiderium*: hoc
est terra gloriosa, decoris & pulchritudinis infi-
nitæ, quæ tota sit desiderium, videlicet summè
appetendam. Quo etiam modo Iacob in arcanis
benedictionibus suis cælestem beatitudinem, vt
Gen. 49, 26. quidam volunt, nuncupauit *desiderium collium
æternorum*; hoc est, colles omni impetu cordis
& desiderij appetendos, ob pancarpiam vberri-
mâ copiâ redundantem. Eos colles Sol non vrit,
non Syrius deuenustat, non pruina decoquit, non
tempus erodit; quamobrem hos colles vocat
æternos. Horum ergo tantorum bonorum desi-
derio Dauid incessanter æstuabat: nos autem lu-
tei, & in terra heu! toti, mentem habemus tam
fatuam, tam inertem & conglaciatam volunta-
tem, vt miserrimi propè dicam semper esse veli-
mus, & tardissimè verè esse felices: & tamen fe-
licissima ista patria nos inuitat, cuius spe atque

expectatione serui Dei non sine quodam
animi religiosi commoueri solent & acui ad c
derandum, vt defuncti huius vitæ ærumnis q
te potiantur.

3. *Cor meum & caro mea exultauerunt
Deum viuum.*] Illa nempe pura & liquida vo
ptas, quæ piorum mentem singulari lætitiâ co
plet, & iucunditate reficit, sæpè in corpus et
refunditur, vt de se Dauid hoc loco pronun
idque mundi liberator Iesus in gloriosâ tran
guratione declaratum esse voluit; in qua sum
delectationis copia & beatum animi lumen d
fundebatur in artus, sic vt etiam ipsæ vestes m
rabili modo canderent. Non desunt igitur vi
probis multæ & beatæ suauissimæque volup
tes, quæ faciunt, vt gestientem illam commot
nem iucunditatis in corpore, quo sensus hia
cupideque aspirat libido, fugiant & aspernen
in qua ipsa contemptione futilis oblectation
nocinijque sensuum inest plena humanitate
tia, quâ ipsorum animi perfunduntur: qua
pertus D. Cyprianus, qui lauream triumph
cruore suo redemit, illud verè sapienterque
tulit: *Voluptatem vicisse, voluptas est ma
nec vlla maior est victoria quàm ea, quæ de
ditatibus refertur.* Verùm hanc castam su
tem dumtaxat illi experiuntur generosi co
ptores inanitatum, qui sensuum blandim
illecebras blandæ voluptatis repudiant; n
tiunt animæ viles, quæ cupiditatibus suis
perbissimis dominis fœdè ancillantur.
autem dixit *in Deum viuum. In quem e*
humanum, quod est principium vitæ n
nisi in Deum viuum, qui est ipsa vita,
totius vitæ, exultaret? Quare S. Augu
hunc locum libro Quinquaginta Ho
Hom. 33. *Non exultauit*, inquit, *in hoc
non in diuitijs, non in honore, non in lux
in ebrietate, non in vanitatibus mortu
cum omni suo amore morituris, sed in
uum. Quare non dixit in Deum tantu
didit in Deum viuum? Vt ostenderet,
quod non pertinet ad Dei cultum debe
bere quasi mortuum.*

4. *Etenim passer inuenit sibi domum
tur nidum sibi.*] Aquila, Καὶ γὰρ ὄρνεον
οἶκον, καὶ στρουθὸς νοσσιὰν αὐτῇ, οὗ ἔθετο νοσσία
*quidem auis inuenit sibi domum, & passer ni
sibi, vbi posuit pullos suos.* Varias vtilitates re
set hic Psalmus, quas ex auditione verbi Dei h
rimus: hic autem versus præcipuam inter
continet; nimirum quòd in templo verba
audimus. Vtitur autem metaphorâ sumptâ
lucribus. Aues siquidem primùm oua po
posteà verò ijs incubant donec excludant:
non assiduè foueant, sed sinant oua frigore
minimè pullos excludent. Verbum Dei i
oui, quod fouendum menti nostræ traditu
nisi assiduè memoriâ foueamus, nihil
vtilitatis adferet. Hac ratione locum hunc
nit S. Chrysostomus Homiliâ de Susanna
Diuina lectiones, & sancta oracula Dei,
*ueniunt auribus nostris, non volent & tr
sed sedeant & descendant. Nam si passe
sibi domum, & turtur nidum vbi ponat
suos, quanto magis passer verbum Dei?* S
aurei oris Doctor. Ex sententia verò S. Aug
cor est tamquam passer, & caro tamqua

Deus cultoribus suis spirituales concedit recreationes, quibus mens corpusq; reficiuntur.

tur. Cor, id est mens, velut maior atque præstantior inuenit domum, caro vt minor inuenit nidum: vtrique tamen locus requietionis conceditur: vtrique cibus, suauitas scilicet & exultatio paratur. Contemplatio res quidem spiritualis est, sed donum est datum homini, qui non est purus spiritus, sed ex spiritu & corpore coagmentatus: quare ita à Domino temperatur atque disponitur, vt in spiritu maneat, & tamquam reliquias suas exultationem in corpus effundat. Tribuendum fuit iustis à suauissima prouidentia Domini, quo vitam in lætitia transigerent. *Si enim homo secundùm conditionem suæ naturæ humanus & nobilis famulos in perpetua tristitia manere non sustinet; cur ille, qui totus est benignitas & dulcedo, dilectissimos suos, quos ceu filios diligit, esse semper in mœrore sustineret? Ille gaudium & lætitiam & prosperos euentus iniquis & infidelibus & idolorum cultoribus impertit; & sanctis, quos diligit vt pupillam oculi sui, quibusque æternam gloriam præparauit, lætitiam & alacritatem non dabit? &c. ita ille.* S. Augustinus quoque lib. Quinquaginta Homiliarum Hom. 33. cùm hunc versum exponeret, ita scitè eruditeque disseruit: *Passer perparua auis est [illegible] turtur pudicissima: & ideò Saluator noster [illegible] Passer dicitur, quia docuit primus humilitatem [illegible] turtur dictus est, quia docuit primus castitatem [illegible] Vnde etiam in Canticis Canticorum [illegible] dicit: Vox turturis audita est in terra [illegible] Vox turturis intelligitur doctrina Saluatoris [illegible] cæpit, puritatem castitatis adamauit, &c.*] In cælesti [illegible] scilicet habitaculo, vbi videbimus Deum, [illegible] possidebimus, possidendo amabimus, [illegible] fruemur, fruendo laudabimus. Pulchrè [illegible] locum S. Augustinus lib. 22. de Ciuita. [illegible] 30. *Quanta erit, inquit, illa felicitas, vbi [illegible] erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur [illegible] laudibus, qui erit omnia in omnibus? [illegible] quid aliud agatur, vbi neque vllâ desidiâ [illegible] tur, neque vllâ indigentiâ laborabitur, ne[illegible] : admoneor etiam sancto Cantico, vbi lego, [illegible] audio: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Omnia [illegible] membra & viscera incorruptibilis corporis, quæ [illegible] c videmus per vsus necessitatis varios distri[illegible], quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed [illegible], certa, secura, sempiterna felicitas, pro[illegible] in laudibus Dei.* Si ergo ibi Deum aliquan[illegible] bis & voce laudabimus, æquum est, vt in [illegible] ta, in qua illius similitudinem cupimus, [illegible] & canticis ore prolatis glorificemus.

Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.

6. *Beatus vir cuius est susceptio eius abs te.*] Græcè est, [illegible] : vbi pro [illegible] in Sixtina ponitur [illegible]: S. Augustinus & Vetus Psalterium reddunt: *Cuius est susceptio eius abs te:* additur *Domine* à Psalterio Romano, & à Cassiodoro atque Chrysologo, & à Sixtina [illegible]: Vulgata, *Beatus vir, cuius est auxilium abs te:* S. Hieronymus vertit: *Beatus homo, cuius in te est fortitudo;* hanc significat עז *hhoz*, siue *robur:* idem ad Suniam & Fretelam monet melius reddi: *Cuius est auxilium abs te*, quàm, *Cui est auxilium eius.* Fructum porrò huius auxilij manifestè declarans, subdit:

Ibidem. Ascensiones in corde suo disposuit.] Pulchrè S. Gregorius Nazianzenus Orat. 21. In

Ascensiones disponenda ad deificationem [illegible] ad deificationem.

ijs quos vocat [illegible], *homines Dei*, res duas animaduertit ad beatitudinem optabiles, [illegible], *ascensum & deificationem: Nam quicumque, inquit, & mentis & propositi gloriosi terrenam molem magno animo perruperit, & sine nubem sine integumentum dicere oportet, dissoluerit, & cum Deo commercium habere, & purissima luci commisceri, quantum homini datum est, cœperit, is duplici nomine dici beatus potest, tum quòd hinc sursum ascenderit, tum quòd deificationem illam sit consecutus, quam verum & sincerum Philosophiæ studium conciliat, & supra terrenum binarium subnectio, propter eam quam in Trinitate intelligimus vnitatem.* Cùm *binarium* dicit, sacrum est ænigma hominis docti & ingeniosi; vultque significare, propter animæ & corporis coniunctionem excitari sæpè in nobis nebulas cupiditatum, & noctem illunem, quæ diuini Solis telum & amicum lumen prohibeat: vocat ipse [illegible], *siue nubem, siue obnubilationem.* Itaque mens diuinis quibusdam aculeis puncta, & veluti medijs in tenebris euigilans, duce Deo, atque pij & religiosi animi virtute, nebulam illam penetrat vndique circumfusam, & optimis conatibus incumbentem, emergit, seque attollit supra binarium: quod hieroglyphicum est materiæ terrenæ ac vitiorum, in quo beatissimus ille ascensus exprimitur: iamque terreno superato binario Deus occurrit, beatissima Trias, quæ cum animo iam defæcato & sordibus expiato sese vniens, mirabilem illam coniunctionem efficit, quam [illegible], hoc est *deificationem*, nominant. Qui gradus est in hac vita summus illius scalæ, quam Regius Vates hîc expingit, dum probos & sanctimoniæ cupidos ait *ascensiones in corde suo disponere*, atq; in intimo animi sinu non turrim ædificare babylonicam, temeritatis audaciæque monumentum, quod cælo minetur; non scalam Iacobæam, quæ solos habeat Angelos perennem motum reciprocantes; non alas sibi adiungere Icarias, quæ celerimè tabescant; sed aureos moliri gradus, quibus in atria Sionis peruadant, & iungantur Deo.

ANNOTATIO. NES CORDERII.

Qualiter fiat ascensus in Deum.

7. *In valle lacrymarum.*] *De pœnitentibus enim loquitur Propheta* (inquit Euthymius) *eos beatificans, qui in valle lacrymarum ascensiones disposuerunt; gradus scilicet & scalam* (vt ait Hugo) *per quam ad domum illam cælestem ascendant.* Quid enim aliud pœnitentia, nisi scala quædam in loco lacrymarum posita, per quam facilè ad cælum conscenditur? *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob.* In Hebræo est: *Cui constituta est scala Christo Dei Iacob.* Ad quem locum S. Hieronymus in Quæstionibus Hebraicis: *Scala eidem Christo Dei Iacob, id est David, constituta est, per quam conscenderet ad Deum, eo quòd idem scilicet confessus fuerit, se peccasse Deo in Vria Hethæo; & pœnitentiam agens per hanc scalam conscenderit ad Deum.* Ita vallis lacrymarum gradus ad cælum est: ita pœnitentes Regno cælorum, & pœnitentibus appropinquat Regnum cælorum. Nec de nihilo huc Angelus dicitur descendisse; quia vbi lacrymæ ad cælum ascendunt, cælum descendit ad lacrymas. Ipsum quoque cor, inquit Augustinus, est vallis lacrymarum, quoniam in eo ascendentibus non panis risus atque lætitiæ, sed panis doloris atque laboris, panis gemitus & ploratio-nis

Pœnitentia & lacrymæ sunt scala ad cælum.

2. Reg. 23. 1.

Cor nostrum est vallis lacrymarum, in qua ascensiones virtutum ponenda.

ANNOTATIONES CORDERII.

nis edendus apponitur. Ipsum cor est locus,
quem homo, auctore Deo, sibi posuit atque con-
stituit, vt in eo habitet, & habitando scalam vir-
tutis ascendat; quia extra cor manentibus, & per
vana & inutilia aut actione aut cogitatione vagan-
tibus, ascendendi & proficiendi negatur occasio.
Ascensiones autem vel gradus huius scalæ virtu-
tes sunt. Vnde S. Gregorius Hom. 19. in Eze-
chielis cap. 44. ait: *Conuallis humilis locus est, &*
peccator quisque, dum se in lacrymis affligit, in
corde per ascensum virtutum proficit. Ceterùm
pro *in valle lacrymarum, in loco quem posuit*, ex
Hebræo sic ad verbum reddit S. Hieronymus:
Transeuntes per vallem fletus, fontes ponent eam.
Illud idem totidem ferè verbis habet Caietanus.
Vatablus autem sic: *Transeuntes vallem fletus*
fontibus abundantem reddent. Rex Propheta *val-*
lem fletus appellat inferos, vbi sontes pœnas sem-
piternas iustitiæ diuinæ pendunt, & inconsola-
bili fletu obruuntur: *transeuntes* vocat homines
vsurâ lucis atque vitâ fruentes, qui seriâ medita-
tione vallem eam percurrunt, & fontibus lacry-
marum opplent. Rem omnem sic illustrat Chal-
dæus Paraphrastes: *Peccatores, qui transeunt*
per profundum gehennæ, flentes fletu, sicut fontem
ponent illud. Videlicet illi, qui deuotè attente-
que apud se reputauerint eos immensos ignium
globos, quibus damnati horribilem in modum
cruciantur, & ob noxas anteactæ vitæ, quibus
sunt ignem commeriti, lacrymas mittunt, fonte
illo salutari extinguent incendium, sibique ape-
rient viam ad felicitatem. Id autem verba Psalmi
sequentia designant.

Deus iustis benedicit, vt in virtute semper proficiant.

8. *Etenim benedictionem dabit Legislator,*
ibunt de virtute in virtutem.] His itaque datur
à Legislatore Christo benedictio gratiæ, quia pro-
prijs viribus tam longam viam ambulare aut in-
choare non possunt. Prorsus benedictio, quæ
magnum est donum, & cumulus multorum bo-
norum, quæ iustos benedictos efficit, quæ in
æternam illam benedictionem ab omni malo
alienam perducit. Hac benedictione ditati pro-
cedunt de vna virtute in aliam; quoniam vnâ
adeptâ, aliam quærunt, & vnâ comparatâ, aliam
suspirant, donec omnium possessores fiant. Nam
si diuites huius sæculi numquam diuitijs & ho-
noribus ad mensuram sui desiderij replentur; iu-
sti, qui sunt diuites æui futuri, numquam virtu-
tibus & donis cælestibus in hac vita satiantur, sed
quibuscumque quæsitis, alia maiora concupi-
scunt: semper igitur gradus huius scalæ cælestis
ascendunt; semper de virtute pergũt in virtutem,
vt quibus nullus est finis desiderij proficiendi,
nullus sit finis ambulandi. Vel, vt S. Augustinus
legit, *ibunt de virtutibus in virtutem*; quia com-
paratis virtutibus vniuersis, non se satis diuites,
nec satis felices putabunt, sed adhuc auidissimè
pergent in virtutem contemplationis Dei. *Ab his*
virtutibus (inquit Augustinus) *imus in illam vir-*
tutem. Et quæ erit illa virtus, nisi solius contem-
plationis Dei? Necessaria ibi non erit ista pru-
dentia, vbi nulla mala occursura sunt, quæ vide-
mus. Sed quid putamus fratres? Non ista iustitia,
vbi nulla erit cuiusquam indigentia, cui subue-
nire debeamus: non ista temperantia, vbi nulla
erit libido refrenanda: non ista fortitudo, vbi nul-
la erunt mala toleranda. Ergo ab his virtutibus
bonis actionis ibimus in virtutem illius contem-
plationis, quâ contemplemur Deum, sicu[t]
ptum est: Manè adstabo tibi, & contem[plabor].
Hæc ille: qui & putat hunc sensum ex ver[bis se-]
quentibus elici: *Videbitur Deus Deoru[m in]*
Sion. Ex virtutibus enim, quibus rectè
operamur, ibimus in contemplationem, q[ua]
debimus *Deum Deorum*, id est *Sanctoru[m]*
videbimus eum non iam in exilio, sed in
non in ænigmate, sed facie ad faciem; n[on in]
Ægypto, sed in Sion. Hoc igitur virtutum
dium eiusmodi esse debet in deuotis religion[is ho-]
minibus, vt nullum ponant terminum gen[erosæ]
contentioni, vltra quem minimè progredien[dum]
esse putent. In extremo quidem Italiæ colu[mna]
fuit olim, vt Paulus Varnafridus lib. 3. cap
tradit, quam Autharis Longobardorum Rex
pide hastæ suæ tangens dixit, *Vsque huc er[unt]*
Longobardorum fines: at Christianorum &
rum Dei fines nulli sunt in hoc mundo, nec
finita est vllis regionibus & cancellis pia b
rum voluntas studiumque proficiendi: in
so Dei palatio & verissimarum campo glor[iarum]
limites pacti sunt, & à summo Imperatore
di constituti. Quousque ad eum locum pe[rueni-]
rimus, semper intenta esse debet hasta no[stra,]
animi generosus conatus. Sic omnino S. D[ionys-]
sius, illuminatæ vir mentis ac diuinæ, lib
clesiastica Hierarchia cap. 2. in choro
hominum, qui ad colendam pietatem
sunt, requirit ἀναβάσεις ἱεράς, *sacras ascen[siones,]*
cum Propheta Regio *de virtute in*
progrediendum & crescendum in dies a
tur. Quod monitum tantò antè Moses e
emblemate expressit, cùm Iacobi scala
magnificam illam & stelliferum orbem
tem: in qua Nyssenus Gregorius Or[atione de]
Beatitudinibus ait τὴν κατ' ἀρετὴν βίον
vitam cum virtute coniunctam effingi a
mari; in qua quisque nouis semper gr
superiora conscendat. Per hanc mystic
tus sui scalam Patriarcha Ioseph sacra
ascensiones moliebatur: quam ob cau[sa]m i[n sacris]
nis Litteris filius accrescens nobili el[o]gio
fuit: *Filius accrescens Ioseph, filius* [accre-]
& decorus aspectu. Crescendi modu[m He-]
bræus vberrimum & felicissimum
quo sit quidam vertunt; *Sicut ramus*
seph, ramus, inquam, crescens iuxta
decorus aspectu. Hoc est, Erit velut plantula
mosissima mirum in modum crescens pro[pter]
humoris abundantiam. Talis quoque fuit
muel totus è cælo & à Deo, de quo in Re[gum]
Annalibus ita scribitur, *Puer Samuel profici[ebat]*
atque crescebat, & placebat tam Deo quam
minibus. Paria de Dauide celebrantur in lib
ralipomenon: *Proficiebat Dauid vadens &*
scens: & Dominus exercituum erat cum e[o].
omnes similesque virtutibus exaggerati n
finem honestissimæ suæ contentionis pon
sed vt stylo D. Pauli vtar, in anteriora se e[xten-]
debant, & persequebantur, si quo modo a
uium & perfectionem pertingerent.

9. *Domine Deus virtutum exaudi orat[ionem]*
meam.] In Domino nimirum immensam
tum abundantiam olfecerat, & idcircò
oratione poposcit: & quia hæ per exempla
nium virtutum, nempe per Christum da
propterea addit: *Respice in faciem Christi tu[i].*

Digitized by Google

Christus virtutum omnium exemplar nobis ob oculos ponendum, & imitandum.

enim norma est & amussis cumulatæ & absolutissimæ bonitatis: ille, vt stylo Ennodij dicam, clarum epitoma virtutum: ille candor lucis æternæ, speculumque radiosum, quod excipiens diuinæ mentis rutilantia simulacra, quibus pingi ornatique animus potest, ea deinde spargit in orbem terrarum, atque illos maximè irradiat, qui ad beatæ vitæ prototypon mentis oculos adiecerint. Toxaris apud Lucianum in Schyta de Solone magnificum est illud Elogium ad Anacharsim: Πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών: *Omnia iam viso Solone conspexisti.* Quod sine vlla comparatione verius de liberatore mundi diceretur: *Illum qui videt, videt omnia decora vitæ laudabilis & excellentiæ inusitatæ: in eo efflorescit donorum omnium cælestium & gratiarum effigies, in eo bonorum thesauri: ille impleuit omnem iustitiam: in illo virtutum omnium Pandectæ & exemplaria virtutum Cardinalium*, ait S. Bernardus Serm. 12. in Cant. in eodem cumulatæ perfectionis (vt cum Tertulliano lib. 4. Contra Marcionem cap. 18. loquar) *massalis summa*; vnde sancti omnes frusta velut i quædam sumpserunt. Vnde discipulus Apostolorum S. Dionysius Eccl. Hier. cap. 3. debere nos ait proponere nobis ante oculos vitam Christi quam in carne peregit, & illius ἀναμαρτησίαν, id est, *noxarum vacuitatem*, &, vt cum vulgo dicam, impeccantiam. In hoc igitur exemplari imitando omnis nostra vita insumi debet, vt imaginem efficiamus picturamque nobilem, non tantum linearem & monochromaton, sed virtutum omnium coloribus illustrem & perfectam.

11. *Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*] Id est, Præstantior est vna dies hominis vitæ, quam in atrio patriæ supernæ transigimus (quod meritum eius est) quàm mille dies, imò quàm innumeri dies transacti in tabernaculis peccatorum. Talis profectò est perfectorum sensus, qui omnem rectitudinem adamarunt, & mores distortos prauosque reiecerunt.

ANNOTATIONES CORDERII.

12. *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus.*] In Hebræo est שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן יְהוָה *Semes vmaghen Iehoua*: hoc est, *Sol & scutum Deus:* Aquila, Ἥλιος καὶ θυρεὸς κύριος ὁ θεός: *Sol & clypeus, Dominus Deus*: Symmachus, Ἥλιον γὰρ καὶ ὑπερασπισμὸν κύριος ὁ θεός: *Solem enim & protectionem Dominus Deus.* Vbi Soli & scuto Deus comparatur: nam vt Sól in totum orbem suam lucem æqualiter diffundit, oriens super iustos & iniustos; ita Deus suam pariter in omnes, non solùm probos, sed etiam improbos, beneficentiam ostendit. Item vt scutum non tantùm caput, vt galea, aut pectus, vt thorax, aut crura, vt ocreæ, tutatur ac seruat; sed omnium pariter membrorum flectitur ac reflectitur ad tutelam; ita Deus non vni tantùm vel alteri, sed omnibus pariter tuendis protegendisque hominibus incumbit. Res hæc symbolis inuoluta à Latino interprete excellenter aperitur: scutum ad misericordiam, ad veritatem Sol refertur: hoc illuminat suos, illo tuetur: vt Sol docet, mentem instruit, viam expandit ad innocentiæ Regnum affluentissimum omnis boni: vt scutum arcet inimicos & nocere cupientes, & à malo protegit.

Dei beneficentia Soli & scuto comparatur.

Scutum misericordiam, Sol veritatem refert.

IN PSALMVM LXXXIV. ARGVMENTVM.

1. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμός.

Ἐπινίκιος καὶ οὗτος τῶν ἐπανελθόντων ἐκ Βαβυλῶνος. Ἐσχημάτισαι δὲ ὡς τοῦ Θεοῦ στρατηγήσαντος καὶ λαβόντος τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ διὰ χρόνου ἐπανερχομένου εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸν λαὸν καταδιέλοντος ἑαυτὸν δίχα προηγουμένου τε καὶ ἑπομένου, καὶ ὡς νικηφόρου τὴν ἀνευφημοῦντος τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Προθεσπίζει δὲ ἐνταῦθα μετὰ τῆς σκιᾶς καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὅτι μετὰ τὴν Ἰουδαίων ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, καὶ τοῦ παντὸς κόσμου τὴν σωτηρίαν.

1. In finem, *filijs* Core Psalmus.

Etiam hic triumphalis est eorum qui ex Babylonia redibant. Formatus est autem ac si Deus ducem belli ageret, & caperet captiuitatem, & post tempus aliquod in Hierusalem reuerteretur, & populum bifariàm diuideret se præcedentem ac sequentem, & vniuersorum Deum tamquam victoriæ faustis acclamationibus prosequentem. Hîc autem post vmbram prædicit etiam veritatem; scilicet post Iudæorum è Babylonia reditum vniuersi quoque mundi salutem.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. ΕΥΔΟΚΗΣΑΣ κύριε τὴν γῆν σου ἀπέστρεψας τὴν αἰχμαλωσίαν Ἰακώβ.

Ἐνταῦθα τὴν τῶν λυπηρῶν ἀποβολὴν κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ εὐδοκίαν ὁ προφητικὸς ἐδήλωσε λόγος. Εἶτα καὶ ἕτερον μέρος ἀντιφθέγγεται.

2. BENEDIXISTI Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Hîc rerum tristium secundùm Dei beneplacitum depulsionem propheticus sermo declarauit; deinde etiam altera pars respondet.

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata iniquitatem plebis

3\. Remisisti * iniquitates plebi tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

DIAPSALMA.

Et ita consequenter.

4\. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Idem dicit.

* Vulgata salutaris noster.

5\. Conuerte nos Deus * salutarium nostrorum: & auerte iram tuam à nobis.

Post benedictionem proferunt postulationem, rogantes Deum vt in similibus perseueret, & ipsos alijs similibus calamitatibus non ampliùs obijciat. vnde subiungunt:

6\. Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus naturâ placabilis.

Non enim, inquit, tibi natura est quæ ab ira non cesset, & ab indignatione non desistat.

7\. Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Cùm nos igitur, inquit, conuerteris Domine, & ad propria reduxeris, perseuera nobis vitam & auxilium largiri, vt & nos semper in te lætantes simus.

8\. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Præbe nobis, inquit, benignitatem tuam, per quam seruamur.

9\. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus; quoniam loquetur pacem in plebem suam,

* Vulgata & in eos qui conuertuntur ad cor.

Et super sanctos suos, & * super eos qui conuertunt cor ad ipsum.

Sileamus, inquit; nam pacem ostensurus est omni populo, præsertim ijs qui ipsi consecrati sunt, & ab ipso ex tota mente dependent.

γ'. Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ σου· ἐκάλυψας πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ οὕτως ἐφεξῆς.

δ'. Κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου· ἀπέστρεψας ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ σου.

Τὸ αὐτὸ λέγει.

έ. Ἐπίστρεψον ἡμᾶς ὁ θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν· καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου ἀφ' ἡμῶν.

Μετὰ τὴν εὐφημίαν προσφέρουσι αἴτησιν, παρακαλοῦντες ἐπιμεῖναι τὸν θεὸν τοῖς ὁμοίοις, καὶ μηκέτι περιβαλεῖν αὐτοὺς [illegible] συμφοραῖς τοιαύταις. ὅθεν ἐπιφέρουσι

ϛ'. Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθήσῃ ἡμῖν; ἢ διατενεῖς τὴν ὀργήν σου ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν;

Οὐδὲ γάρ σοι φύσις ἄπαυστα [illegible]ίζεσθαι φησι, καὶ ἀμεταβλήτως θυμοῦσθαι.

ζ'. Ὁ θεὸς σὺ ἐπιστρέψας ζωώσεις ἡμᾶς· καὶ ὁ λαός σου εὐφρανθήσεται ἐπὶ σοί.

Ἐπιστρέψας οὖν ἡμᾶς, φησι, [illegible] καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰ οἰκεῖα, ἐπι[illegible]ενον χορηγῶν ἡμῖν τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀν[illegible]ίληψιν, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς εὐφραινόμενοι δια[illegible]ελῶμεν ἐπὶ σοι διαπαντός.

ή. Δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεός σου· καὶ τὸ σωτήριόν σου δώῃς ἡμῖν.

Παράσχῃ, φησὶν, ἡμῖν τὴν φιλανθρωπίαν, σου δι' ἧς σωζόμεθα.

θ'. Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ θεός· ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ,

Καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ' αὐτόν.

Σιωπήσωμεν, φησι· μέλλει γὰρ ἀποφαίνεσθαι εἰρήνην παντὶ τῷ λαῷ, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνακειμένοις αὐτῷ, καὶ ἐξηρτημένοις αὐτοῦ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας.

ι. Πλὴν

ι'. Πλὴν ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ σωτήριον αὐτοῦ· τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν ἐν τῇ γῇ ἡμῶν.

Ἡ γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ μηκέτι πταιόντων δικαιοσύνης ἀρχή· διὸ καὶ πελάζει φοβουμένοις ἡ σωτηρία· καὶ ἣν ἀφῆκαν ἀπολαμβάνουσι σὺν δόξῃ πατρίδα.

ια'. Ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνηντήσαν· δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη κατεφίλησαν.

Σημαίνει τῶν πραγμάτων ἕνωσιν ἀγαθῶν ὡς ἐν εἰκόνι, καὶ ἔτι πρὸς τοῦτο ἐπάγει τι πλέον εἰκόνος. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιβ'. Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλε· καὶ δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν.

Οὐ μόνον δὲ ἐκ τῶν πλαγίων τὴν εἰρήνην καὶ τὴν δικαιοσύνην ποιεῖ καταφιλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ κάτωθεν ἀνατέλλουσαν ποιεῖ ἀλήθειαν ἄλλην, καὶ ἄλλην ὡς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ παρακύπτουσαν δικαιοσύνην, ἵνα διὰ πάντων δείξῃ τὸν λαὸν περιεστοιχισμένον ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν.

ιγ'. Καὶ γὰρ ὁ κύριος δώσει χρηστότητα· καὶ ἡ γῆ ἡμῶν δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς.

Καὶ ὡσανεὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λοιπὸν χορηγοῦντος τοῖς ὑπηκόοις τὰ ἀγαθά, καὶ οἷον προϊέντος εὐδιείαν, καὶ ἡ γῆ ἡμῶν, φησι, πεπληρωμένη τῶν ἀγαθῶν βλαστήσει πάντως τοῖς ἐνοικοῦσιν εὐθηνίαν.

ιδ'. Δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται· καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τὰ διαβήματα αὐτοῦ.

Ἀλλὰ γάρ, φησιν, οὐ μόνον ταῦτα ἡμῖν ἔσται τὰ ἀγαθά, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ δικαιοσύνη ἡγήσεται τοῦ Θεοῦ κατευθύνουσα αὐτοῦ τὰ διαβήματα, ὥστε μηδένα πολέμιον ἀντιστῆναι πολεμῆσαι.

10\. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius; vt inhabitet gloria in terra nostra. PARAPHRASIS ANONYMI.

Conuersio enim ad Deum non amplius delinquentium est iustitiæ principium: quapropter etiam salus propinqua est timentibus; & patriam quam dimiserant cum gloria recipiunt. *Deus propinquus est timentibus eum.*

11\. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. *Iustitia & pax osculantur.*

Significat bonarum quasi in imagine rerum vnionem, atque insuper ad hæc quid amplius imagine subiungit. vnde subdit:

12\. Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Non solùm autem facit vt ex obliquo pax & iustitia se inuicem osculentur; verùm etiam ex imo facit exurgere veritatem aliam, atque aliam quasi de cælo inclinantem se iustitiam, vt per omnia ostendat populum cunctis bonis circumuallatum.

13\. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Et quasi ipso Deo deinceps bona subditis suis largiente, & veluti serenitatem adspirante, etiam terra, inquit, nostra consita omnino bonorum fertilitatem incolis germinabit.

14\. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Etenim, inquit, non solùm hæc nobis bona erunt, sed ipsa quoque iustitia Deum præcedet gressus eius dirigens, ita vt nullus illi hostis resistere audeat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. Εὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου.] Εὐδοκῆσαι ἐστὶ τὸ ἀγαθά τινα προνοῆσαι. ἀντὶ τοῦ· προενόησας ἀεὶ τῆς γῆς σου, ἵνα τὰ καλὰ ...

2\. Benedixisti Domine terram tuam.] Benedicere est aliqua bona prouidere. quasi dicat: Bona prouidisti terræ tuæ, cùm nos in illam *Benedicere est bona prouidere.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

illam reduxisti, acerba seruitutis vincula dissoluens, & tuam contra nos indignationem remittens. Cùm hæc populus sigillatim, vti dictum est, per vices decantasset, in communi etiam subiungit illud, *Conuerte nos*. Quoniam vniuersa quoque natura humana in captiuitatem redacta, & à Deo liberata fuit; hoc confirmabit illud, *Spiritus Domini super me*, &c. Aliter autem benedicit Dominus cor probum ac diligens, quod est terra eius ad semen suscipiendum, ac fructum ipsius producendum; & iniquitates quidem per Baptisma dimittit, peccata verò tegit per acerbam pœnitentiam.

Isaiæ 61, 1. Cor terra comparatum.

5. CONVERTE NOS DEVS.] Post benedictionem petunt vt Deus in similibus perseueret, & non ampliùs ipsos istiusmodi calamitatibus objiciat. Vnde subdit: *Numquid in æternum irasceris nobis?* Non est, inquit, tuæ naturæ pertinaciter irasci, & immutabiliter excandescere. Nam illud *extendes*, id est protendes, trahes. Conuertens igitur nos Domine viuifica nos, siue perseuera nobis vitam & auxilium suppeditare, vt & nos in te semper lætemur. Ceterùm illud *ostende* de re ipsa dicit. Id est: Præbe nobis benignitatem tuam, per quam seruamur; & ostende nobis per quæ miserearis populi tui: sic enim etiam salutare tuum, id est, à te salus nobis donabitur. Deinde quasi facto silentio deinceps, ac si Deus ipsis responsurus esset, subinfert populus: *Audiam quid loquatur*. Quemadmodum enim Regibus quidpiam proferre volentibus præco imperat silentium; ita sibi ipsis silentium indicentes, vt intelligant quid Dominus decernat, subiungunt: *Quoniam loquetur pacem in plebem suam*. Sileamus, inquit, quia decreturus est pacem omni populo, & potissimùm ijs qui ipsi adhærent, & pœnitudine ducuntur. Nam conuersio ad Deum est liberatio à lapsu. Oportet autem conuersionem minimè fictam, sed ex profundo corde exhibere. Ceterùm illud, *Verumtamen propè*, simile est isti, *Protector est omnium sperantium in se*. Vel istud *Verumtamen* superfluum est, cùm nihil significet. Vult autem dicere, quòd etiam salutare ipsius tam vicinum & inseparabile sit timentibus eum, ita vt rursus terra nostra (intelligit autem cor probum, quod semen ipsi iniectum reddit centuplum)

Deus non est implacabilis in ira sua.

In silentio Deus audiendus.

Conuersio ad Deum est liberatio à lapsu.

Psal. 17, 31.

γαγὼν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ, λύσας τὰ πικρὰ τῆς δουλείας δεσμὰ, καὶ ἀφεὶς τὴν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. Ταῦτα κατὰ μέρος, ὡς εἴρηται, ἀντιφώνως ὁ λαὸς ἐξυμνήσας, ἐπάγει καὶ κοινῇ τὸ, Ἐπίστρεψον ἡμᾶς. ὅτι καὶ πᾶσα ἡ ἀνθρωπίνη φύσις αἰχμάλωτος ἐγεγόνει, καὶ παρὰ θεοῦ ἠλευθερώθη· πιστοῦται τὸ, Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἑξῆς. Ἄλλως δὲ εὐδοκεῖ κύριος τὴν ἀγαθὴν καὶ σπουδαίαν καρδίαν, γῆν αὐτοῦ τυγχάνουσαν διὰ τοῦ δέχεσθαι τὸν σπόρον, τὸν παρ' αὐτοῦ καρποφορεῖν· καὶ ἀφίησι μὲν τὰς ἀνομίας διὰ βαπτίσματος, ἐπικαλύπτει δὲ τὰς ἁμαρτίας διὰ τῆς πικρᾶς μετανοίας.

ε. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ΗΜΑΣ Ο ΘΕΟΣ.] Μετὰ τὴν εὐφημίαν αἰτοῦσι τὸν θεὸν ἐπιμεῖναι τοῖς ὁμοίοις, καὶ μηκέτι περιβαλεῖν αὐτοὺς τοιαύταις συμφοραῖς. ὅθεν ἐπιφέρει· Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ὀργισθῇς ἡμῖν; Οὐκ ἔστι σοι φησὶ φύσις ἄπαυστα ὀργίζεσθαι, καὶ ἀμεταβλήτως θυμοῦσθαι. τὸ γὰρ διατενεῖς· ἀντὶ τοῦ παρατενεῖς, ἑλκύσεις. Ἐπιστρέψας οὖν ἡμᾶς δέσποτα ζώωσον, ἤτοι ἐπίμενον χορηγῶν ἡμῖν τὴν ζωὴν καὶ ἀντίληψιν, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς εὐφραινόμενοι, διατελῶμεν ἐπὶ σοὶ διαπαντός. Τὸ δὲ δεῖξον ἐπὶ πράγματος λέγει. ἀντὶ τοῦ· παράσχου ἡμῖν τὴν φιλανθρωπίαν σου, δι' ἧς σωζόμεθα· ἢ δεῖξον ἡμῖν δι' ὧν οἰκτείρεις καὶ ἐλεεῖς τὸν λαόν σου· οὕτω γὰρ καὶ τὸ σωτήριόν σου, τουτέστιν, ἡ παρά σου σωτηρία δοθείη ἡμῖν. εἶτα ὥσπερ οὖν σιγῆς γενομένης λοιπὸν, καὶ μέλλοντος τοῦ θεοῦ ἀποκρίνεσθαι πρὸς τὰ παρ' αὐτοῦ, ἐπιφέρει ὁ λαός· Ἀκούσομαι τί λαλήσει. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν βασιλέων βουλομένων ἀποφθέγξασθαι ὁ κήρυξ ἐπιτάττει σιωπὴν· οὕτως ἑαυτοῖς ἐγκελευσάμενοι σιωπᾶν, ἵνα μάθωσι τί ἀποφαίνεται ὁ θεὸς, ἐπάγουσιν· Ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ. Σιγήσωμεν, φησὶ, μέλλει γὰρ ἀποφαίνεσθαι εἰρήνην παντὶ τῷ λαῷ, καὶ μάλιστα τοῖς ἐξηρτημένοις αὐτοῦ, καὶ μεταμελείᾳ διορθοῦσι. Ἡ γὰρ πρὸς θεὸν ἐπιστροφὴ τοῦ πταίειν ἐστὶν ἀπαλλαγή. Δεῖ δὲ τὴν ἐπιστροφὴν μὴ ἐπίπλαστον, ἀλλ' ἐκ βάθους καρδίας ἐπιδείκνυσθαι. Τὸ δὲ, πλὴν ἐγγὺς, ὅμοιον τῷ, ὑπερασπιστής ἐστι πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. ἢ τὸ πλὴν περιττὸν, οὐδὲν σημαῖνον. Βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ πελάζει τοσοῦτον καὶ ἀχώριστόν ἐστι τῶν φοβουμένων αὐτόν, ὥστε πάλιν τὴν γῆν ἡμῶν (λέγει δὲ τὴν ἀγαθὴν καρδίαν, τὴν ἑκατονταπλασίονα δοῦσαν τὸν ἐπ' αὐτὴν βληθέντα σπόρον)

χεῖν

[illegible] κατοικῆσαι τὴν δόξαν, ἤτοι αὐτὸν [illegible] τὸν Θεόν.

ια. ΕΛΕΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ ΣΥΝΗΝΤΗΣΑΝ.] Πραγμάτων ἕνωσιν ἀγαθῶν [illegible] μακροῦ [illegible] διὰ τούτων ὁ Προφήτης, ἐκ μακροῦ [illegible] ἀλλήλων ἀπηλλοτριωμένων. δύο γὰρ συζυγίας φησὶν ἀλλήλαις συνηντηκέναι· [illegible] ἡ προτέρα ἐλέους καὶ ἀληθείας· ἡ δὲ δευτέρα, δικαιοσύνης καὶ εἰρήνης· πόθεν δὲ ἀφικόμεναι ἀλλήλαις συνηντήκασι, καὶ φιλικοὺς ἀσπασμοὺς ἀποδεδώκασιν, ὑποβὰς λέγει. Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἑξῆς· ὡς ἐκ μακροῦ τινος [illegible] διαστήματος συντυχοῦσαι ἀλλήλαις [illegible] διακύψασα ἡ δικαιοσύνη, κάτωθεν δὲ ἐκ τῆς γῆς ἡ ἀλήθεια ἀνατείλασα. Ἐπὰν ἀληθῶς γὰρ ἡμεῖς τὴν δικαιοσύνην ἀναλαμβάνωμεν, καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ [illegible] ἔλεος· καὶ γίνεται πάντη εἰρήνη [illegible] ἐν ἡμῖν στασιαζόντων παθῶν, οἱονεὶ [illegible] φιλήματι καὶ ἀσπαστικῷ ἀσπαζομένων, καὶ τὸ μαχόμενον πᾶν [illegible]. Σαφῶς δὲ μᾶλλον διὰ τούτων ἡ θεοφάνεια [illegible] τοῦ κυρίου παρίσταται δι' οὗ μόνου ἡ ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν αὐτοῦ ἐξ ἀνθρώπων [illegible] τῆς παρθένου λεχθείσης. Καὶ [illegible] μὲν κατὰ διάνοιαν· κατὰ δὲ τὸ γράμμα [illegible] ἐν ἀληθείᾳ ἐξαιτήσαντες ἔτυχον ἐλέους [illegible] ἐν αἰχμαλωσίᾳ, εὗρον τὴν τοῦ Θεοῦ [illegible] αὐτοῖς δικαιοσύνην ἔλεῳ αὐτοῦ [illegible]. Τὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἔλεος ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ μεμνημένους τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. [illegible] δικαιοσύνην Θεοῦ τὸν Κῦρον φησίν· ὃν καὶ Ἡσαΐας Χριστὸν κυρίου καλεῖ· αὕτη τοίνυν ἡ δικαιοσύνη εἰρηνικὰ περὶ ἡμῶν ἐμελέτησε.

[illegible] ΚΑΙ ΓΑΡ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΔΩΣΕΙ ΧΡΗΣΤΟΤΗΤΑ.] Διὰ πάντων δείκνυσι τὸν λαὸν περιστοιχούμενον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῦ Θεοῦ χορηγοῦντος καὶ τῆς γῆς βλαστανούσης· καὶ τὸν μὲν Θεὸν οἴκτῳ χρήσασθαι, αὐτοὺς δὲ τῷ Θεῷ προσφυᾶ προσοίσειν καρπόν. Τὸ δὲ Δικαιοσύνη ἐνώπιον αὐτοῦ, οἱ λοιποὶ σαφέστερον εἰρήκασι, δικαιοσύνη ἑκάστου προελεύσεται αὐτὸν, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τοὺς πόδας αὐτοῦ, κατευθύνουσα αὐτοῦ τὰ διαβήματα. ἢ ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ δικαιοσύνη ἡγήσεται τοῦ Θεοῦ κατευθύνουσα αὐτοῦ τὰ διαβήματα, ὥστε μηδένα πολέμιον ἀντιστῆναι τολμῆσαι· ἢ αὐτὸς πρῶτος βαδίσας τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδὸν μετέβαλεν ἡμῖν τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν, ἐπεὶ αὐτός ἐστι καὶ ἡ πρὸς τὸν πατέρα ὁδός.

habitura sit gloriam, id est Deum ipsum in se inhabitantem.

11. MISERICORDIA ET VERITAS OBVIAVERVNT.] Propheta per hæc figurat rerum coniunctionem optimarum, quæ longo tempore ab inuicem fuerant abalienatæ: duas enim ait societates sibi mutuo obuiasse; quarum prima erat misericordiæ ac veritatis, secunda verò iustitiæ ac paçis: vnde autem aduenientes sibi inuicem occurrerint, & amica oscula reddiderint, in progressu dicit: *Veritas de terra, &c.* quasi ex longo nimirum interuallo sibi occurrentes inuicem amplexatæ sunt; iustitia quidem supernè de cælo prospiciens, veritas verò internè de terra exoriens. Dum enim nos reuerà iustitiam assumimus, misericordia quoque præmia distribuit; & fit omnino pax dissidentium in nobis passionum, dum beneuolo quodammodò & amico osculo inuicem salutant, & omnem pugnam dimittunt. Magis perspicuè autem per ista nobis exhibetur aduentus Domini, per quem solum veritas de terra orta fuit, dum ipse ex hominibus exurgit terrâ virgine appellatâ. Atque ita quidem secundùm intelligentiam se res habet; secundùm litteram verò: quoniam in veritate postulantes consecuti fuerant misericordiam qui erant in captiuitate, repererunt Dei iustitiam misericordiâ eius motam sibi occurrisse. Siquidem Domini misericordia est super timentes eum, & qui mandatorum ipsius recordantur. Vel iustitiam Dei Cyrum vocat: quem etiam Isaias Christum Domini appellat. Hæc itaque iustitia pacifica circa nos meditata est.

Iustitia pacis e[…] lum.

In aduen[tu] Christi m[i]sericordi[a] & verit[as] iustitia e[t] pax exor[ti] sunt.

Isaiæ 45, 1

13. ETENIM DOMINVS DABIT BENIGNITATEM.] Per hæc omnia ostendit populum bonis circumuallatum esse tam ex Dei munere quàm de terræ germine; vel Deum quidem vti miseratione, ipsos autem Deo accommodum fructum offerre. Illud autem *Iustitia ante eum* ceteri manifestius dixerunt, *Iustitia vniuscuiusque præcedet ipsum, & ponet in viam pedes eius, dirigens ipsius egressus.* Vel quia etiam hæc ipsa iustitia Deum præcedet dirigens gressus eius, ita vt nullus hostis ei resistere audeat: vel ipse primus incedens viam iustitiæ mutauit nobis *praua in* * *directam*, quoniam ipsemet etiam est via ad Patrem.

Iustitia dirigit gressus.

Isaiæ 40, 4

* *Vulgata* directa,

CATE-

CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

De argumento Psalmi. ATHANASII. Per hunc Psalmum declarat Gentium vocationem, & indulgentiam quæ propter conuersionem ad Deum ipsis concedenda sit. Præterea quoque introducit populum Iudæorum post Gentium vocationem peccata sua confitentem, atque ipsum quoque per Christum misericordiam consequi postulantem.

EVSEBII. Cùm in præcedenti Psalmo de doctrina Saluatoris & de tabernaculis Dei atque atrijs & altaribus disseruisset, nunc consequenter sequentia subiunxit, è captiuitate redemptionem, & eorum quæ peccaueramus condonationem recensens. Siquidem olim protoplasto dictum fuerat; *Terra es, & in terram ibis*; &, *Maledicta terra in operibus tuis*. Et quidam Propheta dixit: *Maledictio, & homicidium, & mendacium, & furtum, & adulterium effusum est super terram; & sanguines in sanguinibus miscent*. Verùm cùm Dei Filius nobis per incarnationem illuxit, omnia in melius commutauit, & loco maledictionis benedictione terram repleuit, vbique terrarum templis Deo erectis. Quocirca nunc dictum est in hoc Psalmo:

Gen. 3, 19. Ibid. 17. Oseæ 4, 2.

2. BENEDIXISTI DOMINE TERRAM TVAM.] ATHANASII. Etenim verè complacuit Deo ac Patri in Christo tamquam capite omnia benedicere.

In Christo omnia benedicuntur.

ANONYMI. Alibi autem, *Dominus regnauit, exultet terra*. Et iterùm: *Cantate Domino omnis terra*. Ipsius autem terram vocat non solùm tamquam creaturam & facturam eius, sed etiam possessionem ipsius factam per pietatem. Quomodo autem hoc factum sit ex multis docemur.

Psal. 96, 1. Psal. 95, 1.

AVERTISTI CAPTIVITATEM IACOB.] ANONYMI. Cùm enim ipsis Iudæis primùm prædicasset, plurimos redemit à spiritali captiuitate quâ tenebantur.

Christus redimit à spiritali captiuitate.

ATHANASII. Declarauit Saluator post Isaiæ vaticinium quod ait, *Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum*, dicens, *Hodie impleta est hæc* * *Prophetia in auribus vestris*. Ipse enim est qui nos multis dijs atque dæ-

Isaiæ 61, 1. Lucæ 4, 21. * Vulgata Scriptura

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διὰ τ…
ψαλμοῦ τὴν κλῆσιν τῶν ἐθν…
λοῖ, καὶ τὴν γινομένην αὐ…
τῆς πρὸς Θεὸν ἐπιστροφῆς ἄφεσιν. Ἐ…
σάγει τὸν Ἰουδαίων λαὸν μετὰ τὴν τῶν …
κλῆσιν ἐξομολογούμενον ἐφ' οἷς ἡμαρ…
ξιοῦντα καὶ αὐτὸν τοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ …
τυχεῖν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐν τῷ πρὸ τούτ…
μοῦ περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος διδασκαλίας…
σκηνωμάτων τε τοῦ Θεοῦ καὶ αὐλῶν κ…
στηρίων, νυνὶ ἐπήγαγεν ἀκολούθως τὰ …
πόμενα, λύτρωσιν λέγων αἰχμαλωσί…
συγχώρησιν ὧν ἡμαρτήκαμεν. πάλαι…
εἴρητο τῷ πρωτοπλάστῳ· γῆ εἶ, καὶ …
ἀπελεύσῃ· καί, ἐπικατάρατος ἡ γῆ …
ἔργοις σου. Καί τις ἔλεγε Προφήτης· Ἀ…
φόνος, καὶ ψεῦδος, καὶ κλοπή, καὶ μοιχε…
κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αἵματα ἐφ' …
μίσγουσι. τοῦ δὲ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ἐνα…
πήσεως ἡμῖν ἐπιλάμψαντος, πάντα …
τὸ κρεῖττον μετέβαλε, καὶ τὴν γῆν …
ἀρᾶς εὐλογίας πεπλήρωκε, ναῶν ἀνιστα…
πανταχοῦ τῷ Θεῷ. διὸ νῦν λέλεκται …
τῷ ψαλμῷ·

β'. ΕΥΔΟΚΗΣΑΣ ΚΥΡΙΕ ΤΗΝ …
ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ γὰρ ἀλη…
εὐδόκησεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀνακεφαλ…
σασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἑτέρωθι δέ, ὁ κ…
ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Καὶ …
Ἄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ. Αὐτοῦ δ…
τὴν γῆν οὐ μόνον ὡς κτίσμα καὶ ποίημα, …
καὶ δι' εὐσεβείας κτῆμα γεγενημένην. …
πῶς ἐκ πολλῶν διδασκόμεθα.

ΑΠΕΣΤΡΕΨΑΣ ΤΗΝ ΑΙΧΜΑΛΩ…
ΙΑΚΩΒ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αὐτὸ…
πρῶτον κηρύξας τοῖς Ἰουδαίοις, λελύτ…
πολλοὺς τῆς κατειληφυίας αὐτοὺς νοητῆς …
μαλωσίας.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐδήλωσεν ὁ …
μετὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν τὴν φά…
Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρ…
εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, …
αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνά…
εἰπών, σήμερον πεπλήρωται ἡ προφητε…
ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Αὐτὸς γὰρ ὁ παύσ…

λ…

μονας ἡμᾶς πολυθέου πλάνης καὶ δαιμόνων, τὰς τῶν ἁμαρτημάτων λύσας σειράς.

γ΄. Ἀφῆκας τὰς ἀνομίας τοῦ λαοῦ σου.] Ἀθανασίου. Τοῦ διὰ τῆς πίστεως γενομένου αὐτοῦ λαοῦ. λέγει δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου· Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καταφεύξονται ἐπὶ τὸν κύριον ἔθνη πολλά, καὶ ἔσονται αὐτῷ εἰς λαόν.

δ΄. Κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου.] Ἀνωνύμου. Ταῦτα γὰρ ἐξ ἀσεβείας ὠφείλετο τοῖς οἰκοῦσι τὴν γῆν· ἀλλὰ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα διὰ τὴν μετάνοιαν.

Διδύμου. Καὶ ἄλλως εὐλογεῖ ὁ κύριος τὴν ἀγαθὴν καὶ σπουδαίαν καρδίαν, γῆν ὑπάρχουσαν ἀγαθήν, κύριος· τὸν παρ' αὐτοῦ γὰρ δεχομένη σπόρον ἀνὰ ἑκατὸν ἀποδίδωσιν· εἰς ἣν ἐπιστρέφει καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλωτισθέντων ὑπὸ τῶν πονηρῶν δυνάμεων, Ἰακὼβ ὄντας, διὰ τὸ τοῖς πάθεσι μάχεσθαι· τοῦτο δὲ δράσας, ἄφεσιν παρέχει πᾶσιν ἁμαρτιῶν· κἂν ἡμαρτήκασιν, ἐπικαλύπτει δι' ἀρετῆς οὐκ ἐγκρύπτουσα αὐτάς, ἀλλὰ δι' ὅλου ἀφανιζούσης, ὡς ἡ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν. ὡς γὰρ ἡ ἐπιστήμη καλύπτει τὴν ἄγνοιαν, οὕτως ἡ ἀγάπη θεία, ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἀρετῇ, καλύπτει τὰς ἁμαρτίας ὧν ἂν εὐδοκήσῃ χαρίσασθαι. Εὐδόκησε δὲ τὸν υἱὸν ἀποστείλας τὸν γεννηθῆναί τε ποιήσας ἐπὶ γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφῆναι· οὗ δὴ καὶ τεχθέντος εἴρηται· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. ἐντεῦθεν δὲ δῆλον, ὡς οὐ πάθος ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ὑποστῆναι δὲ οἰκονομεῖται δι' ἁμαρτίας· ὧν ἀναιρουμένων, καὶ αὕτη συναπέρχεται. ὀργὴ δὲ καὶ θυμὸς ὁμωνύμως· καὶ οἱ τούτοις ὑπηρετούμενοι σκεύη ὀργῆς λεγόμενοι.

ε΄. Ἐπίστρεψον ἡμᾶς ὁ Θεός.] Ἀθανασίου. Ἐντεῦθεν ἱκετείαν ἀναλαμβάνει ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, ἀξιούντων καὶ ἑαυτοὺς τυχεῖν τῆς χάριτος.

Ἀνωνύμου. Προφητεύσας περὶ τῶν Χριστοῦ καθόλου ἐσομένων τῆς γῆς, νῦν καὶ περὶ τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ προσευχὴν ποιεῖται, προορῶν αὐτῶν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν ἀπείθειαν καὶ τὴν ἐσομένην ὀργὴν ἐφ' ὧν εἰς αὐτὸν ἐπαρῴνησαν, ἣν εὔχεται

monibus seruientes ab illo errore liberauit, & catenas peccatorum soluit. CATENA PATRVM

3. Remisisti iniqvitates plebi tvæ.] Athanasii. Populo eius qui per fidem illius factus est: dicit autem illi ex Gentibus, iuxta id quod à Zacharia Propheta dictum est: *In die illa confugient ad Dominum Gentes multæ, & erunt ei in populum.* Zach. 2. 11.

4. Mitigasti omnem iram tvam.] Anonymi. Hæc enim ex impietate debebantur habitatoribus terræ: verùm Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians, non imputando ipsis delicta propter pœnitentiam. *In Christo mundus Deo reconciliatur.*

Didymi. Aliter etiam benedicit Dominus cor probum ac diligens, cùm sit terra eius: siquidem ipsius semen excipiens reddit centesimum: ad quam conuertit quoque multitudinem à malignis potestatibus captiuorum, cùm sint Iacob, eò quòd passionibus suis bellum indicant: hoc autem faciens, præbet omnibus remissionem peccatorum: etsi peccauerint, tegit ea per virtutem non abscondentem illa, sed omnino abolentem: quemadmodum etiam *charitas operit multitudinem peccatorum.* Sicut enim scientia tegit ignorantiam, sic charitas diuina, quæ eadem est cum virtute, tegit peccata eorum quibus placuerit iudici hoc beneficium præstare. Benedixit autem filium suum mittens & apparere faciens super terram, & cum hominibus conuersari: quo vtique nato etiam dictum est: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Porrò hinc manifestum est, iram Dei non esse passionem, sed illam suscipi per dispensationem propter peccata; quibus sublatis, etiam hæc simul abit. Ira autem & indignatio æquiuocè dicuntur; & qui his subseruiunt vasa iræ appellantur. *Deus terra probo benedicit.* 1. Pet. 4. 8. Luc. 2. *Ira Dei non est passio.*

5. Converte nos Devs.] Athanasii. Hoc loco supplicationem instituit ex persona populi Iudæorum rogantium, vt & ipsi gratiam consequantur.

Anonymi. Cùm de Christianis in toto terrarum orbe futuris vaticinatus esset, modò etiam pro populo circumcisionis orationem adfert, eorum in Christum perfidiam atque iram pro ijs quæ in ipsum debacchati sunt irrogandam præuidens, quam mitigari rogat, *Rogat pro libertate.*

CATENA PATRVM.

rogat, vbi ad Deum fuerint conuersi, & communis in Christo lætitiæ participes effecti.

THEODORETI. Hoc autem iterùm tam his quàm illis conuenit. Cùm enim libertatis quidem promissiones accepissent, sed hanc nondum consecuti essent, rogant vt sententia illa finem sortiatur. Etsi autem quis à malis liberatus fuerit, his tamen verbis vtatur, ijs Iudicem placans, & nequaquam peccatorum veniæ fidens. Nunc igitur supplicant, ne ad alteram generationem ira extendatur, sed quamprimùm per benignitatem ipsis reditus ac vita concedatur, vt eiusdem largitorem cum iucunditate laudent.

Per pœnitentiam conuertimur ad Deum.

DIDYMI. Ceterùm tamquam Deum salutarium rogat, vt eis occasionem pœnitendi tribuat ad conuersionem, quâ mitigent indignationem, quam ipsi per peccata sua suscitarunt. Non enim ignis remanet materiâ combustionis sublatâ. Quin etiam Deus viuificat eos qui ad ipsum de priori auersione conuertuntur: nempe etiam ipse conuertit se ad eos à quibus auersus fuerat propter peccatum.

8. OSTENDE NOBIS DOMINE MISERICORDIAM TVAM.] ANONYMI. Hi qui non ex operibus, sed ex gratia vitam petunt, misericordiam Dei implorare debent: per quam etiam salutem consequentur. Dixeris autem misericordiam & salutare esse auctorem vtriusque Christum Iesum.

9. AVDIAM QVID LOQVETVR IN ME DOMINVS.] ATHANASII. Propheta cùm ab oratione cessasset, silens accipit à Spiritu responsum.

Audiendus est Deus in silentio.

DIODORI. Quemadmodum cùm Reges loqui volunt præco silentium indicit, sic cùm ipsis silentium imperasset, vt decretum Dei intelligerent, subiungit: *Quoniam loquetur pacem in plebem suam*, &c. Sileamus, inquit; pacem enim manifestaturus est omni populo, & potissimùm ijs qui ipsi afficiuntur, & ex tota mente ab ipso dependent: quæcumque enim vult Deus menti inserit, auditum extrinsecus minimè feriens. Sic etiam Habacuc ait: *Et contemplabor, vt videam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et Paulus: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi?* In quo enim loquitur Christus, ipsi loquitur: non tamen etiam cui loquitur aliquis in illo loquitur. Id autem quod ipsi dictum est ait esse pacē super plebem, vel quæ

Quomodo loquatur in nobis Deus. Habac. 2, 1.

2 Cor. 13, 3.

παύσασθαι, καταξιωθέντων ἐπιστροφῆς εἰς Θεόν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κοινῆς εὐφροσύνης.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἁρμόζει δὲ πάλιν καὶ τούτοις κἀκείνοις. Διὰ γὰρ τὸ τὰ μὲν εὐαγγέλια τῆς ἐλευθερίας δέξασθαι, μήπω δὲ ταύτης τετυχηκέναι, πρὸς τέλος ἀξιοῦσιν ἐνεχθῆναι τὴν ψῆφον· κἂν ἀπαλλαγῇ δέ τις κακῶν, τούτοις κεχρήσθω, τὸν κριτὴν ἐξιλεούμενος, καὶ μὴ τῇ ἀφέσει θαρρῶν. Νῦν οὖν ἀξιοῦσι, μὴ παραταθῆναι πρὸς ἑτέραν γενεὰν τὴν ὀργήν, θᾶττον δὲ διὰ φιλανθρωπίαν καὶ τὴν ἐπάνοδον δοῦναι καὶ τὴν ζωήν, ὡς ἂν τὸν χορηγὸν μετ' εὐφροσύνης αἰνέσωσι.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὡς δὲ Θεὸν σωτήριον αἰτεῖ, μετανοίας πρόφασιν αὐτοῖς εἰς ἐπιστροφὴν παρασχεῖν, ὡς ἂν λύσωσι, καὶ ὃν ἐξῆψαν αὐτοί, δι' ἁμαρτίας θυμόν. Οὐδὲ γὰρ πῦρ ἔστιν ἔτι τῆς καυστικῆς ὕλης ἀνῃρημένης. Ὅτι καὶ Θεὸς ζωοῖ τοὺς πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέφοντας ἐκ τῆς προτέρας ἀποστροφῆς· ἤγουν καὶ αὐτὸς ἐπιστρέφει πρὸς οὓς ἀπεστράφη δι' ἁμαρτίας.

η'. ΔΕΙΞΟΝ ΗΜΙΝ ΚΥΡΙΕ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τοῖς γὰρ χάριτι τὴν ζωήν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἔργων αἰτοῦσιν, ἔλεον αἰτεῖσθαι προσήκει Θεοῦ· δι' οὗ καὶ τεύξονται σωτηρίας. Λέγοις δ' ἂν ἔλεον καὶ σωτηρίαν τὸν αἴτιον ἀμφοτέρων Χριστὸν Ἰησοῦν.

θ'. ΑΚΟΥΣΟΜΑΙ ΤΙ ΛΑΛΗΣΕΙ ΕΝ ΕΜΟΙ ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παυσάμενος ὁ Προφήτης ἱκεσίας, τὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ἀπόκρισιν ἐκδέχεται σιωπῶν.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὡς ἐπὶ τῶν βασιλέων βουλομένων ἀναφθέγξασθαι ὁ κῆρυξ ἐπιτάττει σιωπήν, οὕτως αὐτοῖς ἐγκελευσάμενος σιγᾶν, ἵνα μάθωσι τί ἀποφαίνεται ὁ Θεός, ἐπιφέρει· Ὅτι λαλήσει εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ τὰ ἑξῆς. Σιωπήσωμεν, φησι, μέλλει γὰρ ἀποφαίνεσθαι εἰρήνην παντὶ τῷ λαῷ, καὶ μάλιστα τοῖς ἀγαπωμένοις αὐτοῦ, καὶ ἐξηρτημένοις αὐτοῦ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας· ἃ γὰρ βούλεται ὁ Θεὸς ἐναποτίθεται διανοίᾳ, μὴ πλήττων ἔξω τὴν ἀκοήν. Οὕτω καὶ ὁ Ἀββακούμ· Καὶ ἀποσκοπεύσω, τοῦ ἰδεῖν τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ κύριος ὁ Θεός. Καὶ Παῦλος· Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; ἐν ᾧ γὰρ λαλεῖ Χριστός, ἐκείνῳ λαλεῖ· οὐ μὴν καὶ ᾧ λαλεῖ τις ἐν ἐκείνῳ λαλεῖ. τὸ δὲ καὶ λαληθὲν αὐτῷ εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν εἶναί φησιν, ἢ τὴν

πολε-

πολεμίων ἀνατετραμμένων, ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, ἡ πάσης ἀπηλλαγμένη ταραχῆς καὶ θορύβου, ἐσχηκότα πάντας ... λογισμούς. αὕτη ἡ εἰρήνη, ἅμα χάριτι παρὰ Θεοῦ Πατρὸς, καὶ κυρίου Ἰησοῦ δίδοται τοῖς ἀποδιδοῦσι τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, καὶ τὴν δικαιοσύνην φυλάττουσι, κυρίως ὁσίοις αὐτοῦ καλουμένοις. δίδοται καὶ τοῖς ἐπιστρέφουσιν οὐκ ἐπιπλάστως, ἀλλ' ἐκ βάθους καρδίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἡσύχασεν ὁ προφήτης, προσδοκήσας τυχεῖν ἀποκρίσεως· καὶ λέγει πρὸς ἑαυτόν· τὰ μὲν τῆς εὐχῆς ταῦτα· γνωστέον δὲ καὶ ἃ τὸ θεῖον πνεῦμα λέγει περὶ τῆς εἰρήνης φησὶ τοῦ λαοῦ, καὶ περὶ τῶν ἐπιστρέφειν μελλόντων διὰ Χριστοῦ· καὶ σμικρὸν ἐφησυχάσας, πληρωθεὶς τοῦ θείου πνεύματος ἐπιφέρει·

ι. ΠΛΗΝ ΕΓΓΥΣ ΤΩΝ ΦΟΒΟΥΜΕΝΩΝ ΑΥΤΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πλησιάζει, φησὶν, ὅπερ ηὐξάμην εἰπὼν, καὶ τὸ σωτήριον σου δώῃς ἡμῖν, τοῦ συστῆναι σκηνώματα ἐν τῇ γῇ, καὶ καταστῆναι ἀντὶ τῆς πρὶν τῆς εἰδωλολατρείας περιπεσούσης ἀτιμίας δόξης πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς ἀνακηρυσσομένης διδασκαλίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Παρίστησι διὰ τούτων τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, περὶ οὗ ἀνωτέρω ηὔξατο [illegible] Δεῖξον ἡμῖν κύριε τὸ ἔλεος σου· καὶ τὸ σωτήριόν σου δώῃς ἡμῖν. Αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο, τὸ σωτήριον ἐγγὺς τυγχάνει, καὶ πλησίον ἤδη, καὶ ἐγγὺς τῶν φοβουμένων αὐτὸν, τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν, καὶ σκηνώματα συστῆναι ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ σωτήριον ὀνομάζειν. Καὶ νῦν θεσπίζει ὁ λόγος, διδάσκων ἀντὶ τῆς προτέρας ἀτιμίας, τῆς κατὰ τὴν εἰδωλολατρείαν συστάσης ἐν τῇ γῇ, δόξαν ἐν αὐτῇ κατοικήσειν, καὶ σκηνώματα πανταχοῦ ἱδρυνθήσεσθαι δόξης τῆς περὶ Θεοῦ, τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἀνατιθεμένης, ἔτι δὲ καὶ τῶν σωτηρίων θαυμάτων, νεκρῶν μὲν ἀνισταμένων, τυφλῶν δὲ βλεπόντων, καὶ λεπρῶν καθαιρομένων, καὶ τῶν ὁμοίων γινομένων θαυμάτων. ὡς δὲ μακρὰν ἀπὸ ἁμαρτωλῶν σωτηρία, ἐνεργούντων τὰ τῆς ἀπωλείας, οὕτως ἐγγὺς τῶν διὰ φόβον Θεοῦ τὰ τῆς σωτηρίας πραττόντων ὁ κύριος· καὶ τούτων ἔχουσιν αὐτοῖς ἀχώριστον οὐκ ἔστιν ὑστέρημα, ὧν κατασκηνοῖ δόξα ἐν τῇ καρδίᾳ. Ταύτην γὰρ αὐτῶν ἐκάλεσε γῆν καρποφοροῦσαν αὐτοῖς ἑκατόν· κατὰ τὸ, ὁ Θεὸς, ὁ εἰπὼν

existit hostibus euersis, vel *quæ exuperat omnem sensum*, quæ ab omni tumultu & perturbatione libera sit, & tranquillet omnem cogitationem. Hæc est pax, quæ à Deo & Patre, & Domino Iesu simul cum gratia datur ijs qui reddunt ea quæ sunt Dei Deo, & iustitiam eius custodiunt, propriè sanctis eius appellatis. Datur etiam ijs qui minimè fictè, sed ex profundo corde conuertuntur.

CANTRA Phi

EVSEBII. Post orationem autem Propheta siluit, expectans consequi responsum; & dicit ad semetipsum: Hæc quidem sunt orationis: ceterùm quoque cognoscendum quæ de populi pace, & ijs diuinus Spiritus dicat qui per Christum conuertendi sunt: & cùm paululùm subticuisset, diuino Spiritu repletus subiungit:

10. VERVMTAMEN PROPE TIMENTES EVM.] ANONYMI. Iam prope est, inquit, id quod optabam dicens, *Et salutare tuum da nobis*, vt construantur & erigantur tabernacula in terra, & pro veteris idololatriæ ignominia vbique terrarum per Euangelicam doctrinam Deo gloria tribuatur.

EVSEBII. Exhibet per hæc salutare Dei, pro quo superiùs rogauerat dicens: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam; & salutare tuum da nobis*. Illud ipsum igitur, inquit, salutare proximum est, & iam vicinum, & prope timentes eum, vt inhabitet gloria, & tabernacula erigantur in terra nostra. Solet autem diuina Scriptura Christum Dei salutare nuncupare. Et nunc vaticinatur hic sermo, docens pro priori ignominia, quæ ex idololatria in terra existebat, gloriam in ea commoraturam, & vbique terrarum tabernacula honoris Deo figenda, cùm Euangelica doctrina ipsi fuerit oblata; atque insuper etiam salutaria miracula, dum mortui quidem resurgunt, cæci vident, leprosi mundantur, & istiusmodi miracula fiunt. Quemadmodum autem *longè à peccatoribus salus*, dum ea quæ ad interitum spectant operantur, ita propè est Dominus ijs qui per timorem Dei ea quæ salutis sunt agunt; atque ijs qui ipsum sibi indiuulsum habent non est defectio, quorum gloriam in corde inhabitare facit. Hoc enim appellauit terram eorum fructum centesimum ipsis proferentem; iuxta illud, *Deus, qui dixit de tene-*

Christus vocatur salutare Dei.

Psal. 118. 155.

2. Cor. 4. 6.

CATENA PATRVM.

tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Iesu Christi. Sic etiam in corpore; iuxta illud, *Glorificate Deum in corpore vestro*, perfectam habentes temperantiam.

1. Cor. 7, 20.

11. MISERICORDIA ET VERITAS OBVIAVERVNT.] ATHANASII. Perspicuè illam, quæ per Deiparam semper virginem oritura erat mundo, prædicat veritatem. Ipse enim est veritas, licet de muliere natus sit.

EVSEBII. Vtraque, inquit, coniugia amica inuicem oscula præbuerunt. Subiungit autem vnde sibi mutuo occurrerint, ac si ex longinqua distantia inuicem suscepissent. Hoc vtique contigit (vti dicebat) quando Deus terram benedixit. Nam per solum aduentum Saluatoris de terra orta est, cùm ipse sit veritas legalibus symbolis ac locis è medio sublatis; iuxta illud, *Lex per Moysen data est; gratia & veritas per Iesum Christum facta est*; sed & natiuitas & passio eius; vtpote quæ veræ erant actiones. Quod si autem *omnis homo mendax*, ipse solus veritas, in quantum homo factus est. Noua profectò res, & quæ non fuerat antè, de terra orta est, quando etiam iustitia de cælo prospexit, super veritate requiescens quid vnum factum est; quin potiùs ipse quid vnum est, cùm sit veritas, & *iustitia, & sanctificatio, & redemptio*. Nobis enim omnia ista factus est à Deo, ita vt non solùm misericordiam & veritatem in terra consequamur, sed etiam è cælo iustitiam, & amicam ipsi pacem, quæ hactenus in cælo habitabant. Porrò Dei misericordia est causa cur hæc super terram oriantur. De Christo enim dictum est: *Qui fecit vtraque vnum. Ipse enim est pax nostra; & pacificans per sanguinem suum ea quæ in cælis, & ea quæ in terra sunt*. & rursus: *Veniens euangelizauit pacem ijs qui longè, & ijs qui propè.*

Quando veritas de terra orta fit, & iustitia de calo prospexerit.

Ioan. 1, 17.

Rom. 3, 4.

1. Cor. 1, 30.

Eph. 2, 14.
Col. 1, 20.

Eph. 2, 17.

DIDYMI. Ceterùm potest hinc etiam ostendi vicaria sequela virtutum, occurrentibus sibi mutuo misericordiâ & veritate, atque iustitiâ & pace. Coniunctio autem est in isto, *Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me*; & in isto, *Emitte * misericordiam tuam & veritatem tuam*. Nam sine diuina misericordia rerum veritas hominibus incomprehensibilis existit. Porrò pax est quo-

Psal. 39, 12.
Psal. 42, 3.
* Vulgata lucem.

Pax est germana iustitia.

ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. οὕτω καὶ ἐν τῷ σώματι· κατὰ τὸ, Δοξάσατε τὸν θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν, τὴν τελείαν σωφροσύνην ἔχοντες.

ια. ΕΛΕΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΕΙΑ ΣΥΝΗΝΤΗΣΑΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σαφῶς τὴν διὰ τῆς θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ κηρύττει ἀλήθειαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια, εἰ καὶ γεγέννηται ἐκ γυναικός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Φιλικούς, φησιν, ἀλλήλοις ἑκατέρα συζυγία δεδώκασιν ἀσπασμούς. Ἐπάγει δὲ τοῦτο πόθεν ἀλλήλαις συνήντησαν, ὡς ἐκ μακροῦ διαστήματος ἀλλήλας ἀπολαβοῦσαι. ὃ δὴ γέγονεν (ὡς ἔφη) τοῦ θεοῦ τὴν γῆν εὐδοκήσαντος. Διὰ μόνης γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν, αὐτὸς ὢν ἡ ἀλήθεια τῶν νομικῶν συμβόλων, καὶ τύπων ἀνῃρημένων· κατὰ τὸ, ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη· ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ ἡ γένεσις αὐτοῦ, καὶ τὸ πάθος· ἅτε πράξεις οὖσαι ἀληθιναί. Εἰ δὲ καὶ πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης, μόνος αὐτὸς ἀλήθεια, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. ξένον τι χρῆμα, καὶ ὃ μὴ πρότερον, ἐκ τῆς γῆς ἀνατείλασα, ὅτε καὶ ἡ ἐξ οὐρανοῦ διακύψασα δικαιοσύνη, ἀναπαυσαμένη ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἕν τι γέγονε· μᾶλλον δὲ ἕν ἐστιν, αὐτὸς ὢν ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. ἡμῖν γὰρ ἅπαντα ταῦτα γέγονεν ἀπὸ θεοῦ, ὡς ἂν μὴ μόνον ἐλέους καὶ ἀληθείας οἱ ἐπὶ γῆς ἀπολαύσωμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐξ οὐρανοῦ δικαιοσύνης, καὶ τῆς αὐτῇ φίλης εἰρήνης, τῶν οἰκουσῶν πρὸ τούτου ἐν οὐρανῷ. αἴτιον δὲ τοῦ ταῦτα ἐπὶ γῆς γενέσθαι τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ. περὶ Χριστοῦ γὰρ εἴρηται· ὁ ποιήσας ἀμφότερα ἕν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν· καὶ εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς. καὶ πάλιν· ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, καὶ τοῖς ἐγγύς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δύναται δὲ καὶ ἐντεῦθεν ἡ τῶν ἀρετῶν ἀντακολούθησις δείκνυσθαι, ἀντιστρεφόντων ἀλλήλοις τούτου ἐλεητικοῦ καὶ τοῦ ἀληθοῦς, τούτου δικαίου καὶ εἰρηνικοῦ. Ἡ δὲ συζυγία ἐν τῷ, τὸ ἔλεός σου καὶ ἡ ἀλήθειά σου διαπαντὸς ἀντιλάβοντό μου· καὶ ἐν τῷ, Ἐξαπόστειλον τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. χωρὶς γὰρ ἐλέους θείου ἀκατάληπτος ἀνθρώποις ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια. βλέπομεν δὲ καὶ τῆς

δικαιο-

δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη. πάντα δὲ ταῦτα κατὰ διαφόρους ἐννοίας ἐπ' αὐτὸν χρηματίζει κατὰ διαφόρους ἐπινοίας, αὐτὸς λέγεται· δι' ὃν ἐκ γῆς ἐνανθρωπήσαντος, ἀνέτειλεν ἡ ἀλήθεια, καταλύσασα ἀπάτης καὶ ψεύδους ἐπιγονάς. Οὐκ ἔστι γὰρ ἀλήθεια, καὶ ἔλεος, οὐδὲ ἐπίγνωσις Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. ἀρὰ καὶ ψεῦδος, καὶ φόνος, καὶ μοιχεία κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, ἔλεγεν ὁ Προφήτης. Τὸ ψεῦδος οὖν κεχυμένον καθόλου τῆς γῆς ἔλυσεν, ὁ εἰπὼν· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀνατεταλκέναι δηλοῖ· ὢν δὲ καὶ τοῦ Πατρὸς δικαιοσύνη κατὰ τὸ εἶναι Λόγος Θεοῦ, καὶ σοφία, ἐξ οὐρανοῦ διέκυψε, κλίνας οὐρανὸν καὶ καταβάς, ἐπαγαγὼν ἡμῖν τὴν εἰρήνην καθὸ δικαιοσύνη, καὶ τὸ ἔλεος καθὸ ἀλήθεια.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Καὶ ἄλλως. Ἐπειδὰν τῷ ἐλέει, δι' οὗ τὰ ἔθνη κέκληται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, συνῆλθε καὶ ἡ ἀλήθεια, δι' ἧς καὶ Ἰσραὴλ ἐπανάγεται, εἰς τὸ βεβαιωθῆναι τὰς τῶν πατέρων ἐπαγγελίας· νῦν μὲν γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν, καταλλαγὴ κόσμου φησίν· ὕστερον δὲ ἡ πρόσληψις ἔσται ζωὴ ἐκ νεκρῶν· ἐπὶ τῷ πληρωθῆναι τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, τελείας ἀνθρώποις εὐμενείας φανερουμένης. προσάγεται δὲ Θεὸς αὐτοῖς οὐ διὰ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν ἀλήθειαν. ὡς γὰρ οὐκ ἦσαν ἄξιοι οἱ κληθέντες, οὕτως εἰσῆλθον οἱ δι' ἐλέους κλητοί. τότε δὲ συνδραμεῖται ἔλεος καὶ ἀλήθεια, καὶ ἡ κατὰ τῶν δικαίων τῶν ἀδίκων ἰσχύς.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅταν, φησί, καθ' ὑπερβολὴν χρηστότητος ἐπιλάμψῃ τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ κύριος, τότε καὶ ἡμεῖς, νοητὴ ὑπάρχοντες γῆ, τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἀποδώσομεν τῆς δικαιοσύνης.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὡς γὰρ καρποφορεῖ ὑετοῦ διδόντος ἡ γῆ, οὕτω χρηστότητι Θεοῦ καρπὸν ἡ νοητὴ δίδωσι γῆ, κατ' εἶδος πᾶσαν μετερχομένη τὴν ἀρετήν.

ιδʹ. ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΠΟΡΕΥΣΕΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰπὼν ὡς ἡ νοητὴ γῆ τὸν καρπὸν, νῦν διδάσκει ὡς δώσει. πῶς δὲ δώσει; ἢ ὅταν αὐτὸς οἰκεῖ, πῶς ἐργαζομένη τὸ ἀγαθὸν ἡ δικαιοσύνη τῆς ἐργαζομένης εἰς τὴν ἄνω ἄγουσαν ὁδὸν κατευθύνῃ τὰ ἴχνη τοῦ αὐτῇ πορευομένου τὰ διαβήματα.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ἢ τὰ λαοῦ φησι διαβήματα. Λαλοῦντος γὰρ εἰρήνην ἐπ' αὐτὸν τοῦ κυρίου,

que germen iustitiæ. Hæc autem omnia secundùm diuersas intelligentias Saluator quoque dicitur, per quem, cùm è terra homo factus est, veritas exorta fuit, fraude & mendacio superatis. *Quia non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei super terram. Maledictio, & mendacium, & cedes, & adulterium effusum est super terram*, dixit Propheta. Mendacium itaque totâ terrâ diffusum dissoluit, qui dixit: *Ego sum veritas.* Hoc autem declarat ipsum ex hominibus ortum esse; cùm autem esset etiam Patris iustitia in quantum erat Verbum Dei, & sapientia, de cælo prospexit, inclinans cælum, & descendens, reducens nobis pacem in quantum iustitia est, & misericordiam in quantum veritas est.

CATENA PATRVM

Osee 4.

Ioan. 14. Christus est veritas, iustitia, pax.

Psal. 17, 10.

Apolinarii. Aliter etiam. Quoniam cum misericordia, quâ Gentes vocatæ sunt, secundùm Apostolum, veritas quoque congressa est, per quam etiam Israël reducitur, vt promissiones patrum confirmentur: siquidem, inquit, *amissio eorum reconciliatio est mundi*: postmodum verò eorumdem assumptio erit vita ex mortuis; vt impleantur promissiones Dei, cùm perfecta hominibus beneuolentia fuerit manifestata. Adducitur autem ipsis Deus non propter meritum eorum, sed propter propiam veritatem. Sicut enim renueruint venire qui inuitati fuerant, ita intrarunt qui per misericordiam vocati sunt. Tunc autem concurrit misericordia & veritas, & robur iniquorum aduersus iustos.

Rom. 11. In Gentium vocatione misericordia & veritas concurrunt.

Math. 22, 8.

Athanasii. Quando, inquit, Dominus per excessum benignitatis his qui in terra sunt illuxerit, tunc etiam nos, qui spiritalis terra sumus, spiritales iustitiæ fructus reddemus.

Spiritalis terra fructum spiritalem profert.

Didymi. Quemadmodum enim datâ pluuiâ fructum terra profert, sic Dei benignitate spiritalis terra fructum præbet, speciatim virtutem omnem exercens.

14. Ivstitia ante evm ambvlabit.] Athanasii. Cùm dixisset spiritalem terram daturam fructum suum, iam docet, quomodo eum datura sit. Ceterùm quomodo eum dabit? nisi quando ipso bonum operante iustitia viam ad superna præparans direxerit gressus eius qui ambulat per eam.

Diodori. Vel populi gressus dicit. Domino enim super ipsum pacem loquente, iustitia

CATENA PATRVM. Iustitia gressus diriget ad beatitudinem.

iustitia (id est Christus) illum diriget ad beatitudinem; iuxta illud, Ante te præcedam, & montes complanabo. Vel Christi secundùm legem & Prophetas iustitia, cuius finis Ioannes, præcedens posuit in via, quæ in nobis est, gressus suos, ad inhabitandum & inambulandum in nobis. Quocircà clamauit: *Parate*
Luc. 3, 4. *viam Domini, rectas facite semitas eius.*
Psal. 67, 5. Congruenter isti: *Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.* De Ioanne enim dictum est: *Et ipse præcedet ante*
Luc. 1, 17. *illum in spiritu & virtute Eliæ.* Et illud: *Ecce*
Luc. 7, 27. Mal. 3, 1. *mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Ceterùm Saluator quoque iustitia est, quæ præcedit Patrem in animis eorum qui Deum circumferunt. Quale est & illud: *Qui recipit vos,*
Matth. 10, 40. *me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

Iustitia præcedit iustum.

EVSEBII. Symmachus autem clariùs exposuit, *Iustitia vniuscuiusque præcedet ipsum, & ponet in via pedes eius.* Nam post munera terræ data, quilibet inhabitantium eam, iustitiæ de cælo prospicientis particeps effectus, habebit iustitiam propriam se præcedentem, & ponentem in via superna gressus eius.

ἡ δικαιοσύνη (τουτέστι Χριστὸς) τὸ ἐπὶ τὴν μακαριότητα· κατὰ τὸ, σοῦ προπορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλιῶ. Ἢ Χριστοῦ κατὰ νόμον καὶ Προφήτας ἡ δικαιοσύνη, ἧς τέλος Ἰωάννης, προελθοῦσα τέθεικε τὰς βάσεις εἰς ὁδὸν τὴν ἐν ἡμῖν, ἐνοικῆσαι καὶ ἐμπεριπατεῖν ἐν ἡμῖν. ὅθεν κέκραγεν· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. συνῳδὰ τούτοις τό· ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν· κύριος ὄνομα αὐτῷ. περὶ γὰρ Ἰωάννου λέλεκται· Καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. καὶ τό· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. ἀλλὰ καὶ ὁ σωτὴρ δικαιοσύνη προπορευομένη τοῦ πατρὸς εἰς τὰς τῶν θεοφορουμένων ψυχάς. ὁποῖον τό· Καὶ ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον ἐξέδωκε. Δικαιοσύνη ἑκάστου προελεύσεται αὐτόν, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τοὺς πόδας αὐτοῦ. μετὰ γὰρ τὰ δωρηθέντα τῇ γῇ, ἕκαστος τῶν κατοικούντων αὐτήν, τῆς δικαιοσύνης τῆς διακυψάσης ἐξ οὐρανοῦ μετασχὼν, ἕξει δικαιοσύνην ἰδίαν προηγουμένην, καὶ θήσει εἰς ὁδὸν τὴν ἄνω τὰ διαβήματα αὐτοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

De argumento Psalmi.

Dvæ sunt de argumento huius Psalmi sententiæ. Alij enim volunt commemorari à Propheta liberationem populi ab vna captiuitate, & inde argumento sumpto orari pro liberatione ab alia captiuitate; commemorari videlicet liberationem à captiuitate Ægyptiaca, & orari pro liberatione à captiuitate Babylonica; vel commemorari liberationem ab vtraque dicta captiuitate, & orari pro liberatione à captiuitate diaboli, quæ per illas fuerat figurata. Alij, & fortasse rectiùs, existimant in hoc Psalmo de vna tantùm captiuitate agi, id est, de captiuitate generis humani sub principe tenebrarum, à qua liberamur per Christum Dominum nostrum; sed in tribus primis versiculis prædici liberationem ab hac captiuitate, in reliquis orari pro executione prædictionis. Cur autem prædictio de re futura exponatur per verba temporis præteriti causa est; quoniam quæ nobis futura sunt, in Dei præscientia & decreto iam facta sunt. Ita Bellarminus ad hunc locum.

Verius est hic agi de spirituali captiuitate sub diabolo.

Quæ nobis futura in Dei præscientia iam facta sunt.

2. *Benedixisti Domine terram tuam.*] S. Hieronymus, *Placatus es Domine terræ tuæ:* alij apud Lorinum nostrum: *Complacuisti, reduxisti in gratiam, benignus factus es, fauisti, gratiam habuisti, grato fauore complexus es, reconciliatus es, propitius factus es, benè voluisti, dilexisti, approbasti.* Significantur hæc & his similia Hebræo verbo רָצִיתָ *ratsitha*, quin etiam Græco εὐδόκησας: quod putat Agellius ab interprete Latino lectum εὐλόγησας. Fortasse (inquit Lorinus) maluit *benè velle*, quod significari sciebat per εὐδόκησας, reddere verbo *benedicendi*; quia sæpissimè denotat verbum hoc in Scripturis bonæ voluntatis effectum, ac bonam voluntatem in rem atque opus prodeuntem, τὸ ἐθελῆσαι exponit Theodoretus τὸ ἀγαθόν τι θελῆσαι, *boni aliquid velle*; in Commentario item Græco superiùs, ἀγαθά τινα προνοῆσαι, *bona quædam prouidere*; & Nicephorus, εὐεργετῆσαι, *benefacere*. S. Hieronymus interrogantibus Suniæ & Fretelæ, quomodo τὸ εὐδόκησας exprimi deberet in Latino, respondit, Si contentiosè verba scrutemur & syllabas, *Beneplacuit Domino terra tua*; sed sic ordinem perdi; aut addendum (*Complacuit tibi Domine terra tua:*) terram autem sensu mystico sumunt pro Ecclesia, humanitate Christi, matre ipsius, corpore cuiusuis nostrûm, vti videre est apud Lorinum nostrum.

3. *Operuisti omnia peccata eorum.*] Hoc loco abuti solent hæretici, inde argumentantes, Deum peccata nostra verè non abolere, sed tantùm tegere: verùm hunc errorem illorum satis redarguit & conuincit Didymus superiùs in Catena dicens, Deum *peccata tegere per virtutem non abscondentem illa, sed omnino abolentem*: & confirmat

θ'. ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΘΝΗ ΟΣΑ ΕΠΟΙΗΣΑΣ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἕτερος δὲ μὴ συγκριτικῶς, ἀλλ' ἀποφαντικῶς εἶπεν εἰρῆσθαι. Ἐκεῖνοι γὰρ λέγονται μέν, καὶ τοὔνομα συλήσαντες ἔλαβον, οὐκ εἰσὶ δέ. Σὺ δὲ συμβαίνουσαν ἔχεις τὴν προσηγορίαν τοῖς πράγμασι, πάντων ὑπάρχων τῶν ἐθνῶν ποιητής· πρὸς ὃν εἴποι τις ἂν εὖ φρονῶν· αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. ἡ δὲ τῶν ἐθνῶν κλῆσις ἐνταῦθα προφητεύεται· κατὰ τό, Καὶ ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. πρὸς ὃν Ἱερεμίας φησί· Πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. Οὐ μεταβατικῶς δηλονότι, χώρας δὲ καὶ διαθέσει. Τὴν δὲ γνησίαν αὐτῶν μετάνοιαν ἐνώπιον τοῦ κυρίου παρέστησεν. Ἠλίας γοῦν, ἐπὶ τῷ παρεστάναι ἐνώπιον κυρίου, σεμνύνεται· καὶ τὸ προσκυνεῖν, δὲ οὐκ ἐν τόπῳ ἑνὶ τυπικῶς, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Πῶς δὲ δοξάσουσιν, ἀλλ' ἢ κατὰ τό, Ὅπως ἂν ἴδωσι τὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ταῦτα γὰρ ἰδόντες ἐδόξαζον. Μέγας δὲ οὐ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρὸς πάντα ὑπεροχήν· ἐπάγει τοιγαροῦν, καὶ ποιῶν θαυμάσια· δι' ἃ καὶ μέγας οὐ κατὰ μεγέθους ποσότητα, καὶ Θεὸς

Omnis verò sanctus huius participatione Deus existit, dum verbum Deum suscipit. Secundùm hoc *illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est*: Facti sunt enim ad imaginem Dei & similitudinem. Nemo autem secundùm essentiam Deus eorum qui assimilandi sunt; sed non sunt similes Domino suo. *Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* ipso quidem sancto existente, illis verò futuris, de quibus verè dixit: Quis sanctus est sicut tu Domine? & tibi quis assimilabitur in dijs Domine? Et iterùm: *Quis similis tibi?* Similes enim illi erunt; iuxta quod dictum est, *Similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est.* Nemo igitur propositorum Deorum similis Domino est, sed neque secundùm opera eius. Quapropter in Euangelijs ait: *Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Siquidem eadem quandoque faciunt quoad subiectum, sed modus diuersus est. Nam illi quidem oratione ac fide, hic verò cum potestate faciebat. Verùm de his satis etiam dictum est in principio Psalmi octogesimi secundi.

CATENA PATRVM.
Ioan. 10, 35.
Gen. 1.
1. Pet. 1, 16.
Psal. 88, 9.
1. Ioan. 3, 2.
Nemo his similis Deo.
Ioan. 15, 24.

9. OMNES GENTES QVASCVMQVE FECISTI.] THEODORETI. Alius autem non comparatiuè, sed affirmatiuè hoc dictum voluit. Nam illi quidem dicuntur, & nomen hoc sacrilegè acceperunt, sed non sunt. Tu verò appellationem habes rebus ipsis conuenientem, cùm sis Gentium omnium conditor: ad quem cordatus aliquis dicere possit: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.* Ceterùm hîc Gentium vocatio prædicitur; iuxta illud, *Et erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.* ad quem Ieremias ait: *Ad te Gentes venient ab extremo terræ.* Non vtique transitiuè, sed propensione & affectu. Ceterùm sinceram eorum pœnitentiam coram Domino ostendit. Elias igitur, quod in conspectu Domini steterit, celebratur: quin & oratio, quæ non in loco vno figuratè, sed vbique terrarum in spiritu & veritate fit. Quomodo autem glorificabunt, nisi iuxta illud, *Vt videant opera vestra, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Hæc enim cernentes eum glorificabant. *Magnus* autem est non secundùm quantitatem, sed quoad eminentiam super omnia: siquidem subdit, *& faciens mirabilia:* propter quæ etiam magnus est non secundùm magnitudinem quantitatis, & *Deus solus.*

Psal. 118, 73.
Rom. 15, 12.
Iere. 16, 19.
Ioan. 4, 24.
Matth. 5, 16.
Deus magnus dicitur non quantitate, sed eminentiâ.

Catena Patrum. *Particula solus quo sensu de diuinis personis intelligenda.*

solus magnus est; quia Deus est. Idcircò etiam Deus vnigenitus, quia ex solo Deo vero est Patre. Patris enim diuinitas est Filij. Vnde non duo Dij, quia vna diuinitas est: etsi Filius sit Patris Filius, & Pater sit Filij Pater. In te enim, inquit, adorabunt, quia Deus in te est. Non est Deus præter te. Tu enim es Deus. Si enim non sit Deus præter ipsum, quomodo Deus in ipso est, nisi sicut diximus? Tale est etiam illud, *Ego extendi cælum solus*; cùm tamen Sapientia in Prouerbijs dicat: *Quando præparabat cælum aderam ipsi*, scilicet Patri. Etenim omnia per ipsam in ipsa facta sunt. Si autem Filius sit qui dicit, *Extendi cælum solus*; quomodo intelligendum, quòd Pater simul applicatus fuerit creationi? iuxta illud, *Omnia in sapientia fecisti*. Hæc vox *solus* itaque in similibus referenda est ad vnicam diuinitatem. Creat igitur etiam Pater, & Filius essentiam dat: nam quæcumque fecerit Pater, hæc facit etiam Filius.

Iob 9, 8. *Prou. 8, 27.* *Iob 9, 8.* *Psal. 103, 24.*

Quæ sit via ad veritatem.

ANONYMI. Via ad veritatem est in rebus agendis profectus. Principium enim viæ bonæ est facere iusta. Hic namque proficiet in veritate Dei, si vsque ad finem eius transeat: quod est rebus cognitis perfectè intendere, & qualem habeant substantiam.

EVSEBII. Ad hoc autem Deo duce opus est. Quapropter Aquila ait: *Illumina me Domine viâ tuâ.*

11. LÆTETVR COR MEVM] DIDYMI. Is qui bona eligit, propter illa eorumdem possessione lætatur. Qualis etiam est timor nominis Dei: quare cum lætitia illum adipisci desiderauit, & adeptus Deo largitori confitetur.

EVSEBII. Is cui condonatum erat peccatum, & bona consecutus fuerat, ne propterea pigritari videretur, gratiarum actionem peccati memoriâ maiorem reddit. Idcircò dicit, *Confitebor tibi*; & subiungit, *Quoniam eruisti animam meam ex inferno inferiore.* Nam peccatum mortale ad infernum pertrahit. Peccata siquidem aliqua ad inferni superficiem, alia verò ad inferiora demergunt. Sunt enim viæ, inquit, viri quæ videntur rectæ esse, nouissima autem eorum spectant ad fundum inferni. Verùm per misericordiam ereptus sum: dixeram enim, *Miserere mei Deus secundùm magnam misericordiam tuam.* Quapropter etiam non simplici ratione, sed ex toto corde confitetur.

Peccatum mortale ad infernum pertrahit. *Prou. 14, 12.* *Psal. 50, 1.*

μόνος μέγας ἐστίν· ἐπεὶ θεός ἐστιν. διὸ καὶ θεὸς ὁ μονογενὴς, ἐπεὶ ἐκ μόνου θεοῦ ἀληθινοῦ ἐστι Πατρός. ἡ τοῦ πατρὸς γὰρ θεότης ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. ὅθεν οὐ δύο θεοὶ, θεότης γὰρ μία· εἰ καὶ ὁ υἱὸς Πατρὸς υἱὸς, καὶ ὁ Πατὴρ υἱοῦ Πατήρ. Ἐν σοὶ γάρ φησι, προσδέξονται, ὅτι θεὸς ἐν σοί ἐστι. Οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν σοῦ. σὺ γὰρ εἶ θεός. εἰ γὰρ οὐκ ἔστι θεὸς πλὴν αὐτοῦ, πῶς ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ ἐστιν; ἀλλ' ἢ καθάπερ εἰρήκαμεν; τοιοῦτον καὶ τὸ, Ἐγὼ ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος· καίτοι λεγούσης τῆς σοφίας ἐν παροιμίαις· ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν συμπαρήμην αὐτῷ, τῷ Πατρὶ δηλαδή. Καὶ γὰρ ἅπαντα δι' αὐτῆς ἐν αὐτῇ γέγονεν. εἰ δὲ υἱὸς ὁ λέγων, ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος· πῶς ἀκουστέον, συμπεφάνθαι τὸν τοῦ Πατρὸς τῆς δημιουργίας; κατὰ τὸ, Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Τὸ μόνος οὖν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀκουστέον ἐπὶ τὴν μίαν θεότητα. Δημιουργεῖ ἄρα καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς οὐσιοῖ· ἃ γὰρ ἂν ὁ Πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁδὸς πρὸς ἀλήθειαν ἡ ἐν τοῖς πρακτικοῖς προκοπή. ἀρχὴ γὰρ ὁδοῦ ἀγαθῆς τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια. προκόψει γὰρ οὗτος ἐν ἀληθείᾳ θεοῦ, ἐὰν ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῆς διέλθῃ· ὅπερ ἐστὶ τὸ τοῖς γνωστοῖς ἐπιβαλεῖν τελείως, καὶ ὡς ὑπάρξεως ἔχουσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁδηγοῦντος δὲ χρεία πρὸς τοῦτο θεοῦ. διὸ Ἀκύλας, φώτισόν με, φησὶ, κύριε τῇ ὁδῷ σου.

ιά. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΩ Η ΚΑΡΔΙΑ ΜΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ὁ τὰ ἀγαθὰ αἱρούμενος, δι' αὐτὰ τῇ τούτων εὐφραίνεται κτήσει. ὁποῖον καὶ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ. διὸ μετ' εὐφροσύνης αὐτοῦ τυχεῖν βουληθεὶς, καὶ τυχὼν ἐξομολογεῖται τῷ διδόντι θεῷ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Συγχωρηθεὶς τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τυχὼν ἀγαθῶν, ὡς ἂν μὴ δόξῃ διὰ τοῦτο χαυνοῦσθαι, μείζονα τὴν εὐχαριστίαν τῇ μνήμῃ τῆς ἁμαρτίας ποιεῖ. διό φησιν, ἐξομολογήσομαί σοι· καὶ ἐπάγει, ὅτι ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου. καταφέρει γὰρ εἰς ᾅδην ἡ πρὸς θάνατον ἁμαρτία. τῶν γὰρ ἁμαρτιῶν αἱ μὲν ᾅδου πρὸς τὰ ἐπιπόλαια φέρουσι, αἱ δὲ εἰς τὰ κατώτατα. εἰσὶ γὰρ ὁδοὶ φησιν, ἀνδρὸς αἳ δοκοῦσιν ὀρθαὶ εἶναι, τὰ μέντοι τελευταῖα αὐτῶν βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου. Ἀλλ' ἐλεηθεὶς ἐρρύσθην· ἔλεγον γὰρ, ἐλέησόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου. διὸ καὶ ἐξομολογεῖται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν ὅλῃ καρδίᾳ.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἄλλος δὲ ἐκ προσώπου τοῦ υἱοῦ τὸν ψαλμὸν εἰρῆσθαι εἰπών, φησὶν εἰς ἑαυτὸν αἰτεῖσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἅπερ ἡμῖν ἤθελε γενέσθαι, ὥστε Θεὸν εἶναι τὸν ἄγοντα ἡμᾶς· κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον, ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ Θεοῦ· καὶ πορεύεσθαι ἡμᾶς ἐν ἀληθείᾳ Θεοῦ, τὴν ἀληθῆ τοῦ πνεύματος λατρείαν λατρεύοντας· καὶ περὶ τὸν θεῖον φόβον ἀμέριστον ἔχειν καρδίαν, εἰς ζήτησιν τοῦ ἀληθοῦς ἀγαθοῦ. Εἶτα τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως εὐχαριστίαν ἀναφέρει Θεῷ αὐτός τε ὁ κύριος, ἐπεὶ κατῆλθεν εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς, κἀκεῖθεν ἀνῆλθε βουλῇ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ, ἡμεῖς τε ἀκολούθως χάριτι τῇ παρ' αὐτοῦ τὴν ἄνοδον εὑρισκόμενοι.

ιγ'. ΟΤΙ ΤΟ ΕΛΕΟΣ ΣΟΥ ΜΕΓΑ ΕΠ' ΕΜΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὡς ἤδη εἰς πέρας αὐτοῖς ἀχθείσης τῆς προσευχῆς, τὸ μέγα ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τοὺς αἰῶνας αἰνέσουσι, φησίν, ὅτι δὴ καὶ αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ᾅδου τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσεν. Δείκνυσι δὲ διὰ τούτων, ὡς εἰς τὴν ἁμαρτίαν κατέπεσε· πῶς δὲ, ἢ ἐκ τοῦ συναγωγήν τινα πονηρῶν πνευμάτων ἐπαναστῆναι, καὶ ὑποσκελίσαι αὐτὸν τοῦ κατ' ἀρετὴν δρόμου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεταβαλὼν τὴν προσευχὴν εὐθὺς εἰς ἐξομολόγησιν, ἐφ' οἷς ἐρρύσθη τοῦ ᾅδου, τὴν αἰτίαν ἐξαγορεύει δι' ἣν ἥμαρτε λέγων ἐπιβουλὴν πολλῶν καὶ κραταιῶν, αἰνιττόμενος τὰς ἀοράτους δυνάμεις, μὴ θεμένας πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν Θεόν. Σὺ δὲ κύριε, φησίν, ἅπερ ἐκεῖνοι μὴ προσεδόκησαν συνεχώρησας, ῥυσάμενος τὴν ψυχήν μου ἐξ ᾅδου κατωτάτου φιλανθρωπίᾳ τῇ σῇ. Λέγει δὲ ταῦτα Χριστὸς, παραστάντων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, καὶ τῶν ἀρχόντων συναχθέντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατ' αὐτοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ καὶ ἐπαναστάντων μοι τῶν πονηρῶν πνευμάτων, φησί, κατηνέχθην εἰς ἁμαρτίαν, καὶ δι' αὐτῆς εἰς τὸν προειρημένον κατώτατον ᾅδην· ἀλλὰ σὺ κύριε αὐτὸς τοὺς οἰκείους οἰκτιρμοὺς καὶ ἐπ' ἐμοὶ ἐφαπλώσας, ἐρρύσω τὴν ψυχήν μου· διὸ καὶ πάλιν ἐλεεῖσθαι ἐξαιτῶ. ἔσται δέ μοι ἔλεος, διὰ τοῦ ἐπιβλέψαι σε εἰς ἐμέ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Παῖδα καὶ υἱὸν παιδίσκης ἑαυτὸν ὁ Ἐζεκίας καλεῖ· ὡς ὅταν λέγῃ ἄνθρωπον, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου. καλῶς δὲ εἰς δυσώπησιν τοῦ Θεοῦ τὴν μητέρα μᾶλλον

APOLLINARII. Alius autem Psalmum hunc ex persona Filij dictum asserens, ait eum in semetipso à Patre postulasse ea quæ nobis fieri volebat, ita vt Deus esset qui nos duceret; nam secundùm Apostolum, *Quicumque spiritu Dei aguntur, hij sunt filij Dei*; & vt ambularemus in veritate Dei, verum spiritus cultum obseruantes; & vt cor circa timorem Dei indiuisum haberemus, ad verum bonū inquirendum. Deinde pro resurrectione Deo gratias agit ipse Dominus, quia descendit in inferiores partes terræ, atque inde voluntate Patris ac potestate diuinâ ascendit, & nos consequenter gratiâ ipsius ascensum reperimus.

CATENA PATRVM. *Hic Psalmum quomodo persona Christi conueniat.* *Rom. 8, 14.*

13. QVONIAM MISERICORDIA TVA MAGNA EST SVPER ME.] ATHANASII. Tamquam iam pridem ad finem eorum oratione perductâ, magnam eius, inquit, misericordiam laudabunt in sæcula, quòd nimirum etiam animas ipsorum de manu inferi liberauerit. Per hæc autem ostendit, quomodo in peccatum inciderit: quomodo autem, nisi ex eo quòd synagoga quædam prauorum spirituum in ipsum insurrexerit, & in virtutis cursu supplantauerit.

ANONYMI. Orationem illicò in confessionem, eò quòd ab inferno ereptus esset, commutans, causam ob quam peccauerit enarrat dicens: insidias plurimorum & potentium, insinuans inuisibiles potestates, quæ non proposuerunt Deum ante oculos suos. Tu autem, inquit, Domine, quæ ipsi minimè expectabant concessisti, benignitate tuâ eruens animam meam ex inferno inferiore. Ceterùm hæc dicit Christus, cùm assisterent Reges terræ, & Principes aduersus eum in vnum conuenissent. *Psal. 2.*

ATHANASII. Etsi, inquit, cùm maligni spiritus insurgerent ad peccatum deductus sim, & per illud in propositum infernum inferiorem; attamen tu Domine ipsemet etiam proprias miserationes tuas super me expandens, animam meam eruisti: quare iterùm iterumque misericordiam exposco. Aderit autem mihi misericordia, si in me respexeris.

DIODORI. Puerum & ancillæ filium semetipsum appellat Ezechias; ac si diceret hominem & filium hominis. Pulchrè autem ad Deum placandum matrem potiùs pro-

Cur Ezechias se ancillæ filium vocet.

CATENA PATRVM. proponit quàm patrem: siquidem hæc pientior esse videbatur quàm Achaz pater eius, qui non erat valdè pius.

THEODORETI. Inspectionem verò Dei postulat, quam omnino dum miseretur cumulat beneficijs. Ceterùm etiam rogat, vt quoniam ipsi regni imperium tradidit, illud ipsum custodiat. Sic enim seruabitur, quòd sit filius ancillæ Dei. Si autem de Christo vaticinetur, humanitati postulat imperium ex misericordia Patris: porrò homini facto, omnino consequens erat mori. vnde *salus* hîc designat resurrectionem. Filius autem erat illius, quæ post illam promissionem, *Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei,* dixit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Quin etiam quis dicere possit, populum de circumcisione esse filium ancillæ, de quibus Paulus ad Galatas ait. *Sed qui de ancilla secundùm carnem natus est.*

Luc. 1, 35.

Gal. 4, 23.

17. FAC MECVM SIGNVM IN BONVM.] ATHANASII. Sicut olim in Ægypto filijs Israël signum dedit Deus, ne ab exterminatore damnum acciperent; sic etiam hîc postulat signum dari, vt per illud quoque custodiatur, & inimici confundantur.

Signum quod Israëlitas ab exterminatore liberat.

EVSEBII. Sic etiam Caino signum aliquod datum est, quod eius malitiam indicaret, quo videntes terrebantur, ne illum interficerent, dum faceret eum Deus gemere ac tremere super terram: sic etiam dat perfectis signum vitæ instituto conueniens, ipsosque iuuat & consolatur. Sed Caino quidem vti par est, collætabantur virtutes illæ quæ in malis gaudent, quæ vtique in Euangelio gemebant, cùm iram Dei accensam cernerent. At in amico Dei contrarium euenit.

Gen. 4, 15. *Signum Caini quale.*

DIDYMI. Aliter etiam signum petit prophetiæ in opus deducendæ, quæ dicit in nobis Deum nasciturum virgine pariente, ac virgine permanente: quod vtique bonum nobis signum pro subsidio generis nostri, in quo etiam consolationem accepimus in Deo adiutore consolati.

προεβάλλετο ἢ τὸν πατέρα· εὐσεβέστερος γὰρ αὐτῷ ἐδόκει εἶναι τοῦ Ἄχαζ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐ πάνυ ὄντος εὐσεβοῦς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἐπισκοπὴν δὲ αἰτεῖται Θεοῦ, ἣν ἐπὶ τῷ πάντως ἐλεεῖν εὐεργετῆσαι ποιεῖ. ἀξιοῖ δὲ, καὶ δι' ἃ παρέσχεν αὐτῷ βασιλείας κράτος, τοῦτο φυλάξαι. σωθήσεται γὰρ οὕτω, ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ παιδίσκης ὑπάρχων υἱός. Εἰ δὲ προφητεύει περὶ Χριστοῦ, κράτος ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ ἐξ ἐλέους αἰτεῖ τοῦ πατρός· ἀνθρώπῳ δὲ γενομένῳ, τὸ τεθνάναι πάντως ἀκολουθεῖ· ἐξ οὗ τὴν ἀνάστασιν ἡ σωτηρία δηλοῖ. υἱὸς δὲ ἦν, ὁ μετὰ τὸν εὐαγγελισμὸν, τὸν διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ, εἰπούσης, ἰδοὺ ἡ δούλη κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Λέγοι δ' ἂν καὶ, τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν υἱὸν εἶναι τῆς παιδίσκης, περὶ ὧν πρὸς Γαλάτας ὁ Παῦλος φησίν· Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης κατὰ σάρκα γεγέννηται.

ιζ'. ΠΟΙΗΣΟΝ ΜΕΤ' ΕΜΟΥ ΣΗΜΕΙΟΝ ΕΙΣ ΑΓΑΘΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὥσπερ πάλαι ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ σημεῖον δέδωκεν ὁ Θεὸς, τοῦ μὴ ἀδικηθῆναι αὐτοὺς παρὰ τοῦ ὀλοθρεύοντος· οὕτω καὶ οὗτος σημεῖον δοθῆναι ἐξαιτεῖ, ὅπως ἂν καὶ φυλαχθῇ δι' αὐτοῦ, καὶ καταισχύνῃ τοὺς ἐχθρούς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὕτω Κάϊν τι σημεῖον ἐδόθη, σημαντικὸν τῆς αὐτοῦ πονηρίας, ὥστε τοὺς ὁρῶντας φοβουμένους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν, ἡνίκα τὸ κρῖναι Θεὸν στένειν καὶ τρέμειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς· οὕτω δίδωσι καὶ τοῖς τελείοις σημεῖα τὸ ἐνδεχόμενον κατὰ πολιτείαν, βοηθοῦντα τι καὶ παρακαλοῦντα. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ Κάϊν ἐπέχαιρεν ἴσως αἱ ἐπιχαίρουσαι δυνάμεις κακοῖς, αἱ δὲ τοῦ Εὐαγγελίου ἐπίστενον, τὴν ἐκ Θεοῦ βλέπουσαι ἐπηρτημένην ὀργήν. ἐπὶ δὲ τοῦ θεοφιλοῦς τοὐναντίον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως σημεῖον αἰτεῖ τῆς προφητείας εἰς ἔργον ἀγομένης, τῆς λεγούσης ἐν ἡμῖν γενέσθαι Θεὸν παρθένου τικτούσης, καὶ μενούσης παρθένου· ὅπερ ἀγαθὸν ἡμῖν σημεῖον ἐπὶ βοηθείᾳ τοῦ γένους, ἐφ' ᾧ καὶ παρεκλήθημεν ἐπὶ Θεῷ βοηθοῦντι παραμυθούμενοι.

ANNOTATIONES CORDERII.

IDEM hic titulus fuit in Psalmo 16. Orat autem Deum, vt pro sua misericordia sibi saluti ac præsidio sit aduersus potentes & iniquos, qui vitæ suæ insidias parant.

Inclinare aurem quid.

1. *Inclina Domine aurem tuam*, &c.] Phrasis est Scripturæ sæpiùs repetita non solùm ad captandam attentionem, sed ad aliquid à Deo postulandum. Sed cur aurium inclinationem suæ paupertati coniungit dicens: *Quia inops & pauper sum ego?* Numquid Deus non audiret, nisi Dauid inops & pauper esset? Respondet S. Augustinus ad hunc locum: *Qui non superbè sapiunt in Deo pauperes sunt, & pauperibus atque inopibus & egenis inclinat aurem suam.* Format igitur Dauid argumentum, vt certam illationem inferat. Certum est Deum pauperibus libenter aurem suam inclinare. Vt autem Deus mihi aures præbeat ad mihi succurrendum, quamuis sim diues, volo pauper & inops esse. Si igitur Deus inclinat aurem suam pauperibus, mihi pauperi & inopi haud dubium inclinabit; quia inops & pauper sum ego. Probat hoc S. Augustinus exemplo Lazari pauperis in sinum Abrahæ recepti: sed ibidem addubitando obijcit: *Si qui diues est ad tormenta rapitur: quomodo Abraham præcesserat pauperem, vt ablatum in sinum suum susciperet?* Respondet: *Sed erat Abraham in diuitijs pauper humilis, & vsque adeò pro nihilo habebat illas diuitias, vt iussus à Domino filium suum immolaret, cui seruabat diuitias*, &c. Sic ille; & ad similitudinem Dei, qui aures suas pauperibus præbet, omnes adhortatur ad inclinandam aurem facilem pauperibus. q.d. Sufficiat nobis proposita pauperum miseria, vt benignè, sine tristitia vel molestia ipsis succurramus. Sicut enim Dauid Deo suam inopiam & paupertatem proponens, exauditus est; sic ipsa pauperum inopia nos adigat ad aures nostras benignè inclinandas, vt eis hilariter subueniamus.

Paupertas inclinat aurē Dei.

Luc. 16, 22.

Pauperibus libenter succurrendum.

2. *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.*] Tantum abfuit, vt de sua sanctitate confideret, vt potiùs maiores in ea tentationes formidaret, & propterea maius à Deo auxilium precaretur. Sciebat quippe vir sanctus, quòd quantò quis sanctior est, tantò acrioribus diaboli oppugnationibus sit expositus. Nam, vt D. Ambrosius in Psal. 36. ait, *Quò magis iustus est quisquam, eò magis illi insidiatur inimicus.* Quod D. Gregorius Nazianzenus Orat. 18. pluribus exemplis illustrat: *Ille* (inquit) *nempe diabolus in paradisum aduersus eum, qui primus effectus est, ab initio irrepsit, & medius inter Angelos stat, Iobum ad cruciatum deposcens. Ac postremò Dominum ipsum, qui eum oppressurus & morte affecturus erat, adoriri non dubitat; eique, qui nulli tentationi obnoxius est, tentationem admouet, quasi ipsum quoque superaturus.* Quibus verbis exprimit acerrimum dæmonis conatum ad optimos quosque euertendos. Vnde D. Hieronymus in Epistola ad Eustochium de custodia virginitatis sub initium: *Non quærit*, inquit, *diabolus homines infideles; non eos qui foris sunt, & quorum carnes Rex Assyrius in olla succendit. De Ecclesia Christi rapere festinat. Escæ eius, secundùm Habacuc, electæ sunt. Iob subuertere cupit: & deuorato Iudâ, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem.* Vbi citat Christum Dominum vtentem verbo *cribrandi*. Quia sicut cribro triticum à paleis secernitur, atque illud reconditur, hæ autem contemnuntur; ita diabolus malos separans à bonis, hos inuadit, illos non curat, sed præterit & contemnit. vti pulchrè D. Cyprianus lib. 3. Epist. 1. *Non impugnat*, inquit, *Christi aduersarius nisi milites Christi: hæreticos prostratos semel & suos factos contemnit, & præterit: eos quærit deijcere, quos videt stare.* Et libro de Singularitate Clericorum: *Diabolus*, inquit, *ingenium suæ calliditatis exercens; sanctimoniæ deditos dolosis commoditatibus iuuat, vt perdat.* Quasi viros iustos, quos desperat minis ac viribus subuertere, dolis & fraudibus aggrediatur. Concinit D. Petrus Chrysologus Serm. 96. *Hostis*, inquit, *plus Ducem quàm militem petit; nec obsidet mortuos, sed impugnat viuentes: sic diabolus non peccatores quærit capere, quos possidet subiugatos; sed vt iustos capiat, sic laborat.* Quare qui perfectiores sunt maioribus præsidijs diuinis indigent, ne diabolicis tentationibus succumbant. Quod intelligens Dauid sic precatur: *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.*

Quantò quis sanctior, tantò acriùs à diabolo oppugnatur.

Luc. 22, 31.

5. *Quoniam tu Domine suauis ac mitis.*] Vtpote qui se nobis in exemplar morum suauitatis ac mansuetudinis proposuit dicens: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Et verè mitis: nam cùm mansuetudo, secundùm Aristotelem lib. 2. Rhetoricorum, *sit sedatio & repressio iræ*, Quid mansuetius Dei Filio, de quo scribit Isaias: *Non clamabit neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris: calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Mites* (inquit S. Augustinus Serm. Domini in monte) *sunt, qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.* Similiter sanctus Hieronymus in Glossa Matthæi 5. *Mitis est*, inquit, *quem non rancor vel ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet, non irritat, nec irritatur, nec nocet, nec nocere cogitat.* Quòd si improbitatibus cedentes, & malo non resistentes, quòd si vincentes in bono malum mites sunt, quid Dei sapientiâ mitius? quid Dei Filio mansuetius? qui malum pro malo numquam reddidit, qui ipsum malum vicit non resistendo, sed perferendo. Hinc vtique cum quibus conuersatur mitissimos efficit, etsi naturâ immites atque feroces. Quid Paulo immitius? qui erat *spirans minarum & cædis in discipulos Domini*. Quàm ille postmodum mitis, quàm suauis euaserit audi: *Maledicimur*, inquit, *& benedicimus; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramus.* Quo quid mitius? Ne mireris, iam seruus Dei factus erat, & ideò mitissimus.

Christus exemplar mansuetudinis.

Matth. 11, 29.

Mansuetudo quid.

Isa. 42, 2.

Mites qui sint.

Act. 9, 1.

1. Cor. 4, 12.

IBIDEM. *Et multa misericordia inuocantibus te.*] Acutè hunc locum expendit & explicat S. Augustinus: *Et quid est*, inquit, *quod dicit multis locis Scriptura, quia inuocabunt, & non*

Quis Deū inuocare dicatur.

ANNOTATIONES CORDERII. Psal. 32.

audiam eos ? Certè misericors omnibus inuocanti-
bus se: nisi quia quidam inuocantes, non ipsum
inuocant : de quibus dicitur: Deum non inuoca-
uerunt. Inuocant, sed non Deum. Inuocas quid-
quid amas : inuocas quidquid in te vocas : inuo-
cas quidquid vis vt veniat ad te. Porrò si Deum
propterea inuocas, vt veniat ad te pecunia, vt
veniat ad te hereditas, vt veniat ad te sæcularis
dignitas; illa inuocas, quæ vis vt veniant ad te:
sed Deum tibi adiutorem ponis cupiditatum, non
exauditorem desideriorum. Hæc sanctus iste Pa-
ter in huius Psalmi commentario; quibus festi-
uè ostendit plerosque non inuocare Deum, licet
videantur; & eleganter nectit diuinæ Scripturæ
sententias, quæ primâ fronte discrepare videban-
tur. Nam hîc Regius Psaltes ait, Deum multæ
misericordiæ esse inuocantibus eum; & tamen de
Prou. 1, 28. aliquibus dicitur in Prouerbijs: *Tunc inuoca-*
bunt me, & non exaudiam. Cohærent : Et non
inuocantibus misericors est, & multis inuocanti-
bus durus. Quî sic? An quia opportunè hi non
inuocant, cùm clament tempore iustitiæ, non
misericordiæ? An quia multi verè Deum non in-
uocant, dum inuocare videntur; hi scilicet qui
terrena quærunt, qui peritura, non Deum, non
diuina? Non enim Deum inuocat, qui Deum
intus non vocat. Non refert huiusce modi oratio-
nis sigillum Dei faciem. Peritura quæris, postu-
las terrena : hæc oratio refert, non Deum qui ea
fecit. Vide quæ suprà annotauimus ad ver. 11.
Psal. 76.

11. *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.*]
S. Hieronymus vertit ex Hebræo: *Vnicum fac*
cor meum : quemadmodum etiam Symmachus:
Ἕνωσον τὴν καρδίαν μου: *Aduna cor meum* : Aqui-
la : Μοναχῶς ἔστω : *Vnicè ac solitariè sit cor meum.*

Omnis rerum temporalium affectiones deserenda, vt cor vni Deo copuletur.

Id est : Sit ab omni alia cogitatione secretum, sit
liberum ab humilium rerum affectione, vt tibi
sanctissimè Deus quantum quantum est vni ser-
uiat, te vnum in precibus intueatur, tecum omni
animi impetu copuletur, totum denique sit tuum,
nullam partem humanæ curæ & cogitationes sibi
vendicent. Esto, inquit, ô Domine ductor meus
in omni actione bona atque perfecta : da mihi
per contemplationem ingressum ad cognoscen-
dam veritatem tuam : huic verò contemplationi
adiunge delectationem & deuotionis consolatio-
nem : quam ad hoc solum cupio, ad hoc peto, vt
cor meum timeat nomen tuum; vt consolatione
vnctum in sancto & filiali timore crescat, & ad
profectum amoris accedat. Si ita deuotionem
concupieris, crede quia minimè tuo voto frustra-
beris : illa veniens te in dies meliorem & purio-
rem efficiet : puritas verò vitæ, & obedientia
mandatorum, intellectum illustrabit, & maiorem
consolationem accendet. Hic enim est ordo à
Deo positus, vt eius gratia ad meliorem vitam
prouocet, & sanctior vita aditum ad ampliorem
deuotionis gratiam aperiat. Pulchrè ad hoc pro-

Pulchra Richardi allegoria.

positum Richardus in Tractatu de gradibus cha-
ritatis : *Prius*, inquit, *oportet Ægyptum desere-*
re; priùs oportet mare rubrum transire; priùs ne-
cesse est Ægyptios in aquis perire; priùs necesse
est Ægypti cibos deficere, quàm possimus hoc spi-
rituale alimentum cibumque cælestem percipere.
Ægyptum non solum corpore, sed etiam corde
deserat, mundique amorem penitus deponat, qui
cælestes illos solitudinis cibos desiderat. Transeat
rubrum mare, omnem mœrorem & am-aritudi-
nem studeat de corde expellere; qui satia-s deside-
rat interna dulcedine. Prius subiugentur Ægy-
ptij, pereantque mores peruersi, ne degenerem
communam dedignentur ciues Angelica. Prius
necesse est Ægyptiacos cibos deficere, & carnales
voluptates in abominationem vertere, quam ex-
periri liceat, quæ sint ista interna & æterna delec-
cia. Absque dubio amor Dei quantò plenius om-
nem alium affectum vincit, tantò sæpiùs, tantò
vberiùs animum internâ iucunditate reficit.

13. *Et eruisti animam meam ex inferno infe-* Varia inferni acceptio.
riori.] Notanter dixit *ex inferno inferiori*; quasi
duos statuat esse infernos; alium superiorē, alium
inferiorem: in hoc damnati post mortem plectun-
tur : in illo & in hac vita homines terreni mi-
serabiliter dolent. Remigius ait : *Est infernus su-*
perior, & est inferior. Vita enim ista, quantùm
ad dignitatem illam in qua sunt Angeli, infer-
nus superior dici potest; sed infernus inferior, pœ-
na quæ consequitur post hanc vitam. S. Augusti-
nus etiam hîc de duplici inferno disserit; supe-
riore, Purgatorium & Limbum intelligens; infe-
riore, loca reliqua. Alij infernum, id est, inferni
damnationem accipiunt, quam per peccata com-
meruerat vel commeriturus erat, nisi Deus à pec-
catis capitalibus eum præseruasset, vel per pœni-
tentiæ gratiam expiasset. S. Thomas in 3. Sen-
tentiarum dist. 22. q. 2. a. 2. ne quis audiens
erutam animam de inferno inferiori, putet de in-
ferno damnatorum; vbi tamen nulla redemptio
est; respondet Limbum Patrum sic appellari non
simpliciter, sed respectu huius habitationis, ex
quo anima Dauid vel etiam Christi educta sit:
sed & profundissimum locum inferni vocari pos-
se comparatiuè, vt profundum sit respectu cæli
aër caliginosus, in quo sunt dæmones; profun-
dius locus habitationis nostræ; profundissimum Iob 17,16.
Limbus Patrum : de quo Iob scribit: *In profun-*
dissimum inferni descendent ossa mea. Alioquin
idem Doctor quadruplicem distinguit infernum:
infimum, vbi est carentia visionis diuinæ, pœna-
que sensus : superiorem isto, in quo est priuatio
dictæ visionis & gratiæ; sed sine pœna sensus:
tertium adhuc suprà præcedentes, in quo est ca-
rentia visionis, non tamen gratiæ, & pœna sen-
sus luitur ad tempus : vltimum magis supra, in
quo erat carentia visionis, non tamen gratiæ,
pœna autem nulla. Vocantur autem infernus
damnatorum, Limbus seu infernus puerorum,
Purgatorium, Limbus Patrum. Plura de his vide
apud Lorinum nostrum ad hunc locum.

15. *Longanimis.*] Græcè μακρόθυμος : Vulgata Qui Deus sit longanimis & patiens.
vertit *patiens*. Hoc nomine sæpiùs in Psalmis
tamquam maximè mirando compellat Deum;
quia nimirum, licet ipse sit infinitæ maiestatis, &
infinitæ potentiæ, & omnia gerantur in præsentia
& conspectu ipsius; tamen omnia tolerat, & sæ-
pè longo tempore vindictam cohibet, ne in sem-
piternum interitum ruamus : imò sustinet infini-
tam ingratitudinem, & infinitas iniurias, quas
mortales ei pro infinitis beneficijs rependunt;
nempe idololatriam, blasphemiam, contume-
liam, iram, odium, perfidiam, periuria, sacrilegia,
conspirationes cum hostibus ipsius, contemptum
religionis, contemptum diuinorum præceptorum,
contemptum passionis Christi, contemptum om-
nium beneficiorum & bonorum cælestium, quæ
ipse

ipse nobis promittit. Hæc omnia assiduè oculis tuis obuersantur, & patienter suffert. Porrò eò maior est iniuria, quò maior est maiestas & potentia, & præsentia eius in quem committitur, & quò beneficia eius sunt maiora. Itaque cùm maiestas Dei, eiusque potentia sit infinita, & beneficia infinitæ æstimationis, & omnia in infinita luce præsentiæ eius gerantur, perspicuum est istas quoque iniurias infinitam quãdam iniuriæ malitiam continere, & patientiam Dei, quâ ista tolerat, infinitam esse. His accedit, quòd non solùm bis, ter, quater, quinquies, decies hæc omnia toleret, vindictam cohibens (quod nullus Princeps terrenus & mortalis faceret) sed centies, millies, quod omnia superat exempla, & omnem rationem humanam & Angelicam, & diabolicam, paratam abripere peccatores, & demergere in profundum inferni, benignè coërceat; vt constat
Matth. 13. ex parabola Euangelica, vbi seruus volentibus colligere zizania vetuit, ne fortè simul eradicaretur & triticum: & voluit vt vtraque sinerentur crescere vsque ad messem, id est, vsque ad diem iudicij. Non solùm autem hæc omnia tolerat, & vindictam cohibet, sed etiam beneficia sua effu-
Matth. 5, 45. sissimè continuat, dum *solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* Præterea iuratissimis hostibus suis tribuit diuitias, honores, voluptates in summa affluentia; imò etiam Imperia, Regna, gloriam huius mundi, sanitatem, pulchritudinem, longæuitatem, & quidquid homines in hoc mundo solent magni facere. Plura de Dei patientia & longanimitate vide apud Lessium lib. 12. de Perfectionibus Diuinis cap. 20.

Quale imperium Dauid petierit. 16. *Da imperium tuum puero tuo.*] Symmachus, δὸς ἰσχὺν παρὰ σοῦ τῷ δούλῳ σου: *Da fortitudinem à te seruo tuo.* Quamuis plerique ita hunc locum accipiant, vt Dauid seipsum puerum Domini, id est seruum Domini, appellet, postuletque à Deo, vt imperium suum confirmet, deique sibi inuictam fortitudinem ad victoriam de hostibus suis reportandam: alij verò ea verba Christo attribuunt, qui dari sibi iudicandi potestatem in extremo iudicio à Patre postulet, & se dicat filium ancillæ Domini, id est Virginis, quæ dixit: *Ecce ancilla Domini*: minimè tamen dubium Lucæ 1, 38. esse debet, quin etiam eum sensum recipiant, vt Regius Propheta petat Messiæ aduentum, optetque vt Pater sceptrum suum & iudiciariam potestatem puero suo, id est Regi Messiæ, tradat. Tunc enim, se omni ex parte misericordiæ diuinæ compotem futurum seruandumque confidit. Pulchrè Richardus Victorinus, propositis duobus Regnis, temporali, quo quis præest hominibus, & spiritali, quo quis suis affectibus temperat, ita subiungit: *Sed illud vitare & fugere omnino oportet, sicut magistra veritas proprio exemplo nos docet: istud autem debemus desiderare & quærere, & cum summo desiderio postulare, & cum Propheta supplicare: Da imperium tuum puero tuo.* Quod autem Dauid hoc spirituale Regnum postulauerit ita confirmat: *Numquidnam, quæso, animam prophetalem tantæ ambitionis credere oportet, vt Regnum Israeliticum à Domino peteret, & ab eiusmodi eum petitione nec saltem pudor cohiberet? sed si non potuit cohibere linguam ne hoc peteret, cur saltem non prohibuit manum, ne tale aliquid scriberet? sed absit, de anima tam sancta & anima prophetali tale aliquid suspicari: sed tale vtique Regnum vel Imperium de Domini pietate postulabat, vnde salutis suæ prouentum vel prouectum sperabat.*

IN PSALMVM LXXXVI. ARGVMENTVM.

α. Τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμὸς ᾠδῆς.

Ἐπινίκιος καὶ οὗτός ἐστιν, ἀπαλλαγείσης τῆς πόλεως τῶν Ἀσσυρίων. προθεσπίζει δὲ καὶ τὴν κληρονομίαν καὶ σωτηρίαν τῶν ἐθνῶν.

1. Filijs Core Psalmus Cantici.

Hic etiam triumphalis est, ciuitate ab Assyrijs liberatâ. Ceterùm præcinit quoque hereditatem & salutem Gentium.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ ἐν τοῖς ὄρεσι ἁγίοις·

Τοὺς θεμελίους τῆς πόλεως καλεῖ τοῦ θεοῦ· ὄρη δὲ ἅγια καλεῖ τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. ὅθεν ἐπιφέρει·

β. Ἀγαπᾷ κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ.

Σκηνώματα Ἰακὼβ καλεῖ τὰς δέκα φυλάς. Ἔδειξεν οὖν ὁ θεός, φησι, ὅτι πλέον τὴν Σιὼν ἀγαπᾷ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν· διὸ αὐτὴν μὲν ἔσωσεν, ἐκείνους δὲ ἐξέδωκεν τοῖς ἐχθροῖς.

FVNDAMENTA eius in montibus sanctis:

Fundamenta vocat ciuitatis Dei: montes verò sanctos appellat Sionem & Hierusalem. vnde subiungit: *Sion & Hierusalem montes sancti.*

2. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Tabernacula Iacob vocat decem Tribus. Ostendit igitur, inquit, Deus se Sionem ceteris Israëlitis plus diligere; quamobrem hanc quidem seruauit, illos verò tradidit inimicis. *Tabernacula Iacob decem Tribus.*

3. Glo-

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

DIAPSALMA.

Etenim gloriosa, inquit, de te Deus enarrauit ijs qui vbique sunt, vt possint dicere quòd mirabiliter seruata sis. Dicit autem *dicta sunt* pro *dicentur*.

4. Memor ero Raab & Babylonis * scientibus me.

** Vulgata scientium*

* Et ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopùm hi fuerunt illic.

** Abest à Vulgata*

Deus memor est eorum qui ad ipsum conuertuntur.

Memor, inquit, ero ad me conuertentium, tametsi exciderint, & in amorem voluptatis declinauerint, & valdè dediti fuerint idololatriæ. Hæc enim nobis significauit per Raab, & Babylonios, & alienigenas.

5. * Mater Sion dicet:

** Vulgata Numquid*

Quemadmodum Hierusalem filiam vòcat, ita Sion matrem appellat.

Homo & homo * factus est in ea:

** Vulgata natus*

Neque enim, inquit, homines qui in te sunt repulisti, sed perseuerasti illos habere incolas propter auxilium Dei. vnde subiungit:

Et ipse fundauit eam Altissimus.

Tamquam enim, inquit, ab ipso Deo fundata: inexpugnabilis facta est inimicis.

6. Dominus narrabit in scriptura populorum, & Principum, horum, qui fuerunt in ea.

DIAPSALMA.

Id est, Iterùm restituet ritus patrios tuos, & erunt congregationes piorum in populo tuo, & sacræ Scripturæ recitabuntur, per quas videtur Deus populis loqui. In istis, inquit, congregationibus etiam Principes erunt.

7. Sicut lætantium omnium habitatio * in te.

** Vulgata addit est*

Et quid multis, inquit, opus est? Tam eris habitata, & frequens populò, ita vt ciuitas incolenda sit ab hominibus, in ea sine mœrore degentibus cum plurima iucunditate.

γ'. Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ θεοῦ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Τοιγαροῦν, φησιν, ἔνδοξα διηγήματα περὶ σοῦ παρέχει ὁ θεὸς τοῖς ἁπανταχοῦ. ὥστε λέγειν ἔχειν ὅπως παραδόξως ἐσώθης. τὸ δὲ ἐλαλήθη ἀντὶ τοῦ λαληθήσεται λέγει.

δ'. Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυλῶνος τοῖς γινώσκουσί με.

Καὶ ἰδοὺ ἀλλόφυλοι καὶ Τύρος καὶ λαὸς τῶν Αἰθιόπων οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ.

Τῶν ἐπιστρεφόντων εἰς ἐμέ, φησι, μνήμην ποιήσομαι, εἰ καὶ τῆς ἐκτόπιοι εἶεν, καὶ εἰς φιληδονίαν ἐκκεκλικότων, καὶ ἄγαν εἰδωλολατρευκότων. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν ἐσήμανε διὰ τῆς Ῥαάβ, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ ἀλλοφύλων.

έ. Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ·

Ὥσπερ τὴν Ἱερουσαλὴμ θυγατέρα καλεῖ, οὕτω τὴν Σιὼν μητέρα ὀνομάζει.

Ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ·

Οὐδὲ γάρ, φησιν, ἀπέβαλες τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐν σοί, ἀλλ' ἔμεινας ἔχουσα αὐτοὺς τοὺς οἰκήτορας διὰ τὴν τοῦ θεοῦ συμμαχίαν. ὅθεν ἐπιφέρει·

Καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος.

Ἅτε γάρ, φησι, παρ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ θεμελιωθεῖσα, ἀνάλωτος ἐγένετο τοῖς πολεμίοις.

ϛ'. Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν, καὶ ἀρχόντων, τούτων, τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἀντὶ τοῦ, ἀνακτήσει πάλιν τὰ πάτρια σου, καὶ ἔσονται σύνοδοι εὐσεβούντων ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἀναγνωσθήσονται θεῖαι γραφαί, δι' ὧν ὁ θεὸς δοκεῖ τοῖς λαοῖς διαλέγεσθαι. ἐν αἷς συνόδοις, φησί, καὶ ἄρχοντες ἔσονται.

ζ'. Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί.

Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν, φησίν; οὕτως ἔσῃ πεπολισμένη, καὶ πεπληθυσμένη, ὡς ἂν πόλις οἰκισθείη παρὰ ἀνθρώπων, ἀλύπως διαγόντων ἐν αὐτῇ μετὰ πλείστης τῆς εὐφροσύνης.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ια. ΟΙ ΘΕΜΕΛΙΟΙ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΟΡΕΣΙ.] Ἡγοῦμαι καλῶς μὴ προσκεῖσθαι τὸ τίνος οἱ θεμέλιοι, ἀλλ' αὐτοῦ, ἵν' ἐπιζητήσαντες εὕρωμεν ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν λεγόμενον τεθεμελιωκέναι τὴν Σιὼν ἄνδρα, ὃς καὶ ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Τοὺς θεμελίους τῆς πόλεως θεμελίους θεοῦ καλεῖ, ὡς δι' αὐτὸν οὐκ ἀνατετραμμένους. Ὄρη δὲ ἅγια τὴν Σιὼν καὶ τὴν Ἱερουσαλήμ, ὡς τοῦ ἁγίου θεοῦ δείξαντος ἐκεῖ τὴν ἑαυτοῦ κατοικίαν· δι' ὃν οὐ παρεδόθη τοῖς Ἀσσυρίοις. Ὁ δὲ Ἀκύλας· Θεμελίωσις αὐτοῦ ἐν ὄρεσιν ἡγιασμένοις. Σημαίνει δὲ τὸ ἑδραῖον τῆς τῶν Ἑβραίων πολιτείας, καὶ τὸ οἷον καύχημα καὶ στήριγμα ἐν τῷ ὄρει τῷ Σιὼν εἶναι· οὗ καὶ ὁ ναὸς ἵδρυτο, ὃν ἡγιασμένον καλεῖ. ἐν ὄρεσι δὲ καὶ πόλιν εἰπών, τὸ Σιὼν ὄρος σεμνύνει αὐτό. τὰς δὲ πύλας αὐτῆς ἀγαπᾶν εἶπεν ἐκ πάντων τῶν σκηνωμάτων Ἰακώβ· ἅτε τῆς μητροπόλεως ἐκεῖσε ἱδρυμένης, καὶ διὰ τῶν πυλῶν αὐτῆς εἰσαγομένων τῶν πρὸς τὴν θρησκείαν αὐτῶν ἀποκλινάντων· ὃ ἄλλῳ σκηνώματι Ἰουδαϊκῷ οὐ προσῆν. διὸ καὶ ἐπάγει· Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ· ὡς τῶν ἐν αὐτῇ μυουμένων, οὐ ταπεινὰ καὶ εὐτελῆ ἐχόντων ἀπαγγέλλειν περὶ ὧν ἐμυήθησαν, ὡς ἐπὶ τῶν ἑλλήνων μυστηρίων, ἀλλ' ἔνδοξα καὶ ὑπερφυῆ· ἀνθ' ὧν, φησίν, ἀναμνήσω ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει καὶ Βαβυλωνίοις τοῖς εἰδόσι με. Οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσε. Βούλεται δὲ διὰ τούτων τοῦτο σημαίνειν. ἐπειδὴ εἶπεν ἔνδοξά τινα περὶ τῆς πόλεως λαληθήσεσθαί φησιν, ὅτι τοῖς εἰδόσι με οὐκέτι ἀνάμνησιν ποιήσομαι τῆς Βαβυλῶνος, ὡς δή τινος ἐνδόξου πόλεως, ἀλλ' ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐξουδενώσει, ἅτε κρειττόνων ἐκείνης θεαθέντων ἐν ἡμῖν αὐτοῖς. Ἐσίγησε δὲ Ἀκύλας τὴν Ῥαάβ, καὶ ἀντ' αὐτῆς ὑπερηφανίαν εἶπεν· καίτοι τοῦ ἑβραϊκοῦ Ῥαὰβ ἔχοντος· ἴσως τοῦ δυναμένου δηλοῦν τοῦ Ῥαὰβ ὀνόματος. Ἀλλὰ τοῦ μὲν γράμματος ὁ σκοπὸς οὗτος. εἰ δέ τις πνευματικῶς ἐκλάβοι ταῦτα, εἴποι ἂν θεμελίους τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα· ὄρη τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, ἐφ' ὧν ἵδρυται ταῦτα τὰ δόγματα· τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ πύλας, ὡς εἰσάγοντας ἡμᾶς εἰς τὴν κατὰ Χριστὸν πίστιν· data sint.; eosdem verò etiam portas

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

I. FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS.] Existimo pulchrè non apponi cuius sint fundamenta, sed *eius*, vt inuestigantes reperiamus in sequentibus virum illum qui Sionem fundasse perhibetur, qui etiam in ea natus est, & ipsam fundauit. Fundamenta ciuitatis vocat fundamenta Dei, tamquam per ipsum minimè euersa. Montes verò sanctos dicit Sion & & Hierusalem, tamquam Deo ibidem domum suam exhibente; quapropter Assyrijs non est tradita. Aquila autem ait: *Fundatio eius in montibus sanctificatis.* Significat autem stabilitatem Reipublicæ Hebrꝗorum, & quasi gloriationem ac firmamentum in monte Sion situm esse: vbi etiam templum fundatum erat, quod sanctificatum vocat. Porrò in montibus quoque ciuitatem esse dixit, vt ipsum montem Sion celebrem reddat. Portas verò eius dixit se diligere ex omnibus tabernaculis Iacob; vtpote quòd metropolis illic constituta esset, & per portas eius introducerentur illi qui ad religionem eorum se adiungebant: quod in alio tabernaculo iudaico non erat. Idcircò etiam subiungit: *Gloriosa dicta sunt de te:* vtpote quòd hi qui in illa sacris initiabantur, non humilia & exilia haberent de sacris illis referenda, vt de Gentilium mysterijs, sed gloriosa & eximia, quapropter, inquit, in superbia & contemptu memorabo hæc Babylonijs scientibus me. Sic enim Symmachus interpretatus est. Vult autem per hæc illud significare. Quoniam dixerat se gloriosa quædam de ciuitate narraturum, scientibus me, inquit, non ampliùs mentionem faciam Babylonis, ac si gloriosa aliqua ciuitas esset, sed cum despectu & contemptu de illa loquar, vtpote qui in nobis ipsis præstantiora quam in illa conspexerimus. Siluit autem Aquila de Raab, & pro illa superbiam dixit, cùm tamen Hebraicus textus Raab habeat: fortassis quia nomen *Raab* fortem significat. Ceterùm litteræ quidem hic est scopus. Si verò quis spiritaliter hæc acceperit, dicere possit fundamenta esse documenta pietatis, montes esse sanctos Apostolos, in quibus hæc documenta fun- esse, vt qui nos ad Christi fidem inducant; de

Deus fundauit in Sion & Hierusalem Remp. Hebræorum.

Respublica Hebræorum ob veri Dei cultum gloriosa erat præ ceteris Gentibus.

Allegoria spiritualis huius loci.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

de qua etiam gloriosa & eximia hominibus dicuntur. Et quoniam gloriosa dicta sunt de illa, non minimum etiam hoc est gloriæ argumentum, quòd tam sancta ciuitas, & purissimum delubrum, non solùm sanctos ac puros, sed etiam vitâ sordidos (quos per Raab insinuauit) & impietate oppressos ac spiritalium fuligine tenebrarum obfuscatos excipiat; quorum Philisthæi, siue alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum, symbolum existunt. Idcircò horum nominatim meminit, quia etiam illi per Baptismum ipsius facti sunt inquilini.

Christus homo natus in Sion.

5. MATER SION DICET, HOMO.] Symmachus sic ait: *De Sion autem dicetur ab vnoquoque: Homo natus est ibi, & ipse stabilivit eam Altissimus. Dominus numerabit scribens populos: hic natus est ibi.* Hæc non ampliùs secundùm litteram accipi possunt; nam manifestè Domini aduentum significant. Ipso enim nato quilibet hominum dicet, inquit, Homo natus est in Sion: qui homo nominatur etiam Altissimus, & Dominus siue Deus appellabitur, vtpote Rex aciei suæ adscribens siue adiungens populos, etiam vt homo apparebit natus in ea, conformiter illis quæ in Baruch dicta sunt: *Hic est Deus noster: & non æstimabitur alius ad eum. Post hac in terra visus est.*

Baruch 3, 36.

ALIVS. *Diligit Dominus portas Sion ex omnibus tabernaculis Iacob.* Tabernacula Iacob vocat decem Tribus. Ostendit igitur, inquit, se diligere Sion præ ceteris Israëlitis, eò quòd hanc quidem seruauerit, illos verò tradiderit. Idcircò etiam gloriosa dicta sunt de illa, tamquam mirabiliter seruatâ. Vel diligit Dominus portas Ecclesiæ super omnia tabernacula Iudæorum. Hîc portas dixit, vt ostendat ciuitatem, ibi tabernacula, vt ea temporaria demonstret. Sion autem est Ecclesia, vt S. Paulus testatur, *Accessistis ad Sion montem*, &c. Cur autem non dixit, Diligit muros vel domos Sion, sed portas? Ex historia scilicet antiqua hoc ait: Cùm enim Iudices in portis sedere iussisset, ne quis peregrinus incommodum pateretur, quodam autem tempore corruptum esset iudicium, quidam alius Propheta dixit: *Reddite in portis iudicium.* Primus enim pietatis introitus est iustitia. Sicut igitur is qui diligit iustitiam, diligit etiam

Sion præ ceteris dilecta Deo.

Sion typus Ecclesiæ. Heb. 12, 22.

Amos 5, 15.

περὶ ἧς καὶ δεδοξασμένα λέγεται καὶ ἐξαίσια ἀνθρώποις. Καὶ ἐπειδὴ δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ αὐτῆς, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῦτο δόξης τεκμήριον, τὸ τὴν τοιαύτην ἁγίαν πόλιν, καὶ τὸ ἁγνότατον τέμενος, μὴ μόνον ἁγίους καὶ καθαροὺς δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ῥυπῶντας τῷ βίῳ (οὓς διὰ τῆς Ῥαὰβ ᾐνίξατο) καὶ τοὺς δυσσεβείᾳ κατακρατημένους, καὶ ζόφῳ ψυχικῷ ἀμαυρωθέντας· ὧν οἱ φυλιστιαῖοι, ἤτοι ἀλλόφυλοι, καὶ ἡ Τύρος, καὶ ὁ τῶν Αἰθιόπων λαὸς, σύμβολος. Διὰ τοῦτο τούτων ὀνομαστὶ ἐμνήσθη, ὡς καὶ τούτων διὰ τοῦ βαπτίσματος οἰκειουμένων αὐτῇ.

ἐ. ΜΗΤΗΡ ΣΙΩΝ ΕΡΕΙ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] Ὁ Σύμμαχος οὕτω φησί· Περὶ δὲ Σιὼν λεχθήσεται καθ' ἕκαστον· ἄνθρωπος ἐτέχθη ἐκεῖ, αὐτὸς δὲ ἡδράσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. Κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· αὐτὸς ἐτέχθη ἐκεῖ. ταῦτα οὐκέτι κατὰ τὸ γράμμα ἐκλαβεῖν δυνατόν· σαφῶς γὰρ τὴν τοῦ κυρίου σημαίνει παρουσίαν. τεχθέντος γὰρ αὐτοῦ, ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων ἐρεῖ, φησιν, Ἄνθρωπος ἐτέχθη ἐν Σιών· ὃς ἄνθρωπος ὀνομαζόμενος καὶ ὕψιστος· καὶ κύριος ἤτοι θεὸς χρηματίσει, ἅτε βασιλεὺς τῷ ἑαυτοῦ στίφει ἐγγράφων λαοὺς ἤτοι ἐντάττων, καὶ ὡς ἄνθρωπος ὀφθήσεται τεχθέμενος ἐν αὐτῇ, συμφώνως τοῖς λεγομένοις καὶ ἐν Βαρούχ· Οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη.

ΑΛΛΟΣ. Ἀγαπᾷ κύριος τὰς πύλας Σιὼν ὑπὲρ πάντα τὰ σκηνώματα Ἰακώβ. σκηνώματα Ἰακὼβ τὰς δέκα καλεῖ φυλάς. ἔδειξεν οὖν ὅτι πλέον, φησὶν, ἀγαπᾷ τὴν Σιὼν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς Ἰσραηλίτας, δι' ὧν ταύτην μὲν ἔσωσεν, ἐκείνους δὲ ἐξέδωκεν. διὸ καὶ δεδοξασμένα περὶ αὐτῆς ἐλαλήθη, ὡς παραδόξως σωθείσης. ἢ ἀγαπᾷ κύριος τὰς πύλας τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ πάσας τὰς σκηνὰς τῶν Ἰουδαίων. ὧδε πύλας, ἵνα δείξῃ πόλιν, ἐκεῖ σκηνὰς, ἵνα τὸ πρόσκαιρον δείξῃ. Σιὼν δὲ ἡ Ἐκκλησία, ὡς καὶ Παῦλος, Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ ἑξῆς. Διὰ τί δὲ μὴ εἶπεν, ἀγαπᾷ τείχη ἢ οἴκους Σιὼν, ἀλλὰ πύλας. ἐξ ἱστορίας ἀρχαίας τοῦτο εἶπεν· ἐπεὶ γὰρ ἐν πύλαις τοὺς δικαστὰς καθίζειν ἐκέλευσεν, ἵνα μηδεὶς τῶν ξένων παραποδίζηται, παρεφθάρη δέ τινι καιρῷ τὸ δίκαιον, ἔλεγεν ἕτερος Προφήτης· Ἀποκαταστήσατε ἐν πύλαις κρίμα. Πρώτη γὰρ εἴσοδος εὐσεβείας δικαιοσύνη. ὡς οὖν ἀγαπῶν τὸ δίκαιον, ἀγαπᾷ καὶ τὰς πύλας

πύλας ἐφ' ὧν ἡ κρίσις· διὸ ἔλεγεν· Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ. εἶεν δ' ἂν πύλαι Σιὼν καὶ αἱ εἰσαγωγικαὶ καὶ στοιχειώδεις διδασκαλίαι.

portas in quibus fit iudicium; idcircò dixit: *Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino.* Ceterùm portæ quoque Sion esse possint introductoriæ & elementares disciplinæ.

CATENA PATRVM. Psal. 117, 19.

ϛ'. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΗΓΗΣΕΤΑΙ ΕΝ ΓΡΑΦΗ ΛΑΩΝ.] Ἀντὶ τοῦ, ἀνακτήσεται πάλιν τὰ πάτρια, καὶ ἔσται σύνοδος εὐσεβούντων, καὶ θείων γραφῶν ἀνάγνωσις, δι' ὧν δοκεῖ ὁ θεὸς διαλέγεσθαι. ἐν αἷς συνόδοις καὶ ἄρχοντες, διδάσκαλοί τε καὶ ἱερεῖς· καὶ οὕτως ἔσῃ πόλις πεπληθυσμένη, ὡς ἂν πόλις οἰκισθείη παρὰ ἀνθρώπων ἀλύπως διαγόντων, ἐν αὐτῇ μετὰ πλείστης εὐφροσύνης.

6. DOMINVS NARRABIT IN SCRIPTVRA POPVLORVM.] Id est, Rursus restituet patrios ritus, & erit piorum congregatio, & diuinarum lectio Scripturarum, per quas loqui videtur Deus. In istis congregationibus sunt etiam Principes, & præceptores, & sacerdotes: & sic eris ciuitas populosa, ac si ciuitas habitetur ab hominibus sine metu, in illa viuentibus cum plurima iucunditate.

ΑΛΛΟΣ. Ἐν γραφῇ λαῶν. σαφέστατα δοκεῖ τῆς ἀπογραφῆς μνημονεῦσαι τῆς περὶ Χριστοῦ. εἰ δὲ Σιὼν ἡ ἐπουράνιος Ἱερουσαλήμ, οἱ ἐν αὐτῇ ἀπογραφόμενοι τὴν καθαρὰν ἕξουσιν εὐφροσύνην καὶ θυμηδίαν, καὶ ἀθυμίας κεχωρισμένην διαγωγήν, ἣν οὐδὲ παροικήσουσιν, ἀλλ' εἰς αἰῶνα ἀγαλλιώμενοι κατοικήσουσιν.

ALIVS. *In Scriptura populorum.* Clarissimè videtur meminisse descriptionis quæ de Christo facta est. Si autem Sion sit cælestis Hierosolyma, hi qui in ea descripti sunt liquidàm lætitiam & recreationem obtinebunt, & commorationem ab omni molestia semotam, quam non per transennam, sed in æternum læti inhabitabunt.

Sion typus cælestis Hierosolymæ.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἄδουσι πάλιν τὸν ψαλμὸν τοῦτον οἱ τοῦ Κορὲ υἱοὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, δι' αὐτοῦ κηρύσσοντες τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν γενομένην ἐπίλαμψιν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ μονογενοῦς διὰ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας.

ATHANASII. Rursus hunc Psalmum canunt filij Core ad Ecclesiam, per illum deprædicantes Gentium vocationem, & futuram vnigeniti in Ecclesia apparitionem per assumptæ carnis dispensationem.

Prædicitur Gentium vocatio & Filij Dei apparitio.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος τῶν υἱῶν Κορὲ φασίν, ὡς ὑπ' αὐτῶν πεποιημένου, ἢ καὶ ῥηθέντος τοῦ ψαλμοῦ οὐ μόνον διὰ ψαλτηρίου, ἀλλὰ καὶ μετ' ᾠδῆς. εἰρήκαμεν δὲ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐκ ἐφεξῆς οἱ ἐπιγεγραμμένοι τῶν υἱῶν Κορὲ ψαλμοὶ συνετέθησαν. ἴσως δὲ καὶ ὁ συνθεὶς τὴν τῶν ψαλμῶν βίβλον καὶ τὰς ἄλλας τῆς παλαιᾶς διαθήκης γραφάς, ἢ Ἔσδρας, ἢ ἄλλος τις μὴ δυνηθεὶς ἀθρόως πάσας εὑρεῖν, τοῖς πρώτοις εὑρισκομένοις, τάξιν ἀποδίδωσι τὴν πρώτην, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐφεξῆς. ὅθεν καὶ προφητείᾳ τινὲς χρώμενοι δεύτεροι κεῖνται, καὶ τοὐναντίον.

EVSEBII. Aquila & Symmachus *Filiorum Core* dicunt, ac si hic Psalmus ab ipsis compositus esset vel etiam recitatus non solùm per psalterium, verùm etiam cum cantico. Diximus autem causam, ob quam Psalmi, qui filiorum Core inscribuntur, minimè consequenter compositi sint. Fortassis verò etiam is qui Psalmorum librum aliasque veteris Testamenti Scripturas digessit, siue Esdras, siue alius aliquis cùm non posset subitò omnes reperire, primis inuentis, primum ordinem attribuit, & ceteris consequentem. Vnde factum vt aliqui qui prophetiam continent posteriores sint, & contrà.

De Psalmis filij Core inscriptio.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὴν ἐθνῶν δὲ καὶ ὁ παρὼν ψαλμὸς προθεσπίζει σωτηρίαν, καὶ τὴν εὐσεβῆ διδάσκει διὰ Χριστοῦ πολιτείαν.

THEODORETI. Etiam hic Psalmus Gentium salutem præcinit; & pium viuendi statum per Christum futurum docet.

α'. ΟΙ ΘΕΜΕΛΙΟΙ ΑΥΤΟΥ ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΡΕΣΙ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Αὐτῆς

1. FVNDAMENTA EIVS IN MONTIBVS SANCTIS.] ANONYMI. Psalmus

CATENA PATRVM. *Ecclesia super fundamento Apostolorum ædificata.*

mus hic populi per fidem vocati salutem præcinit. Dicit autem populum ex Gentibus super fundamento Apostolorum ac Prophetarum fundatum esse.

THEODORI. Fundamenta enim pietatis, quæ sunt diuina documenta super Apostolis, stabiliuit, qui sunt montes sancti, de quibus Paulus ait: *Superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo*. & iterùm: *Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem posita*. Supra hos sanctos montes Christus fundamenta pietatis iecit. Quæ sit autem hæc Sion diuinus iterùm Paulus declarauit: *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cælis*. Et rursus: *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra*. Huius ciuitatis, quam sancti chori constituunt, portas rectè quis dixerit esse Ecclesias quæ in terra sunt, per quas in illam ingredi possumus. Etenim hic priùs instructi & præexercitati, illius ciuitatis viuendi modum discimus; atque hasce portas Iudaicis tabernaculis à Deo præferri dicit.

Ephes. 2, 20.

Matth. 5.

Heb. 12, 22.

Gal. 4, 26.

Portæ cælestis Sion sunt Ecclesiæ quæ in terra sunt.

ANONYMI. Sed quæsierit aliquis, cuius sint illa fundamenta *eius*: obuio quidem sensu dixerit quis *Dei* intelligi. Verùm ego ad Psalmi consequentiam attendens, cùm in sequentibus dictum reperiam: *Mater Sion dicet: Homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit*. pro quo Symmachus fecit: *De Sion autem dicetur ab vnoquoque: Homo hic natus est ibi, & ipse fundauit eam*. Existimo valdè consequenter dictum illud, *Fundamenta eius*, & non apponi *Dei*; vt inquirentes cuius *eius*, ex sequentibus reperiamus eum qui dictus est Sionem fundasse, esse virum qui & natus sit ibi. *Homo enim, inquit, natus est in ea, & ipse fundauit eam*. Si quis enim intellexerit, quomodo diuinæ ac propheticæ voces ciuitatem Dei appellare soleant pium vitæ institutum, videbit qua ratione per totum orbem hanc Deo amicam Rempublicam ac ciuitatem Saluator ac Dominus noster fundauerit condideritque.

Christus Sionem fundauit.

ALTERIVS. Ceterùm vox illa *eius*

μὲν τοῦ κληθέντος διὰ τῆς πίστεως λαοῦ τὴν σωτηρίαν ὁ ψαλμὸς προαναφωνεῖ. Λέγει δὲ ὅτι ἐξ ἐθνῶν λαὸς ἐποικοδομήθη ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ προφητῶν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ γὰρ τῆς εὐσεβείας θεμέλιοι, τὰ θεῖα παιδεύματα πέπηγεν ἐπὶ τοῖς Ἀποστόλοις, ὅρεσιν οὖσιν ἁγίοις, περὶ ὧν ὁ Παῦλός φησιν· ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ. καὶ πάλιν· Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη. Ἐπὶ τούτων τῶν ἁγίων ὀρῶν κατέπηξεν ὁ Χριστὸς τοὺς θεμελίους τῆς εὐσεβείας. Τὴν δὲ Σιὼν ἥτις ἐστὶν ὁ θεῖος πάλιν ἐδήλωσε Παῦλος· Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, καὶ μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει, καὶ Ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ πάλιν· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Ταύτης τῆς πόλεως, ἣν ἅγιοι συνιστῶσι χοροὶ, πύλας ἄν τις εἴποι τὰς ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίας, δι᾽ ὧν εἰς ἐκείνην εἰσελθεῖν δυνατόν. ἐνταῦθα γὰρ προγυμνασθέντες, τὴν ἐκείνης τῆς πόλεως διδασκόμεθα πολιτείαν· καὶ ταύτας ἔφη τῶν Ιουδαϊκῶν σκηνωμάτων προτετιμῆσθαι παρὰ Θεοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀλλὰ ζητήσειεν ἄν τις, τίνος οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ· προχείρως μὲν ἂν ἄν εἴποι τις νοεῖσθαι τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ δὲ ἐπιστήσας τῇ ἀκολουθίᾳ τοῦ ψαλμοῦ, καὶ εὑρὼν ἑξῆς εἰρημένον· Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· ἄνθρωπος καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν. ἀνθ᾽ οὗ ὁ Σύμμαχος πεποίηκεν· περὶ δὲ Σιὼν λεχθήσεται καθ᾽ ἕκαστον· ἄνθρωπος οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ, αὐτὸς δὲ ἥδρασεν αὐτήν. ἡγοῦμαι σφόδρα ἀκολούθως εἰρῆσθαι τὸ, Οἱ θεμέλιοι αὐτοῦ, καὶ μὴ προσκεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· ἵν᾽ ἐπιζητήσαντες τίνος αὐτοῦ, εὕρωμεν ἀπὸ τῶν ἑξῆς τὸν λεγόμενον τεθεμελιωκέναι τὴν Σιὼν, ἄνδρα τὸν καὶ γεννηθέντα ἐκεῖ. Ἄνθρωπος γάρ, φησιν, ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν. Εἰ γάρ τις νοήσειεν, ὅπως αἱ θεῖαι καὶ προφητικαὶ φωναὶ πόλιν Θεοῦ εἰώθασι καλεῖν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, ὄψεται τίνα τρόπον καθόλης τῆς οἰκουμένης τὴν θεοφιλῆ ταύτην πολιτείαν καὶ πόλιν ὁ σωτὴρ καὶ κύριος ἡμῶν ἐθεμελίωσέ τε καὶ ἥδρασεν.

ΕΤΕΡΟΥ. Τὸ δὲ αὐτοῦ, μὴ ἀορισθὲν, δειχθῆ-

δυνηθῶσι) δι' ὧν ἐρεῖ· Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ· ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. τὴν οὖν πόλιν, ἥτις ἐν τῇ γραφῇ τὸ θεοσεβὲς σημαίνει πολίτευμα καὶ τὴν θεοφιλῆ πολιτείαν, ἐθεμελίωσεν ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, περὶ οὗ πάλιν ἐν Προφήτῃ· καὶ οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου, δηλαδὴ τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν· τῆς ἐν οὐρανοῖς εἰκόνα τυγχάνουσαν.

β'. ΑΓΑΠΑ ΚΥΡΙΟΣ ΤΑΣ ΠΥΛΑΣ ΣΙΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πύλας Σιὼν τὴν εἰσαγωγικὴν καὶ στοιχειώδη διδασκαλίαν τῆς Ἐκκλησίας φησί· σκηνώματα δὲ Ἰακὼβ τὴν κατὰ νόμον λατρείαν. φησὶν οὖν, ὡς αἱρετωτέρα κέκριται παρὰ τῷ θεῷ ἡ Εὐαγγελικὴ πολιτεία τῆς κατὰ νόμον λατρείας.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Σκηνώματα Ἰακὼβ καλεῖ τὰς δέκα φυλάς. Ἔδειξεν οὖν, φησιν, ὁ θεὸς ὅτι πλέον τὴν Σιὼν ἀγαπᾷ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν· δι' ὧν ταύτην μὲν ἔσωσεν, ἐκείνους δὲ ἐξέδωκεν Ἀσσυρίοις.

γ'. ΔΕΔΟΞΑΣΜΕΝΑ ΕΛΑΛΗΘΗ ΠΕΡΙ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πόλις μὲν ἡ Ἐκκλησία. Ποῖα δὲ δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ αὐτῆς, ἢ τὸ κατοικῆσαι ἐν αὐτῇ τὸν μονογενῆ κατὰ τὸ εἰρημένον, ὧδε κατοικήσω, ὅτι ᾑρετισάμην αὐτήν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Πᾶσαν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντα προσδοκίαν τὰ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ προαγορευόμενα. οὐχ ἁρμόζει δὲ τῇ κάτω Σιὼν, ὡς τὰ μετὰ ταῦτα δηλοῖ.

δ'. ΜΝΗΣΘΗΣΟΜΑΙ ΡΑΑΒ ΚΑΙ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐλαλήθη, φησὶ, περί σου παράδοξα τοσοῦτον, ὡς τοὺς ἀσεβείᾳ πάλαι συζῶντας οἰκήτορας ἔσεσθαι σούς. διὰ δὲ τῶν ἀσεβεστάτων καὶ τὰ λοιπὰ δεδήλωκε τῶν ἐθνῶν. Ῥαὰβ μὲν γὰρ καὶ Χαναναία καὶ πόρνη· Βαβυλὼν δὲ θηριώδης καὶ δυσσεβής. οἱ δὲ ἀλλόφυλοι ὄντες οἱ φυλισταῖοι καὶ δυσσεβεῖς καὶ παράνομοι. τῆς Τύρου δὲ τὸ ἀσεβὲς καὶ τὴν ἀσέλγειαν Ἰεζεκιὴλ ὁ Προφήτης ἐκτετραγῴδηκε. τῶν Αἰθιόπων δὲ αἱ ψυχαὶ τὴν τῶν σωμάτων ἐμιμήσαντο χροιὰν, δι' ὧν πάντας ἐδήλωσε τοὺς μέλανας τὴν ψυχὴν, καὶ μεταστάντας εἰς εὐσέβειαν. ἅπερ ἀμφότερα παρίστησιν ἡ νύμφη ἡ λέγουσα· Μέλαινα εἰμὶ καὶ καλὴ θυγατέρες Ἱερουσαλήμ. τὰς δὲ κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίας πληροῖ, καὶ εἰς τὴν ἄνω μεταβαίνει Σιών.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μνησθήσομαι Ῥαὰβ καὶ Βαβυ-

cùm non sit definita, declarabitur per ea quæ dicet: *Mater Sion dicet: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus*. Illam igitur ciuitatem, quæ in Scriptura pium vitæ institutum Deoque amicam Rempublicam significat, fundauit Saluator noster ac Dominus Iesus Christus, de quo iterùm in Propheta: *Et ipse ædificabit ciuitatem meam*, scilicet Ecclesiam Catholicam: quæ est imago eius quæ in cælis est.

Sion spiritualis quæ.

Esaiæ 45, 13.

2. DILIGIT DOMINVS PORTAS SION.] ATHANASII. Portas Sion introductoriam & elementarem Ecclesiæ doctrinam vocat; tabernacula verò Iacob cultum legalem. Dicit igitur, quomodo Euangelicum institutum Deo gratius acciderit quàm cultus legalis.

Portæ Sion & tabernacula Iacob quid mystice.

DIODORI. Tabernacula Iacob vocat decem Tribus. Ostendit igitur, inquit, Deus se Sionem præ ceteris Israëlitis diligere; quia hanc quidem seruauit, illos verò tradidit Assyrijs.

3. GLORIOSA DICTA SVNT DE TE.] ATHANASII. Ciuitas quidem est Ecclesia. Qualia autem gloriosa dicta sunt de illa? nisi quòd vnigenitus in ea commoretur; iuxta quod dictum est, *Hic habitabo, quoniam elegi eam*.

Ecclesia cur tam gloriosa.

Psal. 131, 2.

THEODORETI. Omnem humanam expectationem transcendunt ea quæ à Dauide prædicta sunt. Hæc autem non conueniunt inferiori seu terrestri Sion, vti sequentia demonstrant.

4. MEMOR ERO RAAB ET BABYLONIS.] DIDYMI. Dicta sunt, inquit, de te tam mirabilia, vt etiam hi qui olim impiè vixerunt habitatores tui futuri sint. Per impijssimos autem etiam reliquas Gentes designauit. *Raab* siquidem & Chananæa & meretrix erat; *Babylon* verò effera & impia. *Alienigenæ* autem sunt Philistæi & impij & iniqui. Ceterùm in *Tyri* impietatem & luxuriam Vates Ezechiel tragicè inuectus est. Porrò animæ *Aethiopum* colorem corporum eorum imitabantur, per quas omnes animas nigras significauit, quæ ad pietatem se transferebant. quæ vtraque sponsa demonstrat, dicens: *Nigra sum & formosa filia Hierusalem*. Ceterùm Ecclesias per vniuersum orbem implent, & in supernam Sionem transmigrant.

Etiam impij ad Ecclesiam conuersi.

Cant. 1, 4.

EVSEBII. *Memor ero Raab & Babylonis.*

CATENA PATRVM.

nis. Aquila quidem, *Reminiscar*, inquit, *tumultus & Babylonis*; Symmachus verò, *Reminiscar superbiam & Babylonem*. Pristini autem Gentium instituti mutationem significat. Ceterùm pro *Hi fuerunt illic* Aquila & Symmachus dicunt, *Hic natus est ibi*; significantes Gentium in ciuitate siue in portis eius regenerationem.

Deus se cognoscentium memor est. *Gal. 4, 9.*

THEODORETI. Memor autem erit Deus eorum qui nouerunt eum; iuxta illud, *Nunc autem cùm cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo*. Cùm enim cognitionem eius acceperimus, magis adhuc magisque cogniti erimus ab ipso. *Si quis enim ignorat, ignorabitur*. Deus quoque ad quemdam ait: *Quia tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui; & ego obliuiscar filiorum tuorum*. Gentium igitur ipsum ignorantium oblitus fuit, memor earum quæ ipsum agnoscebant. Est autem *Raab* quidem *dilatatio*, *Babylon* verò *confusio*. Quoniam igitur ij qui latam viam incedebant suscipientes Raab Deum agnouerunt, sicut etiam qui mente confusi fuerant, ad tranquillum statum adducti, sunt illa Babylon, cùm digni facti sint memoriâ Dei.

1. Cor. 14, 38. *Oseæ 4, 6.*

Raab dilatatio, Babylon confusio interpretatur.

ATHANASII. Hic sermo manifestè docet, Ecclesiam ex omnibus Gentibus conflatam esse.

5. MATER SION DICET, HOMO.] ATHANASII. Matrem vocat. Manifestum autem, quòd nos fideles Sionem siue Ecclesiam appellemus, in qua homo erat ipse qui fundauerat eam. Hic autem est is qui pro nobis natus est homo, & promisit se supra petram ædificaturum esse Ecclesiam.

Sion mater fidelium.

DIODORI. Quemadmodum Hierusalem filiam vocat, ita Sion matrē nominat. Ait igitur: Cùm non vastaueris Sionem, poterunt residui appellare te matrem. *Et homo natus est in ea*. Non enim, inquit, repulisti homines qui in te sunt, sed perseuerasti ipsos habere inhabitatores propter auxilium Dei. Vnde subiungit: *Et ipse fundauit eam Altissimus*. Nempe, inquit, cùm ab ipsomet Deo fundata sis, inexpugnabilis facta es inimicis.

Hierusalem filia Sion mater eius.

EVSEBII. Clariùs hoc exposuerunt ceteri. Symmachus quidem; *De Gentibus autem dicetur ab vnoquoque: Homo iste natus*

λαῖνος. Ὁ μὲν Ἀκύλας, Ἀναμνήσω, φησὶν, ὀρμήματος καὶ Βαβυλαῖνος. Ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἀναμνήσω ὑπερηφανίας καὶ Βαβυλῶνα. Τῆς δὲ προτέρας τῶν ἐθνῶν ἀγωγῆς σημαίνει μετάθεσιν. ἀντὶ δὲ τοῦ Οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος, Οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ φασὶν· δηλοῦντες τὴν ἐν τῇ πόλει τῶν ἐθνῶν ἀναγέννησιν ἤγουν ἐν ταῖς πύλαις αὐτῆς.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μνησθήσεται δὲ τούτων ὁ Θεὸς γινωσκόντων αὐτόν· κατὰ τὸ, Νῦν δὲ γνόντες Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ. γνῶσιν γὰρ ἀναλαβόντες αὐτοῦ, μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον γνωσθησόμεθα ὑπ' αὐτοῦ. εἰ γάρ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοεῖται. καὶ πρός τινά φησιν ὁ Θεός· ὅτι σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω· ἀπώσομαί σε, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι· ἐπελάθου νόμου Θεοῦ· κἀγὼ ἐπιλήσομαι τέκνων σου. ἀγνοούντων οὖν αὐτὸν τῶν ἐθνῶν ἐπιλέλησο, μνησθεὶς αὐτοῦ ἐγνωκότων αὐτόν. Ἔστι δὲ Ῥαὰβ μὲν πλατυσμὸς, Βαβυλὼν δὲ σύγχυσις. ὅτι τὴν πλατεῖαν ὁδὸν καὶ εὐρύχωρον ὁδεύοντες οὐδὲν μεταλαβόντες Ῥαὰβ εἰσὶν ἐγνωκότες Θεὸν, ὡς καὶ οἱ συγκεχυμένοι τὸν νοῦν ἐν καταστάσει γαλήνης γεγονότες Βαβυλὼν, εἰσὶν ἄξιοι μνήμης γεγονότες Θεοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Διδάσκει ἡμᾶς ὁ λόγος σαφῶς, ὅτι δὴ ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν ἡ ἐκκλησία συνέστηκεν.

ε. ΜΗΤΗΡ ΣΙΩΝ ΕΡΕΙ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μητέρα φησί. δῆλον δὲ, ὅτι οἱ πεπιστευκότες τὴν Σιὼν ἤτοι τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιγραφόμεθα, ἐν ᾗ ὁ ἄνθρωπος ἦν ὁ αὐτὸς ὁ θεμελιώσας αὐτήν. οὗτος δέ ἐστιν ὁ γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἐπαγγελλόμενος ἐπὶ τὴν πέτραν θεμελιῶσαι τὴν ἐκκλησίαν.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ τὴν Ἱερουσαλὴμ θυγατέρα καλεῖ, οὕτω τὴν Σιὼν μητέρα ὀνομάζει. Λέγει οὖν· ὅτι μὴ πορθήσης τὴν Σιὼν, ἔξεστι τοῖς ὑπομείνασι καλεῖν σε μητέρα. καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. οὐδὲ γὰρ ἀπέβαλες, φησι, τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐν σοὶ, ἀλλ' ἔμεινας ἔχουσα αὐτοὺς οἰκήτορας διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ συμμαχίαν. ὅθεν ἐπιφέρει· καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. ἅτε γάρ, φησι, παρ' αὐτοῦ Θεοῦ θεμελιωθεῖσα, ἀνάλωτος ἐγένου τοῖς πολεμίοις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σαφέστερον ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. Σύμμαχος μέν· περὶ δὲ ἐθνῶν λεχθήσεται καθ' ἕκαστον· Ἄνθρωπος οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ·

ἐκεῖ· αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. ὁ δὲ Θεοδοτίων· Καὶ τῇ Σιὼν δοθήσεται ἀνήρ· καὶ ἀνὴρ ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτήν. ἢ καὶ ἡτοίμασεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν· οὗτος ἐγεννήθη ἐκεῖ. ὡς δὲ περὶ τῶν ἐθνῶν εἶπεν, Οὗτοι ἐγεννήθησαν ἐκεῖ· οὕτω νῦν καὶ τό, ἀνὴρ ἐτέχθη ἐκεῖ. καὶ πάλιν ἑξῆς· Κύριος γράφων λαούς, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ. τὸ γὰρ ἐτέχθη ἅπαξ μὲν εἴρηται περὶ τοῦ λαοῦ, δεύτερον δὲ περὶ τοῦ ἀνδρός· τρίτον δὲ περὶ τοῦ κυρίου τοῦ θεσπίζοντος ταῦτα, καὶ γράφοντος λαούς. Ἀνὴρ δὲ τεχθεὶς ἐκεῖ κύριος τὴν ἐνανθρώπησιν δηλοῖ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ, σημαίνοντος ἀναγκαίως τοῦ λόγου πῶς ἐτέχθη ἐκεῖ τὰ ἔθνη λελεγμένα, καὶ γεγόνασιν υἱοὶ θεοῦ διὰ τῆς παρ' αὐτοῦ ἀναγεννήσεως. ἡ δὲ ἕκτη ἔκδοσις, ἐν ἀπογραφῇ λαῶν οὗτος γεννηθήσεται ἐκεῖ φησι. τίς δὲ ἡ ἀπογραφὴ λέγει Λουκᾶς· Ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. ἀντὶ δὲ τοῦ ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν σοί, ὁ μὲν Ἀκύλας φησίν, Ἄδοντες ὡς χοροὶ πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί· ὁ δὲ Σύμμαχος, Αἰνέσουσιν ὡς ἐν αὐλαῖς πᾶσαι αἱ πηγαὶ ἐν σοί. δηλοῖ δὲ τὴν πάντων εἰς ἕνα χορὸν ἀποκατάστασιν ἐν τῇ λεχθείσῃ τοῦ θεοῦ πόλει· ἧς οἱ μὲν θεμέλιοι ἦσαν ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ἁγίοις, αἱ δὲ πύλαι καὶ εἴσοδοι κάτω που καὶ παρ' ἡμῖν· ἐν μέσῃ δὲ αὐτῇ πάντες ὡς ἐν ἁρμονίᾳ θείᾳ καὶ χορείᾳ μετ' εὐφροσύνης ἀγόμενοι, κατοικήσουσι μετ' εὐφροσύνης.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως δέ, φησι, μητέρα ἕκαστος τὴν Σιὼν ὀνομάζει. οὕτω καὶ Παῦλος· ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν· ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν πάντων. καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ τὴν Σιὼν ὀνομάζων μητέρα, ὁμολογήσει καὶ τὴν γένεσιν τοῦ ἐν αὐτῇ τεχθέντος ἀνθρώπου, καὶ οὐ ψιλοῦ. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. Οὗτος γὰρ ὁ τεχθεὶς ἐν αὐτῇ ἄνθρωπος, καὶ ποιητής ἐστι καὶ δημιουργός, ὕψιστος ὤν, καὶ κύριος, καὶ θεός. ὁ γὰρ τοὺς ἐν αὐτῇ πολιτευομένους λαοὺς τῆς παρ' αὐτοῦ γραφῆς ἀξιῶν, ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἐγεννήθη, κύριος ὢν καὶ θεός. ὁ ἀριθμῶν δὲ λαοὺς καὶ γράφων, ἔλεγε πρὸς τοὺς Ἀποστόλους· ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί.

est ibi: ipse fundauit eam Altissimus. Dominus numerabit scribens populos: Hic natus est ibi: CATENA PATRVM. Theodotion verò: *Et Sioni dabitur vir: & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam. Vel etiam præparauit eam Altissimus. Dominus narrabit in Scriptura populorum: Hic natus est ibi.* Sicut autem de Gentibus dixit. Hi nati sunt ibi; ita nunc etiam illud, Vir natus est ibi. Et rursus deinceps: *Dominus scribens populos, Hic natus est ibi.* Illud enim natus est semel quidem dictum de populo, altera verò vice de viro; tertium denique de Domino, qui hæc vaticinatur, & scribit populos. Vir autem natus ibi Dominus designat humanitatem Saluatoris Christi, sermone necessariò significante quomodo dictæ Gentes ibi natæ sint, & factæ sint filij Dei per regenerationem ab ipso. *Homo natus in Sion Christus, cuius filij sunt fideles.* Sexta verò editio habet, *In descriptione populorum hic nascetur ibi.* Quæ porrò sit hæc descriptio tradit Lucas: *Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.* Luc. 2, 1. Ceterùm *Sicut lætantium omnium habitatio in te,* Aquila quidem ait: *Canentes sicut chori omnes fontes in te;* Symmachus verò, *Laudabunt sicut in atrijs omnes fontes in te.* significat autem omnium in vnum chorum restitutionem in dicta Dei ciuitate; cuius quidem fundamenta erant in montibus sanctis, portæ verò & ingressus alibi inferiùs & propè nos; in media autem ipsa omnes quasi in harmonia diuina & chorea cum lætitia viuentes, habitabunt cum iucunditate.

ANONYMI. Quin & aliter, inquit, matrem vnusquisque Sionem nominat. Sic etiam Paulus: *Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est: quæ est mater nostra. Et homo natus est in ea.* Gal. 4, 26. Omnis enim qui Sionem nominat matrem, confitebitur etiam natiuitatem eius qui in ea natus est hominis, & non exilis. Etenim *ipse fundauit eam Altissimus.* Hic enim qui natus est in ea homo, etiam creator est ac conditor, cùm sit Altissimus, & Dominus, & Deus. Qui enim populos in ea instructos Scripturâ suâ dignos censet, in ipsa secundùm humanitatem natus est, cùm sit Dominus ac Deus. Porrò qui numerat & scribit populos, is dixit ad Apostolos: *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.* Matth. 10, 30.

Et

CATENA PATRVM. Luc. 10, 20. Et iterùm: *Nolite gaudere, quia * dæmonia vobis subijciuntur; gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sint in cælis.* Deinde declarat cælestem Rempublicam ab omni molestia liberam, omnibus lætantibus in ea.

* Vulgata spiritus

6. DOMINVS NARRABIT IN SCRIPTVRA POPVLORVM.] ATHANASII. Populorum, inquit, & Principum eorum qui in Ecclesia fuerunt Dominus narrabit Scripturam: & qualem ait, nisi illam descriptionem quæ in cælis facta est, quam ipse ijs enarrabit dicens: *Gaudete quòd nomina vestra scripta sint in cælis.*

Deus scribit nomina populi sui in cælis.

Luc. 10, 21.

DIODORI. Ritus, inquit, patrios denuò restituet, & in templo erunt piorum congregationes, atque legentur diuinæ Scripturæ, per quas Deus videtur populis loqui. In quibus congregationibus, inquit, rursus etiam principes erunt. Intelligit autem Doctores & sacerdotes. Et quid multis, inquit, opus est? Tam eris, inquit, populosa & frequens, sicut ciuitas quæ habitatur ab hominibus sine molestia, commorantibus in ea cum plurima iucunditate.

Heb. 12, 23. DIDYMI. In ea, *quæ est Ecclesia primitiuorum qui conscripti sunt in cælis*, non solùm Principes, sed etiam populi inscribuntur: quorum descriptio non syllabarum ac nominum est, sed rerum animæ qualitatem demonstrantium; quam qui solus videt, solus potest etiam earumdem Scripturam enarrare. E contra verò ait Ieremias: *Qui defecerint, in terra scribentur*, nempe qui terrenis affecti sunt, & terrena sapiunt: quemadmodum illi, cùm imaginem gerant eius qui in cælis est, habent in cælo conuersationem, inserti libro Dei.

ATHANASII. Quando, inquit, in te fuerit omnium habitatio eorum qui in Ecclesia sunt, tunc etiam lætitia repleti erunt.

Καὶ πάλιν· Μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται· ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἶτα δηλοῖ τὴν πάσης ἀθυμίας ἀπηλλαγμένην ἐν οὐρανῷ πολιτείαν, πάντων εὐφραινομένων ἐν αὐτῇ.

ς'. ΚΥΡΙΟΣ ΔΙΗΓΗΣΕΤΑΙ ΕΝ ΓΡΑΦΗ ΛΑΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τῶν λαῶν, φησὶ, καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐν αὐτῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ γενομένων ὁ κύριος διηγήσεται τὴν γραφήν· καὶ ποίαν ἄν φησιν, ἢ τὴν ἀπογραφὴν τὴν γενομένην ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν αὐτὸς αὐτοῖς διηγήσεται λέγων· Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ἀνακτήσει, φησὶ, πάλιν τὰ πάτριά σου, καὶ ἔσονται σύνοδοι εὐσεβούντων ἐν τῷ ναῷ, καὶ ἀναγνωσθήσονται θεῖαι γραφαὶ, δι' ὧν ὁ θεὸς δοκεῖ τοῖς λαοῖς διαλέγεσθαι. Ἐν αἷς συνόδοις, φησὶ, καὶ ἄρχοντες ἔσονται πάλιν. λέγει δὲ τοὺς διδασκάλους καὶ ἱερέας. Καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν, φησίν; Οὕτως ἔσῃ πεπολισμένη καὶ πεπληθυσμένη, ὡς ἂν πόλις οἰκουμένη παρὰ ἀνθρώπων ἀλύπως, διαγόντων τῶν ἐν αὐτῇ καὶ μετὰ πλείστης εὐφροσύνης.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἐν ᾗ ἐγγράφονται οὐ μόνον ἄρχοντες, ἀλλὰ καὶ λαοὶ, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς· ὧν ἀπογραφὴ οὐ συλλαβῶν τε καὶ ὀνομάτων, ἀλλὰ τῶν ψυχῆς δηλούντων ποιότητα· ἣν ὁ μόνος ὁρῶν, μόνος δύναται καὶ τὴν γραφὴν αὐτῶν διηγήσασθαι. Ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου φησὶν Ἱερεμίας· ἀφεστηκότες, ἐπὶ τῆς γῆς γραφήσονται· δηλονότι τὰ τοῦ χοϊκοῦ περικείμενοι, καὶ φρονοῦντες ἐπίγεια· ὥσπερ ἐκεῖνοι, τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου φοροῦντες, ἔχουσιν ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα, ἐντεταγμένοι βίβλῳ θεοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅταν, φησὶν, ἐν σοὶ πάντων ἡ κατοικία τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γίνηται, τότε καὶ εὐφροσύνης ἔσονται πλήρεις.

ANNOTATIONES CORDERII.

HOC Psalmo prædicit Sionem, id est, Ecclesiam, fore gloriosam, & ciuium illius numerum fore infinitum & felicem.

1. *Fundamenta eius in montibus sanctis.*] Vbi nota modum loquendi proprium Hebraismi. Solebant enim Hebræi ponere relatiuum sine antecedente. Vnde nihil hîc præcedit ad quod illud *eius* referatur, vt Cardinalis Bellarminus & Lorinus noster cum Genebrardo aduertunt: sed subintelligendum nomen ciuitatis quam Propheta mente concipiebat, nec voce exprimebat, continuans locutionem internam cum externa. Sic Dominus occurrit Moysi in diuersorio Exodi 4. *Et volebat occidere eum*, nempe filium Moysis; de quo sermo non præcesserat: vt ibi D. Augustinus quæst. 11. interpretatur, exemplo huius Psalmi rem confirmans. Sic iterùm Dauid: *Ecce*, inquit, *audiuimus eam in Ephrata*, scilicet arcam fœderis, vt Bellarminus exponit: de qua tamen Propheta

Hebraismus relatiuum sine antecedẽte.

Psal. 136, 6.

Propheta nihil egerat. Possent plurima similia exempla adferri, sed hæc satis sint ad confirmationem. Regius Vates hîc Ecclesiæ matris nostræ mysticè Hierosolymæ fundamenta commendat, quæ verè in montibus sanctis, hoc est in Apostolis & Prophetis iacta sunt; quia prima fidei semina, vt ex eis ad omnes posteros deriuarentur, ipsi concredita sunt. Quare Paulus ad posteros Apostolorum & Prophetarum loquens ait: *Estis ciues Sanctorum, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* De quibus item Ioannes in reuelatione sua ait: *Fundamenta muri eius omni lapide pretioso ornata*; id est, vt interpretatur Anselmus, *Omni virtutum genere decorata:* vel, vt vult Ambrosius, *Eorum, quos ad fidem traxerunt, meritis & laboribus circumsepta.* In hac ciuitate, quæ est Ecclesia, & in fundamentis eius, Deus sanctitatem fundauit, & omnium virtutum perfectionem extruxit. Rectè etiam hîc Psalmi locus D. Virgini accommodatur, quia Sanctorum fastigium est B. Virginis fundamentum. Huc pertinet illud Isaiæ, *Mons domus Domini in montibus sanctis*; & illud Ecclesiastici, *In electis meis mitte radices. Et radicaui in populo honorificato.* Quibus locis alijsque similibus ibi sanctissimæ Virginis pedes collocantur, vbi aliorum Sanctorum capita inseruntur: ibi exordiuntur sanctissimæ Virginis virtutes, vbi aliorum fastigiantur: ibi eius inchoatur perfectio, vbi aliorum consummatur.

Fundamenta Ecclesiæ in Apostolis & Prophetis iacta sunt.

Ephes. 2, 20.

Apoc. 21, 19.

D. Virgo in montibus sanctis fundata.

Isaiæ 2, 2; Eccli. 24, 13. & 16.

2. *Diligit Dominus portas Sion.*] Vbi expende verbum *diligit*, Græcè *ἀγαπᾷ*, non tam eum amorem, qui ex impulsu cordis proficiscitur (cui explicando verbum *amo*, Græcè *φιλεῖν*, deseruire solet) quàm illum, qui ex mentis iudicio atque electione oritur, propriè significare. Ita dixit Tullius lib. 1. Epist. 9. *Perpetuo quodam iudicio meo diligebam.* Non ergo vtcumque portas Sion amare Deus dicitur, sed eo affectu diligere, qui rem simul amatam probet, & amore dignam esse confirmet.

Diligere quid sit propriè.

3. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.*] Significat (vt vult Bellarminus) obrui se copiâ encomiorum, cùm multa gloriosa, magnifica, præstantissima, sibi dici à Spiritu sancto videret, quæ non posset eloqui; vnde nomine vno admirabilia omnia est complexus. Sed & alij quoque Sancti gloriosa planè & inusitata de illa Dei ciuitate prædicauerunt: & in primis S. Paulus post reditum è tertio cælo; vbi terram promissionis & Regni Empyrei Dominam istam vrbem salutauisset, quam nominat *fundamenta habentem ciuitatem*, hoc est fundatissimam, in æternum stabilitam, quæ conuelli & dirui nequit. Nam nostræ quidem in terra ciuitates exuri flammis, aut terræ motu labefieri, aut furore martio arietibusque euerti possunt; sed æterna illa ciuitas immobilibus nititur fundamentis, quæ quàm solida pretiosaque sint exquisito genere orationis prodit Isaias, cùm Deum inducit dædalâ illam manu & potenti machinantem: *Fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles*; vel, vt in Hebræo est, *in lapides desiderij*; hoc est pretiosos: quales videlicet desiderantur vulgò, & expetuntur. Quâ picturâ & eleganti specie vult adumbrare formositatem pretiumque magnificæ illius substructionis, quæ pro fundamentis carbunculos habeat & sapphiros, atque ordines pulcherrimè structos vnionum gemmarumque fulgentium, quibus vt monilibus decoretur. Vrbs omni ex parte mirabilis, quam non fictitij è fabulis Genij, vt Ilium, extruxerunt, nec poëtica Amphionis lyra modulata est, sed ipse parens vniuersitatis condidit. Itaque illam Christus mundi liberator in Euangelio nominauit *Ciuitatem magni Regis*, D. Paulus, *Ciuitatem Dei viuentis:* vbi multorum millium Angelorum frequentia, & Ecclesia primitiuorum. Sacrum illius & arcanum nomen quis enuntiare potest? An lubet animi causâ indigitare Beneuentum, à felici eorum sorte qui appellere illuc potuerint? an Florentiam, vel Anthusam, à pulcherrimi loci amœnitate? an Pollentiam, à regnantis maiestate? an Dicæarchiam, à iustissimo dominatu? an Theopolim, quòd Deus ibi inhabitet, pompâ augustâ Cęlitum circumseptus? Quamquam si vsus olim obtinuit, vt Roma *κατ' ἐξοχὴν Vrbs* diceretur, Athenæ *ἄστυ*, Alexandria *πόλις*, æquiori iure cælestem illam politiam nuncupare possemus solam ex omnibus Vrbem, & Dei Ciuitatem. Sic enim Stoicos dicere video, cælum quidem esse propriè ciuitatem; quæ autem sunt hîc in terra non vtique ciuitates; dici enim, sed non esse, vt est apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromatum in fine. Itaque in illius comparatione nec Babylon dicetur, vt olim *ἔνδοξος*, *gloriosa*, vt S. Basilius meminit in Isaiam; nec Byzantium *ἐργαστήριον μεγαλοπρεπείας*, *magnificentiæ officina*, vt vocat Themistius Orat. 6. nec Ecbatana *θεῶν οἴκησις*, *Deorum habitatio:* quod Rex Persarum Apollonio Tyaneo venditabat apud Philostratum lib. 1. cap. 24. Sed hæc quidem & alia similia decora cælestis ciuitatis luce & gloriâ facilè obruuntur. Itaque Ieremias vocat illam magnificè *Vrbem perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ*, vel, vt est apud Septuaginta, *coronam lætitiæ:* Chaldæus *pulchritudinem gaudij* vertit: Coronam gloriæ dicunt Patres: quòd in ea fideles caput suum Christum incredibili lætitiâ pleni & triumphantes coronent. Dauid igitur conscius arcanorum cælestium, cùm de illa diuinitus multa cognouisset, meritò exclamat: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.*

Inexplicabilis gloria ciuitatis Dei.

Heb. 11, 10.

Quàm solidis & pretiosis nixa sit fundamentis.

Isaiæ 54, 11.

ANNOTATIONES CORDERII.

Cælum solum meretur nomen veræ vrbis.

Matth. 5, 35.

Heb. 12, 22.

Thren. 2, 15.

4. *Memor ero Raab & Babylonis scientium me.*] Ecce tibi quam iactant vulgò gloriam celsissimam Iesu, nimirum quòd intra eius mœnia inueniantur inclusi & Raab, & Babylon, & alienigena, & Tyrus & Æthiopes. Ad hæc D. Bruno Sermone in dedicatione Ecclesiæ & cap. 6. de laudibus Ecclesiæ ait: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et quæ gloriosa? Memor ero Raab & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopum hi fuerunt in ea. Et reuera gloriosa & plusquam gloriosa sunt hæc.* Cur non gloriosissimum sit Iesu, quòd è tam dissitis & diuersis populis suos electos congreget in vnum? Hinc crescit Iesu honor & gloria; hinc in eo ostenditur esse virtus diuina, quæ è vastissimis mundi regionibus raros electos nouerit colligere & congregare. Notandum autem hîc, quòd cùm Deus ita peccantes auersetur, vt propria eorum nomina non vsurpet, iuxta illud, *Nec*

Summa Iesu gloria, quòd ex omnibus Gentibus electos congreget.

Psal 15, 4.

ANNOTATIONES CORDERII.

Deum etiam peccantium meminit, dummodò pœniteant.

memor ero nominum eorum per labia mea; tamen ita diligat pœnitentes, vt proprijs eos nominibus recordetur. Quod expendens S. Cyrillus Hierosolymitanus Catecheſi 2. de pœnitentia: *O magnam*, inquit, *Dei benignitatem: etiam inhonestæ mulieris meminit in peccatis: ſed non ſimpliciter meminit; verùm ſcientium me*; hoc eſt à ſuis peccatis per veram pœnitentiam reſipiſcentium.

IBIDEM. *Tyrus & populus Æthiopum hi fuerunt illic.*] Ad quæ verba S. Bruno de laudibus Eccleſiæ cap. 6. ſic fatur: *Glorioſa ſunt hæc, quæ & iuſtis & peccatoribus magnam ſpem dare poſſunt, & immenſam ferre lætitiam. Vis in Eccleſia ſuſcipi? Tyrios imitare; quorum opere & auxilio templum ædificatum eſt.* Auxilium præſtiterunt Tyrij, vt templum ædificaretur; quò maximè ſibi Deum deuinxerunt, & ingentem reportarunt mercedem adſcripti in Dei Eccleſia. Quid glorioſius dici poteſt de ciuitate Dei, quàm quòd in ea augeantur hi, qui nauant operam conſtruendis porticibus, vbi diuinum auxilium imploretur? Solet nimirum Deus non ſolùm templa ſibi ſacrata habere grata; ſed & lignum oblatum, & lapidem in ſcrinijs ſuis adſcriptum habet, vt pro illo immenſa beneficia faciat. Hinc non ſolus Salomon propter templi ædificationem, ſed & qui ligna ceciderunt & miſerunt Tyrij, ingentem apud Deum glóriam conſecuti ſunt. Et quid aliud obtulit Iacob in Bethel præter lapidem? *Tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum.* Quid plura? Maritus iam factus Iacob, & ingentis familiæ dominus, multiſque pecoribus ditatus, accepit à Deo reſponſum, vt reuerteretur in terram ſuam ſecurus & diues. Scire cupis propter quale ſeruitium ſic Dominus propitius ſit Iacob? Ipſe ait: *Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votum voviſti mihi. Nunc ergo ſurge*, &c. Nonne vides, quàm maneat altâ mente repoſtus lapis ille Deo oblatus? Felix qui in domo Dei vel lapidem vnum offert, eo ſanè habebit Deum ſibi deuinctum; qui quem poſueris lapidem æternum meminit, & tibi acceptum refert.

Gratiſſimum Deo opus templorum ædificatio.

Gen. 28.

Gen. 31.

5. *Mater Sion.*] Ita habent Tertullianus, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, Pſalterium Vetus, & Romanum, & libri Græci, Μήτηρ Σιών; itemque Pſalterium Arabicum, & Æthiopicum, & Apolinarius. In Commentarijs S. Hieronymi legitur Septuaginta ita ſcripſiſſe, Μὴ Σιών, *Numquid Sion*; ſed multos, cùm id minimè intelligerent, addidiſſe ρ΄, & feciſſe μήτηρ. Item in Scholio quodam: Τὸ ρ΄ κατὰ προσθήκην ἔκειτο εἰς τὴν τῶν ὁ ἐν τῷ τετρασελίδῳ· ἐν δὲ τῷ ὀκτασελίδῳ μήτηρ Σιών: *illud ρ΄ per additionem poſitum eſt in interpretatione Septuaginta in Tetraſelido: in Octaſelido autem eſt Mater Sion.* Aquila, Καὶ τῇ Σιών, *Et ipſi Sion*: Symmachus, Περὶ δὲ Σιὼν λεχθήσεται, ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐν αὐτῇ, αὐτὸς δὲ ἑδράσει αὐτὴν ὁ ὕψιστος· κύριος ἀριθμήσει γράφων λαούς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ: *De Sion autem dicetur, Vir & vir natus eſt ibi, & ipſe ſtabiliuit eam excelſus: Dominus numerabit ſcribens populos: hic natus eſt ibi*: nec multò aliter S. Hieronymus: Aquila, Οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ ἀεί: *Ipſe natus eſt in ea ſemper*: Scholion, Περὶ δὲ Σιὼν φὼς λεχθήσεται: *De Sion autem homo dicetur*: Symmachus, Ἀνὴρ καθ' ἕκαστον ἄνθρωπος ἐτέχθη ἐκεῖ: *Vir quiſque homo natus eſt ibi.*

IBIDEM. *Homo & homo factus eſt in ea.*] Ita S. Ambroſius, & S. Auguſtinus, & Vetus Pſalterium & Romanum: Græcè, ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ: Vulgata vertit, *Natus eſt in ea.* Vbi illa geminatio *Homo & homo* idem valet atque multi homines, qui ſcilicet in Eccleſia ex aqua & Spiritu quotidie regenerantur: quorum multitudo tanta eſt, vt à ſolo Deo numeretur; iuxta id quod ſequitur.

6. *Dominus narrabit in Scriptura populorum.*] Sic eſt etiam in Commentarijs S. Hieronymi; & Græcè eſt ἐν γραφῇ: ceteri Latini cum Vulgata habent ferè *In Scripturis*; & multi *Narrauit*: Hebraicè eſt *Recenſebit*, ſeu *Numerabit*. Quaſi ſolus Deus, qui numerat multitudinem ſtellarum, poſſit fidelium, qui ad Eccleſiam veniunt, multitudinem recenſere. Et notandum, quod hoc loco catalogus credentium *Scriptura populorum* appelletur; quia in illo non vnus populus, ſed innumeri continentur. Vnde Dauid alio loco ait: *Conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ: & adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ Gentium.* Vbi obſeruat S. Auguſtinus non dici ſolùm *fines terræ*, ne quis hæreticus diceret vnam tantùm Prouinciam, quæ ſiue in Hiſpania, ſiue in Gallia, aut alibi finis terræ appellatur, ad Dominum conuertendam: ſed *vniuerſos fines terræ, & vniuerſas familias Gentium*, ne qua in orbe terrarum plaga, ne qua hominum natio ab hac conuerſione excludatur.

Fidelium multitudo à ſolo Deo poteſt recenſeri.

Pſal. 21, 28.

7. *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.*] S. Hieronymus ex Hebræo: *Et cantores quaſi in choris, omnes fontes mei in te.* Per *fontes* autem hîc carmina ac Cantica ſignificari non ſinit nos Chaldaica Paraphraſis dubitare; quæ ſic ſe habet: *Omnia genera carminum in te*: quâ interpretatione perſpicuum fit, fontes carmina dici. Rectè ſacra carmina hymnique fontes appellantur, quia puri fluunt, & mentes mundant ab omni fœditate. Profanorum verò Poëtarum carmina fontes dici non merentur, cùm impura & fœculenta ſint, mortuis aquis atque ideò corruptis comparari poſſunt, quæ ſæpè auctores ſimul & auditores mergunt, & ſepeliunt. Vegas noſter in cap. 9. Apocalypſis notat hîc etiam pro *omnes fontes mei in te* verti poſſe, *Omnia viſcera mea in te* id quod (vt hîc obiter dicamus) ad maximam beatiſſimæ Virginis laudem ſpectat; quæ vſque adeò pulchra & Deo fuit accepta, vt omnes gratiarum fontes, & ipſa etiam Dei viſcera in eam per amorem transfuſa fuiſſe videantur. Nec verò illud prætereundum, verba illa iuxta Hebraicam veritatem, *Cantores quaſi in choris*, mirificam quamdam B. Virginis laudem indicare; nimirum virtutes omnes ſanctiſſimæ eius menti infuſas, ſibi de tanta inter ſe coniunctione & conſenſione gratulantes, nihilque ſibi ab hoſtilibus incurſionibus metuentes (vt in ceteris ſanctis) quaſi depoſitis armis per choros tributas, quodammodò pœana cantantes, Dei laudes ſuauiſſimo concentu & exultatione celebraſſe: quod magis adhuc ſonat noſtra eiuſdem loci tranſlatio: *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te*: quod de B. Virgine intelligens Eccleſia, ſubiunxit: *Sancta Dei Genitrix.* Cui mirificè concinit illud Cantici: *Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum?* Quid enim choris cum caſtris, niſi quia virtutes, quæ in alijs ſanctis, pro-

Carmina ſacra fontes dicuntur.

In B. Virgine omnes gratiæ fontes, & ipſa Dei viſcera & lætantium chori.

Cant. 7, 1.

pter

pter hostium metum semper erant in acie expeditæ: in B. Virgine propter securitatem castra in choros vertentes, mirum in modum lætabantur.

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM LXXXVII. ARGVMENTVM.

α΄. Ὠδὴ ψαλμοῦ, τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Μαελὲθ τοῦ ἀποκριθῆναι, λόγον συνέσεως Αἰμὰν τῷ Ἰσραηλίτῃ.

Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ Μαελὲθ διὰ χοροῦ εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας ἐπὶ χορείᾳ. καὶ ὁ Αἰμὰν δὲ χόρου τινὸς ἦρχεν ᾀδόντων. ἡ δὲ ἀπόκρισις τὰ ἀντιφθεγγόμενα αἰνίττεται τάγματα τῶν χορῶν. προθεσπίζει μέντοι, καὶ διελέγχει τὸ μέγεθος τῶν συμφορῶν τοῦ ἐν Βαβυλῶνι λαοῦ δεομένου ἀπαλλαγῆναι τῆς βαρύτητος τῶν κακῶν. Διδάσκει δὲ καὶ τὰς τῆς φύσεως μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ὀδύνας, εἰσάγει καὶ τὸν Χριστοῦ θάνατον. Ἐσχημάτισται πρὸς ἱκεσίαν, τοῖς εὐσεβεστέροις ἁρμόττων εἰς προσευχήν.

1. Canticum Psalmi, filijs Core, in finem, pro Maëleth ad respondendum, intellectus * Æman Israëlitæ.

Vulgata Eman Ezrahitæ

Symmachus loco illius pro Maëleth per chorum *dixit; Aquila verò* super choream. *Ceterùm Æman chori cuiusdam cantorum præceptor erat. Responsio autem tacitè innuit chororum ordines inuicem sibi respondentes. Vaticinatur itaque, & continet magnitudinem ærumnarum populi in Babylonia rogantis tanto malorum onere liberari. Quin etiam docet naturæ post peccatum dolores, nec non Christi mortem introducit. Formatur in deprecationem, pientioribus conueniens ad orationem.*

Æman cantorum magister.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β΄. Κύριε ὁ θεὸς τῆς σωτηρίας μου, ἡμέρας ἐκέκραξα καὶ ἐν νυκτὶ ἐναντίον σου.

Ὁ σωτήρ μου, φησὶν, ἐκτενῶς σοι κεκραγὼς ἀντιβολῶ.

2. DOMINE Deus salutis meæ, in die clamaui & * in nocte coram te.

*Oratio in afflictione constituti. * Abest à Vulgata.*

Seruator meus, inquit, assiduè ad te clamans supplico.

γ΄. Εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ἡ προσευχή μου· κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησίν μου·

Τὸ αὐτὸ αἰτεῖ ἀξιῶν εἰσακουσθῆναι, καὶ τὰς αἰτίας ἐπιφέρει, λέγων·

3. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Idem petit rogans exaudiri, & causas subiungit, dicens:

δ΄. Ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου· καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε.

Οἱ ἐχθροί, φησί, με καταστρέψαι εἰς ᾅδην ἐθέλουσι, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν πληροῦσιν ἐπιπόνων τε καὶ κακοπαθῶν.

4. Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Inimici, inquit, me in infernum pertrahere volunt, & animam meam laboribus & afflictionibus implent.

ε΄. Προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον· ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος·

Ὥσπερ γὰρ οἱ νεκροί, φησιν, οὐκ ἐλπίζουσιν οὐκέτι βοήθειαν ἀνθρωπίνην οὐδεμίαν, οὕτως κἀγὼ τοῦ προσδοκᾶν τι χρηστὸν ἠλευθέρωμαι. τουτέστιν, ἀπήλπισά μοι πάντα πανταχόθεν ὄντα.

5. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber:

Quemadmodum enim, inquit, mortui non sperant amplius vllam opem humanam, sic & ego ab expectatione boni cuiuspiam liberatus sum. Id est, Desperata mihi omnia sunt vndique.

PARAPHRASIS ANONYMI.

6. Sicut vulnerati dormientes in * sepulchro, quorum non es memor ampliùs, & ipsi de manu tua repulsi sunt.

* Vulgata sepulchris,

Similis enim, inquit, factus sum in bello vulneratis & in sepulchra abiectis, quorum non es memor ampliùs, nec vis vt viuant.

ϛʹ. Ὡσεὶ τραυματίαι καθεύδοντες ἐν τάφῳ, ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι, καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν.

Παρόμοιος γάρ, φησιν, ἐγενόμην τοῖς ἐν πολέμῳ πληγεῖσι καὶ ἀπερριμμένοις εἰς τάφους, ὧν τέως οὐ μέμνησαι οὐδὲ ἐθέλεις ἵνα ζῶσιν.

7. Posuerunt me in lacu * infimo, in tenebrosis, & in vmbra mortis.

* Vulgata inferiori,

Tenebras appellat calamitates, & vmbram mortis pericula. Dicit igitur quòd in extremis sit.

ζʹ. Ἔθεντό με ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, ἐν σκοτεινοῖς, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου.

Σκότος καλεῖ τὰς συμφοράς, καὶ σκιὰν θανάτου τοὺς κινδύνους. Λέγει οὖν ὅτι ἐν ἐσχάτοις ἐστίν.

8. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes * elationes tuas induxisti super me.

* Vulgata fluctus tuos

DIAPSALMA.

Elationes dicit quasi in mari procelloso: sic, inquit, furor tuus inundat me violenter.

ηʹ. Ἐπ᾽ ἐμὲ ἐστηρίχθη ὁ θυμός σου, καὶ πάντας τοὺς μετεωρισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ᾽ ἐμέ.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Μετεωρισμοὺς ὡς ἐπὶ θαλάσσης λέγει χειμαζομένης· οὕτως, φησίν, ὁ θυμός σου ἐπικλύζει με σφοδρῶς.

9. Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.

Sed & si quis, inquit, hactenus vel videre me, vel boni quidpiam de me sperare dignatus est, illi modò me fugiunt, res meas penitus desperatas esse iudicantes.

θʹ. Ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἔθεντό με βδέλυγμα ἑαυτοῖς.

Ἀλλὰ καὶ εἴ τις, φησί, πρὸ τούτου ἢ ἰδεῖν με ἠξίου, ἢ ἐλπίζειν τι χρηστὸν περὶ ἐμοῦ, οὗτοι νῦν ἀποφεύγουσί με ἀνελπιστίαν παντελῆ μου καταψηφιζόμενοι.

Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei * infirmati sunt præ inopia.

* Vulgata languerunt

Nam tamquam in carcere, inquit, malis eram inuolutus, & vndique inextricabilia videbantur esse mala; & ad hæc, inquit, præ multis lacrymis diffluit visus meus propter inualescentem malorum experientiam.

Παρεδόθην καὶ οὐκ ἐξεπορευόμην, οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας.

Ὡς γὰρ ἐν εἱρκτῇ, φησι, τοῖς κακοῖς ἀπειλημμένος ὑπῆρχον, καὶ πανταχόθεν ἀδιεξόδευτά μοι ἐνενόουν τὰ κακά· καὶ πρὸς τούτοις, φησίν, ὑπὸ τῶν πολλῶν δακρύων διερρύηκέ μοι τὸ ὁρατικόν, διὰ τὴν ἐπικρατήσασαν τῶν κακῶν εἴδησιν.

10. Clamaui ad te Domine totâ die: expandi ad te manus meas.

Ob hanc igitur, inquit, causam, & cogitationes, & manus assiduè ad te extendo, hæc dicens:

ιʹ. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ κύριε ὅλην τὴν ἡμέραν, διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μου.

Διὰ ταύτην οὖν, φησι, τὴν αἰτίαν, καὶ τοὺς λογισμούς, καὶ τὰς χεῖρας διαπαντὸς πρὸς σὲ ἀναπετάννυ ταῦτα λέγων.

11. Numquid mortuis facies mirabilia? aut Medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Mortuis nulla prodest medicina.

Sicut enim mortuis, inquit, ampliùs nihil

ιαʹ. Μὴ τοῖς νεκροῖς ποιήσεις θαυμάσια; ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι, καὶ ἐξομολογήσονταί σοι;

Ὡς γὰρ νεκρούς, φησιν, οὐκέτι οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ τέχνη

ἡ σύγχυσις ἡ ἰατρικὴ, οὕτως οὐδὲ ἡμᾶς ἀποθανόντας αἱ εὐποιΐαι σου αἰσθητῶς παρασκευάσουσι.

ιβ΄. Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τῷ τάφῳ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῇ ἀπωλείᾳ;

Τὸ αὐτὸ λέγει ὅτι οὐκ ἔστιν αἴσθησις τοῖς κειμένοις, οὐδὲ δύνανται διηγεῖσθαι ἃ ἀπολαύουσι. τὸ ἔλεος δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν συνήθως τὴν φιλανθρωπίαν λέγει τὴν ἀληθινήν.

ιγ΄. Μὴ γνωσθήσεται ἐν τῷ σκότει τὰ θαυμάσιά σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ;

Γῆν ἐπιλελησμένην καλεῖ τὴν τῶν νεκρῶν.

ιδ΄. Κἀγὼ πρὸς σὲ κύριε ἐκέκραξα, καὶ τὸ πρωῒ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε.

Διὰ τοῦτο οὖν, φησι, κἀγὼ δέομαι ταχέως τυχεῖν τῆς φιλανθρωπίας.

ιε΄. Ἵνα τί κύριε ἀπωθεῖς τὴν προσευχήν μου, ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ;

Ἕως οὖν ποτέ, φησι, δέσποτα ἐπιτείνεις μοι τὰ κακά;

ις΄. Πτωχός εἰμι ἐγὼ καὶ ἐν κόποις ἐκ νεότητός μου.

Οὐδὲ γὰρ ἀγνοεῖς, φησι, δέσποτα ὅσας ὑπέμεινα θλίψεις ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον πραγμάτων. νεότητα γὰρ καλεῖ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ λαοῦ διαγωγήν.

Ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην.

Εἰ γὰρ καὶ πρὸς ὀλίγον με, φησὶν, ὑψώσας ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου, ἀλλὰ τὸ νῦν μοι πτῶμα χαλεπώτερον συμβέβηκεν. Οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον ἐκ τοῦ ἴσου πεσεῖν, καὶ ἀπὸ ὑψώματος πλείονος.

ιζ΄. Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον αἱ ὀργαί σου, οἱ φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με.

Ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἐν ταύτῃ τῇ αἰχμαλωσίᾳ τὸ πλῆθος τῆς ὀργῆς σου ἐξήντλησα, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον τῶν ἐπικειμένων κακῶν, τὰ προσδοκώμενα φοβοῦμαι.

ιη΄. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ ὕδωρ· ὅλην τὴν ἡμέραν περιέσχον με ἅμα.

prodest ars medica, sic neque nobis iam defunctis beneficia tua sensum vllum conferunt. PARAPHRASIS ANONYMI.

12. Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?

Idem dicit, quòd defunctis non sit sensus, neque possint enarrare quæ consequantur. Misericordiam autem & veritatem more solito vocat veram benignitatem.

13. Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?

Terram obliuionis appellat mortuorum.

14. Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.

Propter hæc igitur, inquit, etiam ego rogo vt citò clementiam impetrem.

15. Vt quid Domine repellis orationem meam; auertis faciem tuam à me?

Vsquequò igitur, inquit, Domine intendis mihi mala?

16. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute meâ.

Non enim ignoras, inquit, Domine quantas sustinui tribulationes ex ijs quæ in Ægypto gesta sunt. Iuuentutem enim appellat populi in Ægypto commorationem.

Exaltatus autem humiliatus sum, & * confusus. * Vulgata conturbatus.

Etsi enim ad modicum me, inquit, exaltaueris dum ex Ægypto reduxisti, attamen præsens casus mihi molestior accidit. Non enim æquale est ex plano, atque ex editiori loco decidere. Grauius ex alto lapsus.

17. In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Ecce enim, inquit, in hac captiuitate multitudinem iræ tuæ exhausi, & quod ingruentibus malis molestius accidit, ventura metuo.

18. Circumdederunt me sicut aqua: totâ die circumdederunt me simul.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. Et sicut, inquit, is qui in aquam immersus est, vndequaque habet aquam sibi appropinquantem: sic etiam ego, inquit, malis circumdatus sum, & contineor.

19. Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria.

Nam propter miseriam, inquit, quæ me tenet, etiam amici & cognati atque aliàs noti omnes me fugiunt, & auersantur.

Καὶ καθάπερ, φησὶν, ὁ βεβαπτισμένος ἐν ὕδατι πανταχόθεν ἔχει τὸ ὕδωρ προσεγγίζον αὐτῷ, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐγώ φησιν, ἀπὸ τῶν κακῶν κεκύκλωμαι καὶ συνέχομαι.

ιθ΄. Ἐμάκρυνας ἀπ᾽ ἐμοῦ φίλον καὶ πλησίον, καὶ τοὺς γνωστούς μου ἀπὸ ταλαιπωρίας.

Ἀπὸ γὰρ τῆς ταλαιπωρίας, φησὶ, τῆς περιεχούσης με, καὶ οἱ φίλοι καὶ οἱ συγγενεῖς καὶ οἱ ἄλλως γνώριμοι πάντες με ἀποφεύγουσι, καὶ ἀποστρέφονται.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

2. DOMINE DEVS SALVTIS MEÆ.] Id est, Qui in omni periculo admirabilem salutem præbes, assiduè clamans obsecro te vt preces meas admittas, & aurem tuam inclines mihi. Deinde rationes adfert ob quas audiri postulet. Quia similis factus sum ijs qui in inextricabile ærumnarum profundum incidunt. Et sicut homo nullibi opem aut spem habens, inter mortuos liber ab omni quodammodò expectatione boni liberatus sum, atque omnia mihi desperata sunt, non secùs ac mortuis. Secundùm intelligentiam autem dixeris Christum quidem æstimatum esse cum descendentibus in lacum, manere autem inter mortuos liberum à mortalitate. Non enim habuit peccatum, quod eum morti subijceret; quapropter etiam dixit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterùm sumendi eam,* qui & infirmatus est propter peccata nostra. Ceterùm pro *sicut vulnerati* Aquila quidem *similiter interfectis*, Symmachus verò *sicut confossi*: quod vtiq; etiam impletum est cùm lanceâ militari latus eius compungeretur. Ceterùm quòd vulneratus quidem & in sepulchro commorantibus similis fuerit, declaratur, sed ibi non subsistit. subiungit enim: *Quorum non es memor ampliùs*. Siquidem post mortem in sepulchris remanserunt puluis & terra, mei autem, inquit, post obitum memor fuisti, & me resurrectione ac vita dignatus es. Ceterùm Propheta rogans ait ipsum factum quasi hominem ope destitutum. Illud autem *factus sum*, & post illud, *Sicut vulnerati*, idem est ac si dicat: *Factus sum sicut homo sine adiutorio; factus sum sicut*

Christus erat inter mortuos liber.

Ioan. 10, 18.

Propheta conqueritur se omni ope destitutum.

β΄. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΗΣ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΜΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ, ὁ ἐν παντὶ κινδύνῳ παράδοξον διδοὺς σωτηρίαν, διηνεκῶς σοι κράζων ἀντιβολῶ δεχθῆναί μου τὴν ἱκεσίαν, καὶ ἐπικλῖναί μοι τὸ σὸν οὖς. Εἶτα τὰς αἰτίας λέγει δι᾽ ἃς ἀκουσθῆναι παρακαλεῖ. Ὅτι ὅμοιος ἐγενήθην τοῖς εἰς βάθος ἐμπίπτουσι συμφορῶν ἀδιεξόδων. καὶ ὡς ἄνθρωπος οὐδαμόθεν ἔχων βοήθειαν ἢ ἐλπίδα ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, οἷον τῆς προσδοκίας τι χρηστὸν, ἠλευθέρωμαι, καὶ ἀνέλπιστά μοι πάντα ἐστὶ πανταχόθεν, ὡς τοῖς οὖσιν ἐν νεκροῖς. Κατὰ διάνοιαν δὲ εἴποις ἂν λελογίσθαι μὲν τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον, μεῖναι δὲ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον νεκρότητος. Οὐ γὰρ ἔχει ἁμαρτίαν κατοχοποιοῦσαν αὐτὸν τῷ θανάτῳ· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν. ὃς καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Ἀντὶ δὲ τοῦ ὡσεὶ τραυματίαι ὁ μὲν Ἀκύλας ὁμοίως ἀνῃρημένοις, ὁ δὲ Σύμμαχος ὡσεὶ τετρωμένοι. ὃ δὴ καὶ ἐπληροῦτο τῇ στρατιωτικῇ λόγχῃ νυγῆναι αὐτοῦ τὴν πλευράν. Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν τραυματίαις καὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τάφῳ ὅμοιος γέγονε σαφῶς παρίσταται· ἀλλ᾽ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται. ἐπιφέρει γάρ· ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι. οἱ μὲν γὰρ μετὰ θάνατον τοῖς τάφοις ἐναπέμειναν κόνις καὶ γῆ, ἐμοῦ δὲ, φησὶ, μετὰ τὴν κατάθεσιν ἐμνήσθης, καὶ ἀναστάσεως καὶ ζωῆς ἠξίωσας. Ὁ μέντοι προφήτης εὐχόμενος λέγει γενηθῆναι αὐτὸν ὡσεὶ ἄνθρωπον ἀβοήθητον. τὸ ἐγενήθην καὶ μετὰ τοῦ ὡσεὶ τραυματίαι ἓν ἐστι· ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐγενήθην ὡσεὶ

τραυματίαι καθεύδοντες. βούλεται δὲ διὰ τούτων πάντων σημαίνειν, ὅτι ἐγυμνώμην πάσης προνοίας καὶ κηδεμονίας ἐστερημένος, καίτοι μήπω τῷ θανάτῳ δεδουλωμένος, ἀλλὰ καὶ ὡσεὶ τραυματίαι ἐγενόμην, ὡς οἱ ἤδη τῷ πάθει παραδιδόμενοι, οἳ καὶ δοκοῦσιν ἀπωσθῆναι τῆς σῆς προνοίας. καὶ τὸ ἐν λάκκῳ δὲ ἔθεντο, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν λάκκῳ· διὸ ἐπάγει ἐν σκοτεινοῖς, σκότος λέγων τὰς συμφοράς, καὶ σκιὰν θανάτου τοὺς κινδύνους. οἷον λέγων ἐν ἐσχάτοις κακοῖς εἰμί.

ΑΛΛΟΣ. Ὁ μὲν Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ ἔθεντο, ἔθου με φησίν· ὁ δὲ Σύμμαχος ἔταξάς με· ὃ παραστατικόν, τῷ νεύματι τοῦ πατρός· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς εἰς ᾅδην ἐλθεῖν τὸν Χριστόν. Ἀντὶ δὲ τοῦ σκιᾷ θανάτου ὁ μὲν Ἀκύλας ἐν βυθοῖς, ὁ δὲ Σύμμαχος ἐσκεπασμένον. ἡ δὲ ε΄ ἐν καταδύτοις, ἅπερ αὐτοῦ τὸν ἀληθῆ παρίστησι θάνατον. εἰ γὰρ καὶ τὸν παρόντα βίον, σκιὰν θανάτου τῇ γραφῇ ἔθος καλεῖν μὴ ὑποπτεύσῃς, μὴ ἐν θανάτῳ αὐτὸν γεγονέναι. γέγονε γὰρ καὶ δῆλον ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι ἐν βυθοῖς καὶ καταδύτοις αὐτὸν τοῦ θανάτου γεγονέναι.

η΄. ΕΠ ΕΜΕ ΕΠΕΣΤΗΡΙΧΘΗ Ο ΘΥΜΟΣ ΣΟΥ.] Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως, Ἐμοὶ ἐπέβρισεν ὁ θυμός σου, καὶ ταῖς καταιγίσι σου ἐκάκωσάς με. μετεωρισμοὺς δὲ ὡς ἐπὶ θαλάσσης κυμαινούσης λέγει. οὕτω, φησίν, ὁ θυμός σου ἐπικλύζει με σφοδρῶς.

ΑΛΛΩΣ. Ὁ τοῦ θεοῦ θυμὸς ἐοικὼς πυρὶ τροφὴν καὶ ὕλην ἔχει τὰ ἁμαρτήματα. Ἐφ' ὅσον ἂν ὑφέστηκε ταῦτα, καὶ αὐτὸς ἐνεργεῖ, ἀναλισκομένων δὲ συναπέρχεται καὶ αὐτός. διὸ καὶ ὁ σωτὴρ ὑπέβαλεν ἑαυτὸν τῷ τοῦ θεοῦ θυμῷ τῷ κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων ἀνομημάτων ἐπιστηριχθέντι ἐπ' αὐτὸν καὶ μηκέτι κινουμένῳ, ἢ ἐνεργοῦντι τῷ μὴ εὑρίσκειν ὕλην ἐξ ἧς τραφήσεται, διὰ τοῦτο καὶ σβεσθέντι. Μετεωρισμοὺς δὲ τοὺς πειρασμοὺς λέγει καὶ τὰς θλίψεις. τὸ δὲ ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου τοιοῦτον. καὶ εἴ τις μέ, φησιν, εἰδέναι προσεποιεῖτο, ἢ χρηστόν τι ἤλπιζε παρ' ἐμοῦ, καὶ οὗτοι νῦν ἀποφεύγουσί με ἀνελπιστίαν μου καταψηφιζόμενοι, λέγοντες ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. Ταῦτα δὲ ἔφασκον διότι ἔρημος γέγονα, καὶ γνωστῶν καὶ συγγενῶν, καὶ ὡς ἐν εἱρκτῇ τοῖς κακοῖς ἀπειλημμένος καὶ πανταχόθεν ἔχων ἀδιεξόδευτα τὰ κακά. ἐκ δὲ τοῦ Δαβίδ· θλίψεσι παραδιδομένος οὐκ εἶχον ἀπαλλαγὴν

vulnerati dormientes. Vult autem per hæc omnia significare. q. d. Omni prouidentiâ & curâ priuatus sum, licet necdum mortis seruituti traditus. Quin etiam factus sum sicut vulnerati qui pridem passioni traditi, & à prouidentia tua repulsi videntur. Quin & in lacu posuerunt, id est, quasi in lacu; quocircà subiungit: *In tenebris*, tenebras appellans ærumnas: ac si dicat, In extremis malis versor. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Tenebræ sunt symbolum ærumnarum.

ALIVS. Aquila quidem pro *posuerunt*, *posuisti me*, inquit: Symmachus verò, *constituisti me*: quod designat nutu Patris, & non simplici ratione Christum ad infernum venire. Pro *vmbra mortis* verò Aquila quidem *in fundis*, Symmachus autem *obumbratum*. Quinta vero editio *in interioribus*, quæ veram eius mortem declarant. Etsi enim præsentem vitam Scriptura mortis vmbram appellare soleat, ne arbitreris ipsum in morte non fuisse. Fuit etenim, vti manifestum est ex eò quòd dictum est in fundis & interioribus mortis ipsum extitisse.

8. SVPER ME CONFIRMATVS EST FVROR TVVS.] Symmachus autem sic exponit, *Super me irrupit furor tuus, & procellis tuis afflixisti me.* Elationes autem quasi maris procellosi dicit. Ita, inquit, vehementer in me exundat furor tuus.

ALITER. Furor Dei similis est igni pro nutrimento & pabulo habens peccata. Quamdiu igitur ista subsistunt etiam ipse vim suam exerit; illis verò absumptis, simul ipse desinit. Quapropter etiam Saluator semetipsum obiecit iræ Dei, quæ erat contra hominum delicta confirmata super ipsum, & ampliùs non mouebatur neque operabatur, eò quòd non reperiret materiam quâ foueretur, atque ideò extinguebatur. Elationes autem dicit tentationes & afflictiones. Illud autem, *Longè fecisti notos meos* est istiusmodi. q. d. Si quis ante me nosse simulabat, vel boni quidpiam de me sperabat, etiam illi nunc à me fugiunt, rem meam desperatam arbitrantes, ac dicentes: *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.* Hæc autem dicebant, quia desertus eram à notis & cognatis, & quasi in carcere malis implicatus atque vndequaque inextricabilibus malis circumdatus. Ex persona verò Dauidis; afflictionibus obrutus ab iisdem

Furor Dei similis est igni: eius pabulum sunt peccata.

Luc. 24, 21.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

19. ELONGASTI A ME AMICVM.] ATHANASII. Miseriam appellat tempus passionis. Dicit igitur quomodo sub passionem & amici & noti ipsum deseruerint. Cùm autem Patri *factus sit obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*, in cruce autem à discipulis derelictus fuerit, idcircò dicit Patrem eius amicos & notos elongasse.

Christus ab omnibus in passione desertus. Philip. 2.

HESYCHII. Dicit Iudam & Iudæos à miseria, siue quam ipse sustinuit, siue quâ ipsimet peccatores afficiuntur. Ceterùm Iesus

mise-

ANNOTATIONES CORDERII. miseriam assumpsit, cùm personam gereret hominis dicentis: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* (Rom. 7, 24.) Noti autem eius, vt dixi, erant illi de circumcisione. Iudas verò amicus erat vnus ex illis qui ab ipso audi- (Luc. 12, 4.) uerant: *Dico autem vobis amicis meis.* Item: (Ioan. 15, 15.) *Vos autem dixi amicos, quia omnia Patris mei nota feci vobis.*

Didymi. Deplorabat igitur, videns non procul à Iudæis abesse venturam iram, per quam omnem eorum gloriam perdidit (2. Cor. 8, 9.) post salutarem passionem, dum ipse egenus factus est, vt illius inopiâ nos diuites essemus, (Matth. 11, 29.) in laboribus versatus est, iuxta illud, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* & illud: (Phil. 2, 7.) *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.*

πρόσωπον φέρων τοῦ λέγοντος ἀνθρώπου· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Γνωστοὶ δὲ ἦσαν οἱ ἐκ περιτομῆς ὡς ἔφην αὐτοῦ. Ἰούδας δὲ φίλος εἷς ἦν τῶν ἀκουσάντων παρ᾽ αὐτοῦ· ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς φίλοις μου. καὶ· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα τοῦ Πατρός ἐγνώρισα ὑμῖν.

Διδυμου. Ἀπωδύρετο τοίνυν, ὁρῶν τὴν οὐκ εἰς μακρὰν ἐλευσομένην τοῖς Ιουδαίοις ὀργὴν, δι᾽ ἧς πᾶν αὐτοῖς ἀπωλώλει σεμνὸν μετὰ τὸ σωτήριον πάθος, τοῦ πτωχεύσαντος, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν, καὶ γεγονότος ἐν κόποις· κατὰ τὸ, Μάθετε ἀπ᾽ ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. καὶ τὸ· ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών.

ANNOTATIONES CORDERII.

QVID sibi velit in titulo vox *Maëleth* ad Psalmum 52. exposuimus in Annotationibus. Plura qui volet, consulat Lorinum nostrum ad hunc & istum Psalmum. Symmachus pro ὑπὲρ Μαελέθ dixit διὰ χοροῦ, *Per chorum*; alias, διχόρου, *duplicis chori*: Aquila autem, ἐπὶ χορείᾳ, *super choream*. Argumentum Psalmi est querimonia hominis extremè afflicti, v. g. Christi patientis, vti S. Hieronymus & Augustinus docent.

Conspectus Dei duplex.

3. *Intret in conspectu tuo oratio mea.*] Nota conspectum Dei dupliciter sumi posse, scilicet pro simplici visione, & pro approbatione. Primo modo omnia sunt in conspectu Dei tam bona quàm mala: quantum ad secundum modum mala non sunt in conspectu eius, sed solùm illa quæ approbat. Orationem ergo intrare in conspectu Dei nihil aliud est, quàm Deo esse gratam, acceptam, placitam. Et hoc est quod hîc Glossa ait: *Ingressus orationis in conspectu Domini approbatio eius est; inclinatio autem auris Dei ad preces nostras est misericors eius exauditio* Qui enim aliquem vult exaudire, porrigit ei aurem; sed ab illo quem non vult exaudire se auertit. Rogat itaque Deum, vt aurem inclinet ad precem suam, id est, vt benignè & clementer petitioni suæ condescendat & annuat. Hîc autem Glossa notat magnam virtutem orationis dicens: *Virtus magna puræ orationis hic notatur, quæ quasi quædam persona ad Deum intrat, & mandatum peragit, quò caro peruenire nequit.*

Quid sit orationem intrare in conspectu Dei.

Quomodo hoc loco intelligendū illud inter mortuos liber.

5. *Inter mortuos liber.*] Ob hanc partem potissimùm plerique hunc Psalmum de solo Christo accipiendum putant, quòd hic solus dicere possit, se liberum esse inter mortuos, eò quòd inter eos existens, mortis vinculis alligatus & detentus non fuerit, sed liberam habuerit facultatem vitam resumendi. Verùm hic sensus etsi pijssimus, solique Christo conueniens, non videtur esse sensus proprius huius loci, vti benè Iansenius animaduertit. In hoc enim sensu hæc verba non calamitatem, sed felicitatem loquentis explicant; cùm tamen omnia, tam præcedentia quàm sequentia miseriam loquentis significent. Itaque potiùs videtur sensus Græcæ Paraphrasis amplectendus, secundùm quem is qui loquitur non dicit se esse liberum inter mortuos, siue à mortis vinculis absolutum, sed esse similem ipsis mortuis, qui nullam opem humanam ampliùs sperant, & ab omni expectatione boni liberati sunt: quod idem est atque omnia esse desperata. Dicunt autem Hebræi mortuos homines liberos esse, quomodo nos eos dicimus defunctos; scilicet quia defuncti sunt, & destituti hac vitâ & officijs eius. Sic apud Iob seruus in morte dicitur esse liber à Domino suo: quo loco eadē est dictio Hebręis quę hoc loco, vt Iansenius hîc annotauit.

Hebræis liber idem est quod defunctus.

6. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchro.*] Vulgata *in sepulchris*, numero plurali, cùm in Græco & Hebræo & apud S. Augustinum sit numerus singularis: S. Hieronymus, *Sicut interfecti dormientes in sepulchro.* In Romano & apud Cassiodorum & Ambrosium legitur: *Dormientes proiecti in monumentis*: in editione Sixtina inseritur quoque ἐῤῥιμμένοι, *proiecti*: Apollinarius, Οἷά τε τρωθέντες ἀκήδεστοι ἀμφὶ τύμβους εὕδουσ᾽, *Quemadmodum vulnerati temerè proiecti & incurati circa sepulchra dormiunt*: Theodoretus ex Symmacho, ὡς οἱ τετρωμένοι, οἱ κείμενοι ἐν τάφῳ, ὧν οὐ μνημονεύεις (aliàs μνημονεύσεις) ἔτι· οἵτινες ὑπὸ τῆς χειρός σου ἐξετμήθησαν, *Sicut vulnerati, qui iacent in sepulchro, quorum non recordaris* (aliàs *recordaberis*) *ampliùs: qui quidem à manu tua excisi sunt*: Scholion ex Aquila, Ὁμοίως ἀνῃρημένοις, *Similiter atque illi qui sublati sunt*, siue *interfecti*. Hi sunt quos violenta & sanguinaria mors traxit subitò ad sepulchrum.

7. *Posuerunt me in lacu infimo.*] Vidit S. Augustinus ita vertendum esse, quod Græcè est κατωτάτῳ; tamen & hic & alibi apud Latinos est *inferiori*: S. Hieronymus, *Posuisti me in lacu nouissimo.*

8. *Su-*

8. *Super me confirmatus est furor tuus.*] Græcè ὁ θυμός σου. Putat S. Augustinus θυμὸν meliùs verti *indignationem* quàm furorem; quòd furor apud Latinos non soleat esse sanorum: sed vsus obtinuit, vt Deo etiam tribueretur: S. Cyprianus *animationem* solet dicere: Symmachus, Ἐπ᾽ ἐμὲ ἐπέβαινεν (aliàs ἐπεστήριζεν) ὁ θυμός σου, καὶ τοῖς καταιγίσι σου ἐκάκωσάς με, *In me irrupit atque incubuit furor tuus, & procellis tuis afflixisti me.*

9. *Longè fecisti notos meos à me.*] Conqueritur se à familiaribus & notis derelictum, quæ miseris solet esse pœna maxima. Idem quoque Iob

Iob 6. *Amicos probat aduersitas, non prosperitas.*

conquerebatur dicens: *Fratres mei præterierunt me.* Quod notans S. Gregorius lib. 7. Moralium cap. 11. ait: *Plerumque ipsi nos miseros insequuntur qui felices sine comparatione coluerunt. Cùm enim quis positus in prosperitate diligitur, incertum valdè est, vtrùm prosperitas vel persona diligatur; amissio autem prosperitatis interrogat vim dilectionis. Vnde benè quidam sapiens dixit,*

Eccli. 12, 8.

Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus: nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat: quia ille sæpè prosperitatis nostræ reuerentiâ tegitur, & iste ex confidentia aduersitatis aperitur. Quia nimirum, qui in aduersitate proximum despicit, apertè conuincitur, quia & hunc in prosperis non amauit, &c. Sic Christi passi dolorem accumulauit discipulorum dispersio, quando scilicet videntes Christum ligari, qui promiserant vsque ad mortem constanter pro ipso certare,

Matth. 26, 56.

omnes relicto eo fugerunt, vt Euangelista testatur.

IBIDEM. *Traditus sum, & non egrediebar.*] S. Hieronymus ait, *Clausum & non prodeuntem*, subaudiendo *posuisti me*. Quod Titelmannus explicat tantâ repletum esse confusione, vt clausus domi non sit ausus prodire in publicum. Hoc

Christus etiam in tormentis à statu felicitatis minimè excidit.

sublimiori sensu de Christo Domino exponit Ambrosius, vt qui transiturus ad Patrem per crucem & passionem, tamen neque à beatitudinis statu, quem eius sanctissima anima obtinebat, neque ab vnione hypostatica, quâ corpus & anima cum diuino verbo nectebantur, emigrauerit: *Cùm*, inquit, *descendisset in terras, vt crucifigeretur, vt sepeliretur, non emigrauit à Patre, sed in Patre mansit: nec deposuit quod erat, sed reseruauit: nec desiit esse in Dei forma, sed perseuerauit: non imminutâ per susceptionem corporis Dei gloriâ, sed manente, triumphum acquisiuit, potentiam non amisit.* Quid hoc statu firmius, quid munitius potest excogitari, quem tot opprobria, tot vulnera, tot cruciatus, ipsa denique mors, non quidem repulsa, sed libenter suscepta, non expugnarunt? In media omnium ærumnarum & laborum procella summa illa felicitas

Dan. 7, 14.

immobilis & inexpugnabilis perseuerâuit. *Potestas eius*, inquit Propheta, *potestas æterna, quæ non auferetur, & Regnum eius quod non corrumpetur.* Denique S. Gregorius lib 22. Moralium cap. 17. hunc Psalmi versum sic exponit: *Posuerunt me abominationem sibi*; id est, Abominati sunt me, & me dicterijs impetierunt. *Traditus sum*, id est, multa mihi mala inferebant. *Et non egrediebar*; id est, omnino silebam, neque quidquam in medium adferebam, quò accusationem depellerem, sed meâ contentus innocentiâ, quid alij de me suspicarentur non curabam.

ANNOTATIONES CORDERII.

Confirmat rem facto Christi Domini, qui accusatus apud Pilatum omnino sustinuit, neque falsam depulit accusationem, ita vt miraretur Pilatus vehementer, quòd tam multis accusatus & impetitus calumniam non propulsauerit.

10. *Clamaui ad te Domine totâ die: expandi ad te manus meas.*] Hoc modo etiam dispungit Vulgatus. S. Augustinus verò illud *totâ die* ad subsequentem retulit sententiam, non ad antecedentem, hac ratione, *Clamaui ad te: totâ die expandi ad te manus meas.* Ceterùm siue vno siue alio modo legas, idem sensus est. q. d. Non intermisi studium & curam mihi iniunctam circa salutem animarum; sed hanc curam vsque ad vltimum spiritum protraxi. Quem sensum reddit S. Augustinus his verbis: *Proinde conuenienter per extensas manus totâ die continuationem bonorum operum intelligere possumus, à quorum numquam intentione cessauit.*

11. *Numquid mortuis facies mirabilia.*] Vt scilicet rursus huius vitæ corporalis actiones habeant, teque palàm celebrent. Loquitur enim de reuocatione mortuorum ad hanc vitam mortalem, ad quam nemo resurgit nisi per miraculum, vt Lazarus Ioannis 11. filij Sarephtanæ & Sunamitidis 3. Reg. & 4. Alioquin spiritualiter id diuino præsidio freti, quod humanitus consequi non potuissent,

Spirituales Medici sæpè secundum spiritum mortuos ad vitam reuocant.

Æsculapij nostri faciunt, vt gratiâ, tamquam animâ & vitâ spoliati, iterùm ad beatam vitam excitentur. Ideoque negat Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 79. Coi Medici consilium illud sequendum, Κακοπραγοῦσι μὴ ἐγχειρεῖν, *Incurabili morbo laboranti non esse manum admouendam.* Incurrunt in oculos eorum hominum greges quotidie, qui cùm multum in malitia tempus inueterauissent, more serpentis venenosâ pelle exuti, positisque nouis exuuijs ad cælestem vitæ rationem vertuntur. Vnde serpens in arcanis sapientum mysterijs dominantis & victricis medicinæ symbolum fuit. Peritè doctissimus Theodoretus lib. 8. Græcanicarum affectionum, *Draconem signum esse artis medicæ affirmatis: sicut enim serpens vetustatem seniumque deponit, ita qui ægroti sunt ope artis medicæ morbos deponunt.* Atque huc fortè collineans Magnus Basilius Hom. 21. cum de Sacrarum Litterarum medicina loquitur: *Quisque*, inquit, *peccatum veluti serpens senectutem exuens, sic affectibus spoliatus iustitiamque indutus redeat, alius ex alio factus.*

IBIDEM. *Aut Medici suscitabunt.*] S. Hieronymus vertit, *Aut gigantes suscitabunt.*

Hebraicè Medici & gigantes idem sonant.

vtramque lectionem retinet S. Augustinus, & factâ comparatione Medicorum ad gigantes, ad rem moralem locum ita traducit: *De vocis*, inquit, *similitudine, quâ in Hebræa lingua gigantes & Medici penè eodem modo sonant, & exiguâ differentiâ distinguuntur non errore, sed potiùs occasione, quomodo isto loco accipiendi essent gigantes, significare voluerunt. Si enim superbos gigantium nomine insinuatos intelligamus, de quibus ait Apostolus: Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi?* 1. Cor. 10, 20.
Non fuit incongruum eosdem Medicos nuncupare, velut per artem suam promittentes animarum salutem. Contra quos dicitur: Domini est salus. Psal. 3.
Si autem in bono acceperimus gigantes, quia & de ipso Domino dictum est: Exultauit vt gigas ad currendam viam Psal. 18.
(vt qui ita sit gigas gigantum magnorum, scilicet &

for-

ANNOTATIONES CORDERII.

Rom. 11.

fortissimorum, qui in eius Ecclesia spiritali robore excellunt; sicuti est mons montium, & sanctus sanctorum) non est absurdum, vt ijdem ipsi magni & fortes etiam Medici vocentur. Vnde dicit Apostolus Paulus: Si quo modo æmulari potero carnem meam, vt saluos faciam aliquos ex illis. Sed etiam tales Medici quamuis non de suo curent, (quia nec Medici corporis curant de suo) tamen quantumlibet per fidele ministerium opitulentur saluti, viuentes curare possunt, non mortuos excitare: de quibus dictum est: Numquid mortuis facies mirabilia? Nimis enim occulta Dei gratia est, quâ hominum mentes quodammodò reuiuiscunt, vt possint à quibuslibet eius ministris præcepta sanitatis audire. Quam gratiam commendat in Euangelio Dominus dicens: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum. Vbi S. Doctor pulchrè ostendit, quomodo Medici, qui spiritualibus animi morbis medentur, & pellendis è mente mysticis ægritudinibus incumbunt, etiamsi gigantes fuerint, id est, etiamsi virtute, mente & arte plurimùm valeant, non tamen suscitabunt eos quibus medentur; id est, nihil prorsus efficient, nisi Dei fauor affulserit. Vt enim Medici corporales quantauis artis peritiâ polleant, omnino non possunt hominem vitâ functum ad communes auras reuocare; non aliter spirituales Medici hominem peccato mortuum ad vitam reuocare non valent, nisi Dei gratia aspirauerit.

Medici spirituales nil valent sine gratia Dei.

Ioan. 6, 44.

Terra obliuionis quæ.

13. *In terra obliuionis.*] Id est, in *orco*: vbi obliuioni traduntur qui illic sunt: in quo Deus impiorum obliuiscitur, neque eorum recordatur vt liberet. Vel *in sepulchro*, quoniam mortuorum memoria citò apud homines interit. Adde omnium rerum memoriam illic amitti; quoniam cadauer in eo situm animo caret. Sed malo infernum animarum locum innui, in quo & Poëtæ Lethen fluuium constituebant: λήθη autem est *obliuio*. ita Genebrardus.

Matutinæ orationis vis & vtilitas.

14. *Et manè oratio mea præueniet te.*] Alludit ad matutinam precem, quæ à viris sanctis semper habita est omnium solemnissima, Deoque gratissima, & simul oranti vtilissima. Fuit ea pijssimi Dauidis consuetudo, vt manè quotidie in oratione lucem præueniens, operum suorum primordia Deo consecraret. Quem imitatus D. Ambrosius, id consilium dabat omnibus lib. 3. de Virginitate dicens: *Primitias vigiliarum tuarum Christo dicato, primitias actuum tuorum Christo immola.* Vt nimirum cum primitias illas promptus animus piusque obtulerit, liberalissimus Deus inuitetur, vt copiosius dona sua communicet, & sustentet humanam imbecillitatem. Ita Iacob cum Deo luctans (quæ res magnis plena mysterijs est) in aurora illius benedictionem extorsit; quâ deinde fretus, omnium inimicorum vim superauit. Eam luctam alij alio modo doctissimi viri intelligunt. Ego aliud nihil fuisse dixerim, nisi ardentis & deuoti animi cum Numine coniunctionem, quæ per motum religiosæ voluntatis Deum venerantis orantisque in aurora, primo diluculo ante alias omnes actiones fieri solet. Sic ore magno sapientia ipsa denuntiat inuentum iri se ab ijs qui summo manè ipsam quæsierint, hoc est, qui statim vt euigilant ad Deum cogitationem referunt. Quod vt generi mortalium suaderet, diuinum quiddam atque mirabile olim Deus machinatus est, ac velut clarâ & insigni picturâ voluit exprimere. Aureum id Emblema Auctor libri Sapientiæ bono in lumine collocauit, & magnificè exposuit, cùm animaduertisset Manna Hebræis diuinitus concessum eiusmodi fuisse, vt cùm nulla flammæ vi posset consumi, solis tamen vel tenuibus radijs liquefieret, *Vt notum*, inquit, *omnibus esset, quoniam oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.* Ad quem locum opinor respiciens D. Athanasius eleganter illud protulit: *Magnum certaminis decus & gloriandum est, τὸ ἐκ τῆς κοίτης, à lecto ipso, Deo sistere seipsum, & præuenire in gratiarum actione Solem.* Vide quæ superiùs ad Psalmi 62. ver. 1. annotauimus, & Tom. 1. ad Psal. 5. ver. 5.

Gen. 32.

Prou. 8, 17.

Sap. 16, 28.

16. *Et in laboribus à iuuentute mea.*] S. Hieronymus vertit, *Ærumnosus sum ab adolescentia mea*: sed in Hebræo, vt notat Genebrardus, maior est emphasis: *Exspirans sum à iuuentute mea*: vel, vt vertit Caietanus, *Obiens sum à puero*: Vatablus autem, *Animam ago ab adolescentia*: notatque vocem Hebraicam significare eum qui lentâ morte conficitur: vt lætitia oriendi, dolor moriendi, & iucunda aëris adspiratio, continua vitæ exspiratio esse videatur. Sancti Patres totum hunc Psalmum ad Seruatorem mundi Christum referunt, cui spirare exspirare fuit; quique verè dicere potuit: *Moriens sum à iuuentute mea*, à prima pueritia animam ago. Nam siquidem vltimo vitæ die crucem ligneam humeris suis tulit, nulla fuit dies, in qua non medio in animo suo crucem portaret, à teneris annis incommodis affectus, improborum hominum contumelijs appetitus, doloribus oppressus, tristi animâ vsque ad mortem. Suos pariter intelligere voluit, atque in animum inducere, hîc viuere, nihil esse aliud quàm mori, quàm ferre crucem, quàm miserijs & calamitate circumsideri, & eum esse felicissimum, qui quamprimum ab hoc duro & lacrymabili exilio euolauerit. De illo S. Ioannes Euangelij Scriptor memorabile quiddam meminit, & mysterio insigne, atque ad rem nostram explicandam & illuminandam opportunum. Nam cùm audisset Lazarum diem suum obijsse, lætitiam præ se tulit, & testatus perspicuè est se gaudere; cùm eumdem à mortuis excitauit, est collacrymatus. Causam proferunt consideratione dignissimam B. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. in Ioan. cap. 21. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 175. alijque, quòd mortuus velut à communi omnium naufragio in dulcissimæ quietis portum enauigasset; quod optabile bonum est, & omnibus gratulandum: sed deinde vitæ restitutus, ad pericula, & metuendos fluctus calamitatum, ad miseræ vitæ iactationem reuocabatur. Hinc Vates etiam Isaias cùm Christi natiuitatem celebrat, statim de morte & sepulchro eiusdem ingerit mentionem, à Genethliaco transiens in Epicedium, ab incunabulo desiliens in sepulchrum, à natalitijs cantilenis in funebres querimonias erumpens: nempe vt ostenderet, nullum esse inter natiuitatem mortalitatemque discrimen: & quemcumque maternus vterus effudit, eumdem proculdubiò terræ vtero seu sepulchro recipiendum. Quis ergo ab hac mortis sententia prouocabit, quam ne ipse quidem Christus Dominus euasit? Moriantur necesse est omnes qui nascuntur:

Vbi quis oritur moritur, & vbi respirare incipit, etiam incipit exspirare.

Christi vita tota in cruce & laboribus versata est.

Ioan. 11, 14. & 35.

Isa. 11.

Nihil inter natiuitatem mortalitatemq; interest.

Primus ad vitam ingressus est primus ad mortem gradus.

tur: imò primus ad vitam ingressus, & primus ad mortem cursus. Vnde alibi Dauid: *Ipse*, inquit, *reget nos in sæcula.* Vbi ex Hebræo legi potest, *in mortem*, vel, *in iuuentutem*: ac si mors & iuuentus nihilo distinguantur, sed inter se irreuocabili fœdere socientur.

Mala præsentia vehementer augentur ex futurorum metu.

17. *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.* Argutè ad hunc locum Baëza noster lib. 13. cap. 1. §. 11. Ecce, inquit, tibi non ipsa Dei ira turbat Dauidem, sed illum quasi indolenter pertransit; at dolor & turbatio ex socio terrore accrescit, & pungit animum. Vt peccatores perturbet & affligat Dei ira, non venit sola, sed metum futuri secum semper affert, quo exacerbatur malum, & quæ forsan sola ira esset de socio timore non ira dicitur, sed iræ. Inde dicebat D. Gregorius lib. 7. Moralium. cap. 3. *Interni quippe iudicis postquam iræ pertranseunt, etiam terrores perturbant; quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna ultione formidamus.* Non esset Dei ira, quæ sine timore futuri pertransiret; sed tunc ira Dei, imò non ira, sed iræ multæ & grauissimæ dicuntur pertransire, cùm in præsenti malo futurum formidamus. Nouerat id S. Iob dum lethalem morbum ex solo iudicij timore æstimabat inquiens: *Ecce nunc in puluere dormiam; & si manè me quæsieris, non subsistam.* Fatetur se iam pulueri reddi, & nihilominùs solicitatur de inquisitione diuina, dum ait: *Si manè me quæsieris:* hoc est, Si lucernâ accensâ mea facta inuestigaueris. Hæc illi cura, hæc solicitudo, hic stimulus illum vehementer pungebat, etiam sub mortis falce constitutum. Ad quæ D. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 21. *Præsenti iam pœna premitur, & adhuc de futuris grauiùs vrgetur. Ac si apertiùs deploret dicens: In præsenti quidem mortem iam carnis patior; & tamen adhuc de futuro iudicio grauiorem morte districtionis tuæ sententiam pertimesco. Interitum pro culpa sustinens, sed adhuc ad iudicium veniens culpas restitui, & post interitum formido.* Hic vnus futuri metus & timor, mala omnia præsentia, imò ipsam mortem acuit, & reddit amarissimam, & hic vnus metus in malis omnibus debet esse præcipuus.

ANNOTATIONES CORDERII.

Iob 7.

IN PSALMVM LXXXVIII. ARGVMENTVM.

α΄. Συνέσεως Αἰθὰμ τῷ Ἰσραηλίτῃ.

Ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς εἴ ποτε ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ κατέστη καὶ ἀπέγνω τῶν κατ᾽ αὐτὸν, μίαν προκειμένην ἐλπίδα σωτηρίας τὴν ἐπαγγελίαν τὴν περὶ τὸν δεσπότην Χριστὸν, δοθεῖσαν μὲν ἐξ ἀρχῆς τῷ Ἀβραὰμ, ἀνακαινισθεῖσαν δὲ ἐν τῷ Δαβίδ. Πολὺν δὲ χρόνον ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ διατρίψαντες, καὶ ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἔχοντες παρρησίαν εἰς τὸ δεηθῆναι αὐτοὶ τοῦ Θεοῦ, τὴν πρὸς Δαβὶδ ἐπαγγελίαν προβάλλονται εἰς δυσώπησιν καὶ ἀναμιμνήσκουσιν ὡς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγειλαμένου ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτῶν βασιλέα ἀναστῆσαι διαιωνίζοντα κατά τε τὴν δόξαν καὶ τὸ κράτος. Ἔστιν οὖν τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ ὑπομιμνησκόντων τὸν Θεὸν περὶ τῶν ἐπαγγελιῶν, τὰ δὲ τελευταῖα δεομένων διὰ τὴν ἐπαγγελίαν τυχεῖν φιλανθρωπίας. Ἐπιγέγραπται δὲ συνέσεως, ὅτι ταύτης δεῖ μάλιστα τοῖς παιδευομένοις, ἵνα μηδὲν ἀπηχὲς εἴπωσι σχετλιάζοντες, ἀλλὰ τὸν θεῖον προσμένωσιν ἔλεον. ἢ συνέσεως, ἐπειδὴ πνευματικοῦ δεῖ νοῦ πρὸς τὸ νοῆσαι τὸ βάθος τῶν ἐγκειμένων. ὁ δὲ Αἰθὰμ προφήτης ἦν ἀπόγονος Ἰσραήλ.

1. Intellectus * Ætham Israëlitæ.

* *Vulgata Etham Ezrahitæ.*

Vnica Israëlitarum spes erat promissio Christi seu Messiæ.

Si quando populus Israëliticus in magno discrimine constitutus de rebus suis desperabat, vnicam salutis spem repositam habebat in promissione de Domino Christo, quæ ab initio quidem Abrahæ data erat, sed in Dauide renouata. Cùm autem longum tempus in captiuitate exegissent, & de salute desperarent, nec ipsimet Deum exorandi fiduciam haberent, promissionem Dauidi factam prætendunt ad eum reconciliandum; atque commemorant quomodo Deus promiserit ex semine ipsorum se Regem tam gloriâ quàm potentiâ perennantem suscitaturum. Priora igitur Psalmi sunt eorum qui promissionum suarum Deum memorem reddunt, posteriora verò sunt eorum qui propter promissionem rogant consequi benignitatem. Inscribitur autem intellectus, *quia hoc maximè opus est ijs qui castigantur, ne absurdi quid proferant quiritantes, sed diuinam misericordiam præstolentur. Vel* intellectus, *quia spiritali mente opus est ad percipiendam eorum quæ hic continentur profunditatem. Porrò Ætham Propheta erat ex Israël oriundus.*

Afflictis maximè opus est intellectu.

PARA-

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

* Vulgata Domini

2. MISERICORDIAS* tuas Dñe in æternum cantabo.

Misericordias vocat Dei promissiones.

Cantabo, inquit, id est commemorabo promissiones Dauidi datas. vnde subiungit:

In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Solet misericordiæ veritatem adiungere, vt declaret stabilem benignitatem. Deinde subdit etiam ipsa verba quæ protulit Deus dicens:

3. Quoniam dixisti: In æternum misericordia ædificabitur, in cælis præparabitur veritas* eius.

* Vulgata tua in eis.

Promisisti, inquit, istiusmodi benignitatem te sæculo coædificaturum (præparationem autem vbique stabilitatem ac firmitatem appellat) ita vt illam, inquit, nulla res terrena superare valeat.

4. Disposui testamentum electis meis: iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternum præparabo semen tuum.

Refertur hoc ad illud, *Quoniam dixisti.* Hoc enim, inquit, promisisti electis propter Dauid, & non simpliciter disposuisti, verùm etiam iureiurando benignitatem confirmasti.

5. Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.

DIAPSALMA.

Sedem suam vocat Regnum. Cum iuramento igitur, inquit, promisisti Regnum eius perenne reddere ac sæculo coëxtendere. Ceterùm cùm verba Dei protulisset, subiungit ea quæ ad promissionem spectant:

6. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine; etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.

Pro hac, inquit, benignitate benedicent tibi etiam Cælites & terrigenæ omnes.

7. Quoniam quis in nubibus

β΄. ΤΑ ἐλέη σου κύριε εἰς τὸν αἰῶνα ἄσομαι.

Ἄσομαι, φησιν, ἀντὶ τοῦ μνησθήσομαι τῆς ἐπαγγελίας τῆς δοθείσης τῷ Δαβίδ. ὅθεν ἐπιφέρει·

Εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν τῷ στόματί μου.

Εἴωθεν τῷ ἐλέει συνάπτειν τὴν ἀλήθειαν, ἵνα δεικνύῃ βεβαίαν τὴν φιλανθρωπίαν. εἶτα ἐπάγει καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἅπερ εἶπεν ὁ θεὸς λέγων·

γ΄. Ὅτι εἶπας· εἰς τὸν αἰῶνα, ἔλεος οἰκοδομηθήσεται, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου.

Ὑπέσχου, φησὶ, τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν συνοικοδομεῖν τῷ αἰῶνι (ἕτοιμον δὲ πανταχοῦ τὸ ἑδραῖον καλεῖ καὶ τὸ βέβαιον) ὥστε αὐτῆς, φησι, μηδὲν ἐπίγειον περιγενέσθαι πρᾶγμα.

δ΄. Διεθέμην διαθήκην τοῖς ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου.

Ἀποδέδοται τοῦτο πρὸς τὸ, ὅτι εἶπας. Τοῦτο γὰρ, φησιν, ὑπέσχου τοῖς ἐκλεκτοῖς περὶ τὸν Δαβὶδ, καὶ οὐχ ἁπλῶς διέθου, ἀλλὰ καὶ ὅρκῳ τὴν φιλανθρωπίαν ἐσφράγισας.

ε΄. Καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Θρόνον αὐτοῦ καλεῖ τὴν βασιλείαν. μεθ' ὅρκου τοίνυν, φησιν, ὑπέσχου τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διαιωνίζειν καὶ συμπαρεκτείνειν τῷ αἰῶνι. Εἰπὼν δὲ τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ, τὰ περὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπάγει·

ς΄. Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου κύριε· καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων.

Ὑπὲρ ταύτης, φησὶ, τῆς φιλανθρωπίας εὐχαριστήσουσι σοὶ καὶ οἱ ἐπουράνιοι καὶ οἱ ἐπίγειοι πάντες.

ζ΄. Ὅτι τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται

σεται τῷ κυρίῳ, ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεοῦ;

Σαφῶς περὶ τοῦ Χριστοῦ ταῦτα λέγει· αὐτῷ γὰρ οὐδεὶς ὅμοιος εὑρίσκεται οὔτε ἐν ταῖς ἐπουρανίοις δυνάμεσιν, οὔτε ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἀνθρώπων υἱοῖς θεοῦ λεγομένων.

η΄. Ὁ θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων, μέγας καὶ φοβερὸς ἐστὶν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ.

Ἔτι τῆς συγκρίσεως ἔχεται. Καὶ γὰρ ἀεί, φησι, θαυμαστὸς ὤφθης ἐν ἡμῖν καὶ οἷς πεπράττεις ὑπὲρ ἡμῶν· τὸ γάρ, ἐν βουλῇ ἁγίων, ἀντὶ τοῦ, ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν ἁγίων· ἵνα εἴπῃ, ἐν ἡμῖν. Πῶς δὲ μέγας, φησίν; ἐδείχθης ἐν ἡμῖν, πάντως ἀεὶ τοὺς περιοικοῦντας καὶ πολεμοῦντας ἡμῖν φοβερᾷ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει καταπλήξας.

θ΄. Κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων τίς ὅμοιός σοι; δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου.

Πάλιν τῇ δυνάμει τὴν ἀλήθειαν ἐπισυνάπτων, τὸ βέβαιον αἰνίττεται τῆς δυνάμεως καὶ τὸ ἀναπερίτρεπτον.

ι΄. Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης· τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις.

Αὐτὸς εἶ, φησιν, ὁ δυνάμενος καὶ τῆς θαλάσσης τὴν ταραχὴν καταστέλλειν, καὶ τὰ κύματα εἰς γαλήνην μεταβάλλειν. αἰνίττεται δὲ ὡς δυνατοῦ αὐτοῦ ὄντος τῶν πολεμίων τὰς ὑπερηφανίας καταστέλλειν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ια΄. Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον· ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου.

Σύ, φησιν, αὐτὸς εἶ ὁ καὶ τὸν Φαραὼ ποτὲ καταστρεψάμενος καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐχθροὺς Αἰγυπτίους. τὸ αὐτὸ οὖν καὶ νῦν δύνασαι ποιῆσαι δέσποτα, ὅτι

ιβ΄. Σοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, καὶ σή ἐστιν ἡ γῆ· τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς σὺ ἐθεμελίωσας·

Διὰ τοῦτο οὐ κάμνεις, φησί, βουληθεὶς τοὺς πολεμίους καταστρέψασθαι· ὁ τῶν πάντων ὑπάρχων δεσπότης.

æquabitur Domino, similis erit PARAPHRASIS ANONYMI.
* Domino in filijs Dei? * Vulgata Deo

Perspicuè de Christo hæc dicit: ipsi enim nemo similis reperitur neque in cælestibus virtutibus, neque in sanctis hominibus qui filij Dei dicuntur. *Christo nullus similis aut æqualis.*

8. Deus qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Adhuc inhæret comparationi. Etenim, inquit, semper admirabilis apparuisti in nobis & ijs quæ pro nobis agis: illud enim, *In consilio sanctorum*, id est, in consessu sanctorum: q. d. in nobis. Quàm magnus autem, inquit, apparuisti in nobis, cùm omnino semper finitimos & hostes nostros terribili virtute tuâ perculeris.

9. Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Rursus virtuti veritatem subiungens, virtutis stabilitatem & inconcussum eius statum insinuat.

10. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu ipse, inquit, potes maris quoque turbationem cohibere, & fluctus eius in tranquillitatem conuertere. Insinuatur autem quàm potens ipse sit ad hostium superbias coërcendas. vnde subdit:

11. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum; in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tu, inquit, ipse es, qui etiam olim Pharaonem & vnà cum ipso Ægyptios hostes euertisti. Illud ipsum vtique etiamnum Domine facere potes, quia

12. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem * terrarum & plenitudinem eius tu fundasti: * Vulgata terræ

Idcircò, inquit, minimè laboras cùm inimicos euertere volueris; quia omnium Dominus es. *Deus omnium Dominus.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

13. Aquilonem & mare tu creasti: Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt:

Tu igitur, inquit, cùm omnium climatum Dominus sis, exhilara hos montes inuocatione tuâ, eorumdem incolas reducens.

ιγʹ. Τὸν βορρᾶν καὶ τὴν θάλασσαν σὺ ἔκτισας· Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται·

Σὺ οὖν, φησί, τῶν κλιμάτων ἁπάντων δεσπότης ὑπάρχων, εὔφρανον τὰ ὄρη ταῦτα τῇ ἐπικλήσει τῇ σῇ, τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτοῖς ἐπαναγαγών.

14. Tuum brachium cum potentia: firmetur manus tua: * exaltetur dextera tua.

* Vulgata addit &

Etiamnum igitur, inquit, dexteræ tuæ robur ostende.

ιδʹ. Σὸς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας· κραταιωθήτω ἡ χείρ σου· ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου.

Ἐπίδειξαι οὖν, φησί, καὶ νῦν τῆς δεξιᾶς σου τὴν ἰσχύν.

15. Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Quia fundatum est Regnum tuum & stabilitum super iustitia & iudicio recto.

ιεʹ. Δικαιοσύνη καὶ κρίμα ἑτοιμασία τοῦ θρόνου σου.

Ὅτι ἥδρασταί σου ἡ βασιλεία καὶ ἵσταται ὑπὸ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως ὀρθῆς.

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.

Cùm iustitiam & iudicium super inimicos nominasset, super Israëlitas misericordiam & veritatem inuocat.

Ἔλεος καὶ ἀλήθεια προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου.

Δικαιοσύνην καὶ τὴν κρίσιν ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ὀνομάζων, ἐπὶ Ἰσραηλίταις τὸν ἔλεον καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπικαλεῖται.

16. Beatus populus qui scit iubilationem.

Beatus, inquit, prædicandus est populus qui fruitur voce victoriæ.

ιςʹ. Μακάριος ὁ λαὸς ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν.

Μακαριστός, φησιν, ὁ λαὸς ὁ ἀπολαύων φωνῆς ἐπινικίου.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt,

Hi namque velut à lumine auxilio tuo deducti bonis omnibus perfruuntur.

Κύριε ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται,

Οὗτοι γὰρ ὡς ὑπὸ φωτὶ τῇ σῇ βοηθείᾳ ὁδηγούμενοι πάντων ἀπολαύουσι τῶν ἀγαθῶν.

17. Et in nomine tuo exultabunt totâ die:

Tua enim, inquit, inuocatio Domine sufficit ipsis ad perfectam fruitionem.

ιζʹ. Καὶ ἐν ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν·

Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς, φησιν, εἰς τελείαν ἀπόλαυσιν ἡ σὴ ἐπίκλησις δέσποτα.

Et in iustitia tua exaltabuntur.

Cùm enim iustam tuam contra Babylonios sententiam obtinuerint, apud omnes gloriosi reperientur.

Καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσεται.

Ἀπολαύοντες γὰρ τῆς δικαίας σου κρίσεως τῆς κατὰ Βαβυλωνίων, ἔνδοξοι παρὰ πᾶσιν εὑρεθήσονται.

18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es:

Iustè enim poterunt in te gloriari.

ιηʹ. Ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ·

Ἔξεισι γὰρ τοῖς δικαίοις σεμνύνεσθαι ἐπὶ σοί.

Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Et quoniam, inquit, in tantis complacebit tibi, virtute magni reperientur.

Καὶ ἐν εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτῶν.

Καὶ ἐπειδάν, φησιν, ἐν τοῖς τοιαύτοις εὐδοκήσεις, μεγάλοι τὴν δύναμιν εὑρεθήσονται.

ιθʹ. Ὅτι

ιθ. Ὅτι τοῦ κυρίου ἡ ἀντίληψις, καὶ τοῦ ἁγίου Ισραὴλ βασιλέως ἡμῶν.

Παρὰ πᾶσι γὰρ γνωσθήσεται τοῦτο, ὡς οὐκ ἀνθρωπίνην βοήθειαν τοιαύτην παρέσχε τῷ λαῷ, ἀλλ᾽ ἡ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ βασιλεύοντος τοῦ Ισραήλ.

κ. Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς σου, καὶ εἶπας· ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν, ὕψωσα ἐκλεκτὸν ἐκ τοῦ λαοῦ μου.

Τῷ Δαβὶδ δηλαδὴ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ τὴν βοήθειαν χαρισάμενος, ὡς οἱ ἑξῆς στίχοι σημαίνουσι.

κα. Εὗρον Δαβὶδ τὸν δοῦλόν μου· ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου ἔχρισα αὐτόν.

Ἔλαιον ἅγιον καλεῖ τὸ χρῖσμα τῆς βασιλείας ἐνταῦθα. ὅθεν ἐπιφέρει·

κβ. Ἡ γὰρ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ, καὶ ὁ βραχίων μου κατισχύσει αὐτόν.

Δύναμιν αἰνίττεται κατὰ πολεμίων, ἣν ἐχαρίσατο τῷ Δαβὶδ ὁ θεός. ἐπάγει γάρ·

κγ. Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἀνομίας οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν.

Ἐχθρὸν καὶ υἱὸν ἀνομίας τοὺς πολεμίους ὀνομάζει. ὅθεν ἐπιφέρει·

κδ. Καὶ συγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ· καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι.

Παρέσομαι γὰρ αὐτῷ, φησιν, ἐν παντὶ πολέμῳ, τοὺς μὲν ἐχθροὺς αὐτοῦ τροπούμενος, αὐτὸν δὲ μεγάλα δοξάζων.

κε. Καὶ ἡ ἀλήθειά μου, καὶ τὸ ἔλεός μου μετ᾽ αὐτοῦ·

Ἕξει γάρ, φησι, τὴν φιλανθρωπίαν μου βεβαίαν διηνεκῶς.

Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ·

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν τὴν ἐπινικίαν αὐτοῦ δύναμιν ὑψώσω ἐγὼ καὶ ἰσχυροποιήσω.

κϛ. Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐν ποταμοῖς δεξιὰν αὐτοῦ.

19. Quia Domini est assumptio *, & sancti Israël Regis nostri. PARAPHRASIS ANONYMI. * Vulgata addit nostra

Ab omnibus enim hoc scietur, haud humanum, sed ipsius Dei Regis Israël præsidium istiusmodi populo contulisse.

20. Tunc locutus es in visione * filijs tuis, & dixisti: Posui adiutorium * super potentem, exaltaui electum de plebe mea. * Vulgata sanctis * in potente, &

Dauidi nimirum ac posteris eius opem præbens, vti sequentes versiculi significant.

21. Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum. David à Deo electus & defensus.

Oleum sanctum vocat hîc chrisma Regni. vnde subiungit:

22. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Virtutem insinuat aduersus inimicos, quam dedit Dauidi Deus. subiungit enim:

23. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Inimicum & filium iniquitatis nominat inimicos. vnde subdit:

24. Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

Adero enim ipsi, inquit, in omni bello, inimicos quidem eius in fugam agendo, ipsum verò magnoperè honorando.

25. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso:

Habebit enim, inquit, perpetuò stabilem benignitatem meam.

Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et breuiter, inquit, dicendo vltricem eius virtutem ego exaltabo & confirmabo.

26. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Præbebo autem, inquit, ipſi etiam imperium à mari Ægyptiaco vſque ad fluuium Euphratem.

Παρέξω δὲ αὐτῷ, φησι, καὶ τὸ κράτος ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῆς Αἰγυπτιακῆς ἕως τοῦ ποταμοῦ Εὐφράτου.

27. Ipſe inuocabit me: Pater meus es tu: Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ:

κζ. Αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με· Πατήρ μου εἶ σύ· Θεός μου, καὶ ἀντιλήπτωρ τῆς σωτηρίας μου·

28. Et ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ.

κη. Κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτὸν, ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς.

Concedam autem, inquit, ipſi fiduciam, vt me Patrem appellet. Ego verò viciſſim minimè alieno vtar ipſo, ſed faciam etiam illum Regibus omnibus honoratiorem.

Μεταδώσω δὲ αὐτῷ παῤῥησίας, φησὶν, εἰς τὸ καλεῖν με πατέρα. ἐγὼ δὲ πάλιν οὐκ ἀλλοτρίως χρήσομαι αὐτῷ, ποιήσω δὲ αὐτὸν καὶ τιμιώτερον πάντων τῶν βασιλέων.

29. In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi.

κθ΄. Εἰς τὸν αἰῶνα φυλάξω αὐτῷ τὸ ἔλεός μου· καὶ ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ.

Chriſti Regnum perpetuum.

Manifeſtum eſt quòd hæc ad ſemen eius ſpectent, quod eſt Chriſtus. vnde ſubdit:

Ταῦτα δῆλον ὅτι εἰς τὸ σπέρμα βλέπει τὸ αὐτοῦ, ὅ ἐστι Χριστός· ὅθεν ἐπιφέρει·

30. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen eius, & thronum eius ſicut dies cæli.

λ. Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ.

Thronum iterùm Regnum dicit, ſcilicet Chriſti, quod permanebit in ſæcula ſæculorum.

Θρόνον αὖθις τὴν βασιλείαν λέγει, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ, παραμένουσαν εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων.

** Vulgata addit autem*

31. Si * dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulauerint:

λα΄. Ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν [4] υἱοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μου· καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσιν·

32. Si iuſtitias meas profanauerint: & mandata mea non cuſtodierint:

λβ΄. Ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι· καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσιν·

33. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

λγ΄. Ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν, καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἀδικίας αὐτῶν.

34. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea:

λδ΄. Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ᾽ αὐτῶν, οὐδὲ μὴ ἀδικήσω ἐν τῇ ἀληθείᾳ μου·

35. Neque profanabo teſtamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.

λε΄. Οὐδὲ μὴ βεβηλώσω τὴν διαθήκην μου· καὶ τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω.

Dauidis Regnum Deo tuendo ſtabilitum.

Atque hæc, inquit, Domine promiſiſti in pactis quæ cum Dauide feciſti, ſcilicet ſemen eius perennaturum, & Regnum ſeminis ipſius dies cæli adæquaturum: & ſi primicerij generis iſtius peccauerint, paternè conuertendos eſſe, minimè verò promiſſionem reſcinden-

Καὶ ταῦτα, φησιν, ἐπηγγείλω δέσποτα ἐν ταῖς συνθήκαις ταῖς πρὸς τὸν Δαβὶδ, δηλονότι τὸ σπέρμα αὐτοῦ διαιωνίζειν, καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ συμπαρεκτείνεσθαι ταῖς ἡμέραις τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοὺς ἐξάρχοντας τοῦ γένους τούτου εἰ ἁμάρτοιεν, ἐπιστρέφειν πατρικῶς, μὴ διακόπτειν

κόπτειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, μηδὲ τὴν ἐκ φιλοτιμίας χάριν. Οὐ γὰρ μόνον, φησὶν, ἐπηγγείλω ἁπλῶς (καίτοιγε τοῦτο ἤρκει εἰς βεβαίωσιν τοῖς δεξαμένοις τὸ πεπεῖσθαι μηδὲ ψεύδεσθαι θεὸν) νῦν δέ, φησι, καὶ ὅρκῳ τὴν ἐπαγγελίαν ἐβεβαίωσας. ὅθεν ἐπιφέρει·

λϛʹ. Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι·

λζʹ. Τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ.

λήʹ. Καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ὡς γὰρ τὰ στοιχεῖα, φησι, ζῶντα διαιωνίζει, οὕτως καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Δαβὶδ ἕξει τὸ κράτος ἀρχικὸς καὶ βασιλεῖον.

λθʹ. Σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας· ἀνεβάλου τὸν Χριστόν σου.

Ἀντὶ τοῦ, συνεχώρησας ἡμᾶς καὶ πόρρωθεν αἰχμαλωτισθῆναι, καὶ τὸ μηδὲν δειχθῆναι, καὶ τρόπον τινά, φησι, ἠθέτησας τὸν Χριστόν σου. λέγει δὲ τὸν Δαβίδ. ὅθεν ἐπιφέρει·

μʹ. Κατέστρεψας τὴν διαθήκην τοῦ δούλου σου·

Ἡ γὰρ κρατήσασα, φησι, ἡμᾶς αἰχμαλωσία ὕποπτον ποιεῖ τὴν μεθ' ὅρκου ἐπαγγελίαν.

Ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ.

Λέγει δὲ τὸν ναὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τελούμενα μυστήρια. Ταῦτα, φησι, πάντα νῦν ἄχρηστά ἐστι γελώμενα παρὰ πάντων· καὶ κεκοίνωται μὲν τὰ ἅγια, ἐξουδένωται δὲ τὰ ἐξαίρετα, καὶ ὅλως ἀσύμφωνα τὰ παρόντα τοῖς προτέραις ἐπαγγελθεῖσιν.

μαʹ. Καθεῖλες πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ· ἔθου τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν.

Φραγμοὺς καλεῖ πᾶσαν τὴν πολιτικὴν ἀσφάλειαν. Ταῦτα, φησι, πάντα καὶ (εἴ τι εἶχεν ἰσχυρὸν ἡ βασιλεία) κατέστρεπται, καὶ εἰς ἔδαφος κεῖται.

μβʹ. Διήρπασαν αὐτὸν πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν· ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ.

dam fore, sed nec prærogatiuæ gratiam auferendam esse. Non solùm enim, inquit, simpliciter promisisti (tametsi hoc sufficiebat ad securitatem ijs quibus persuasum est Deum minimè fallere) verùm etiam nunc, inquit, iureiurando promissionem confirmasti. vnde subdit: PARAPHRASIS ANONYMI.

36. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar:

37. Semen eius in æternum manebit.

38. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

DIAPSALMA.

Sicut enim, inquit, hæc elementa perennant, sic etiam semen Dauidis perpetuum Imperium & Regnum obtinebit.

39. Tu verò repulisti & despexisti; distulisti Christum tuum.

Id est, Permisisti nos etiam procul in captiuitatem & ad nihilum redigi, & quodammodò, inquit, reiecisti Christum tuum: dicit autem Dauidem. vnde subiungit: *Israelis deseruionem & desolationem deplorat.*

40. Euertisti testamentum serui tui:

Siquidem, inquit, captiuitas quæ nos detinuit suspectam reddit promissionem iuramento firmatam.

Profanasti in terra sanctuarium eius.

Dicit autem templum & mysteria quæ in eo perficiebantur. Hæc, inquit, omnia modò inutilia sunt ab omnibus risui habita: & sancta quidem profanata, eximia verò eius ad nihilum redacta sunt, atque præsentia pristinis promissis penitus dissentiunt.

41. Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.

Sepes vocat omnem politicam securitatem. Hæc, inquit, omnia (si quid firmitatis Regnum habuerit) & euersa & solo æquata sunt.

42. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Pulchrè hoc dixit tamquam de vinea, cuius maceries diruta est, & à transeuntibus diripitur ac conculcatur.

43. Exaltasti dexteram deprimentium eum: lætificasti omnes inimicos eius.

Bello enim, inquit, ingruente inimici Dauidis potentiores apparuerunt.

44. Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Non solùm enim, inquit, non vnà nobiscum in bello dimicasti; verùm etiam aduersæ parti te coniungens, gladios nostros irritos reddidisti.

45. * Dissoluisti eum ab emundatione, & sedem eius in terram collisisti.

* Vulgata Destruxisti

46. Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.

DIAPSALMA.

Ac breuiter, inquit, dicendo, nil generosi in bello habere visus est, sed è diuerso omnia.

47. Vsquequò Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?

Vsquequò igitur, inquit, Domine etiam nos in finem auertis, & iram tuam contra nos adinstar flammæ accendis?

48. Memorare quæ mea substantia: numquid enim vanè constituisti omnes filios hominum?

Atque hoc, inquit, expende Domine, quomodo valdè breuem mihi vitam præfinieris. Transfer igitur, inquit, nobis aduersantia, priusquam mors superueniat. vnde subdit:

49. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem; eruet animam suam de manu inferi?

DIAPSALMA.

Cùm igitur, inquit, omnes homines mortales simus, quidni viuis nobis misereris?

50. Vbi sunt misericordiæ tuæ

Καλῶς ὡς ἐπὶ ἀμπελῶνος εἶπεν ἀπολέσαντος τὸν φραγμὸν, καὶ ὑπὸ τῶν διοδευόντων, ἁρπαζομένου τε καὶ καταπατουμένου.

μγ´. Ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν· εὔφρανας πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Πολέμου γάρ, φησι, καταλαβόντος οἱ ἐχθροὶ τοῦ Δαβὶδ δυνατώτεροι ὤφθησαν.

μδ´. Ἀπέστρεψας τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ.

Οὐ μόνον γάρ, φησιν, οὐ συνεμαχήσας ἡμῖν ἐν τῷ πολέμῳ· ἀλλὰ καὶ τῆς ἐναντίας γενόμενος μερίδος, ἀπρακτα ἀπεδείκνυ τὰ ἡμέτερα ξίφη.

με´. Κατέλυσας αὐτὸν ἀπὸ καθαρισμοῦ, τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέρραξας.

μς´. Ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ· κατέχεας αὐτοῦ αἰσχύνην.

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, οὐδὲν ὤφθη γενναῖον ἔχων ἐν τῷ πολέμῳ, ἀλλὰ τἀναντίον πάντα.

μζ´. Ἕως πότε κύριε ἀποστρέφῃ εἰς τέλος· ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ἡ ὀργή σου;

Μέχρι τίνος οὖν δέσποτα, φησι, καὶ ἡμᾶς εἰς τέλος ἀποστρέφῃ, καὶ τὴν ὀργήν σου τὴν καθ᾽ ἡμῶν φλογὸς δίκην ἀνάπτεις;

μη´. Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις· μὴ γὰρ ματαίως ἔκτισας πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων;

Καὶ τοῦτό, φησι, λόγισαι δέσποτα, ὡς ὀλιγοχρόνιον ἄγαν ὥρισάς μοι τὸν βίον. μετάβαλε οὖν, φησι, τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, πρὶν ἐπελθεῖν τὸν θάνατον. ὅθεν ἐπιφέρει·

μθ´. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον· ῥύσεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐκ χειρὸς ᾅδου;

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

Ἐπεὶ οὖν, φησι, πάντες ἄνθρωποι θνητοὶ ἐσμὲν, τί μὴ ζῶντας ἡμᾶς οἰκτείρεις;

ν´. Ποῦ εἰσιν τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα

χαία κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου;

Ἀνάμνησον σ' αὐτόν, φησι, τῶν σῶν σπλάγχνων τῶν πρὸς τὸν Δαβίδ, κἀκεῖνα ἡμῖν δεῖξον.

antiquæ Domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

PARAPHRASIS ANONYMI.

Recordare, inquit, tui ipſius erga Dauidem miſerationum, atque illas nobis exhibe.

να΄. Μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου (οὗ ὑπέσχον ἐν τῷ κόλπῳ μου) πολλῶν ἐθνῶν.

Τοῦτό, φησι, πρὸ πάντων μνημόνευσον, οὗ ὑπέχω ὀνειδισμοῦ παρὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, ὄντος ἀχωρίστου μου. Τοῦτο τὸ ἐν κόλπῳ σημαίνει.

51. Memor eſto Domine opprobrij ſeruorum tuorum (quod continui in ſinu meo) multarum Gentium.

Hoc, inquit, ante omnia memorare, qualem ab omnibus Gentibus ſuſtinuerim contumeliam, quæ mihi inſeparabiliter adhæret. Hoc enim ſignificat illud *in ſinu*.

νβ΄. Οὗ ὠνείδισαν οἱ ἐχθροί σου κύριε,

Τοῦ ὀνειδισμοῦ, φησι, μνήσθητι ὅπερ ὀνειδίζουσί σε τὸν ἐπαγγειλάμενον μᾶλλον ἢ ἡμᾶς τοὺς λαβόντας τὰς ἐπαγγελίας.

52. Quod exprobrauerunt inimici tui Domine,

Memento, inquit, opprobrij quod tibi promittenti potiùs impingunt quàm nobis qui promiſſiones accepimus.

Οὗ ὠνείδισαν τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου.

Οὐδὲ γὰρ παύονται, φησιν, ὀνειδίζοντες τὴν μεταβολὴν τὴν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ σου· λέγει δὲ τοῦ Δαβίδ. Ταῦτα δὲ εἰπών, εὐχῇ τὴν δέησιν ἐπισφραγίζει, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐν πειρασμοῖς δοξάζειν χρὴ τὸν θεόν, καὶ μὴ δυσχεραίνειν. ἐπιφέρει οὖν·

Quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui.

Non enim ceſſant, inquit, exprobrare commutationem Chriſti tui: intelligit autem Dauidis. Ceterùm cùm hæc dixiſſet, concludit voto precationem, oſtendens in tentationibus quoque glorificandum eſſe Deum, neq; illas ægro animo ferendas eſſe. ſubdit itaque:

νγ΄. Εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, γένοιτο, γένοιτο.

53. Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β. ΤΑ ΕΛΕΗ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΑΣΟΜΑΙ.] Ἐλέη τοῦ θεοῦ καλεῖ τὰς τῷ Δαβὶδ δοθείσας ἐπαγγελίας, ὡς ἐκ φιλανθρωπίας παρασχεθείσας. Ἄσομαι οὖν, ἀντὶ τοῦ, μνημονεύσομαι ταύτης διηνεκῶς· τοῦτο γὰρ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. εἰπὼν δὲ ὅτι μνησθήσομαι τῆς ἐπαγγελίας, ἐπάγει καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἃ εἶπεν ὁ θεός. δυσωπεῖ γὰρ τὸν δεσπότην εἰς οἰκτιρμοὺς τὰ αὐτοῦ ῥήματα προσφερόμενα ἐπιφέρουσι γοῦν· ὅτι εἶπας εἰς τὸν αἰῶνα. Ὑπέσχου, φησί, τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν συνοικοδομεῖν τῷ αἰῶνι. καὶ καλῶς οἰκοδομίαν εἶπεν τὴν κατὰ μικρὸν τῆς ἐπαγγελίας αὔξησιν. Ἤρξατο γὰρ ἐξ ἑνὸς τοῦ Ἀβραάμ, καὶ διέβη εἰς τὸν Ἰσραηλιτικὸν λαόν, καὶ ἐκ τούτου

2. MISERICORDIAS DOMINI IN ÆTERNVM CANTABO.] *Miſericordias Dei* vocat promiſſionem Dauidi datam, vtpote ex benignitate conceſſam. *Cantabo* igitur, id eſt, hanc aſſiduè commemorabo: hoc enim ait *in generationem & generationem*. Ceterùm cùm dixiſſet ſe promiſſionis memorem futurum, ſubiungit etiam ipſamet verba quæ Deus protulerat. Siquidem ipſamet verba ipſius prolata Dominum ad miſerendum inflectunt: ſubiungunt igitur: *Quoniam dixiſti in æternum*. Promiſiſti, inquit, iſtiuſmodi clementiam æternitati coædificare. Ac pulchrè ædificationem appellauit promiſſionis ſenſim augeſcentis incrementum. Initium enim ſumpſerat ab vno Abrahamo, & ad populum Iſraëliticum pertranſiuit, & ex hoc in

Deum reddit memorem promiſſionum.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

in orbem vniuersum. Erat enim Dei ad Dauidem promissio, quòd in æternum seruaturus esset semen eius, qui est Christus. Quinta verò editio habet *dixi*, quasi sermo iste ex ipsiusmet Prophetæ loquentis persona prolatus esset. Vel illud *ædificabitur* pro *excitabitur* dixit: quoniam id quòd ædificatur quodammodò erigitur. Hoc autem est gratia Christi.

Veritas Dei in cælo præparatur.

Ceterùm cùm præparatio semper firmitatem stabilitatemque designet, vult dicere, quòd istiusmodi tua promissio confirmata sit, & stabilitatem obtineat in cælis, ita vt illi nulla res terrena præualere possit. Symmachus autem ait *stabilietur*. Re ipsâ, inquit, promissorum veritatem stabilire promisisti. Aliter veritas in cælis præparatur. Nam res terrenæ, & quæ in hominibus est malitia, non videntur hanc valdè declarare, propter plurimam vitæ inæqualitatem. Ceterùm præparatur quoque veritas Dei in ijs qui terrena non sapiunt, sed in cælis habent conuersationem. Porrò illud *disposui* ad verbum *dixisti* refertur. Atque hoc, inquit, promisisti electis tuis: ac si dicat ijs qui ad Dauid & Abraham & Iacob pertinent

Gen. 22, 18.

dicendo: *Et in semine tuo benedicentur omnes fines terræ.* Et non simpliciter *disposuisti*, verùm etiam iureiurãdo benignitatem confirmasti. subiungunt enim quasi ex persona Dei:

Iuramentum quid in Deo.

4. IVRAVI DAVID SERVO MEO.] *Præparabo* rursus dicit pro *firmabo* & *stabiliam*. Sedem autem eius Regnum vocat. Ceterùm illud *iuraui* in Deo declarat firmitatem promissionis. Quemadmodum enim is qui iurat inuiolabile propositum seruat, eò quòd iusiurandum sermo sit Dei contestatione firmatus; sic etiam Deus in ijs quæ perpetuò largitur iurare dicitur per semetipsum, non per alium:

Iet. 22, 5.

dictum est enim, *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus:* non quòd abiurantibus aut adiurantibus vtatur verbis, sed quòd tamquam immutabilis, & inuariabilem habens sententiam, promittat. Et vbi iurauit? Quando nimi-

2. Reg. 7, 12.

rum dixit: *Et erit quando dormieris cum patribus tuis, suscitabitur de semine tuo alius, qui erit de vtero tuo; & præparabo in æternũ Regnum eius. Ipse ædificabit domum nomini meo, & erigam Regnum eius in sempiternum. Ego ero ipsi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* Nisi autem ad Christum ista referantur, verbum illud Hebræis euacuatum est,

εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ἦν γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελία πρὸς τὸν Δαβίδ, ὡς φυλάξει τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, ὅς ἐστι Χριστός. ἡ δὲ ε΄ ἔκδοσις εἶπα ἔχει, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Προφήτου λεγομένου τοῦ λόγου. ἢ τὸ οἰκοδομηθήσεται ἀντὶ τοῦ ἐγερθήσεται· ἀνίσταται γάρ πως τὸ οἰκοδομούμενον. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ διὰ Χριστοῦ χάρις. Ἐπεὶ δὲ ἕτοιμον ἀεὶ τὸ ἑδραῖον σημαίνει καὶ τὸ βέβαιον, βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ τοιαύτη σου ἐπαγγελία ἥδρασται, καὶ τὸ βέβαιον ἔχει ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε αὐτῆς μηδὲν ἐπίγειον περιγενέσθαι πρᾶγμα. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἑδρασθήσεται. ὑπέσχου, φησὶν, ἔργῳ βεβαιῶσαι τὴν τῶν ὑπεσχημένων ἀλήθειαν. Ἄλλως ἡ ἀλήθεια ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμάζεται. Τὰ γὰρ περίγεια πράγματα, καὶ ἡ ἐν ἀνθρώποις κακία δόξειεν, ἂν μὴ πάνυ τοῦτο ἐμφαίνειν, διὰ τὴν πολλὴν τοῦ βίου ἀνωμαλίαν. Ἑτοιμάζεται δὲ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τοῖς μὴ τὰ ἐπίγεια φρονοῦσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανοῖς ἔχουσι τὸ πολίτευμα. Τὸ δὲ διεθέμην πρὸς τὸ εἶπας ἀποδίδοται. καὶ τοῦτό, φησι, ὑπέσχου τοῖς ἐκλεκτοῖς σου· ἵνα εἴπῃ τοῖς περὶ τὸν Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰακὼβ διὰ τοῦ εἰπεῖν· Καὶ ἐν τῷ σπέρματι σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ οὐχ' ἁπλῶς διέθου, ἀλλὰ καὶ ὅρκῳ τὴν φιλανθρωπίαν ἐσφράγισας. ἐπάγουσι γὰρ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ·

δ΄. ΩΜΟΣΑ ΔΑΒΙΔ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΜΟΥ.] Τὸ ἑτοιμάσω πάλιν ἑδράσω λέγει καὶ στερέξω. Θρόνον δὲ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν λέγει. τὸ δὲ ὤμοσα ἐπὶ Θεοῦ τὸ βέβαιον τῆς ἐπαγγελίας παρίστησιν. ὡς γὰρ ὁ ὀμνὺς ἀπαράβατον πρόθεσιν φυλάττει, τῷ τὸν ὅρκον εἶναι λόγον ἐμπεδούμενον μετὰ Θεοῦ παραλήψεως· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐφ' οἷς αἰωνίως χαρίζεται ὀμνύναι λέγεται καθ' ἑαυτοῦ, οὐ κατ' ἄλλου· εἴρηται γὰρ, κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει κύριος· οὐχ' ὅτι ἀπομοτικοῖς ἢ καταμοτικοῖς χρῆται ἐπιρρήμασιν, ἀλλ' ὅτι ὡς ἄτρεπτος, καὶ ἀμετάβλητον βουλὴν ἔχων, ὑπισχνεῖται. Καὶ ποῦ ὤμοσεν; Ἐν τῷ εἰπεῖν· Καὶ ἔσται ὅταν κοιμηθῇς μετὰ τῶν πατέρων σου, ἀναστήσεται ἐκ τοῦ σπέρματός σου ἄλλος, ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου· καὶ ἑτοιμάσω εἰς τὸν αἰῶνα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Αὐτὸς οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. εἰ δὲ μὴ εἰς τὸν Χριστὸν ταῦτα, κεκένωται ὁ λόγος τοῖς Ἑβραίοις,

μήτε

μήτε θρόνου ἤτοι βασιλικοῦ ἀξιώματος ὑπολειπομένου, μήτέ τινος τῶν ἐκ σπέρματος Δαβίδ. οὕτω τὰς θείας ὑποσχέσεις διεξελθόντες, ὕμνοις γεραίρουσι τὸν τῶν ὅλων πρύτανιν, καὶ φασίν·

ϛʹ. ΕΞΟΜΟΛΟΓΗΣΟΝΤΑΙ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ.] Ἀντὶ τοῦ, ὑπὲρ ταύτης τῆς ἐπαγγελίας καὶ τῆς φιλανθρωπίας εὐχαριστήσουσι καὶ οἱ οὐρανοὶ καὶ αἱ Ἐκκλησίαι πᾶσαι τῶν ἁγίων καὶ ἀνακειμένων σοι. διὰ τῶν οὐρανῶν δὲ τὰς ἐνοικούσας λέγει δυνάμεις. οὐ γὰρ οἱ ἐπὶ γῆς, φησιν, ἄνθρωποι δυνήσονται συνιέναι ὁποῖον νοῦν ἔχουσιν αἱ ἐπαγγελίαι σου κύριε, ἀλλ' ἢ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις· ὕμνησαν δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ σάρκα γεννήσει τοῦ Χριστοῦ, τοῖς ποιμέσιν εὐαγγελιζόμεναι. διὰ δὲ τοῦ, τίς ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ; σαφέστερον τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν αἰνίττεται, δι' ὧν συγκρίνει μὲν αὐτὸν τοῖς υἱοῖς τοῦ θεοῦ· ὑπερτίθησι δὲ πάλιν αὐτὸν κατὰ τοσοῦτον τὸ διάφορον, καθόσον αἱ νεφέλαι τῆς γῆς ὑψηλότεραι. οὐχ' ὅτι κατὰ τοσοῦτον μόνον ἔμελλε διαφέρειν τῶν ἄλλων ἁγίων ὁ κύριος, ἀλλ' ὅτι οὐκ εἶχε μεῖζον ὑπόδειγμα εἰπεῖν. Νεφέλας γὰρ τοὺς οὐρανίους λέγει τόπους, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ὀνομάζων. καὶ τοῦτο δὲ ἐπισημαντέον, ὥσπερ πως αἰνίττεται τὰ κατὰ Χριστὸν, καὶ ἐκκλησίας μνημονεύει· ὡς ἐν τῷ ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ οἴκων λαμπρῶν ἄγαν καὶ ἐνδόξων. εἰ γὰρ μὴ περὶ τοῦ υἱοῦ ἦν, εἶπεν ἂν ὡς ἀλλαχοῦ· τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν θεοῖς; καὶ γὰρ καὶ σαρκωθεὶς, καὶ ἐν δούλου μορφῇ γεγονὼς ἀσύγκριτος ἦν, καὶ ὑπὲρ τὰς οὐρανίους δυνάμεις· ὡς τάγματα οὔσας δουλικὸν, καὶ ὑπὲρ τοὺς κατὰ χάριν υἱούς· ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἐλάβομεν. ἄλλως δὲ ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει, τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἁγίων ἐν νεφέλαις ὄντων, οὐδεὶς αὐτῷ ἐξισωθήσεται. ἕκαστος γὰρ ἐκείνων ἐν νεφέλῃ, οὗτος δὲ ἐπὶ τῶν νεφελῶν. παρίστησι δὲ ἡ ἐπὶ τῶν νεφελῶν λέξις τὸ αὐθεντικὸν καὶ βασιλικόν. ἔτι δὲ ἐχόμενος τῆς συγκρίσεως ἐπήγαγεν· ὁ θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων· βουλὴν τὴν συναγωγὴν λέγων τὸν σύλλογον. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι μετὰ τούτων τῶν ἁγίων φαινόμενος ὑπερφέρει τῇ δόξῃ, ὡς καὶ φοβερὸς εἶναι τοῖς κύκλῳ αὐτοῦ. ἢ μέγας ὢν τοῖς δι' ἀρετὴν προσεχομένοις αὐτῷ, φοβερός ἐστι τοῖς τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ παραβαίνουσι. καλῶς δὲ ἀποστροφῇ χρῆται,

cùm neque thronus neque dignitas regia ipsis residua sit relicta, neque aliquis de semine Dauid. Cùm hoc modo diuinas promissiones commemorassent, vniuersorum prouidentiam laudibus exornant, ac dicunt: COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

6. CONFITEBVNTVR CÆLI.] Id est, pro hac promissione & clementia gratias agent tam cæli quàm omnes Ecclesiæ sanctorum ac tibi addictorum. Per cælos autem inhabitantes virtutes dicit. Non enim, inquit, homines qui super terram sunt poterunt cognoscere qualem sensum habeant promissiones tuæ Domine, sed virtutes cælestes; hæ autem in Christi quoque secundùm carnem natiuitate cecinerunt, dum eum pastoribus annuntiarent. Ceterùm per illud, *Quis in nubibus æquabitur Domino?* manifestiùs insinuatur hæc ad Christum pertinere, dum ipsum quidem cum filijs Dei confert: verùm in tantum rursus ipsum ijs præfert, quantum nubes terrâ sublimiores existunt. Non quòd Dominus in tantum dumtaxat ceteris sanctis antecelleret, sed quòd maius exemplum non haberet proferendum. Nubes enim loca cælestia vocat, ex parte totum denominans. Quin & hoc obseruandum, quomodo ea quæ ad Christum pertinent insinuet, atque Ecclesiarum faciat mentionem: vt in isto *à domibus eburneis*, id est, à domibus valdè splendidis & magnificis. Nisi enim id de Filio esset, dixisset vtique sicut alibi: *Quis assimilabitur Domino in Dijs?* Etenim etiam incarnatus, & in forma serui existens erat incomparabilis, & supra virtutes cælestes; vtpote quæ seruilis essent ordinis, & supra filios qui secundùm gratiam tales sunt; quoniam *de plenitudine eius omnes accepimus.* Aliter etiam in futuro iudicio, vbi Dominus & Sancti in nubibus erunt, nemo illi exæquabitur. Quilibet enim eorum in nube, ipse verò supra nubes existet. Ceterùm dictio illa *super nubes* auctoritatem etiam regiam declarat. Adhuc autem insistens comparationi subiunxit: *Deus qui glorificatur in consilio Sanctorum:* consilium appellans collectam congregationem. Vult enim dicere, quomodo cum his Sanctis apparens gloriâ emineat, ita vt etiam terribilis existat ijs qui in circuitu eius sunt. Vel cùm magnus sit ijs qui per virtutem ipsi adhærent, terribilis existit ijs qui mandatis eius non obediunt. Pulchrè autem vtitur apostrophe,

Quomodo confitean-tur cæli Deo.

Ver. 7. Deus omnibus eminet.

Psal. 44.9.

Psal. 85.

Ioan. 1, 16.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

vt eius quod dicitur veritatem insinuet. subdit enim quasi ad ipsum loquens:

Deus omnium Dominus.

9. DOMINE DEVS VIRTVTVM.] Rursus virtuti veritatem subiungens; virtutis stabilitatem insinuat. Vel assiduè veritatis mentionem faciunt, cupientes videre promissionum infallibilitatem. Vel in circuitu Dei veritatem dicens, docet quodammodò ipsum etiam Dominum esse maris atque cælorum, & partium borealium, & australium, habitatarum & inhabitatarum, quin & terræ nobis promissæ. Hoc enim innuit per *Thabor & Hermon*. Hæc autem posuit metro in hyperbato defixo. Sicut & illud, *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*, &c. construendum est cum illo, *Tuum brachium cum potentia:* vt sit sensus: In brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos, quoniam brachium tuum semper cum potestate est. Vel per illud: *Tu dominaris potestati maris*, insinuat quomodo potens esset ad hostium superbias coërcendas. vnde subiungit: *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*, dicens Pharaonem & hostes Ægyptios. Tu, inquit, idem ipse es qui illos interemisti, atque modò etiam hoc potes efficere: sed neque laboras, inquit, cùm hostes euertere volueris, cùm sis Dominus omnium, & supernorum conditor cælorum ac terræ vniuersæ. Per excellentiam autem hîc partem habitatam orbem terræ nuncupauit, opponens illam deserto & inhabitato. Sed & plenitudinem orbis terræ addidit sic appellans genus humanum, quod orbem terræ implet.

Ver. 11.

Ver. 10.

Deus omnium climatum Dominus.

13. AQVILONEM ET MARE.] Aquila *Aquilonem & dexteram* ait: Quinta editio, *Aquilonem & Austrum*. Videtur autem per duo ista latera & orbis extremitates vniuersum orbem declarare. Dicendo enim Aquilonem & Meridiem, omnia climata designat. Vult enim dicere, quòd etiam omnium climatum ipse Dominus sit, vt ostenderet etiam Babylonios non esse extra potestatem eius. Thabor autem & Hermon montes sunt Palæstinæ iuxta Hierosolymam. Qui igitur, inquit, omnibus climatibus dominaris exhilara montes illos inuocatione tuâ, nos ipsorum incolas reducens, quoniam hoc etiam potes. Ostende igitur etiamnum potentiam dexteræ tuæ. Hoc enim ait *Exaltetur*; illud verò, *Fir-*

Ver. 14.

ἵνα τὴν ἀλήθειαν τοῦ λεγομένου μηνύσῃ. ἐπιφέρει γὰρ ὡς πρὸς αὐτὸν διαλεγόμενος·

θ'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.] Πάλιν τῇ δυνάμει τὴν ἀλήθειαν ἐπισυνάπτων, τὸ βέβαιον αἰνίττεται τῆς δυνάμεως. ἢ συνεχῶς μνημονεύουσι τῆς ἀληθείας, ποθοῦντες ἰδεῖν τὸ τῶν ὑποσχέσεων ἀψευδές. ἢ κύκλῳ Θεοῦ τὴν ἀλήθειαν εἰπὼν, διδάσκει πως ὅτι καὶ τῆς θαλάσσης δεσπόζει καὶ τῶν οὐρανῶν, τῶν βορείων μερῶν, τῶν νοτίων, τῶν οἰκουμένων τῶν ἀοικήτων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπηγγελμένης ἡμῖν γῆς. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται διὰ τοῦ Θαβὼρ καὶ Ἑρμών. Ἐν ὑπερβατῷ δὲ τέθεικε ταῦτα τοῦ μέτρου καταπήξαντος. οἷον καὶ τὸ, Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, καὶ ἑξῆς, τῷ, Σὸς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας συντακτέον· ἵν' ᾖ· ἐν τῷ βραχίονι τῆς δυνάμεώς σου διεσκόρπισας τοὺς ἐχθρούς σου, ὅτι ὁ σὸς βραχίων μετὰ δυναστείας ἀεί. ἢ διὰ τοῦ· Σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, αἰνίττεται ὡς δυνατοῦ ὄντος αὐτοῦ τὰς τῶν πολεμίων ὑπερηφανίας καταστέλλειν. ὅθεν ἐπιφέρει· Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, λέγων τὸν Φαραὼ καὶ ἐχθροὺς τοὺς Αἰγυπτίους. Σὺ ὁ αὐτὸς εἶ, φησι, ὁ κἀκείνους καθελὼν, καὶ νῦν τοῦτο ποιῆσαι δυνάμενος· ἀλλ' οὐδὲ κάμνεις, φησὶ, τοῦτο βουληθεὶς τοὺς πολεμίους καταστρέψασθαι, τοῦ παντὸς ὢν δεσπότης, καὶ τῶν ὑπερκειμένων δημιουργὸς οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς ἁπάσης. κατ' ἐξαίρετον δὲ ἐνταῦθα τὸ οἰκούμενον μέρος τὴν οἰκουμένην ὠνόμασεν, ἀντιδιαστείλας τῇ ἐρήμῳ καὶ ἀοικήτῳ. Ἀλλὰ καὶ τὸ πλήρωμα τῆς οἰκουμένης προσέθηκεν ὑποσημαίνας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὸ τὴν οἰκουμένην πληροῦν.

ιγ'. ΤΟΝ ΒΟΡΡΑΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΘΑΛΑΣΣΑΝ.] Ἀκύλας Βορρᾶν καὶ δεξιάν· ἡ ε' ἔκδοσις, Βορρᾶν καὶ νότον. Δοκεῖ δὲ διὰ τῶν δύο πλευρῶν καὶ ἄκρων τῆς οἰκουμένης τὸν σύμπαντα κόσμον δηλοῦν. ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰπεῖν Βορρᾶν καὶ Μεσημβρίαν, σημαίνει πάντα τὰ κλίματα. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῶν κλιμάτων ἁπάντων αὐτός ἐστι δεσπότης, ὡς ἂν δείξειε καὶ Βαβυλωνίους οὐκ ὄντας ἐκτὸς τοῦ κράτους αὐτοῦ. Θαβὼρ δὲ καὶ Ἑρμὼν ὄρη ἐν Παλαιστίνῃ περὶ τὴν Ἱερουσαλήμ. Ὁ δεσπόζων οὖν, φησι, πάντων κλιμάτων εὔφρανον τὰ ὄρη ταῦτα τῇ ἐπικλήσει σου, ἐπαναγαγὼν τοὺς ἐν αὐτοῖς οἰκοῦντας ἡμᾶς, ἐπεὶ τοῦτο καὶ δύνασαι. ἐπίδειξαι οὖν καὶ νῦν τὴν ἰσχὺν τῆς δεξιᾶς σου. Τοῦτο γὰρ τὸ ὑψωθήτω· τὸ δὲ, κραταιωθήτω ἡ

χείρ

χείρ σου, ἀντὶ τοῦ δοξοποιοῦσα καὶ δυνάμεις πληροῦσα. ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀήττητός ἡ χείρ σου, ὑψηλὴ ἡ δεξιά σου, διὰ τῆς χειρὸς τὴν ἐνέργειαν δηλῶν. εἰπόντες δὲ τὴν ἰσχὺν, ἀξιοῦσι καὶ δικάσαι αὐτοῖς καὶ Βαβυλωνίοις, καὶ κατ' ἐκείνων μὲν δικαίαν τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν, αὐτοῖς δὲ τὸν ἔλεον παρασχεῖν. Οὐ γὰρ συνέφερεν Ἰσραηλίταις, τὸν Θεὸν ἐπὶ τῆς δικαιοσύνης φανῆναι· ἐπείπερ οὐδ' αὐτοὶ ὀργῆς εὑρίσκοντο ἄμοιροι, πολλοῖς ὄντες ὑπεύθυνοι. Διὸ ἐκείνοις τὴν δικαιοσύνην καὶ κρίσιν μερίζουσιν, ἑαυτοῖς δὲ τὸν ἀληθῆ ἔλεον ἀφορίζουσιν.

ΑΛΛΟΣ. Ἥδρασταί σου, φησὶν, ἡ βασιλεία, καὶ ἐστήρικται ὑπὸ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως ὀρθῆς. Ἀλλὰ προτρέχει ἔλεος καὶ ἀλήθεια πρὸ προσώπου σου. τῷ γοῦν ἐλέῳ τὴν δικαιοσύνην ἀνακιρνᾷς, ἐπὶ τῷ πρᾳοτέρας ποιῆσαι τὰς κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἀπειλάς. Ἄλλως γὰρ ἄκρατον αὐτοῦ τὴν δικαιοσύνην οὐκ ἄν τις ἀνθρώπων ὑπομένειν.

ιϛ'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ Ο ΛΑΟΣ Ο ΓΙΝΩΣΚΩΝ ΑΛΑΛΑΓΜΟΝ.] Μακαρίζει ὁ λόγος τοὺς ἐν νίκαις ὄντας ἀεί. ἀλαλαγμὸς γὰρ φωνὴ ἐπινίκιος. Μακάριος οὖν ὁ λαὸς ὁ ἀπολαύων ἐπινικίου φωνῆς. Τοῦτο δέ φησιν, ἐπεὶ αὐτοὶ ἡττηθέντες ἠνδραποδίσθησαν. Ἄλλως δὲ, καὶ ὁ ἐν πάσῃ γῇ λαὸς μακάριος ἀλαλάζων καὶ παιανίζων κατὰ τῶν ἐχθρῶν δαιμόνων διὰ Χριστοῦ νενικημένων, καὶ τῷ νικοποιῷ τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ἀνακρουόμενος, ὡς καὶ τῇ αὐτοῦ ἐπιφανείᾳ καταυγασθεὶς, καὶ τῷ ὑπ' ἐκείνου φωτὶ ὁδηγούμενος, καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐνισχυόμενος. Ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς ἐχθρούς, φησι, νενικηκὼς λαὸς μακάριος, ὡς ὑπὸ φωτὶ τῇ σῇ βοηθείᾳ ὁδηγούμενος, καὶ πάντων ἀπολαύων τῶν ἀγαθῶν. Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς, φησιν, εἰς ἀγαλλίασιν ἡ σὴ καὶ μόνη ἐπίκλησις δέσποτα, ὑψοῦσα αὐτοὺς, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐνδόξους τιθεῖσα. Ἔξεστι γὰρ τὸ σεμνύνεσθαι δικαίως σοι, καὶ ἐπὶ τῇ σῇ δυνάμει καυχᾶσθαι καὶ δοξάζεσθαι. Κέρας γὰρ τὴν δόξαν σημαίνει καὶ δύναμιν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κερασφόρων ζώων, οἷς φύσις ἐστὶ διὰ τούτων, ὡς ὅπλων τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεσθαι, ἃ καὶ ἡμεῖς ἐλπίζομεν σὲ βασιλέα ἔχοντες, καὶ ὑπὸ τὴν σὴν τελοῦντες κηδεμονίαν. ὑπερβατῶς δὲ νοεῖται, ὅτι τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἡμῶν ἁγίου ἡ ἀντίληψις τοῦ Ἰσραήλ. ἄχρι τούτου τὰ τῆς δεήσεως ἐν παρενθήκῃ εἰπὼν, ἐπαναλαμβάνει πάλιν τὰς ἐπαγγελίας, καί φησι·

metur manus tua, scilicet quæ glorificat & virtutes perficit. Symmachus verò ait, *Inexpugnabilis manus tua, sublimis dextera tua*, per manum efficaciam declarans. Cùm autem potentiam dixissent, rogant etiam vt inter ipsos & Babylonios iudicaret, atque in hos quidem iustam sententiam efferret, ipsis verò misericordiam præberet. Non enim profuisset Israëlitis, Deum etiam ipsis in iustitia apparere; quandoquidem nec ipsi iræ expertes reperirentur, cùm plurimis essent criminibus obnoxij. Quapropter illis quidem iustitiam & iudicium partiuntur, sibi autem veram misericordiam efflagitant.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Petunt sibi misericordiam & Babylonijs iustitiam.

ALIVS. Fundatum est, inquit, Regnum tuum, & confirmatum à iustitia & iudicio recto. Verùm misericordia & veritas præcedunt faciem tuam. Misericordiâ igitur iustitiam attemperas, vt minas in peccatores efficias mitiores. Aliter enim puram eius iustitiam nullus hominum sustinere posset.

Misericordia temperat iustitiam.

16. BEATVS POPVLVS QVI SCIT IVBILATIONEM.] Hic sermo beatos prædicat illos qui semper in victorijs versantur. Iubilatio enim vox victoriæ est. Beatus igitur populus qui fruitur voce victoriæ. Hoc autem dicit, quia ipsi deuicti in seruitutem redacti erant. Aliter verò etiam, in vniuersa terra beatus populus qui iubilat & pæana canit contra dæmones inimicos per Christum deuictos, atque victoriæ auctori victoriæ canticum accinit, vtpote aduentu eius illustratus, atque à luce ipsius deductus, atque ab ipso confortatus. Quin etiam, inquit, beatus populus qui inimicos superauit, ope tuâ quasi luce directus, atque omnibus bonis fruens. Sufficit enim, inquit, ipsis ad exultationem tua eaque sola inuocatio Domine, quæ ipsos exaltat, & apud omnes gloriosos efficit. Iure enim poterunt in te se venditare, & in virtute tua exultare ac gloriari. Cornu enim gloriam & virtutem designat ex metaphora bestiarum cornutarum, quibus à natura insitum, vt istiusmodi armis inuadentes vlciscantur, quæ etiam nos speramus te Regem habentes, & sub tua cura constituti. Per hyperbaton autem hoc intelligitur, quòd Domini & Regis nostri sancti susceptio sit Israël. Cùm hactenus ea quæ precationis sunt in parenthesi dixisset, resumit iterùm promissiones, & ait:

Beati qui victoriâ potiuntur.

Cornu quid designet.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus Dauidi significauit filium eius templum ædificaturum.

20. TVNC LOCVTVS ES IN VISIONE FILIIS TVIS.] Res gestas Dauidis insinuat, quomodo dum ille vellet templum ædificare, Deus autem id prohiberet, & per somnia ipsi annuntiaret hoc à filio eius futurum. Tunc, inquit, manifestum reddidisti filijs, siue electis tuis, te Dauidi ac posteris eius auxilium tuum largiri velle. Nam hoc de Dauide intelligendum esse, etiam sequentes versiculi declarant. Symmachus autem: *Tunc locutus es per visiones filijs tuis*. Nam per Prophetas videre dicebantur, qui non recipiebant sensibilia neque visu perceptibilia, sed mentem ad spiritalium rerum pulchritudinem applicabant. Ceterùm ea quæ Christum concernunt significata sunt ijs qui ad adoptionis gratiam vocati sunt. Ipsum etiam potentem dicit. Verè enim in illo potente præsidium collocauit, quòd vniuersam creaturam in satanæ potestatem redactam eripere valeret. Quem etiam quasi electum appellatum Dauid exaltauit, quatenus de semine ipsius natus est. Secundùm litteram verò: Tu, inquit, Dauidi testatus es quòd hunc in Regem consecraueris. Porrò chrisma nunc Regni dicit, quia aliud erat sacerdotale, & aliud Propheticum. Tu dixisti te ipsi robur daturum aduersus inimicos, atque ita simul ipsum defensurum, vt nullus inimicus quidquam aduersus ipsum proficiat, aut efficiat: inimicum autem & filium iniquitatis eumdem dicit. Aliàs autem neque satanas præualuit aduersus Christum, *Quia peccatum non * scinit, neque inuentus est dolus in ore eius:* sed neque illi qui dicebant, Venite occidamus eum, valuerunt quidquam, cùm conatus eorum in cassum abierit. Quin imò etiam ista Dauidi prædixisti, te in omni bello ipsi adfuturum, inimicos quidem concidendo & vlciscendo, ipsum verò magnoperè honorando, quin & ipsi veram tuam benignitatem stabilem exhibiturum, & apud omnes ipsum illustrem atque spectabilem redditurum. Cornu enim modò vltricem potentiam designat, quam, inquit, ego erigam, & confirmabo, ipsum adiuuans, & simul egrediens. Quin etiam præbebo ipsi imperium à mari Ægypti vsque ad fluuium Euphraten. Hæc enim videntur Israëlitæ incoluisse. q. d. Vsque ad Euphraten & mare extendam terminos Regni eius. Manum enim possessionem & dominatum

Dauid electus Dei appellatur.

1. Pet. 2, 22.

* Vulgata fecit

Cornu pro vltrici potentia.

κ'. ΤΟΤΕ ΕΛΑΛΗΣΑΣ ΕΝ ΟΡΑΣΕΙ ΤΟΙΣ ΥΙΟΙΣ ΣΟΥ.] Τὰ κατὰ τὸν Δαβὶδ αἰνίττεται, ὡς ἐκείνου μὲν βουληθέντος οἰκοδομῆσαι ναόν, τοῦ Θεοῦ δὲ κωλύσαντος, δι' ὀνείρων ἐπαγγειλαμένου διὰ τοῦτον διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ γενέσθαι. Τότε, φησί, δῆλον ἐποίησας τοῖς υἱοῖς σου, ἤτοι τοῖς ἐκλεκτοῖς σου, ὅτι τὴν βοήθειαν τὴν σὴν χαρίσασθαι βούλει τῷ τε Δαβὶδ καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ. περὶ γὰρ τοῦ Δαβὶδ τοῦτο νοεῖσθαι, καὶ οἱ ἑξῆς στίχοι σημαίνουσιν. Ὁ δὲ Σύμμαχος· τότε ἐλάλησας δι' ὁραμάτων τοῖς υἱοῖς σου. διὰ γὰρ τῶν Προφητῶν, οἵτινες οὐκ αἰσθητῶν καὶ ὄψει καταληπτῶν ἀντιλαμβανόμενοι ὁρᾶν ἐλέγοντο, ἀλλὰ τῷ προσβάλλοντες κάλλει πραγμάτων νοητῶν. τὰ δὲ περὶ Χριστοῦ ἐσημάνθη τοῖς εἰς τὸ τῆς υἱοθεσίας χάρισμα κεκλημένοις. ὃν καὶ δυνατὸν λέγει. ἀληθῶς γὰρ ἐν τούτῳ δυνατῷ ὄντι βοήθειαν ἔθετο, τὴν βοηθῆσαι τῇ κτίσει πάσῃ δυναμένην ὑπὸ τοῦ σατανᾶ πλεονεκτηθείσῃ. ὃν καὶ ὡς ἐκλεκτὸν ὕψωσε Δαβὶδ ὀνομασθέντα, καθὸ ἐκ τοῦ σπέρματος ἐκείνου γεγένηται. κατὰ δὲ τὸ γράμμα· Σύ, φησι, τῷ Δαβὶδ ἐπιμαρτυρήσας ὅτι εἰς βασιλέα τοῦτον κεχειροτόνηκας. χρίσμα δὲ νῦν τὸ τῆς βασιλείας λέγει, ἐπείπερ ἄλλο ἦν τὸ ἱερατικόν, καὶ ἄλλο τὸ προφητικόν. Σὺ εἶπας παρέξειν αὐτῷ ἰσχὺν κατὰ πολεμίων, καὶ συναντιλήψεσθαι αὐτοῦ οὕτως, ὡς μηδένα τῶν ἐχθρῶν κατ' αὐτοῦ ὠφελῆσαι ἤτοι ἀνύσαι· ἐχθρὸν δὲ καὶ υἱὸν ἀνομίας τὸν αὐτὸν λέγει. Ἄλλως δὲ οὐδὲ ὁ σατανᾶς ἴσχυσε κατὰ Χριστοῦ, ἐπεὶ ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνω, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλ' οὐδὲ οἱ εἰπόντες, Δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτόν, ἴσχυσαν, εἰς ἄπρακτον αὐτῶν ἐκβεβηκότος τοῦ ἐγχειρήματος. Ναὶ μὴν καὶ ταῦτα προεπηγγείλω τῷ Δαβίδ, ὡς παρέσῃ αὐτῷ ἐν παντὶ πολέμῳ, τοὺς μὲν ἐχθροὺς συγκόπτων καὶ ἀμυνόμενος, αὐτὸν δὲ μεγάλα δοξάζων, παρέξων δὲ αὐτῷ καὶ τὴν ἀληθῆ σου φιλανθρωπίαν βεβαίαν, καὶ περιφανῆ αὐτὸν ποιῆσαι παρὰ πᾶσι καὶ περίβλεπτον. Κέρας γὰρ νῦν τὴν ἀμυντικὴν σημαίνει ἰσχύν, ἣν, φησιν, ὑψώσω ἐγώ, καὶ ἰσχυροποιήσω, συμπαρὼν αὐτῷ, καὶ συνεξορμῶν. παρέξω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἀπὸ θαλάσσης Αἰγύπτου κράτος ἕως ποταμοῦ Εὐφράτου. ταῦτα γὰρ φαίνονται οἰκήσαντες Ἰσραηλῖται. ἀντὶ τοῦ· ἕως Εὐφράτου καὶ θαλάσσης ἐκτενῶ τὰ ὅρια τῆς βασιλείας αὐτοῦ. χεῖρα γὰρ τὴν κατοχὴν καὶ τὴν κυριότητα λέγει.

λέγει. μέχρι γὰρ τούτου ἐξετάθη τὰ ὅρια τῆς τῶν Ἑβραίων ἀρχῆς. ἢ οὐ περὶ Δαβὶδ ταῦτα, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐξ αὐτοῦ προελθόντος ἀληθινοῦ μονοκέρωτος προφητεύεται. εἰπὼν γὰρ ὁ λόγος, Καὶ ἐν τῷ ὀνόματί μου ὑψωθήσεται τὸ κέρας αὐτοῦ, ἐπήγαγε· Καὶ θήσομαι ἐν θαλάσσῃ χεῖρα αὐτοῦ. τίνος; τοῦ κέρατος δηλονότι κατὰ τό· ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων· ἐπείπερ δι' αὐτοῦ πᾶσα ἡ ἀντικειμένη δύναμις ἀνετράπη κερατισθεῖσα. αὐτοῦ δὲ καὶ οὐκ ἄλλου ἡ χεὶρ καὶ ἡ δεξιὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης κατεκυρίευσεν.

κζʹ. ΑΥΤΟΣ ΕΠΙΚΑΛΕΣΕΤΑΙ ΜΕ, ΠΑΤΗΡ ΜΟΥ ΕΙ ΣΥ.] Μεταδώσω αὐτῷ, φησί, καὶ παῤῥησίας, εἰς τὸ καλεῖν με πατέρα· κἀγὼ δὲ πάλιν οὐκ ἀλλοτρίως χρήσομαι αὐτῷ υἱῷ. Ποιήσω δὲ αὐτὸν τιμιώτερον βασιλέων ἁπάντων. τὸ γὰρ πρωτότοκον ἀντὶ τοῦ τιμιώτερον· ὡς καὶ ἐν τῷ, ἐκκλησίαν πρωτοτόκων, ἀντὶ τῶν ἐκλεκτῶν καὶ τιμίων. Ἀληθέστερον δὲ ταῦτα πέρατος οὔτε ἐπὶ Δαβὶδ οὔτε ἐπὶ Σολομῶντος τετύχηκεν. οὔτε γὰρ τῆς θαλάσσης ἐκράτησαν, οὔτε πρωτότοκός τις αὐτῶν ὠνομάσθη, οὔτε βασιλέων ἁπάντων ἐξουσίαν ἐδέξατο. Οὕτω γὰρ καὶ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν. Ὕψιστον τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς· καὶ ὁ Σύμμαχος, Ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς. εἰ δὲ μηδενὶ τούτων ἁρμόζει ταῦτα, ἀψευδὴς δὲ ἡ θεία ὑπόσχεσις, τυφλώττουσιν Ἰουδαῖοι, τὸν ἐκ Δαβὶδ Χριστὸν προσκυνεῖν οὐκ ἐθέλοντες, ὃς τὸ κατὰ πάντων βασιλέων ἀνήψατο κράτος, τοὺς μὲν ἑκόντας ἔχων προσκυνητάς, τῶν δὲ τὴν ἀσθένειαν διελέγχων. Ὃν καὶ πρωτότοκον λέγει Παῦλος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Δειξάτωσαν δὲ τὸν βασιλικὸν τοῦ Δαβὶδ θρόνον μέχρι τῆς τήμερον διαρκέσαντα· ὃν εἰς αἰῶνα φυλάξειν ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο. Οὐκ εἰς ἐκεῖνον οὖν, ἀλλ' εἰς τὸ σπέρμα αὐτοῦ ταῦτα βλέπει. οὐδὲ γὰρ Δαβὶδ ἔμελλεν εἰς αἰῶνας ζῆν, ἀλλ' ὁ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τῆς οἰκουμένης βασιλεύσας Χριστός, ὃς ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης κεκάθικεν. Ὑπενοήθη δὲ ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἔχων εἶναι ὁ Σολομὼν, διὰ τὸ καὶ σοφίᾳ καὶ πλούτῳ κοσμεῖσθαι, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ Χριστοί, ἕως οὗ ὁ ἀληθὴς Χριστὸς ἐπεδήμησεν, ὃς τὸ τοῦ παντὸς ἀνεζώσατο κράτος. Καὶ ἐπειδὴ οὗτος διὰ ταπεινοῦ σχήματος ἦλθε, τῶν Ἰουδαίων προσδοκώντων ὑπὲρ Σολομῶντά τινα φανήσεσθαι, ἐσκανδαλίζοντο, καὶ πιστεύειν οὐκ ἤθελον. οὐ γὰρ

appellat. Nam eo vſque termini Imperij Hebræorum extendebantur. Vel non de Dauide, ſed de verò vnicorni ex ipſo procedente hæc prædicuntur. Cùm enim hic ſermo dixiſſet, *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius*, ſubiunxit: *Et ponam in mari manum eius*. cuius? cornu videlicet; iuxta illud: *Dilectus quemadmodum filius* vnicornis*: quandoquidem per ipſum omnis aduerſaria poteſtas euerſa eſt, cornu ventilata. Ipſius autem & non alterius manus ac dextera vniuerſo orbi dominata fuit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Pſal 28.6.
* *Vulgata vnicornium.*

27. IPSE INVOCABIT ME, PATER MEVS ES TV.] Communicabo, inquit, ipſi etiam libertatem hanc, vt vocet me Patrem: quin & ego viciſſim vtar ipſo vt filio. Reddam autem ipſum Regibus omnibus honoratiorem. Primogenitum enim dixit pro magis honoratum; vti & in illo, *Eccleſiam primitiuorum*, id eſt electorum & charorum. Verùm hæc veriùs neque in Dauide neque in Salomone finem ſortita ſunt. Neque enim mari imperarunt, neque aliquis eorum primogenitus eſt nuncupatus, neque in Reges omnes poteſtatem accepit. Sic enim etiam Aquila interpretatus eſt, *Altiſſimum Regibus terræ*; & Symmachus, *Supremum Regum terræ*. Cùm autem hæc nulli horum conueniant, diuina verò promiſſio infallibilis ſit, vtique hallucinantur Iudæi, dum Chriſtum ex Dauide oriundum adorare nolunt, qui in omnes Reges imperium erexit, habens alios quidem voluntarios cultores, aliorum verò imbecillitatem redarguens. Hunc etiam Paulus primogenitum dicit in multis fratribus. Ceterùm oſtendant Regium Dauidis ſolium etiam vſque in hodiernum diem permanens: quod in æternum Deus ſe cuſtoditurum promiſit. Non igitur ad ipſum, ſed ad ſemen eius hæc ſpectant. Neque enim Dauid in ſæcula victurus erat, ſed Chriſtus, qui ex ipſo ſecundùm carnem exiſtens Rex eſt orbis vniuerſi, qui in dextera throni magnificentiæ ſedit. Intelligebatur autem ipſe promiſſiones habens eſſe Salomon, quòd & ſapientiâ & diuitijs floreret, & illi qui ex ipſo ſunt orti Chriſti, donec verus Chriſtus aduenit, qui vniuerſi orbis Imperium ſuſcitauit. Et quoniam hic in humili forma venit, cùm Iudæi quempiam ſupra Salomonem conſpicuum expectarent, ſcandalizati ſunt, & credere noluerunt. Non enim

Deus Dauidi in patrem fuit, & ipſe Deo in filium.
Heb. 12, 23.

Promiſſiones Dauidi factæ in Chriſto conſummantur.
Rom. 8.

per-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

persuasum habebant diuitias Christi esse immortalitatem, & ea quæ tamquam Deus possidebat. Cùm igitur dixerit, Quia *testamentum meum fidele ipsi*, id est stabile, subiunxit, *Et ponam in sæculum sæculi semen eius.* Opportunè nunc interrogauerit Iudæus, vtrùm ad Dauidem spectent istæ promissiones, & non ad semen eius, illudque eximium, quod est Christus. Duorum enim alterum vel falsas ostendant esse promissiones, quandoquidem tam Dauid quàm posteri eius mortui sunt, vel etiam inuiti confiteantur, Christum habere Regnum cum cælo permanens: (sedem enim Regnum appellat.) Hoc etiam Isaias declarans, Super thronum, inquit, Dauid & Regnum eius, vt corrigat illud in sempiternum tempus. Non dictum est autem, *Ponam thronum eius* vsquedum cælum transeat, sed *sicut dies cæli.* Nam postquam etiam cælum & terra transierit, Rex est. Ait enim: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Quocircà non dixit, Et ponam thronum eius donec cælum transeat, sed, Sicut dies cæli. Nam postquam etiam transierit cælum est: siquidem transire illud non idem est quod corrumpi. Ceterùm possint illa splendida & inter homines contentiosa esse dies terræ; cæli verò illustria & luciformia veritatis mysteria. Deinde etiam id quod maius est:

Isaiæ 9, 7.

Matth. 24, 35.

31. SI DERELIQVERINT FILII EIVS.] Atque hæc, inquit, promisisti, Primates huius generis, scilicet Dauidis (agit autem de Regibus intermedijs) si peccauerint, paternè conuertere, promissionem verò minimè auferendam, neque gratiam huius prærogatiuæ. Et non simpliciter, inquit, promisisti (licet etiam hoc ad certitudinem suffecisset, cùm impossibile sit Deum falli) verùm etiam nunc iuramento promissionem stabiliuisti. *Semel* enim appellat assertionis firmitatem, vt quæ non admittat immutationem. Illud autem, *Iuraui in sancto meo*, id est, per sanctitatem meam; quia non habebat per aliquid maius iurandum. Iuraui igitur dixit propter certitudinem promissorum iureiurando promissa firmantium. *Non dispergam ab eo*, scilicet Dauide, vel Christo prædicto. Illud verò *Neque nocebo* *Non transgrediar* Symmachus ait; Aquila verò, *Non mentiar.* Non fallam, inquit, pro-

Quomodo Deus, & quid Dauidi iurauerit.

Deus fidelis in promissis.

ἠπίστευ τὸ πλοῦτον εἶναι Χριστοῦ τὴν ἀθανασίαν, καὶ ἃ ὡς θεὸς κέκτηται. εἰπὼν οὖν, ὅτι ἡ διαθήκη μου πιστὴ αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ βεβαία, ἐπήγαγε, Καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ. εὐκαίρως νῦν ἐρωτάσθω ὁ Ἰουδαῖος, εἰ πρὸς τὸν Δαβὶδ βλέπουσιν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ οὐκ εἰς τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τούτου τὸ ἐξαίρετον, ὅπερ ἐστὶ Χριστός. τῶν γὰρ δύο τὸ ἕτερον ἢ ψευδεῖς δείξουσι τὰς ἐπαγγελίας, ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ ἀπέθανε καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἢ καὶ ἄκοντες ὁμολογήσουσιν, τὸν Χριστὸν ἔχειν τὴν βασιλείαν συμπαραμένουσαν τῷ οὐρανῷ· (θρόνον γὰρ τὴν βασιλείαν λέγει.) Τοῦτο καὶ Ἡσαΐας δηλῶν, Ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβίδ, φησι, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, κατορθῶσαι αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Οὐκ εἴρηται δέ, Θήσομαι τὸν θρόνον αὐτοῦ μέχρι τοῦ παρελθεῖν τὸν οὐρανόν, ἀλλ' ὡς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. καὶ μετὰ τὴν πάροδον γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, βασιλεύς ἐστιν. ὁ οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ, φησι, παρελεύσονται· οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Διὸ οὐκ εἶπε, καὶ θήσομαι τὸν θρόνον αὐτοῦ μέχρι τοῦ παρελθεῖν τὸν οὐρανόν, ἀλλ', ὡς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. καὶ μετὰ τὴν πάροδον γὰρ οὐρανός ἐστιν· οὐ γὰρ ἴσον τῷ φθαρῆναι τὸ παρελθεῖν αὐτόν. Δύναται δὲ καὶ τὰ λαμπρὰ καὶ περιμάχητα τοῖς ἀνθρώποις ἡμέραι γῆς εἶναι· οὐρανοῦ δὲ τὰ λαμπρὰ καὶ φωτοειδῆ τῆς ἀληθείας μυστήρια. εἶτα καὶ τὸ μεῖζον·

λά. ΕΑΝ ΕΓΚΑΤΑΛΙΠΩΣΙΝ ΟΙ ΥΙΟΙ ΑΥΤΟΥ.] Καὶ ταῦτα, φησιν, ὑπέσχου, τοὺς διαφερόντως τῷ γένει τούτῳ, ἤτοι τοῦ Δαβὶδ (λέγει δὲ περὶ τῶν ἐν μέσῳ βασιλέων) εἰ ἁμάρτοιεν, ἐπιστρέφειν πατρικῶς, μὴ διακόπτειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν, μηδὲ τὴν ἐκ φιλοτιμίας χάριν. καὶ οὐχ ἁπλῶς, φησιν, ἐπηγγείλω (καίτοιγε ἤρκει καὶ τοῦτο εἰς βεβαίωσιν, ἐπεὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι θεόν) νῦν δὲ καὶ ὅρκῳ τὴν ἐπαγγελίαν ἐβεβαίωσας. Ἅπαξ γὰρ καλεῖ τὸ τῆς ἀποφάσεως βέβαιον, ὡς οὐ δεχομένης παρατροπήν. Τὸ δέ, ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, ἀντὶ τοῦ, κατὰ τῆς ἁγιωσύνης τῆς ἐμαυτοῦ· ἐπειδὴ οὐκ εἶχε κατὰ μείζονος ὀμόσαι. ὤμοσα οὖν εἶπε διὰ τὸ βέβαιον τῶν ἐπαγγελλομένων ὅρκῳ βεβαιούντων τὰς ὑποσχέσεις. οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Δαβίδ, ἢ τοῦ προφητευομένου Χριστοῦ. Τὸ δὲ οὐ μὴ ἀδικήσω οὐ παραβήσομαι Σύμμαχος εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, οὐ ψεύσομαι. Οὐ ψεύσομαί, φησι, τὰς ἐπαγ-

ἐπαγγελίας, οὐ παραβήσομαι τὰς συνθήκας. Τὸ δέ, οὐ μὴ βεβηλώσω· ἀντὶ τοῦ, οὐ μὴ χυδαιώσω, ἢ ἄκυρα ἀποφήνω, ἀλλὰ δείξω τῶν ὑποσχέσεων τὴν ἀλήθειαν. Τί οὖν ὤμοσας δέσποτα; τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ. Ἄνω εἰπὼν οὐρανόν, καὶ ἡμέρας οὐρανοῦ, νῦν ἥλιον λέγει, καὶ σελήνην καὶ ὅλον τὸν αἰῶνα, ἵνα δείξῃ τῆς βασιλείας τὸ διάδοχον. ὡς γὰρ τὰ στοιχεῖα, φησί, ταῦτα διαιωνίζει, οὕτως ἕξει καὶ ἡ τοῦ σπέρματός σου βασιλεία αἰώνιον τὸ κράτος. Ἐκ τούτου δὲ δῆλον, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης. οὐ χρονικῶς γὰρ παραλαμβάνεται, ἀλλὰ παραδειγματικῶς. ἀντὶ δὲ τοῦ ὁ μάρτυς ὁ Σύμμαχος, ὁ διαμαρτυρόμενος εἶπεν. ἔσται, φησίν, ὁ τούτων μάρτυς πιστός, ἀντὶ τοῦ βέβαιος διὰ πάντων δεικνὺς τῶν ἐπηγγελμένων τὸ βέβαιον. τὰ μὲν οὖν τῆς ἐπαγγελίας, φησίν, οὕτως ἰσχυρὰ καὶ βέβαια καὶ ὅρκῳ κατησφαλισμένα· ἀλλὰ τὰ νῦν, φησί, πρὸς ἡμᾶς οὐ συμβαίνει τούτοις. ἡμεῖς τε γὰρ ἐν αἰχμαλωσίᾳ· τὸ δὲ σπέρμα, τὸ τὰς ἐπαγγελίας δεξάμενον, συναποσυρῆναι κινδυνεύει ἡμῖν. διὸ ἐπάγουσι·

λθʹ. ΣΥ ΔΕ ΑΠΩΣΩ, ΚΑΙ ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΑΣ.] Ὁ Σύμμαχος, Σὺ δὲ ἀπέβαλες, καὶ ἀπεδοκίμασας, ἐχολώθης πρὸς τὸν Χριστόν σου· εἰς κατάραν ἔδωκας τὴν συνθήκην τῶν δούλων σου. τὸ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας· ἀντὶ τοῦ, συνεχώρησας ἡμᾶς πόρρωθεν εἶναί σου διὰ τῆς αἰχμαλωσίας, καὶ τοῦ ὡς τὸ μηδὲν δοκῆσαι. τοῦτο καὶ εἰς Χριστὸν εἴποι τις ἄν· ὅτι ἀπωσθῆναι καὶ ἐξουδενωθῆναι συνεχώρησας. Οὐ γὰρ ὁ Πατὴρ ἀπώσατο, ἀλλὰ Ἰουδαῖοι. Ἐβεβηλώθη καὶ τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· ὅσον γὰρ εἰς τὸ παθεῖν ψιλὸς ἄνθρωπος ἐλογίσθη. Φραγμοὶ δὲ αὐτοῦ εἶεν ἂν οἱ Ἀπόστολοι διηρημένοι. Καὶ ἀνεβάλου· ἀντὶ τοῦ, ὑπερέθου πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας· ἠθέτησας τὸν Χριστόν σου. ἀντὶ τοῦ, ὕποπτον ποιεῖ, τὴν μεθ' ὅρκου ἐπαγγελίαν ἡ κρατήσασα ἡμῶν αἰχμαλωσία. Συνῃχμαλωτίσθησαν δὲ αὐτοῖς δύο ἀπόγονοι τοῦ Δαβίδ, Ἰεχονίας καὶ Ζεδεκίας· εἰς οὓς ἡ βασιλεία κατέληξεν. Ὁ γὰρ Ζοροβάβελ μετὰ τὴν ἐπάνοδον οὐ βασιλεὺς ἦν, ἀλλὰ δημαγωγός. ἁγίασμα δὲ βεβηλωθὲν τὸν ναὸν λέγει τοῦ Σαλομῶνος, ὃν Ναβουχοδονόσορ κατασκάψας οὐδὲν διαφέρειν τῆς ἄλλης ἐποίησε γῆς. Τὸ ἐβεβήλωσας οὖν ἀντὶ τοῦ κοινὸν ἐποίησας ἐξουδενωμένον. Φραγμοὺς

missa, non transgrediar pacta. Illud verò, *Neque profanabo:* id est, Non vilificabo, neque irrita reddam, sed promissorum veritatem ostendam. Quid igitur iurasti Domine? *Semen eius in æternum manebit.* Cùm superiùs dixisset cælum, & dies cæli, nunc Solem dicit, & Lunam & totam æternitatem, vt Regni perpetuitatem demonstret. Sicut enim, inquit, ista elementa perennant, sic etiam seminis tui Regnum perpetuum habebit imperium. Ex his autem manifestum fit, etiam ante Solem & Lunam permansurum nomen eius. Non enim temporaliter hæc accipiuntur, sed exemplariter. Ceterùm pro *testis* Symmachus ait, *qui testificatus est.* Erit, inquit, horum *testis fidelis,* id est certus; per hæc omnia promissorum certitudinem demonstrans. Igitur promissiones quidem, inquit, adeò firmæ & certæ ac iureiurando confirmatæ sunt; sed præsentes, inquit, res nostræ cùm istis minimè conueniunt. Siquidem nos in captiuitate versamur; semen autem, quod promissiones illas accepit, vnà nobiscum repulsæ periculum subit. idcircò subiungunt:

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

39. TV VERO REPVLISTI, ET DESPEXISTI.] Symmachus, *Tu verò abiecisti, & reprobasti, iratus es aduersus Christum tuum: in maledictionem dedisti pactum seruorum tuorum.* Illud autem *repulisti, & despexisti:* id est, Permisisti nos procul à te abesse per captiuitatem, & quasi nihil apparere. Hoc etiam quis ad Christum referre possit: quoniam repelli & despici ipsum permisisti. Non enim Pater ipsum repulit, sed Iudæi. Profanatum est quoque sanctuarium eius: nam quantum ad passionem vilis homo reputatus est. Sepes autem eius fuerint Apostoli dissipati. *Et distulisti;* id est, Supersedisti implere promissiones; *& despexisti Christum tuum.* Id est, Captiuitas quæ nos tenet, suspectam reddit tuam cum iureiurando promissionem. Cum ipsis autem simul in captiuitatem redacti sunt bini Dauidis posteri, Iechonias & Zedecias: in quibus Regnum desijt. Zorobabel enim post reditum non erat Rex, sed administrator. Sanctuarium autem profanatum dicit templum Salomonis, quod Nabuchodonosor euertens nil ab alia terra differre fecit. Illud *profanasti* igitur idem est quod contemptum & commune reddidisti. Sepes autem

Quomodo Deus permiserit Christum despici & repelli.

Posteri Dauidis à Deo deserti.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

autem dirutas ait Regni muros, & arma, & leges. Id est, Omni ipsum securitate priuasti. Munitionibus autem, in quibus fiduciam habebat deiectis, in formidinem incidit. *Firmamenta* autem vocat ciuitates, *transeuntes* verò *viam* Moabitas, Ammanitas, alienigenas. Pulchrè autem quasi de vinea dixit, Destruxerunt sepem, vt quæ à transeuntibus direpta & occupata sit.

42. FACTVS EST OPPROBRIVM VICINIS SVIS.] Ridiculus, inquit, & execrabilis factus est vicinis. Et non dicunt, Nos risui habiti sumus, sed Dauid, vt Deum ad iram commouerent. Etiam is qui adeò ab ipso honoratus fuit nunc risui expositus est, inquiunt: quin & inimicos eius validiores demonstrasti: & non solùm non suppetias tulisti, verùm etiam hostibus præpositus, irritos nostros gladios reddidisti. Illud autem, *Non es auxiliatus ei in bello*: id est: Nil generosi visus est habere in bello. *Destruxisti eum ab emundatione.* Symmachus legit: *Cessare fecisti puritatem eius.* Id est: Non potest, inquit, vti lustrationibus captiuus existens. Et cùm, inquit, promiseris omni Regno sublimiorem ponere thronum eius, ipsum verò extendere in tempora secundùm dies cæli, nunc è diuerso permisisti illum quasi ex alto deiici, & dies eius contraxisti, ita vt iam pridem omnia nostra deficiant. Etenim numquid ignominiâ repletus est? Nam quæ nos patimur cedunt in pudorem eius.

47. VSQVEQVO DOMINE AVERTIS IN FINEM?] Quousque igitur Domine etiam nos auersaris, & tuam in nos iram adinstar flammæ succendis? Symmachus verò, *Vsquequò Domine absconderis in finem? exardescet quasi ignis furor tuus, per memoriam peccatorum nostrorum succensus?* Cùm sic ærumnas enarrasset, obsecrat vt naturam respiciat; & ait: *Memorare quæ mea substantia.* Recogita, inquit, Domine quomodo exigui temporis vitam mihi definiueris; & ne quis dicat te in vanum homines cōdidisse, eò quòd & exigui temporis sint, & nullâ prouidentiâ tuâ digni habeantur, sed dumtaxat ad patiendum exponantur: verumtamen bonitas opificij præcessit. Itaque res nostras immuta priusquam mors superueniat, atque benignitas

Conqueritur de Dei desertione.

δὲ καθῃρημένους τῆς βασιλείας τὰ τείχη, καὶ ὅπλα, καὶ νόμους. ἀντὶ τοῦ, πάσης αὐτὸν ἀσφαλείας ἐγύμνωσας. τῶν δὲ ὀχυρωμάτων καταβληθέντων, ἐφ' οἷς τὸ θαῤῥεῖν εἶχεν, εἰς δειλίαν ἐξέπεσε. λέγει δὲ ὀχυρώματα τὰς πόλεις· διοδεύοντας δὲ ὁδὸν Μωαβίτας, Ἀμμανίτας, ἀλλοφύλους. Καλῶς δὲ ὡς ἐπὶ ἀμπελῶνος εἶπεν, ἀπολέσαντο τὸν φραγμὸν, καὶ ὥσπερ τῶν διοδευόντων ἁρπαζομένου καὶ κρατουμένου.

μβ'. ΕΓΕΝΗΘΗ ΟΝΕΙΔΟΣ ΤΟΙΣ ΓΕΙΤΟΣΙΝ ΑΥΤΟΥ.] Ἐπίχαρτος, φησὶν, ἐγένετο τοῖς ὁμόροις καὶ ἐπονείδιστος. καὶ οὐ λέγουσιν, ἡμεῖς ἐγενόμεθα ἐν χλεύῃ, ἀλλ' ὁ Δαβὶδ, ὡς ἂν κινήσωσι πρὸς ὀργὴν τὸν Θεόν. Καὶ ὁ οὕτως τιμηθεὶς παρ' αὐτοῦ ἐν γέλωτι πρόκειται νῦν, φησί· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἰσχυροτέρους ἀπέφηνας· καὶ οὐ μόνον οὐ συνεμάχησας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐναντίοις προστιθέμενος, ἄπρακτα τὰ ἡμῶν ἐποίησας ξίφη. Τὸ δὲ, οὐκ ἀντελάβου αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ· ἀντὶ τοῦ· οὐδὲν ὤφθη γενναῖον ἔχων ἐν πολέμῳ. κατέλυσας αὐτὸν ἀπὸ καθαρισμοῦ. ὁ δὲ Σύμμαχος· ἀπέπαυσας καθαριότητα αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ· οὐ δύναταί, φησι, περιρραντηρίοις κεχρῆσθαι αἰχμάλωτος ὤν. καὶ ὁ ἐπαγγειλάμενός, φησιν, ὑψηλότερον πάσης θεῖναι βασιλείας τὸν αὐτοῦ θρόνον, ἐκτείνειν δὲ αὐτὸν εἰς χρόνους κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, τὸ ἐναντίον νῦν συγχωρήσας καταῤῥαγῆναι αὐτὸν ὡς ἀπὸ ὕψους, καὶ τὰς ἡμέρας αὐτοῦ συνέτεμες, ὡς ἤδη ἐκλείπειν πάντα τὰ καθ' ἡμᾶς. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἰσχύνης ἐμπέπλησαι; ἃ γὰρ ἡμεῖς πάσχομεν ἐκείνου ἐστὶν αἰσχύνη.

μζ'. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΚΥΡΙΕ ΑΠΟΣΤΡΕΦΗ ΕΙΣ ΤΕΛΟΣ;] Μέχρι τίνος οὖν δέσποτα καὶ ἡμᾶς ἀποστρέφῃ, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ὀργὴν σου φλογὸς δίκην ἀνάπτεις; ὁ δὲ Σύμμαχος, Ἕως τίνος ἀποκρυβήσῃ εἰς τέλος; φλεγήσεται ὡς πῦρ ὁ θυμός σου, διὰ τῆς μνήμης τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἐξαπτόμενος; Οὕτω τὰς συμφορὰς διηγησάμενος, ποτνιᾶται πρὸς τὴν φύσιν ἰδεῖν· καί φησι· Μνήσθητι τίς μου ἡ ὑπόστασις. Λόγισαι δέσποτά, φησιν, ὡς ὀλιγοχρόνιον ὥρισάς μοι τὸν βίον· καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις ὅτι μάτην ἔκτισας τοὺς ἀνθρώπους, ἐπεὶ τοῦ καὶ ὀλιγοχρονίους εἶναι, καὶ μηδεμιᾶς ἀξιοῦσθαι παρά σου προνοίας, ἐκκεῖσθαι δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ πάσχειν μόνον· ἀλλ' ἀγαθότης σου τῆς δημιουργίας ἡγήσατο. Μετάβαλε οὖν τὰ καθ' ἡμᾶς πρὶν τὸν θάνατον ἐπελθεῖν, καὶ ἀγαθὸν δεῖξαι

δεῖξαί σου τὴν φιλανθρωπίαν. Ἐπιφέρουσι γάρ· Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται θάνατον; τὸ τίς νῦν ἀντὶ τοῦ οὐδείς. Ἐπεί, φησι, πάντες ἄνθρωποι θνητοί ἐσμεν, τί μὴ ζῶντας ἡμᾶς οἰκτείρεις; καὶ τὸ ῥύσεται δὲ ὡς πρὸς τὸ τίς ἀποδίδοται. Ἀνάμνησον οὖν, φησι, σεαυτὸν τῶν σῶν σπλάγχνων καὶ οἰκτιρμῶν, καὶ τῶν πρὸς Δαβὶδ ὅρκων. Διὸ ἐπάγει· Ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου; ἐκεῖνά, φησιν, ἡμῖν δὲ ἀπόδειξον, τὰ συνέχοντα παύσας ἀνιαρά. Καλῶς δὲ πανταχοῦ τῆς ἀληθείας προφέρει τὴν μαρτυρίαν, εἰς τὴν τῶν ἐπαγγελιῶν βεβαίωσιν διεγείρων τὸν ὑποσχόμενον, καὶ ἀπὸ ἐλέους καὶ τὸ προοίμιον ὕφηνε· καὶ ἐν τῷ τέλει τούτου πάλιν ἀναμιμνήσκει· οὗ καὶ μάλιστα ἐχρῆζον. εἶτα ἐπάγει καὶ ἕτερον· μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ τῶν δούλων σου. ἀντὶ τοῦ ὑπέσχον ὁ Ἀκύλας αἴροντός μου ἐν κόλπῳ, φησὶ πάσας ἀδικίας λαῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μου πάντων ἐθνῶν. κόλπον δὲ τὸ ἀχώριστον σημαίνειν εἴπομεν πολλάκις. Τοῦτο οὖν λέγει· πολλῶν εἰμι, φησίν, ὀνειδισμῶν ὑποδοχεὺς παρὰ τῶν ἐχθρῶν. μνησθεὶς οὖν τούτων, καὶ ὅτι τὸ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου ὠνείδισαν ἤτοι τὰ ἴχνη· (οὕτω γὰρ ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν·) καὶ ὅτι ἴχνη τοῦ Χριστοῦ σου τυγχάνουσιν οἱ νῦν βασιλεῖς. καὶ ὅτι ἀνταλλάγματα παῦσον ἤδη δέσποτα τὰ ὀνείδη. ἀντάλλαγμα λέγει τὴν μεταβολὴν τοῦ Χριστοῦ σου, ἢ τοῦ Δαβίδ, καθὸ μετεβλήθη αὐτῶν ἡ ἀρχὴ εἰς δουλείαν. Ταῦτα, φησιν, ἡμῖν μὲν ὀνειδίζουσιν, εἰς σὲ δὲ τὸν ἐπαγγειλάμενον ταῦτα τείνει.

ΑΛΛΟΣ. Εἴη δ' ἂν ἀντάλλαγμα Χριστοῦ ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος, καὶ τὸ δοθὲν αὐτοῦ αἷμα ἀντίλυτρον τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Ταῦτα εἰπόντες, εὐχῇ τὴν δέησιν ἐπισφραγίζουσι, δεικνύντες, ὡς καὶ ἐν πειρασμοῖς δοξάζειν χρὴ τὸν Θεόν, οὐ δυσχεραίνειν, ἀλλ' εὐχαριστεῖν.

tua cassa ostendatur. Subiungunt enim: *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem?* COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. Vet. 49. Illud *quis* ponitur nunc pro *nemo*. Cùm, inquit, omnes homines mortales simus, quid ni viuorum nostrorum misereris? Ceterùm illud *eruet* refertur quoque ad interrogatiuam *quis*. Recordare igitur, inquit, misericordiarum & miserationum tuarum, & iuramentorum Dauidi factorum. idcircò subiungit: *Vbi sunt misericordiæ tuæ?* Illa, inquit, nobis Domine quæ prosint ostende, cessare faciens molesta. Eleganter autem vbique veritatis testimonium adfert, ad promissorum confirmationem excitans promissorem, & à misericordia exordium contexuit; & in fine rursus eiusdem mentionem facit; quâ etiam maximè indigebant. Deinde etiam aliud subiungit: *Memor esto opprobrij seruorum tuorum.* Ver. 51. Pro *continui* Aquila *tollente me in sinu*, inquit *omnes iniquitates populorum*; Symmachus verò, *Portaui in sinu meo cunctarum Gentium*. Frequenter autem diximus sinum significare id quod inseparabile est. Sinus quid designet. Hoc igitur ait: Multa, inquit, opprobria excipio ab inimicis. Horum itaque memor esto, & quòd commutationem siue vestigia Christi tui exprobrauerint: (sic enim Symmachus & Theodotion interpretati sunt:) & quòd vestigia & commutationes Christi tui sint modò Reges nostri. Fac igitur Domine vt opprobria cessent. Commutationem vocat mutationem Christi tui, siue Dauidis, quatenus ipsorum principatus in seruitutem mutatus est. Hoc, inquit, nobis quidem exprobrant, sed ad te promissorem hæc tendunt.

ALIVS. Ceterùm commutatio Christi fuerit homo dominicus, & sanguis eius qui datus est in pretium salutis mundi. Quid commutatio Christi significet. Cùm hæc dixissent, voto deprecationem concludunt, ostendentes, quomodo etiam in tentationibus glorificandus sit Deus, & non ægro animo esse, sed gratias agere oporteat.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐν ταῖς παροῦσι τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γένεσιν τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ θεσπίζει, καὶ μὴν καὶ τὸ πάθος τὸ σωτήριον ὃ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε. Συνέσεως δὲ ἐπιγέγραπται, ἐπειδὴ πνευματικοῦ μάλιστα χρεία

ATHANASII. In præsentiarum Christi ex Dauidis semine generationem eiusdemque Regnum vaticinatur, quin imò etiam salutarem quam pro nobis sustinuit passionem. De argumento & titulo Psalmi. Inscribitur autem *intellectus*, quia spiritali maximè opus est mente,

CATENA PATRVM.

mente, vt mysteriorum eius profunditas intelligatur. Ceterùm quoad Ætham, quomodo etiam hic Propheta esset, in præcedentibus narratum est.

Vnica spes Israëlitarum erat promissio Christi.

DIODORI. Populus Israëliticus si quando in magnis periculis versabatur, & de rebus suis desperabat, vnicam spem salutis repositam habebat in promissione de Christo, quæ Abrahæ quidem ab initio data erat, sed in Dauide demum fuerat innouata. Nunc igitur cùm longum tempus in captiuitate exegissent, & de salute desperarent, non habentes ipsimet Deum rogandi libertatem, per Dauidem, vt cui Deus promiserat se ex eius semine perennem Regem suscitaturum, pro gloria & imperio communi cum cordis contritione instituunt postulationem. Priora igitur huius Psalmi sunt in memoriam Deo reuocantium promissiones quas ad Dauidem fecerat; posteriora verò sunt supplicantium propter promissionem consequi benignitatem.

Christi Regnum vaticinatur.

EVSEBII. Christi ex Dauidis semine natiuitatem & Regnum vaticinatur. Cùm neque Psalmi neque Hymni titulum habeat, fuerit vtique canticum spirituale, quod diuinum requirat intellectum. Ex eo enim quòd dicat, *In æternum cantabo*, meritò quis dixerit esse canticum: ex eo autem quòd dicat, *Annuntiabo veritatem tuam*, &c. esse prophetiam. Recitatur autem ab Ætham Esraïta, de quo etiam superiùs diximus.

Misericordia Domini semper cantanda.

2. MISERICORDIAS DOMINI IN ÆTERNVM CANTABO.] ATHANASII. Et quales misericordiæ Domini quas fecit erga nos, quas & canere debemus, nisi quòd principes quidem ac potestates ipsúmque diaboli imperium destruxerit, nos verò à peccato & morte liberarit?

EVSEBII. Vt fidem erga Deum habeat, præmittit dicens ipsum esse misericordem & fallere nescium, ne quid aliud sentire videretur, cùm in progressu dicit: *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas iurasti Dauid?* propter humanarum rerum perturbationem quam viderat ad pusillanimitatem vergens præ diuinorum iudiciorum ignoratione, quòd promissis Dauidi factis contraria euenire cerneret. Cùm igitur, inquit, persuasum habeam Deum minimè mentiri, licet ex imbecillitate humanæ me perturbent

νῦ, πρὸς τὸ νοῆσαι τὸ βάθος τῶν αὐτοῦ μυστηρίων. τὰ δὲ περὶ τοῦ Αἰθάμ, ὡς καὶ οὗτος Προφήτης ἦν, ἐν τοῖς προλαβοῦσι διηγόρευται.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ λαὸς ὁ Ἰσραηλίτης εἴ ποτε ἐν μεγάλῳ κατέστη κινδύνῳ, καὶ ἀπέγνω τὰ καθ᾽ αὐτὸν, μίαν ἀπεκείμενην ἐλπίδα σωτηρίας τὴν ἐπαγγελίαν τὴν κατὰ τὸν Χριστὸν, δοθεῖσαν μὲν ἐξ ἀρχῆς τῷ Ἀβραάμ, ἀνακαινισθεῖσαν δὲ τελευταῖον ἐπὶ τοῦ Δαβίδ. Καὶ νῦν οὖν ἐν αἰχμαλωσίᾳ διατρίψαντες ἐπὶ πολὺν τὸν χρόνον, καὶ ἀπογνόντες τῆς σωτηρίας, οὐκ ἔχοντες παῤῥησίαν εἰς τὸ δεηθῆναι αὐτοὶ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸν Δαβίδ, ὡς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγειλαμένου ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ βασιλέα ἀναστῆσαι διαιωνίζοντα, κατά τε τὴν δόξαν καὶ τὸ κράτος κοινὴ ποιοῦνται μετὰ συντετριμμένης καρδίας τὴν αἴτησιν. Ἔστι μὲν οὖν τὰ μὲν πρῶτα τοῦ ψαλμοῦ ὑπομιμνησκόντων τὸν Θεὸν τῶν ἐπαγγελιῶν τῶν αὐτοῦ τῶν πρὸς Δαβίδ· τὰ δὲ τελευταῖα δεομένων διὰ τὴν ἐπαγγελίαν τυχεῖν τῆς φιλανθρωπίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γένεσιν Χριστοῦ καὶ τὴν βασιλείαν θεσπίζει. οὔτε ψαλμὸς οὔτε ὕμνος ἔχων ἐπιγραφὴν, εἴη δ᾽ ἂν ᾠδὴ πνευματικὴ, συνέσεως τῆς κατὰ Θεὸν ἐπιδεομένη. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, ᾠδὴν αὐτὴν εἰκότως ἄν τις εἴποι· ἀπὸ δὲ τοῦ, ἀπαγγελῶ τὴν ἀλήθειάν σου, καὶ τὰ ἄλλα, προφητείαν. λέλεκται δὲ διὰ Αἰθὰμ τοῦ Ἐζραΐτου, περὶ οὗ καὶ ἤδη προειλήφαμεν.

β΄. ΤΑ ΕΛΕΗ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΑΣΟΜΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ ποῖα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου ἃ πεποίηκεν εἰς ἡμᾶς, ἃ καὶ ᾄδειν ὀφείλομεν, ἢ τὸ καθελεῖν μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ αὐτὸ τοῦ διαβόλου τὸ κράτος, ἐλευθερῶσαι δὲ ἡμᾶς ἁμαρτίας καὶ θανάτου;

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅπως ἔχει πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν, προεκτίθεται λέγων αὐτὸν ἐλεήμονά τε καὶ ἀψευδῆ, μὴ καὶ ἄλλό τι δόξῃ φρονεῖν, ἐν οἷς ἐρεῖ προϊών· ποῦ εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας τῷ Δαβίδ; διὰ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἔβλεπε ταραχὴν εἰς ἀμηχανίαν χωρῶν τῇ τῶν θείων κριμάτων ἀγνοίᾳ, τῷ βλέπειν ἐναντία συμβαίνοντα ταῖς πρὸς τὸν Δαβὶδ ὑποσχέσεσι. μετὰ τοῦ μὲν τοι πεπεῖσθαι μὴ ψεύδεσθαι τὸν Θεὸν, εἰ καὶ δι᾽ ἀσθένειαν ἀνθρώπινοί με φησὶ ταράττουσι λογισμοί·

λογισμοί· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τούτων τῶν σκυθρωπῶν οὐ διαμέλλω σε περὶ τοῦ ἐλέους τοῦ σοῦ ἐρωτᾶν, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος οὐ παύσομαι τὰ σὰ ἐλέη, φησὶν, ἀνυμνῶν, εἰδὼς ὅτι μὴ ψεύσῃ τὰς ἐν τῷ ψαλμῷ προφητείας.

ΑΠΑΓΓΕΛΩ ΤΗΝ ΑΛΗΘΕΙΑΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀλήθεια μὲν τοῦ Πατρὸς ὁ υἱὸς, ὃν καὶ εἰς γενεὰς καὶ γενεὰς οἱ ἅγιοι ἐπὶ στόματος φέρουσιν. ἔστι γὰρ ὁ λόγος ὡς ἀπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀκριβῶς δὲ εἰδὼς ὅτι ἅπαξ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἐν τῷ ψαλμῷ προφητείας οὐ διαψεύσῃ, ἅτε θεὸς ὢν ἀληθής· διόπερ οὐ μόνον τὰ ἐλέη σου, φησὶν, εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου καθ' ἑκάστην γενεὰν ἀπαγγελῶ δι' ὧν γράφω ψαλμῶν.

γ'. ΟΤΙ ΕΙΠΑΣ, ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ ΕΛΕΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σὺ ὦ δέσποτα, φησὶν, ἐπαγγείλασθαι ἠξίωσας, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα διηνεκῶς ἔλεος μέγα καὶ θαυμαστὸν οἰκοδομηθήσεται, τουτέστι, κατασκευασθήσεται, ἤγουν ἐγερθήσεται. τὸ γὰρ οἰκοδομούμενον ἐγείρεταί πως καὶ ἀνίσταται. ἔστι δὲ τοῦτο ἡ διὰ Χριστοῦ σωτηρία καὶ χάρις.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὑπέσχου, φησὶ, τὴν τοιαύτην φιλανθρωπίαν συνοικοδομεῖν τῷ αἰῶνι. καὶ καλῶς οἰκοδομίαν ἐκάλεσε τὴν τῆς ἐπαγγελίας αὔξησιν. ἤρξατο γὰρ ἐξ ἑνὸς τοῦ Ἀβραὰμ, εἶτα διέβη εἰς τὸν λαὸν τὸν Ἰσραηλίτην, καὶ ἐκ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰσραηλίτου εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. τὴν οὖν κατὰ μικρὸν αὔξησιν οἰκοδομίαν ἐκάλεσεν. ἑτοιμασίαν δὲ πανταχοῦ τὸ ἑδραῖον καλεῖ καὶ τὸ βέβαιον. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἡ τοιαύτη σου ἐπαγγελία ἥδρασται, καὶ τὴν βεβαίωσιν ἔχει ἄνω ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὥστε αὐτῆς μηδὲν ἐπίγειον περιγενέσθαι πρᾶγμα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀκύλας μὲν, ὅτι εἶπα φησί· Σύμμαχος δὲ καὶ Θεοδοτίων, ὅτι εἶπον. ὡς τοῦ Αἰθὰμ λέγοντος· εἶπον ἤδη τῷ ἐλέει τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. τοῦτο δὲ πῶς ἂν γένοιτο, εἰ μὴ τοῦ ἀπὸ κοσμογονίας καταβληθέντος εἰς ἀνθρώπους ἐλέου λαμβάνοντος κατὰ χρόνους ἐπίδοσιν ἰδικὴν οἰκοδομήματος; ἐπεὶ οὖν τοῦτο διεβεβαιωσάμην, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐλέη τοῦ θεοῦ εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσομαι. γνωστέον ὡς ἡ τοῦ λόγου, φησὶν, ἀλήθεια ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται. ἐν ἐπιγείοις γὰρ πράγμασι καὶ κακία, καὶ ἑξῆς,

cogitationes; tamen in tempore etiam ærumnarum non differo tuam misericordiam implorare, & in omni tempore per omne sæculum non cessabo, inquit, misericordias tuas celebrare, sciens te vaticinia in Psalmo expressa minimè irrita facturum. CATENA PATRVM.

ANNVNTIABO VERITATEM TVAM.] ATHANASII. Veritas quidem Patris Filius est, quem in generationes & generationes sancti in ore gerunt. Est enim hic sermo quasi ab Apostolico choro. *Christus est veritas Patris.*

EVSEBII. Ceterùm cùm exactè sciam te prophetias quas in hoc Psalmo promisisti minimè delusurum, cùm sis Deus verax; idcircò, inquit, nō solùm misericordias tuas in ęternū cantabo, sed etiam veritatem tuam per singulas generationes annūtiabo per Psalmos quos conscribo.

3. QVONIAM DIXISTI, IN ÆTERNVM MISERICORDIA.] ATHANASII. Tu ô Domine, inquit, promittere dignatus es, quòd in sæculum perpetuò magna & admirabilis misericordia ædificabitur, id est, præparabitur, siue suscitabitur. Illud enim quod ædificatur quodammodò excitatur & erigitur. Est autem salus & gratia per Christum. *Quomodo misericordia ædificatur.*

DIODORI. Promisisti, inquit, istiusmodi benignitatem sæculo coædificare. Et eleganter ædificationem appellauit promissionis augmentum. Incepit enim ab vno Abrahamo, deinde ad populum Israëliticum pertransijt, & à populo Israëlitico in orbem vniuersum. Ædificationem igitur appellauit incrementum quod sensim accepit. Præparationem autem vbique stabilitatem vocat ac firmitatem. Vult itaque dicere, quòd istiusmodi tua promissio stabilita sit, ac firmitatem habeat desuper in cælis, ita vt illi nulla res terrena valeat præualere.

ANONYMI. Aquila quidem, *Quoniam dixi* inquit, Symmachus verò ac Theodotion, *Quia dicebam*. ac si Ætham diceret: *Dicebam pridem misericordias Domini in æternum cantabo*. Hoc autem quomodo fieret, nisi à mundi ortu misericordia in hominibus fundata successu temporis incrementum sumeret proprium ædificationis? Cùm igitur de hoc certior factus sim, idcircò etiam misericordias Dei in æternum cantabo. Sciendum, inquit, quomodo sermonis veritas in cælis præparabitur. In rebus enim terrenis etiam prauitas, &c. *Veritas & promissio Dei in cælis præparatur.*

 non

CATENA PATRVM. non videbitur hic sermo habere accurationem, cùm plurima sit inæqualitas. In cælis igitur diuina quæ ad Dauidem est promissio præparabitur; siquidem minimè terrena est, vt Iudæi arbitrantur. Ceterùm pro *præparabitur* Symmachus edidit *firmabitur*.

THEODORETI. Aliter etiam sermo hic Dauidi dictus est, quomodo misericordiam in æternum ipsius semini custoditurus sit. Dixisti igitur, inquit, augendam, sed non imminuendam esse misericordiam.

DIDYMI. Ceterùm sæpè etiam diximus, quomodo hîc bifariàm generatio dicatur: significat enim populum de circumcisione & ex Gentibus. Deinde dicit causam, ob quam canat misericordias Domini. Dum enim præsens sæculum durat, multis benefacit, cùm plurimi misericordiâ Dei fruantur: ac si ex multis lapidibus ædificium aliquod fiat. Fortassis verò misericordia ædificatur, dum sapientia ædificat sibi domum: nam eius incarnatio fundamentum & finis est ædificij misericordiæ, dum omnes misericordiam consequuntur in præcedentis ablatione peccati. Veritas verò in cælis præparatur ijs qui hîc dispositi sunt, vt illi per speculum & ænigma intendere possint, quibus terrigenæ ipsam imaginamur. Facies enim eius est illa quæ illic est pulchritudo & finis veritatis, euacuatâ quæ ex parte est comprehensione. Præparatur autem ijs qui in cælis habent conuersationem, dum imaginem cælestis gerunt: propter quam etiam cæli nuncupantur.

4. DISPOSVI TESTAMENTVM ELECTIS MEIS.] ATHANASII. Abraham, inquit, & Iacob: his enim promissiones de
Gen. 22, 18. de Christo dedit; iuxta quod dictum est, *Et benedicentur in semine tuo omnes Tribus terræ*.

EVSEBII. Isti verbo *dixisti* etiam hæc
Qui sint electi Dei. coniuncta sunt. Electos autem vocat Abraham, & Isaac, & Iacob. Dixit enim ad Abra-
Gen. 22, 18. ham: *In semine tuo benedicentur omnes Tribus terræ*. Apostolus autem interpretans ait:
Gal. 3, 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno: & semini tuo, qui est Christus*. Promisisti etiam Dauidi
2. Reg. 7, 12. similia in libris Regum & Paralipomenon:
1. Paral. 22, 9. quorum etiam Petrus meminit ad Iudæos in

τὸ ἀκριβὲς ὁ λόγος ἔχειν οὐ δόξει, πολλῆς οὔσης ἀνωμαλίας. ἐν οὐρανοῖς τοίνυν ἡ πρὸς Δαβὶδ ἐπαγγελία θεία τυγχάνει ἑτοιμασθήσεται· οὐ γὰρ γεώδης, ὡς Ἰουδαῖοι νομίζουσιν. ἀντὶ δὲ τοῦ ἑτοιμασθήσεται Σύμμαχος ἐξέδωκεν ἑδρασθήσεται.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ἄλλως ἐστὶ λόγος πρὸς τὸν Δαβὶδ εἰρημένος, ὡς φυλάξει τὸν ἔλεον εἰς τὸν αἰῶνα τῷ σπέρματι. εἴπας τοίνυν αὐξήσειν, φησὶν, ἀλλ' οὐ μειώσειν τὸν ἔλεον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀλλὰ καὶ πολλάκις εἰρήκαμεν, ὡς ἔνθα διττῶς ἡ γενεὰ φέρεται· σημαίνει γὰρ τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν καὶ τὸν ἐθνικόν. Εἶτα λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ᾄδει τὰ ἐλέη κυρίου. Ὅσον γὰρ ἐνέστηκεν ὁ παρὼν αἰὼν, πολλοὺς εὐεργετεῖ, πολλῶν εὐεργετουμένων ἐλέῳ θεοῦ· ὡς εἴ τις ἐκ πολλῶν λίθων οἰκοδομὴ γενομένη. Τάχα δὲ ἔλεος οἰκοδομεῖται, τῆς σοφίας οἰκοδομούσης ἑαυτῇ οἶκον· ἡ γὰρ ἐνανθρώπησις αὐτῆς θεμέλιος καὶ πέρας τῆς οἰκοδομίας τοῦ ἐλέου ἐστὶ, πάντων ἀφεσιν τῆς προκαταλαβούσης ἁμαρτίας ἐλεουμένων. Ἑτοιμάζεται δὲ ἐν οὐρανοῖς ἡ ἀλήθεια τοῖς ἀπ' ἐντεῦθεν προπαρασκευασμένοις, ὡς οἷοι τε προσβαλεῖν αὐτῇ δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος, δι' ὧν οἱ ἐπὶ γῆς αὐτὴν φανταζόμεθα. τὸ γὰρ πρόσωπον αὐτῆς κάλλος ἐκεῖ καὶ τῆς ἀληθείας τὸ τέλος, κατηργημένης τῆς μερικῆς διαλήψεως. Ἑτοιμάζεται δὲ τοῖς ἔχουσιν ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα, τῷ φέρειν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· δι' ἣν καὶ χρηματίζουσιν οὐρανοί.

δ'. ΔΙΕΘΕΜΗΝ ΔΙΑΘΗΚΗΝ ΤΟΙΣ ΕΚΛΕΚΤΟΙΣ ΜΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀβραάμ, φησι, καὶ Ἰακώβ· τούτοις γὰρ δὴ τὰς περὶ Χριστοῦ ἐπαγγελίας δέδωκε· κατὰ τὸ εἰρημένον, Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν τῷ σπέρματί σου πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τῷ εἴπας καὶ ταῦτα συνῆπται. Ἐκλεκτοὺς δὲ λέγει τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακώβ. Ἔφη γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραάμ· ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. ὁ δὲ Ἀπόστολος τοῦτο διερμηνεύων φησί· τῷ Ἀβραὰμ ἐῤῥέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει, καὶ τοῖς σπέρμασιν ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός· καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. Ἐπηγγείλω καὶ τῷ Δαβὶδ παραπλήσια ἐν ταῖς Βασιλείαις καὶ ταῖς Παραλειπομέναις· ὧν καὶ μέμνηται πρὸς Ἰουδαίους ὁ Πέτρος ἐν

ταῖς

ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων λέγων· Προφήτης οὖν ὑπάρχων ὁ Δαβίδ, καὶ εἰδὼς ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ, ἀναστήσειν τὸ κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΩΜΟΣΑ ΔΑΒΙΔ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΜΟΥ.]
ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ ποῦ ὤμοσεν, ἢ ἐν τῷ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· Καὶ ἔσαι, ὅταν πληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι σου, καὶ κοιμηθήσῃ μετὰ τῶν πατέρων σου· ἀναστήσεται ἐκ τοῦ σπέρματός σου ἄλλος ὃς ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου, καὶ ἑτοιμάσω εἰς τὸν αἰῶνα τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· καὶ οἰκοδομήσει οἶκον τῷ ὀνόματί μου, καὶ ἀνορθώσω τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διὸ μηδὲ πέρας ἕξειν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν φησίν. οὐ κατὰ προσωποληψίαν ὤμοσε τῷ Δαβίδ· ἀλλὰ δούλῳ ὄντι Θεοῦ, καὶ σημεῖον αὐτοῦ τῷ οἴκῳ παρέχετο, παρθένον τεκεῖν τὸν μεθ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων Θεόν· τοῦτο γὰρ τὸ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑτοιμαζόμενον σπέρμα τοῦ Δαβίδ. Ἐφ' οἷς δὲ βεβαίως χαρίζεται ὁ Θεὸς, ὀμνύναι λέγεται, διὸ τὸ παρ' ἀνθρώποις ὅρκῳ πιστοῦσθαι τὸν λόγον. ἀτρέπτου τοίνυν ὄντος Θεοῦ, ὅρκος αὐτοῦ τὸ ἀμετάτρεπτον τῆς βουλῆς.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Μόνῳ δὲ τῷ Δαβὶδ δι' ὅρκου πεποίηται τὴν περὶ τοῦ σπέρματος ἐπαγγελίαν, ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ περὶ ταύτης ἐν ρλά ψαλμῷ σὺν ὅρκῳ λέγει· Μνήσθητι κύριε τοῦ Δαβίδ, καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. ὡς ὤμοσε τῷ κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου· εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. διόπερ ὁ Θεὸς ἔνθεν ὡς διδοὺς ὅρκῳ τὸν ὅρκον ἀμείβεται, καὶ συνάπτει τοῖς εἰρημένοις ἑξῆς· Ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσει αὐτήν· ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον σου. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν, ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. ἦν γὰρ ζηλώσας ὁ Δαβὶδ, τὴν πανταχοῦ γῆς ἀσέβειαν θεωρῶν, τῶν μὲν ἀντικειμένων τιμωμένων δυνάμεων, τοῦ δὲ ποιητοῦ τῶν ὅλων ἠγνοημένου. ὅθεν εὔξατο σὺν ὅρκῳ πρῶτος, οἰκοδομήσειν ἱερὸν ἐπὶ γῆς τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ἐν ᾧ τὴν δῆθεν Μωσέως κιβωτὸν ἀναπαύσειν· πρὸ γὰρ τοῦ Δαβὶδ περιήγετο ποτὲ μὲν εἰς Γάλγα-

Actis Apostolorum dicens: *Propheta igitur cùm esset Dauid, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius, suscitare secundùm carnem Christum, sedere super sedem eius*, &c. CATENA PATRVM. Act. 2, 30.

IVRAVI DAVID SERVO MEO.]
HESYCHII. Et vbi iurauit, nisi cùm dixit ad eum: *Et erit, cùm impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis; & suscitabitur ex semine tuo alius qui erit ex ventre tuo, & præparabo in æternum Regnum eius; & ædificabit domum nomini meo, & erigam Regnum eius in sæculum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.* 2. Reg. 7, 12.

DIDYMI. Idcircò neque finem habiturum esse Regnum eius ait. Non secundùm personæ acceptionem iurauit Dauidi, sed cùm esset seruus Dei, etiam signum eius domui tradidit, Virginem parituram nobiscum hominibus Deum: hoc enim est *Emmanuel*, quod est semen Dauidis præparatum. Quæ autem certò Deus largitur, iurare perhibetur, eò quòd ab hominibus iuramento sermo confirmetur. Cùm igitur Deus sit immutabilis, iuramentum eius est immutabilitas decreti. *Quæ Deus certò largitur, ea iurare dicitur.*

DIODORI. Soli autem Dauidi cum iureiurando fecit de semine eius promissionem, cùm etiam Dauid de hac in Psalmo centesimo trigesimo primo cum iuramento dicat: *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Quapropter vicissim Deus hinc inde quasi iuramentum iureiurando reponit, & iam dictis subnectit: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Nam, iuxta Saluatoris vocem, *Quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Dauid enim zelo mouebatur, cùm vbique terrarum impietatem cerneret, aduersariâ quidem potestate honoratâ, omnium verò Creatore ignorato. Vnde primus cum iureiurando vouit, se vniuersorum Deo templum in terra ædificaturum, in quo arca Moysis requiesceret: nam ante Dauidem circumducebatur quandoque quidem in Galga- *Soli Dauidi iurauit Deus.* Psal. 131, 11. Matt. 7, 2. *Dauid primus fecit votum de templo ædificando.*

la, quandoque verò in Maspha, nonnumquam quoque in Selom, interdum etiam ad alienigenas, atque inde in Bethsames, deinde in Cariathiarim, exinde in domum Aminadab, atque inde in domum Abeddara: vnde illam Dauid in Sion ciuitatem transtulit: quapropter etiam templum tibi promisit se extructurum in quod ipsam introduceret: atque voluntatem quidem Deus admisit, verumtamen non permisit illi vt domum exstrueret: quòd nimirum minimè indigeret aliquâ re sensibili ad inhabitandum: quòd si autem oportet Deum habitare super terram, proditurum de semine eius secundùm carnem Saluatorem Christum, Filium ipsius vnigenitum & æternum, & Catholicam eius Ecclesiam per ipsum firmandam esse. Duo autem nunc Dauidi promittit: vnum quidem, se eius semen custoditurum vsque in sæculum: alterum verò, se thronum ipsius ædificaturum in generationem & generationem. Hisce autem supra terram stabilitis, in cælos deinde remittit horum consummationes. Sicut igitur dixerat, *In cælo præparabitur veritas tua;* sic post promissionem modò subiungit, *Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine:* ac si illi qui in terris sunt promissionum tuarum sensum intelligere minimè valerent, quibus interpretandis opus esset virtutibus cælestibus: siquidem solorum Angelorum est scire & annuntiare promissiones ad Dauidem factas. Hi enim etiam veritatem tuam & mirabilia tua in Ecclesia Sanctorum confitebuntur: ita vt si etiam istiusmodi aliqua Ecclesia in terris fuerit, hanc siue diuinæ virtutes, siue viri cælestes contentam hisce promissionibus veritatem edocturi sint. Dicere quis quoque possit hæc exactè nosse Ecclesiam primitiuorum, qui descripti sunt in cælis.

Quomodo Deus Dauidi promiserit se Regnum & semen eius ædificaturum.

7. QVONIAM QVIS IN NVBIBVS ÆQVABITVR DOMINO?] DIDYMI. Etsi, inquit, vnigenitus homo factus sit, & ad voluntariam exinanitionem semetipsum demiserit, & formam serui assumpserit; verùtamen vt sic etiam super omnes virtutes cælestes incomparabiliter eminet: siquidem hæ seruilem ordinem habent, ipse verò Herus ac Dominus est vniuersorum. Sed neque in filijs Dei quisquam similis est ei: atque hoc ipsi testantur dicentes: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Itaq; ipse tamquam Deus dat de propria plenitudine, illi verò ab ipso acquirunt.

Christus omnibus etiam Angelis supereminet.

Ioan. 1, 16.

λα, ποτὲ δὲ εἰς Μασηφὰ, ποτὲ δὲ εἰς Σηλώμ, ἄλλοτε πρὸς ἀλλοφύλους, κἀκεῖθεν εἰς Βηθσαμοῦς, εἶτα εἰς Καριαθιαρεὶμ, εἶτα εἰς οἶκον Ἀμιναδὰβ, κἀκεῖθεν εἰς οἶκον Ἀβιδδαρᾶ· ὅθεν αὐτὴν ὁ Δαβὶδ εἰς Σιὼν τὴν πόλιν μετεστήσατο· διὸ καὶ ναὸν ἀνεγείρειν εἰς ὃν αὐτὸν εἰσοίσοι διϊσχυρίσατο· καὶ τὴν μὲν προαίρεσιν ὁ Θεὸς ἀπεδέξατο, οὐ μὴν τὸν οἶκον ἐπέτρεψε ποιῆσαι· μὴ γὰρ δεῖσθαί τινος πρὸς οἴκησιν αἰσθητοῦ· εἰ δὲ χρὴ Θεὸν οἰκεῖν ἐπὶ γῆς, ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελεύσεσθαι κατὰ σάρκα τὸν σωτῆρα Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ καὶ αἰώνιον, καὶ τὴν αὐτοῦ καθολικὴν ἐκκλησίαν παγήσεσθαι δι' αὐτοῦ. δύο δὲ νῦν ἐπαγγέλλεται τῷ Δαβίδ· ἓν μὲν, αὐτοῦ τὸ σπέρμα φυλάξειν ἕως αἰῶνος· δεύτερον δὲ, τὸν θρόνον αὐτοῦ οἰκοδομήσειν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. Ἀσυστάτων δὲ τούτων ὄντων ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς οὐρανοὺς ἑξῆς ἀναπέμπει τὰ τούτων ἀποτελέσματα. Ὡς γοῦν εἴρηκεν, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου· οὕτω μετὰ ἐπαγγελίας νῦν ἐπιφέρει, Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου κύριε· ὡς τῶν ἐπὶ γῆς μὴ δυναμένων τῶν ἐπαγγελιῶν σου συνιέναι τὸν νοῦν, ὡς δεῖ τὰς οὐρανίους ἑρμηνεῦσαι δυνάμεις· τὰς πρὸς Δαβὶδ γὰρ ἐπαγγελίας μόνων ἀγγέλων εἰδέναι τε καὶ διηγεῖσθαι. Οὗτοι γὰρ καὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὰ θαυμάσιά σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων ἐξομολογήσονται· ὥστε καὶ εἰ γένοιτο τοιαύτη τίς ἐπὶ γῆς ἐκκλησία, ταύτην διδάξουσιν εἴτε θεῖαι δυνάμεις, εἴτε ἄνδρες οὐράνιοι τὴν ἐμπεριεχομένην ταῖς ἐπαγγελίαις ἀλήθειαν. λέγοι δ' ἄν ἀκριβῶς εἰδέναι ταῦτα καὶ τὴν τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίαν, τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς.

ζ'. ΟΤΙ ΤΙΣ ΕΝ ΝΕΦΕΛΑΙΣ ΙΣΩΘΗΣΕΤΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ;] ΔΙΔΥΜΟΥ. Εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπός, φησιν, ὁ μονογενὴς, καὶ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐστὶν ἀσύγκριτος ὑπὲρ πάσας τὰς οὐρανίους δυνάμεις· αἱ μὲν γὰρ οἰκετικὸν ἔχουσι τάγμα, ὁ δὲ δεσπότης τῶν ὅλων ἐστὶ καὶ κύριος. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐν υἱοῖς Θεοῦ ὅμοιός τις ἐστὶν αὐτῷ· καὶ τοῦτο αὐτοὶ μαρτυροῦσι λέγοντες· ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν. Οὐκοῦν ὁ μὲν δίδωσιν ὡς Θεὸς ἐξ ἰδίου πληρώματος, οἱ δὲ πλουτοῦσι τὰ παρ' αὐτοῦ.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Υἱοὺς Θεοῦ καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους θεοὺς λεγομένους, ὑπὸ τῶν ἀπίστων οὐκ ὄντας. Σὺ γάρ, φησι, καὶ τῶν ἐπουρανίων καὶ τῶν ἐπιγείων ὑπέρκεισαι· διελέγχων καὶ τῶν ἐξ ἀνθρώπων θεοποιουμένων τὸ ψεῦδος. Ἀλλαχοῦ δέ φησι· Καὶ ὁ κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς. Αὕτη δὲ σύμμετρος διδασκαλία πρὸς τὴν τῶν ἀπίστων ἀσθένειαν· ἄλλως γὰρ οὐ θέμις συμβαλεῖν τῷ Θεῷ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν τὴν υἱοθεσίαν δεξαμένων, καὶ κατὰ τοῦτο γεγεννημένων ἐκ Θεοῦ, τῷ ἀληθινῷ τις γεννήματι ὁμοιωθήσεται. Πῶς γὰρ τὸ μετέχον τῷ μεθεκτῷ; τοιγαροῦν ὁ Παῦλος εἰπών, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, εὐλαβηθεὶς μὴ δόξῃ πως ἰσοτιμίαν ἑαυτῷ νέμειν πρὸς τὸν υἱὸν τῷ μονογενεῖ, προσέθηκε, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ καὶ χάριτι γέγονεν ἡμῶν πατήρ, ἀλλ' ἔστιν ὁ κατὰ φύσιν υἱός· οὗ καὶ δοῦλοι πάντες, κυρίου τυγχάνοντος. Διὸ καὶ νῦν, τίς ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ, φησίν. Οὐδεμία γὰρ κατ' οὐσίαν ὁμοίωσις, ἀλλὰ κατὰ ποιότητα. Αὐτὸς γὰρ ὁμοούσιός ἐστιν υἱὸς τῷ Πατρί. κατὰ ποιότητα δὲ καὶ οἰκτίρμονες γινόμεθα, ὡς ὁ Πατὴρ ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί, καὶ τέλειοι ὡς ὁ Πατήρ. Ἅγιοι γὰρ ἔσεσθε, φησιν, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. Οὕτως δὲ ὁ κύριος ἔρχεται μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, καὶ οἱ ἅγιοι ἁρπαγήσονται ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, ἐπὶ τῷ πάντοτε σὺν κυρίῳ εἶναι. Τοῦ τοίνυν κυρίου καὶ τῶν ἁγίων ἐν νεφέλαις ὄντων, οὐδεὶς τῶν ἁρπαγέντων ἐν νεφέλαις ἰσωθήσεται τῷ ἐρχομένῳ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. εἰ γὰρ καὶ ἕκαστος μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης ἡρπάγη, ἀλλ' οὐ πολλῆς· ἐκείνην γὰρ τὴν δόξαν καὶ τὴν δύναμιν εἶχεν, ἣν ἔλαβεν· ὁ δὲ σωτὴρ μετὰ πολλῆς, ἧς παρέχει· καὶ οἱ μὲν ἐν νεφέλῃ, ὁ δὲ ἐπὶ τῶν νεφελῶν· ὅπερ αὐθεντικὸν καὶ βασιλικόν. Ἔτι μὴν ἑκάστου τῶν ἁγίων νεφέλης ὄντος πνευματικῆς, ὑούσης τὸν νοητὸν ὑετὸν (αἱ νεφέλαι γάρ φησι ῥανάτωσαν δικαιοσύνην) οὐδεὶς ἰσωθήσεται τῷ κυρίῳ, καὶ αὐτῷ νεφέλῃ τυγχάνοντι. ἑκάστη γὰρ ἐκείνων ὀλίγους ποτίζει· αὕτη δὲ οὐ πάντας ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ λογικά.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ταῦτα δὲ τοῖς προλαβοῦσιν ἀκολούθως ἐπήνεγκεν. εἰ γὰρ καὶ ὑπὲρ

ANONYMI. Filios Dei vocat homines qui Dij dicuntur, eò quòd non sint sub infidelibus. Tu enim, inquit, tam cælitibus quàm terrigenis antecellis: redarguens etiam mendacij illos qui ex hominibus inter Deos relati sunt. Alibi autem ait: *Et Dominus noster super omnes Deos*. Hæc autem doctrina infidelium imbecillitati commensurata est: aliter enim nefas quidquam cum Deo comparare.

CATENA PATRVM.

Psal. 94,3.

EVSEBII. Sed neque quisquam eorum qui adoptionem filiorum consecuti, adeoque ex Deo nati sunt, vero genimini assimilabitur. Quomodo enim participans participato [æquiparari possit?] itaque Paulus cùm ait, *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro*, veritus ne quibusdam videretur sibi ipsi honoris cum vnigenito Filio paritatem tribuisse, adiunxit, *Et Domini Iesu Christi*. Etsi enim gratiâ factus sit noster Pater, tamen est secundùm naturam Filius; cuius etiam serui omnes, cùm sit Dominus. Quapropter etiam nunc, *Quis similis erit Domino*, inquit. Nulla est enim secundùm substantiam similitudo, sed secundùm qualitatem. Ipse enim est consubstantialis Filius Patri. Nos autem secundùm qualitatem etiam misericordes euadimus, sicut Pater cælestis misericors est, & perfecti sicut Pater. *Sancti* enim, inquit, *eritis, quoniam ego sanctus sum*. Sic vtique Dominus veniet cum potestate magna & maiestate, & Sancti rapientur in nubibus obuiàm Christo in aëra, vt semper cum Domino sint. Cùm Dominus igitur & Sancti in nubibus extiterint, nemo eorum qui rapientur in nubibus æquabitur illi qui venit super nubes cæli cum potestate magna & maiestate. Licet enim quilibet cum potestate & gloria rapiatur, non tamen cum multa: illam enim gloriam & virtutem habebant, quàm acceperant: verùm Saluator cum plurima, quam præbet: atque illi quidem in nube, hic verò supra nubes: quod maiestatiuum ac regium est. Ceterùm cùm quilibet sanctus sit quædam nubes spiritalis, quæ spiritalem pluuiam emittat (*Nubes* enim, inquit, *pluant* * *iustitiam*) nemo illorum æquabitur Domino, cùm & ipse nubes sit. Quælibet enim nubium illarum paucos potat: hæc verò non solùm omnes homines, verùm etiam omnia rationalia.

Rom. 1,7.

Nemo Christo similis nisi analogicè.

Luc. 6,36.
Matth. 5,48.
Leu. 11,45.
Luc. 21,27.
1. Thess. 4,17.

Isaiæ 45,8.
* Vulgata iustum

ANONYMI. Hæc autem præcedentibus consequenter subiunxit. Nam si etiam supra humanum

CATENA PATRVM.

humanum captum sit veritas tua & mirabilia tua; vtiq; ego etiam deficiam dicens: *Vbi sunt misericordiæ tuæ?* Verumtamen non potest promissio tua excidere. Nemo enim tibi similis est in sermonibus stabiliendis, cùm nullus possit contraniti ad decretum tuum impediendum, illudque iureiurando firmatum. Etsi igitur hoc à nobis non cognoscatur, persuasum tamen habemus, quòd *potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.* Horum autem scientiam demonstrauit dicendo: *Confitebuntur cæli mirabilia tua.* Nam & hoc vnum est ex mirabilibus. Cùm enim dicturus esset vnigenitum Dei de semine Dauid nasciturum, diuinitatem eius præcontemplatur, docens eumdem & Deum & hominem esse.

Nemo potest Dei decretum impedire.

8. DEVS QVI GLORIFICATVR IN CONSILIO SANCTORVM.] EVSEBII. Videtur Ecclesiæ eorum qui descripti sunt in cælis consilium attribuisse ad modum tribunalium quæ in ciuitate sunt. In hoc autem consilio Sanctorum glorificatur is qui non habet comparationem neque similitudinem cum ijs qui filij Dei nominantur; & non solùm glorificatur, verùm etiam terribilis existit super omnes qui in circuitu eius sunt. In horum enim medio consistens, & ab his stipatus, dicitur glorificatus & magnus atque terribilis, ijs nempe qui ipsi appropinquant, & ineffabilem eius virtutem cognoscunt. Terribilis verò etiam est aduersarijs minitans supplicia, eaque irrogans ijs qui diuinis eius mandatis reluctantur.

Deus glorificatur in cōsilio Sanctorum.

DIODORI. Sicut insipientes scandalizantur videntes eum in forma serui, & audientes ipsum dicentem, *Ego sum veritas*; & *Antequam Abraham fieret, ego sum*; ita è diuerso Sancti glorificant ipsum, & magnum atque terribilem appellant. Atque hoc inde manifestum fit, quòd Petrus quasi ex omnium ore clamet: *Tu es Christus Filius Dei viui*: atque iterùm omnes: *Verè Filius Dei es*; quando mare & ventos inhibuerat.

Ioan. 14, 6. Ioan. 8, 58. Matth. 16, 16. Matth. 14, 33.

9. DOMINE DEVS VIRTVTVM QVIS SIMILIS TIBI?] THEODORETI. Etiam in his ait neminem esse similem inter eos qui Dij dicti sunt. Potentiam enim habes voluntati respondentem: & vera omnia atque stabilia sunt in te: *Tu dominaris potestati maris*,

Deus habet potentiam voluntati respondentem.

ἀνθρωπίνην κατάληψιν ἡ ἀλήθειά σου καὶ τὰ θαυμάσιά σου· κἀγὼ δὴ ἀπορήσω λέγων· ποῦ ἐστι τὰ ἐλέη σου; Ἀλλ' οὐκ ἔστι σου τὴν ἐπαγγελίαν διαπεσεῖν. Οὐδεὶς γὰρ ὅμοιός σοι πιστώσασθαι λόγους, μηδενὸς ἐναντιοῦσθαι δυναμένου πρὸς τὸ τὴν σὴν ἐμποδίσαι βουλὴν, ὅρκῳ καὶ ταύτην παγιώσαν. κἂν ἡμῖν οὖν οὐκ ἔγνωσται, πλὴν πεπείσμεθα, διότι δυνατὸς εἶ κύριε, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. Τὴν δὲ τούτων ἐδήλου γνῶσιν δι' ὧν ἔφασκεν· Ἐξομολογήσονται οἱ οὐρανοὶ τὰ θαυμάσιά σου. Ἓν γὰρ τῶν θαυμασίων καὶ τοῦτο. Μέλλων γὰρ ἐκ σπέρματος εἰπεῖν τοῦ Δαβὶδ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ, τὴν θεότητα προθεωρεῖ τὴν αὐτοῦ, διδάσκων τὸν αὐτὸν τε εἶναι Θεὸν καὶ ἄνθρωπον.

η'. Ο ΘΕΟΣ ΕΝΔΟΞΑΖΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΒΟΥΛΗ ΑΓΙΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἔοικε τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς βουλὴν ἀνατεθεικέναι ἀναλόγως τοῖς κατὰ πόλιν βουλευτηρίοις. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ βουλῇ τῶν ἁγίων ἐνδοξαζόμενός ἐστιν ὁ μὴ ἔχων σύγκρισιν μηδὲ ὁμοίωσιν πρὸς τοὺς ὀνομαζομένους υἱοὺς Θεοῦ· καὶ οὐ μόνον δοξαζόμενος, ἀλλὰ καὶ φοβερὸς ὑπάρχων ἐπὶ πάντας τοὺς περὶ κύκλῳ αὐτοῦ. Τούτων γὰρ ἐν μέσῳ ἑστὼς, καὶ ὑπὸ τούτων δορυφορούμενος, ἐνδοξαζόμενος εἴρηται καὶ μέγας καὶ φοβερὸς, τούτοις ἅτε δὴ πελάζουσιν αὐτῷ, καὶ τὴν ἄρρητον αὐτοῦ γνωρίζουσι δύναμιν. φοβερὸς δέ ἐστι καὶ τοῖς ἐναντίοις ἀπειλῶν κολάσεις, καὶ ἐπιφέρων κατὰ τῶν λειποτακτούντων τῶν θείων αὐτοῦ προσταγμάτων.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ οἱ ἀσύνετοι σκανδαλίζονται ὁρῶντες αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, ἀκούοντές τε λέγοντος αὐτοῦ, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια· καὶ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· οὕτως οἱ ἅγιοι τοὔμπαλιν δοξάζουσιν αὐτὸν, καὶ μέγαν καὶ φοβερὸν καλοῦσι. Καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν δῆλον, ἐκ τοῦ τὸν μὲν Πέτρον ὥσπερ ἐκ στόματος ἁπάντων βοᾶν· Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· πάλιν δὲ τοὺς πάντας· ἀληθῶς υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἶ· ὅτε τῇ θαλάσσῃ καὶ ἀνέμοις ἐπετίμησε.

θ'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΤΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ ΤΙΣ ΟΜΟΙΟΣ ΣΟΙ;] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Καὶ ἐν τούτοις οὐδένα φησὶν ὅμοιον τῶν γεγυμνευθέντων εἶναι τῶν θεολογουμένων. δύναμιν γὰρ ἔχεις συντρέχουσαν τῇ βουλήσει· ἀληθῆ τε πάντα καὶ βέβαια περί σοι· σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης,

λάσσης, τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις. Τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ γεγενημένων ἀναμιμνήσκει. Ὑπερήφανον γὰρ τὸν Φαραὼ καλεῖ καὶ ἐχθροὺς τοὺς Αἰγυπτίους, οὓς ἐν τῇ θαλάττῃ παρέδωκε, καὶ διέσωσε τὸν οἰκεῖον λαόν.

ΚΑΙ ἈΛΗΘΕΙΑ ΣΟΥ ΚΥΚΛῼ ΣΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Δῆλον ὡς ὁ εἰπὼν, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ὡς γὰρ μόνος σοφὸς, οὐ μετέχων, ἀλλὰ γεννῶν σοφίαν· οὕτω μόνος ἀληθινὸς ὁ τῷ κύκλῳ τὴν ἀλήθειαν ἔχων, οὐ μεταλαμβάνων, ἀλλὰ συνέχων, καὶ διδοὺς ἑτέροις αὐτήν. Καθ' ἑκάστην γὰρ ἐπίνοιαν ἔχει συνόντα τὸν υἱὸν ὁ Πατήρ. ἔστι γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν Θεόν· Θεὸς δὲ ὁ λόγος ἦν· ὁ Πατὴρ ἦν ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρί. Καὶ φῶς δὲ ὢν ὁ Θεὸς, ἔχει φῶς ἐν ἑαυτῷ τὸν Υἱὸν, ὥς φησι Δανιήλ· Καὶ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστι. τί δέ ἐστι; δηλοῖ τὴν ἀϊδιότητα. ὅθεν εἴρηται καὶ ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου. εἶναι δὲ κύκλῳ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔφησεν οὐ γεγονέναι ἢ ἔσεσθαι· πάρεστι δὲ τῷ δυνατῷ Θεῷ καὶ ἡ ἀΐδιος δύναμις, καὶ ἡ αὐτοσοφία, καὶ ἀλήθεια τῷ λόγῳ τε καὶ τῷ φωτὶ τοῦ Θεοῦ.

ί. ΣΥ ΔΕΣΠΟΖΕΙΣ ΤΟΥ ΚΡΑΤΟΥΣ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Δείκνυσιν ὁ λόγος ὡς αὐτὸς ὁ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ ἐστιν ὁ καὶ τὴν ὑγρὰν ἐξ ἀρχῆς παραγαγὼν οὐσίαν, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ τεθεικὼς ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ, καὶ εἰρηκὼς αὐτῇ, μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ. ἔδειξε δὲ τοῦτο ὑπάρχον ἀληθὲς ἐπιτιμήσας καὶ τῇ θαλάσσῃ καὶ τοῖς ἀνέμοις, ὅτε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ συνέπλει.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἡ ἀλήθειά σου, φησὶ, παρὰ τοῖς κυκλοῦσί σε· ἡμεῖς δὲ μακρὰν σου τυγχάνοντες, τὴν σὴν μεγαλουργίαν ἀπὸ τῆς κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν προνοίας ὁρῶντες, ὁμολογοῦμεν, ὅτι δυνατὸς εἶ, καὶ ἡ ἀλήθειά σου κύκλῳ σου. Καταπραΰνεις γὰρ τοσαύτην οὖσαν τὴν θάλατταν, περιθεὶς αὐτῇ πύλας καὶ ὅρια, καὶ ὡς δεσπότῃ δουλεύουσα κυρτουμένη ἠχήσει, καὶ εἰς ἑαυτὴν καταράσσεται, πρὸς τὸ μὴ πᾶσαν ἐπικλύσαι τὴν γῆν.

ιά. ΣΥ ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΑΣ ΩΣ ΤΡΑΥΜΑΤΙΑΝ ΥΠΕΡΗΦΑΝΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δήσας τὸν ἰσχυρὸν καὶ ὑπερήφανον, καὶ δεδωκὼς τοῖς αὐτοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ταῦτα δὲ ποιεῖς καὶ ἐπὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων· ἐχθραίνουσι γὰρ

motum autem fluctuum eius tu mitigas. In memoriam reuocat ea quæ in mari gesta sunt. Superbum enim appellat Pharaonem & inimicos Ægyptios, quos in mari tradidit, & seruauit populum suum. CATENA PATRVM.

ET VERITAS TVA IN CIRCVITV TVO.] DIDYMI. Manifestum quòd is qui dixit, *Ego sum veritas*. Sicut enim solus sapiens, non qui participat, sed qui gignit sapientiam; ita solus verus qui veritatem habet in circuitu, minimè participans, sed continens & donans eam alijs. Secundùm quamlibet enim sententiam habet coniunctum sibi Pater Filium. Est enim Verbum apud Deum: Deus autem Verbum erat: Pater erat in Filio, & Filius in Patre. Ceterùm cùm Deus quoque lux sit, habet lucem in semetipso Filium, sicut ait Daniel: *Et lux cum eo est*. Quid porrò sibi vult? declarat nempe perpetuitatem. Vnde dicitur etiam *splendor lucis æternæ*. Dixit autem veritatem esse in circuitu non factam aut futuram esse: sed adest potenti Deo tam virtus perpetua, quàm ipsa sapientia & veritas verbo ac luci Dei.

Ioan. 14, 6. *Deus veritas & genitor sapientiæ.* *Ioan. 1, 1.* *Ioan. 10, 38.* *1. Ioan. 1, 5.* *Dan. 2, 22.* *Deus lux est.* *Sap. 7, 26.*

10. TV DOMINARIS POTESTATI MARIS.] ANONYMI. Ostendit hic sermo quomodo idem ipse qui in forma serui existit etiam liquidam à principio materiam produxerit, atque idem sit qui arenam posuit terminum mari, & dixit ipsi, *Vsque huc venies, & non transgredieris*. Hoc autem verum esse ostendit increpans & mare & ventos, quando cum discipulis nauigabat.

Christus est Dominus maris. *Iob 38, 11.* *Matth. 8, 26.* *Luc. 8, 24.*

HESYCHII. Veritas tua, inquit, est apud illos qui te ambiunt; nos autem qui procul à te absumus, ex prouidentia circa terram & mare magnificentiam tuam cernentes, confitemur, quia potens es, & veritas tua in circuitu tuo. Tantum enim mare mitigas, ostia & littora illi circumponens, & vt Domino seruiens incuruatum fremit, & in semetipso conturbatur, quòd non totam terram inundet.

11. TV HVMILIASTI SICVT VVLNERATVM SVPERBVM.] ATHANASII. Ipse enim est qui alligauit fortem ac superbum, & dedit suis *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici*.

Deus alligauit fortem & superbum. *Lucæ 10, 19.*

DIODORI. Hæc autem etiam facis in inuisibilibus potestatibus: siquidem prouidentiæ

CATENA PATRVM.

dentiæ tuæ aduersantes dissipantur cum principe superbiæ & sæculi huius, quem gladio percussisti; iuxta illud, *Inducet Dominus gladium magnum & fortem super draconem colubrum tortuosum, & occidet draconem qui est in mari.* de quo Dauid ait: *Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus. Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Cùm igitur in mari, quod aduersariarum potestatum regionem designat, secundùm duplicem prophetiam dictus sit esse: vtique etiamnum istiusmodi mare insinuauit dicens: *Tu autem dominaris potestati maris,* &c. Istis igitur & hoc coniunxit: *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum*, & conatus inimicorum aduersantium. Quin & alibi psallit, *Tu contriuisti capita draconum in aqua: tu contriuisti caput draconis, dedisti eum escam populis Aethiopibus.* Et in Iob: *Duces autem dracones hamo,* & quæ sequuntur. quibus subiungit: *Ipse autem est Rex omnium quæ in aquis sunt.* Nunc igitur diuinus Spiritus significat vnigeniti descensum vsque ad prædictum mare. Cùm itaque ipsum diuinitus prædixisset, & primam eius in sanctis commorationem recensuisset; similiter docere pergit, quomodo etiam declarato à nobis mari esset imperaturus; quapropter quoque potentem ipsum dixit ad confirmandam promissionem quæ ad Dauidem facta est.

Isaiæ 27, 1.

Psal. 103, 25.

Psal. 73, 13. Christus contriuit caput draconis.

Iob 40, 20.

ANONYMI. Aliàs quoque ipsum vti reliquæ creaturæ, ita & mari dominari testatur id quod in Iona dicitur: *Excitauit Dominus tempestatem in mari.* & iterùm: Voluntate eius *stetit mare à commotione sua.* Huic etiam Iesus imperauit, ostendens se esse Filium Domini potestatis eius. Si autem mare vitam hominum designet, potestas eius est malignus, in quo totus hic mundus positus est (id est mortalis & fragilis gubernatio:) quem eneruans Dominus, dedit discipulis suis *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem eius:* mitigans inconstantes impetus, qui fluctus eius appellantur; ita vt etiam calcabile reddatur illud ascendentibus: quorum imago est Petrus. Nemo enim absque Iesu potest vitæ huius mare conculcare, illecebras & curas eius superando, nisi ipse comitetur. Ipse enim est qui super mare tam-

Ion. 1, 4.

Ibid. 15.

Matth. 14. Christus imperauit mari in signum potestatis.

1. Ioan. 5, 18.

Lucæ 10, 19.

τῇ σῇ προνοίᾳ διασκορπίζονται μετὰ τοῦ συνυπερηφανίᾳ κατάρχοντος καὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὃν ἔπληξας τῇ ῥομφαίᾳ· κατὰ τὸ, ἐπάξει κύριος τὴν ῥομφαίαν τὴν μεγάλην τὴν ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν σκολιὸν, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. περὶ οὗ φησιν ὁ Δαβίδ· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. δράκων οὗτος ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ. ἐπεὶ οὖν ἐν θαλάσσῃ, κατὰ τὴν διττὴν εἴρηται προφητείαν, σημαινούσῃ τὸ τῶν δυνάμεων τῶν ἀντικειμένων χωρίον· μήποτε καὶ νῦν τὴν τοιαύτην ἠνίξατο θάλατταν εἰπών· Σὺ δὲ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ ἑξῆς. Τούτοις γοῦν συνῆψε τό· Σὺ ἐταπείνωσας ὡς τραυματίαν ὑπερήφανον, καὶ τὰς περὶ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἀντικειμένων. ψάλλει δὲ καὶ ἄλλοθι, Σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος· σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι. καὶ ἐν Ἰώβ· Ἄξεις δὲ δράκοντας ἀγκίστρῳ, καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς ἐπάγει· Αὐτὸς δέ ἐστι βασιλεὺς πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασι. Νῦν τοίνυν τὸ θεῖον πνεῦμα δηλοῖ τοῦ μονογενοῦς τὴν κάθοδον τὴν μέχρι τῆς εἰρημένης θαλάσσης. Προθεολογήσας γοῦν αὐτὸν, καὶ τὴν πρώτην αὐτοῦ διατριβὴν τὴν ἐν τοῖς ἁγίοις εἰπών· πρόεισι διδάσκων ὡσαύτως, ὡς ἔσται τῆς δηλωθείσης ἡμῖν κρατήσει θαλάσσης· διὸ καὶ δυνατὸν αὐτὸν προεῖπεν εἰς πίστιν τῆς πρὸς τὸν Δαβὶδ γενομένης ἐπαγγελίας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως τοῦ δεσπόζειν σὺν τῇ λοιπῇ κτίσει, καὶ τῆς θαλάσσης πίστις τὸ λέγεσθαι ἐν Ἰωνᾷ· Ἐξήγειρε κύριος κλύδωνα ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ πάλιν· θελήσει αὐτοῦ ἔστη ἡ θάλασσα ἐκ τοῦ σάλου αὐτῆς. Ταύτῃ δὲ καὶ Ἰησοῦς ἐπετίμησε, δεικνὺς ὡς ἔστιν Υἱὸς τοῦ δεσπότου τοῦ κράτους αὐτῆς. εἰ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἡ θάλασσα δηλοῖ, κράτος αὐτῆς ὁ πονηρὸς, ἐν ᾧ ὁ κόσμος ὅλος κεῖται (τουτέστιν ἡ θνητὴ καὶ ἐπίκηρος πολιτείας) ὃν ἐκνευρίσας ὁ κύριος, δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ· καταπραΰνων τὰς ἀστάτους ὁρμὰς, κύματα καλουμένας αὐτῆς· ὡς ἂν ἔσται βάσιμος τοῖς ἐπιβαίνουσι γένηται· ὧν ὁ Πέτρος εἰκών. Οὐδεὶς γὰρ χωρὶς Ἰησοῦ δύναται πατεῖν τοῦ βίου τὴν θάλατταν, τὰς τούτου νικῶν ἡδυπαθείας καὶ μερίμνας, ἀλλ' οὖν συμβαδίζοντος. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ περι-

πατῶν

πατῶν ὡς ἐπὶ ἐδάφους ἐπὶ θαλάσσης· πρὸς ὃν εἴρηται, ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου, καὶ αἱ τρίβοι σου ἐν ὕδασι πολλοῖς· τρίψαντος ἐν τῷ βίῳ τά τε πάθη καὶ τὰς μερίμνας, ὧν ἐπιβαίνειν ἐῶνται οἱ τοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθοῦντες αὐτοῦ.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ὥσπερ τῆς θαλάσσης δεσπότης ἐστὶν, οὕτω καὶ τῶν οὐρανῶν ποιητὴς καὶ τῆς γῆς ἁπάσης. ὅθεν ἐπάγει·

ιβʹ. ΣΟΙ ΕΙΣΙΝ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ, ΚΑΙ ΣΗ ΕΣΤΙΝ Η ΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σὺ πάντων, φησὶν, εἶ ποιητὴς, οὐ μόνον θαλάττης, ἀλλὰ καὶ τοῦ στερεώματος, καὶ τῶν θείων δυνάμεων, καὶ τῆς ὑποκειμένης ἅπασι γῆς. Πάντων οὖν κρατοῦντι τίς ἀντιστήσεται, τὰς πρὸς Δαβὶδ ἐπαγγελίας πληρῶσαι; πλήρωμα δὲ τῆς οἰκουμένης, ἣν κατ᾽ ἐξαίρετον ἀντιδιέστειλε τῆς ἐρήμης, οἱ ἄνθρωποι. Λέγοις δ᾽ ἂν καὶ τοῦ σωτῆρος τὴν ἐκκλησίαν, ἣν αὐτὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐθεμελίωσεν ἐπὶ τὴν πέτραν· περὶ ἧς ἑτέρωθι λέγει· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. εἶτα διηγεῖται πῶς τὴν οἰκουμένην ἐθεμελίωσε. περὶ ὧν Ἀκύλας εἶπε, Βορρᾶν καὶ δεξιὰν σὺ ἔκτισας αὐτά· ἡ δὲ ε' ἔκδοσις, Βορρᾶν καὶ Νότον σὺ ἔκτισας. διὰ δὲ τῶν δύο τμημάτων δηλοῖ τὸν σύμπαντα κόσμον, ὃν ἡ δύναμις ἡ τοῦ σωτῆρος ἐπλήρωσε. παρίσταται δὲ διὰ τούτων πρόσωπον μὲν εἶναι τοῦ κόσμου τὸ ἀνατολικὸν μέρος, ἀριστερὸν δὲ τὸ βόρειον, δεξιὸν δὲ τὸ μεσημβρινόν· ἀντιδιέσταλται γὰρ τὸ Βορρᾷ. Καὶ εἰ τὸ πρόσωπον ἔχοιμεν εἰς ἀνατολὰς, ἀνάγκη δεξιὸν εἶναι τὸ Νότιον, ἀριστερὸν δὲ τὸ Βόρειον, καὶ κατὰ νώτου τὸ δυτικόν. Καὶ κατὰ φύσιν εἴρηται ταῦτα. Πλὴν δεξιὸν ἡ γραφὴ λέξασα, τὸ ἀριστερὸν εἰπεῖν ἐφυλάξατο, διὰ τὸ νομίζεσθαι σκαιόν τε καὶ ἐναντίον τῷ δεξιῷ. Οὐδὲν δὲ ἐν τῷ παντὶ σκαιὸν, οὐδὲ τῷ καλῷ ἐναντίον. εἰ δὲ καὶ πάντα, φησὶν, ἔκτισας· ἀλλ᾽ οὖν ἐξαιρέτως ὄρη τὸ Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται· κατὰ δὲ Ἀκύλαν αἰνέσουσι· κατὰ δὲ Σύμμαχον, τὸ ὄνομά σου εὐφημήσουσιν. Ἐν τούτοις γὰρ οἶμαι τὰς παραδόξους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν γεγονέναι μεταμορφώσεις καὶ τὰς πλείστους διατριβάς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως δὲ τῶν δύο τούτων μέμνηται τμημάτων, ἐπειδὴ ἐκ νότου μὲν τῆς Ἱερουσαλὴμ οἱ Αἰγύπτιοι, οὓς μετῆλθε τιμωρίᾳ τὸν ἴδιον σώζων λαόν· ἐκ Βορρᾶ δὲ Ἀσσύριοι. Καὶ

quam supra continentem ambulat: ad quem dicitur, *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis*: qui & in vita passiones & curas conculcauit, quas transcendere permittuntur illi qui vestigijs ipsius insistunt. CATENA PATRVM. Psal. 76, 20.

ALTERIVS. Sicut maris Dominus est, ita etiam cælorum vniuersæque terræ Conditor existit. vnde subdit:

12. TVI SVNT CÆLI, ET TVA EST TERRA.] EVSEBII. Tu, inquit, omnium es Conditor, non solùm maris, sed etiam firmamenti, ac virtutum diuinarum, & terræ omnibus subiectæ. Omnibus igitur imperantem quis impediet, quò minùs factas Dauidi promissiones impleat? Plenitudo autem orbis, quam deserto pulchrè opposuit, sunt homines. Possis quoq; ipsam dicere Ecclesiam Saluatoris, quam ipsummet Dei Verbum fundauit super petram; de qua alibi dicit: *Dominus regnauit, decorem indutus est. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.* Deinde recenset quomodo orbem fundauerit. Pro quibus Aquila dixit, *Aquilonem & dexterã tu condidisti ea*; Quinta verò editio, *Aquilonem & Austrum tu condidisti.* Per duas autem partes illas designat orbem vniuersum, quem virtus Saluatoris impleuit. Ceterùm per hæc declarat faciem quidem mundi esse partem Orientalem, sinistram verò esse Aquilonarem, dexteram autem Meridionalem: siquidem opponitur Aquiloni. Et si faciem vertamus ad Orientem, necesse est dexteram esse partem Australem, sinistram verò Aquilonarem, retrò verò Occidentalem. Atque hæc secundùm naturam dicta sint. Ceterùm cùm Scriptura dexteram dixisset, omisit dicere sinistram, eò quòd putetur læua & dexteræ contraria. Nihil autem in vniuerso læuum, vel bono seu pulchro contrarium. Etsi autem, inquit, omnia condideris, attamen per excellentiam montes *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*; secundùm Aquilam verò *laudabunt*; secundùm Symmachum, *Nomen tuum benedicent.* In his enim mirabiles Saluatoris nostri transfigurationes ac plurimas moras contigisse arbitror.

Deus etiam firmamenti & Angelorum Dominus.

Quid plenitudo orbis appelletur.

Psal. 92, 1.

Oriens est orbis facies, Aquilo sinistra, Auster dextra.

Nihil in vniuerso contrarium bono creatum.

DIDYMI. Ceterùm aliàs etiam duarum partium istarum meminit, quia ex parte Australi quidem Hierosolymæ sunt Ægyptij, quos proprium populum seruans supplicio affecit; ex Aquilonari verò Assyrij. Ac fa-

CATENA PATRVM. facile tibi, inquit, est tam hos quàm illos destruere. Sic enim vniuersa promissionis terra exultabit, per Thabor & Hermonijm significata. Non dicit autem hæc montes facturos esse, sed eorumdem incolas.

ANONYMI. Sensus autem anagogicus est istiusmodi. q.d. Hi qui cæli interpretantur confitebuntur mirabilia eius, & quæ Iesu semen suscepit, ac fructum fert centesimum, & sexagesimum, & trigesimum, cùm sit terra eius. Possessio autem ipsius, & orbis quem fundauit cum plenitudine eius, Ecclesiam designat. In hac enim commorantur animæ, quæ verum Verbum frequentant, & virtutes sacræ, quæ castrametantur in circuitu timentium eum: in qua *fundamentum*, inquit Paulus, *aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus:* in quo est plenitudo virtutum ac dogmatum piorum, atque munerum Spiritus diuini. Creauit autem Dominus Aquilonem & maria, vt amplius non essent id quod priùs erant: *vtpote qui duos condidit in semetipso in vnum nouum hominem*, & ex his duobus vnum fecit. Porrò creat etiam eos qui à fide extranei sunt, vt *in Christo noua creatura* fiant. Ceterùm *Thabor* idem est quod *electus*, *Hermon* verò *sublimatio*. Qui enim diuinam adeptus est electionem, & à lumine sublimatus est, in nomine Dei exultat. *Thabor* autem etiam *lacus* interpretatur. Dat enim Deus in modum benedictionis lacus excisos, quos minimè exciderunt illi qui recipiunt. Verùm hoc quoque in vituperium ponitur. Qui itaque sic nominatus ita immutatur, vt puteus vel fons appelletur, is exultabit in nomine Domini.

Matth. 13, 8.

1. Cor. 3, 11.

Ephes. 2, 15.

2. Cor. 5, 17.

Thabor & Hermon quid significent.

THEODORETI. Per hæc designat quatuor partes orbis: per Aquilonem quidem partes boreales; per mare verò Occidentales; (mare enim Scriptura hesperum seu Occidentem appellat;) per montem autem Hermon Austrum; per montem denique Thabor Orientem. Porrò mons Thabor in Galilæa situs est; Hermonijm verò in deserto prope Sina. Dicit autem Deum non solùm operationibus suis in Thabor, verùm etiam manifestatione suâ in Hermonijm celebrandum esse.

14. TVVM BRACHIVM CVM POTENTIA.] ATHANASII. Tuum ô Domine brachium, inquit, ostensum est omnibus cum po-

ῥᾳδία σοι, φησὶν, ἡ τούτων ὡς ἡ ἐκείνων κατάλυσις. Οὕτω γὰρ ἡ πᾶσα τῆς ἐπαγγελίας ἀγαλλιάσεται γῆ, δηλουμένη διὰ Θαβὼρ καὶ Ἑρμωνιείμ. τὰ δὲ ὄρη ταῦτα δράσειν οὐ λέγει, ἀλλὰ τοὺς παρ' αὐτὰ κατοικοῦντας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀνάγοις δ' ἂν οὕτως. ὡς ἂν εἴποι· Οἱ ἑρμηνευόμενοι οὐρανοὶ ἐξομολογήσονται τὰ θαυμάσια αὐτοῦ, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ δεχομένη σπόρον, καὶ καρποφοροῦσα εἰς ἑκατὸν, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τριάκοντα, γῆ αὐτοῦ τυγχάνουσα. Κτῆμα δὲ αὐτοῦ, καὶ ἣν ἐθεμελίωσεν ἅμα τῷ πληρώματι αὐτῆς οἰκουμένην, δηλοῦσα τὴν Ἐκκλησίαν. Ἐν ταύτῃ γὰρ οἰκοῦσι ψυχαὶ, τὸν ἀληθῆ προσπτάμεναι λόγον, καὶ δυνάμεις ἱεραὶ, παρεμβάλλουσαι κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν· ἐν ᾗ θεμέλιον, φησὶ Παῦλος, οὐδεὶς ἄλλον δύναται θεῖναι, παρὰ τὸν κείμενον· ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς· ἐφ' ᾧ τὸ πλήρωμα τῶν ἀρετῶν καὶ δογμάτων τῶν εὐσεβῶν, καὶ τῶν τοῦ Θείου πνεύματος δωρεῶν. Ἔκτισε δὲ Βορρᾶν ὁ κύριος καὶ τὰς θαλάσσας, ἐπὶ τῷ μηκέτι εἶναι ὃ πρότερον ἦσαν· ὡς ὁ κτίσας ἐν ἑαυτῷ τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐκ δύο τούτους ἓν πεποίηκε. κτίζει δὲ καὶ τοὺς ἐκτὸς τῆς πίστεως, ἵν' ἐν Χριστῷ καινὴ γένωνται κτίσις. Ἔστι δὲ τὸ μὲν Θαβὼρ ἐκλεκτὸς, τὸ δὲ Ἑρμὼν φωτὸς μετεωρισμός. ὁ γὰρ τυγχάνων ἐκλογῆς θείας, καὶ ὑπὸ φωτὸς μετεωριζόμενος, ἀγαλλιᾶται ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ. ἑρμηνεύεται δὲ Θαβὼρ καὶ λάκκος. δίδωσι γὰρ ὁ Θεὸς τισὶν ἐν εὐλογίας τρόπῳ λάκκους λελατομημένους, οὓς οὐκ ἐξελατόμησαν οἱ λαβόντες. καὶ ἐπὶ ψόγου δὲ τίθεται. μεταβαλὼν οὖν ὁ οὕτως ὀνομασμένος ὡς χρηματίσαι φρέαρ ἢ πηγὴ, ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὰ τέσσαρα μέρη τῆς οἰκουμένης διὰ τούτων σημαίνει· διὰ μὲν τοῦ Βορρᾶ τὰ ἀρκτῷα μέρη· διὰ δὲ τῆς θαλάσσης τὰ τῆς ἑσπέρας· (θάλασσαν γὰρ ἡ γραφὴ τὴν ἑσπέραν καλεῖ·) διὰ δὲ τοῦ Ἑρμὼν ὄρους τὸν Νότον· διὰ δὲ τοῦ Θαβὼρ ὄρους τὴν ἀνατολήν. Κεῖται δὲ τὸ Θαβὼρ ὄρος ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· Ἑρμωνιεὶμ δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ πρὸς τὸ Σινᾶ. Ὑμνεῖσθαι δὲ τὸν Θεόν φησιν οὐ μόνον ταῖς περὶ τὸ Θαβὼρ ἐνεργείαις αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῇ περὶ Ἑρμωνιεὶμ ἐπιφανείᾳ.

ιδ'. ΣΟΣ Ο ΒΡΑΧΙΩΝ ΜΕΤΑ ΔΥΝΑΣΤΕΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁ σὸς ὦ δέσποτα βραχίων, φησὶν, ἐπιδείχθη τοῖς πᾶσι μετὰ δυναστείας.

ἰαστείας. εἰ γὰρ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ πέφηνε καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐμφανὴς καθέστηκεν ἡ τῆς μεγαλειότητος αὐτοῦ ὑπεροχή· καὶ τοῦτό ἐστι τό, κραταιωθήτω ἡ χείρ σου, ὑψωθήτω ἡ δεξιά σου.

Εὐσεβίου. Καὶ ταῦτα πρὸς τὴν τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ δοξολογίαν παρείληπται, διὰ τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ ἐπαγγελίας. δυνατῷ γάρ, φησι, πεφυκότι καὶ κρατοῦντι πάντων τίς ἀντιστήσεται, βουλομένῳ πληρῶσαι; ὥσπερ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλευόντων ὁ θρόνος ἐξ ὕλης τιμίας ποιεῖται· οὕτως ὁ σὸς ἐκ τῶν πρεπόντων σοι τῷ Θεῷ κατεσκεύασται δικαιοσύνης καὶ κρίματος. Σαφέστερον δέ φησιν ὁ Σύμμαχος, ἀήττητος ἡ χείρ σου, ὑψηλὴ ἡ δεξιά· δικαιοσύνη καὶ κρίμα βάσις τοῦ θρόνου σου· ὁ δὲ Ἀκύλας, ἕδρασμα τοῦ θρόνου σου. ὧν ἀμφοτέρων προτρέχει ἔλεος καὶ ἀλήθεια. Δεῖται γὰρ ἐλέους ἡ δικαιοσύνη πρὸς τιμωρίας πραότητα. Οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ὑφίσταται τῆς δικαιοσύνης τὸ ἄκρατον.

Διοδώρου. Καὶ ἄλλως δέ, φησιν, ἡ σὴ δύναμις πάντων ἐπικρατεῖ· ἔνδοξος δὲ φανήτω καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς. (συμπεριείληπται δὲ τῷ ἑνὶ Θεῷ ἥτε δύναμις αὐτοῦ, καὶ ἡ χείρ, καὶ ὁ βραχίων.) Τελεία γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς οὖσα, δι' ἧς ἅπαντα γέγονέ τε καὶ γίνεται, συναριθμεῖται Θεῷ κατὰ τὸν ἕνα τῆς θεότητος ἀριθμόν, ὡς μὴ περιπίπτειν τοῖς περὶ τῶν ἀνομοίων αὐτῷ, λεγομένοις πολλοῖν υἱῶν. Ἡ γὰρ μία δύναμις εἰκὼν ἀληθινὴ καὶ γνώρισμα τοῦ Θεοῦ πάντα δι' αὐτῆς ἐπιτελοῦντος· διόπερ αὐτῇ ἥρμοσε καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας τὰ θεῖα, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις ὑπὸ Χριστοῦ γίνεται· ἐνυπάρχουσα μὲν ὡς δυνάμει Θεοῦ, δοθεῖσα δὲ ὡς ἀνθρώπῳ, καθάπερ εἶπεν αὐτός. Διεῖλε δὲ τοῖς χρόνοις τὸν ἔλεον καὶ τὴν κρίσιν. Ἡ μὲν γὰρ ἔσται, ὅταν ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς καθίσῃ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, βάσιν ἔχοντος τὴν δικαιοσύνην· καθὰ προεῖπεν ἐν θ' ψαλμῷ, Ἥδρασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ. προτρέχει δὲ τῆς ἐπιφανείας ἐκείνης ἔλεος πολὺ ἐπὶ γῆς, ἐλέῳ τοὺς ἀνθρώπους εἰς σωτηρίαν προξενίζοντος τοῦ μέλλοντος ἐπιφανήσεσθαι φοβεροῦ κριτοῦ. μετὰ τοῦ ἐλέους δὲ ἡ ἀλήθεια· οὐ γὰρ οἷόν τε μὴ μιγνύσθαι οὐκ ἀληθῶς ἢ ὀρθῶς ἐν τῇ χρηστότητι τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν· κἂν δοκῶσι τοῖς ἀγνοοῦσι τὸ μέλλον οὐκ ὀρθῶς εὐπράττειν οἱ φαῦλοι, οὐδὲ μὴν οἱ ἀγαθοὶ δυσπραγεῖν.

tentia. Etsi enim homo factus sit, nobisque similis apparuerit, magnitudinis tamen ipsius eminentia fuit manifesta; atque hoc sibi vult istud, *Firmetur manus tua, exaltetur dextera tua.* CATENA PATRVM.

Evsebii. Atque hæc ad vnigeniti Dei laudem assumpta sunt, propter promissiones Dauidi factas. Nam naturâ, inquit, potenti atque omnibus imperanti quis resistet, cùm promissa sua implere voluerit? Sicut autem Regum terrenorum thronus ex pretiosa materia conficitur; ita tuus ex ijs quæ te Deum decent iustitiâ & iudicio constructus est. Manifestiùs autem ait Symmachus, *Inexpugnabilis manus tua, excelsa est dextera tua: iustitia & iudicium basis throni tui:* Aquila verò, *firmamentum throni tui.* Quorum vtrumque præcurrit misericordia & veritas. Iustitia namque ad pœnæ mitigationem opus habet misericordiâ. Nemo enim hominum meram seu rigidam iustitiam valeat sustinere.

Dei thronus iustitia & iudicium.

Diodori. Ceterùm aliàs etiam, inquit, potentia tua cuncta continet; verùm terrigenis quoque appareat gloriosa. (Vno autem Deo & potentia, & manus, & brachium eius continetur.) Cùm enim in semetipsa perfecta sit, per quam omnia facta sunt & fiunt, connumeratur Deo secundùm vnicum numerum diuinitatis, ne coincidat cum plurimis ipsi inæqualibus, qui etiam filij dicuntur. Hæc vnica namque potentia est vera imago ac notio Dei omnia per ipsam perficientis: quapropter ipsius quoque ad homines aduentus diuina opera concinnauit, & Dei iudicium à Christo fit; Deo quidem tamquam potentiæ inexistens, datum verò tamquam homini, quemadmodum ipsemet testatus est. Porrò misericordiam & iudicium temporibus distinxit. Hoc namque erit, quando Rex veniens sedebit super thronum gloriæ suæ, qui pro base habet iustitiam; sicut in Psalmo nono prædixit, *Parauit in iudicio thronum suum.* Sed aduentum istum multa misericordia super terram præcurrit, dum Iudex, qui tunc terribilis appariturus est, per misericordiam modò homines ad salutem inuitat. Cum misericordia autem veritas coniuncta est; siquidem non potest non verè ac rectè benignitati Dei longanimitas admisceri; tametsi futurum ignorantibus minimè rectum videatur vt improbi rebus prosperis fruantur, probi verò aduersis affligantur.

Christus est brachium & potentia Dei.

Christi thronus in iudicio.

CATENA PATRVM.

Isaiæ 53, 1.

Christus dicitur brachium, manus & dextera Dei.

Psal. 117, 16.

DIDYMI. Ceterùm vnigenitus quoque brachium appellatur: vt in isto, *Et brachium Domini cui reuelatum est?* item in isto, *Excelsum tuum brachium, & non sciuimus.* Item manus: vt in illo, *Manus tua excelsa fecit hæc omnia.* Item dextera: in illo, *Dextera Domini exaltauit me.* Ait autem, Exaltetur manus tua mirabilia faciens. Petrus itaque ad

Act. 4, 30.

Deum dicit: *Da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad signa & prodigia.* Exaltatur autem dextera tua, sublimans omnem

Christi aduentum præcedit misericordia & veritas.

imitatorem. Præcedit verò aduentum tuum misericordia & veritas. Ceterùm possis iterùm misericordiam & veritatem dicere vnigenitum. Quis enim ad faciem tuam accedet nisi priùs misericordiam consecutus, & in veritate conuersatus fuerit? vt in illo: *Emisit Deus misericordiam suam, & veritatem suam.*

Marci 9, 37.

Porrò vt prior mentibus affulgens coniunctum sibi Patrem manifestat. Qui enim me susceperit, inquit, suscipit Patrem, & veniemus & ego & Pater.

Christus imago Patris puræ menti se ostendit.

Heb. 1, 3.

Cùm enim sit imago Dei inuisibilis, puræ menti semetipsum ostendit, per semetipsum Patrem demonstrans. Est verò etiam facies Patris, cùm sit *figura substantiæ eius.* Prospicitur nimirum corde illorum qui ipsum in puritate valent contemplari. Misericordiam quidem ait propter virtutes morales, veritatem verò propter scientiam pietatis. Nam per moralem actionem misericordiam consequimur; per scientiam verò adhæremus veritati: quapropter multis Scripturæ locis simul inuicem ista nominantur.

Quid per brachium & potentiam designetur.

ANONYMI. Alius autem *brachium* quidem de operatione dicit positum, *potentiam* verò de virtute. Sic enim Aquila exposuit illud *cum potentia.* Tibi nimirum, inquit, proprium est omnia potenter operari. Porrò manus quoque efficacitatem designat. Volunt autem per illam quidem inimicos deleri, per dexteram verò ipsi salutem adipisci; idcircò illam quidem *insuperabilem,* hanc verò *excelsam* appellauit. Per sequentia igitur tamquam Iudicem Deum rogant, vt contra Babylonios quidem iustam sententiam ferat, ipsis verò misericordiam impertiatur, & promissionis veritatem exhibeat: quamobrem iudiciariam quidem sedem iustitiâ ac iudicio exornari dicunt, misericordiam verò & veritatem Deum præcedere.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Χρηματίζει δὲ ὁ μονογενὴς καὶ βραχίων· ὡς ἐν τῷ, καὶ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; καὶ ἐν τῷ, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐκ ᾔδειμεν. καὶ χεὶρ ὡς ἐν τῷ· ἡ χείρ σου ἡ ὑψηλὴ ἐποίησε ταῦτα πάντα. καὶ δεξιά· ἐν τῷ δὲ, δεξιὰ κυρίου ὕψωσέ με. Λέγει δὲ, ὑψωθήτω ἡ χείρ σου παραδοξοποιοῦσα. Φησὶ γοῦν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Θεόν· Δὸς τοῖς δούλοις σου ἀφόβως μετὰ παρρησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου, ἐν τῷ ἐκτείνειν τὴν χεῖρά σου εἰς σημεῖα καὶ τέρατα. ὑψοῦται δὲ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, μετεωρίζουσα πάντα τὸν μιμητήν. προπορεύεται δέ σου τῆς παρουσίας ἔλεος καὶ ἀλήθεια. Λέγοις δ' ἂν πάλιν ἔλεος καὶ ἀλήθειαν τὸν μονογενῆ. Τίς γὰρ προσβαλεῖ σου τῷ προσώπῳ μὴ προειλημμένος, καὶ ἐνωμιληκὼς τῇ ἀληθείᾳ; ὡς ἐν τῷ· Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ. ὡς προεπιδημῶν δὲ ταῖς διανοίαις ἐμφανίζει τὸν συνηρμοσμένον αὐτῷ Πατέρα. ὁ γὰρ ἐμὲ δεχόμενος, φησι, δέχεται τὸν Πατέρα, καὶ ἐλευσόμεθα ἐγώ τε καὶ ὁ Πατήρ. Εἰκὼν γὰρ ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, τῷ καθαρῷ νῷ δείκνυσιν ἑαυτὸν, δι' ἑαυτοῦ δεικνὺς τὸν Πατέρα. Ἔστι δὲ καὶ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, χαρακτὴρ ὢν τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. καὶ δὴ προορᾶται τῇ καρδίᾳ τῶν αὐτὸν ἐν καθαρότητι δυναμένων ὁρᾶν. Ἔλεον μὲν λέγει διὰ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς, ἀλήθειαν δὲ διὰ γνώσεως εὐσεβοῦς. Κατὰ γὰρ τὴν ἠθικὴν ἐνέργειαν ἐλεούμεθα· κατὰ δὲ τὴν γνῶσιν τῇ ἀληθείᾳ προσβαλλόμεθα· διὸ πολλαχοῦ τῆς γραφῆς ἀλλήλοις ταῦτα συνονομάζεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἕτερος δὲ τὸν βραχίονα μὲν ἐπὶ τῆς ἐνεργείας ἔφη τετάχθαι, τὴν δὲ δυναστείαν ἐπὶ τῆς δυνάμεως. οὕτω γὰρ Ἀκύλας ἐξέδωκε τὸ μετὰ δυναστείας. Ἴδιον σοί, φησι, τοῦτο τὸ δυνατῶς ἐνεργεῖν ἅπαντα. Δηλοῖ δὲ καὶ χεὶρ τὴν ἐνέργειαν. Βούλονται δὲ δι' ἐκείνης μὲν τοὺς πολεμίους καταλυθῆναι, διὰ δὲ τῆς δεξιᾶς αὐτοὶ σωτηρίας τυχεῖν· διὸ τὴν μὲν ἀήττητον, τὴν δὲ κέκληκεν ὑψηλήν. Διὰ γοῦν τῶν ἑξῆς ὡς δικαστὴν αἰτοῦσι τὸν Θεὸν, κατὰ μὲν τῶν Βαβυλωνίων δικαίαν ἐνεγκεῖν τὴν ψῆφον, αὐτοῖς δὲ τὸν ἔλεον παρασχεῖν, καὶ δεῖξαι τῆς ὑποσχέσεως τὴν ἀλήθειαν· διὸ καὶ δικαιοσύνῃ μὲν καὶ κρίματι τὸν δικαστικὸν λέγουσι κεκοσμῆσθαι θρόνον, ἔλεον δὲ καὶ ἀλήθειαν προπορεύεσθαι τοῦ Θεοῦ.

ιϛʹ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ Ο ΛΑΟΣ Ο ΓΙΝΩΣΚΩΝ ΑΛΑΛΑΓΜΟΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κηρύξας τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ μονογενοῦς, εἰκότως μακαρίζει τοὺς τὸ αὐτοῦ ἐκμανθάνοντας τὸ μυστήριον. τοῦτο δέ ἐστι τὸ τοὺς ἐπινικίους ᾄδειν αὐτῷ. Ἀλαλαγμὸς γάρ ἐστιν ἡ ἐπὶ τοῖς πεσοῦσιν ἐχθροῖς γινομένη ᾠδή. παρετάξατο δὲ ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ νενίκηκε τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς ἡττημένοι, μακαρίζουσι τοὺς ἐπ' αὐτοῖς τὸν ἐπινίκιον ἀλαλάξαντας. Προθεσπίζει δὲ μᾶλλον τοὺς πανταχοῦ τὸν μυστικὸν ἀλαλαγμὸν προσφέροντας τῷ Θεῷ. Τῇ σῇ γάρ, φησι, παρουσίᾳ καταυγασθέντες, σοὶ τῷ νικοποιῷ τὸν ἐπινίκιον ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς προσάγουσιν ὕμνον πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἀναβαίνοντες ὕψος· καὶ τῷ παρὰ σοῦ πρὸς τοῦτο δυναμοῦσθαι καυχώμενοι. ἀνθ' οὗ Σύμμαχος, ὅτι ἁγίασμα ἀήττητον εἶ σύ. Τὴν δὲ κατ' ἐχθρῶν αὖθις δύναμιν ὁ προφήτης κέρας ἐκάλεσε. Τὰ γὰρ τῶν ζώων κερασφόρα τούτοις ἀεὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεται. Θαρροῦμεν γάρ, φησιν, ὡς ἀντιλήψῃ βασιλεὺς ὑπάρχων ἡμῶν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἰνίττεται δὲ καὶ τὴν ἀναίμακτον καὶ λογικὴν δι' ἀλαλαγμοῦ προσαγομένην θυσίαν τῇ τοῦ σωτῆρος θεότητι παρὰ τῶν φωτιζομένων· ἣν ἐκάλεσε πρόσωπον· ὡς οἷα δὴ λεγόντων· Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε. καὶ ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς. εἶτά φησιν ὡς καὶ τῶν προφητῶν ἡμῶν τῶν προλεγόντων ταῦτα τὸ κέρας ὑψωθήσεται, τὸ ἐπαγγελθὲν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ σου τοῦ βασιλέως Ἰσραήλ, ἀντιλαμβανομένου τῆς τούτου γενέσεως.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τοὺς ἁγίους αὐτοῦ Ἀποστόλους μακαρίζει, ὅτι δὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ ἐποίουν ὅσα ἐποίουν παράδοξα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅρα δὲ ὡς ὁ γινώσκων εἶπεν, ἀλλ' οὐκ ἐγνωκώς. Δεῖ γὰρ ἀεὶ τῷ νικᾶν ἐνεργεῖν τὸν ἀεὶ πρὸς ἀντιπάλους ἔχοντα τὸν ἀγῶνα· τοῦτο γὰρ αὐτὸν πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας θεωρίαν προσάγεται, καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ φωτιζόμενος, ἔσται λοιπὸν ἐν αἰωνίῳ ἡμέρᾳ· ἐν ᾗ μετὰ τῶν ὁμοίων ἀγαλλιάσεται, τὴν σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν προσκείμενος. Αὕτη γὰρ τῆς ἀγαλλιάσεως πρόφασις. Ὑψωθήσεται δὲ καὶ τῇ σῇ δικαιοσύνῃ, ἥτις ἐστὶν ὑψηλή, καὶ διὰ μετουσίας ἕλκει πρὸς ἑαυτήν. ὑψοῦται

16. BEATVS POPVLVS QVI SCIT IVBILATIONEM.] ATHANASII. Cùm vnigeniti incarnationem prædicasset, meritò beatos prædicat eos qui mysterium eius didicerunt. Hoc autem est ipsi epinicia canere. Iubilatio enim est canticum quod fit de hostibus cæsis. Bellum autem pro nobis gessit, atque aduersarias potestates deuicit.

Catena Patrum.

Iubilatio quid.

EVSEBII. Tamquam deuicti, beatos dicunt eos qui de ipsis epinicium iubilant. Quin potiùs præcinit eos qui vbique terrarum Deo afferunt iubilationem. Tuâ enim, inquit, præsentiâ illustrati, tibi victoriæ auctori victorialem de inimicis hymnum offerunt ad virtutis celsitudinem ascendentes; & ad hoc vires à te sibi suppeditari gloriantes. Pro quo Symmachus, *Quoniam sanctificatio inexpugnabilis es tu*. Ceterùm virtutem aduersus inimicos Propheta rursus cornu appellauit. Siquidem cornuta animalia cornibus se defendere solent. Confidimus enim, inquiunt, te, cùm Rex noster sis, nos defensurum.

Cornu pro virtute seu potentia sumitur.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπειδὴ ὠνείδισάν με κύριε οἱ ἐχθροί σου φάσκοντες ψευδεῖς εἶναι τὰς περὶ ἐμοῦ τοῖς ἔθνεσι διδομένας ἐπαγγελίας· (αὗται δὲ, ἦσαν τὸ σωθῆναι αὐτὰ, καὶ ἀπαλλαγῆναι θανάτου καὶ ἁμαρτίας·) ὠνείδισάν με ἀφορῶντες εἰς τὸν θάνατον τὸν ἐμὸν, καὶ ματαίους αὐτὰς εἶναι ἀποφῆναι· τούτου χάριν αἰτῶ σοι μνησθῆναι. τὸ γὰρ ἀντάλλαγμα τοῦ Χριστοῦ σου ὠνείδισαν, φησιν. εἴη δὲ τὸ ἀντάλλαγμα αὐτοῦ ὁ θάνατος αὐτοῦ καὶ τὸ αἷμα, τὸ ἀντίλυτρον διδόμενον τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας· ὃ καὶ ὠνείδισαν, ὑπολαμβάνοντες αὐτὸν κεκρατῆσθαι θανάτῳ· ἀλλ' οὐκ ἀπέμενεν ὁ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος, ἀνέστη δὲ μᾶλλον τριήμερος.

in sinu? Designat quoque imbellem; vt in illo, *Deus pro nobis, quis contra nos?* Item illud, *Ecce Deus adiuuabit me, quis nocebit mihi?* Ponitur etiam de aliquo qui propriè ab aliquibus vocatur. Hoc loco autem illud *Quis est homo.* significat idem quod nullus. Quis enim communem mortem effugiet? *Mors* enim, inquit, *in omnes homines pertransiit,* quemadmodum statutum est omnibus hominibus semel mori. Quin & omnis homo moritur peccato dum excidit à diuinitate; iuxta illud, *Vos autem sicut homines moriimini.* & illud, *Cùm enim sit inter vos zelus & contentio, nónne* * *homines estis, & secundùm hominem ambulatis?* Qui autem istiusmodi est, eiusdem nominis mortem minimè effugiet. Hoc enim est eorum qui Dij facti sunt participatione diuinitatis: siquidem hi semper viuunt vitæ æternæ participes effecti, quæ supra infernum est liberantis Dei.

CATENA PATRVM.

Rom. 5, 12. *Omnis homo moritur.*

Psal. 81, 7.

1. Cor. 3, 3.

* *Vulgata* carnales

50. VBI SVNT MISERICORDIÆ TVÆ ANTIQVÆ?] ATHANASII. Misericordias antiquas vocat illam reformationem ad immortalitatem, quæ ante mundi constitutionem præfinita est.

Quæ dicantur misericordia antiqua.

DIODORI. Superiùs quidem dicebam, Quomodo misericordiæ tuæ in sæculum siue in æternum permanent, & nihil à promissione tua excidet: rogo autem ipsum vt discat id quod latet, & quando veniet. Sicut igitur prædictio rerum molestarum præcessit, ita consequens est, vt illa quoque quæ rerum meliorum est in opus exeat; vt semina æterna, & thronus Dauid. Hæc vtique olim à Prophetis expectabantur, à nobis autem modò rebus ipsis videntur, per ea quæ in Domino nostro Iesu Christo perficiuntur.

APOLINARII. Quoniam exprobrauerunt mihi inimici tui Domine dicentes falsas esse promissiones quæ de me Gentibus datæ sunt: (hæ autem erant, illas seruandas esse, atque à morte & à peccato liberandas:) exprobrauerunt mihi in mortem meam intuentes, & inanes illas esse censuerunt; idcircò peto vt recorderis. Nam commutationem, inquit, Christi tui exprobrauerunt. Fuerit autem commutatio ipsius mors eius & sanguis, qui in pretium redemptionis pro salute mundi datus est: quem etiam exprobrauerunt, suspicantes ipsum à morte absorptum esse: sed non remansit qui erat inter mortuos liber, quin potiùs resurrexit triduanus.

Quæ sit commutatio Christi.

CATENA PATRVM. Quapropter etiam Psalmus ita concludit: *Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.* Ac si pridem resurrexisset, & in cælos ascendisset, atque cum proprio Patre benediceretur, siue confessio ipsi fieret in sæcula.

51. QVOD CONTINVI IN SINV MEO.] EVSEBII. Clarè Aquila, *Gerente me in sinu omnes iniquitates populorum:* Symmachus autem, *Portaui in sinu meo omnium Gentium.* A diapsalmate, quod antè positum fuit, videtur mihi sensus fuisse immutatus: nam cùm dixisset, *Vbi sunt misericordiæ tuæ?* tamquam prædictis malis iam cessantibus, vtpote in opus adductis, & inimicis cum opprobrio imminentibus, præsentem deprecationem affert Verbum illud salutare, quod pro seruis Dei gestat in sinu suo iniquitates populorum. Ceterùm *commutationem* Symmachus *vestigia* dixit quæ nobis exprobrant inimici Dei. Cùm autem, eò quòd exauditus esset, persuasum haberet, promissiones Dauidi factas citò aduenturas, totius sermonis finem per gratiarum actionem concludit, docens nos subiungere illud *Fiat, fiat*; secundùm Hebraicum quidem textum *Amen, amen*; secundùm Aquilam verò *Fideliter, fideliter.*

DIDYMI. Minimè desperans autem de misericordia promissum exigit, & Dei iustitiam appellat contra impias Gentes, quas Dei hostes nominat, vtpote iusto exprobrantes; quòd genus eius malè haberetur, & iusti Regis vestigium quodammodò exterminaretur. Verumtamen sperans preces suas opere complendas Deum benedicit; prout etiam
Rom. 9, 6. Paulus ait, *Non autem quod exciderit verbum Dei.*

διὸ καὶ ἐπισφραγίζει ὁ ψαλμὸς τό· Εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα· γένοιτο, γένοιτο. ὡς ἀναστάντος ἤδη, αὐτοῦ καὶ ἀνελθόντος εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ εὐλογουμένου, ἤτοι ἐξομολογουμένου εἰς τοὺς αἰῶνας, μετὰ τοῦ ἰδίου πατρός.

ναʹ. ΟΥ ΥΠΕΣΧΟΝ ΕΝ ΤΩ ΚΟΛΠΩ ΜΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Σαφῶς ὁ Ἀκύλας, αἴροντός μου ἐν κόλπῳ πάσας ἀδικίας λαῶν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐβάσταζα ἐν τῷ κόλπῳ μου πάντων τῶν ἐθνῶν. ἀπὸ δὲ τοῦ προτεταγμένου διαψάλματος, δοκεῖ μοι τῆς διανοίας γεγονέναι μεταβολή· εἰπὼν γὰρ, ποῦ τὰ ἐλέη σου; ὡς κατασιωπωμένων τῶν προειρημένων σκυθρωπῶν, ὅσα δὴ εἰς ἔργον ἐλθόντων, καὶ σὺν ὀνείδει τῶν ἐχθρῶν ἐπικειμένων, προσάγει τὴν παροῦσαν εὐχὴν ὁ σωτήριος λόγος, ὑπὲρ τῶν τοῦ θεοῦ δούλων ὁ αἴρων ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ τὰς ἀδικίας τῶν λαῶν. Τὸ δὲ ἀντάλλαγμα τὰ ἴχνη εἶπεν ὁ Σύμμαχος ἅπερ ἡμῖν ὀνειδίζουσιν οἱ ἐχθροὶ τοῦ θεοῦ. ὡς δὲ πεισθεὶς, διὰ τοῦ ἐπακουσθῆναι, τὰς πρὸς Δαβὶδ θᾶττον ἥξειν ἐπαγγελίας, τὸ τέλος τοῦ παντὸς λόγου διὰ τῆς εὐχαριστίας ἐπισφραγίζεται, διδάσκων ἡμᾶς ἐπιλέγειν τὸ γένοιτο, γένοιτο· κατὰ μὲν τὸ ἑβραϊκὸν ἀμὴν, ἀμήν· εἰρημένον κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν, πεπιστωμένως, πεπιστωμένως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Μὴ ἀπογνοὺς δὲ τὸν ἔλεον ἐπιζητεῖ τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὸ δίκαιον ἀπαιτεῖ τοῦ θεοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐθνῶν, ἃς ἐχθροὺς ὀνομάζει τοῦ θεοῦ, τῶν ὀνειδιζόντων τὸν δίκαιον· περὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος κακοπραγήσαντα, καὶ τοῦ δικαίου βασιλέως τὸ ἴχνος ὡς ἐξαληλιμμένον. ἐλπίζων δὲ τὰς εὐχὰς εἰς ἔργον ἐλθεῖν εὐλογεῖ τὸν θεόν· καθὰ καὶ Παῦλός φησιν, οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

Æthan seu Ethan quis. TITVLVS inscribitur *Intellectus Æthan Israelitæ:* Scholion Græcum, Αἰθὰμ τοῦ Ζαραΐτου, *Æthan Zaraitæ:* Vulgata, *Ethan Ezrahitæ:* quæ inscriptio videtur correctior, cùm ita etiam Hebraicus textus habeat. De Ethan Ezraita mentio fit lib. 3. Regum cap. 4. vbi is ponitur inter viros sapientes. Est etiam Ethan vnus ex principibus cantorum lib. 1. Paralip. cap. 6. Vtrùm autem sint vnus & idem, an diuersi; & si diuersi, quis eorum in hoc titulo ponatur, incertum est.
Argumentum. Canit autem misericordias Domini & promissiones Dauidi factas: deinde queritur post tot promissiones Christum differri, eius populum, domum & familiam externis Gentibus exponi, orans vt sui recordetur.

2. *Misericordias tuas Domine in æternum cantabo.*] Ita etiam S. Augustinus, & Vetus Psalterium, & Romanum: Vulgata autem, *Misericordias Domini in æternum cantabo:* cui respondet Symmachus, Τὰ ἐλέη κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσω: Aquila, Ἔλεος κυρίου αἰῶνα ᾄσομαι, *Misericordiam Domini æternùm cantabo.* Bellarminus ait hunc versiculum esse argumentum totius Psalmi. Per misericordias autem intelligit Dei beneficia misericorditer promissa, quæ numquam deficient: quæ apud Isaiam dicuntur *Misericordiæ David fideles.* *Isaiæ 55.*

Ibidem. *Annuntiabo veritatem tuam in ore meo.*] Ac si dicat: Ego tantummodò loquendi instrumenta in medium affero. Te Deus rogo, vt veritatem & elocutionis materiam & vim infundas & inspires: nisi enim subministraueris hanc vim, & loquendi copiam facias, omnino ero mutus. Hunc sensum tradit Augustinus ad hunc locum his verbis: *Ergo vt & abs te dicam & ego dicam, duo quedam sunt: vnum tuum, vnum meum: veritas tua, os meum.*

3. *Misericordia ædificabitur in cælis.*] Græcè οἰκοδομηθήσεται: quod Theodoretus dictum ait pro αὐξηθήσεται, *augebitur*, siue *crescet*; Symmachus, ἑδρασθήσεται, *stabilietur*. Illud obiter obserua dici misericordiam ędificari à Deo quasi propriũ eius opus, appellarique Deum hoc loco non iustitiæ seu vindictæ, sed misericordiæ architectum; quia misericordia proprium Dei opus est, iustitia verò, quoad vindictam & animaduersionem, quodammodò alienum & peregrinum; quemadmodum disertis verbis docet Isaias: *Vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Quem locum Glossa ordinaria sic per interrogationem dispungit: *Irascetur vt faciat opus suum?* q. d. Minimè verò est opus suum irasci & punire, sed alienum & peregrinum, vt statim subiungitur: eodemque modo exponit Interlinealis. Alij sine interrogatione sic in eamdem sententiam interpretantur, *Vt faciat opus suum*; id est, Vt faciat quod facere instituit, puniendo scilicet Hebræos; *alienum est opus eius*: id est, Non ex animo, sed quodammodò coactus puniet: quod clariùs dixit Ieremias Threnorum tertio: *Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum.* Simul etiam aduertit D. Hieronymus in hunc locum Psalmi, misericordiam semper à Deo ædificari, nec vmquam destrui. Itaque Deus misericordiæ fabricam quam molitur continuò promouet, nec vmquam ab ea manum amouet: quemadmodum significauit Regius Vates alio Psalmo dicens, *Numquid misericordiam suam abscindet à generatione in generationem?* Vbi obseruandum est verbum illud *abscindet*, quod indicat Deum filum misericordiæ, quod ab æterno texuit, numquam præscidisse, sed continuatam beneficiorum suorum seriem absque vlla intermissionē continuasse, & continuaturum in posterum; cùm tamen punitionem non solùm ipse non ædificet, sed & eius fabricam, quam impij suis sceleribus erigunt, sæpenumerò parcendo labefactet: quam ob causam eiusmodi ædificij tantùm initia & præparationes descripsit Regius Propheta cùm subiunxit: *Præparabitur veritas tua in eis.* Id est, Vel ipsa punitionis fundamenta, quæ impij suis sceleribus iaciunt, per misericordiam destrues, ita vt promoto misericordiæ ædificio, vel ipsæ ad puniendum præparationes diruantur. Ita Vegas noster in Apocalypseos cap. 4. exponit hunc locum; quem ex Hebræo ita vertit Caietanus: *Mundus gratiâ ædificabitur, cælos firmabis*: gratia nimirum, Deo procreante vniuersitatem, lineam, quadrum & amussim tenuit: illa partium hanc mirificam & incredibilem varietatem, pulchritudinum hunc textum, vno verbo κόσμον dextrè diuineque concinnauit. Et in prima quidem mundi molitione gratiæ fuit nota perfunctio, quòd, vt ait Caietanus, mundus creatus est ex sola diuina gratia, cùm merita nulla præcessissent, quibus deberetur mundi creatio. Sed Dauid de nouo mundo cæloque hymnum pangit: *Mundus gratiâ ædificabitur, cælos firmabis.* Filij Dei aduentus, œconomia, vita cælestis, sanctæ leges, Sacramenta, cærimoniæ, Euangelium, nouum mundum efficiunt diuinè compaginatum non Sole quàm gratiâ splendidiorem: in quo pro communibus elementis sunt virtutes numero quatuor, quæ nominantur Cardinales. Cæli autem decor inexplicabilis aureis gratiæ notis velut stellis emicat; quæ sunt dotes & exquisita Dei munera, quibus animæ gratiæ beneficio illustrantur & ornantur.

Misericordia & non vindictæ architectus Deus.

Isaiæ 28, 21.

Ver. 33.

Psal. 76, 9.

Punitionis fabricam ab impijs erectam sæpe labefactat Deus.

Annotationes Corderii.

7. *Quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?*] Symmachus, Τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαρατεθήσεται τῷ κυρίῳ, ἐξισώσει τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεῶν; *Quis enim in æthere opponet se Domino, æquabit se Domino in filijs Deorum?* Quo in effato pars posterior epexegesim continere videtur prioris, & Dei filios non alios nominari, quàm quos ante de nubium esse numero significauerat. Hunc locum D. Augustinus & doctissimi Ecclesiæ Patres propè omnes de hominibus sacris intelligunt, qui doctrinâ concionibusque suis imperitæ multitudinis animos irrigare & excolere solent. Atque vt verba vnius Augustini aliorum omnium instar repræsentem, hoc Dauidis magni oraculum exponens ait: *Intelligimus, fratres, nubes istas sicut cælos prædicatores esse veritatis, Prophetas, Apostolos, annuntiatores verbi Dei: nam ista omnia genera prædicatorum nubes esse dictas ex illa Prophetia intelligimus, vbi Deus iratus vineæ suæ dixit; Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Quam vineam explicat & designat apertissimè dicens: Vinea Domini Sabaoth domus Israël est*, &c. Vnde constat in primis ita fuisse nominatos, quòd populi Christiani sint Doctores, & pluuiam salutaris eloquentiæ suæ doctrinæque cælestis placidè in omnium animos demittant, vnde vberrimi & diuinissimi fructus oriantur. Pluuiam enim symbolum esse eruditionis atque facundiæ tum sacri tum profani auctores voluerunt. Græci proinde, cùm arcanis fabularum inuolucris sapientiam suam obtegerent, aiebant eo die quo Mineruæ, doctrinarum præses, in lucem edita fuit, auream è cælo pluuiam cecidisse. Ægyptij verò cùm eamdem eruditionem atque Pithus suauitatem hieroglyphicis suis notis adumbrare vellent, οὐρανὸν δρόσον βάλλοντα, cælum aut splendidissimam nubem rore stillantem pingebant, vt Horus Apollo testatur. Itaque Moyses, cùm abditis eorum disciplinis eximiè foret instructus, illis fortè hauriens è fontibus ita cecinit: *Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.* Vbi duobus clarissimis symbolis magnæ copiæ in dicendo suæ dulcedinem & doctrinæ præstantiam illuminat. Hinc Zacharias quoque sacros Doctores appellat *nubes sanctas*; quòd, vt Cyrillus Alexandrinus notat, τοῖς νοητοῖς ὑετοῖς κατὰ τὰ νέφη ἀρδεύειν ἑτέρους εἰώθασι, *spiritualium more nubium pluuijs alios irrigare soleant.* Quam etiam causam vidit Magnus Dionysius in beatis mentibus; de quarum Hierarchia mirabiliùs disputans ait Angelos appellari *nubes*, non modò quòd pleni sint lumine quod terris communicant, verùm etiam, ἐπὶ τὸ γόνιμον αὐτοῖς καὶ ζωοποιὸν, καὶ αὐξητικὸν, καὶ τελει-

Nubes in Scriptura vocantur Doctores & prædicatores verbi Dei.

Isaiæ 5, 6.

Pluuia est symbolum eruditionis atque facundiæ.

Deut. 32.

Zach. 1.

Cælest. Hier. c. 15. § 6.

Angeli cur nubes dicti.

ANNOTATIONES CORDERII.

πληρωτικὸν ἐνυπάρχει κατὰ τὴν ταύτην ὀμβροτοκίαν, τὴν τὸν ὑποδοχέα κόλπον πιαλέοις ὑετοῖς ἐπὶ ζωτικὰς ὠδῖνας ἐκκαλουμένην, *quòd insit illis fecunda vis quadam viuificandi, & augendi, & perficiendi per modum genitura spiritualis cuiusdam imbris, quo subiectum sibi gremium pinguibus pluuijs ad vitales excitat parturitudines.* Ex quibus satis patet, per nubes hîc sanctos Angelos aut Prophetas intelligi. Quare cùm ait, *Quis in nubibus aquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?* idem est ac si diceretur, nullum eorum Prophetarum, qui dicuntur nubes, aut aliorum Sanctorum, qui filij Dei appellantur, posse cum filio naturali aut de prima sede contendere, aut illius æqualitatem sibi vindicare. Sancti enim, quantumuis cælestibus donis & puritate mentis excellant, sunt creaturæ; Christus verò est *Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum, magnus & terribilis*, id est, virtute potentissimus & reuerentiâ dignissimus, *super omnes qui in circuitu eius sunt.* Satis ergo est illis, si quodammodò naturalis filij honores & laudationes assequantur, prout ipse dignatur eas cum illis partiri; ex quibus magnam cum Patre similitudinem & eximiam dignitatem accipient.

Nemo inter Sanctos cum Christo Filio Dei comparandus.

Quomodo veritas sit in circuitu Dei.

9. *Et veritas tua in circuitu tuo.*] Pulchrè ad hunc locum Remigius: *Circuit*, inquit, *semper veritas Deum, quia illam habet à seipso, ceteri à Deo.* Eo modo quo Sol non mutuato lumine expandit dulce lumen, cetera vt luceant ab illo mutuantur lucem: eâdem formâ, vt Ficinus philosophatur, Deus animis veritatis claritatem præbet & charitatis ardorem: ipse autem non mutuatâ veritatis resplendet luce. Hinc Cassiodorus cum Deo loquens & verba Psalmi explicans dicebat: *Illi veritate tuâ illuminati sunt: tibi autem veritas tua indiuiduè semper inest.* Necdum enim indiuiduè, id est, indiuisè, inest Deo; sed efficit cum eo terminum singularem; & sic de eo solo prædicatur, vt dici possit, Deus veritas est, omnis autem homo mendax, præter eum qui munere veritatis ditatur à Deo. Vel fortè etiam veritas, quæ in circuitu Dei est, Sanctorum chorus sit: hi enim, vt Concilium Lateranense recognouit, *In circuitu ipsius veluti corona cingunt, & quasi diadema lucidum ornant Deum.* Nec mirum est quòd corona Sanctorum veritatis nomine describatur: ipsi enim vera nuntiant, semper referunt vera.

Deus potestatem suam in mari potissimùm ostendit.

10. *Tu dominaris potestati maris*, &c.] Hoc est, vt interpretatur D. Hieronymus: *Tu dominaris huius sæculi potestatibus, & mitigas tentationes quas commouent seruis tuis.* Quæ eadem mira potentia describitur Iob 9. *Qui graditur super fluctus maris.* In quem locum D. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 5. 6. 7. nomine maris intelligit sæuientem mundi huius amaritudinem; gradique ait Dominum super fluctus maris, quia cùm se procellæ persecutionis erigunt, miraculorum eius obstupefactione franguntur: *Quis enim*, inquit, *tumores humanæ vesaniæ mitigat, quasi erectas in cumulo vndas calcat.* Sic etiam in Apocalypsi de Angelo Christum repræsentante dicitur: *Et posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram:* quo significatur vniuersum orbem, qui terræ marisque appellatione comprehendi solet, Christi Domini imperio potestatique subijciendum. Vbi obseruandum, quòd dexterum pedem, qui fortior est & valentior, habeat super mare naturâ inquietum & procellosum, & quòd ventis hinc inde continuo excitatum feruet; sinistrum verò, qui videtur imbecillior, super terram naturâ sua immobilem, eodemque semper consistentem loco, imò & quæ tutus esse portus solet nauigantibus. Quoniam vbi maiores aduersus Ecclesiam procellæ excitatæ fuerunt, maiorem ibi vim & fortitudinem Christus exercuit, & quasi super mare ambulauit, dextero potissimùm pede illud calcans, fluctusque omnes suâ virtute & imperio compescens: vnde, vt habes in Euangelio, præcepit ventis & mari, *Et facta est tranquillitas magna*; vt Marci 4. 39.
meritò ab Ecclesiæ persecutoribus vsurpari illud potuisset, *Quis putas est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?* Ibid. 40.
Adde, quòd tam promptam Deus facilemque manum periclitantibus solet tradere, vt eâ causâ immittere fluctus in Ecclesiam videatur, & turbines alioquin formidolosos, quò declarare potentiam suam possit, & incredibilem bonitatem in ijs tollendis aut mirabiliùs tranquillandis.

Quid per Aquilonem & mare intelligatur.

13. *Aquilonem & mare tu creasti.*] Aquila, Βοῤῥᾶν καὶ δεξιάν, *Aquilonem & dexteram:* Theodotion, Τὸν βοῤῥᾶν καὶ νότον, *Aquilonem & Austrum:* Symmachus, Εἰς βοῤῥᾶν καὶ εἰς δεξιάν, *Ad Aquilonem & ad dexteram*. Septuaginta, pro eo quod Hebræa habent יָמִין *Iamin*, hoc est *dexterum* (Meridies scilicet, quæ Orientem spectantibus dextera pars cæli est) legerunt יָם *iam:* quod nomen *mare* significat: vt autem opponatur Aquiloni, accipiendum videtur de mari mortuo aut rubro: quorum vtrumque in Meridie est respectu terræ promissionis. Porrò quod sequitur, *Thabor & Hermon*, &c. pleríque intelligunt notari miracula illa quæ in his montibus pro salute populi Israëlitici Deus edidit: in monte quidem Thabor per Barac & Deboram; in monte Hermon, dum siccis pedibus deduxit Israëlem per Iordanem. Secundùm quam intelligentiam *Hermon* hîc accipitur pro monte quodam iuxta Iordanem, sicut Psalmo quadragesimo primo. Et dicuntur montes illi exultare in nomine Dei, eò quòd ratione beneficiorum Dei quæ in eis præstita erant dabant occasionem exultandi in Deo. Verùm quoniam priùs duarum plagarum mundi fecit Propheta mentionem, intelligunt alij verosimiliùs his duobus montium nominibus & alias duas mundi plagas designari: & sic nomen *Hermon* accipi debet pro monte quodam iuxta Libanum, qui alias Sarion dicitur: qui respectu montis Thabor in Oriente positus est.

Quomodo per iustitiam & iudicium præparanda sedes Dei.

15. *Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.*] S. Hieronymus, *Firmamentum throni tui.* Sæpiùs in Scripturis coniunguntur hæc duo nomina, videlicet *iustitia & iudicium:* & in his omnibus locis plerumque iustitia refertur ad præmium, iudicium verò ad supplicium. Vnde lucem affero his verbis, *Iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.* Id est, Si timor incussus & spes præmij affulgens sint præparatio sedis Dei, vel, vt alij vertunt, *sedis Dei basis*; hinc nostræ iustificationis principium, hinc exordium sumit pietas. Quare scitè admonet S. Bernardus Sermone tertio de Aduentu: *Quis ex vobis est, fratres, qui desiderat in anima sua sedem parare Christo? Ecce quænam illa serica, quæ tapetia, quod puluinar*

nar oporteat praeparari? Iustitia, inquit, & iudicium praeparatio sedis tuae. Iustitia virtus est, quod suum est vnicuique tribuens. Tribue ergo tribus quae sua sunt: redde superiori, redde inferiori, redde aequali, cuique quod debes; dignè celebras aduentum Christi, parans ei in iustitia sedem suam. Ista iustitiae opera sunt certissima charitatis indicia, quae Domino sedem parant, & domum ornant & mundant, vt per charitatē in nos veniat, & tamquam in proprio conclaui commoretur.

Misericordia & veritas sunt praecursores Dei.

IBIDEM. *Misericordia & veritas praecedent faciem tuam.*] Sine hac synoride dissimilium comitum numquam ad nos progreditur Numen: locum ipsi duae illae heroinae metari solent. Itaque Salomon de Rege loquens, qui clarissima est in terris diuinae mentis imago, paterni opinor dicti memor, *Misericordiâ & veritate custodiri Regem* monet, & *roborari clementiâ thronum eius.* In Christo, perfectionum omnium plenissimo, eaedem illae dotes in Epithalamio symbolicè ponuntur cùm dicitur, *Similis capreae hinnuloque ceruorum.* Caprea enim, quae *Dorcas* etiam dicitur à Graeco δέρκειν, hoc est *à videndo*, quòd acerrimo luminum visu & acie oculorum praecellat, exprimit iudicium, hinnulus autem tener & delicatus misericordiam. *Duo haec bona sponsi, misericordiam scilicet & iudicium, in his duobus animantibus commendata à Spiritu sancto nobis interim sentiamus; vt in testimonium integritatis & perfectionis fides nostra nos quoque Prophetam imitantes, misericordiam & iudicium cantemus Domino*, inquit S. Bernardus Serm. 55. in Cant.

Cant. 2, 8.

Iubilatio quid.

16. *Beatus populus qui scit iubilationem.*] Graecè est ἀλαλαγμόν: quem victorialem cantum fuisse aiunt Graeci Patres: Theologi Hebraeorum clangorem interpretantur buccinae quae victoriam significat: in quo gestire atque laetitiâ efferri aequum esse videtur. In hoc igitur populi Dei & iustorum praedicatur felicitas, quòd ex Numinis ope & praesentiâ nouis adoreis aucti, & gloriosè triumphantes incedant, niceteria Deo soluentes, & iubilo continuo securi. *Qui iubilat autem* (inquit Augustinus) *non verba dicit, sed sonus quidam est laetitiae sine verbis: vox est enim animi diffusi laetitiâ quantum potest exprimentis affectum, non sensum comprehendentis. Copiâ fructuum iucundati vel messores, vel vindemiatores, & in ipsa fecunditate terrae & fertilitate gaudentes, exultando cantant; & inter cantica, quae verbis enuntiant, inserunt voces quasdam sine verbis in elatione exultantis animi: & haec vocatur iubilatio: ita gaudens homo in exultatione sua ex verbis quibusdam, quae non possunt dici, erumpit in exultationem quamdam sine verbis, ita vt appareat eum sine voce gaudere quidem, sed se quasi repletum nimio gaudio non posse verbis explicare quo gaudet.* Sic ille. Quidni iubilo impleatur cor, dum oculi vultum Dei vident, & in lumine illius ambulant? Vnde subdit pius Vates:

Lumen vultus Dei quantum adferat Sanctis praesidium & laetitiam.

IBIDEM. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt.*] Lumen vultus Dei est gratiae & beneuolentiae significatio, quâ non recreat modò mortales Dei fiduciâ praeditos, sed vim quoque diuinumque robur & potentiam adiungit ad inclyta facinora consciscenda, ad palmas victoriasque reportandas. *Et in nomine tuo exultabunt.* hoc est, Hilarati amicissimo tuo praesidio, cùm tuam frontem explicatam videbunt, & dulcissimi amoris insignia clypeum ostentantis, laeti & ouantes egredientur non tam ad pugnam quàm ad gratulationem & triumphos. *Et in iustitia tua exaltabuntur.* Tanto enim affectu prosequitur Deus viros probos sibique deuotos, vt ex eorum vita & moribus religiosis, quibus omni mundo superiores sunt, atque eo ipso quòd protegit illos & tuetur, inusitatam sibi gloriam adiungi & amplificari putet. Quod Zacharias pulcherrimo suo dicto insinuat cùm loquitur in hunc modum: *Et posuit eos quasi equum gloriae suae in praelio.* Quasi homines sacri, qui in tutela praesidioque sunt diuinitatis, bucephali quidam esse insignes & regales equi videantur, quibus Deus gloriosè feratur ad magnifica peragenda & negotiorum omnium moles superandas; quod illis & perhonorificum est & longè vtilissimum. His alijsque symbolis ad nostram intelligentiam accommodatis diuinae Litterae nos imbuunt ad concipiendam in Deum fiduciam: de cuius mirifica in nos beneuolentissimaque voluntate praedicari tam multa videmus & propheticis velut penicillis adumbrari.

Zach. 10, 3.

Gloria virtutis est praemium.

18. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es.*] Quasi gloria non tam homini quàm virtuti, seu non tam desideranti quàm laboranti tribuatur. Ad hunc locum pulchrè S. Bernardus Serm. 1. de S. Victore: *Quae sine virtute est gloria profectò indebita venit, praeproperè affectatur, periculosè captatur. Virtus gradus ad gloriam, virtus mater gloriae est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo, quam illa non parturiuit: sola est, cui gloria debetur iure, & securè impenditur.* Quod cùm ita sit, perspicuè liquet, perfectos viros honore esse dignissimos; quorum non vulgaris est virtus, non segnis, sed eximia, feruens atque perfecta. Si enim ferrum magnetem quemlibet sequitur, fortiorem ac robustiorem magis sequetur. Ita si honor virtutis est comes, eam, quae pulchrior & perfectior est, vehementiùs & delectabiliùs comitabitur. Quisquis igitur ad gloriam contendit, de via illuc ferente, hoc est labore, non recedat.

20. *Tunc locutus es in visione filijs tuis.*] S. Hieronymus vertit *per visionem*; quomodo Symmachus, δι' ὁράματος: alia Psalteria Latina, & S. Augustinus & Cassiodorus, *in aspectu*: Euthymius & Nicephorus exponunt ἐναργῶς, *manifestè*; quoniam ὅρασις ἐναργεστέρα τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, *visus manifestior omnibus sensibus*, ita vt ad cognitionem quoque aliorum transferatur; vt cùm scribitur, *vidisse populum voces*; & populus iubetur *non obliuisci verborum quae viderant ipsius oculi.* Vulgata legit, *in visione sanctis tuis*: Graeci tamen Codices collati iam habent τοῖς υἱοῖς σου, *filijs tuis*; licet S. Hieronymus ad Suniam testetur omnes Hebraicam dictionem transtulisse τοῖς ἁγίοις σου, id est *sanctis tuis*, & solam Sextam editionem interpretatam esse *Prophetis tuis*, sensum magis quàm verba exprimentem, & in κοινῇ tantùm pro sanctis filios se reperisse. Ad marginem Commentarij Theodoreti adscriptum est hoc Scholion, Τότε ἐλάλησας διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν περὶ τοῦ χριστοῦ σου, *Tunc locutus es per sanctos tuos Prophetas de Christo tuo*: ipse autem Theodoretus ex Symmacho habet, Τότε ἐλάλησας δι' ὁράματος τοῖς υἱοῖς σου, *Tunc locutus es per visionem filijs tuis.*

Exod. 20, 18. Deut. 4.

21. *In-*

ANNOTATIONES CORDERII.

Principem bonum inuenire difficile.

21. *Inueni Dauid seruum meum.*] Ac si ipsimet Deo difficile foret quodammodò Principem populi inuenire. *Cùm enim* (inquit Chrysostomus Hom. de Dauid Tomo 1.) *examinares cunctos, plurimosque præuideres, è quorum numero eligeres Regem, Inueni,* inquit, *Dauid seruum meum, quasi quæsitum in Sanctis Patribus, in Regibus, in Prophetis,* vt obseruat Hugo: nam inueniendi verbum quærendi conatum difficultatemque significat. Vnde Samuël, *Quæsiuit,* inquit, *Dominus sibi virum iuxta cor suum.* Caietanus: *Qui ad similitudinem quærentis inter tot Israëlitas elegit Dauidem.* Et sanè difficilè inuenitur non qui quærat honores, sed qui fugiat, seque in latebras abdat, ne ipsum quærentes inueniant: dignus enim quæritur, non quærit, sicut ipse Dauid: *Qui* (vt ait Ambrosius in Psal. 118.) *à Sacerdote quæsitus, & accersitus à pascuis, prærogatiuam regiæ vnctionis accepit.* vnde sequitur:

1. Reg. 13, 14.

Vnctio Regibus solemnis.

Ibidem. *Oleo sancto meo vnxi eum.*] Vnde constat Dauidem sacro oleo siue chrismate inunctum esse: quod etiam de ceteris Regibus, qui à Deo instituebantur, dicendum est, vt Lyranus, Abulensis, Genebrardus alijque inculcant. Et ratio esse potest duplex: vna, quia licet Reges improbi essent, tamen ad aliqua Dei obsequia creabantur, quæ ab illis sine vnctione sacra exerceri non congruebat: altera, quia licet persona Regis profana esset, tamen dignitas erat sacra: vnde etiam Reges propter improbos mores contemnendi, tamen propter sacram dignitatem venerandi erant. Vtrùm verò oleum sanctum, quo Reges & Sacerdotes vngebantur, esset idem, quæstio est. Genebrardus ad hunc locum ex doctrina Cabalistarum tradit duplex fuisse oleum: vnum à Samuële consecratum, quo vnxit Regem Saülem; alterum à Moyse, quo Sacerdotes tantùm vngebantur; iuxta illud, *Caro hominis non vngetur ex eo.* Addit verò dispensatum fuisse à Deo, vt Dauid & ceteri Reges de familia Dauid illo oleo per Moysem consecrato vngerentur in gratiam Christi Domini de illa stirpe nascituri; & propterea illud oleum per miraculum vsque ad captiuitatem Babylonicam ferè nongentos annos perdurasse, suffecisseque ad omnes Reges & Pontifices sine vlla diminutione inaugurandos. Et simile prodigium refert in Gallia contigisse; vbi dicitur ampulla diuinitus allata ad vngendos Reges Gallicos post mille & octoginta septem annos perseuerasse, illudque Rhemis asseruari. Ceterùm non soli Reges ac Sacerdotes, sed quisquis etiam animum ad Christianam pietatem adiungit, Sacramentis de more initiatus, iam inde à primis religionis nostræ initijs vngi consueuit, vt tamquam pugil nouus & erectus in palæstram induceretur, & præmiorum spe ad laborem animaretur. Illius vnctionis mysterium S. Dionysius Eccl. Hierarchiæ cap. 2. egregiè, vt solet, & diuinè explanat: Messiam enim Seruatorem Athlothetam esse ait, eumque vt Deum esse ἀθλοθεσίας δημιουργὸν, *certaminis & propositionis præmiorum effectorem*; vt sapientem eius legem tulisse; vt pulchrum digna præmia ijs qui vicerint constituisse; denique vt bonum in numero Athletarum fuisse, & cum ijs sanctè contra mortis & corruptionis vim roburque dimicasse: in sacra igitur vnctione doceri initiatos, euocari se ad certamina, & vnicuique esse faciendum, vt summi Agonothetæ legibus imperijsque obsecundet, magno animo diuinorum pugilum Ducem & Principem vnctionis imitetur, περὶ καλῶν ἐπάθλων ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, *spe præclarorum præmiorum fretus & corroboratus.* Hoc Pontifices & ministri cærimoniarum Liturgi Christianis nouis inculcabant, & brauij in omnem partem magnifici atque regij ostentatione ad luctam & contentionem erigebant.

An idem fuerit oleum quo Reges & Pontifices vngebantur.

1. Reg. 12. Exod. 30, 32.

Vnctio etiam omnibus initiatis in Baptismo adhibetur, & char.

23. *Non apponet nocere ei.*] Symmachus, Οὐ κακώσει αὐτόν: quod S. Hieronymus vertit, *Non affliget eum*; Theodotion, Οὐ κακώσει: quod idem valet: Psalterium Romanum legit, *Non nocebit ei.*

26. *Et ponam in mari manum eius & in fluminibus dexteram eius.*] Sinistra nimirum contra mare agit, & dextera flumina obturauit. Sanè magis è re videretur, vt dexterâ, quæ fortior est, contra mare vteretur, sinistrâ fluminibus reseruatâ; contrà autem factum est: scilicet Scripturæ sacræ altiori sensu mari delicijs deditos homines significant; flumina verò auaros homines portendunt, qui instar fluminis in diuitiarum amorem ruunt. Ergo illos sinistra Dei comprimat, hos verò dextera vincat. Maior enim vis exigitur, vt auaros homines Deus à turpi lucro extrahat, quàm vt veneri luxuique deditos homines compescat. *Et ponet* (ait S. Augustinus) *in mari manum eius, hoc est, dominabitur Gentibus, & in fluminibus dexteram eius. Flumina currunt in mare; cupidi homines in amaritudinem huius sæculi prolabuntur. Omnia tamen ista genera Christo subdita erant.*

Qui per mare & qui per flumina mystici designentur.

27. *Ipse inuocabit me, Pater meus es tu.*] Præcipuam Dauidis præstantiam in eo fore memorat, quòd filius Dei censebitur, & vocaturus sit ipsum Patrem. Vbi notandum, nos Deum quoque triplici potissimùm nomine appellare posse Patrem: Primò, ratione naturæ, quia nos ad imaginem & similitudinem suam formauit, & capaces suæ diuinitatis condidit. Hinc mens nostra per intellectum, memoriam & voluntatem habet immensam quamdam amplitudinem & capacitatem, quâ potest se ad infinita extendere & infinita in se complecti; infinita, inquam, quia sine fine plura & plura, adeò vt capacitatis illius nullus sit terminus; imò ita per lumen gloriæ potest expandi, vt ipsam Dei immensitatem intra se capiat: hac ratione magnam habet cum Deo similitudinem, tamquam filius vel filia cum parente. Accedit, quòd sicut Deus potest infinita creare in esse naturæ, ita mens potest infinita creare in esse intelligibili, infinitarum rerum conceptus in se formando; per quos res illæ quoddam esse intelligibile & obiectiuum in mente accipiunt. Hæc omnia ipsius immensitatem & similitudinem cum Deo insinuant, ratione cuius meritò Deus Pater noster dici potest; iuxta illud Deuteronomij, *Numquid non ipse est Pater tuus qui possedit te, & fecit & creauit te?* Deut. 32.

Triplici ratione Deus vocari potest Pater noster.

Secundò, dicitur Pater noster in oratione Dominica, & passim in nouo Testamento, ratione donorum gratiæ, scilicet Fidei, Spei, Charitatis: per quæ dona adhuc magis & sublimiùs ei assimilamur, & maximè ratione Spiritus diuini, qui cum his donis nobis communicatur, vt nos inhabitet, & suâ præsentiâ sanctificet, protegat, gubernet,

bernet, &c. & hac ratione facit nos filios adoptiuos, nempe communicando nobis ſuam naturam & ſuum Spiritum per donum gratiæ: cui dono ſuum Spiritum quaſi annexuit, vti pulchrè probat Leſſius lib. 12. de Perfectionibus Diuinis cap. 11. num. 75. Filiatio enim oritur ex quadam communicatione naturæ.

Tertiò, ratione donorum gloriæ, per quæ perfectiſſimè & altiſſimo modo ei aſſimilamur, adeò vt altior & maior ſimilitudo realis & intrinſeca cum Deo eſſe nequeat. Per illa dona planè in nobis completur filiatio diuina, quæ per creationem quaſi fuit inchoata in radice; per iuſtificationem prouecta in gradum altiorem & ſupernaturalem; tandem in glorificatione prouehitur in ſtatum altiſſimum & planè deiformem, & omnino completur. Hoc modo omnes Beati dicuntur filij Dei, & Deus dicitur Pater futuri ſæculi.

Ex dictis patet Deum ſecundùm primam quidem rationem omnium, ſecundùm alteram iuſtorum dumtaxat, ſecundùm tertiam denique rationem, ſolorum Beatorum in cælis cum ipſo regnantium Patrem exiſtere.

Dauid peculiari ratione erat filius Dei.

Ceterùm hoc loco Dauidi inſuper peculiari præ ceteris Regibus prærogatiuâ promittit Deus fore ſibi filium, quatenus videlicet Chriſti filij Dei naturalis, ſecundùm carnem ex ipſius ſemine orituri, figuram & perſonam ſuſtinebat: ſicut ex proximo verſu clariùs liquet; vbi dicitur,

28. *Et ego primogenitum ponam illum.*] Quia nimirum emineat ſuper omnes Reges terræ. Etſi enim quoſcumque Deus conſtituit Reges, eodem honore dignetur; (ſicut alibi vidimus, vbi ait,
Pſal. 81, 6. *Ego dixi, Dij eſtis, & filij Excelſi omnes*) hîc tamen ſingulare aliquid de ſacro & à ſe electo Rege pronuntiat, & alio modo ſibi in filium fore intelligit, eumque altiore gradu locat quàm terrenos Reges, quamuis latiùs dominentur. Vnde vocat *Excelſum apud Reges terræ:* ita quoque S. Auguſtinus & Romanum Pſalterium habent; Vulgatum, *præ Regibus terræ*; Aquila, Ὕψιστον τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, *Altiſſimum Regibus terræ*; Symmachus, Ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς, *Supremum Regum terræ.*

29. *In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam.*] Ampliùs adhuc inculcat Deus hac lege erectum à ſe fuiſſe Regnum Dauidis, vt in finem vſque ſtabiliatur. Et quia ſub cælo nihil eſt diuturnum aut permanens, ideò per *dies cæli* æternam durationem intelligit. Quia verò videbat Deus fore, vt poſteri Dauidis ſuâ culpâ ſubinde exciderent, ſequentem exceptionem remedij loco addidit.

Paterna caſtigatio Dei qualis.

31. *Si dereliquerint filij eius legem meam*, &c.] Id eſt, Quamuis peccarent Dauidis poſteri, Deum tamen ſemper illis fore placabilem, ne ſummo iure exigeret vindictam de eorum tranſgreſſionibus. Ceterùm quia vtile eſt hominibus caſtigari Dei ferulis, non promittit Deus impunitatem quâ alantur peccata, ſed paternam moderationem in pœnis. vnde ſubdit:

33. *Viſitabo in virga iniquitates eorum.*] Interponitur hîc caſtigatio, quâ oſtendit ſibi odio eſſe peccata; & filios ſuos quid promeriti ſint admonens, ad reſipiſcentiam inuitat & hortatur. Nempe inter indulgentiam, quæ peccandi eſt illecebra, & extremum rigorem, qui in exitium præcipitat, media eſt paterna caſtigatio, quæ vim obtinet medicinæ.

ANNOTATIONES CORDERII.

34. *Neque nocebo.*] Sic Romanum & Vulgata: S. Auguſtinus & Vetus Pſalterium, *Non nocebo eos:* Græcè eſt, Οὐδὲ μὴ ἀδικήσω: quod ſæpè valet, *Non iniuſtè agam neque decipiam:* Symmachus, Οὐ διαβήσομαι, *Non tranſgrediar:* Aquila, Οὐ ψεύσομαι, *Non mentiar.*

38. *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cælo fidelis.*] Quem locum Theodoretus exponens vltima verba ſic interpretatur: *Horum omnium quæ ſuperiùs promiſſa ſunt eſt teſtis in cælo fidelis, ipſe nimirum Deus, qui ea promiſit, & complebit.* Alij magis ad litteram per teſtem in cælo fidelem intelligunt iridem ſeu cæleſtem arcum, quem Deus in teſtimonium ſuæ erga hominem beneuolentiæ in cælo collocauit: ita vt throni Meſſiæ ſtabilitas Soli & Lunæ, pulchritudo verò eidem Soli & Lunæ perfectæ, id eſt in plenilunio poſitæ, & pulcherrimæ iridi comparetur. Verùm cùm per iridem etiam Chriſtus Dominus ſignificetur teſtem hunc in cælo fidelem, de eodem poſſumus accipere cum Remigio & S. Hieronymo ad hunc locum. Chriſtus enim, vt benè Lyranus notat, non ſolùm Iudex eſt, ſed & teſtis coram Patre. Et rectè hunc teſtem cum Sole & Luna comparauit, qui cùm ſint diei noctiſque præſides, diurna ac nocturna tempora ſpeculantur; vt ſignificaret nullum diurnum nocturnumque negotium hunc teſtem latere poſſe.

Quid per teſtem in cælo fidelem intelligatur.

Chriſtus Dominus non ſolùm Iudex, ſed etiam teſtis.

Huc fortè alluſit idem Dauid alibi dicens: *Palpebræ eius interrogant filios hominum.* Vbi oculis dicitur interrogare peccata noſtra; quia ille ipſe qui ea interrogat tamquam ſeuerus Iudex, optimè ea nouit tamquam oculatus teſtis. Vnde ipſe Deus, *Ego ſum*, inquit, *Iudex & teſtis, dicit Dominus.* Tandem Malachiæ tertio non ſolùm Iudicis, ſed etiam teſtis officio functurus, *Accedam*, inquit, *ad vos in iudicio; & ero teſtis velox maleficis & adulteris*, &c. Vbi D. Hieronymus: *Quanta*, inquit, *formido iudicij, cùm ipſe ſit teſtis & Iudex? teſtis autem cunctis maleficis & adulteris futurus dicitur; quia hæc crimina perpetrantur occultè; & ideò proferuntur in medium ne lateant.* Quare autem in die Iudicij tamquam teſtem ſe adfuturum promittat optimè expendit D. Auguſtinus lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 26. ad finem: *Teſtem verò ſe dicit futurum, quia in Iudicio ſuo non indiget teſtibus; eumque velocem: ſiue quia repentè venturus eſt: erit enim Iudicium celerrimum, quod tardiſſimum putabatur: ſiue quia ipſas conuincet abſque vlla ſermonis prolixitate conſcientias. In cogitationibus enim, ſicut ſcriptum eſt, impij interrogatio erit. Rectè ergo Dominus futurus teſtis intelligendus eſt velox, cùm ſine mora reuocaturus eſt in memoriam, vnde conuincat puniatque conſcientiam.*

Pſal. 10, 5.

Ier. 29. 23.

40. *Euertiſti teſtamentum ſerui tui.*] Latini Codices habent *Auertiſti:* ſed potuit primorum librariorum error eſſe, quem ceteri ſint ſecuti: Græcè eſt κατέστρεψας: Symmachus, Σὺ δὲ αὐτὸς ἀπεβάλου καὶ ἀπεδοκίμασας, ἐχολώθης πρὸς τὸν Χριστόν σου, εἰς κατάραν ἔδωκας τὴν συνθήκην τοῦ δούλου σου, *Tu verò ipſe abieciſti & reprobaſti, iratus es aduerſus Chriſtum tuum, in maledictionem dediſti pactum ſerui tui.* id eſt, Promiſſionem illi fa-

ANNOTATIONES CORDERII.

ctam peruenisti, perdidisti, rescidisti fœdus cum seruo tuo initum, per Assyrios, Babylonios, Persas, Antiochos, Romanos Hierosolymam inuadendo.

IBIDEM. *Profanasti in terra Sanctuarium.*] Ita Vulgata: Græcè est: Ἁγίασμα: quod alij vertunt *Sanctitatem:* ita S. Augustinus, Psalterium Vetus & Romanum: S. Hieronymus ex Hebræo vertit *Diadema eius*, vt hoc pertineat ad regiam dignitatem Dauidis. Interim, quoniam religio est gloria & decus populi, sic etiam possit intelligi cum Septuaginta, sicut alibi dicit quòd tradidit pulchritudinem siue gloriam eorum in manus inimici, de arca fœderis agens.

Psal. 77. 61.

41. *Posuisti firmamentum eius formidinem.*] Id est, Firma eius præsidia & arces in formidinem & pauorem posuisti, nempe vt in illis formidaremus & terreremur; vt illa non existimaremus satis munita & firma ad nos tuendos; vt etiam in illis nos pauor, terror & formido occupet. Est metonymia. Firmamentum formidans & pauidum, id est imbecillum, quod nos reddit pauidos, in quo formidamus præ eius infirmitate: quod tropo apud Poëtas dicitur mors pallida & pauida. Adde, munitionibus, quibus olim erant tuti, destructis, iam formidare vel esse in formidine. Hebraicè est מְחִתָּה *mehita:* quæ vox & *terrorem* & *confractionem* significat. Vnde etiam verti potuit: *Posuisti munitiones eius confractionem*, id est in ruinam & destructionem. Ita Genebrardus.

45. *Dissoluisti eum ab emundatione.*] Ita S. Augustinus, Psalterium Vetus & Romanum: quod Græcè est, Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ: Vulgata, *Destruxisti:* Symmachus, Ἀπέπαυσας τὴν καθαρότητα αὐτοῦ, *Cessare fecisti puritatem eius.* id est, A sanctuario, in quo emundabamur per sacramenta & rem diuinam, à puro templi & religionis vsu & à legis cultu remouisti. Hoc versiculo vti possemus contra illos qui Sacramentis sacrilegè abutuntur: hi enim lauacro illo purissimo sanguinis Christi, quo emundari debuerant, propter malum & ineptum vsum magis fœdantur.

49. *Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem?*] Omnibus enim incumbit certa moriendi necessitas, nec vllus quicumque vixit vmquam à morte liber euasit aut euadet. Ipsi Reges ac Principes sæculi mortis lege non sunt exempti, ac deposito diademate, relictisque diuitijs & alijs regijs insignibus, linteo funebri amicti hinc emigrare compelluntur. Omnes Sancti, & quod amplius est, ipsa Virgo Deipara, sine peccato concepta, & ipse Sanctus sanctorum ac Filius Dei mortem subierunt: & hic, quia voluit; alij verò omnes, quia ita naturâ statutum est, vitam istam cum morte commutarunt. Cùm itaque nil morte certius & eius horâ incertius sit, quisquis prudens est, ita vitam instituat ac si quotidie esset moriturus. Hoc Psalmo secundùm Hebræos liber Psalmorum tertius concluditur: quare in eius fine subiungitur, Γένοιτο, γένοιτο, *Fiat, fiat*, Hebraicè, *Amen, amen.*

Omnibus moriendum.

IN PSALMVM LXXXIX. ARGVMENTVM.

* Vulgata hominis

1. Oratio Moysi * homini Dei.

Nonnulli quidem interpretum hanc deprecationem magnum Moysem fecisse dictitarunt; aliqui verò Dauidem eam conscripsisse, & isti homini Dei accommodasse. Quia non licet aliter ad Deum accedere per orationem, nisi quis mundo renuntians solius Dei homo euaserit, ita vt non ampliùs lege ducatur, sed leges inducat: qualis erat ille qui regiam dignitatem instar dissipati pulueris excutiebat. Ceterùm geminam continet vaticinationem: præcinit enim Iudæorum calamitates, quas in captiuitate subituri erant; & introducit ipsos pro libertate supplicantes, & ad Deum, quem priùs contempserant, modò confugientes. Quin etiam totius humanæ naturæ fragilitatem edocet, & rerum in melius commutationem.

α. Προσευχὴ Μωϋσῆ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ.

Τινὲς τῶν συγγραφέων τὸν μέγαν ἔφασαν Μωσέα τὴν δὲ ποιῆσαι τὴν προσευχήν· τινὲς δὲ τὸν Δαβίδ, καὶ προσαρμόσαι ταύτην ἐκείνῳ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ. ἐπεὶ οὐκ ἐνὸν ἄλλως ἐστὶ προσελθεῖν τῷ Θεῷ διὰ προσευχῆς, εἰ μή τις τοῦ κόσμου ἀποστὰς Θεοῦ γένοιτο ἄνθρωπος μόνου, ὡς μηκέτι παιδαγωγεῖσθαι νόμοις, ἀλλ᾽ εἰσηγεῖσθαι νόμους· οἷος ἦν ἐκεῖνος ὁ τὴν βασιλικὴν, ἀξίαν καθάπερ τινὰ κόνιν διεσκεδασθεῖσαν ἐκτιναξάμενος. Διπλῆν δὲ ἔχει τὴν χρησμολογίαν· προθεσπίζει γὰρ τὰς Ἰουδαίων συμφορὰς, τὰς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ· καὶ εἰσάγει αὐτοὺς δεομένους ἀπαλλαγῆναι τῶν κατεχόντων, καὶ οὗ πρότερον ἠμέλουν Θεοῦ, νῦν ἐπ᾽ αὐτὸν καταφεύγοντας. διδάσκει δὲ καὶ πάσης τῆς ἀνθρωπίας φύσεως τὸ ἐπίκηρον, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τούτων χαρίτων μεταβολήν.

PARA-

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΚΥΡΙΕ καταφυγὴ ἐγενήθης ἡμῖν ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ.

Ἀντὶ τοῦ, ἀφ' οὗ συνέστησας τὸ γένος ἡμῶν καθ' ἑκάστην γενεὰν, αὐτὸς ἡμῖν ἐγένου βοηθὸς καὶ καταφυγή.

β΄. Πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ.

Οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἔλαβες τοῦ εἶναι, οὐδὲ τέλος ἕξεις.

γ΄. Μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν·

Μὴ οὖν καὶ νῦν, φησιν, ἡμᾶς ἀποῤῥίψῃς, εἰς τὸ παντελῶς ὑποστῆναι ταπείνωσιν.

Καὶ εἶπας, Ἐπιστρέψατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων.

Τὸ εἶπας ἀντὶ τοῦ εἰπέ. τουτέστιν, ἀπόφηναι ἀποστρέψαι ἡμᾶς τοὺς υἱοὺς τῶν δούλων σου.

δ΄. Ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου ὡς ἡ ἡμέρα ἡ χθὲς, ἥτις διῆλθε,

Ἐπειδὴ γὰρ χρόνον εἶχον ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, βούλεται εἰπεῖν πρὸς τὸν Θεόν. ὅτι· οὐδὲ γὰρ χρόνος, ὁ πολὺς ὃν ἔχομεν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, ἐμποδίζει σοι βουλομένῳ σῶσαι ἡμᾶς. Τίνος ἕνεκα; ὅτι οὐ μόνον ἑβδομήκοντα ἐτῶν χρόνος, ἀλλ' οὐδὲ χιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς παρὰ σοί ἐστι τῷ ἀϊδίῳ. ὁ μὲν γὰρ χρόνος ἀεὶ παρέρχεται καὶ ὑποῤῥεῖ· αὐτὸς δὲ ὡσαύτως ἀεὶ ὑπάρχεις, οὐδαμῶς ἀλλοιούμενος.

ε΄. Καὶ φυλακὴ ἐν νυκτὶ,

Τὰ ἐξουδενώματα αὐτῶν ἔτη ἔσονται.

Ἐπειδὴ εἶπεν ὅτι καὶ χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου ὡς μία ἡμέρα ὑπάρχει παρερχομένη, ἐπιτείνων τὸ νόημα, ὥσπερ πολὺ εἰπὼν τὴν μίαν ἡμέραν, ἐπάγει, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτὶ, ἀντὶ τοῦ, μᾶλλον δὲ τὰ χίλια ἔτη ἐοίκασι παρὰ σοὶ εἶναι τρεῖς ὧραι νυκτεριναὶ εἰς παρόδου ταχύτητα. ἡμῖν μὲν οὖν, φησὶ, τὴν φιλανθρωπίαν ἀπόνειμαι τὴν σοὶ προσήκουσαν,

DOMINE refugium factus es nobis * in generatione & generatione.

* Vulgata à generatione in generationem.

Id est, Ex quo genus nostrum constituisti per quamlibet generationem, tu ipse nobis adiutor & refugium fuisti.

Deus perpetuus adiutor.

2. Priusquam montes fierent, * & formaretur terra & orbis, à sæculo & vsque in sæculum tu es*.

* Vulgata aut
* Vulgata addit Deus.

Non enim essendi principium accepisti, neque finem habiturus es.

3. Ne auertas hominem in humilitatem:

Noli igitur etiamnum, inquit, nos reijcere, ita vt omnimodam humiliationẽ subeamus.

Et dixisti, Conuertimini filij hominum.

Dixisti ait pro *dic*. Id est, Decerne vt nos filij seruorum tuorum reuertamur.

4. Quoniam mille anni * in oculis tuis tamquam dies hesterna, quæ præterijt,

* Vulgata ante oculos tuos

Cùm enim in captiuitate moras habuissent, vult dicere ad Deum. q. d. Nam neque longum tempus, quod in captiuitate transegimus, impedit te seruare nos volentem. Quî sic? Quia non solùm septuaginta annorum tempus, sed neque millenorum annorum numerus quidquam apud te æternum existit. Siquidem tempus semper transit & effluit; tu ipse autem semper eodem modo te habes, nullatenus immutatus.

Mille anni quasi nihilum in conspectu Dei.

Et custodia in nocte,

5. Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.

Cùm dixerit, Quoniam etiam mille anni in oculis tuis tamquam dies vna est quæ præterijt, sensum intendens, ac si multum dixisset vnam diem, subiungit, *Et custodia in nocte*. Id est, Quin potiùs milleni anni apud te quoad transitus velocitatem similes sunt tribus horis nocturnis. Nobis igitur, inquit, clementiam te dignam imperti, ho-

PARAPHRASIS ANONYMI.

hostibus verò diuturnas calamitates irroga. Nam illa verba *anni erunt*; id est, plurimo tempore illi miserijs affligentur.

6. Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vespere decidat, * induréscat, & arescat.

* *Vulgata* induret,

Ac si dicat, Felicitatem eorum rescinde. Sicut enim in calamitatibus ipsorum annos postulauit; sic in prosperitate ipsorum tempus contraxit ad vnum diem, totum decurtans, & exemplo herbæ abolitionis celeritatem declarans.

Describit calamitates in Babylonia toleratas.

7. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

Sufficienter enim, inquit, nos castigati sumus per iram tuam in nos.

8. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo,

Cùm enim, inquit, nos punires, nullum peccatum nostrum conniuebas, sed omnia in conspectum tuum adducens, pro singulis pœnas exigebas.

Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Id est: Omnis enim nostra vita omnisque viuendi ratio in conspectum tuum adducta fuit, & omne peccatum nostrum scrutatus es, atque pro omnibus pœnas dedimus.

9. Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Contingebat enim tunc aliquos in Babylonia natos totam ætatem suam in miserijs transigere, eò quòd ab vtero in captiuitatem traditi essent.

Anni nostri sicut aranea * meditati sunt:

* *Vulgata* meditabuntur:

Adeò enim, inquit, imbecillis erat vita nostra atque telæ aranearum.

10. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni:

Si autem in potentatibus octoginta anni: & ampliùs eorum labor & dolor.

τοῖς δὲ πολεμίοις τὰς συμφορὰς πολυχρονίους ἀπείργασται. τὸ γὰρ ἔτη ἔσονται· ἀντὶ τοῦ, ἐν χρόνῳ πολλῷ ταλαιπωρήσουσιν ἐκεῖνοι.

ϛ'. Τὸ πρωῒ ὡσεὶ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι, καὶ παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι, σκληρυνθείη, καὶ ξηρανθείη.

Ἵνα εἴπῃ, ἐπίτεμε αὐτοῖς τὴν εὐημερίαν. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν συμφορῶν ἔτη ἐξῄτησεν· οὕτως ἐπὶ τῆς εὐπραγίας αὐτῶν ἐστένωσε τὸν χρόνον εἰς μίαν ἡμέραν, συντεμὼν τὸ ὅλον, καὶ τῷ ὑποδείγματι τῆς χλόης τὸ ταχὺ τοῦ ἀφανισμοῦ σημάνας.

ζ'. Ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν.

Ἱκανῶς γάρ, φησιν, ἡμεῖς ἐπαιδεύθημεν διὰ τὴν ὀργήν σου τὴν καθ' ἡμᾶς.

η'. Ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου,

Τιμωρούμενος γὰρ ἡμᾶς, φησιν, οὐδεμίαν παρενεθυμήσας ἡμῶν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ πάσας ὑπ' ὄψιν ἀγαγὼν τὴν σὴν, ὑπὲρ ἑκάστης ἀπῄτησας δίκας.

Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου.

Ἀντὶ τοῦ· πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἡ ζωὴ καὶ πᾶς ἡμῶν ὁ βίος κατὰ πρόσωπόν σου ἤχθη, καὶ πᾶσαν ἡμῶν ἁμαρτίαν διηρεύνησας, καὶ ὑπὲρ πασῶν ἐδώκαμεν δίκας.

θ'. Ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἡμῶν ἐξέλιπον· καὶ ἐν τῇ ὀργῇ σου ἐξελίπομεν.

Συνέβαινε γὰρ αὐτόθι τινὰς γεννηθέντας ἐν Βαβυλῶνι ἅπαντα τὸν αὐτῶν αἰῶνα ταλαιπωρεῖν, διὰ τὸ ἐκ γαστρὸς αἰχμαλωσίᾳ παραδοθῆναι.

Τὰ ἔτη ἡμῶν ὡσεὶ ἀράχνη ἐμελέτων·

Οὕτω γάρ, φησιν, ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀσθενὴς ὡς τὰ ὑφάσματα τὰ ἀράχνεια.

ι'. Καὶ αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη·

Ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις ὀγδοήκοντα ἔτη· καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος.

Ὅλος

Ὅλος μὲν οὖν, φησιν, ὁ ἀνθρώπινος βίος ἑβδομηκοστοῦ ποῦ ἢ ὀγδοηκοστοῦ περιγράφεται χρόνου. ἐκ τοῦ πλεῖστου δὲ λέγει τοῦτο, ἐπεὶ ὅτι τινὲς καὶ τοῦτον παρῆλθον τὸν ἀριθμὸν δῆλον, ἀλλ' ὀλίγοι ἄγαν. οἱ δὲ πλείους μόλις καὶ εἰς τοῦτον ἐξικνοῦνται τὸν ἀριθμόν. αὐτὸς οὖν, φησιν, ἡμῶν ὅλος ὁ βίος ὀλιγοχρόνιος, καὶ οὐδὲ οὗτος ἐν ἀνέσει δοθείς, ἀλλὰ σχεδὸν ὅλος ἐν ταλαιπωρίᾳ.

Ὅτι ἐπῆλθε πρᾳότης ἐφ' ἡμᾶς, καὶ παιδευθησόμεθα.

Ἀπόδειξις γοῦν, φησι, τὰ παρόντα. ἰδοὺ γὰρ ἐν ὅσῃ ταλαιπωρίᾳ ἐξεταζόμεθα, καὶ ταῦτα μηδὲ σφοδρᾶς ἡμῖν ἐπενεχθείσης παιδείας, ἀλλὰ πρᾳείας ἄγαν, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἐπάγοντος· καὶ ὅμως πρᾳεῖαν οὖσαν τὴν τιμωρίαν καὶ ἥμερον οὐχ ὑπομένομεν.

ια. Τίς γινώσκει τὸ κράτος τῆς ὀργῆς σου, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου σου τὸν θυμόν σου ἐξαριθμήσασθαι;

Ἐπεί, φησιν, εἰ τὴν ἰσχὺν ἅπασαν τῆς ὀργῆς σου ἐπαφῆκας ἡμῖν, τίς ἠδύνατο ὑποστῆναι; ἢ πόσος ἂν ἤρκεσε φόβος, εἰ ὁ θυμὸς ὅλος ὁ σὸς τὰ ἑαυτοῦ ἐπεδείκνυτο;

ιβ. Τὴν δεξιάν σου οὕτως γνώρισον,

Ἀλλὰ τῆς τοιαύτης, φησὶ, δυνάμεως δέομαι καὶ τῆς τοιαύτης ἰσχύος, εἰς τὸ εὐεργετηθῆναι, οὐκ εἰς τὸ τιμωρηθῆναι.

Καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ.

Ἵνα δυνηθῶμεν, φησι, νῦν ἡμεῖς οἱ ἐξησθενηκότες τὴν καρδίαν, ἐν σοφίᾳ καταστῆναι, ἀντὶ τοῦ ἐν ἀπολαύσει χρηστῶν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ιγ. Ἐπίστρεψον κύριε ἕως πότε; καὶ παρακλήθητι ἐπὶ τοῖς δούλοις σου.

Ἐπανάγαγε οὖν, φησιν, ἡμᾶς δέσποτα παρακληθεὶς ἐφ' ἡμῖν.

ιδ. Ἐνεπλήσθημεν τὸ πρωῒ τοῦ ἐλέους σου κύριε· καὶ ἠγαλλιασάμεθα καὶ εὐφράνθημεν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν.

Τὸ ἐνεπλήσθημεν ἀντὶ τοῦ ἐμπλησθῶμεν

PARAPHRASIS ANONYMI.

Vniuersa igitur, inquit, vita humana septuaginta ferè aut octoginta annorum spatio circumscribitur. Hoc autem vt plurimùm dicit, quia nonnullos quandoque etiam hunc numerum excessisse clarum est, sed paucos admodum. Nam plurimi etiam hunc numerum non attingunt. Ipsa igitur, inquit, tota vita nostra exigui temporis est, & neque hæc adhuc in quiete animi, sed tota fermè in miseria transigitur.

Vita hominis quot annorum sit secundùm naturæ cursum.

Quoniam superuenit mansuetudo * super nos, & corripiemur.

** Abest à Vulgata.*

Exemplo igitur, inquit, sint res præsentes. Ecce enim in quanta miseria versemur, idque non admodum vehementi correptione nobis irrogatâ, sed valdè leni, respectu potentiæ castigantis: & tamen pœnam adeò lenem & moderatam vix sustinemus.

Quanta sit hominum imbecillitas.

11. Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?

Quoniam, inquit, si vim omnem iræ tuæ nobis irrogasses, quis sustinere valuisset? vel quantus timor sufficeret, si totus furor tuus ostenderetur?

12. Dexteram tuam sic notam fac,

Verùm istiusmodi, inquit, virtute taliqúe potentiâ mihi opus est, vt beneficijs afficiar, non vt puniar.

Et eruditos corde in sapientia.

Vt nos, inquit, qui modò corde deficimus, possimus in sapientia, id est in bonorum fruitione, versari. vnde subiungit:

13. Conuertere Domine vsquequò? & deprecabilis esto super seruos tuos.

Implorat Dei misericordiam & directionem.

Reduc igitur, inquit, nos Domine nobis clemens effectus.

14. Repleti sumus manè misericordiâ tua * Domine: & exultauimus & delectati sumus omnibus diebus nostris.

** Abest à Vulgata.*

Illud *repleti sumus* dicit pro *repleamur:*

PARAPHRASIS ANONYMI. tempus enim præteritum pro futuro accepit. *Manè* autem vocat celeritatem. Vult itaque dicere: q. d. Velociter igitur benignitate tuâ repleamur, & in auxilio tuo exultemus.

φησί· παρεληλυθότα γὰρ ἔλαβε χρόνον ἀντὶ μέλλοντος. πρωῒ δὲ καλεῖ τὸ τάχος. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι· ἐμπλησθείημεν οὖν ταχέως τῆς φιλανθρωπίας σου, καὶ ἀγαλλιασώμεθα ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ.

15. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti; annis quibus vidimus mala.

Atque residuis, inquit, omnibus diebus nostris in lætitia nos constitue, æquali numero bona nobis concedens pro annis in quibus vidimus mala & miserijs affecti fuimus.

ιέ. Εὐφράνθημεν ἀνθ' ὧν ἡμερῶν ἐταπείνωσας ἡμᾶς· ἐτῶν ὧν εἴδομεν κακά.

Καὶ τὰς ὑπολοίπους ἡμῶν, φησὶν, ἡμέρας πάσας ἐν εὐφροσύνῃ κατάστησον, ἰσάριθμα τὰ ἀγαθὰ διδοὺς τῶν ἐτῶν ἐν οἷς εἴδομεν κακὰ καὶ ἐταλαιπωρήσαμεν.

* Abest à Vulgata. 16. * Et respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et respice, inquit, in nos, quoniam opera tua sumus, & reduc in terram nostram filios nostros: nos enim præ nimia miseria ad beneficium tuum pertingere non valemus.

ιϛ'. Καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα σου· καὶ ὁδήγησον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν.

Καὶ ἐπίβλεψον, φησὶν, ἐφ' ἡμᾶς, ὅτι σὰ ἔργα τυγχάνομεν, καὶ ἐπανάγαγε εἰς τὴν γῆν ἡμῶν τοὺς υἱοὺς ἡμῶν· ἡμᾶς γὰρ εἰκὸς ὑπὸ τῆς ἄγαν ταλαιπωρίας μηδὲ φθάσαι τὴν σὴν εὐεργεσίαν.

17. Et sit splendor Domini Dei nostri super nos,

Vt, inquit, nos reuersi iterùm Hierosolymam, & templum ac patrios ritus recipientes, rursus illustres ac gloriosi appareamus, sicut anteà eramus, dum nomen tuum super nos inuocabatur.

ιζ. Καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς,

Ὥστε, φησὶν, ἐπανελθόντας ἡμᾶς πάλιν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπολαβόντας τὸν ναὸν καὶ τὰ πάτρια, πάλιν ἀναδειχθῆναι λαμπροὺς καὶ ἐνδόξους, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἦμεν, διὰ τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς ἐπικεκλῆσθαι.

Et opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Vt, inquit, & in communi omnis populus tuus in melius proficiat, & seorsum singuli similibus fruantur.

Καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον.

Ὥστε, φησὶ, καὶ κοινῇ πάντα τὸν λαόν σου ἐπὶ τὸ βέλτιον προκόψαι, καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον τῶν ὁμοίων ἀπολαῦσαι.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. DOMINE REFVGIVM FACTVS ES NOBIS IN GENERATIONE.] Symmachus pro *in generatione* *in vnaquaque generatione* edidit. Vult autem per hæc significare, quòd etiam tempore Pharaonis, & Iesu Naue, & sub Babylonio Rege nobis benè feceris; aliquando quidem mare findens, & transuadare faciens, aliquando verò vespas emittens, & persequens Chananæos. In captiuitate quoque Babylonica te semper refugium habuimus, & nil prohibet quò minùs eâdem benignitate etiamnum fruamur.

Quomodo Deus ab initio olim Israëlitas adiuuerit.

α. ΚΥΡΙΕ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΕΓΕΝΗΘΗΣ ΗΜΙΝ ΕΝ ΓΕΝΕΑ.] Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ ἐν γενεᾷ ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ ἐξέδωκε. Σημαίνειν δὲ βούλεται διὰ τούτων, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ εὐηργέτησας ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ ἐπὶ τοῦ Βαβυλωνίου· ποτὲ μὲν τὴν θάλασσαν σχίσας, καὶ διαβιβάσας· ποτὲ δὲ σφηκίας προαποστείλας, καὶ τοὺς Χαναναίους ἀποδιώξας. καὶ ἐπὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας σὲ καταφυγὴν εἴχομεν ἀεὶ, καὶ οὐδὲν κωλύει τῆς αὐτῆς καὶ νῦν ἡμερότητος ἡμᾶς μεταδοῦναι·

ϛαδύναι· καὶ οὐδέν, φησι, θαυμαστὸν, εἰ κατὰ γενεὰν διέσκομέν σε ἀκμάζοντα βοηθόν· οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ἔλαβες τοῦ εἶναι, οὐδὲ τέλος ἔχει τὰ κατὰ σέ, ἀλλ' ὁ αὐτὸς εἶ ἄναρχος ἀτελεύτητος, μηδενὶ περιοριζόμενος πέρατι. συνάπτεται γὰρ τῷ πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι τὸ σὺ εἶ· ἀντὶ τοῦ, πρὸ τῆς κτίσεως εἶ πᾶν τὸ αἰώνιον ἐμπεριέχων διάστημα.

γ'. ΜΗ ΑΠΟΣΤΡΕΨΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΙΣ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ.] Τὸ ἄνθρωπον, ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς λέγει, ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ. ἢ ἀντὶ τοῦ, μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν ἐκ τοῦ παρὰ σοῦ ὕψους εἰς τὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας ταπείνωσιν· ἐκ γὰρ τοῦ ὕψους τῶν ἀγαθῶν περιτραπεὶς πρὸς τὸ ὀλισθηρὸν καὶ ταπεινὸν τῆς ἁμαρτίας προκατηνέχθη καὶ κατεσύρη. Οὐκοῦν ὀρέξας χεῖρα τήρει αὐτὸν ἐν τῷ μετεωρισμῷ, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς αὖθις εἰς τὸ χαμαιερπὲς γενέσθαι, καὶ εἰς τὴν συγκληρωθεῖσαν ταλαιπωρίαν ἐναπομεῖναι οἷον εἰς τελείαν ἀπόπτωσιν. σὺ γὰρ αὐτὸς φιλανθρωπίας κήρυγμα ἐξενήνοχας εἰπὼν ἐπιστρέψατε, θεραπείαν ὑποθεὶς τῶν κακῶν. οἱονεὶ λέγων· τρεπτοὶ ὄντες, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπερρύητε, χρήσασθε πάλιν πρὸς τὸ καλὸν τῇ τροπῇ. Ἄλλοι δὲ ἀντὶ τοῦ εἶπας εἰπέ φασι. Τουτέστιν· ἀπόφηναι ἡμᾶς ἐπιστρέψαι τοὺς υἱοὺς τῶν δούλων σου τῆς αἰχμαλωσίας. εἶεν οὗτοι καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν. ὅτι εἶπας ἐπιστρέψαι, ἐπιστρέψαμεν. μὴ οὖν ἀποστρέψῃς ἡμᾶς εἰς ταπείνωσιν. ἀποστρέφει δὲ ὅταν δι' ἁμαρτίας ἐγκαταλείπῃ τὸν ἄνθρωπον. καθ' ὑπερβατὸν δέ ἐστι τῶν ῥητῶν ἡ διάνοια· τὸ γὰρ χίλια ἔτη τῷ προτέρῳ συνήρμοσται· μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν, ὅτι χίλια ἔτη, καὶ ἑξῆς. τὸ δὲ, εἶπας ἐπιστρέψατε, διὰ μέσου. λέγει οὖν ὅτι σμικρά τίς ἐστι καὶ ἀλγεινὴ ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωή· σοὶ δὲ τῷ αἰωνίῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ ὁ τῶν χιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς μιᾷ ἡμέρᾳ, παρείκασται μᾶλλον δὲ σμικρῷ μορίῳ νυκτός. φυλακὴν γὰρ νυκτερινὴν τὸ τεταρτημόριον ἐκάλεσε τῆς νυκτός, ἤγουν ὥρας τρεῖς· ἐπεὶ αἱ διαφυλακαὶ ἀνὰ τρεῖς ἔχουσιν ὥρας. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ ὡς· ὡσεὶ ἡμέρα, καὶ ὡσεὶ φυλακή. εἰ δὲ περὶ χιλίων ἐτῶν οὕτως εἶπεν, δῆλον ὅτι βίος ἀνθρώπου διάστημά ἐστι λεπτόν. οὐκ ἐμποδίζει οὖν σοι ὁ τοσοῦτος τῆς αἰχμαλωσίας χρόνος σῶσαι ἡμᾶς· ὁ μὲν γὰρ χρόνος ἀεὶ ὑπορρεῖ, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ μὴ ἀλλοιούμενος.

mur: neque etiam mirum est, inquit, si secundùm generationem te vegetum ac validum adiutorem reperiamus: nam neque essendi principium accepisti, neque res tuæ finem habent, sed idem es principij finisque expers, nullo termino circumscriptus. Siquidem istis verbis *priusquam montes fierent* coniungitur istud *tu es:* id est, Ante omnem creationem omne æternum spatium complexus es. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

3. NE AVERTAS HOMINEM IN HVMILITATEM.] *Hominem* dicit, id est *nos*, singularem pro plurali ponens. Vel ac si dicat, Ne auertas ipsum ab altitudine quam à te habet ad peccati deiectionem: nam à priorum sublimitate bonorum ad præcipitium & abiectionem peccati deductus & attractus est. Itaque manum porrigens serua ipsum in sublimitate, neque sinas rursum humi repere & in cohæreditaria miseria quasi in omnimoda abiectione immorari. Tu enim ipse benignitatis edictum edidisti dicens *Conuertimini*, malorum medicinam proponens. Ac si diceres: Cùm mutabiles sitis, à bono delapsi estis, vtamini iterùm conuersione ad bonum. Alij autem pro *dixisti* legunt *dic*. Id est: Decerne vt nos filij seruorum tuorum è captiuitate reuertantur. Hi quoque fuerint illi qui ex Gentibus sunt. Quia dixisti conuertere, conuersi sumus. Ne igitur auertas nos in humilitatem. Auertit autem quando propter peccatum deserit hominem. *Homo propter peccatum à Deo deseritur.* Horum autem verborum sensus est per transpositionem positus: nam illa verba *mille anni* cum priori versu construenda. q. d. *Ne auertas hominem in humilitatem, quia mille anni*, &c. illud autem, *dixisti Conuertimini*, in medio inseritur. Dicit itaque vitam hominum breuem & doloribus refertam esse; *Vita hominis breuis & misera.* tibi autem æterno & sempiterno etiam mille annorum numerum vni diei, quin potiùs exiguæ particulæ noctis similem existere. Custodiam enim nocturnam quartam noctis partem appellauit, siue horas tres: quoniam singulæ custodiæ tres horas complectuntur. Subauditur autem particula *sicut:* q. d. Sicut dies, & sicut custodia. Si autem de mille annis sic locutus sit, manifestum vtique quòd vita hominis sit spatium exiguum. Non impedit igitur, inquit, tantum tempus captiuitatis quò minùs nos serues: siquidem tempus semper effluit, tu autem ipse es immutabilis.

ALIVS.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Quot annis Dei cultus durauerit apud Israëlitas.

Alivs. Tot annis ait religiosum cultum apud ipsos durasse ac floruisse in loco isto, quem vtique vt iam abolitum & amplius non existentem quoque deplorant hi qui per orationem Deum placant. Numerantur autem anni isti à prima templi ædificatione vsque ad totalem ipsorum euersionem. Sic à prima templi structura vsque ad Babyloniorum obsidionem sunt anni quadringenti triginta duo. Deinde templum innouatum fuit sub Zorobabel: & ex illo vsque ad decimum quartum annum Tiberij Cæsaris sunt anni quingenti quadraginta octo, & post rabiem illorum in Saluatorem sunt anni quadraginta.

Petit inimicorum felicitatem rescindi.

5. Qvæ pro nihilo habentvr eorvm anni ervnt.] Ac nobis quidem, inquit, conuenientem tribue clementiam; illis verò diuturnas redde calamitates, vt ad plurimos annos miseri sint: & fiat, inquit, felicitas eorum similis herbæ citò quidem florescenti, sed confestim marcescenti, & ad vesperam arescenti. Ac si dicat: Rescinde felicitatem eorum.

Vita nostra herbis marcescentibus comparata.

Alivs. Etiam modica, inquit, tua adhuc longa videtur nobis in felicitate constitutis, atque idem in statu nostro sustinentibus, quod exigui temporis herbæ; quæ manè quidem oriuntur, ad modicum verò excrescunt & florent, vespere autem exarescunt & diffluunt. Per hæc enim describitur naturæ nostræ imbecillitas; cuius manè est iuuentus, vespera senectus. Ceterùm Iudæorum quoque anni pro nihilo habiti siue exinaniti sunt; quippe qui post eorum in Saluatorem rabiem nullius ampliùs pretij vel virtutis fuerint. Florebant enim & insolescebant, sed quòd irrigantem se agricolam non agnoscerent exaruerunt, spiritalis Solis vespere ipsos apprehendente.

7. Qvia defecimvs in ira tva.] Hoc etiam naturæ hominum congruit, quæ iniquitatis pœnas pendens ærumnis subiecta fuit: cuius hic sermo misertus, ait vitam hominum irâ Dei consumptam esse, quasi vento quopiam Dei impetu agitatam. Ceterùm pro *Posuisti iniquitates nostras* Symmachus habet, *Proposuisti iniustitias nostras coram te, negligentias verò nostras vt apparerent ante faciem tuam*, ad nos videlicet puniendos. *Et seculum nostrum*, id est, omnis vita nostra,

ΑΛΛΟΣ. Ἐν τοσούτοις ἔτεσί φησι κρατῆσαι καὶ ἀνθῆσαι τὰ τῆς ἐν τόπῳ λατρείας αὐτοῖς, ἃ δὴ ὡς διεληλυθότα καὶ μηκέτι ὄντα καὶ ἀποκλαίονται οἱ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν Θεὸν ἱλασκόμενοι. Ἀριθμεῖται δὲ τὰ ἔτη ἀπὸ τῆς τοῦ ἱεροῦ πρώτης κατασκευῆς μέχρι τῆς αὐτῶν πανωλεθρείας. οὕτως ἀπὸ πρώτης τοῦ ἱεροῦ κατασκευῆς μέχρι τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίων πολιορκίας εἰσὶν ἔτη ρλβ΄. εἶτα ἀνανεοῦται ὁ ναὸς ὑπὸ Ζοροβάβελ· καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ τέσσαρες καὶ δεκάτου ἔτους Τιβερίου Καίσαρος εἰσὶν ἔτη φμη΄· καὶ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος λύσσαν ἔτη μ΄.

ε΄. Τα εξουδενωματα αυτων ετη εσονται.] Καὶ ἡμῖν μέν, φησι, φιλανθρωπίαν ἀπόνειμαι τὴν πρέπουσαν· τῶν δὲ πολεμίων πολυχρονίους τὰς συμφορὰς ἀπέργασαι, ὡς εἰς ἔτη πολλὰ ταλαιπωρεῖσθαι· καὶ γενέσθω, φησίν, ἡ αὐτῶν εὐπραγία χλόῃ παραπλησία ταχέως μὲν ἀνθούσῃ, ὀξέως δὲ μαραινομένῃ, καὶ πρὸς ἑσπέραν ξηραινομένῃ. ἵνα εἴπῃ· ἐπίτεμε αὐτοῖς τὴν εὐημερίαν.

ΑΛΛΟΣ. Καὶ ἡ μικρά σου, φησίν, ἀποστροφὴ εἰς ἔτι μακρὰ ἡμῖν λογίζεται τοῖς ἐφημέροις, καὶ ταὐτὸν πάσχουσι κατὰ τὸ εἶδος, ὃ καὶ τὰ ὀλιγοχρόνια τῶν ποῶν· πρωῒ μὲν ἀνατέλλοντα, μετὰ δὲ βραχὺ ἁδρυνόμενα καὶ ἀνθοῦντα, ἑσπέρας δὲ σκληρυνόμενα καὶ διαρρυισκόμενα. Ὑπογράφεται γὰρ διὰ τούτων ἡ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀσθένεια· ἧς πρωΐα νεότης, ἑσπέρα γῆρας. ἐγένοντο δὲ καὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔτη ἐξουδενώματα ἤτοι ἐξουδενωμένα· ὡς οὐκέτι ἔντιμα οὐδὲ σπουδαῖα μετὰ τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος λύσσαν. ἤνθησαν γὰρ καὶ ἐκτήσαντο περιφάνειαν, ἀλλὰ τὸν ἐπάρδοντα γεωργὸν μὴ ἐπιγνόντες ἀπεξηράνθησαν, ἑσπέρας αὐτοὺς καταλαβούσης τοῦ νοητοῦ ἡλίου.

ζ΄. Οτι εξελιπομεν εν τη οργη σου.] Καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει τοῦτο ἁρμόδιον, ἣ παρανομίας τίνουσα δίκας συμφοραῖς ὑποβέβληται· ἣν οἰκτιζόμενος ὁ λόγος, δαπανηθῆναι λέγει τῇ ὀργῇ τοῦ Θεοῦ τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωήν, οἷόν τινι ἀνέμῳ τῇ τοῦ Θεοῦ προσβολῇ χειμαζομένην. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ὁ Σύμμαχος, προέθηκας τὰς ἀδικίας ἡμῶν ἀντικρύς σου, τὰς δὲ ἀμελείας ἡμῶν φαίνεσθαι πρὸ προσώπου σου, ἐπὶ τὸ τιμωρήσασθαι δηλονότι ἡμᾶς. καὶ ὁ αἰὼν ἡμῶν, ἀντὶ τοῦ, πᾶσα ἡ ζωὴ ἡμῶν,

φανερά σοι ἐστιν ὡς ἐν φωτὶ προσώπου σου· καὶ πάσας ἡμῶν ἁμαρτίας ἠρεύνησας, καὶ ὑπὲρ πασῶν ἔδομεν δίκας. Σαφῶς δὲ ἡ ἐξελίπομεν λέξις τὴν ἔκλειψιν παρίστησι τῆς ζωῆς· διὸ καὶ ἐπάγει, ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν, τὸ μὴ πρέπειν διὰ θέαμα ποιεῖσθαι τὴν ἀνθρωπίνην κακίαν, μηδὲ δεῖν φαίνεσθαι τῷ ἀκηράτῳ προσώπῳ τὸν μεμολυσμένον ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν αἰῶνα. Προσθεὶς δέ τις τὸ τί ἐστι τὸ σαφέστερον προσάγει τὸν λόγον· τί ὅτι ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἐναντίον σου; καὶ ὁ Ἰὼβ λέγει· Διὰ τί οὐκ ἐποίησας λήθην; οὐκ ἐγκαλῶν, ἀλλὰ τὴν συνήθη μᾶλλον ζητῶν ἡμερότητα.

θ'. ΟΤΙ ΠΑΣΑΙ ΑΙ ΗΜΕΡΑΙ ΗΜΩΝ ΕΞΕΛΙΠΟΝ.] Ἀπὸ οὖν, φησι, τοῦ συνεχῶς πάσχειν κακῶς, οὐδὲν τῶν ἀραχνῶν διαφέρομεν ὑφασμάτων· καὶ οὕτως δὴ ἡμῖν ἐλογίζετο· τί γὰρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἢ ὀγδοήκοντα πρὸς σὲ τὸν αἰώνιον; ἀλλὰ καὶ ταῦτα τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη ἢ ὀγδοήκοντα οὐδεμίαν ἔχει ἀνάπαυσιν, ἀλλὰ τὸ πλεῖον αὐτῶν μετὰ μόχθου καὶ πόνου. ἐπεὶ δὲ, φησιν, ἠξίωσας ἡμᾶς πραότητος καὶ ἀνέσεως, παιδευθησόμεθα, ἐπεὶ ἔνοχοι ἐσμὲν τῇ ὀργῇ σου· ἐν γὰρ συμφοραῖς καὶ περιστάσεσιν οὐδεὶς ἱκανὸς ἐξαριθμεῖσθαι καὶ ἀναλογίζεσθαι τὸ μέγεθος τῆς ὀργῆς σου. Διὰ τοῦτο, φησι, καὶ τὴν δεξιάν σου οὕτως γνώρισόν μοι, τουτέστι τὴν παρουσίαν τοῦ υἱοῦ σου. αὕτη γὰρ ἡ δεξιὰ τοῦ θεοῦ μετὰ πραότητος γενέσθαι ηὐδόκησε. διὸ καὶ αὐτός φησιν· Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

ΑΛΛΟΣ. Αὐτός, φησιν, ὁ βίος ἡμῶν ὀλιγοχρόνιος· καὶ οὐδὲ οὗτος ἐν ἀνέσει δοθείς, ἀλλ' ὅλος σχεδὸν ἐν ταλαιπωρίᾳ. ἢ γὰρ ὡς νήπιοι παιδευόμεθα, ἢ ὡς νεανίσκοι κάμνομεν, ἢ ὡς γηραιοὶ ταλαιπωρούμεθα. καλῶς οὖν καὶ τὸ, πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. ὀλίγος γὰρ ὁ ὑποκλεπτόμενος εἰς εὐφροσύνην διέρχεται, ὡς μηδὲν δοκεῖν εἶναι, τι κἂν συμβαίη. Πραότητα δὲ τὴν μετρίαν τιμωρίαν ἐκάλεσεν. εἰ δὲ ἡ μετρία σου, φησίν, ἀγανάκτησις τοσαύτην ἡμῖν παιδείαν ἀπήγαγε, τίς ἱκανὸς συνιδεῖν τὴν ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου τιμωρίαν προσφερομένην; τίς ἠδύνατο ὑποστῆναι, εἰ πᾶσαν ἀφῆκας ἡμῖν τὴν ὀργήν, εἰ ὁ θυμὸς ὅλος τὰ ἑαυτοῦ ἐπιδείκνυτο; Ἀλλὰ ταύτης, φησί, τῆς δυνάμεως, εἰς τὸ εὐεργετηθῆναι προσδεόμεθα, οὐκ εἰς τὸ τιμωρηθῆναι. Ἐκεῖνον γὰρ οὐχ'

tibi manifesta est sicut in lumine vultus tui: & omne peccatum nostrum scrutatus es, & pro omnibus pœnas dedimus. Manifestè autem illa vox *defecimus* vitæ defectionem declarat: quapropter etiam subiungit, *Posuisti iniquitates nostras*, eò quòd non deceret humanam malitiam Deo spectandam exhibere, neque incorruptæ faciei apparere sæculum nostrum peccatis inquinatum. Quidam autem appositâ particulâ *quid* sententiam reddit clariorem: *Quid posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo?* Etiam Iob ait: *Quid ni oblitus es?* non reprehendens, sed solitam potiùs benignitatem quærens. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

9. QVONIAM OMNES DIES NOSTRI DEFECERVNT.] Ex eo igitur, inquit, quòd assiduè malè habeamur, nil ab aranearum telis differimus; atque ita nobiscum ratiocinamur: Quid enim sunt anni septuaginta aut octoginta respectu tui qui æternus es? Attamen isti septuaginta vel octoginta anni nullam quietem continent, sed longè maxima eorum pars cum molestia & labore transigitur. Cùm autem, inquit, clementiâ & indulgentiâ nos dignatus sis, emendabimur, quia rei sumus iræ tuæ: in calamitatibus enim & aduersitatibus nemo sufficit magnitudinem iræ tuæ dinumerare ac recensere. Idcircò, inquit, etiam *dexteram tuam sic notam fac mihi*, id est præsentiam Filij tui. Hæc enim dextera Dei cum clementia & mansuetudine nasci dignata est. Quapropter etiam dicit: *Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.*

Dies nostri breues & mali.

Ioan. 12, 47.

ALIVS. Ipsa, inquit, vita nostra exigui temporis est; & hoc non est adhuc quieti dedicatum, sed totum ferme in miseria transigitur. Nam vel vt infantes castigamur, vel vt iuuenes laboramus, vel vt senes miserijs affligimur. Pulchrè igitur & illud, *Quod amplius eorum labor & dolor*. Parum enim temporis ad lætitiam quasi furto subductum reperitur, ita vt nihil esse videatur, tametsi aliquid obuenerit. Mansuetudinem autem vocauit pœnam moderatam. Si moderata, inquit, tua indignatio tantam nobis disciplinam attulit, quis satis possit cognoscere supplicium quod ab ira tua irrogatur? Quis valeat sustinere, si omnem nobis iram tuam irrogasses, si furor tuus se totum exhibuisset? Ceterùm hanc, inquit, potentiam tuam rogamus, vt in beneficia, non in supplicia insumatur. Illum enim

Pauci sunt dies lætitiæ in hac vita.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

supplicij modum minimè valeo sustinere; verumtamen vix etiam subsistam, etiamsi plurimam nactus sim clementiam. Nam illud *Notam fac mihi*; id est, Fac me frui; atque illud *dinumerare*, id est, cum magna diligentia fac me dexteræ tuæ auxilio perfrui; vt qui corde defecimus, per disciplinam valeamus in sapientia institui, siue bonis frui. Ceterùm eruditi quoque in sapientia sunt Prophetæ & Apostoli; quocircà dicunt, *Sapientiam autem loquimur inter perfectos*; ita vt subaudiatur istud *Notam fac*. Notam fac nobis *dexteram tuam*, id est Filium tuum, non in vindicta, sed in benignitate. *Conuertere* igitur *Domine*: id est, Reduc nos igitur Domine nobis reconciliatus, & non ampliùs despicias.

Propheta & Apostoli sunt eruditi corde in sapientia.
1. Cor. 2, 6.

14. REPLETI SVMVS MANE MISERICORDIA.] Tempus apud Septuaginta mutatum est: nam Aquila & ceteri legunt, *Imple nos matutinâ misericordiâ tuâ. Manè*, id est *velociter*. Vult enim dicere: Citò repleamur clementiâ tuâ, & exultabimus in auxilio tuo. Residuos dies nostros in lætitia constitue, æquali numero bona nobis præbens pro annis in quibus vidimus mala, & miserijs affecti fuimus. (Mala enim etiam sunt laboriosa, vtpote molestiam facessentia.) Nos enim sumus creaturæ & opera manuum tuarum. Respice igitur in nos & filios seruorum tuorum. Rogant nimirum vt filij eorum qui in Babylonia defuncti sunt reducantur, & humana natura ad veritatem dirigatur, vt reducti, inquit, & Hierosolymâ recuperatâ, denuò illustres euadant & gloriosi vt priùs. Etenim diuina nos apparitio illustres reddidit, ita vt & vniuersim omnis populus & quilibet sigillatim in melius proficiat.

Petit celerem liberationem.

ALIVS. Hic splendor in hoc consistit, vt omnia vitæ nostræ studia salutis fructum capiant, & quæcumque agimus ad vnum scopum spectent. Idcircò cùm pluraliter *opera* dixisset, ad *opus* deducit. Varia enim & multiformis virtutum exercitatio vnum aliquod opus fit; hoc autem est salus eas exercentis. Vel *opera* quidem *manuum* est quælibet actio, *opus* verò quod ex his resultat est cognitio. Vel opera sunt diuersa sacrificia veteris Testamenti; opus autem, quia solus Filius in nouo immolatur. *Splendor* verò est

Splendor vitæ in bonis operibus consistit.

ὑφίσταμαι τὸν τρόπον· μόλις δὲ διαρκέσω, πρὸς σύστασιν πολλῆς τυχὼν φιλανθρωπίας. Τὸ γὰρ γνώρισόν μοι· ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει με κατάστησον· καὶ τὸ ἐξαριθμήσασθαι, ἀντὶ τοῦ, μετ' ἀκριβείας με ποίησον τῆς δεξιᾶς σου βοηθείας ἐπαπολαῦσαι· ὡς ἂν δυνηθῶμεν οἱ ἐξησθενηκότες τὴν καρδίαν, διὰ τῆς παιδείας ἐν σοφίᾳ καταστῆναι, ἤτοι ἐν ἀπολαύσει χρηστῶν. Πεπαιδευμένοι δὲ ἐν σοφίᾳ καὶ οἱ προφῆται καὶ οἱ Ἀπόστολοι· διό φασι, σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· ἵν' ᾖ ἀπὸ κοινοῦ τὸ γνώρισον. γνώρισον ἡμῖν τὴν δεξιάν σου, τουτέστι τὸν υἱόν σου, μὴ ἐπὶ κολάσει, ἀλλ' ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ. Ἐπίστρεψον οὖν κύριε· ἀντὶ τοῦ, ἐπανάγαγε οὖν ἡμᾶς δέσποτα διαλλαχθεὶς ἐφ' ἡμῖν, καὶ μὴ ἐπὶ πλεῖστον παρίδῃς.

ιδ'. ΕΝΕΠΛΗΣΘΗΜΕΝ ΤΟ ΠΡΩΙ ΤΟΥ ΕΛΕΟΥΣ.] Ἐνήλλακται ὁ χρόνος παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα· ὁ γὰρ Ἀκύλας καὶ οἱ λοιποὶ, Ἔμπλησον ἡμᾶς ἐν πρωΐᾳ ἐλέους σου. τὸ πρωῒ, ἀντὶ τοῦ ταχύ. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν· ἐμπλησθείημεν ταχέως τῆς φιλανθρωπίας σου, καὶ ἀγαλλιασώμεθα ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ σου. Τὰς ὑπολοίπους ἡμέρας ἡμῖν ἐν εὐφροσύνῃ κατάστησον, ἰσάριθμα δοὺς ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ ἀνθ' ὧν ἐτῶν καὶ ἐν οἷς εἴδομεν κακὰ, καὶ ἐταλαιπωρήσαμεν. (κακὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπίπονα, ὡς κάκωσιν ἐμποιοῦντα.) σὰ γὰρ ἡμεῖς ποιήματα καὶ ἔργα χειρῶν σου. Ἐπίβλεψον οὖν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν δούλων σου. οἵ τε γὰρ ἐν Βαβυλῶνι τῶν τετελευτηκότων τοὺς υἱοὺς ἐπαναγαγεῖν ἱκετεύουσι, καὶ ἡ ἀνθρωπεία φύσις ὁδηγηθῆναι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὡς εἶναι, φησὶν, ἐπαναχθέντας, καὶ ἀπολειφθείσης τῆς Γερουσαλὴμ, πάλιν λαμπροὺς καὶ ὡς πρὸ τούτου ἐνδόξους. καὶ γὰρ ἡμᾶς ἡ θεία ἐπιφάνεια λαμπροὺς ἀπέφηνεν, ὥστε καὶ κοινῇ πάντα τὸν λαόν σου ἐπὶ τὸ βέλτιον προκόψαι καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον.

ΑΛΛΟΣ. Ἡ λαμπρότης ἐν τούτῳ συνίσταται, ὡς πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς ζωῆς ἡμῶν καρποφορεῖν σωτηρίαν, καὶ πάντα ἃ πράττομεν πρὸς ἕνα βλέπειν σκοπόν. Διὰ τοῦτο πληθυντικῶς εἰπὼν τὰ ἔργα, εἰς ἔργον ἐπάγει. ἡ γὰρ ποικίλη καὶ πολυειδὴς τῶν ἀρετῶν ἐπιμέλεια ἔργον γίνεται· τὸ δὲ ἔστιν ἡ τοῦ κατορθοῦντος σωτηρία. ἢ ἔργα μὲν χειρῶν ἡ καθ' ἕκαστον πρᾶξις, ἔργον δὲ ἡ ἐκ τούτων ἐπισυμβαίνουσα γνῶσις. ἢ ἔργα αἱ διάφοροι θυσίαι τῆς παλαιᾶς· ἔργον δὲ, ὅτι μόνος ὁ υἱὸς ἐν τῇ νέᾳ θύεται. λαμπρότης δέ ἐστι καὶ γνῶσις

γνῶσις Θεοῦ, ἧς μετέχοντες καλοῦνται λαμπρότητες· καλὴ δὲ καὶ ἡ τοῦ ἐφ' ἡμᾶς προσθήκη· ἡμέτερον γὰρ τῆς δικαιοσύνης τὸ κέρδος.

notitia Dei, cuius qui participes existunt vocantur splendores. Pulchrè autem illud *super nos*: nam lucrum iustitiæ nostrum est. CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταύτην φησὶ τὴν προσευχὴν ἐν ἀποῤῥήτοις ἀναγεγραφότα τὸν Μωσέα παραδεδωκέναι, ὅπως ἂν ἔχοιεν οἱ κατὰ καιροὺς εἰδέναι, πῶς δεῖ αὐτοὺς ἐξομολογεῖσθαι περιπεσόντας ταῖς συμφοραῖς, αἳ γεγόνασιν αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων μετὰ τὴν κατὰ τοῦ κυρίου ἀπείθειάν τε καὶ μιαιφονίαν γενομένην· ὅπως δὲ μὴ λήθη παραδοθῇ τῷ χρόνῳ, ἐντέτακται ἐν τοῖς ψαλμοῖς· καὶ εἰκότως μετὰ τὸν πη', ὃς καὶ τὸ πάθος τοῦ κυρίου κατασημαίνει.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Καὶ ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὰς συμφορὰς διηγεῖται τοῦ λαοῦ τοῦ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, καὶ εἰσάγει αὐτοὺς ὥσπερ δεομένους τοῦ Θεοῦ ἀπαλλαγῆναι τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν. δείκνυσι δὲ καὶ τὸ προοίμιον τῆς δεήσεως τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅτι ὠφελημένοι ὑπῆρχον ἐκ τῶν συμφορῶν. οὗ γὰρ ἠμέλουν πρὸ τούτου Θεοῦ, ἐπὶ τοῦτον νῦν τὴν καταφυγὴν ἔχειν ὁμολογοῦσιν.

α'. ΚΥΡΙΕ ΚΑΤΑΦΥΓΗ ΕΓΕΝΗΘΗΣ ΗΜΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Μέλλων ἐπικαλεῖσθαι τὸν Θεὸν εἰς ἔλεον, εἰκότως ἐξ ὧν ἤδη πολλάκις εὐηργέτησε ποιεῖται τὸ προοίμιον. πῶς δὲ κατὰ γενεὰς εὐηργέτησε, τοῦτο ἴδοι τις εἴς τε τὰ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ ἀποβλέψας, εἴς τε τὰ ἐπὶ Ἰησοῦ εἴς τε ἐπὶ Βαβυλῶνος.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οἱ μὲν τὸν μέγαν φασὶ Μωσέα πεποιηκέναι τὴν παροῦσαν εὐχήν, οἱ δὲ παρὰ τοῦ Δαβὶδ προσηρμόσθαι τῷ Μωϋσῇ. διδάσκει δὲ καὶ τὰς μελλούσας Ἰουδαίων ἔσεσθαι συμφορὰς καὶ πάσης τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸ ἐπίκηρον. Ἀμφοῖν δὲ ὅμως προλέγει τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβολήν. Πάντες δὲ διδασκόμεθα τούτοις κεχρῆσθαι τοῖς λόγοις ἐξομολογούμενοι τῷ κατὰ καιρὸν εὐεργέτῃ, ὡς τὸν Ἐνὼχ μετέθηκεν, ὡς σπινθῆρα γένους τὸν Νῶε τετήρηκεν, ὡς διὰ τὴν Ἀβραὰμ ἐκλογὴν ὑπέσχετο τὴν εὐλογίαν τοῖς ἔθνεσιν. Οὐ γάρ, ὥς τινές φασι τῶν ἀπίστων, ἐκ μεταμελείας ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν ἦλθεν εὐεργεσίαν· ἀεὶ δὲ πάντων εὐεργέτης ἐστίν, ἁπάντων προϋπάρχων τῶν γενητῶν,

Qualis sit hæc oratio Moysis.

ATHANASII. Hanc orationem ait Moysem in arcanis descriptam tradere, vt posteri posteà scirent, quomodo ipsos oporteret confiteri cùm in calamitates illas incidissent, quæ nouissimis temporibus post illorum erga Dominum perfidiam & crudelem cædem euenerunt: ne autem successu temporis obliuioni traderetur, Psalmis inserta est: & meritò ponitur post octogesimum octauum, qui & ipse passionem Domini declarat.

De argumento huius Psalmi.

DIODORI. Etiam in hoc Psalmo enarrat populi calamitates in captiuitate, & introducit ipsos obsecrantes Deum vt ab ærumnis quibus opprimebantur liberarentur. Ipsum autem exordium orationis intentionem demonstrat, & quòd ex calamitatibus retulerint vtilitatem. Nam Deum quem hactenus negligebant, iam illum se refugium habere profitentur.

Orationem incipit à beneficiorum commemoratione.

1. DOMINE REFVGIVM FACTVS ES NOBIS.] ATHANASII. Deum ad misericordiam prouocaturus, meritò ex beneficijs iam pridem sæpenumerò collatis exordium sumit. Quomodo autem secundùm generationes beneficia præstiterit, videre quis possit in Pharaonem respiciendo, & in ea quæ sub Iosue & contra Babylonem contigerunt.

THEODORI. Nonnulli quidem dicunt magnum Moysem hanc orationem composuisse, alij verò à Dauide Moysi accommodatam esse. Docet autem futuras Iudæorum calamitates & vniuersæ naturæ humanæ fragilitatem. Vtrisque tamen prædicit rerum in melius commutationem. Omnes autem docemur his verbis vti pro tempore benefactori confitentes, quomodo Enochum transtulerit, quomodo scintillam generis nostri Noë seruauerit, quomodo propter Abrahæ electionem pollicitus sit Gentibus benedictionem. Non enim, vt quidam infideles aiunt, ex pœnitudine ad beneficium hoc Gentibus præstandum accessit, sed semper de omnibus benè meretur, cùm omnibus rebus creatis præexistat,

Deus semper de nobis benè meretur.

CATENA PATRVM.

& principio fineque careat. Porrò illa verba, *Priusquam montes fierent*, connectenda cum illo *tu es*.

AMMONII. Cùm in carnem Domini intuentes exilem hominem arbitrarentur dicentes: Ioan.8,57. *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Atque hæc ipsis potissima causa lapsus fuit, quòd diuinitatem ignorarent. idcircò nunc confitentes disertè dicunt ipsum esse ante creationem.

Per montes Apostoli, per terram anima nostra, per orbem Ecclesia designatur.

DIODORI. Ceterùm dixeris montes quidem qui firmati sunt esse Apostolos, terram verò quæ formata est esse animam. ad fructus ferendos aptam, orbem verò terræ esse Ecclesiam, in qua Angeli, & doctrinæ veritatis & Spiritus dona inhabitant. Ante hæc omnia autem Deus est refugium Prophetis, cùm sit idem semper, immutabilem habens substantiam. Illud autem *nobis* non tantùm, inquit, tunc existentibus, verùm etiam secundùm vnamquamque generationem te timentibus, refugium factus es. Ceterùm nos quoque docet non ad alium confugere. Manifestè autem Symmachus exposuit, *In vnaquaque generatione*. Naturaliter autem priùs montes fierent aut nascerentur, ac si non simul atque terra fieret, montes non vnà etiam cum illa extitissent, sed paulatim ex ea excreuissent, quasi à partu suo incrementum acciperent, quemadmodum recèns in lucem editi infantes. Vtique etiamnum aliqui naturalistæ tradunt montes augeri, & petras semper maiores reddi per aliquale longis temporum spatijs additamentum. Verùm cùm etiam terram & orbem terrarum parturire dixerint interpretes Hebraicum textum sequentes, liceret etiam terram opinari quasi ex alio aliquo elemento prodijsse. Dictum nempe in mundi generatione: *Terra autem erat* * *innisibilis & incomposita:* inconspicua enim erat in natura humidæ substantiæ, quasi vtero contenta & concepta: nata est autem quando dixit Deus, *Congregentur aquæ quæ sub cælo in congregationem vnam, & appareat arida. Et factum est ita.* Voluntate enim Dei formata & consolidata fuit; & quasi confertim edita tamquam ab vtero in lucem prodijt.

Qualis sit montium generatio.

Gen. 1, 2. * *Vulgata* inanis & vacua:

Gen. 1, 9.

3. NE AVERTAS HOMINEM IN HVMILITATEM.] ATHANASII. Hinc incipit confessio. Rogat autem, vt quandoquidem omnes Gentes ad agnitionem veritatis vocaverit,

Rogat Deum ad nos conuerti.

ἄναρχός τι καὶ ἀτελεύτητός ὤν. Τὸ δὲ, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, τῷ σὺ εἶ συναπτέον.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ. Ἐπειδὴ εἰς τὴν σάρκα ὁρῶντες τοῦ κυρίου ψιλὸν ἄνθρωπον ἐνόμιζον λέγοντες· πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; καὶ τοῦτο αὐτοῖς μάλιστα αἴτιον τῆς ἐκπτώσεως γέγονε, τὸ ἀγνοεῖν τὴν θεότητα· διὰ τοῦτο νῦν ἐξομολογούμενοι σαφῶς αὐτὸν εἶναι λέγουσι τὸν πρὸ τῆς κτίσεως.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Λέγοις δὲ ὄρη μὲν ἑδραζόμενα τοὺς Ἀποστόλους, γῆν δὲ πλασσομένην τὴν καρποφορεῖν δυναμένην ψυχὴν, οἰκουμένην δὲ τὴν ἐκκλησίαν, καθ' ἣν οἰκοῦσιν ἄγγελοι, δόγματά τε ἀληθείας καὶ τοῦ πνεύματος τὰ χαρίσματα. πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων ὁ θεὸς καταφυγὴ τοῖς προφήταις, γίνεται ὁ αὐτὸς ὢν ἀεὶ, ἄτρεπτον ἔχων τὴν ὕπαρξιν. τὸ δὲ ἡμῖν οὐ τοῖς τότε μόνον, φησὶν, ἀλλὰ τοῖς καθ' ἑκάστην γενεὰν σε φοβουμένοις καταφυγὴ ἐγενήθης. Καὶ ἡμᾶς δὲ διδάσκει μὴ καταφεύγειν εἰς ἕτερον. Σαφῶς δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν, ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ. φυσικῶς δὲ πρὸ τοῦ ὄρη γεννηθῆναι ἢ τεχθῆναι, ὡς ἂν μὴ ἅμα τῷ γενέσθαι τὴν γῆν, τῶν ὀρῶν συνυπαρξάντων αὐτῇ, φύντων δὲ κατὰ μικρὸν ἐξ αὐτῆς, καθάπερ ἐκ τόκου πρὸς αὔξησιν ἐπιδόντων, καθὼς καὶ τὰ τικτόμενα βρέφη. Φασὶ γοῦν εἰς ἔτι νῦν τινὲς τῶν φυσιολόγων αὔξειν τὰ ὄρη, καὶ τὰς πέτρας γίνεσθαι μείζους γενομένας ἀεὶ διά τινος διὰ μακρῶν περιόδων προσθήκης. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὠδινηθῆναι τὴν γῆν καὶ τὴν οἰκουμένην εἰρήκασιν οἱ ἑρμηνεύσαντες ἀκολουθήσαντες τῷ ἑβραϊκῷ, ἔστι καὶ τὴν γῆν ὑπονοεῖν ὡς ἐξ ἑτέρου προελθοῦσαν στοιχείου. εἴρηται γοῦν ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· ἀφανὴς γὰρ ἦν, οἱονεὶ κυουμένη καὶ συλλαμβανομένη, ἐν τῇ φύσει τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· ἀπεγεννήθη δὲ ὁπηνίκα εἶπεν ὁ θεὸς, συναχθήτω τὰ ὕδατα ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως. Βουλήσει θεοῦ γὰρ ἐπλάσθη τε καὶ συνεπάγη· καὶ ὥσπερ ἀθρόως ἀναδοθεῖσα προῆλθεν εἰς φῶς καθάπερ ἀπὸ γαστρός.

γ'. ΜΗ ΑΠΟΣΤΡΕΨΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΙΣ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐντεῦθεν ἡ ἐξομολόγησις. ἀξιοῖ δὲ, ἐφ' ὧν πάντα τὰ ἔθνη εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλεσε,

λεον, καὶ αὐτὸς ἐπιστραφῆναι. Σὺ εἶπας, φησὶν, ὦ δέσποτα, ἐπιστρέψατε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐπεστρέψαμεν, μὴ ἀποστρέψῃς ἡμᾶς εἰς ταπείνωσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὴν ἐπὶ τοῦ Ἀδὰμ κατάραν διαφυγεῖν αἰτεῖ· τὴν ἐν τῷ ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φάγῃ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὡς ἂν γένηται τῆς συγκληρωθείσης ταλαιπωρίας ἐκτός. ὥσπερ οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν ἐπικειμένην ἀξιοῦσι διαφυγεῖν δουλείαν. Τὸ δὲ καὶ εἶπας καὶ ἐρεῖς Ἀκύλας φησίν. ὡς ἂν τοῦ Θεοῦ ἀντιπροτείνοντος. ὡς εἰ βούλεσθε διαφυγεῖν τὰ κακὰ τῆς πονηρίας, ἐπιστράφητε πρὸς μετάνοιαν. Τοῦτο δὲ διὰ μέσου παρεμβέβληται· συνῆπται γὰρ τῷ, μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν. Τὸ δὲ ὅτι χίλια ἔτη, καὶ τὰ ἑξῆς, λέγει μικρὰν καὶ ταλαίπωρον εἶναι τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωήν. τῇ σῇ δέ φησιν ἀϊδιότητι καὶ χίλια ἔτη παρείκασται ἡμέρᾳ μιᾷ, μᾶλλον δὲ σμικρῷ μορίῳ νυκτός. Ἡ γὰρ φυλακὴ τέταρτον τῆς νυκτός· εἰς τέσσαρας γὰρ διῃρεῖτο φυλακάς. τετάρτῃ γὰρ φυλακῇ καὶ ὁ κύριος πρὸς τοὺς Ἀποστόλους ἀφίκετο.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δοκεῖ δέ μοι Μωσῆς προεγνωκὼς, τοῦ λαοῦ τὴν ἀπόπτωσιν, τὴν τοιαύτην καταλεῖψαι χωρὶς τῶν ἄλλων συγγραμμάτων εὐχὴν ὥσπερ τι σωτήριον φάρμακον, παραδοὺς ποσὶν ἐν ἀπορρήτῳ τηρεῖν· παρ' οἷς εἰκὸς ἰδιάζοντως τηρεῖσθαι μέχρι πολλοῦ· ὡς ἂν δὲ μὴ τῷ χρόνῳ διαπέσοι λαθοῦσα, τοῖς ψαλμοῖς ἐγκατείλεκται. Θυμηδίας γὰρ ὁ ψαλμός· ἐπὶ ὀργῇ δὲ καὶ συνθρώποις ἡ νῦν εὐχὴ τὸν Θεὸν ἐξιλάσκεται. τοιαύτης γὰρ ἔδει τῷ ἐκπεπτωκότι λαῷ· διὸ καὶ τέτακται μετὰ τὸν πη ψαλμὸν, περὶ τοῦ σπέρματος τοῦ Δαβὶδ περιέχοντα καὶ τοῦ διαιωνίζοντος θρόνου. Μετὰ γὰρ τὴν ἔκβασιν τούτων ἡ τῶν Ἰουδαίων ἀπόπτωσις. διδάσκει τοίνυν αὐτοὺς εὐχομένους λέγειν· ὅτι σὺ κατὰ χρόνους ἡμῖν διαφόρους καταφυγὴ ἐν Αἰγύπτῳ πονουμένοις, ἐπὶ τῆς ἐρήμου πολεμουμένοις, νῦν μὲν ὑπὸ Ἀμαλὴκ, νῦν δὲ ὑπὸ Χαναναίων, καὶ ὅτε πάλιν ἡμᾶς ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ἐπολέμουν οἱ ἀλλόφυλοι, ἄλλοι τε πλεῖστοι μετὰ ταῦτα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐν Βαβυλῶνι· καὶ νῦν δέσποτα μὴ ἀποστρέψῃς ἡμᾶς εἰς ταπείνωσίν τε καὶ τελείαν ἀπόπτωσιν· σὸν γὰρ κήρυγμα τὸ, Ἐπιστρέψατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. εἰ οὖν καὶ τὰ ἔθνη δυσσεβήσαντα πάλαι καλεῖς, ἡμᾶς τοὺς

uerit, etiam ipse conuertatur. Tu dixisti, inquit, Domine, Conuertimini filij conuertentes, & sanabo contritiones vestr.s. Cùm itaque conuersi simus, ne auertas nos in humilitatem. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Obsecrat illam Adæ maledictionem effugere: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es*; vt cohereditariâ miseriâ exemptus sit. Sicut igitur Iudæi imminentem seruitutem effugere deprecantur. Ceterùm illud *Et dixisti* Aquila edidit *Et dicis*. Ac si Deus vicissim opponeret. Quòd si nequitiæ mala effugere velitis, ad pœnitentiam conuertimini. Hoc autem in medio insertum est: coniunctum est enim isti, *Ne auertas hominem in humilitatem*. Illud autem, *Mille anni*, &c. dicit exiguam & miseram esse vitam humanam. Tuæ autem æternitati etiam mille anni comparati sunt quasi dies vna, vel potiùs velut particula parua noctis. Custodia enim quarta pars noctis est: siquidem hæc in quatuor vigilias distributa est. Nam quartâ vigiliâ etiam Dominus ad Apostolos venit.

Gen. 3,19.

Mille anni sunt nihil respectu æternitatis.

EVSEBII. Ceterùm mihi videtur Moyses, cùm populi lapsum præsciret, istiusmodi orationem præter cetera scripto reliquisse tamquam remedium salutare, illam aliquibus secretò seruandam tradens, à quibus verosimile est eam priuatim longo tempore seruatam fuisse: ne autem successu temporis per obliuionem excideret, Psalmis insertam fuisse. Psalmus autem hîc est consolationis: super ira verò & molestijs Deum placat. Tali enim oratione opus erat populo lapso: quapropter etiam posita est post Psalmum octogesimum octauum, qui de semine Dauidis & perenni eius throno agit. Post horum enim euentum contigit lapsus Iudæorum. Docet igitur ipsos vt orantes dicant: Quoniam tu nobis diuersis temporibus in Ægypto afflictis, in deserto oppugnatis, nunc quidem ab Amalec, modò verò à Chananæis, quando etiam in terra promissionis alienigenæ nos iterùm bello impetebant, & posteà plurimi alij, ac demum etiam in Babylone; & nunc Domine ne auertas nos in humiliationem & lapsum finalem: tua enim prædicatio est, *Conuertimini filij hominum*. Si igitur Gentes olim impias inuites, nos olim

Cur hæc oratio à Moyse conscripta sit.

tuos

CATENA PATRVM.

Mille annis durauit Dei cultus apud Israelitas.

tuos etiam domesticos ne tradas in omnimodam desolationem; qui cùm paululùm floruissemus exaruimus. Mille enim anni ad gloriam Dei minimè satis sunt: nam neque sæculum vniuersum ab ipso pro momento reputatur. Declarat autem tempus quo tamquam in die ac lumine versantes floruerunt. Ad mille enim tantùm annos in loco illo diuinus cultus perseuerauit. Ex quo namque Salomon templum ædificauit vsque ad Babyloniorum obsidionem computantur anni quadringenti triginta duo: hoc autem desolatum Iosue & Zorobabel secundo Darij Persarum Regis anno instaurant ædificium. Ex quo iterùm vsque ad annum decimum quartum Tiberij Cæsaris sunt anni quingenti quadraginta octo. Post insidias denique Saluatori structas remansit ciuitas quasi tempestatibus agitata annis alijs quadraginta; post quos penitus destructa fuit per Titum & Vespasianum Imperatores. Hi igitur mille anni, de quibus dixit, Sunt sicut dies hesterna quæ præterijt; quin imò ait eos transijsse sicut custodiam nocturnam. Lex enim Moysis lucerna erat, quæ ipsis in nocte apparebat: sicut etiam Prophetæ lucernæ quædam sunt, & stellarum vicem subeunt, dum Sol iustitiæ proprium diem & meridiem cunctis Gentibus nondum allucet. Assimilant igitur mille annos præteritæ diei, & nedum toti nocti, sed exiguæ illius particulæ, in quantum corporeum legis cultum habuerunt, dicentes hæc esse veluti diem vnam vnamque noctis custodiam.

THEODORETI. Sensus verborum perplexus est: hæc enim clausula priori respondet. [q. d.] *Ne auertas hominem in humilitatem; quoniam mille anni ante oculos tuos Domine tamquam dies hesterna quæ præterijt, & custodia in nocte.* In medio verò iacent hæc verba: *Et dixisti, Conuertimini filij hominum.*

Vita nostra breuis & calamitosa.

Dicit autem exiguam & admodum calamitosam esse hominum vitam, tibi verò, vtpote sempiterno & æterno, etiam mille annorum numerum vni diei, quin potiùs paruæ noctis particulæ similem esse. Nocturnam enim custodiam quartam partem noctis appellauit.

Ad Deum conuersis præterita mala non obsunt.

GREGORII NYSSENI. Aliud quidpiam in his dogmaticè docemur, quòd qui ex conuersione iterùm ad bonum redijt, tametsi millenis vita eius interpuncta fuerit delictis, ita vt mille malorum aceruus

πάλαι σοὺς καὶ οἰκείους μὴ παραδῷς εἰς τελείαν ἐρήμωσιν· οἵτινες πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες ἐμαράνθημεν. Τὰ γὰρ χίλια ἔτη πρὸς δοξολογίαν μὲν οὐκ ἄξια τοῦ Θεοῦ· οὐδὲ γὰρ ἅπας ὁ αἰὼν εἰς ἀκαρές τι λελόγισται παρ' αὐτῷ. Παρίστησι δὲ τὸν καθ' ὃν ἤνθησαν χρόνον ὡς ἐν ἡμέρᾳ γεγονότες τε καὶ φωτί. Ἐπὶ χίλια γὰρ ἔτη μόνον ἡ ἐν τῷ τόπῳ λατρεία διήρκεσεν. ἀφ' οὗ γὰρ ἔκτισε τὸ ἱερὸν Σολομὼν μέχρι τῆς ὑπὸ Βαβυλωνίων πολιορκίας ἔτη συνάγεται υλβ΄· ἐρημωθέντα δὲ τοῦτον Ἰησοῦς καὶ Ζοροβάβελ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀνακτῶσι τὸν οἶκον. ἀφ' οὗ πάλιν ἐπὶ τὸ ιδ΄ ἔτος Τιβερίου Καίσαρος ἔτη φμή. ἔμεινε δὲ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλὴν ἡ πόλις ὡς ἐν χειμῶνι σαλεύουσα ἐν ἑτέροις ἔτεσι μ΄· μεθ' ἃ τελείως ἀπώλετο κατὰ Τίτον καὶ Οὐεσπασιανὸν αὐτοκράτορας. Ταῦτα οὖν τὰ χίλια ἔτη, περὶ ὧν εἶπεν, ὡς ἡ ἡμέρα ἡ χθὲς ἥτις διῆλθε· καὶ ὡς φυλακὴν δὲ νυκτερινὴν φησὶν αὐτὰ παρεληλυθέναι. λύχνος γὰρ ἦν ὁ Μωσέως νόμος, ἐν νυκτὶ φαίνων αὐτοῖς· ὡς καὶ οἱ προφῆται λύχνοι τινὲς, καὶ ἀστέρων λόγον ἐπέχοντες, ἕως τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου τὴν οἰκείαν ἡμέραν καὶ μεσημβρίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐπιλάμψαντος. Ἀπεικάζουσι τοίνυν τὰ χίλια ἔτη παρελθούσῃ ἡμέρᾳ, καὶ οὐδὲ ὅλῃ νυκτὶ, βραχεῖ δὲ μορίῳ, καθὸ τὴν σωματικὴν εἶχον τοῦ νόμου λατρείαν, λέγοντες ὡς ἡμέραν μίαν εἶναι ταῦτα καὶ μίαν νυκτὸς φυλακήν.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Μεθ' ὑπερβατόν ἐστι τῶν ῥητῶν ἡ διάνοια· τοῦτο γὰρ τῇ προτέρᾳ συνήρμοσται. Μὴ ἀποστρέψῃς ἄνθρωπον εἰς ταπείνωσιν· ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου κύριε ὡς ἡ ἡμέρα ἡ χθὲς ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί. Διὰ μέσου δὲ πρόσκειται τὸ· καὶ εἶπας, ἐπιστρέψατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. λέγει δὲ ὅτι σμικρά τίς ἐστι καὶ ἀλγεινὴ λίαν ἡ τῶν ἀνθρώπων ζωή· σοὶ δὲ, τῷ ἀϊδίῳ καὶ αἰωνίῳ, καὶ ὁ τῶν χιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς μιᾷ ἡμέρᾳ παρέοικε, μᾶλλον δὲ σμικρὸν μόριον νυκτός. φυλακὴν γὰρ νυκτερινὴν τὸ τεταρτημόριον ἐκάλεσε τῆς νυκτός.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΝΥΣΣΗΣ. Ἄλλον τι ἐν τούτοις δογματικῶς παιδευόμεθα, ὅτι τῷ ἐξ ἐπιστροφῆς πάλιν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀναλύσαντι, κἂν μυρίοις ὁ βίος κατεστιχθῇ πλημμελήμασιν ὡς χιλίων, δοκεῖ εἶναι τὸ κακῶν τὸ

delictis, ita vt mille malorum aceruus

ἄθροισμα,

ἀθέρισμα, ἀντ᾽ οὐδενὸς ἐστὶ παρὰ θεῷ ἐπιστρέφοντος. Ὁ γὰρ θεῖος ὀφθαλμὸς τὸ ἐνεστὼς ἀεὶ βλέπει, τὸ δὲ παρῳχηκὸς οὐ λογίζεται.

ε᾽. ΤΑ ΕΞΟΥΔΕΝΩΜΑΤΑ ΑΥΤΩΝ ΕΤΗ ΕΣΟΝΤΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγε· τὰ ἔτη αὐτῶν, τῶν ἀρνησαμένων σε δηλονότι, ἐν ἐξουθενώσει ἔσται πολλῇ· γεγόνασι γὰρ καταπάτημα καὶ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων· ἅτε τὸν λυτρούμενον καὶ σώζοντα αὐτοὺς ἀρνησάμενοι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δοκεῖ μοι καὶ ἡ τούτων διάνοια τοιαύτη τίς εἶναι· τὰ ἔτη αὐτῶν ἐξουδενώματα ἔσονται. Οὐκέτι γὰρ ἔντιμα ἔτι οὐδὲ σπουδαῖα καὶ ἀναγκαῖα, ἀλλ᾽ ἐξουδενώματα καὶ εἰς μηδὲν λελογισμένα γενήσεται. καὶ ὅπως τοῦτο ἑξῆς ἐπιλέγει· τὸ πρωῒ ὡσεὶ χλόη παρέλθοι, τὸ πρωῒ ἀνθήσαι καὶ παρέλθοι· τὸ ἑσπέρας ἀποπέσοι. πάλαι μὲν οὖν, φησὶν, ὅτε ἀρχὰς εἶχε τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ ἐν πρωῒ γεγόναμεν ὡσεὶ χλόη· ἀλλὰ παρελθούσης ἐκείνης τῆς γενεᾶς, συμπαρῆλθεν ἡ χλόη. εἶτα ἠνθήσαμεν, καὶ μεῖζόν τι τῆς χλόης ἐσχήκαμεν· ὡς δὲ παρῆλθε τὸ ἄνθος ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, δύντος ἡμῖν παντελῶς τοῦ φωτὸς, καὶ ἑσπέρας ἡμᾶς καταλαβούσης, ἀποπεπτώκαμεν σκληρωθέντες, καὶ ταῦτα πεπόνθαμεν, ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν. Λέγοι δ᾽ ἂν καὶ φυσικῶς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐν μὲν νεότητι δίκην ἁπαλῆς χλόης βλαστάνειν, ἐν ἀκμῇ δὲ ἀνθεῖν, ἐπὶ δὲ γήρως ἀποπίπτειν, διὰ σκληρότητος γινομένης ἐν ἑσπέρᾳ τοῦ βίου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρωῒ μὲν τὸν καιρὸν τῆς γενομένης αὐτοῖς ἐπιφανείας Χριστοῦ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ κατασημαίνουσι· χλόην δὲ τὴν νομικὴν λατρείαν· τὸ γραφόμενον δηλοῖ, ἅτε μικρὸν ὕστερον μαρανθῆναι μέλλουσαν. ἑσπέραν δέ φησι τὸν ἐπ᾽ ἐσχάτων τοῦ αἰῶνος καιρὸν, καθ᾽ ὃν καὶ ἐπέφανεν ὁ μονογενής· ἐν ᾧ δὴ καὶ παρῆλθεν ἡ τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἄνθησις σκληρυνθεῖσα ἀπάτῃ τῆς ἀπειθείας.

η᾽. ΕΘΟΥ ΤΑΣ ΑΝΟΜΙΑΣ ΗΜΩΝ ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΣΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Σαφῶς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτοῖς συμφορὰς διὰ τὰ ἴδια ἁμαρτήματα διαγορεύουσι.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οὐ παρῆλθες, φησὶ, τὰς ἀνομίας ἡμῶν, ἅτε ἡμῶν ἐπικαλεσαμένων αὐτὰς εἰς τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς διὰ τὸ εἰρηκέναι τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.

deatur, pro nihilo fit apud Deum sic conuerso. Siquidem oculus diuinus id quod præsens est semper spectat, præteritũ verò non considerat. CATENA PATRVM.

5. QVÆ PRO NIHILO HABENTVR EORVM ANNI ERVNT.] ATHANASII. Ac si manifestiùs dixisset: Anni eorum, scilicet te negantium, in magno contemptu erunt: siquidem conculcati sunt tam ab hominibus quàm à dæmonibus; vtpote qui Redemptorem ac Saluatorem suum negarunt.

EVSEBII. Videtur mihi quoque sensus horum verborum esse istiusmodi. q. d. Anni eorum contemptui erunt. Non ampliùs enim anni pretiosi & vtiles ac necessarij, sed contemptibiles erunt atque in nihilum reputabuntur. Quemadmodum etiam deinceps exponit: *Manè sicut herba transeat, manè floreat & transeat: vespere decidat*. Olim siquidem, inquit, quando erant rerum nostrarum initia, etiam in matutino versabamur tamquam herba; sed generatione illâ transeunte simul herba transijt. Deinde floruimus, & quid maius herbâ obtinuimus: verùm vt flos ille nouissimis diebus pertransijt, luce nobis penitus occumbente, & vespere nos occupante, arefacti decidimus, atque hæc passi sumus, *quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.* Ceterùm naturaliter dici quoque possit humana natura tamquam herba tenera in iuuentute quidem germinare, in adolescentia verò florere, in senectute denique decidere, propter ariditatem quæ in vitæ vespera existit. Humana vita instar herbæ desicit.

ANONYMI. Per manè quidem designant tempus apparitionis Christi in monte Sina ipsis exhibitæ; per herbam verò legalem cultum: hoc scriptum declarat, vtpote paulò pòst exariturum. Vesperam denique appellat tempus quod nouissimis temporibus futurum est, quo & Vnigenitus apparuit: in quo nimirum etiam pertransijt flos cultus legalis per imposturam perfidiæ exarefactus. Quid per manè & vesperum significetur.

8. POSVISTI INIQVITATES NOSTRAS IN CONSPECTV TVO.] ATHANASII. Calamitates ipsis propter peccata propria illatas manifestè commemorant.

APOLINARII. Non dissimulasti, inquit, iniquitates nostras, cùm nos ipsi in capita nostra illas retorserimus dicendo: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Matth. 27, 25.

EVSE-

CATENA PATRVM.

EVSEBII. Symmachus ait: *Proposuisti iniquitates nostras ante te.* Omnes enim dies nostri pertransierunt, quoniam in ira tua eramus.

DIDYMI. Manifestiùs Symmachus cùm ait, *Tradidisti etiam negligentias nostras, vt apparerent faciei tuæ ad puniendos nos pro ijs:* vt omne sæculum nostrum (est autem hoc tempus quod corporali vitæ nostræ coëxtenditur) tibi conspicuum atque perspectum sit, omni defectu non solùm actionum, verùm cogitationum tibi manifesto ac claro existente.

ANONYMI. Hæc etiam ijs de circumcisione post lapsum congruunt, quando apprehendit illos vesper, postquam priores dies ipsis elapsi essent, irâ ipsos apprehendente quæ pristinis eorum iniquitatibus superuenit. Post insidias autem Saluatori structas contra ipsos impletum est illud: *Non vltrà feram iniquitates vestras.* idcircò ait, *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* &, *Posuisti iniquitates nostras vt apparerent faciei tuæ, ad puniendos nos pro ijs.*

ALTERIVS. Ac si diceret: Vita nostra & in ea prauæ actiones apparent faciei tuæ: nihil enim ignorasti eorum quæ in nobis à principio vsque ad finem gesta sunt.

9. ANNI NOSTRI SICVT ARANEA MEDITATI SVNT.] EVSEBII. Alibi etiam Isaias dixit: *Oua aspidum fregerunt, & telam araneæ texunt;* insinuans statum qui post aduentum Saluatoris nostri futurus erat; secundùm quem Principes instar auis parientis istiusmodi fœtus ex se emittunt, vt geniminibus aspidis assimilentur, propter blasphemiæ venenum quod aduersus Saluatorem euomuerunt. Olim quidem Principi Sacerdotum tunicas & sanctas stolas texebant; nunc autem omnem doctrinæ telam per diuinarum Scripturarum contextum instar aranearum texunt. Tales etiamnum Scripturarum meditationes insinuat, in quibus versantur, & hominum traditiones, è quibus doctrinam texunt, aranearum telis assimilauit. Ceterùm fatentur etiam vitam suam esse temporariam, exiguum dierum numerum habentem, vt qui futuram vitam desperent.

Isaiæ 59. 5.

Principes Iudæorum aspidibus comparantur.

APOLINARII. Ceterùm hæc, inquiunt nonnulli, similia sunt dictis istis Patriarchæ Iacob,

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Σύμμαχος· προέθηκας τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀντικρύς σου. πᾶσαι γὰρ αἱ ἡμέραι ἡμῶν διέδρασαν, ἐν τῷ χόλῳ σου γὰρ ἦμεν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Σαφέστερον ὁ Σύμμαχος, Ἀπέδωκας εἰπὼν καὶ τὰς ἀμελείας ἡμῶν, φανῆναι τῷ προσώπῳ σου ἐπὶ τῷ τιμωρήσασθαι ἡμᾶς ἐπ᾽ αὐταῖς· ὡς πάντα τὸν αἰῶνα ἡμῶν (χρόνος δέ ἐστιν ὁ παρεκτείνων τῇ ἡμετέρᾳ μετὰ σώματος ζωῇ) φανερὸν καὶ πεφωτισμένον σοι τυγχάνειν, παντὸς παραπτώματος οὐ πρακτικοῦ μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐν λογισμοῖς φανεροῦ καὶ πεφωτισμένου σοι τυγχάνοντος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἁρμόττει καὶ ταῦτα τοῖς ἐκ περιτομῆς μετὰ τὴν ἔκπτωσιν, ὅτε κατείληφεν αὐτοὺς ἑσπέρα, παρελθουσῶν αὐτοὺς τῶν προτέρων ἡμερῶν, καταλαβούσης αὐτοὺς τῆς ὀργῆς ὑπερβαινούσης πάλαι τὰς ἀνομίας αὐτῶν. μετὰ δὲ τὴν κατὰ τοῦ σωτῆρος ἐπιβουλὴν ἐπληροῦτο εἰς αὐτοὺς τὸ· Οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἀνομίας ὑμῶν. διὰ τοῦτο, ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν, φησιν, ἐναντίον σου. καὶ τὸ ἔθου τὰς ἀνομίας ἡμῶν φανῆναι τῷ προσώπῳ σου, ἐπὶ τῷ τιμωρήσασθαι ἡμᾶς ἐπ᾽ αὐταῖς.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ὡσεὶ ἔλεγεν· ὁ βίος ἡμῶν καὶ ἐν αὐτῷ πράξεις πονηραὶ φαίνονται τῷ προσώπῳ σου· οὐδὲν γὰρ ἠγνόησας τῶν ἐν ἡμῖν πεπραγμένων ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους.

Θ΄. ΤΑ ΕΤΗ ΗΜΩΝ ΩΣΕΙ ΑΡΑΧΝΗ ΕΜΕΛΕΤΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἔφη πον καὶ Ἡσαΐας· ᾠὰ ἀσπίδων ἔρρηξαν, καὶ ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι· τὴν κατάστασιν ἐμφαίνων τὴν μετὰ τὴν παρουσίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· καθ᾽ ἣν οἱ ἄρχοντες δίκην ὄρνιθος τικτούσης τὰ ἐξ ἑαυτῶν ἀπογεννώμενα τοιαῦτα προβάλλονται, ὡς ἀσπίδος ὁμοιοῦσθαι γεννήμασι, διὰ τὸν ἐμμένοντα ἐξ αὐτῶν τὸν κατὰ τοῦ σωτῆρος βλασφημίας ἰόν. Πάλαι μὲν οὖν ὕφαινον χιτῶνας τῷ ἀρχιερεῖ καὶ στολὰς ἁγίας· νῦν δὲ πᾶσαν ὑφὴν διδασκαλίας διὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν συμπλοκῆς ἴσα καὶ ἀράχναι ὑφαίνουσι. Τοιαύτας καὶ νῦν ἐμφαίνει τὰς μελέτας τῶν γραφῶν, ἐν αἷς καταγίνονται, καὶ τὰς δευτερώσεις, δι᾽ ὧν τινα διδασκαλίαν ὑφαίνουσιν, ἀραχνίοις ἀπείκασεν. ὁμολογοῦσι δὲ καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν πρόσκαιρον εἶναι, βραχὺν ἡμερῶν ἔχουσαν ἀριθμόν, ὡς ἂν τὴν μέλλουσαν ἀπεγνωκότες ζωήν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἔοικε δὲ ταῦτα, φασί τινες, τοῖς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου Ἰακὼβ, αἱ ἡμέ-

αἱ ἡμέραι μου σμικραὶ καὶ πονηραὶ, καὶ οὐκ ἔφθασαν εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου. Τὸ δὲ συμβαῖνον ὡς τὰ πολλὰ διὰ τῶν παρόντων ἐδήλωσεν ἀριθμῶν, μήτε τοῦ ἀώρου τελευτῆς μήτε τοῦ ὑπεργηρασάσης μνησθείς.

ι. Ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ᾽ ἡμᾶς.] Ἀθανασίου. Ἐπειδὴ μικρός τις καὶ εὐτελὴς ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐ γινώσκομεν τί ἔσται ἡμῖν, μετὰ ταῦτα ἀπὸ τοῦ κράτους σου τούτου χάριν πράως, φησὶν, αἰτοῦσι τῆς διὰ Χριστοῦ παιδείας μεταλαβεῖν, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός.

Εὐσεβίου. Τὸν πρῶτον στίχον οὕτως ὁ Σύμμαχος· τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἐκπετανύμεθα. ὡς γὰρ τὴν μέλλουσαν ἀπεγνωκότες ζωὴν φασὶν, ὅτι τμηθέντες ἄφνω κατὰ τὴν τελευτὴν ἐκπετανύμεθα. ἡ μετὰ ταῦτα δὲ διαδεξαμένη τοὺς ἁμαρτωλοὺς ὀργὴ πᾶσιν ἄγνωστος. Τίς γὰρ οἷός τέ ἐστι τὴν σὴν δεξιὰν ἐξαριθμήσασθαι καὶ τὰς αὐτῆς δυνάμεις; Λέγει δὲ δεξιὰν τὸν Χριστὸν, παιδεύοντα μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν εὔχεσθαι, πράως παιδευθῆναι, καὶ γνῶναι τὰς παραδόξους τοῦ σωτῆρος δυνάμεις, ὡς ἂν οὕτω παιδευθέντες, καὶ βελτίους γενόμενοι, τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀξιωθῶσιν. Χριστὸς δὲ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία.

Διδύμου. Ἄλλως δύναται πρεσβεία τῶν παρακαλούντων καὶ αἴτησις εἶναι τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ τότε γνωρισμὸς γέγονεν ἡ Θεοῦ δεξιὰ, ὅτε ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. γνωρίσαντος δὲ τὴν δεξιὰν τοῦ Θεοῦ, ἔγνωμεν σὺν αὐτῇ φανερωθέντας καὶ τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ· οὗτοι δ᾽ εἰσὶν· οἱ φάσκοντες σοφίαν λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις. Δυνατὸν καὶ τοὺς προφήτας ἐγνωρίσθαι φάσκειν ὄντας πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ. Ὅτε ἡ τοῦ Χριστοῦ ἔλλαμψις πεφανέρωται, τότε γὰρ ἀληθῆ προαναφωνοῦντες οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ ἀπεδείχθησαν, ὑποπτευθέντες ἴσως δυνάμενοι πρὶν πληρωθῆναι αὐτῶν τὰς προφητείας. Ὅτε γὰρ οἱ λόγοι αὐτῶν ἐκβάσεως τετυχήκασι, τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς γνωρισθείσης φανερὸν γεγένηται, ὡς ἄρα εἶεν πεπαιδευμένοι τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ. Πεπαίδευται δὲ τὴν καρδίαν ἐν σοφίᾳ, ὁ τὸν νοῦν καὶ τὸ ἡγεμονικὸν σεσοφισμένος, κἂν προφορικῷ λόγῳ διαμαρτάνῃ· ὡς καὶ ἀληθεύοντα φάναι, εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ᾽ οὐ τῇ γνώσει. φέρεται καὶ τοὺς πεπεδημένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ. πεπέδηται γὰρ ὁ λογισμὸς καὶ ἡ ἐνθύμησις ὑπὸ πέδαις τῆς

Dies mei pusilli & mali, & non peruenerunt ad dies patrum meorum. Porrò id quòd vt plurimùm accidit per præsentem numerum declarauit, neque immaturæ mortis neque superſeneſcentis mentionem faciens. CATENA PATRVM. Gen. 47, 9.

10. QVONIAM SVPERVENIT MANSVETVDO SVPER NOS.] ATHANASII. Cùm exilis & fragilis ſit vita noſtra, & neſciamus quid poſteà futurum ſit nobis, à potentia tua idcircò, inquit, petunt manſuetè corripi à Chriſto, qui eſt dextera Patris. *Petunt manſuetè corripi à Chriſto.*

EVSEBII. Primum verſiculum ita legit Symmachus: *Succiſi enim repentè auolamus.* Quaſi namque futuram vitam deſperantes aiunt, Quoniam ſuccisi repentè poſt obitum auolamus. Illa verò ira quæ poſtmodum excipit peccatores omnibus ignota eſt. Quis enim poſſit dexteram tuam eiuſque vires dinumerare? Dexteram autem vocat Chriſtum, qui poſt confeſſionem docet eos rogare, vt manſuetè corripiantur, & cognoſcant admirabiles virtutes Saluatoris, vt ſic eruditi, & meliores redditi, Dei ſapientiâ digni habeantur. Chriſtus autem eſt Dei virtus & Dei ſapientia. *Chriſtus eſt dextera Dei.* 1 Cor. 1, 25.

DIDYMI. Aliàs poteſt eſſe deprecatio ſupplicantium & poſtulatio aduentus Chriſti: ipſe enim eſt Dei dextera: tumque Dei dextera innotuit, quando *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Deo autem notam faciente dexteram ſuam, cognouimus ſimul cum illa etiam manifeſtatos eſſe eruditos corde in ſapientia: hi porrò ſunt qui dicunt: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Dici quoque poſſit Prophetas notos eſſe redditos cùm eſſent eruditi corde. Quando nimirum Chriſti illuſtratio manifeſtata fuit, tunc vtique Prophetæ verà de ipſo prædixiſſe commonſtrati ſunt, cùm fortè ſuſpecti eſſe potuerint priuſquam ipſorum Prophetiæ implerentur. Quando enim ſermones ipſorum euentum ſortiti ſunt, dexterâ Dei comprobante manifeſtum euaſit, quomodo nimirum diuinâ ſapientiâ fuerint eruditi. Porrò corde eruditus eſt in ſapientia, qui ſecundùm mentem ac rationem ſapiens euaſit, tametſi prolatitio ſermone aberrauerit; ita vt verè etiam dicere poſſit, *Etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientiâ.* Legitur etiam *compeditos corde in ſapientia.* Siquidem compedibus ſapientiæ compeditur ratio & cogitatio Ioan. 1, 14. 1. Cor. 2, 6. *Prophetæ ſunt eruditi corde.* *Sapiens eſt eruditus corde.* 2. Cor. 11, 6.

CATENA PATRVM.

eius qui piè & religiosè res aggreditur. Mansuetudinem verò superuenientem vocauit moderatam punitionem. Si igitur, inquit, moderata tua indignatio talem nobis intulit correptionem, quis satis valeat vindictam iræ tuæ cognoscere; scilicet supplicium sempiternum: idcircò benignitate tuâ frui expeto, & secundùm numerum dexteræ tuæ dona enarrare, atque eos qui à gratia correcti sunt imitari, qui alios ad agnitionem tuam adducunt.

13. CONVERTERE DOMINE VSQVEQVO?] THEODORI. Eos qui de circumcisione sunt docet etiam hæc dicere post lapsum, quæ perspicuè Symmachus interpretatus est dicens: *Conuertere Domine vsquequò, consolare super seruos tuos, reple nos matutinâ misericordiâ tuâ, vt dormitemus & iucundemur in omnibus diebus nostris: recrea nos pro omnibus diebus quibus afflixisti nos, annis in quibus vidimus mala: appareant seruis tuis opera tua & decor super filios nostros; & sit pulchritudo Dei nostri supra nos, & opera manuum nostrarum confirma, & actionem manuum nostrarum perfice.*

ATHANASII. Tamquam pridem orationis finem consecuti dicunt istiusmodi: nam & ipsis Sol iustitiæ exorietur in sæculi huius consummatione.

Misericordia matutina est ortus Saluatoris.

EVSEBII. Docentur vt petant consequi misericordiam matutinam, vt digni habeantur ortu Saluatoris qui omnibus hominibus exortus est. Quemadmodum enim priori populo dum à Deo respiciebatur in Ægypto matutinum illuxit: ita & Gentibus matutina misericordia affulsit; quam nimirum & splendorem & pulchritudinem appellant. de quo

Psal. 44. 3. & illud: *Speciosus formâ præ filijs hominum.*

DIDYMI. Ceterùm quasi pusillanimes fiunt dicentes *Vsquequò?* q. d. Faciem tuam & dexteram tuam auertis à nobis: etenim breuis dilatio in hac re tempus est longissimum: verùm conuertere ad eos qui ad mandata tua conuertuntur. Deinde dicit, quomodo dextera tua nobis affulgens, cùm sit Sol iustitiæ, spiritalis diei initium fecerit, per quam repleti sumus misericordiâ tuâ, ita vt lætemur omnibus diebus quibus vera tua lux nobis affulsit, quæ cordibus excepta ijs diuersimodè auroram afflat, quin &

Christus Sol iustitiæ nobis adfert diem spiritualem.

σοφίας τῆς σοφῆς, καὶ εὐσεβεῖς ὑποβάλλοντος τοῖς πράγμασι. πραότητα δὲ ἐπελθοῦσαν τὴν μετρίαν τιμωρίαν ἐκάλεσεν. Εἰ οὖν ἡ μετρία σου, φησὶν, ἀγανάκτησις τοσαύτην ἡμῖν παιδείαν ἐπήγαγε, τίς ἱκανὸς συνιδεῖν τὴν ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου τιμωρίαν· δηλαδὴ τὴν αἰώνιον κόλασιν· διὸ τῆς σῆς ἀπολαῦσαι χρηστότητος ὀρέγομαι, καὶ διηγήσασθαι κατ' ἀριθμὸν τὰ δῶρα τῆς σῆς δεξιᾶς, μιμεῖσθαί τε τοὺς ὑπὸ τῆς σῆς χάριτος σοφισθέντας, οἳ τοὺς ἄλλους πρὸς τὴν σὴν ποδηγοῦσιν ἐπίγνωσιν.

ιγ'. ΕΠΙΣΤΡΕΨΟΝ ΚΥΡΙΕ ΕΩΣ ΠΟΤΕ;] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τοὺς ἐκ περιτομῆς διδάσκει καὶ ταῦτα λέγειν μετὰ τὴν ἔκπτωσιν, ἃ σαφῶς ἡρμήνευσε λέγων Σύμμαχος· Ἐπιστράφηθι κύριε ἕως πότε, παρακλήθητι ὑπὲρ τῶν δούλων σου, χόρτασον ἡμᾶς ὀρθρινοῦ ἐλέους σου, ἵνα ὑπνώσωμεν καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν· εὔφρανον ἡμᾶς κατὰ πάσας τὰς ἡμέρας ἃς ἐκάκωσας ἡμᾶς, ἔτη ἐν οἷς εἴδομεν κακά· φανήτω παρὰ τοῖς δούλοις σου τὰ ἔργα σου καὶ τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν· καὶ ἔστω τὸ κάλλος τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐπάνω ἡμῶν, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν ἑδραῖα ποίησον, καὶ τὴν πρᾶξιν τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐπιτέλεσον.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὡς ἤδη τῆς εὐχῆς εὑρόντες τὸ πέρας τὰ τοιάδε φασίν· ἀνατελεῖ γὰρ καὶ αὐτοῖς ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Αἰτεῖν διδάσκονται τοῦ ὀρθρινοῦ ἐλέους τυχεῖν, ὡς ἂν καταξιωθεῖεν τῆς ἀνατολῆς τοῦ σωτῆρος τοῦ ἐπὶ πάντας ἀνατείλαντος τοὺς ἀνθρώπους. ὡς γὰρ πρωΐα γέγονεν ἐν Αἰγύπτῳ τῷ προτέρῳ λαῷ ἐπισκοπηθέντι παρὰ θεοῦ· οὕτω τοῖς ἔθνεσι τὸ ὀρθρινὸν ἐξέλαμψεν ἔλεος· ὃ δὴ καὶ λαμπρότητα καὶ κάλλος φασί. περὶ οὗ τὸ· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ἀπολιγωροῦσι δὲ λέγοντες ἕως πότε; τουτέστι· τὸ πρόσωπόν σου καὶ τὴν δεξιάν σου ἀποστρέφεις ἀφ' ἡμῶν· καὶ βραχεῖα γὰρ ἀναβολὴ πρὸς τοῦτο χρόνος ἐστὶ μακρότατος· ἀλλ' ἐπίστρεψον πρὸς τοὺς ἐπιστρέφοντας ἐπὶ τὰ σὰ προστάγματα. εἶτά φησιν, ὡς ἡ ἐπιλάμψασα ἡμῖν ἡ σὴ δεξιὰ, ἥλιος οὖσα δικαιοσύνης, ἀρχὴν ἡμέρας νοητῆς κατεσκεύασε, δι' ἧς ἐπλήσθημεν τοῦ ἐλέους τοῦ σοῦ, ὡς πάσας εὐφρανθῆναι τὰς ἡμέρας ἃς ἡμῖν τὸ φῶς σου ἐφώτισε τὸ ἀληθινὸν, ἐμποιοῦν ἐν αἷς εἰσέρχεται καρδίαις πρωΐαν ποικίλως, καὶ μίαν ἀνα-

ἀνατέλλων ἐν ταῖς πράξεσι καὶ νοήσεσι πολλὰς ἐν ἡμῖν ἡμέρας ποιεῖ, ὡς ἀγαλλιωμένους λῦσαι τὸ τῶν κακωτικῶν ἡμερῶν σκυθρωπόν, ἐν αἷς ἐταπεινώθημεν αἰχμαλωσίᾳ παραδοθέντες διὰ κακίαν καὶ ἄγνοιαν, ἐν κακοῖς γεγονότες ἢ τοῖς ἐναντίοις τῶν κυρίως ἀγαθῶν, περὶ ὧν εἴρηται, ἄφρων ἐν γέλωτι πράττει κακά· ἢ τοῖς ἐπιπόνοις, περὶ ὧν εἶπεν Ἰώβ, Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐκ χειρὸς κυρίου ἐδεξάμεθα, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; Ἐπίβλεψον τοίνυν ἐπὶ τοὺς δούλους σου, καὶ τοὺς κατὰ διδασκαλίαν καὶ μίμησιν ἀρετῆς γεννηθέντας ἡμῖν εὐτόνους καὶ ἄρρενας λογισμούς. Ὁδήγησον ἐπὶ τὴν τῆς σωτηρίας ὁδόν. οὕτω γὰρ καὶ ἡ λαμπρότης σου ἔσται ἐφ' ἡμᾶς ἐκλάμψαντας ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Θαρροῦντες δὲ ἐφ' οἷς δεδράκασιν, ἀξιοῦσι κατευθυνθῆναι καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτούς· ὅπερ ὁ φαῦλος οὐ βούλεται, λήθῃ δὲ μᾶλλον παραδοθῆναι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Καὶ ἄλλως δὲ πρωΐαν καλεῖ τῶν συμφορῶν τὴν μεταβολὴν λυτικὴν ὥσπερ τοῦ προτέρου σκότους ὑπάρχουσαν, ἧς ἀξιοῦσι τυχεῖν οὐ δι' ἀρετὴν οἰκείαν, ἀλλὰ διὰ τὸν θεῖον ἔλεον· ἐξ οὗ, φασί, χαίροντες ὑμνήσομεν. υἱοὺς δὲ αὐτῶν λέγει τῶν δούλων σου. καὶ γὰρ ἐν Βαβυλῶνι τὴν ἱκετείαν ποιοῦνται τὸν θεὸν τῶν τελευτηκότων αὐτοῦ δούλων ἐπαναγαγεῖν τοὺς υἱούς. καὶ ἡ ἀνθρωπεία φύσις πρὸς τὴν ἀλήθειαν παρακαλεῖ τοὺς ἐν τῇ τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείᾳ· ἡμᾶς τε γὰρ αὕτη λαμπροὺς ἀπέφηνε· καὶ Ἰουδαῖοι μετὰ τὴν ἐπάνοδον περίβλεπτοι πάλιν ἐγένοντο. Καλῶς δὲ προσέθηκε τῷ ἐφ' ἡμᾶς τὸ κατεύθυνον. ἡμέτερον γὰρ τῆς δικαιοσύνης τὸ κέρδος, θεοῦ μὲν συνεργοῦντος, ἡμῶν δὲ καρπουμένων.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Νύκτα μὲν καλεῖ τὸν ἐν ᾧ καθεύδει καιρὸν θανατούμενος ἄνθρωπος· πρωΐαν δὲ τὸν ἐπιόντα, ἐν ᾧ ζησόμεθα κυρίου φανέντος, καὶ τοῦ ἐλέους κατελθόντος ἐξ οὐρανοῦ. ἀξιοῖ δὲ παραγενέσθαι τὸν ἥλιον, καὶ ἡμέραν λάμψαι, καὶ δοθῆναι διηνεκῆ τοῖς δικαίοις εὐφροσύνην, ἀντὶ τῶν ἡμερῶν ἐν αἷς ἐκακώθημεν. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ καιροὶ τῆς ἀναψύξεως, οὓς ὁ Πέτρος προλέγει.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ ἴδε πάλιν ἀντὶ τοῦ εἶδες, ἤτοι ἐπισκέψω τοὺς δούλους σου καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· δι' ἧς ἐπισκοπῆς τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ φῶς τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑωρακότες καὶ ἐπιστρέψαντες κατευθυνθείημεν.

in actionibus atque cogitationibus exoriens multos in nobis dies efficit, vt exultantes malorum dierum molestiam dissoluamus, in quibus humiliati fuimus traditi in captiuitatem propter malitiam & ignorantiam, in malis versantes scilicet ijs quæ veris bonis aduersantur, de quibus dicitur, *In risu insipiens agit mala;* vel rebus molestis, de quibus dixit Iob, *Si bona de manu Domini suscepimus, mala cur non sustinebimus?* Respice igitur in seruos tuos, ac in solidas ac viriles cogitationes quæ per doctrinam & virtutis imitationem in nobis ortæ sunt. Deduc nos in viam salutis. Sic enim erit splendor tuus super nos effulgentes sicut Sol in Regno tuo. Confidentes autem in his quæ egerant, rogant vt opera manuum suarum super ipsos dirigantur; quod peruersus non cupit, sed magis vt obliuioni tradantur.

CATENA PATRVM. — Prou. 10, 23. — Iob 2, 10.

ANONYMI. Aliàs verò etiam matutinum appellat calamitatum immutationem præcedentes quasi tenebras dissipantem, quam consequi deprecantur non per virtutem propriam, sed per diuinam misericordiam; ex qua, inquiunt, lætantes te laudabimus. Filios autem eorum dicit seruorum tuorum. Etenim in Babylone Deum rogant vt defunctorum seruorum suorum filios reducat. Humana quoque natura ad veritatem inuitat eos quibus Saluator apparuit: siquidem & nos illustres reddidit: & Iudæi post reditum rursus spectabiles euaserunt. Pulchrè autem istis verbis *super nos* adiunxit illud *dirige*. Nostrum enim iustitiæ lucrum est, Deo quidem cooperante, nobis autem fructum decerpentibus.

Matutinum dicitur liberatio calamitatum.

ALTERIVS. Noctem quidem appellat tempus quo homo defunctus dormit; matutinum verò subsequens, in quo viuificamur Domino apparente, & misericordia de cælo descendente. Rogat autem vt Sol accedat, & dies illucescat, & iugis lætitia iustis concedatur, pro diebus in quibus afflicti fuimus. Hi autem erant dies refrigerationis, quos etiam Petrus prædicit.

Nox & dies spiritalis quæ.

THEODORETI. Istud *respice* iterùm pro *respexisti* dicit, siue protexisti seruos tuos & opera manuum tuarum: per quam protectionem, splendorem ac lumen Dei nostri intuentes conuersi quoque dirigamur.

ANNOTATIONES CORDERII.

THEODORI. *Opera* sunt legis. *Opus* est quod in nouo Testamento perficitur. In antiqua enim lege erant diuersa sacrificia, in noua verò solus Deus, Filius Dei, in sacrificium offertur.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἔργα τοῦ νόμου. ἔργον τὸ ἐν τῇ νέᾳ πληρούμενον. ἐν γὰρ τῇ παλαιᾷ διάφοροι θυσίαι, ἐν δὲ τῇ νέᾳ μόνος ὁ Θεὸς, υἱὸς Θεοῦ, θύεται.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & auctore.

INSCRIBITVR hic Psalmus *Oratio Moysi homini Dei*, vel vt alij, *Moysis hominis Dei*. Quare S. Hieronymus & Genebrardus cum quibusdam alijs censent hunc Psalmum, vti & sequentes decem, ab ipsomet Moyse fuisse compositos, & à Dauide Psalmorum libro insertos. Sed probatur magis sententia S. Augustini, quam Bellarminus & Lorinus plurimique amplectuntur, tam hunc quàm sequentes Psalmos omnes ab ipso Dauide fuisse compositos: tum quòd eorum nulla in Moysis operibus mentio fiat: tum quòd quædam in ijs contineantur quæ non ita quadrant in tempora Moysis. Quare videtur titulus tantùm Moysi inscriptus, quòd Moysem loquentem Dauid introducat; fortasse quòd mundi creationem & primorum parentum peccatum descripserit; pro quo hîc Dauid orat, vt Deus ærumnas, quas idcircò humanum genus subit, clementer auferat. Significanter autem in titulo addit ista verba, *hominis Dei*; ac si dicat illum solum ad orandum & exorandum Deum ius habere, qui Dei homo siue solius Dei seruus sit: vti obseruauit Greg. Nyssenus Tract. 2. in Psal. cap. 3. *Quasi non liceat*, inquit, *aliter per orationem ad Deum accedere, nisi quis ab hoc mundo sese auocans solius Dei homo efficiatur.*

Qui orat homo Dei sit, vt exaudiatur.

1. *Domine refugium factus es nobis.*] S. Hieronymus, *Domine habitaculum tu factus es nobis*: & notat מָעוֹן *mahhon* magis habitationem quàm refugium sonare: potest tamen verti *domus refugij*. Sicut enim qui aëris aliasque externas iniurias euitare contendunt, in habitaculum refugiunt, seseque in illud recipiunt; ita viri pij in omnibus afflictionibus animi & corporis ad Deum per orationem recurrunt, & in eo securum perfugium inueniunt, vti in Notis ad Psal. 45. ver. 1. ostensum est.

Deus refugium omnibus ad ipsum confugientibus.

2. *Priusquam montes fierent*, &c.] Hunc locum ita ex Septuaginta refert S. Hieronymus, *Antequam montes firmarentur, & fingeretur terra & orbis, à sæculo & vsque in sæculum tu es Deus*: ad Suniam testatur apud Septuaginta & omnes alios Interpretes legi, σὺ εἶ Θεός; & Vulgata, *Tu es Deus*. Abest tamen illud Θεὸς à collatis Græcis codicibus: & cum ijs conuenit S. Augustino & Psalterio Veteri & Romano.

4. *Tamquam dies hesterna, quæ præterijt.*] Pulchrè & emphaticè Vates totam humanæ vitæ gloriam, felicitatem, pompas atque delicias, non cum præsente die, quæ actu adest, & floret, sed cum hesterna, quæ iam auolauit, composuit; manifestè asserens, eum qui gaudio transitorio fruitur non tam gaudere, quàm gaudium deseruisse dici debere. Id quod ad hunc locum expendit Agellius: Nam si dixisset, inquit, tamquam dies hodiernus; saltem aliquam licet vmbram temporis retinere videremur: cùm autem dixit, *tamquam dies hesterna*, ne ipsam quidem vmbram tenere nos censuit. Auget verò rem Propheta subijciens:

Inanitas huius vitæ quanta.

IBIDEM. *Et custodia in nocte.*] Militarium enim excubiarum, quæ noctu & in tenebris aguntur, imagine superiorem sententiam, vt nimis liberalem, & quæ rebus humanis plus iusto dederit, corrigens, atque humanam felicitatem, quæ præ fugacitate vix sentitur, in quaternas vigilias noctis, hoc est dolorum, afflictionis & ærumnarum (id enim nox significat in Scripturis) sibi inuicem succedentes desinere; ac breuissimo & instantaneo elapsæ diei gaudio indesinentis noctis vigilias, quæ præ molestia æternùm durare videntur, adnexas esse adstruens. vnde subdit:

5. *Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt.*] Quæ verba ad clariorem intelligentiam in hunc modum ordinanda sunt, vt animaduertit Genebrardus: *Eorum anni erunt ea quæ pro nihilo habentur*: Septuaginta dicunt vno verbo ἐξουδενώματα, *vanitates*; siue *nihilum anni eorum erunt*. Sed vim Græcæ dictionis Latina vna vox nequit explere: itaque paraphrasi ambituque verborum noster est vsus Interpres: & viri eruditi ad rem meliùs exprimendam vocabula noua excogitant. Tertullianus diceret *nullificamina*: Augustinus Eugubinus vertit *nihilitudines*, extenuationes in nihilum: Delrius noster, *Nihileitates anni eorum erunt*. Sensus est: Hominum vita est inanitas quædam subitò volans & relabens in nihilum, est quasi non esset propter incredibilem fluxum & celeritatem. Sed eadem huius loci sententia alio quodam modo in Hebræo concipitur, & pro varietate expositionum symbola etiam alia duo præferunt opportuna ad eamdem rem illustrandam. Quidam enim interpretantur *somnum* vel *somnium*: quòd anni vitæ instar somni aut somnij transuolent, nec consistant. Itaque S. Hieronymus hunc Dauidis locum ita vertit, *Percutiente te eos vt somnium erunt*: Isidorus Clarius, *Diffluunt velut somnus*. Alij volunt Hebræa significare *fluctum* vel *fluxum* subitò intumescentem, subitò etiam corruentem; hoc est rem quamdam in continuo interitu positam, quâ nihil sit fragilius aut vanius: quemadmodum Oseas celerem mortem Regis Samariæ concinnè vocat *spumam transeuntem*. Osee 10,7. Vnde Genebrardus post Eugubinum ait hunc locum rectè verti potuisse: *Bulla eorum anni erunt*. Quòd cùm ab illis doctissimis vtriusque linguæ viris dicatur, argumento est, Sophos illos Græciæ vetustissimos ex hoc fonte prouerbium illud hausisse, *Homo bulla*. Quod documentum vt salutare hominibus ad animos in gyro modestiæ continendos, mirum est quantâ varietate Regius Vates hoc loco illuminet: hominem enim herbæ similem esse dixit nunc pubescenti, mox arescenti; cuius vita atque duratio vnius diei limitibus includatur. Sic enim sequitur:

Quàm sit humana vita breuis & fugax.

Vita somno, fluxui, spumæ, bullæ comparata.

6. *Manè*

Vita nostra herbæ similis.

6. *Manè sicut herba transeat, manè floreat & transeat; vespere decidat, induresçat, & arescat.*] Qualem in hoc puncto prudens Poëta in Comœdia describit: Quasi solstitialis herba paulisper fui, repentè exortus sum, repentinò occidi. Quale Colchicum est Ephemeron, quod matutino cum lucifero nascitur, cum meridiano Sole viget, cum vespero lucente arescit. Est incredibilis hæc naturæ communis fragilitas & subitò in deterius mutatio. Flores pubescunt summo manè, pulcherrimis suis gemmis & calicibus adornati, existunt atque oriuntur pia animi proposita & optimæ voluntates, quæ tamen vix natæ iam transeunt: meridie se latiùs fundunt & explicant, sic vt florere videantur; & multò magis haud dubiè transeunt, donec cum Sole abeunte deficiant penitusque arescant. Quam inconstantis & caducæ mentis imbecillitatem non cantu & oratione meliùs quàm exemplo suo Dauid ostendit, quando libidinosæ cupiditati succubuit.

7. *Quia defecimus in ira tua.*] Ait causam breuitatis vitæ nostræ, esse iustissimam iram Dei, quam iniquitas humana succendit: consultò autem huius iræ meminit, cuius sensu nisi tangantur homines, numquam probè expendunt, quod experientia fateri ipsos cogit, quàm citò diffluant.

Deus in conspectu peccata ponit quæ punit.

8. *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.*] Id est, Noluisti parcendo abscondere peccata nostra à facie tua, sed ea ante conspectum tuum posuisti, vt ea diligenter considerares & punires. Vbi notanda est ista locutio, scilicet Deum, quando iræ suæ signa profert, ponere ante oculos suos hominum peccata: vnde tunc ignoscere intelligitur, quando faciem à peccatis auertit. De quo vide ad Psal. 5. ver. 11.

Deus omnia nouit & videt.

IBIDEM. *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.*] Hîc illuminatio vultus Dei ipsius prouidentiæ lumen nominatur & immensa rerum cognitio. Profanæ Theologiæ principes dixerunt Ὄμμα Δίκης, *Oculum Dicæ*: Sapiens in Ecclesiastico, *Oculos Domini multò plus lucidiores super Solem*: Ecclesiæ Patres, oculum ὀξυδερκῆ, *clarè videntem*: Isidorus Pelusiota lib. 4. Epist. 47. φαεινότατον, *lucidissimum*: S. Chrysostomus ἀκοίμητον, *non clausum*, non conniuentem; numquam rebus nostris indormientem: Synesius Epist. 44. πάντως διὰ πάντα ἰόντα, *prorsus omnia peruadentem.* Alij oraculum veritatis & virtutis nuncupauerunt. Vnde Apollonius Tyaneus apud Philostratum lib. 1. cap. 21. aiebat egregiè, debere homines vbique sapere; vt qui semper viuerent ὑπὸ τοῖς τῆς ἀρετῆς ὀφθαλμοῖς, *in oculis ipsius virtutis.* In hac igitur illuminatione vbique fusa atque in abdita quæque sese immittente aiebat Dauid, *Posuisti sæculum nostrum*: Quinta editio apud S. Hieronymum vertit *adolescentiam nostram*: Chaldæus, *iniquitates iuuentutis nostræ*: alij ex Hebræo, *abscondita nostra*: Aquila, παροράσεις, *errores, lapsus, ignorantias.* Vbi summi Numinis prouidentiam in linguæ sanctæ institutione licet agnoscere, cùm eadem vox & adolescentiam & iuuenilis animi errores imprudentiamque significet; vt nimirum intelligamus, labi & rapi in præceps ad vitiositatem, blandientis illius ætatis esse proprium, nisi Dei metus & parentum cura diligentiaque retineat.

Eccli. 23, 28.

ANNOTATIONES CORDERII.

Anni nostri sicut aranea meditantur.

9. *Anni nostri sicut aranea meditati sunt.*] Sic S. Hieronymus ad Cyprianum: quod Græcè ἐμελέτων, ceteri *meditabuntur*: Scholion, Οὕτω, φησὶν, ἡ ζωὴ ἡμῶν πᾶσα ἀσθενὴς ὡς τὰ ὑφάσματα τὰ ἀράχνια. μελέτην δὲ καλεῖ τὴν συνεχῆ ταλαιπωρίαν, *Ita, inquit, vita nostra omnis est imbecilla sicut tela aranearum. Vocat autem meditationem assiduam ipsam afflictationem & miseriam.* Sed S. Hieronymus ibidem putat dictam meditationem araneæ infirmitatem operis ipsius. Hic locus variè à varijs exponitur: Vatablus ita vertit ex Hebræo, *Annos nostros finimus dicto citiùs.* Quæ peropportuna est imago celeriter fluentis vitæ, & effusis velut habenis ad interitum contendentis. Sermo enim est aëris percussio atque sonitus, qui deficiendo crescit, & crescendo deficit, euolat & euanescit: vnde verba πτερόεντα, *alata*, scitè & eleganter Poëtarum princeps appellat. Chaldæus verò Paraphrastes sic illam sententiam illustrat: *Consumpsimus dies vitæ nostræ tamquam vaporem oris in hieme.* Vapor oris est halitus, qui ob frigidum aërem fit crassior, & mox tenuatur & vanescit. Huc spectat aureum illud Iacobi dictum, *Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens; & deinde exterminabitur.* Quod sumpsisse videtur à Regio Vate; apud quem est cæleste illud Oraculum: *Homo vanitati similis factus est.* Vbi Græcus Interpres apud Chrysostomum legit: *Homo* ἀτμῷ, *vapori similis est*, rei vanissimæ atque leuissimæ, & quidem ad modicum parenti. Vnde patet quàm res fragilis sit homo. Quid igitur sunt anni nostri? Quid vita quam hîc degimus, in qua prudentiâ consilioque nostro gestimus, & magnificè gloriose-que extollimur; in qua nos posse humana omnia moderari ad reliquorum omnium admirationem confidimus? Nihil aliud nisi araneæ meditatio, ταλαιπωρία, laboriosa quædam mentis exercitatio, friuolum opus atque inutile, & difficilium nugarum plenissimum: in quo dies & noctes ordiendo & texendo casso labore mens consumitur. Hinc tenduntur cogitationum fila tenuia, & in orbem atque in gyrum ægri capitis consilia nectuntur, animi proposita figuntur, illa rumpuntur, cor exsuccum & exenteratum languescit: muscæ captantur, iamque spe & expectatione deuorantur, cùm modicus venti aduersi flatus inanem illam paraturam, subtilium textum cogitationum, vana molimina, perennium vigiliarum meandros, solicitudinum plexus, illam denique araneæ meditationem vt pompam quamdam imbecillitatis humanæ subitò frangit & euertit. Ita floridè Cresollius noster in sua Anthologia: vbi humanæ mentis imbecillitatem eleganter & fusiùs describit.

Instar vaporis consumimur.

Iac. 4, 14.

Psal. 143, 4.

Studia humana aranearum meditationi similia.

Humana vita vt plurimum octoginta annis limitatur: id quod superat, ærumnis scatet.

10. *Si autem in potentatibus octoginta anni, &c.*] Græcè, ἐν δυναστείαις: quod alius vertit ex Hebræo *in fortitudinibus*: S. Hieronymus, *Si autem multùm*: scribit autem in Epist. 139. Symmachum vertisse παράδοξον, *contra opinionem.* Id est, Si multùm excrescant anni præter solitum, & ita vt admirentur homines, non excedent ferè numerum octoginta. Ac si dicat: Vltimus humanæ vitæ limes, etiam in potentatibus, hoc est in hominibus strenuis, vegetis ac robustis, optimæque valetudinis & complexionis, est annus octogesimus. Dum verò addit, *Et amplius eorum labor & dolor*; vel signi-

ANNOTATIONES CORDERII.

ficat, iuxta D. Hieronymum, vltra hos terminos humanam vitam non nisi miserijs plenam propagari, vel potiùs maiorem ipsius octogenariæ vitæ partem miseram esse & ærumnosam; vt rectè colligit ex Romano Psalterio Genebrardus; vbi habetur: *Plurimum eorum labor & dolor*: ac si non ad vlteriorem, sed ad citeriorem vitam sermo referatur: quæ multis intersperfa amaritudinibus, multis interpuncta calamitatibus decurrat. Ad hunc versiculum alludens Tertullianus lib. de Anima cap. 56. octoginta plurimùm annis humanam vitam circumscripsit: *Ecce*, inquit, *obijt infans sub vberum fontibus, puta nunc puer inuestis, puta vesticeps; qui tantùm octoginta annos victurus fuisset*. Quasi diceret, Hos attingere posset, superare non posset. Vbi nota illud *inuestis* & *vesticeps* idem esse atque *impubes* & *pubes*. Barbam enim dicebant Latini *vestem*; iuxta illud Virgilij,

Vestis à Latinis pro barba vsurpabatur.

Aurea cæsaries ollis atque aurea vestis.

Et barbâ exornari seu pubescere dicebant vestiri; iuxta illud,

Tunc mihi prima genas vestibat flore iuuenta.

Igitur meta humanæ vitæ, saltem delectabilis seu voluptatibus capiendis opportunæ, vt plurimùm octoginta annis claudebatur. Vnde Berzellai huc ætatis prouectus, omnibus vitæ delectamentis renuntiabat: *Octogenarius*, inquit, *sum hodie: numquid vigent sensus mei ad discernendum suaue & amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? vel audire possum vltrà vocem cantorum aut cantatricum?* Nec immeritò, quia sensibus iam deficientibus & paulatim hebescentibus, frustrà adhibentur quæcumque voluptatis irritamenta. Angustiorem adhuc vitæ terminum expertus est Dauid: nam & ipse *senuerat, habebatque ætatis plurimos dies*, cùm tamen annum septuagesimum nondum explesse; vt patet ex secundi Regum quinto capite; vbi dicitur triginta annorum eum regnare cœpisse, & quadraginta annis regnasse: vnde tota eius vita septuagesimo anno inclusa fuit: ante quam ætatem tamen iam nimiâ senectute laborabat.

2. Reg. 19, 35.

Dauid ante annum septuagesimum senectute laborauit.

3. Reg. 1, 1.

IBIDEM. *Quoniam superuenit mansuetudo super nos.*] Ita Psalterium Romanum, & S. Hieronymus ad Cyprianum ex ipsis Septuaginta, licet in Epistola ad Suniam dicat illa verba *super nos* esse superflua: notat autem in eadem Epistola ad Cyprianum, verbum sequens παιδευθησόμεθα esse ambiguum, & tam correptionem quàm eruditionem doctrinamque significare: Aquila, Ὅτι διεπέρασεν ἀνὴρ, καὶ ἐπορεύθη, *Quoniam præteriuit vir, & ambulauit*: Symmachus, Τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἐκπεταννύμεθα: quæ ita reddit S. Hieronymus; *Succidimur enim repente, & auolamus*: Theodotion, Ὅτι ἐπῆλθε πραότης, καὶ παιδευθησόμεθα, *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur*. Et sic Vulgata & S. Augustinus. Addit autem S. Hieronymus Sextam etiam editionem transtulisse *mansuetudinem*; Quintam verò, *Quoniam transiuimus celeriter, & dissoluimur.*

11. *Quis nouit potestatem iræ tuæ?*] Ita etiam Vulgata: Symmachus, Τίς οἶδεν τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ σου, καὶ κατὰ τὸν φόβον σου τὴν ὀργήν σου; quæ ita reddit sanctus Hieronymus, *Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & secundùm timorem tuum indignationem tuam?* Id est, Quis, ô potens orbis Dominator, prout par est vim, robur, magnitudinem iracundiæ tuæ cogitat? quis meditando & ratiocinando consequitur? q. d. Cùm placet mundum punire nequitiâ pollutum, magnis sceleribus contaminatum, ad nutum æstuantis oculi tui defluunt Gentes, montes liquefiunt, terra dehiscit, cælum vt liber inuoluitur, natura tabescit.

12. *Et eruditos corde in sapientia.*] Ita etiam Vulgata & Romanum: & hanc lectionem etiam agnoscit S. Augustinus, licet ipse primùm haberet vt Vetus Psalterium, *Compeditos corde in sapientia*: nam & in aliquibus Codicibus Græcis est πεπεδημένους: de qua re S. Hieronymus etiam in Epistola ad Cyprianum meminit; vertit tamen ex Hebræo, *Veniemus corde sapienti*. Quò mihi significare videtur directam & pulcherrimam ad Deum viam esse doctrinam & sapientiam; quam non nisi compediti & laboriosi consequuntur. Hinc ardor studiorum ille in clarissimis viris & Ecclesiæ Patribus venerandis, cùm in curriculo eruditionis volitarent: qualem fuisse Magni Basilij adolescentiam notat Gregorius Nazianzenus, cùm in eo prædicat καλὴν ἀεὶ τὴν παιδεύσεων ἀπληστίαν, *pulchram & inexplebilem doctrinæ cupiditatem*: quâ fiebat, vt nulla eum lassitudo animi aut defatigatio corporis à pulcherrimo illo munere officioque retardaret. Ceterùm Regius Vates per excellentiam nuncupat hoc loco *eruditos corde in sapientia*, qui vitæ breuitatem & celerem cursum meditatione consequuntur & diuinitùs percipiunt. Hoc nimirum est Euangelicum illud *modicùm* magnis inuolutum mysterijs; quod mundi Liberator omnium mentibus insitum esse cupiebat, & ne tum quidem à magnis Apostolis capiebatur. Sed deinde omnes illud ita in mentes & profundum memoriæ sinum demiserunt, vt euelli numquam potuerit. Itaque S. Petrus in corde semper, in ore atque stylo sæpè illud *modicùm* habuit: *Modicùm nunc si oportet contristari*. & aliàs: *Modicùm passos ipse perficiet*. Celebrat idem præco diuinæ mentis S. Paulus: *Adhuc modicùm aliquantulùm*. In Græco etiam disertiùs, Μικρὸν ὅσον ὅσον, hoc est, *Tantillum nimium quantum exiguum*. Alio loco *momentaneum* vocat Isaias *punctum*. Hinc illi sanctissimi viri, cùm se viderent ἐφημέρους, deciduis folijs simillimos, & propè dicam momentaneos, vt æternitatis candidati laborabant & contendebant ad Deum; apud quem mille anni tamquam dies hesterna, & cuius felix dominatus in sempiternum est duraturus.

Qui sint eruditi corde in sapientia.

Ioan. 16.

1. Pet. 1, 6. & cap. 5, 10.

Heb. 10, 37.

Isa. 54.

13. *Conuertere Domine vsquequò?* &c.] Ita etiam Vulgata: S. Augustinus & Vetus Psalterium, *quousque*: Romanum, *aliquantulùm*. Id est, Postquam nouerimus Domine à te hanc tribulationem obuenire; & postquam eâ nos erudieris, tandem reuertere ad consolandum nos, & te super amatores tuos placidum ac benignum ostende. *Præteriens igitur Dominus* (vt Bernardus Serm. 74. in Cant.) *teneri vult, abiens reuocari: neque enim hoc irreuocabile verbum: it & redit pro beneplacito suo, quasi visitans diluculo, & subitò probans*. Reuocemus ergo illum nostræ indignitatis confessione, reuocemus intensæ afflictionis ostensione, reuocemus singultibus & clamorosâ oratione: tandem enim veniens veniet, & non tardabit, & intolerabilem animæ solitudinem suâ ipse amabilissimâ præsentiâ depellet. vnde subdit:

Deus in tribulatione assiduè tenendus.

14. Repleti

14. *Repleti sumus manè misericordiâ tuâ.*] Theodoretus notat hîc tempus esse mutatum apud Septuaginta. Aquila enim & reliqui dixerunt, Ἔμπλησον ἡμᾶς ἐν τῷ πρωῒ ἐλέους σου, καὶ αἰνέσομεν, καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν: quod S. Hieronymus reddit, *Imple nos matutinâ misericordiâ tuâ, & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus nostris*: putatque hæc ad spem resurrectionis & æternæ vitæ præmia pertinere, quæ quasi matutina misericordia sint. Omnes autem hi dies nostri sunt, quos sustinentiâ decoramus. Quare, inquit, nullum diem nostrum amisimus, omnes steterunt ad solatium. Sed qui dies hi fuerint, qui sic vniuersi habiti sint ad solatium, iam ipsemet clariùs explicans subdit:

Dies sustinentia propriè sunt dies nostri.

15. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, &c.*] Hîc non tantùm ob consolationem sibi datam, sed ob iram quoq; in se exercitam Domino confitetur: & meritò; quoniam si consolatio mentem deliniuit, ira sanauit: si consolatio spem dedit, irâ, quâ puniti sumus, peccatū auertit: nam humiliatio tentationis exaltationē inuexit, & aduersitatum inspectio à peccatis auellens prosperitatem reportauit. Dies enim, inquit, tribulationum & sustinentiæ dies sunt, quorum nullus nobis deperijt, sed vniuersi reseruantur ad gaudia.

PARAPHRASIS ANONYMI. Non solùm in consolatione, sed etiam in aduersitate lætandum in Domino.

IN PSALMVM XC. ARGVMENTVM.

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

Ἀνεπίγραφος παρ᾽ Ἑβραίοις.

Ἀνεπίγραφος μὲν παρ᾽ Ἑβραίοις, ὡς μὴ παραδεχομένοις τὴν δηλωτικὴν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοφανείας ἐπιγραφήν· ἡμῖν δὲ αἶνός ἐστιν ᾠδῆς. πᾶς γὰρ αἶνος εἰς Θεὸν ἀναφορὰν ἔχει. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι σιγῶσι τὸν αἶνον· καὶ τοῖς αἰνοῦσι σιγᾶν ἐγκελεύονται. Κωλύειν γοῦν ἐπιχειροῦσιν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς παῖδας αἰνεῖν ἐπὶ ταῖς θαυματουργίαις τὸν κύριον. Διδάσκει δὲ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος τὸ ἄμαχον. Προειδὼς γὰρ ὁ προφήτης, ὅσων ὁ Ἐζεκίας εἰς Θεὸν πιστεύσας ἀπέλαυσε, πάντας διδάσκει ἀνθρώπους, ὅσων ἀγαθῶν ἔχει φορὰν τὸ πεποιθέναι ἐπὶ τῷ Θεῷ. Βουλόμενος γὰρ διὰ πάντων ὠφελεῖν τὸν λαόν, τὰς παραπιπτούσας ὑποθέσεις κατὰ καιρὸν εἰς ἀφορμὴν λαμβάνει τοῦ διδάσκειν τὰ δέοντα, πείθων ὅτι δυνατὸν πάντα ἄνθρωπον οὕτω πιστεύοντα τῆς ὁμοίας τυχεῖν.

Laus Cantici * ipsi Dauid.

** Vulgata omittit.*

Sine titulo apud Hebræos.

Sine titulo quidem est apud Hebræos, vt qui titulum Christi apparitionis indicem minimè recipiebant: nobis autem est Laus Cantici. *Omnis enim laus relationem habet ad Deum. Hebræi verò laudem silent; & laudantibus silentium indicunt. Siquidem in templo conantur prohibere pueris ne Dominum ob miracula laudarent. Ceterùm docet quoque quàm inexpugnabilis sit spes in Deum. Prauidens enim Propheta, quanta Ezechias propter suam in Deum fidem consecutus esset, omnes homines edocet, quantam fiducia in Deum bonorum copiam adferat. Cùm enim per omnia populo prodesse vellet, ex incidentibus pro tempore argumentis capit occasionem ea quæ proficua sint docendi, persuadens omnem hominem sic credentem consimilibus fauoribus frui posse.*

Omnis laus relationem habet ad Deum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α. ΟΚΑΤΟΙΚΩΝ ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται.

Τουτέστιν, ὁ ἐλπίζων ἐπὶ τὸν Θεὸν ὁλοκλήρως καὶ ὁλοτελῶς, ἀπολαύσει τῆς σκέπης τῆς παρ᾽ αὐτοῦ μεγίστης οὔσης καὶ θείας ἐξ οὐρανοῦ, τρόπον τινὰ ἐνδιαιτώμενος ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίᾳ.

β΄. Ἐρεῖ τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, καὶ καταφυγή μου· ὁ Θεός μου ἐλπιῶ ἐπ᾽ αὐτόν.

1. QVI habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur.

Id est, Qui totaliter & perfectè in Deum sperat, fruetur cælitus eius protectione, quæ & maxima & diuina est, vitam quodammodò in Dei cura transigens.

Qui sperat in Deum, fruitur eius protectione.

2. Dicet Domino, Susceptor meus es, * & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

** Vulgata addit tu,*

Istud

PARAPHRASIS ANONYMI.

Istud *dicet* de re ipsâ dixit. Id est, Talis fruetur Deo susceptore, & refugio, & adiutore.

3. Quoniam ipse * liberabit te de laqueo venantium,

* Vulgata liberauit me

Fruetur enim, inquit, etiam ipso, vt liberetur à laqueo venantium; q. d. ab insultu hostium.

Et à verbo aspero.

Id est à minis hostium quæ audienti adferunt turbationem.

4. * Inter scapulas suas obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

* Vulgata Scapulis suis

Pulchrè deinde Dauid quasi certiorem reddens tali dicit: Quoniam sperans in illum habebis ipsum te quasi pullum sub alis contegentem; maximam curam & prouidentiam significans.

5. Scuto circumdabit te veritas eius:

Veritas, id est confirmatio eius ac fortitudo, quasi scutum te vndique circumdabit, vt à nemine traijciaris.

Non timebis à timore nocturno,

6. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano.

Vult dicere, quòd Deus ab omni metu ac periculo tam nocturno quàm diurno te proteget & obumbrabit, quin etiam ab omnibus insidijs inimicorum. vnde subiungit:

7. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non * appropinquabunt.

* Vulgata appropinquabit.

Etsi verò, inquit, multitudo hostium te circumdet, ipsi ex vtroque latere cadent, tu autem intactus manes & illæsus.

8. Verumtamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Vult dicere, quòd etiam cadant inimici, atque hoc ipsis oculis videbit, & in retributione inimicorum lætabitur.

Τὸ ἐρεῖ ἐπὶ πράγματος εἶπε· ἀντὶ τοῦ, χρήσεται τῷ Θεῷ ἀντιλήπτορι ὁ τοιοῦτος, καὶ καταφυγῇ, καὶ βοηθῷ.

γ'. Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί σε ἐκ παγίδος θηρευτῶν,

Ἀπολαύσει γάρ, φησι, καὶ τούτου, τοῦ ῥυσθῆναι παγίδος θηρευτῶν· λέγει δὲ πολεμίων ἐφόδου.

Καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους.

Ἀντὶ τοῦ ἀπειλῆς ἐχθρῶν ταραχὴν ἐμποιούσης τῷ ἀκούοντι.

δ'. Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι· καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς.

Καλῶς λοιπὸν ὁ Δαβὶδ ὡς διαβεβαιούμενος τῷ τοιούτῳ φησίν· ὅτι ἕξεις αὐτὸν ἐλπίζων ἐπ' αὐτὸν κατακαλύπτοντά σε οἷον πτέρυξι νοσσόν· τὴν μεγίστην προνοίαν σημαίνων.

ε'. Ὅπλῳ κυκλώσει σε ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ·

Ἡ ἀλήθεια, ἀντὶ τοῦ ἡ βεβαίωσις αὐτοῦ καὶ ἡ ἰσχύς, ὁμοίως ὅπλῳ πανταχόθεν σε κυκλώσει, ἐπὶ τὸ παρὰ μηδενὸς βάλλεσθαι.

Οὐ φοβηθήσῃ ἀπὸ φόβου νυκτερινοῦ,

ς'. Ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου, ἀπὸ συμπτώματος καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ.

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ παντὸς τοιούτου φόβου καὶ κινδύνου νυκτερινοῦ τε ἡμερινοῦ καλύψει σε ὁ Θεὸς καὶ σκεπάσει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ πάσης ἐπιβουλῆς τῶν ἐχθρῶν. ὅθεν ἐπιφέρει·

ζ'. Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιάς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου· πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ.

Εἰ δὲ καὶ πλῆθος, φησι, περιστείη σε πολεμίων, ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ πίπτουσιν οὗτοι, σὺ δὲ ἀνέπαφος μένεις καὶ ἀβλαβής.

η'. Πλὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις· καὶ ἀνταπόδοσιν ἁμαρτωλῶν ὄψει.

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι καὶ πίπτουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὄψει, καὶ ἐπὶ τῇ ἀνταποδόσει τῶν ἐχθρῶν εὐφρανθήσῃ.

θ'. Ὅτι

θ'. Ὅτι σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου· τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου.

Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ὄντι τῷ πράγματι εἰς τὴν ἐλπίδα τὸν Θεὸν ἐπεκαλέσω, τούτων ἁπάντων ἀπολαύσεις δικαίως. εἶτα ὥσπερ διαβεβαιούμενος τὸ αὐτὸ τοῦτο ὁ προφήτης ἐπιφέρει·

ι'. Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακά· καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σου.

Μάστιγα καλεῖ τὴν ἀρρωστίαν· σκήνωμα δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα. Ἐπειδὴ οὖν καὶ ὁ Ἐζεκίας τῆς ἀρρωστίας ἀπαλλάγη, καὶ πολεμίων ἀναίρεσιν εἶδεν, λέγει ὁ προφήτης, ὅτι καὶ σύ, ἐὰν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλπίσῃς, τούτων ἁπάντων ἀπαλλαγήσῃ.

ια'. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου.

Πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου φησίν· ἀντὶ τοῦ πάσαις ταῖς πράξεσί σου.

ιβ'. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε· μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου.

Ἀντὶ τοῦ, χειραγωγήσουσί σε καὶ ποδηγήσουσι, καὶ παντοδαπὴν σου ποιήσονται τὴν πρόνοιαν, ἵνα τὴν ἀκριβεστάτην δείξῃ φυλακὴν τῶν ἀγγέλων.

ιγ'. Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ· καὶ καταπατήσεις λέοντα καὶ δράκοντα.

Ἐκ τῶν μερικῶς ὀνομασθέντων θηρίων πάντα εἶπε τὰ βλαβερά. Ἀσπίς τε γὰρ καὶ βασιλίσκος ἑρπετῶν ἐστιν τὰ χαλεπώτερα. λέων δὲ καὶ δράκων τῶν βασιλεύοντα τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. βούλεται οὖν εἰπεῖν· ὅτι ἀπὸ πάσης βλάβης καὶ ἀπὸ παντοίας ἐπιβουλῆς ῥύσεταί σε.

ιδ'. Ὅτι ἐπ' ἐμὲ ἤλπισε, καὶ ῥύσομαι αὐτόν· σκεπάσω αὐτόν, ὅτι ἔγνω τὸ ὄνομά μου.

Ταῦτα, φησι, δικαίως διανοούμενος ὁ Θεὸς ποιήσει περὶ τὸν ἐλπίζοντα εἰς αὐτόν, μονονουχὶ τοῦτο λέγων· ὅτι ἐπειδὴ οὗτος ἤλπισεν εἰς ἐμέ, καὶ γνώσεται τὸ ὄνομά μου, δίκαιός εἰμι παντοίαν αὐτῷ παρέχειν βοήθειαν.

9. Quoniam tu * Domine spes mea: Altissimum posuisti refugium tuum. PARAPHRASIS ANONYMI. * Vulgata addit es

Cùm enim, inquit, reipsâ in spem tuam Deum aduocaueris, his omnibus iure merito frueris. Deinde tamquam id ipsum confirmans Propheta subdit:

10. Non * accedent ad te mala: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. * Vulgata accedet ad te malum:

Flagellum appellat infirmitatem; tabernaculum autem est ipsum corpus. Cùm itaque Ezechias & ab infirmitate liberatus fuerit, & hostium interitum viderit, Propheta dicit, te quoque, si in Deum speraueris, ab his omnibus liberatum iri.

11. Quoniam Angelis suis * mandabit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. * Vulgata mandauit

Omnibus vijs tuis ait, id est omnibus actionibus tuis.

12. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Id est, Manibus pedibusque deducent, & omnigenam tui curam gerent, vt exactissimam Angelorum custodiam demonstret. Angelorum tutela.

13. Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.

Ex bestijs particulariter nominatis omnia noxia designauit. Nam aspis & basiliscus inter serpentes maximè nocent. Leo verò & draco quadrupedibus & serpentibus imperant. Vult igitur dicere: Quoniam ab omni noxa & à quibuslibet insidijs te liberabit.

14. Quoniam in me sperauit, * & liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. * Vulgata omittit &

Hæc, inquit, meritò recogitans Deus faciet circa illum qui in ipsum sperat, tantùm non hoc dicens: Cùm ipse in me sperauerit, & cognoscat nomen meum, meritò ipsi omne subsidium præsto.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum:

Et iustus sum, inquit, vt talem exaudiam dum clamat.

ιε. Κεκράξεται πρός με, καὶ ἐπακούσομαι αὐτοῦ·

Καὶ δίκαιός εἰμι, φησὶ, τοῦ τοιούτου ἐπακούειν ἐν οἷς ἐπιβοᾶται.

Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Et non solùm molestijs ipsum eripiam; verùm etiam illustrem efficiam.

Μετ' αὐτοῦ εἰμι ἐν θλίψει· ἐξελοῦμαι αὐτὸν, καὶ δοξάσω αὐτόν.

Καὶ οὐ μόνον τῶν λυπηρῶν αὐτὸν ἐξαιρήσομαι· ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον καταστήσω.

16. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Ceterùm, inquit, adijciam tali etiam annos vitæ; & breuiter dicendo, omni salute meâ istiusmodi replebo. Illud enim *ostendam* de re ipsa dicit: id est, frui faciam.

ις΄. Μακρότητα ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτὸν· καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου.

Προσθήσω δὲ, φησι, τῷ τοιούτῳ καὶ ἔτη ζωῆς· καὶ συντόμως εἰπεῖν, πάσης παρ' ἐμοῦ σωτηρίας ἐμπλήσω τὸν τοιοῦτον. τὸ γὰρ δείξω ἐπὶ πράγματος λέγει· ἀντὶ τοῦ, ἐν ἀπολαύσει καταστήσω.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus firma protectio.

1. QVI HABITAT IN ADIVTORIO ALTISSIMI.] Pro eo quod diceret, *Qui sperat in adiutorio Altißimi*, ait *Qui habitat*; quia is qui alicubi inhabitat, penitus inhabitat. q. d. Is qui sperat in Deum omnino perfruetur eius protectione, commorans quodammodò in Dei cura, quasi Dei cæli custodiâ fruetur. Vel prior quidem populus per præcedentem Psalmum deflens, *Quia defecimus*, inquiebat, *in ira tua*. Sed populus qui in Christo manet semper adiuuatur, & sub vmbra Altissimi commoratur. Firmum enim & inconcussum est cor illius qui secundùm Deum certat; in cuius abscondito tabernaculi Altissimus inhabitat sedens & adiuuans. Nam Aquila & Symmachus *Sub tegumento Altißimi* ediderunt; Quinta verò editio, *Qui sedet in abscondito Altißimi*: Aquila, *In vmbra sufficientis commorabitur*: Symmachus verò, *Sub vmbra sufficientis*. Illud autem *Dicet Domino* de re ipsa dicit. Id est: Qui talis est vtetur Deo protectore & refugio: quin aliàs etiam is qui firmam in ipsum fiduciam habet vocabit ipsum patronum.

α΄. Ὁ ΚΑΤΟΙΚΩΝ ΕΝ ΒΟΗΘΕΙΑ ΤΟΥ ΥΨΙΣΤΟΥ.] Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὁ ἐλπίζων ἐν τῇ βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, εἶπεν ὁ κατοικῶν· ἐπεὶ ὁ κατοικῶν, που ὅλως κατοικεῖ. ἀντὶ τοῦ, ὁ ἐλπίζων ἐπὶ τὸν θεὸν ὁλοτελῶς ἀπολαύσει τῆς σκέπης, τὸ παρ' αὐτοῦ ἐνδιαιτώμενος τρόπον τινὰ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ κηδεμονίᾳ, οἷον τῆς τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ φυλακῆς ἀπολαύσει. ἢ ὁ μὲν πρότερος λαὸς διὰ τοῦ πρὸ τούτου ψαλμοῦ ἀποκλαυσάμενος, ὅτι ἐξελίπομεν, ἔφη, ἐν τῇ ὀργῇ σου. ὁ δὲ ἐν Χριστῷ λαὸς μένει διηνεκῶς βοηθούμενος, καὶ πλάνων ὑπὸ σκέπην ὑψίστου. Ἑδραία γὰρ καὶ ἀπτόητος ἡ τοῦ κατὰ θεὸν ἀγωνιζομένου καρδία· οὗ ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς ὁ ὕψιστος κατοικεῖ καθεζόμενος καὶ βοηθῶν. Ὁ γὰρ Ἀκύλας καὶ ὁ Σύμμαχος ὑπὸ σκέπην ὑψίστου ἐξεδώκασιν· ἡ δὲ ε΄ ἔκδοσις, ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ ὑψίστου· Ἀκύλας, ἐν σκιᾷ ἱκανοῦ αὐλισθήσεται· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπὸ σκιὰν ἱκανοῦ. Τὸ δὲ ἐρεῖ τῷ κυρίῳ ἐπὶ πράγματος λέγει. ἀντὶ τοῦ· χρήσεται τῷ θεῷ ἀντιλήπτορι καὶ καταφυγῇ ὁ τοιοῦτος· καὶ ἄλλως δὲ ὁ βεβαίαν ἔχων τὴν ἐπ' αὐτῷ πεποίθησιν καλέσει αὐτὸν κηδεμόνα.

Quid per laqueum venantium & per verbum asperum intelligatur.

3. QVONIAM IPSE LIBERABIT TE DE LAQVEO.] Ipso, inquit, fruetur etiam, vt liberetur de laqueo venantium; dicit autem de hostium insultu & insidijs, & inimicorum minis quæ turbationem adferant audienti.

γ΄. ΟΤΙ ΑΥΤΟΣ ΡΥΣΕΤΑΙ ΣΕ ΕΚ ΠΑΓΙΔΟΣ.] Ἀπολαύσει, φησὶ, καὶ τούτου, τοῦ ῥυσθῆναι παγίδος θηρευτῶν· λέγει δὲ πολεμίων ἐφόδου καὶ λόχου, καὶ ἀπειλὰς ἐχθρῶν ταραχὴν ἐμποιούσας τῷ ἀκούοντι.

Τὸν

Τὸν γὰρ τραχώδη λόγον ἐπηρείας λόγον ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν· οἷαι αἱ συκοφαντίαι. εἶεν δ' ἂν θηρευταὶ καὶ οἱ ἀπατεῶνες καὶ σοφισταί, παγιδεύειν πειρώμενοι τοὺς ἀνθρώπους· διὸ καὶ ἑρμηνεύων αὐτῶν τὴν παγίδα εἶπεν αὐτὴν τραχώδη λόγον. εἶτα ὡς διαβεβαιούμενος αὐτὸς ὁ Δαβὶδ περὶ τούτου φησίν· ἐν τοῖς μεταφρένοις. ὅτι ἕξεις αὐτὸν ἐλπίζων ἐπ' αὐτὸν καταχαλύπτοντά σε οἷον πτέρυξιν νοσσόν. Τὸ δὲ ὑπόδειγμα μεγίστην σημαίνει πρόνοιαν. ἢ ἀντὶ τοῦ ὑπερασπιεῖ σου. καὶ γὰρ οἱ ὑπερασπίζοντες ὑπὸ τὰ μετάφρενα αὐτῶν ποιοῦνται τοὺς ὑπερασπιζομένους. ἀντὶ τοῦ, πρόμαχός σου γενήσεται. ὑπὸ τὰς πτέρυγας δὲ αὐτοῦ, τοῦ Θεοῦ δηλονότι. Τὸ δὲ ὅπλῳ κυκλώσει σε. ἀντὶ τοῦ, ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ καὶ ἡ ἰσχὺς ὡς ὅπλῳ πανταχόθεν κυκλώσει σε, εἰς τὸ μὴ παρ' οὐδενὸς βάλλεσθαι. ἢ ἐπεὶ λόγου τραχώδους καὶ ψευδοῦς ἐμνημόνευσεν, εἰκότως ὑπέσχετο πανοπλίαν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν ἀλήθειαν.

ς. ΟΥ ΦΟΒΗΘΗΣΗ ΑΠΟ ΦΟΒΟΥ ΝΥΚΤΕΡΙΝΟΥ.] Τουτέστι, τοῦ ἀνθρωπίνου καὶ τοῦ δαιμονιώδους. Ὁ γὰρ θεῖος φόβος εὐφραίνων τὴν καρδίαν ἡμερινὸς καλεῖται. φόβος δέ ἐστι νυκτερινὸς οἷον οἴκου σύμπτωμα, πυρκαϊά, τοιχωρύχων ἔφοδος, ἡμερινὸς δὲ φόβος, τὸ ἐκ τοῦ συμβάντος ἐνεχθῆναι λίθον ἢ ξύλον ἐπί τινα, καὶ πληγῆναι ἢ ἀποθανεῖν. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ παντός σε σκεπάσει, καὶ διαφεύξει τὰς νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπιβουλάς, καὶ θάρσος ἔχων ἐξελάσεις τὸ δέος. Ὁ γὰρ κυκλωθεὶς ὑπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ Θεοῦ ὡς ὅπλῳ, κἂν ἐν νυκτὶ γένηται, οὐ φοβεῖται, φωτιζόμενος ὑπὸ τῆς κυκλούσης αὐτὸν ἀληθείας. πρᾶγμα δὲ ἐν σκότει διαπορευόμενον ἐπιβουλὴν λέγει ἀνακύπτουσαν, ὅθεν τίς οὐ προσδοκᾷ. ἢ πρᾶγμα ἐν σκότει διαπορευόμενον πᾶσα ἁμαρτία καὶ ἄγνοια, καὶ τὰ ἐνεργοῦντα αὐτὰ πονηρὰ πνεύματα τῆς πλάνης. σύμπτωμα μεσημβρινὸν τὴν ἐκ τοῦ συμβάντος ἐπιβουλὴν ἢ πληγὴν σημαίνει. Ὁ δὲ Σύμμαχος, ἀπὸ συγκυρήματος δαιμονιώδους μεσημβρίας. ἢ δαιμόνιον μεσημβρινὸν βλάβην ἔκδηλον καὶ φανερὰν καλεῖ. ἢ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν τοῦτο τέθεικε δόξαν. εἰκὸς δὲ ἐπεὶ μετὰ τροφὴν καὶ κόρον ὡς πρὸς ἕτοιμον ἐπιτρέχουσι θήραμα καὶ αἱ ἐξ ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπιβουλαί, καὶ τοὺς ἐρήμους γενομένους τῆς ἄνω ἐπικουρίας καταδουλοῦνται ῥαδίως. ἢ θέλει εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν λαθραίων καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐπιβ-

Verbum enim *asperum* Symmachus vocauit *sermonem violenti insultus*: quales sunt contumeliæ. Ceterùm venantes fuerint etiam impostores & sophistæ, qui homines illaqueare conantur: quapropter etiam laqueum ipsorum explicans dicit illum esse sermonem asperum. Deinde quasi talem reddens certiorem ipse Dauid ait: *In scapulis*. Quoniam sperans in eum habebis ipsum te quasi pullum sub alis abscondentem. Porrò hoc exemplum maximam denotat prouidentiam. Vel idem est quod proteget te. Protectores enim sub scapulis suis collocant eos quos protegunt. Id est, Propugnator tuus fiet. *Sub alis* autem *eius*, scilicet Dei. Porrò istud, *Scuto circumdabit te*. Id est, Veritas eius & virtus tamquam scuto vndique te cinget, ne ab aliquo traijciaris. Vel quoniam verbi asperi & mendacis mentionem fecit, meritò promisit veritatem suam fore armaturam.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Protectorum munus quale.

5. NON TIMEBIS A TIMORE NOCTVRNO.] Id est, humano & dæmoniaco. Diuinus enim timor qui lætificat cor diurnus appellatur. Timor nocturnus est quasi ruina domus, incendium, insultus parietem suffodiens: diurnus verò timor est, dum v. g. casu lapis vel lignum proijcitur in aliquem, & læditur vel occiditur. Vult igitur dicere, quòd ab omni te casu proteget, & nocturnas diurnasque insidias sis euasurus, & fiduciâ fretus formidinem excussurus sis. Qui enim veritate Dei tamquam scuto circumdatus est, licet in nocte fuerit, minimè timet, à veritate ipsum ambiente illustratus. Negotium autem in tenebris perambulans vocat insidias oborientes, vnde quis minimè expectat. Vel negotium in tenebris perambulans omne peccatum & ignorantia est, & mali spiritus erroris qui istiusmodi operantur. Incursus meridianus insidias aut plagam ex casu aliquo designat. Symmachus, *Ab incursu dæmoniaco in meridie.* Vel dæmonium meridianum vocat noxam manifestam ac claram. Vel iuxta plurimorum opinionem hoc posuit. Verosimile verò est quòd post cibum & saturitatem tamquam ad paratam prędam tam hominum quàm dæmonum insidiæ accurrant, & facilè in seruitutem redigant. Vel vult dicere, quòd etiam à clandestinis & manifestis insidiato-

Quis diurnus & quis nocturnus timor sit.

Quid sit negotium in tenebris perambulans.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

diatoribus liberabit te Deus, ſi in ipſo confidas.

A dextris & à ſiniſtris inimici profligandi.

7. Cadent a latere tvo mille.] Quòd ſi verò te, inquit, circumdet hoſtium multitudo, ex vtroque latere tuo cadet, tu autem intactus & innoxius eris. Tale quid in Ezechia contigit. Latus autem appellat ſiniſtram partem. Vnde ſubdit, *Et decem millia à dextris tuis:* alius *ex obliquo* ait. Conſidera autem decuplam victoriam dextris attribui. Vult enim nos vndique prauos dæmonas in fugam agere per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Illud *verumtamen* autem hîc nihil ſignificat. Vult enim dicere, quòd ipſis cadentibus de inimicorum retributione lætitiam acceptur⁹ ſis. Id eſt, Non experieris inimicorum aut dæmonum inſidias; ſed ſimul atque apparuerint, in nihilum redigentur. Vti etiam alibi: *Dum appropiant ſuper me nocentes,* &c.

Pſal. 26, 2.

Tuta veritatis cuſtodia.

9. Qvoniam tv Domine spes mea.] Iſtis corruentibus, is qui à veritate cuſtoditur illorum retributionem oculis ſuis cernens, & ad virile robur aſſurgens, ſuaque benefacta ad Deum dirigens; *Quoniam tu Domine ſpes mea* inquit, confitens ipſum eſſe cauſam bonorum ſuorum. Vel per ellipſim hoc dicitur. Deficit enim illud; *Quoniam tu Domine ſpes mea dixiſti: Altiſſimum poſuiſti refugium tuum, non accedent ad te mala.* Cùm, inquit, te ipsâ ſpem tuam Deum appellaſti, his omnibus frueris. Et flagellum quidem vocat infirmitatem, tabernaculum verò corpus. Quandoquidem etiam Ezechias ab infirmitate liberatus fuit. Et omnis qui ſperat minimè aberrat. Sic etiam diuina gratia domum Iob vallauerat. Quod autem per ellipſim id dictum ſit, moris hoc eſt Scripturæ, vti etiam ex alijs locis clarum fit. Nam in Pſalmo trigeſimo primo ait, *Tu es refugium meum,* vſque ad *circumdantibus me;* & illicò ſubiungit, non exprimendo quis loquatur, *Intellectum dabo tibi:* ſic autem ſenſus erit plenus. Et reſpondit mihi adhuc loquenti Deus, *Intellectum dabo tibi. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te.* Hoc quoad hiſtoriam in Ezechia contigit Angelo centum octoginta quinque millia interimente. Verumtamen illud, *Immittet Angelus Domini;* &, *Angelus qui liberat te;* &, *Mittam Angelum meum;* manifeſtè declarant eos qui in Deum ſperant ab Angelis cuſtodiri. Hæc

Iob 1, 10.

Pſal. 33, 8.

Sperantes in Deum ab Angelis cuſtodiuntur.

χειμένων ἀπαλλάξει σε ὁ θεός, εἰ ἐπ' αὐτῷ πέποιθας.

ζ'. Πεσειται εκ του κλιτους σου χιλιας.] Εἰ δὲ καὶ περιστείη σε, φησὶ, πολεμίων πλῆθος, ἐξ ἑκατέρου πλευροῦ πεσοῦνται, σὺ δὲ ἀνέπαφος ἔσῃ καὶ ἀβλαβής. Τοιοῦτον τὸ ἐπὶ Ἐζεκίου γενόμενον. Κλίτος δὲ καλεῖ τὸ ἀριστερὸν μέρος. ὅθεν ἐπάγει, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου· ἕτερος ἐκ πλαγίου. Σκόπει δὲ ὅτι τὸ δεκαπλάσιον τῆς νίκης τοῖς δεξιοῖς ἀφορίζεται. Βούλεται γὰρ πανταχόθεν τροποῦσθαι τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἡμᾶς διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν. τὸ δὲ πλὴν ἐνταῦθα οὐδὲν σημαίνει. Βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ἐκείνων πιπτόντων ἐπὶ τῇ τῶν ἐχθρῶν εὐφρανθήσῃ ἀνταποδόσει. ἀντὶ τοῦ, οὐ λήψῃ πεῖραν τῶν ἐπιβουλῶν ἐχθρῶν ἢ δαιμόνων· ἀλλ' ἅμα τῷ φανῆναι, ἀφανισθήσονται. ὡς καὶ ἀλλαχοῦ· ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, καὶ ἑξῆς.

θ'. Οτι συ κυριε η ελπις μου.] Τούτων συμπεπτωκότων, ὁ ὑπὸ τῆς ἀληθείας φρουρούμενος τὴν τούτων ἀνταπόδοσιν ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, καὶ εἰς ἀνδρείαν διεγείρας, καὶ τὰ αὐτοῦ κατορθώματα πρὸς θεὸν ἀνάγων· ὅτι σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου φησὶν, αἴτιον αὐτὸν εἶναι τῶν ἀγαθῶν ἐξομολογούμενος. ἢ ἐλλειπτικῶς εἴρηται. λείπει γὰρ τό· ὅτι σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου εἶπας· τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου, οὐ προσελεύσεται πρός σε κακά. ἐπεὶ, φησὶν, ἐκ τοῦ πράγματος τὴν ἐλπίδα τὸν θεὸν ἐκάλεσας, ἀπολαύσῃ τούτων ἁπάντων. καὶ μάστιγα μὲν καλεῖ τὴν ἀρρωστίαν, σκήνωμα δὲ τὸ σῶμα. ἐπεὶ καὶ ὁ Ἐζεκίας ἀρρωστίας ἀπηλλάγη. Καὶ πᾶς ὁ ἐλπίζων οὐκ ἀποτυγχάνει. οὕτως ἡ θεία χάρις τὴν τοῦ Ἰὼβ οἰκίαν περιέφραττεν. Ὅτι δὲ ἐλλειπτικῶς εἴρηται, ἔθος τοῦτο τῇ γραφῇ, δῆλον δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων. ἐν γὰρ τῷ λα' ψαλμῷ φησι, Σύ μου εἶ καταφυγὴ, ἕως τῶν, κυκλωσάντων με· καὶ εὐθὺς ἐπάγει, μὴ παραστήσας τὸν λέγοντα, συνετιῶ σε· τὸ πλῆρες δ' ἂν ἦν οὕτως. καὶ ἀπεκρίθη μοι ἔτι λαλοῦντι ὁ θεὸς, συνετιῶ σε. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. Πρὸς ἱστορίαν ἐπὶ Ἐζεκίου γέγονεν ἀνελόντος ἀγγέλου ρπε' χιλιάδας. πλὴν τὸ, παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου· καὶ, ὁ ἄγγελος ὁ ῥυόμενός σε· καὶ, ἀποστελῶ τὸν ἄγγελόν μου· δηλοῦσι σαφῶς ὡς δι' ἀγγέλων φρουροῦνται οἱ εἰς θεὸν ἐλπίζοντες. Ταῦτα

ἐξεῖ-

ἐξείληφεν ὁ διάβολος εἰς πρόσωπον εἰρημένα Χριστοῦ, ὡς ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου λεγόμενα, βοηθουμένου καὶ σκεπαζομένου ὑπὸ θεοῦ. Ἐν πάσαις δὲ ὁδοῖς· ἀντὶ τοῦ, ἐν πάσαις ταῖς πράξεσι. μονονουχὶ καὶ τοῦτό, φησι, ποιήσουσιν οἱ ἄγγελοι· βαστάξουσιν οἷον ἐπὶ χειρῶν, ἵνα μὴ εἰς τὸ τυχὸν προσκόψῃς. τὸ γὰρ σμικρὸν τῆς βλάβης διὰ τοῦ ὀλίγου παρέδειξεν. ἀντὶ τοῦ, χειραγωγήσουσί σε καὶ ποδηγήσουσι, καὶ παντοδαπήν σου ποιήσονται τὴν πρόνοιαν. Δυνατωτάτων δὲ καὶ πικροτάτων ἐμνήσθη θηρίων, τὴν κατὰ παντὸς εἴδους πονηρίας ἐπικράτειαν δηλῶσαι θελήσας. ὥσπερ εἶπεν· ἀπὸ πάσης βλάβης, ἐκ παντοίας ἐπιβουλῆς ῥύσεταί σε.

ιδ'. ΟΤΙ ΕΠ ΕΜΕ ΗΛΠΙΣΕ, ΚΑΙ ΡΥΣΟΜΑΙ ΑΥΤΟΝ.] Ταῦτα ἐκ τοῦ θεοῦ τὸν τῆς ἐλπίδος παριστάντος καρπόν. ἐπεί, φησιν, ἐπ' ἐμὲ ἤλπισεν, ῥύσομαι αὐτόν. Δίκαιος γάρ εἰμι παντοίαν βοήθειαν αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ ἐπακούειν αὐτοῦ ἐν οἷς ἐπιβοᾶται· καὶ κἂν τινι πειρασμοῦ θλίψιν ἐπάγοντι περιπέσῃ, συνέσομαι εἰς παραψυχήν, καὶ οὐ μόνον τῶν λυπηρῶν αὐτὸν ἐξαιρήσομαι, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἀπεργάσομαι. προσθήσω δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ ἔτη ζωῆς, ὡς γέγονεν ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου, καὶ εἰς γῆρας ἐλάσει βαθύ· καὶ τὴν ἐσομένην αὐτῷ σωτηρίαν δείξω. ἀντὶ τοῦ, πάσης τῆς παρ' ἐμοῦ σωτηρίας ἐμπλήσω. εἴη δ' ἂν καὶ σωτήριον θεοῦ ὁ Χριστός, ὁ καὶ εἰς τὸν νέον ἡμᾶς εἰς αἰῶνα εἰσαγαγών, καὶ συμβασιλεύειν αὐτῷ ἐπαγγειλάμενος.

accepit diabolus ad personam Christi dicta esse, cùm ex persona cuiuslibet iusti dicta sint; qui iuuatur & protegitur à Deo. *In omnibus* autem *vijs*; id est, In omnibus actionibus. Tantum non & hoc, inquit, facient Angeli: portabunt quasi in manibus, vt non in quidlibet impingas. Nocumenti enim exiguitatem per impactionem designauit. Id est, Manibus pedibusque te deducent, & omnigenam tibi prouidentiam præstabunt. Potentissimarum autem & acerbissimarum ferarum mentionem fecit, volens in omni nequitiæ genere præpotentiam declarare. ac si dixisset: Ab omni noxa, ex omnigenis insidijs liberabit te.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. Matth. 4.

14 QVONIAM IN ME SPERAVIT, ET LIBERABO EVM.] Hæc ex Deo qui spei fructû præbet. *Quoniam*, inquit, *in me sperauit, liberabo eum.* Iustus sum enim vt omnigenam opem ipsi præbeam, ipsumque exaudiam in his quæ inclamat: & licet in aliquam tentationem inciderit quæ illi adferat afflictionem, adero ipsi ad consolandum eum, & non solùm à molestijs ipsum eruam, sed etiam illustrem reddam. Adijciam autem tali etiam annos vitæ, sicut in Ezechia contigit, & ad profundam perueniet senectutem; & futuram salutem illi commonstrabo. Id est, Omni salute meâ ipsum adimplebo. Ceterùm Christus quoque fuerit salutare Dei, qui nos etiam in nouum sæculum introduxit, & cum illo conregnaturos promisit.

CATENA PATRVM.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνεπίγραφος ὁ ψαλμός. μήποτε δὲ οὐδὲ ψαλμὸς τυγχάνει, ἀλλά τις προφητεία βαθυτέρους περιέχουσα λόγους περὶ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελειουμένων.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Διδάσκει ὁ ψαλμὸς τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος τὸ ἄμαχον. ὁ γὰρ μακάριος Δαβὶδ πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ κατὰ τὸν μακάριον Ἐζεκίαν πόῤῥωθεν θεασάμενος, καὶ ἰδὼν ὅπως εἰς θεὸν ἐλπίσας τὴν Ἀσσυρίων κατέλυσε στρατιάν, τοῦτον ἔγραψε τὸν ψαλμόν, ἅπαντας διδάσκων ἀνθρώπους, ὅσων ἀγαθῶν ἔχει φορὰν τὸ πεποιθέναι θεῷ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐν τούτῳ τῷ ψαλμῷ τὸ πρόσωπον εἰσάγει τῶν διὰ Χριστοῦ τελειω-

EVSEBII. Sine titulo est hic Psalmus. Fortè verò neque Psalmus est, sed quoddam vaticinium quod profundiores de Christo sermones continet, deque rebus in ipso perfectis.

De titulo & argumento Psalmi.

THEODORETI. Docet hic Psalmus inexpugnabile robur spei in Deum. Nam cùm beatus Dauid spiritalibus oculis ea quæ per beatum Ezechiam gesta sunt eminùs prospexisset, & vidisset quomodo in Deum sperans Assyriorum exercitum profligasset, hunc Psalmum conscripsit, omnes homines edocens, quantam bonorum affluentiam contineat fiducia in Deo.

DIODORI. In hoc Psalmo introducit personam eorum qui per Christum perfecti eua-

Viri perfecti in Christo omnia superant.

CATENA PATRVM.

ferunt, & per ipsum spiritales hostes deuicerunt, principes nempe ac potestates, & mundi rectores tenebrarum harum, & spiritalia nequitiæ, & ipsum impostorem satanam : qui etiam diuersimodè per præsentia significantur, vt timor nocturnus, & sagitta in die volans, & negotium perambulans in tenebris, & incursus, & dæmonium meridianum, & mille, & decem millia, & aspis, & basiliscus, & leo, & draco : per hæc nempe omnia victoriam deprædicat hominis Dei.

ANONYMI. Alij quidem Interpretes hunc Psalmum sine titulo habent; verumtamen non idcircò titulus reijciendus fuit, sed potiùs ponendus : siquidem est Septuaginta, qui propter mutuam concordiam atque consensionem ducem suum Spiritum fuisse declararunt.

Optimum est Dei adiutorium.

1. QVI HABITAT IN ADIVTORIO ALTISSIMI.] EVSEBII. Pro, *Qui habitat in adiutorio Altißimi*, Symmachus, *Qui habitat sub tegumento Altißimi* ; Aquila verò, & Quinta editio, *Qui habitat in abscondito Altißimi*, ediderunt, sermone declarante firmitatem & alacritatem mentis illius quæ secundùm Deum in Christo decertat; vtpote in cuius animæ abscondito inhabitator insideat & adiutor eius Altissimus.

Lex est adiutorium Altissimi.

ATHANASII. Adiutorium Altissimi est eius legislatio : nobis enim contra hostes inuisibiles data est in subsidium. In ea igitur habitat, qui secundùm scopum illius vitam suam instituit. Hic in protectione Dei cæli commorabitur, nempe in futurum : cohabitator enim erit Dei, & easdem cum Conditore cæli incolet mansiones.

Beatus qui Christum habet adiutorem.

DIDYMI. Spiritus Propheticus beatum pronuntiat hominem qui adiutorium & præsidium suum ponit in Christo, qui & Altissimus est. Quomodo enim non beatus sit, qui Deum cæli protectorem habere dignus est habitus?

DIODORI. Prior quidem populus, qui per præcedentem Moysis orationem deflendo confitetur dicens ; *Quia defecimus in ira tua*, & cetera quæ declarantur per ea quæ ibi continentur. Porrò populus qui post illum Deo per Christum constituendus erat, in Dei adiutorio confisus semper in eo manet; vtpote qui sub protectione Dei

Psal. 89,7.

μένων, καὶ νικώντων δι᾽ αὐτοῦ τοὺς νοητοὺς ἐχθροὺς, ἀρχὰς δηλαδὴ καὶ ἐξουσίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ αὐτὸν τὸν ἀλιτήριον σατανᾶν· οἳ καὶ πολυτρόπως διὰ τῶν προκειμένων κατασημαίνονται, φόβος τε νυκτερινὸς, καὶ βέλος ἡμέρας πετόμενον, καὶ πρᾶγμα διαπορευόμενον ἐν σκότει, καὶ σύμπτωμα, καὶ δαιμόνιον μεσημβρινὸν, καὶ χιλιάδες, καὶ μυριάδες, καὶ ἀσπὶς, καὶ βασιλίσκος, καὶ λέων, καὶ δράκων· κατὰ τούτων δὴ πάντων νίκην ἀναγορεύει τὴν τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἑρμηνευτῶν τὸν ψαλμὸν ἀνεπίγραφον ἔχουσι· πλὴν οὐ τούτου χάριν ἀθετητέα τὴν ἐπιγραφὴν προσῆκε, θετέα δὲ αὐτῇ μᾶλλον· ἔστι γὰρ τῶν Ἑβδομήκοντα, οἱ διὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας ἐδήλωσαν τὴν γενομένην αὐτοῖς χορηγίαν τοῦ πνεύματος.

α΄. Ὁ ΚΑΤΟΙΚΩΝ ΕΝ ΒΟΗΘΕΙΑ ΤΟΥ ΥΨΙΣΤΟΥ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀντὶ τοῦ, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου, ὁ Σύμμαχος, ὁ κατοικῶν ὑπὸ σκέπην τοῦ ὑψίστου· ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ ἡ πέμπτη ἔκδοσις, ὁ καθήμενος ἐν ἀποκρύφῳ ὑψίστου, ἐκδεδώκασι, σημαίνοντος τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Θεὸν ἐν Χριστῷ ἀγωνιζομένου τὸ ἑδραῖον καὶ ἀπτόητον τῆς διανοίας· ὡς ἐν ἀποκρύφῳ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοικος ἐγκαθίζεται καὶ βοηθὸς αὐτοῦ ὁ ὕψιστος.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Βοήθεια τοῦ ὑψίστου ἡ παρ᾽ αὐτοῦ νομοθεσία· εἰς συμμαχίαν γὰρ ἡμῖν τὴν κατὰ τῶν πολεμίων τῶν ἀοράτων δέδοται. κατοικεῖ τοίνυν ἐν αὐτῇ, ὁ κατὰ σκοπὸν τὸν ἐν αὐτῇ πολιτευόμενος. Οὗτος ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται κατὰ τὸ μέλλον δηλονότι· σύνοικος γὰρ ἔσται Θεοῦ, καὶ τὰς αὐτὰς μονὰς οἰκήσει τῷ ποιητῇ τοῦ οὐρανοῦ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τὸ προφητικὸν πνεῦμα τὸν ἄνθρωπον τὸν ποιησάμενον βοήθειαν καὶ ἐπικουρίαν Χριστὸν, ὅς καὶ ἐστὶν ὕψιστος, μακαρίζει. Πῶς γὰρ οὐ μακάριος, ὁ τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ σκέπην ἔχειν ἀξιωθείς;

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ μὲν πρότερος λαὸς, ὁ διὰ τῆς προηγουμένης Μωσέως προσευχῆς ἀποκλαυσάμενος ὁμολογεῖ φάσκων· ὅτι ἐξελίπομεν ἐν τῇ ὀργῇ σου, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐδηλοῦτο διὰ τῶν ἐμφερομένων. ὁ δὲ μέλλων συνίστασθαι μετ᾽ ἐκεῖνον τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ λαὸς, ἐπὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ ὑψίστου πεποιθὼς ἀεὶ ἐμμένει· ὡς ἂν ὑπὸ τὴν σκέπην τοῦ Θεοῦ

αὐλι-

ἀυλιζόμενος, καὶ οὐδένα τῶν περιεστηκότων ἀποστραφήσεσθαί ποτε βουλήσεται, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἐρεῖ τῷ κυρίῳ, ἀντιλήπτωρ μου εἶ καὶ καταφυγή μου· ὁ Θεός μου ἐλπιῶ ἐπ᾽ αὐτόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μένων ἐν ταύτῃ τῇ βοηθείᾳ σκέπεται, καὶ φυλάσσεται.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁρᾷς ὅσην ἔχει παρρησίαν παρὰ Θεῷ; Ὅλον γὰρ ἑαυτὸν ὥσπερ ἀναθεὶς αὐτῷ, ἐπ᾽ αὐτῷ πᾶσαν ἔχει τοῦ σώζεσθαι τὴν ἐλπίδα. Τρισμακάριος δὲ ὁ τοιοῦτος· καὶ ἁπάσης εὐημερίας ἔσται μεστός. Ψάλλει γοῦν ὁ μακάριος Δαβίδ, καί φησι· Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, μακάριος ἄνθρωπος ὁ ἐλπίζων ἐπὶ σέ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Εἰκότως ὁ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ πολιτευόμενος, οὗτος ὡς ἐλπίζων ἐπ᾽ αὐτῷ παρρησιάζεται· καὶ ἀντιλήπτορα μὲν αὐτὸν ἕξει πνευματικῶς πρὸς τοὺς πολέμους τοὺς νοητοὺς ἱστάμενον· ἐὰν δὲ καὶ ἀσθενήσῃ, οὐ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ Θεοῦ ἡττηθείσης, ἀλλ᾽ αὐτὸς τῇ ῥαθυμίᾳ γεγονὼς ἀσθενέστερος.

γ´. ΟΤΙ ΑΥΤΟΣ ΡΥΣΕΤΑΙ ΣΕ ΕΚ ΠΑΓΙΔΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Παραθαρρύνει, ὡς οὐ μόνον φανερῶν αὐτὸν πολεμίων ἀποφαίνει κρείττονα, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐνεδρευόντων, καὶ λοχώντων, καὶ λάθρα θηρευόντων ἐπιβουλήν. Διὰ γὰρ τῆς παγίδος τὰς λαθραίας ἐπιβουλὰς παραδηλοῖ.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Ῥύσεται δὲ καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους. Καὶ ποῖός ἐστιν ὁ ταραχώδης λόγος; Ὁ παρὰ τοῖς ἀνοσίοις αἱρετικοῖς· συγχέουσι γὰρ τὰς τῶν ἀκεραίων καρδίας δυσφημοῦντες ἀφυλάκτως, καὶ μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Οἱ μὲν γὰρ τῆς πρὸς τὸν πατέρα θεὸν ὁμοουσιότητος κατασύρουσι τὸν Υἱὸν, καὶ τῶν ἀνωτάτων καταφέρουσι θρόνων, ἐναριθμοῦντες τοῖς κτίσμασι, καὶ τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν καὶ ποιητὴν πεποιῆσθαι λέγοντες, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων παρῆχθαι πρὸς ὕπαρξιν. Ἕτεροι δὲ τοῦ ἁγίου καταψεύδονται πνεύματος, κτίσμα λέγοντες καὶ αὐτό, καὶ πῦρ καὶ κόλασιν ταῖς ἑαυτῶν καταχέοντες κεφαλαῖς. Τί οὖν ὁ ψάλλων περὶ αὐτῶν; καταπόντισον κύριε, καὶ καταδίελε τὰς γλώσσας αὐτῶν· γεγόνασι γὰρ τῆς ἀληθείας κατήγοροι καὶ τοῦ ψεύδους συνασπισταί. Ταραχώδης οὖν ὁ λόγος αὐτῶν· οὐ γὰρ ἔχει τῆς ἀληθείας τὴν ἀσφάλειαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸν δὲ ταραχώδη λόγον, ἐπηρείας λόγον ὁ Σύμμαχος εἴρηκε. Τοιοῦτοι δὲ

commoretur, nec vlla vmquam tentatione ab eo auerti volet, sed in singulis *dicet Domino, Susceptor meus es & refugium meum: Deus meus sperabo in eum.* CATENA PATRVM.

ANONYMI. Qui manet in hoc adiutorio is protegitur, & custoditur.

HESYCHII. Vides quantam habeat apud Deum fiduciam? Totum enim semetipsum quodammodò ipsi dedicans, in eo omnem salutis spem habet. Ter beatus autem quisquis est istiusmodi; & omni felicitate plenus erit. Canit igitur beatus Dauid, & ait: *Domine Deus virtutum, beatus homo qui sperat in te.* Psal. 83, 13.

THEODORI. Meritò is qui secundùm mandata Dei vitam instituit, hic veluti sperans in eo confidenter agit; & susceptorem quidem ipsum habebit spiritaliter contra hostes spiritales constitutum: si verò etiam infirmatus fuerit, susceptio Dei minimè deuicta, sed ipse socordiâ suâ factus est imbecillior.

3. QVONIAM IPSE LIBERABIT TE DE LAQVEO.] ATHANASII. Iubet confidere, quoniam non solùm manifestis inimicis ipsum superiorem efficiet, verùm etiam insidiantibus, & cuniculos parantibus, & clàm insidias struentibus. Per *laqueum* enim occultas insidias demonstrauit. *Confidens in Domino superat vniuersa.*

DIDYMI. Ceterùm liberabit quoque *à verbo aspero.* At quale est illud verbum asperum? Quod nempe est à sacrilegis hæreticis: confundunt enim simplicium corda temerè maledicentes; & *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Aliqui siquidem Filium à Patris consubstantialitate deturbant, & à supremis sedibus deijciunt, creaturis ipsum aggregantes, & vniuersorum Conditorem atque Opificem factum esse dicentes, & ex nihilo productum vt existeret. Alij verò mentiuntur in Spiritum sanctum, dicentes etiam ipsum esse creaturam, & ignem atque supplicium capitibus suis accersentes. Quid igitur Psalmista de illis? *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum:* facti sunt enim veritatis accusatores & mendacij defensores. Perturbatus igitur est sermo illorum; siquidem non habet veritatis securitatem. *Verba hæreticorum sunt aspera.* 1. Tim. 1, 7. Psal. 54, 10.

EVSEBII. Porrò *perturbatum sermonem* [seu *verbum asperum*] *contumeliæ sermonem* Symmachus dixit. Tales autem sunt

CATENA PATRVM.

sunt qui mendacium & maledicta contexunt. Verumtamen his quoque quàm plurimi per spem in Deum superiores euaserunt.

Quales sint laquei spirituales.

ANONYMI. Nihil autem æquè confundit ac conturbat mentem atque sermo hæreticus, qui per laqueos venatur: tales sunt prauæ virtutes, quæ animas capiunt per noxias cupiditates atque alias passiones. Oculus enim, inquit, meretricis laqueus peccatoris est. Mulier namque virorum pretiosas animas capit. Ceterùm hi quoque per diuitias & similia venantur: horum porrò venatorum dux est diabolus.

4. INTER SCAPVLAS SVAS OBVMBRABIT TIBI.] DIDYMI. Hisce consentientia in Cantico Deuteronomij de Deo canuntur:

Deut. 32, 11.

Sicut aquila ad protegendum nidum suum & super pullos suos desiderauit: expandens alas suas suscepit eos, & assumpsit eos super scapulas suas. Omnes enim qui per patientiam & aliam fortitudinem ex virtute ortam super maligni laqueos eleuati sunt, instar aquilæ in altum euolant, & ab intelligentiæ ac practicæ virtutis alis eleuati, ex Deo esse suum habuerunt.

Protectio quid propriè.

DIODORI. Propugnator tuus erit, & oppugnatum te abscondet. Hoc autem posuit ex metaphora eorum qui primo loco in bellis consistunt, & sequentes scapulis suis tegunt. Alas enim vocat prouidentiæ operationes. Porrò posuit hoc auium similitudine vsus: siquidem illæ alis suis pullos operiunt.

5. SCVTO CIRCVMDABIT TE VERITAS EIVS.] ATHANASII. Validum eius qui non mentitur scutum est veritas. Ceterùm re ipsâ veritas Dei Christus est, vti sæpè diximus: huius scutum crux est, quâ circumdati in omni bello fidenter agimus, omnem hostem in fugam vertimus.

Scutum veritatis quale.

EVSEBII. Protector Deus quasi vmbone & scuto veritatis suæ circumdat omnem qui ab ipso custoditur, vt illæsus maneat ab omnibus qui ipsum prosternere volunt, præsertim ab ignitis iaculis quæ malignus emittit.

Duo genera insidiarum.

THEODORETI. Duos modos nouimus insidiarum: vel enim occultè & clanculum, & quasi in nocte ac tenebris latitantes texunt nonnulli laqueos quibus voluerint, vel

θόντες, καὶ ὡς ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ λανθάνοντες

οἱ ψεῦδος καὶ συκοφαντίας ῥάπτοντες. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων κρείττους ἐγένοντο διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος πολλοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐδὲν δὲ οὕτως συγχεῖ καὶ συνταράττει διάνοιαν ὡς αἱρετικὸς λόγος, θηρεύων διὰ παγίδων· οἷαί εἰσι πονηραὶ δυνάμεις, ἀγρεύουσαι ψυχὰς δι' ἐπιθυμιῶν βλαβερῶν καὶ τῶν ἄλλων παθῶν. Ὀφθαλμὸς γάρ, φησι, πόρνης παγὶς ἁμαρτωλοῦ. γυνὴ γὰρ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει. Καὶ διὰ πλούτου δὲ καὶ τῶν παραπλησίων ἀγρεύουσιν οὗτοι· ἡγεμὼν δὲ τούτων τῶν θηρευόντων ὁ διάβολος.

δ'. ΕΝ ΤΟΙΣ ΜΕΤΑΦΡΕΝΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΙΑΣΕΙ ΣΟΙ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Τούτοις συνῳδὰ ἐν τῇ τοῦ Δευτερονομίου ᾠδῇ περὶ Θεοῦ ᾄδεται· Ὡς ἀετὸς σκεπάσαι νοσσιὰν ἑαυτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς νοσσοῖς αὐτοῦ ἐπεπόθησε· διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἀνέβαλεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ. ἅπαντες γὰρ οἱ δι' ὑπομονῆς καὶ τῆς ἄλλης ἰσχύος τῆς ἐξ ἀρετῆς ἐπηρμένης ὑπεραρθέντες τῶν τοῦ πονηροῦ βρόχων, ἀετοῦ δίκην ὑψιπετεῖς εἰσι, καὶ ὑπὸ τῶν πτερῶν τῆς νοήσεως καὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς μετεωριζόμενοι, ἐκ Θεοῦ τὸ εἶναι τοιοῦτοι ἐσχήκασι.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Πρόμαχός σου γενήσεται, καὶ κατακαλύψει σε πολεμούμενον. Τέθεικε δὲ τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς τῶν προόντων ἐν πολέμοις ἱσταμένων, καὶ τοῖς μεταφρένοις καλυπτόντων τοὺς ὄπισθεν. πτέρυγας γὰρ καλεῖ τῆς προνοίας τὰς ἐνεργείας. Τέθεικε δὲ τοῦτο τῇ τῶν ὀρνίθων εἰκόνι χρησάμενος· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τοῖς πτεροῖς τοὺς νεοττοὺς συγκαλύπτουσι.

ε'. ΟΠΛΩ ΚΥΚΛΩΣΕΙ ΣΕ Η ΑΛΗΘΕΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὅπλον τοῦ ἀψευδοῦς ἰσχυρὸν ἡ ἀλήθεια. Πλὴν ἀλλὰ γὰρ ὄντως ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν· τούτου ὅπλον ὁ σταυρὸς, ὑφ' οὗ κυκλούμενοι πάντα πόλεμον θαρροῦμεν, πάντα ἐχθρὸν τροπούμεθα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ ὑπερασπιστὴς Θεὸς ὥσπερ ἀσπίδι καὶ ὅπλῳ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ κυκλοῖ πάντα τὸν ὑπ' αὐτοῦ φρουρούμενον, ὅπως ἄτρωτος διαμένοι ὑπὸ πάντων τῶν βαλεῖν αὐτὸν βουλομένων, καὶ μάλιστα τοῦ πεπυρωμένα ἐμπέμποντος βέλη πονηροῦ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Δύο τρόπους ἴσμεν ἐπιβουλῆς· ἢ γὰρ ἀφανῶς καὶ λεληθότως ἀρτύουσί τινες οἷς ἂν βούλωνται παγίδας· ἢ

ἐναρ-

ἐναργῶς, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐμφανῶς. Οὐκοῦν φόβον μὲν ὀνομάζει νυκτερινὸν τὸν ἐπιλανθάνοντα κίνδυνον, καὶ τὴν ὡς καὶ ἐν σκότῳ κρυπτομένην πανουργίαν· βέλος δὲ ἐν ἡμέρᾳ πετόμενον, τὴν ὡς ἐν φωτὶ καὶ ἐναργῶς ἐπιβουλήν.

Διδυμου. Φόβος νυκτερινὸς ὁ τῶν ἡδονῶν τῆς σαρκός· ἐν σκότει γὰρ ἐπιτίθενται μάλιστα. βέλος ἐν ἡμέρᾳ πετόμενον ἡ πλεονεξία· οὗτος γὰρ αὐτῆς ὁ καιρὸς εἰς πτῆσιν, τουτέστιν εἰς ἐργασίαν εὔκαιρος. πρᾶγμα δὲ ἐν σκότει διαπορευόμενον πᾶσα ἁμαρτία, καὶ ἄγνοια, καὶ τὰ ἐνεργοῦντα αὐτὰ πονηρὰ πράγματα τῆς πλάνης. Τοῦτο δὲ εἰπών, καθολικῶς τῶν ἀντικειμένων ἐπεμνήσθη δυνάμεων, αἵτινες τῷ σκότῳ καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότῳ χαίρουσι, καὶ κοινωνίαν πρὸς τὸ φῶς διὰ κακίαν οὐκ ἔχουσιν· ὅθεν καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἀπάγεσθαι μέλλουσι.

Ανωνυμου. Πρᾶγμα δὲ διαπορευόμενον ἐν σκότει τὸ ἀγνοηθὲν ἁμάρτημά, φησι. Οὐ γὰρ ἴσμεν ἐνίοτε σφάλμα κρύφιον· εἶτα ποιοῦντες αὐτὸ σφαλλόμεθα, καὶ εἰς τὸν τῆς ἀπωλείας πίπτομεν λάκκον. περὶ τῶν τοιούτων ὁ μακάριος Δαβὶδ προσηύχετο λέγων· Ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.

Ευσεβιου. Δαιμόνιον δὲ μεσημβρινὸν ὀνομάζει τὴν ἀκηδίαν ἤτοι τὴν ὀλιγωρίαν. Σύμπτωμα δὲ πάσχουσί τινες, ὅταν ὁ νοῦς ὀκλάσῃ πρὸς φιληδονίαν, ὅταν ἀτονήσῃ καρδία, καὶ κατενεχθῇ πρὸς φιλοσαρκίαν, ὅταν ἀκηδιάσῃ πρὸς τὰ τῆς εὐσεβείας ἔργα, καὶ ὀλιγωρήσῃ πρὸς πόνους τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς. Ἀλλὰ καὶ τότε σώζει Θεός· ἀπαλλάττει γὰρ συμπτώματος καὶ ἐξ ἀκηδίας, τουτέστι δαιμονίου μεσημβρινοῦ.

Ησυχιου. Ὁ πάντα γενναίως φέρων αὐτά, τὰ αὐτὰ τῷ Ἰὼβ λέγει· εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα ἐκ χειρὸς κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν οὕτως καὶ ἐγένετο. Ὁ οὖν ἐν τοσούτοις κατορθώμασιν εὑρεθείς, οὐδὲ τὸν μετασχηματιζόμενον εἰς ἄγγελον φωτὸς διάβολον φοβεῖται, ὄντα δαιμόνιον μεσημβρινόν, καὶ ἀκμαῖον φῶς ἐπαγγέλλεται διὰ φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. αὐτὸ τοῦτο ὅλον ἐστὶ δαιμόνιον μεσημβρινόν. Οὐκ αὐτὸς δὲ μόνος, ἀλλὰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ, μετασχηματιζόμενοι εἰς διακόνους δικαιοσύνης, δαιμόνια μεσημβρινά εἰσι. Ἀλλ' εἰ καὶ πρ-

perspicuè, & quasi in die ac manifestè. Itaque timorem quidem nocturnum nominat periculum quod latet, atque astutiam quasi tenebris obuolutam; sagittam verò in die volantem, insidias quæ clarè & quasi in lumine fiunt. CATENA PATRVM.

DIDYMI. Timor nocturnus est ille voluptatum ac carnis: in tenebris enim potissimùm situs est. Sagitta in die volans est auaritia: hoc enim tempus eius ad volandum, id est ad operandum opportunum. Negotium autem in tenebris perambulans est omne peccatum, & ignorantia, & praua opera erroris quæ ista efficiunt. Cùm autem hoc dixisset, vniuersim quoque aduersariarum potestatum mentionem fecit, quæ tenebris & rebus tenebricosis gaudent, & propter malitiam cum luce communicationem nullam habent: vnde etiam in tenebras exteriores ablegandæ sunt. *Quis sit timor nocturnus, sagitta volans, negotium perambulans.*

ANONYMI. Negotium autem perambulans in tenebris est, inquit, peccatum quod ignoratur. Quandoque enim lapsum occultum ignoramus; deinde in illum incidentes labimur, & in perditionis linum irruimus. Pro similibus beatus Dauid orauit dicens: *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.* Psal. 18, 13.

EVSEBII. Dæmonium verò meridianum nominat, acediam siue negligentiam. Ruinam autem patiuntur aliqui, quando mens ad voluptatem incuruatur, quando cor remittitur, & ad carnis amorem inducitur, quando ad pietatis opera languescit, & segnis fit ad labores pro virtute suscipiendos. Verùm etiam tum Deus seruabit: nam ex ruina & acedia liberat, hoc est â dæmonio meridiano. *Quid vocet dæmonium meridianum.*

Iob 2, 10.

HESYCHII. Qui illa omnia generosè sustinet, eadem cum Iobo dicit: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala cur non sustinebimus? Sicut Domino placuit ita factum est.* Qui igitur in tantis probis factis inuentus fuerit, neque diabolum in angelum lucis transformatum metuit, cùm sit dæmonium meridianum, & feruens lux annuntietur propter philosophiam & inanem fallaciam. Id ipsum totum est dæmonium meridianum. Non solus autem ipse, verùm etiam ministri eius, qui transformati sunt in ministros iustitiæ, dæmonia meridiana sunt. Ceterùm etsi quilibet Iob 1, 21. *Patientia Christi omnes superat aduersarios.* Col. 2, 8.

CATENA PATRVM.

horum simulet se meridianum esse, non manent tamen tales quales se esse simulant, lumine impiorum extincto; quando Christus aduenerit, *qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.*

1. Cor. 4, 5.

7. CADENT A LATERE TVO MILLE.] ATHANASII. Mille quidem à sinistris casuros dicit, decem millia verò à dextris, priusquam etiam malum aliquod appropinquet, aut ipsi affricetur, ita vt imperterritè ipsum intueatur. Cadunt igitur hi qui pereunt retributione Dei. Quemadmodum Iosaphato contigit secundùm promissionem, vt minimè pugnans, sed psallens & laudans Deum videret hostes per inuicem deletos. *Veni*, enim inquit, *super speculam deserti, & inspexi, & vidi multitudinem: & ecce omnes mortui iacentes super terram; & non erat saluus.*

Iosaphat psallendo hostes vicit.
2. Paral. 20, 24.

EVSEBII. Symmachus & Aquila *ex transuerso* posuerunt. Dicit autem, quòd siue à dextris tuis siue à sinistris multitudo infinita accesserit, tibi quidem nihil nocebit; videbis verò illos diuinâ plagâ percussos. Hoc etiam in Ezechia contigit: octodecim enim myriades & quinque millia Assyriorum confixa fuerunt absque bellicis instrumentis. Id ipsum etiam in alijs plurimis ita contigit.

Ezechia mirabilis victoria.

ANONYMI. Per latus sinistram partem significat: meritò autem huic quidem mille insidiari dicit, dextris verò decem millia. Siquidem dexteræ res nostræ atque virtutes etiam fortiores & admirabiliores sunt malignarum multitudine potestatum, quantumuis nos à recto tramite detorquere moliantur.

Quid per dextram & sinistram hic intelligatur.

DIDYMI. Latus quidem ait esse partem sinistram siue læuam. Etsi igitur, inquit, multi aliqui & numero superiores fuerint qui Deum colentibus insidientur, videbis tamen ipsos hinc inde cadentes, teipsum verò admirabiliter seruatum propter præsidem & defensorem. Quemadmodum enim sacra Scriptura dicit: *In manu occulta pugnat Dominus contra Amelech à generationibus in generationes.* Non enim desinet seruare illos qui diligunt ipsum.

Exod. 17, 16.

THEODORI. Qui in rebus agendis & in cognitione veritatis rectè se gerit, multos habet qui ex insidijs in ipsum irruant; sed his omnibus superior euadit Dei armaturam indutus.

Vir perfectus multis insidijs expositus, omnes Dei auxilio euadit.

προσποιεῖται τούτων ἕκαστος μεσημβρινὸς εἶναι, οὐ διαμένουσι τοιοῦτοι οἷοι εἶναι προσποιοῦνται, σβεσθησομένου τοῦ φωτὸς τῶν ἀσεβῶν· ὅταν ὁ Χριστὸς ἐλθὼν, φωτίσῃ τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν φανερώσῃ.

ζ΄. ΠΕΣΕΙΤΑΙ ΕΚ ΤΟΥ ΚΛΙΤΟΥ ΣΟΥ ΧΙΛΙΑΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Χιλιάδα μὲν ἐξ εὐωνύμων πεσεῖσθαί φησι, μυριάδα δὲ ἐκ δεξιῶν, πρὶν καὶ συνεγγίσαι, καὶ κακόν τι προσψαῦσαι, ὥστε ἀδεῶς αὐτὸ ἐπόψεσθαι. πίπτουσιν οὖν ἀπολλύμενοι ἀνταποδόσει τῇ παρὰ Θεοῦ. οἷον τῷ Ἰωσαφὰτ ὑπῆρξε κατ᾽ ἐπαγγελίαν, ὥστε μὴ διαπολεμήσαντι, ψάλλοντι δὲ καὶ αἰνοῦντι τὸν Θεὸν δι᾽ ἀλλήλων ἰδεῖν τοὺς πολεμίους ἀπολλυμένους. ἦλθον γάρ, φησιν, ἐπὶ τὴν σκοπιὰν τῆς ἐρημίας, καὶ ἐπέβλεψα, καὶ εἶδον τὸ πλῆθος· καὶ ἰδοὺ πάντες νεκροὶ πεπτωκότες ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Ἀκύλας ἐκ πλαγίου τεθείκασι. λέγει δὲ, ὅτι κἂν ἐκ δεξιῶν σου καὶ ἀριστερῶν πλῆθος ἄπειρον ἐπέλθῃ, σοὶ μὲν οὐδεμία προσγίνεται λώβη· ὄψει δὲ ἐκείνους θείᾳ καταβαλλομένους πληγῇ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ἐζεκίου γεγένηται· ὀκτωκαίδεκα γὰρ μυριάδες καὶ πέντε χιλιάδες κατεποντίσθησαν πολεμικῶν ὀργάνων χωρίς. οὕτω καὶ ἐπὶ ἄλλων πολλῶν αὐτὸ τοῦτο γεγένηται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Κλίτος τὸ ἀριστερὸν μέρος σημαίνει· εἰκότως δὲ τούτῳ μὲν τὰς χιλιάδας ἐπιβουλεύειν φησὶ, τοῖς γε μὴν δεξιοῖς τὰς μυριάδας. τὰ γὰρ ἐπιδέξια τῶν πραγμάτων ἡμῶν καὶ τῶν ἀρετῶν καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστότερα τῷ πλήθει τῶν πονηρῶν δυνάμεων, εἰ καὶ παραλύειν ἐπιχειροῦσι τῆς ὀρθῆς πορείας ἡμᾶς.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Κλίτος μέν φησι τὸ μέρος τὸ ἀριστερὸν ἤτοι τὸ πλάγιον. Οὐκοῦν κἂν εἰ πολλοί τινες εἶεν, φησι, καὶ ἀριθμῷ κρείττονες οἱ τοῖς σεβομένοις Θεὸν ἐπιβουλεύοντες· ἀλλ᾽ ὄψει πίπτοντας αὐτοὺς ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν, σ᾽ αὐτὸν δὲ παραδόξως σωζόμενον διὰ τὸν προεστηκότα καὶ προμαχόμενον. ὡς γάρ φησι τὸ γράμμα τὸ ἱερόν· ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ πολεμεῖ Κύριος ἐπὶ Ἀμαλὴκ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεάς. Οὐ γὰρ παύσεται σώζων τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ ἐν τοῖς πρακτικοῖς καὶ ἐν ταῖς τῆς γνώσεως τῆς ἀληθείας κατορθῶν, πολλοὺς τοὺς ἐφεδρεύοντας ἐπιβουλευτικῶς ἔχει· ἀλλὰ πάντων αὐτῶν περιγίνεται ἐνδυσάμενος τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ.

ἅμα

ἅμα γὰρ τῷ ἐθέλειν πλησιάσαι τῷ σπουδαίῳ πίπτει ἡ φάλαγξ τῶν ἐναντίων. Ἐν τῷ ἐγγίζειν γὰρ ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν τὰς σάρκας μου, οἱ θλίβοντές με, καὶ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοὶ ἠσθένησαν, καὶ ἔπεσον.

Ἡσυχίου. Αἱ μυριάδες ὡς ἂν κραταιοτέροις καὶ ἰσχυροτέροις τοῖς δεξιοῖς ἐπιβούλευον. Ἀλλὰ καὶ πλείους εἰσὶν οἱ διὰ τῶν δοκούντων ἐκ δεξιῶν πίπτοντες, ἤπερ οἱ προφανῶς ἁμαρτάνοντες. Δικαιώματα γάρ τινα προβαλλόμενοι περιπείρονται ἁμαρτίαις τῶν ἀνθρώπων οἱ πλείους.

Ἀνωνύμου. Βλαβήσῃ μὲν οὐδέν, φησίν, ἐκ τῶν ἐπιβουλευόντων, συμβήσεται δέ σοι πεσόντας ἰδεῖν τοὺς ἐχθρούς.

η. ΠΛΗΝ ΤΟΙΣ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΣΟΥ ΚΑΤΑΝΟΗΣΕΙΣ.] Εὐσεβίου. Εἰ καὶ πόρρωθεν, φησί, καὶ ἀφανῶς πολεμοῦσιν, ὡς ἀόρατοι, ἀλλ' ὅμως τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ κατ' αὐτῶν θεωρήσεις ἐγειρόμενα τρόπαια, καὶ τὴν εἰς αὐτοὺς παρὰ τῶν ἠγαπημένων γινομένην ἀνταπόδοσιν. Οἱ γὰρ πρότερον τεκταίνοντες εἴδωλα, νῦν καθαιροῦσιν εἴδωλα. οἱ πρότερον οἰκοδομοῦντες ναούς, νῦν ἐμπιπρῶσι ναούς. οἱ πρότερον τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν θεοποιοῦντες, νῦν αὐτὰ χερσὶν οἰκείαις καταβάλλουσι.

Διοδώρου. Πρόσωπον τὸ τοῦ ἐλπίζοντος παρεισάγει λέγων παρ' ἑαυτῷ πρὸς Θεόν, ὅτι αὐτὸν ἔθετο τὴν ἐλπίδα. καὶ πάλιν ἐπιφωνεῖ τῷ τοιούτῳ· ὅτι ἐπειδήπερ ἔθου τὸν ὕψιστον ὥσπερ οἶκον ἀσφαλείας, πρὸς οὐδενὸς κρατηθήσῃ κακοῦ, οὐδὲ οἶκος ὁ σὸς πληχθήσεται θεηλάτοις πληγαῖς. Δῆλον γάρ, ὡς εἴ τι πάθοι δίκαιος καὶ οἶκος δικαίου, ἀγώνισμα τοῦτο ἐξ ἀδίκων ἀνθισταμένων, καὶ οὐ κολάσεις παρὰ Θεοῦ.

Ἀνωνύμου. Ταύτης, φησί, τῆς προμηθείας ἀπολαύσεις τῇ εἰς Θεὸν ἐλπίδι χρησάμενος, καὶ τοῦτον καταφυγὴν ποιησάμενος. Ἐλλείπει γὰρ τῇ συνθήκῃ τοῦ λόγου· τὸ εἶπας, σύ, κύριε, ἡ ἐλπίς μου. Ἰδίωμα δὲ τοῦτο τῆς προφητικῆς συγγραφῆς, διαφερόντως δὲ τῶν ψαλμῶν. Ἀλλ' ὅμως ἡ ἀκολουθία δῆλον ποιεῖ τὸ ἀμφίβολον. Ἐπειδὴ γάρ, φησιν, ἐλπίζεις εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἐπικουρίαν αὐτὸν καλεῖς, τῆς παρ' αὐτοῦ κηδεμονίας τυγχάνεις. Νοήσεις καὶ οὕτως· κοινῶς συμπιπτόντων ἀδίκοις καὶ δικαίοις τῶν περιστατικῶν, ἃ καὶ κακὰ διὰ τὸ ἐπίπονον ὠνομάσθη, οὐκ ἄρα περὶ τῶν οὕτω κακῶν αἱ προκείμεναι διαγορεύουσι προρρήσεις. καὶ μάστιξ γὰρ σωματικὴ πολλάκις καθήψατο σκηνώματος, τουτέστι σώματος δικαίου.

Agmen enim aduersariorum illicò cadit simul atque ad probum accedere cupit. Nam *dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas, qui tribulant me, & inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.* — CATENA PATRVM. Psal. 26, 2.

HESYCHII. Decem millia dextris tamquam potentioribus ac fortioribus insidiata sunt. Verumtamen plures sunt qui cadant eò quòd à dextris esse videantur, quàm qui manifestè peccant. Plurimi enim homines dum iustitias aliquas præ se ferunt peccatis transfiguntur.

ANONYMI. Nihil quidem, inquit, damni referes ex insidiantibus, sed continget te videre hostes corruentes.

8. VERVMTAMEN OCVLIS TVIS CONSIDERABIS.] EVSEBII. Etsi, inquit, eminus & occultè pugnent, vtpote inuisibiles, attamen oculis tuis videbis trophæa contra ipsos erecta, & retributionem quæ à dilectis in ipsos facta est. Nam qui priùs idola fabricabant, modò idola euertunt. Qui priùs templa ædificabant, modò templa incendunt. Qui priùs opera manuum suarum deificabant, modò illa ipsa manibus proprijs deijciunt.

DIODORI. Personam sperantis introducit apud semetipsum ad Deum dicens, quòd eum spem suam posuerit. Et iterùm isti subiungit; Quoniam posuisti Altissimum quasi domum securitatis, à nullo malo superaberis, neque domus tua percutietur plagis diuinitus illatis. Manifestum est enim, quòd si iustus ac domus iusti quidpiam perpessa fuerit, istud certamen esse ex iniquis ipsi repugnantibus, & non esse punitiones à Deo. — Securitas sperantium in Deo.

ANONYMI. Hoc, inquit, præsidio frueris spe in Deum fretus, atque hunc refugium faciens. Nam orationis structuræ aliquid deest; nimirum hoc, *Tu dixisti, Domine spes mea.* Est autem hic loquendi modus vsitatus propheticis Scripturis, præsertim Psalmis. Sequela tamen clarum facit id quod ambiguum erat. Cùm enim, inquit, in Deum speres, eumque in subsidium aduoces, opem eius consequêris. Intelliges etiam hoc modo. q. d. Cùm pariter iniquis ac iustis aduersa eueniant, quæ propter difficultatem mala nominantur, nequaquam sanè de istiusmodi malis hîc agitur. Flagellum enim corporale frequenter tabernaculum, id est corpus iusti, attigit. — Spes Dei firmum præsidium.

CATENA PATRVM.

His Psalmus non de Christo, sed de quouis iusto dictus.

9. QVONIAM TV DOMINE SPES MEA.] APOLINARII. Ceterùm hîc necessariò notandum, quosdam perperàm ac falsò præsentes versiculos intelligere; nam referunt illos ad personam Christi, cui versiculos hos attribuunt, & dicunt; *Quoniam tu Domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum.* Aiunt itaque ipsum refugium habere Altissimum: clarum autem quòd Patrem qui in cælis est. Istiusmodi autem sententiæ occasio ipsis fuit satanas, qui hoc modo versiculos illos intellexit, vti ex Euangelijs percipimus. Quando enim tentabat illum, *statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si Filius Dei es, mitte te deorsum. scriptum est enim; Quia Angelis suis mandabit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Satanas enim cùm calumniator & impostor sit, ea quæ de nobis dicta sunt etiam accommodat personæ nostri omnium Saluatoris Christi. Verùm nos nequaquam hæc ita intelligimus prout solet satanas. Quòd si hoc modo Arriani intellexerint, nil mirum est; suum enim patrem imitantur. Nam, iuxta vocem Saluatoris, satanas est mendax, & veritas in eo non est. Si enim hoc secundùm ipsos verum est, quòd nos quidem ipsum spem nostram faciamus, ipse verò refugium habeat Patrem; itaque confugimus ad eum qui adiuuatur, & Saluatorem appellamus eum qui ab alio seruatur. Non ita se hæc habent, non ita. Dicimus igitur illis qui hoc modo sentire solent: Vos autem loquimini & annuntiatis nobis alium errorem, extra regiam & rectam semitam ambulatis; viâ regiâ relictâ, in spinas & scrobes impegistis, à veritate excidistis. Per omnia æqualis ac similis est Patri Filius, & figura substantiæ eius: Altissimus est æquè ac Pater.

Matth. 4, 5. — *Ioan. 8,44.*

10. NON ACCEDENT AD TE MALA.] ATHANASII. Natura enim malitiæ deforis aduenit, cùm virtus domesticam habeat occasionem. Deus enim fecerat hominem rectum, qui dum prauas quæreret rationes, extrinsecus malitiam attraxit.

Malitia nobis extrinsecus aduenit.

ANONYMI. Tabernaculum in diuina Scriptura non semper corpus significat, sed vel ciuitatem, vel regionem, vel domum. Confirmabit autem hoc beatus Dauid di-

Tabernaculum quid significet in Scripturis.

θ'. ΟΤΙ ΣΥ ΚΥΡΙΕ Η ΕΛΠΙΣ ΜΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ἐπισημήνασθαι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι τοὺς προκειμένους στίχους ἑτέρως νοοῦσί τινες κακῶς καὶ κεκιβδηλευμένως· ἀναφέρουσι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον, συνάπτοντες τοὺς στίχους, καὶ λέγοντες· ὅτι σὺ κύριε ἡ ἐλπίς μου, τὸν ὕψιστον ἔθου καταφυγήν σου. Φασὶ γοῦν αὐτὸν καταφυγὴν ἔχειν τὸν ὕψιστον· δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα. γέγονε δὲ πρόφασις αὐτοῖς τῆς τοιαύτης ἐννοίας ὁ σατανᾶς, αὐτὸς γὰρ οὕτω νενόηκε τοὺς στίχους, καὶ τοῦτο εἰσόμεθα ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων. ὅτε γὰρ ἐπείραζεν αὐτόν, ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον ἱεροῦ, καὶ δὲ καὶ ἔφασκεν· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. γέγραπται γάρ· ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Συκοφάντης γὰρ ὑπάρχων καὶ πλάνης ὁ σατανᾶς, τὰ περὶ ἡμῶν εἰρημένα καὶ τῷ αὐτῷ προσάπτει τῷ προσώπῳ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. Ἀλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως νοοῦμεν ὡς νοεῖν ἔθος τῷ σατανᾷ. εἰ δὲ οὕτως νενοήκασιν Ἀρρειανοί, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀκολουθοῦσι γὰρ τῷ ἰδίῳ πατρί. ψεύστης γάρ ἐστιν ὁ σατανᾶς, καὶ ἀλήθεια ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν. Εἰ γάρ ἐστι κατ' αὐτοὺς ἀληθὲς τὸ τοιοῦτο, ὅτι ἐλπίδα μὲν ἡμεῖς αὐτὸν πεποιήμεθα, αὐτὸς δὲ καταφυγὴν ἔχει τὸν πατέρα· οὐκοῦν βοηθουμένῳ προσανατρέχομεν, καὶ σωτῆρα καλοῦμεν τὸν παρ' ἑτέρου σωζόμενον. Οὐκ ἔστι ταῦτα, μὴ γένοιτο. Λέγομεν τοίνυν τοῖς οὕτω φρονεῖν εἰωθόσιν· ἀλλ' ὑμεῖς λαλεῖτε καὶ ἀναγγέλλετε ἡμῖν ἑτέραν πλάνησιν, ἔξω τῆς βασιλικῆς καὶ εὐθείας ἔρχεσθε τρίβου· τὴν βασιλικὴν ἀφέντες ὁδόν, εἰς ἀκάνθας ἐμπίπτετε καὶ βόθρους, τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκατε. ἴσος καὶ ὅμοιος κατὰ πάντα ἐστὶ τῷ πατρὶ ὁ υἱός. καὶ χαρακτήρ ἐστι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης αὐτοῦ· ὕψιστός ἐστι καθὰ καὶ Πατήρ.

ι'. ΟΥ ΠΡΟΣΕΛΕΥΣΕΤΑΙ ΠΡΟΣ ΣΕ ΚΑΚΑ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ γὰρ τῆς κακίας φύσις ἔξωθεν ἐπέρχεται, τῆς ἀρετῆς οἴκοθεν τὴν πρόφασιν ἐχούσης. Εὐθῆ γὰρ ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον πεποίηκεν, ὃς ζητήσας λογισμοὺς πονηρούς, ἔξωθεν ἐπεσπάσατο τὴν κακίαν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ σκήνωμα παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ οὐ πάντως τὸ σῶμα δηλοῖ, ἀλλ' ἢ πόλιν, ἢ χώραν, ἢ οἶκον. Πιστώσεται δὲ τοῦτο λέγων ὁ μακάριος Δαβίδ·

Ei

Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου· εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου· εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κροτάφοις μου, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. Αἱ δὲ περιστάσεις τοῖς μὲν ἁμαρτωλοῖς μάστιγες, τοῖς δὲ δικαίοις ἀγῶνές εἰσι. Κἂν ποτ' οὖν τῷ ἐπιπόνῳ τι καὶ κακωτικὸν προσπέλθῃ τῷ εὐσεβεῖ, οὐχ ὡς μάστιξ, ἀλλ' ὡς δοκίμιον παραγίνεται· ὥσπερ τῷ Ἰὼβ, ἐπὶ τῷ δίκαιον ἀναφανῆναι, ἐπελήλυθεν.

ιά. ΟΤΙ ΤΟΙΣ ΑΓΓΕΛΟΙΣ ΑΥΤΟΥ ΕΝΤΕΛΕΙΤΑΙ ΠΕΡΙ ΣΟΥ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Ταύτας τὰς λέξεις ὡς περὶ τὸν σωτῆρα εἰρημένας ἐξείληφεν ὁ διάβολος, ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ φαίνεται. Ἔστι δὲ ὁ ψαλμὸς ἐκ προσώπου παντὸς δικαίου λεγόμενος, βοηθουμένου καὶ σκεπαζομένου ὑπὸ τοῦ ὑψίστου, ὄντος Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ. Εἰ δὲ καὶ περὶ Χριστοῦ λέγεται, φανερὸν, ὅτι οὐχ ᾗ Θεὸς, ἀλλ' ᾗ ἄνθρωπός ἐστι. Πάντα δὲ περὶ αὐτοῦ ἢ πρὸς αὐτὸν προσηγορευμένα, ἁρμόσει καὶ πρὸς πάντα ἅγιον τὸν μιμητὴν αὐτοῦ καὶ ἑπόμενον αὐτῷ.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ἐντολὴν δίδωσιν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ὅπως φρουρῶσι καὶ σκέπωσι τὸν δίκαιον, πνεύμασι λειτουργικοῖς οὖσιν, εἰς διακονίαν ἀποστελλομένοις διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Ἀμέλει παρεμβαλοῦσιν οἱ ἄγγελοι κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, ἐπὶ τῷ ῥύσασθαι αὐτοὺς ἐξ ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ἀοράτων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐντολὴν δὲ λαβόντες οἱ ἄγγελοι ὑπὸ τοῦ κυρίου διαφυλάξονται τὸν σπουδαῖον ἐκ πασῶν πράξεων καὶ ἐνεργειῶν τοῦ ἀντικειμένου, καὶ τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ ἀροῦσι, μετεωρίζοντες αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν. Αὗται δέ εἰσιν αἱ ἀγγελικαὶ ἐνέργειαι, ἐπὶ τῷ τὸν πόδα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ προσκόψαι λίθῳ. Τυγχάνει γὰρ ὑπὸ ἀγγέλων βασταζόμενος εὐλογίας, τῆς λεγούσης· ὁ δὲ πούς σου οὐ μὴ προσκόψει.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα πατέρες ὅταν ἴδωσιν ὁδὸν τραχεῖαν καὶ δύσβατον, ἁρπάζουσιν εἰς χεῖρας τὰ βρέφη, μὴ ἄρα πως ἀλλαχόθι τρυφερὸν ἔχοντα πόδα, καὶ ὑπὸ διὰ σκληρᾶς ὁδοῦ βῆναι δυνάμενα· οὕτω καὶ αἱ λογικαὶ δυνάμεις τοὺς οὔπω πονεῖν ἰσχύοντας, νηπιώδη δὲ πως τὴν διάνοιαν ἔχοντας, οὐκ ἐῶσι πονεῖν ὑπὲρ δύναμιν, ἀλλὰ παντὸς ἐξέλκουσι πειρασμοῦ, μὴ ἄρα πως ὀλιγωρήσαντες

cens: *Si introiero in tabernaculum domus meæ: si aſcendero ſuper ſtratum lecti mei: ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Aduerſitates autem peccatoribus quidem flagella, iuſtis verò certamina exiſtunt. Quando igitur aliqua difficultas aut afflictio viro pio acciderit, non vt flagellum, ſed vt probatio immittitur: ſicut ad Iobum acceſſit, vt eum iuſtum oſtenderet.

CATENA PATRVM. Pſal. 131, 3.

11. QVONIAM ANGELIS SVIS MANDABIT DE TE.] APOLINARII. Has dictiones tamquam ad Saluatorem dictas accepit diabolus, vti in Euangelio apparet. Eſt autem hic Pſalmus dictus ex perſona omnis iuſti, qui adiuuatur atque protegitur ab Altiſſimo, qui eſt Deus cæli. Quòd ſi verò etiam de Chriſto dicatur, manifeſtum vtique, quòd non in quantum Deus, ſed in quantum homo eſt. Omnia autem quæ de ipſo vel ad ipſum hîc dicta ſunt, conuenient etiam omni ſancto eius imitatori & ſequaci.

Has de viro iuſti dicta, Chriſto vt homini non vt Deo congruunt.

THEODORI. Mandatum dat Deus Angelis ſuis, vt cuſtodiant & protegant iuſtum, cùm ſint *adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hereditatem capient ſalutis.* Nempe immittunt Angeli in circuitu timentium eum, vt liberent illos ab inimicis & hoſtibus inuiſibilibus.

Angeli cuſtodes viri iuſti. Heb. 1, 14. Pſal. 33, 8.

ANONYMI. Angeli autem mandatum à Domino accipientes cuſtodient virum probum ab omnibus actionibus & operationibus inimici, & vias eius ſuſtollent, proprijs manibus ipſum eleuantes. Hæ autem ſunt Angelicæ operationes, ne pes animæ illius ad lapidem offendat. Ab Angelis enim geſtatus hanc conſequitur benedictionem, quæ dicit; *Pes autem tuus non impinget.*

Prou. 3, 23.

DIODORI. Quemadmodum enim carnales patres cùm viderint viam aliquam aſperam atque difficilem, puerum in manus accipiunt, ne fortè alibi tenellus pes eius offendatur, cum necdum per viam aſperam incedere valeat: ſic etiam virtutes rationales illos qui necdum laborare valent, ſed adhuc mentem habent infantilem, minimè ſinunt ſupra vires laborare, ſed omni eximunt tentatione, ne fortè alibi pigritantes

Quanta ſit cura tutelarium Angelorum.

ſatanæ

CATENA PATRVM.

satanæ pedibus subijciantur, & abijciant voluntatem seruiendi Deo.

13. SVPER ASPIDEM ET BASILISCVM AMBVLABIS.] ATHANASII. Etiamnum Christus ipsum conculcauit, & ampliùs adhuc

Lucæ 10, 19.

modò conculcat, præbens discipulis suis *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

Diabolus est leo & draco.

DIODORI. Leo siquidem & draco & basiliscus intelligi potest ipse diabolus, & qui cum ipso simul apostatarunt angeli maligni,

Iud. 6.

qui *non seruauerunt suum principatum*, quibus caligo tenebrarum in æternum reseruatur. Aspis enim & basiliscus, & leo & draco etiam intelligi possint illi qui eius voluntatibus subseruire solent, atque ipsius peruersitatis imitatores sunt, vtpote acerbi ac feroces & omnino noxij, à feris agrestibus nil differentes, sed venenatorum animalium acerbitatem æmulantes. Et, si volueris, per serpentes ac basiliscos intellige impiarum hæresum inuentores.

Quatuor differentia aduersariarum potestatum.

Ephes. 6, 12.

EVSEBII. Quatuor virtutum aduersariarum species designat per proposita quatuor nomina venenatorum & efferatorum animantium. Quin & Paulus superatâ colluctatione aduersus carnem & sanguinem, aduersus quatuor inuisibilium aduersariorum differentias, scilicet aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ certamen habet. Qui igitur modò etiam de fortitudine laudatur, super aspidem & basiliscum incedit,

Lucæ 10, 19.

cùm à Iesu acceperit *potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

ANONYMI. Malignas virtutes per prædicta insinuat, in quibus malitiæ virus non secùs atque serpentibus inest. Vnde etiam Do-

Ibid.

minus dixit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super*

Quomodo vitia proculcanda.

omnem virtutem inimici. Qui itaque furorem calcat, is leonem proculcat: furibundum enim animal est. Similiter qui voluptates calcat aliámve malitiam, is aspidem & basiliscum atque draconem proculcat. Siquidem carnis voluptates & omnis vitæ malitia necessariò serpentibus supra terram reptantibus assimilantur. Fortassis verò etiam basiliscum propriè calcat qui inuidiam proculcat, vtpote in malitia regnantem. Adde, quòd animal

ὑπὸ πόδας γένωνται τοῦ σατανᾶ, καὶ ἀπαγορεύσωσι τὸ βούλεσθαι δουλεύειν Θεῷ.

ιγʹ. ΕΠΙ ΑΣΠΙΔΑ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΝ ΕΠΙΒΗΣΗ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ νῦν αὐτὸν καταπεπάτηκεν ὁ Χριστὸς, καὶ εἰς ἔτι καὶ νῦν καταπατεῖ, διδοὺς τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Λέων μὲν οὖν καὶ δράκων καὶ βασιλίσκος νοηθείη ἂν αὐτός τε ὁ σατανᾶς, καὶ οἱ συναποστάντες αὐτῷ ἄγγελοι πονηροὶ, οἱ τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν μὴ τηρήσαντες, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς τὸν αἰῶνα τετήρηται. Ἀσπὶς γὰρ καὶ βασιλίσκος νοηθείη ἂν λέων τε καὶ δράκων καὶ οἱ τοῖς ἐκείνου θελήμασιν ὑπηρετεῖν εἰωθότες, καὶ τῆς ἐκείνου αὐτοῦ δυσεργίας μιμηταὶ, οἱ πικροὶ καὶ δεινοὶ καὶ παγχάλεποι, οἱ τῶν ἀγρίων θηρίων οὐδὲν διαφέροντες, ἀπομιμούμενοι δὲ καὶ τὴν τῶν ἰοβόλων πικρίαν. καὶ, εἰ βούλει, δέχου ὄφεις τε καὶ βασιλίσκους τοὺς τῶν ἀνοσίων αἱρέσεων εὑρετάς.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τέσσαρα εἴδη ἀντικειμένων δυνάμεων σημαίνει διὰ τῶν ἐγκειμένων τεσσάρων ὀνομάτων τυγχανόντων ἰοβόλων καὶ ἐκτεθηριωμένων ζώων. Καὶ Παῦλος δὲ ὑπερβὰς τὴν πρὸς αἷμα καὶ σάρκα πάλην, πρὸς τέσσαρας διαφορὰς ἀντιπάλων ἀοράτων, πρὸς ἀρχὰς, πρὸς ἐξουσίας, πρὸς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, πρὸς πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἔχει τὸν ἀγῶνα. Καὶ ὁ νῦν οὖν ἐπὶ ἀριστείαις ἐγκωμιαζόμενος, ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβαίνει, λαβὼν ἐξουσίαν ὑπὸ Ἰησοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰς πονηρὰς δυνάμεις διὰ τῶν εἰρημένων αἰνίττεται, ἐν αἷς τῆς κακίας ὁ ἰὸς καθάπερ τοῖς ἑρπετοῖς ἀπόκειται. ὅθεν καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ὁ τοίνυν πατῶν τὸν θυμὸν, λέοντα πατεῖ· θυμικὸν γὰρ ζῷον. ὡσαύτως ὁ τὰς ἡδονὰς πατῶν καὶ τὴν ἄλλην κακίαν, ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον καταπατεῖ καὶ δράκοντα. αἱ γὰρ ἡδοναὶ τῆς σαρκὸς καὶ πᾶσα ἡ κατὰ τὸν βίον πονηρία ἀναγκαίως τοῖς ἑρπετοῖς τοῖς συρομένοις εἰς τὴν γῆν παρεικάζεται. τάχα δὲ καὶ βασιλίσκον κυρίως πατεῖ ὁ τὸν φθόνον πατῶν, ὡς ἐν κακίᾳ βασιλεύοντα. ὁμοῦ δὲ, καὶ τὸ ζῷον ὁ βασι-

ὁ βασιλίσκος ἐν ὀφθαλμῷ τὸν ἰὸν ἔχει, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ βάσκανοι λέγονται.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Δύναται ἐν παραλλήλῳ λέων καὶ δράκων εἶναι. ὁ ἀντίδικος γὰρ ἡμῶν ὁ διάβολος ὡς λέων περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. αὐτὸς οὖν καὶ ὄφις καὶ δράκων ὁ ἀρχαῖος σατανᾶς, κατὰ τὴν Ἀποκάλυψιν.

ιδ. ΟΤΙ ΕΠ' ΕΜΕ ΗΛΠΙΣΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰσφέρει τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον μισθὸν τῆς πίστεως τὴν σωτηρίαν ἐπαγγελλόμενον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τίς ἄρα ἐστὶν ὁ γινώσκων τὸ ὄνομα αὐτοῦ; ὁ αὐτῷ καὶ μόνῳ λατρεύων, καὶ μόνῳ προσκυνῶν αὐτῷ, καὶ ἐπ' αὐτοῦ Θεὸν ἕτερον οὐκ εἰδώς· ὁ ἐν καθαροῦ συνειδότος λατρεύων αὐτῷ, καὶ εἰς ἅπαν ἀπηλλαγμένος τῶν τῆς εἰδωλολατρείας αἰτιαμάτων, ὁ ὑποτιθεὶς εὐπειθῆ αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, ὁ τοῖς αὐτοῦ δουλεύων θελήμασιν, οὗτος οἶδεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ὄνομα δὲ ὅταν ἀκούσῃς, τὴν δόξαν νόει· γέγραπται γὰρ ὅτι, κρεῖττον ὄνομα καλὸν ἢ πλοῦτος πολύς.

ιε. ΚΕΚΡΑΞΕΤΑΙ ΠΡΟΣ ΜΕ, ΚΑΙ ΕΠΑΚΟΥΣΟΜΑΙ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κεκραγὼς δὲ τῇ τῆς ψυχῆς μεγαλοφωνίᾳ πρὸς ἐμέ, ἐπακούοντά με καὶ ἐπινεύοντα αὐτῷ εὑρήσει· ἀεὶ γὰρ αὐτῷ πάρειμι, κἂν ἐν περιστάσει τυγχάνῃ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Τί τούτου μακαριώτερον, Θεὸν ἔχειν εἰς βοήθειαν ἕτοιμον παρεσκευασμένον τοῖς ἐχθροῖς ἀντιτάττεσθαι; μάλιστα γὰρ τότε συνεῖναι αὐτοῦ χρεία, ὅταν ἡ θλίψις καὶ περιστατικὰ περὶ ἡμᾶς. Οὐ μόνον δὲ αὐτὸν ἐλευθερώσω τῶν λυπηρῶν, φησίν, ἀλλὰ καὶ περίβλεπτον ἀπεργάσομαι. Οὐκοῦν ἡ θλίψις οὐκέτι θλίψις, ἀλλὰ χαρὰ καὶ δόξα διὰ τὸν συνόντα καὶ κοινωνοῦντα γίνεται τοῖς θλιβομένοις.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἴη δὲ τοῦτο τὸ σωτήριον αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ καὶ εἰς τὸν νέον αἰῶνα ἡμᾶς εἰσαγαγών, καὶ συμβασιλεύσειν αὐτῷ παρασκευάζων. Ὅπερ, καὶ ὁ μακάριος Συμεὼν ἰδών, ηὐχαρίστει λέγων· Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου δέσποτα ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου· ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. Οὐ δὴ νομιστέον διὰ τοῦτο περὶ τοῦ Χριστοῦ ὅλον εἰρῆσθαι τὸν ψαλμόν, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ βούλονται, ἀλλὰ περὶ ἀνδρὸς δικαίου, καὶ Θεῷ πεποιθότος· ᾧ πρόκειται τέλος τῆς ἐλπίδος τὸ ἄριστον, ἰδεῖν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ ὁ διάβολος ἐν τοῖς πρὸς τὸν

basiliscus in oculo venenum gerit sicut etiam inuidi habere perhibentur.

ALTERIVS. Potest etiam vicissim leo & draco esse. *Siquidem aduersarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.* Cùm idem satanas sit etiam serpens & draco antiquus iuxta Apocalypsim. 1.Pet 5,8. Apoc. 12, 9.

14. QVONIAM IN ME SPERAVIT.] ATHANASII. Introducit personam Dei mercedem fidei salutem promittentem.

EVSEBII. Quis ergo est qui nouit nomen eius? Is vtique qui ipsi ac soli seruit, ipsúmque solum adorat, & præter ipsum Deum alium non agnoscit: is qui ex pura conscientia ipsum colit, & ab omnibus omnino idololatriæ culpis liber est, qui ipsi morigeram mentis ceruicem submisit, qui voluntatibus eius seruit, hic nouit nomen eius. Quando autem nomen audiueris, gloriam intellige: siquidem scriptum est, *Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ.* Prou. 22, 1.

Nomen Dei agnoscit, qui illi soli seruit.

15. CLAMABIT AD ME, ET EGO EXAVDIAM.] ATHANASII. Cùm autem magnâ animi voce ad me clamauerit, reperiet me sibi attendentem & annuentem: semper enim ipsi adsum, etiamsi fuerit in tribulatione.

Qui Deum inuocat habet illum adiutorem.

DIODORI. Quid hoc beatius, quàm Deum habere promptum adiutorem ad resistendum hostibus paratum? maximè enim tunc eius adiutorio est opus, quando nobis incumbunt tribulationes & aduersitates. Non solùm enim, inquit, ipsum à molestijs liberabo, verùm etiam illustrem efficiam. Itaque tribulatio non ampliùs tribulatio, sed gaudium & gloria existit, propter eum qui adest & opitulatur tribulatis.

ANONYMI. Porrò salutare fuerit ipsemet Dominus noster Iesus Christus, qui etiam in nouum sæculum nos introducit, & secum conregnare facit. Quod etiam, vbi beatus Symeon vidit, benedixit dicens: *Nunc dimittis seruum tuum Domine in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod parasti ante faciem omnium populorum.* Non vtique putandum idcircò totum hunc Psalmum de Christo dictum esse, vt Arriani volunt, sed de viro iusto, & Deo confidente; cui optimus spei finis propositus est, vt videat Iesum Christum salutare Dei. Si verò diabolus in suis ad Luc. 1, 31.

Domi-

ANNOTATIONES CORDERII.

Dominum verbis dixerit, ipsi promissionem istam factam esse; *Quoniam Angelis suis mandabit de te*, id ipsum etiam ille tamquam viro iusto dixit, eò quòd ipsum insigniter & excellenter iustum esse cerneret: non autem quid amplius aut homine superius in Christo cognoscere poterat.

κύριον λόγοις εἴρηκεν, αὐτῷ τὴν ἐπαγγελίαν κεῖσθαι· τὸ ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· ὡς ἀνδρὶ χαριέντως δικαίῳ διείλεκται, τὸ καθαρῶς καὶ ἐξόχως δίκαιον ἑωρακὼς ἐν αὐτῷ· μήπω δὲ τὸ πλέον ἀνθρώπου καὶ ἀνώτερον ἐν Χριστῷ συνιέναι δυνάμενος.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus titulo caret apud Hebræos, & in nonnullis etiam Græcis exemplaribus abest: credibile est illum posteà esse additum, vt intelligeremus eum non à Moyse, vt aliqui volunt, sed à Dauide esse compositum. Argumentum autem Psalmi est cohortatio ad fiduciam in Dei auxilio firmissimè collocandam.

1. *Qui habitat in adiutorio Altissimi.*] S. Hieronymus vertit, *In abscondito excelsi*: alij ex Hebræo reddunt: *Qui sedet in latibulo, vel occulto, vel penetrali*. De nomine *Altissimi*, seu *Excelsi*, Græcè ὑψίστου, Hebraicè עליון *Hhelion*, notandum, apud Hebræos vnum esse de decem nominibus Dei, teste Hieronymo in Epist. 136. Quanam autem ratione hoc nomen Altissimi & Excelsi Deo competat, vide superiùs ad Psalmi noni versum tertium fusè expositum.

2. *Susceptor meus es.*] Quomodo Deus dicatur susceptor, exposuimus ad Psalmi tertij versum quartum. Quomodo autem Deus *refugium* dicatur, vide in Annotationibus nostris ad Psal. 17. ver. 3.

3. *Liberabit te.*] Ita S. Hieronymus in Isaiæ cap. 23. & est in aliquot Græcis Codicibus ῥύσεταί σε: quomodo etiam est in editione Sixtina: sed plerique, & Metaphrasis Apolinarij, & Eusebius, & Psalterium Arabicum & Æthiopicum habent με, itemque Latini: ac S. Augustinus quidem & Vetus Psalterium, *Eruet me*; Romanum autem & Vulgata, *liberauit me*.

IBIDEM. *Et à verbo aspero.*] S. Hieronymus omissâ coniunctione, quæ in Hebræo deest, vertit, *De morte insidiarum*: alij, *A peste prauitatum*: Symmachus, λόγον ἐπηρείας, dixit λόγον ἐπηρείας, *Verbum & sermonem violenti insultus, contumeliæ, iniuriæ*: Aquila λόγον ἐπιβουλῆς, *sermonem insidiosum*.

Alæ & scapulæ sunt symbolum protectionis & securitatis.

4. *Inter scapulas suas.*] Ita S. Augustinus & Vetus Psalterium: Græcè, Ἐν τοῖς μεταφρένοις: Romanum & Vulgata, *scapulis suis*. Sunt autem τὰ μετάφρενα (vt ait Græcus Anonymus) τόπος ἐν ᾧ πτέρυγες κρατοῦνται τὸ μεταξὺ τῶν ὤμων, *locus in quo pennæ tenentur inter humeros*. Verùm hoc nomen latiùs passim sumitur, quàm vt de solis auibus intelligatur: nam & de hominis & cuiusuis animalis parte illa dorsi, quæ occipiti aut ceruicibus contigua est, accipitur. Et sic in vtroque Hemistichio metaphora est diuersa: vna nempe ab auibus: sub quarum alis pulli securi agunt, nec sibi metuunt ab accipitribus: altera ab hominibus latas scapulas & humeros habentibus; quibus aliquis operiri ac tegi possit. Ponitur autem pro securitate: hinc Chaldæus ait, *Vmbra diuinitatis eius obumbrabit tibi; & sub vmbra gloriæ eius securus consistes.*

Verbum Dei est scutum spirituale.

5. *Scuto circumdabit te veritas eius.*] Veritas Dei est Dei verbum, quod omnem eius veritatem ad salutem necessariam continet: habet autem rationem scuti, quando per illud contra omnes tentationes munimur, ne nos lædant. Sicut enim scutum omnibus corporis partibus tuendis, omnibus hostium telis euitandis accommodatur; ita etiam verbum Dei omnes virtutes seruat, omnia vitia repellit. Vnde Burgensis ad hunc locum: *Cum*, inquit, *aduersarius tentando circumiret per diuersa vitia, Christus circumdedit se scuto veritatis: quamlibet enim tentationem contra eum commissam euacuauit per auctoritatem sacræ Scripturæ, quæ est veritas diuina.* Pulchrè S. Bernardus Serm. 5. in hunc Psalmum hoc scutum, quo Deus nos protegit, ita describit: *Non incongruè sanè scuto comparatur gratia diuinæ protectionis: quod in superiori parte amplum & latum est, vt caput humerosque custodiat, in inferiori verò strictum, vt minùs oneret; maximè quòd graciles sint tibiæ, nec tam faciles vulnerentur; sed nec adeò periculum sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino sic in militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est carnem, magnam, vt ita dixerim, strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat; nec vult eos illarum multitudine prægrauari, sed victum & vestitum habentes, quemadmodum ait Apostolus, his contenti simus: in superioribus verò ampliorem latitudinem & abundantiam gratiæ spiritualis.* Vnde patet scutum, quo Deus nos protegit, superiori quidem parte latum esse, quia spiritualibus delicijs affatim pios homines ditat: inferiori verò angustum, quia carnem ieiunijs & pœnitentijs affligi præcipit; & temporaria bona parcè concedit. Nec minùs Deus homines pios reddit per inopiam temporalium quàm per abundantiam spiritualium donorum.

Scutum spirituale superiùs est latum, inferiùs strictum.

Nocturni timores quid significent.

IBIDEM. *Non timebis à timore nocturno.*] Hoc nomine significantur occultæ inimicorum insidiæ in peccatum & errorem pertrahentes; ideoque maximè sunt timendæ: nam vehementiùs lædunt, & incautos occidunt; eò quòd in nocte & in tenebris nobis ignorantibus fiunt. Huiusmodi autem sunt tentationes ex illusione dæmonum. Totum namque hoc negotium occultæ tentationis in tenebris agitur, quia in caligine & ignorantia mentis obtruditur; à quo tamen homo scuto veritatis, quæ lux est omnes tenebras discutiens, misericorditer liberatur. Porrò de multiplici via, quâ aduersarij nos tentant, & de victoria tentationum, vide fusè & pulchrè nostrum Aluarum de Paz tom. 2. lib. 1. parte 3.

6. *A*

Diabolus in tenebris nos circumuenit.

6. *A negotio perambulante in tenebris.*] S. Hieronymus vertit, *A peste in tenebris ambulante.* Ita vocat arcanos diaboli dolos, implexam abditamque malitiam, obscura consilia, machinationes tenebrosas; ad quarum cognitionem vix vllius hominis mens penetrare possit, nisi diuina lux & magnus splendor affulgeat. Dici vix potest, quàm structo & callido artificio tegat omnia sua & inobscuret, quantam nubem obtendat hominum mentibus, vt nec opinantibus insinuare se possit, & veteratoriâ malitiâ suâ perdere. Germanos mihi imitari videtur antiquos, de quibus sic in Historia Tacitus, *Atras in prælia noctes legunt.* Tum videlicet furiarum instar in hostes ferebantur, ipsis etiam tenebris formidabiles, & periculum vbique circumferentes. Ita facit dæmon, noctem obijcit tenebrasque in omnem partem metuendas, dum cæcat mentem, & tamquam fumo nigro obnubit. Quare S. Paulus vocat *Rectores tenebrarum harum*, vel, vt est in Græco, κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, reges, imperatores, summos veluti dominos caliginis huius sæculi. Tertullianus vertit *munditenentes*; Biblia Regia, *mundipotentes*: vt in hoc veluti imperio terræ caliginis & tenebrarum, in quo tanta est cælestium rerum atque Dei ignoratio, principes summi & absoluti esse videantur.

Plures prosperitas deycit quàm aduersitas.

7. *Cadent à latere tuo mille,* &c.] Per latus siue sinistram S. Bernardus Serm. 3. in Ramis palmarum res aduersas exponit, per dexteram verò prosperas: *Licet,* inquit, *multos frangat aduersitas; tamen multò plures extollit prosperitas.* Hinc à sinistro mille, à dextris verò decem millia ruere dicuntur. Possunt quoque vitia carnalia, quæ pauciora sunt, numero millenario; vitia verò spiritualia, quæ plura sunt, numero decem millenario designari: sed tam hæc quàm ista victa cadunt, cùm Domini scuto circumdati abnegatione pugnamus.

8. *Retributionem peccatorum videbis.*] S. Hieronymus vertit, *Et vltionem impiorum cernes.* Sicut enim improbi ex proborum præmijs dolorem percipient incredibilem, se ijs suâ culpâ priuatos conspicientes; ita è contra iusti immenso gaudio afficientur, cùm impios pœnis æternis cruciandos tradi conspexerint, se Dei misericordiâ tantis ærumnis exemptos agnoscentes. Vide S. Bernardum hac de re disserentem Serm. 8. in hunc Psalmum.

Spes in solo Deo collocanda.

9. *Quoniam tu Domine spes mea.*] Vbi ex toto corde cum Dauide hoc dices Deo, ibi Deus respondebit tibi: *Altissimum posuisti refugium tuum.* Errant quidem & toto cælo, qui in mortalibus sperant, & confunduntur sperantes in creaturis: non enim in hominibus neque in Angelis spes deijci debet, sed in altissimo loco est eleuanda, nec in alio nisi in solo Deo collocanda, Bernardo sic monente Serm. 15. in hunc Psalmum: *Hoc nempe non est modò alijs, sed ipsis quoque altioribus altius captare refugium, vt ex sententia profitenti,* Quoniam tu es Domine spes mea, *meritò respondeatur;* Altissimum posuisti refugium tuum. *Non enim dedignatur esse spes miserorum miserator & misericors Dominus; non seipsum liberatorem simul & protectorem in se sperantibus exhibere recusat.* Quoniam in me sperauit, *inquit,* liberabo eum; protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Huius præcelsæ in altissimo collocatæ spei atque refugij symbolum, vel potiùs emblema, præ se fert ardea auis, sic dicta, quasi ardua; quoniam volando alta petit: & præuidens tempestates, supra nubes volat, ibique nil timens gloriatur: cui rectè inscribitur, *Naturâ dictante.* Vtique anima, quæ solum Deum ponit refugium suum, & in Altissimo collocat spem suam, ardeæ æmulatrix est, vtpote ad ardua tendens, cùm spei obiectum sit arduum: siquidem, iuxta Doctorem Angelicum 1. 2. quæst. 25. art. 1. in corpore, *Spes supra desiderium addit quemdam conatum, & quamdam eleuationem animi ad consequendum bonum arduum.* Hoc autem anima obtinet non vt ardea naturâ dictante; sed gratiâ & Dei spiritu adiuuante, qui tanto pondere illam firmat, vt eam persecutionum turbines non conturbent, tormentorum procellæ non terreant, martyriorum fulmina non commoueant, & mortis laquei ad portas mortis non ducant, sed ad æternæ vitæ ianuas lætantem perducant. vnde subdit:

ANNOTATIONES CORDERII.

Ardea symbolum refugientis ad Deum.

Ad viros perfectos malum non accedit.

10. *Non accedent ad te mala,* &c.] Vulgata hoc effert in singulari. Pulchrè ad hunc locum Aluarez noster de Paz Tom. 1. de Vita spirituali lib. 4. partis 3. cap. 29. Non accedit, inquit, ad viros perfectos tribulationis malum: quod licet corpus exerceat, mentem tamen in pace & tranquillitate positam non conturbat. Id verò in libris Regum sub typo Sennacheribi Regis Assyriorum figuratum videmus: qui cùm ascendisset in terram Iuda, & cepisset omnes ciuitates munitas, Hierosolymam tamen ciuitatem magni Regis nec obtinuit, nec militibus cinxit, nec oculis conspexit. Vnde ait vaticinans Isaias: *Propterea hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum: Non intrabit ciuitatem hanc, & non faciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerem.* Ita prorsus licet aliquando vis doloris membra Sanctorum occupet, manus liget, sensus cruciet, & cor ipsum carneum veluti laqueo & vinculis capiat; at mentem, quæ Deum fide viuâ conspicit, quæ brachijs dilectionis adstringit, non obtinet, quia semper eam diuinæ voluntati conformem, & liberam & alacrem derelinquit. Non accedit ad illos malum, quoniam protectio Domini circumdat eos, vt ex irruentibus malis detrimentum profectus interioris non sentiant, sed mirum in modum in virtute proficiant.

4. Reg. 18.

Isaiæ 37. 33.

Quomodo Deus Angelis de homine mandauerit.

11. *Quoniam Angelis suis mandauit de te.*] Pulchrè ad hunc locum S. Bernardus: *Mira,* inquit, *dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim? quibus? de quo? quid mandauit? Studiosè consideremus, fratres, diligenter commendemus memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit? cuius sunt Angeli? cuius mandatis obtemperant? cuius obediunt voluntati? Nempe Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo Maiestas mandauit Angelis, & Angelis suis mandauit. Illis vtique sublimibus, tam beatis quàm proximis sibi cohærentibus, & verè domesticis mandauit de te. Tu quis es? Quid est homo quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam reputas eum? Quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quid putas mandauit de te? vt custodiant te,* &c. Vide hæc plu-

ANNOTATIONES CORDERII.

De Angelorum custodia & nostri cura.

plurIbus apud S. Bernardum,& ex eo in Lectionibus secundi Nocturni de Angelo custode. Sanctus quoque Hieronymus ex eo probat singularem & eximiam quamdam esse dignitatem animarum, quòd æterno beneficio Deus earumdem curam, institutionem, prouidentiam beatis spiritibus commendet: sic enim ait in Matthæi cap. 18. *Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum deputatum.* Simili ferè ratione sanctorum Angelorum curam prouidentiamque studio plenam humanissimi & deuotissimi animi piè celebrat D. Augustinus in Soliloquijs cap. 27. dum in hunc modum parentem omnium Deum affatur: *Grandis est eis cura de nobis: magnus est effectus dilectionis eorum erga nos: & hoc totum propter honorem tuæ inæstimabilis charitatis quâ dilexisti nos.* Et paulò pòst: *Beneficia tua magna sunt hæc, quibus nos honorificasti, dans nobis Angelos tuos spiritus in ministerium nostrum.* Herous Vates Isaias docto penicillo eosdem pingit vt splendido in emblemate excubitores, qui sublimes velut in vigilia assiduissimè versentur ad præsidium hominumque salutem: *Super muros tuos Hierusalem posui custodes.* Vbi Procopius & Cyrillus Ἀγγέλους θείους, *diuinos Angelos* potentissimasque cæli virtutes interpretantur. Ob hanc curam ministeriumque amabilium eorum Principum D. Paulus eos vocat *Administratorios Spiritus* & *Actores*, Οἰκονόμους, *Tutores*, vt exponit D. Hieronymus: vbi Syrus vertit *Procuratores*. S. Dionysius, qui magnificè eorum omnem politiam exposuit, Ἀγαθοὺς καθηγεμόνας, *bonos ductores nostros*, appellat, qui non modò digitum intendant, sed vi amoris studijque sui nos quodammodò ad bonorum omnium fontem rapiant vehantque in cælum. Hinc illa diuinitus picta scala Iacob non tam gradibus quàm mysterijs magnis illuminata, cui incumbit Deus in amore princeps, nostræ vitæ cursum prouidentissimè moderans. Illo iubente, per mysticam illam viam charitatis erga nos suæ reciproco eunt cursu redeuntque Angeli: quorum hoc vnum palmarium est opus atque præcipuum insudare animarum causâ, & earum bono consulere. Assiduè peruehunt ad Deum hominum vota, orationes communesque afflictiones: ab illo nobis dona, gratiam, lumen, vim, robur & magnificas cæli opes reportant. Ita nimirum vult & iubet omnium Pater, qui tam diligit animas & honorat.

Isaiæ 62, 6. · *Heb. 1.* · *Gal. 4.*

In omnibus vijs & actionibus Angeli nos ab offendiculis custodiunt.

IBIDEM. *Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.*] Id est, in omnibus vicis, foris & plateis, per quas Deum quæris; in omnibus itineribus & locis, vbi inuenire desideras; in omnibus negotijs, occupationibus & exercitijs studiosis quibus insudas: quia in omnibus est lapis offensionis, petra scandali, laqueus & rete tentationis ab hoste positum aut manifestè aut occultè tam in prosperis quàm in aduersis: Ne autem cadas & capiaris adest Angelus custodiens, cuius auxilio, vti sequitur,

Quid per aspidem, basiliscum, leonem & draconem intelligatur.

13. *Super aspidem & basiliscum ambulabis,* &c.] Id est, dissipabis omnes figuras quas diabolus assumit ad te oppugnandum, & cunctas insidias quibus vtitur ad te supplantandum & deijciendum; siue per auditum, sicut aspis surda, siue per venenatum visum, sicut basiliscus; siue per terrificas minas, sicut leo; siue per occultos morsus, sicut draco. Ista est diaboli quadriga, in qua aspis surda omnia vitia comprehendit quæ cor indurant, mentem excæcant, & iudicium proteruum reddunt: basiliscus, quæ superbiam pariunt, iactantiam, inanem gloriam, honoris ambitionem, & super omnes primatum: leo autem, quæ iram, sæuitiam & vindictam excitant: draco verò ea quæ astutiam, dolum & fraudem machinantur: virtute autem Christi, qui dixit, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit,* & ope sancti Angeli custodis has quadrigas dissipabis, omnia vitia superabis, tentationesque repelles.

Lucæ 10, 19.

Longitudo dierum non ex spatio temporis, sed ex meritorum incrementis metienda.

16. *Longitudine dierum replebo eum.*] Dies longior hîc dicitur, in quo plurima operamur quæ ad salutem conducunt: ideò perfectus vir licet in florida ætate decedat, longitudine dierum impletur. Bonus enim vno anno plus viuit quàm centum annis malus: nam hic viuendo diutiùs maiorem mortem aggregat; cùm tamen ille paucis diebus æternam vitam sibi comparet. Itaque idem erit in hac parte, mori iustum plenum annorum & plenum spiritualium diuitiarum: quoniam anni non defuerunt illi qui paucis annis magnam perfectionem congregauit.

IN PSALMVM XCI. ARGVMENTVM.

** Vulgata die*

1. Psalmus Cantici in * diem Sabbati.

α΄. Ψαλμὸς ᾠδῆς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου.

Sabbatum dum corporalem laborem prohibet, spiritalem præcipit operationem.

Sabbatum otium præcipiebat laborum corporalium; nam spiritalium potiùs operationem intendebat, geminum sacrificium, & hymnos & orationum assiduitatem iniungens. Sabbatum itaque quietem designat. Quoniam igitur futura vita ab huiusmodi curis est libera, iure requies nuncupatur. Deficit enim Sabbatismus, inquit Paulus, populo Dei. Cùm igitur hic Psalmus ista prædicat, meritò hanc habuit

Heb. 4.

Τὸ σάββατον ἀργίαν ἐνομοθέτει πάσαν σωματικήν· τὴν γὰρ πνευματικὴν μᾶλλον τὴν ἐργασίαν ἐπέτεινε, διπλᾶς θυσίας, καὶ ὕμνους καὶ προσεδρείαν παρακελευόμενον. Κατάπαυσιν οὖν σημαίνει τὸ σάββατον. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ μέλλων βίος τῆς τοιαύτης ἀπὸ φροντίδος ἐλεύθερος, εἰκότως κατάπαυσις κέκληται. Ἀπολείπεται γὰρ σαββατισμός, ὁ Παῦλός φησι, τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Ἐκεῖνα οὖν προφητεύει ὁ ψαλμός, εἰκότως ταύτην ἔχει

τὴν

τὴν ἐπιγραφήν. Οἱ δὲ καὶ τοῦτον τὰ κατὰ τὸν Ἐζεκίαν προαγορεύειν φασὶ, καὶ εἰσάγειν εὐχαριστοῦντα τὸν λαὸν ἐπὶ τῇ τῶν πολεμίων ἀναιρέσει.

inscriptionem. Alij verò dicunt etiam hunc Psalmum prædicere illa quæ ad Ezechiam spectant, & introducere populum pro hostium internecione gratias agentem. PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

β'. ΑΓΑΘΟΝ τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματί σου ὕψιστε.

Ἀντὶ τοῦ, σφόδρα ἐστὶ καλὸν εὐχαριστεῖν τῷ θεῷ, ἐν ψαλμοῖς μάλιστα.

γ'. Τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεός σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου κατὰ νύκτα,

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ θεῖόν ἐστι καὶ πρέπον ἀνυμνεῖν τὸν θεόν.

δ'. Ἐν δεκαχόρδῳ, ψαλτηρίῳ μετ᾽ ᾠδῆς, ἐν κιθάρᾳ.

Ποιεῖν δὲ τοῦτό, φησι, μετὰ τῶν προσηκόντων ὀργάνων.

ε'. Ὅτι εὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου· καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι.

Ποίημα τοῦ θεοῦ καλεῖ τὴν ἀναίρεσιν τῶν Ἀσσυρίων. καὶ γὰρ αὐτοῦ ἦν τοῦ θεοῦ πόνημα, τὸ δίχα βοηθείας ἀνθρωπίνης τοσοῦτον τῶν ἐναντίων γενέσθαι φόνον. Λέγει οὖν, τὸ εὔφρανάς με ἐν τῷ ποιήματί σου· καὶ τῷ ἔργῳ σου μεγίστην μοι παρέσχης τὴν ἀγαλλίασιν.

ϛ'. Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε; σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου.

Τὸ αὐτὸ θαυμάζων λέγει τῶν πολεμίων τὴν ἀναίρεσιν.

ζ'. Ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται· καὶ ἀσύνετος οὐ συνήσει ταῦτα.

Ἄνδρα ἄφρονα καὶ ἀσύνετον καλεῖ τὸν Σενναχηρεὶμ, ἤτοι καὶ τὸν Ῥαψάκην· ὡς μεγαλαυχήσαντας κατὰ τοῦ θεοῦ· ἀγνοήσαντας δὲ τὸ πέρας καὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἔκβασιν.

η'. Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι τοὺς ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον· καὶ διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν·

2. BONVM est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. *Deo gratiæ agendæ.*

Id est, Valdè bonum est Deo gratias agere, præsertim in Psalmis.

3. Ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem,

Vult dicere, tam die quàm nocte diuinum ac decens esse laudare Deum.

4. In decachordo, psalterio; cum cantico, in cithara.

Hoc autem, inquit, cum decentibus instrumentis agendum est.

5. Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

Facturam seu opus Dei vocat internecionem Assyriorum. Etenim hoc erat facinus ipsius Dei, vt sine adiutorio humano tanta hostium strages fieret. Ait itaque; *Delectasti me in factura tua*; & hoc opere tuo maximam mihi exultationem præbuisti. *Assyriorum deletio erat opus Dei.*

6. Quàm magnificata sunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Id ipsum admirans hostium stragem recenset.

7. Vir insipiens non cognoscet; & stultus non intelliget hæc.

Virum insipientem & stultum appellat Sennacherib, vel etiam Rapsacen; vt qui aduersus Deum gloriati fuerant; sed finem & euentum rerum ignorabant.

8. Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum; & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem:

PARAPHRASIS ANONYMI. *Humana felicitas fœno similis.*

Iſtiuſmodi enim, inquit, inſipientes non intellexerunt, humanam felicitatem fœno ſimilem eſſe, quòd exiguo tempore floreſcit, & è terra pullulat, ſed paulò pòſt exareſcit.

Vt intereant in ſæculum ſæculi:

Illud *vt* hoc loco non de cauſa dicit, ſed de euentu. Non enim idcircò florent peccatores vt intereant; ſed quia flore ſuo malè vſi ſunt, citò decidunt ab apparente felicitate.

9. Tu autem Altiſſimus in æternum Domine.

Opera Dei perennia ſunt.

Illi quidem, inquit, ita ſe habent; verùm opera tua, & quæcumque conſulis, & quæcumque agis immutabiliter perennant cum æternitate.

10. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Te enim, inquit, Domine immutato & inuariato manente, omne quidquid repugnare nititur virtute tuâ aboletur atque conſumitur.

11. Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in * oleo pingui.

* Vulgata miſericordia vberi

Res quidem, inquit, inimicorum ita euertuntur; ſed res populi tui augentur, & vires aſſumunt.

12. Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.

Horum, inquit, quæ dico argumenta ſunt præſentia. Ecce enim deſpexi in inimicis quæcumque optabam; & audiui de ipſis quæcumque deſiderabam.

13. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus * quæ in Libano eſt multiplicabitur.

* Vulgata Libani

14. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt.

Οἱ γὰρ τοιοῦτοι, φησιν, ἄφρονες οὐ συνῆκαν, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη εὐημερία χόρτῳ παραπλησία τυγχάνει, πρὸς ὀλίγον ἀνθοῦντι, καὶ διακύπτοντι ἀπὸ τῆς γῆς, μετ' ὀλίγον δὲ μαραινομένῳ.

Ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος·

Τὸ ὅπως ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ αἰτίας λέγει, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ συμβαίνοντος. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἀνθοῦσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἵν' ἐξολοθρευθῶσιν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ἄνθει αὐτῶν κέχρηνται κακῶς, ταχέως ἐκπίπτουσι τῆς δοκούσης εὐημερίας.

θ'. Σὺ δὲ ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα κύριε.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, φησιν, οὕτω πάσχουσι· τὰ δὲ σὰ ἔργα, καὶ ὅσα βουλεύει, καὶ ὅσα πράττεις ἀπαραβάτως τῷ αἰῶνι συμπαραμένει.

ι'. Ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου κύριε, ὅτι οἱ ἐχθροί σου ἀπολοῦνται· καὶ διασκορπισθήσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν.

Σοῦ τε γάρ, φησι, τοῦ δεσπότου ἀπαραβάτου μένοντος καὶ ἀναλλοιώτου, πᾶν εἴ τι ἀντιπράττειν ἐπιχειρεῖ τῇ σῇ δυνάμει ἀφανίζεται καὶ ἀναλίσκεται.

ια'. Καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος τὸ κέρας μου· καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι.

Τὰ μὲν οὖν τῶν ἐχθρῶν, φησιν, οὕτω καταστρέφεται· τὰ δὲ τοῦ σου λαοῦ αὔξεται, καὶ ἐπιδίδωσιν εἰς ἰσχύν.

ιβ'. Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου· καὶ ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις ἀκούσεται τὸ οὖς μου.

Ἀποδείξεις ὧν λέγω τὰ παρόντα, φησί. Ἰδοὺ γὰρ ἐπεῖδον ἐν τοῖς ἐχθροῖς ὅσα ηὐχόμην· καὶ ἤκουσα περὶ αὐτῶν ἅπερ ἐπεθύμουν.

ιγ'. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει· ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται.

ιδ'. Πεφυτευμένοι ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσιν.

Δίκαιον

Δίκαιον λαὸν ἑαυτοὺς καλοῦσιν ἐν συγκρίσει τῶν Βαβυλωνίων. Βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὁ μέντοι δίκαιος λαὸς κατὰ μὲν τὸ ὕψος φοίνικι παρεικασθήσεται, κατὰ τὸν πληθυσμὸν δὲ καὶ τὴν ἐπίδοσιν τῆς τεκνώσεως κέδρῳ παραβληθήσεται λιβανίτιδι. Αὗται γὰρ μείζους λέγονται εἶναι πασῶν. Ὑπάρξει δὲ ταῦτα, φησι, τῷ λαῷ σου, εἰ τοῦ ναοῦ μὴ ἀποχωρεῖεν, ἀλλ' οἰκοῖεν διαπαντὸς ἐν αὐτῷ.

PARAPHRASIS ANONYMI. Iustum populum semetipsos appellant comparatione Babyloniorum. Vult igitur dicere, iustum nempe populum secundùm altitudinem quidem palmæ assimilatum iri, secundùm multiplicationem verò & prolificationis incrementum cedro Libani comparatum iri. Hæ enim omnium maximæ esse perhibentur. Hæc autem, inquit, populo tuo euenient, si à templo tuo non recesserint, sed semper in eo habitauerint. *Iustus palmæ similis est.*

ιέ. Ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρει πίονι· καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται, τοῦ ἀναγγεῖλαι·

ιϛ΄. Ὅτι εὐθὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.

15. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & benè patientes erunt, vt annuntient:

16. Quoniam rectus Dominus Deus noster: & non est iniquitas in eo.

Ἐπιδώσουσι δέ, φησι, καὶ εἰς πλῆθος· ἕξουσι δὲ καὶ μακρότητα ζωῆς, ἐν πάσῃ ὄντες εὐπαθείᾳ καὶ εὐθηνίᾳ, ὥστε δικαίως τε καὶ πρεπόντως καὶ κατ' ἀλλήλους δοξάζειν τὸν θεόν, ὁμολογοῦντες τὴν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῦ δικαιοσύνην.

Ceterùm, inquit, etiam multitudinis sument incrementum; quin & vitæ longitudinem obtinebunt, in omni felicitate & abundantia versantes, vt iustè ac decenter vicissim quoque Deum glorificent, in omnibus iustitiam eius confitentes.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β΄. ΑΓΑΘΟΝ ΤΟ ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΤΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Ἀγαθόν, φησι, πρωῒ καὶ κατὰ νύκτα ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ, καὶ ψάλλειν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἐπισυνῆψε δὲ πάλιν τῷ ἐλέει τὴν ἀλήθειαν, ἵνα τὴν ἀληθῆ φιλανθρωπίαν σημάνῃ. Καὶ ἄλλως δὲ ἐπεὶ ὁ ἐξομολογούμενος, καὶ κατηγορῶν ἑαυτοῦ, ἀπὸ κυρίου τὴν ἄφεσιν αἰτούμενος, καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἐξομολογεῖσθαι ὠφέλειαν πεῖραν ἔχων, ἔργοις ἀπαγγέλλει τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, ἐλεηθεὶς ἐφ' οἷς μετενόησεν. Ἀναγγέλλει δὲ καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ γενόμενον ἔλεον τοῦ θεοῦ φωτισθείς, καὶ ἐν ἀρχῇ ἡμέρας τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου γενόμενος. ὅθεν πρωῒ ἀνατέλλειν εἶπε τὴν εὐεργεσίαν ἣν θεόθεν ἔσχεν.

δ΄. ΕΝ ΔΕΚΑΧΟΡΔΩ ΨΑΛΤΗΡΙΩ.] Ἐπεὶ εἰώθεισαν ἐν τοῖς τοιούτοις ὀργάνοις τὸν θεὸν ἀνυμνεῖν. δεκάχορδον δὲ ψαλτήριον καὶ τὸ σῶμα πέντε αἰσθήσεις ἔχον καὶ πέντε ἐνεργείας ψυχῆς, δι' ὧν πασῶν βούλεται ὑμνεῖν τὸν θεόν. Ποίημα δὲ θεοῦ, ἐφ' ᾧ ἀγαλλιασθῆναι λέγει, ἡ τῶν Ἀσυρίων ἀναίρεσις· ἐπεὶ δίχα βοηθείας ἀνθρωπίνης γέγονεν· ἢ αἱ ἄρρητοι

2. BONVM EST CONFITERI DOMINO.] Bonum, inquit, manè & per noctem confiteri Domino, & psallere nomini ipsius. Iterùm autem misericordiæ veritatem adiunxit, vt veram benignitatem significaret. Quin & aliàs cùm is qui confitetur & seipsum accusat, à Domino veniam petat, & eam quæ ex confessione percipitur vtilitatem experiatur, operibus annuntiat misericordiam Dei, cùm illam consecutus sit per pœnitentiam. Ceterùm illuminatus quoque annuntiat Dei misericordiam, & in primordio diei Solis iustitiæ existens. Vnde manè dixit exoriri beneficium quod diuinitus habuit. *Semper bonum est confiteri Domino.*

4. IN DECACHORDO PSALTERIO.] Quia istiusmodi instrumentis Deum laudare solebant. Decachordum porrò psalterium est etiam corpus quinque sensibus & totidem animi viribus præditum, per quæ omnia vult laudare Deum. Facturam autem Dei, in qua exultandum ait, est euersio Assyriorum; quandoquidem sine humano adiutorio contigit; vel ineffabiles dispensa- *Decachordum quid mystice.*

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. pensationes ac conditura quas ostendit. Vel facturam intelliges primam diem; de qua dicit illud, *Hæc dies quam fecit Dominus*: designat autem Dominicam. Opera verò manuum eius sunt miracula quæ sequentibus diebus gesta sunt.

Psal. 117, 24.

6. QVAM MAGNIFICATA SVNT OPERA TVA DOMINE!] Istud *quàm* etiam hîc per adiectionem positum. q. d. Et opera tua mirabilia valdè; & sapientia tua intranabile fundum habet. Symmachus verò ait, *Valdè profunda sunt cogitationes tuæ*. Nemo enim prouidentiæ rationibus sufficit inuestigandis. Alia lectio habet *Aggrauatæ sunt*: id est, Valdè pretiosæ apparuerunt cogitationes: *graue* enim appellat *pretiosum*. Porrò insipientem vocat Sennacherib & Rapsacen, vtpote aduersus Deum blasphemantes. Vel insipiens quidem, inquit, ac stultus cùm viderit impios prosperè agere, ac pios affligi, nescit prouidentiæ rationes. Ego verò cùm opera manuum tuarum intueor, cognoui finem impiorum esse interitum; quapropter diuini iudicij rationes magis reformido. Quemadmodum enim fœnum vbi ad modicum floruerit exarescit, sic etiam hi paululùm prospexerunt, permissi vt libertatem suam ostentarent, & in perpetuum expulsi sunt interitum. Aquila quidem *prospexerunt* pro *floruerunt* posuit; alij verò, *incuruati sunt* pro *humiliati sunt*.

Opera Dei sunt valdè mirabilia.

9. TV AVTEM ALTISSIMVS IN ÆTERNVM.] Illi quidem, inquit, fœni instar marcescunt; tu verò semper secundùm hæc eadem & eodem modo te habens, Altissimus in altissimis permanebis, omni æuo minimè immutatus, sed & semper tibi similis perseuerans. Te porrò inuariato & immutato permanente, quidquid aliquis facere tentauerit, virtute tuâ aboletur. Ac res quidem inimicorum sic destruentur; res verò populi tui augebuntur, & maiores vires acquirent. Dicitur enim vnicornis omnium esse robustissimus belluarum. Quin & Christum cognoscentes, exultabimus inimicorum cernentes euersionem, vtpote ab errore liberati, & te verum Deum adorantes. Quemadmodum enim vnicornis vnicum à natura cornu accepit, ita etiam religionis alumni vnicam adorant Trinitatem. Ceterùm pro, *Et senectus mea in oleo pingui*, Symmachus ait, *Vetustas mea sicut oliua benè germinans*. Florebo enim & sene-

Deus semper sibi similis.

Catholici vnicorni comparati.

Ver. 11.

οἰκονομίαι καὶ δημιουργίαι ἃς ἐνδείκνυται. ἢ ποίημα νοήσεις τὴν πρώτην ἡμέραν· περὶ ἧς λέγει τό, Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησε κύριος· δηλοῖ δὲ ἀναστάσιμον. Ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ τὰ ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένα θαύματα.

ϛʹ. ΩΣ ΕΜΕΓΑΛΥΝΘΗ ΤΑ ΕΡΓΑ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ;] Τὸ ὡς κἀνταῦθα κατ' ἐπίτασιν. καὶ τὰ ἔργα σου θαυμαστὰ λίαν· καὶ ἡ σοφία σου ἀνεξιχνίαστον ἔχει τὸ βάθος. ὁ δὲ Σύμμαχος, σφόδρα βαθεῖς οἱ διαλογισμοί σου. Οὐδεὶς γὰρ ἐξετάσαι ἱκανὸς τῆς προνοίας τοὺς λόγους. Ἡ δὲ ἑτέρα γραφή, ἐβαρύνθησαν ἔχει· ἀντὶ τοῦ, ἄγαν τίμιοι ὤφθησαν οἱ διαλογισμοί· βαρὺ γὰρ τὸ τίμιον καλεῖ. Ἄφρονα δὲ καλεῖ τὸν Σενναχηρεὶμ καὶ τὸν Ῥαψάκην, ὡς κατὰ Θεοῦ βλασφημήσαντας· ἢ ὁ μὲν ἄφρων, φησί, καὶ ἀσύνετος ὁρῶν ἀσεβεῖς εὐθυμοῦντας, καὶ εὐσεβεῖς κακουμένους, ἀγνοεῖ τῆς προνοίας τοὺς λόγους. ἐγὼ δὲ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἐνορῶν, συνεῖδον τὸ τέλος τῶν ἀσεβῶν ἀπώλειαν εἶναι· διὸ μᾶλλον τῆς θείας κρίσεως τοὺς λόγους ὑποπεπλήττομαι. ὡς γὰρ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσας μαραίνεται χόρτος· οὕτω καὶ οὗτοι βραχὺ διέκυψαν, δεῖξαι συγχωρηθέντες αὐτῶν τὴν προαίρεσιν, καὶ εἰς διηνεκῆ ἀπώσθησαν ὄλεθρον. Ἀκύλας μὲν οὖν τὸ διέκυψαν ἀντὶ τοῦ ἐξήνθησαν· ἕτεροι δέ, ἀντὶ τοῦ κατεκάμφθησαν ἐταπεινώθησαν.

θʹ. ΣΥ ΔΕ ΥΨΙΣΤΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.] Ἐκεῖνοι μὲν χόρτῳ, φησί, παραπλησίως μαραίνονται· σὺ δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς διαμενεῖς, τὸν πάντα αἰῶνα οὐκ ἀλλοιούμενος, ἀλλ' εἰς ἀεὶ διαμένων σαυτῷ ὅμοιος. Σοῦ δὲ ἀτρέπτου μένοντος καὶ ἀναλλοιώτου, πᾶν εἴ τι ἄν τις πράττειν ἐπιχειροίη, τῇ σῇ δυνάμει ἀφανίζεται. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἐχθρῶν οὕτω καταστραφήσεται· τὰ δὲ τοῦ σοῦ λαοῦ αὐξήσει, καὶ ἐπιδώσει εἰς ἰσχύν. Λέγεται γὰρ ἰσχυρότερον εἶναι πάντων ὁ μονόκερως. Καὶ οἱ ἐπεγνωκότες δὲ Χριστόν, γαυριάσομεν τὴν τῶν ἐχθρῶν ὁρῶντες κατάλυσιν, ὡς τῆς πλάνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ σὲ τὸν ὄντως προσκυνοῦντες Θεόν. ὡς γὰρ ὁ μονόκερως ἓν ἔλαβε παρὰ τῆς φύσεως κέρας· οὕτω καὶ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι μίαν προσκυνοῦσι τριάδα. Ἀντὶ δὲ τοῦ, καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι, ὁ Σύμμαχος, ἡ παλαίωσίς μου, φησίν, ὡς ἐλαία εὐθαλής. Ἀνθήσω γὰρ καὶ τὸ

γῆρας ἀποθήσομαι θαλλούσης δίκην ἐλαίας, καὶ ὥσπερ ἐλαίῳ τινὶ πιανθήσομαι τῇ θυμηδίᾳ. Ἄλλοι δὲ γῆρας τοὺς τελευταίους τοῦ λαοῦ χρόνους, ὥσπερ τοὺς πρώτους νεότητα· ἄλλος δὲ τὴν τελείωσιν τῆς ψυχῆς, ὅτι τεύξεται τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς. Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐπόψεταί φησι. μελλόντων γὰρ προῤῥήσεις εἰσὶ τὰ λεγόμενα. οἱ δὲ ἑβδομήκοντα ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα ἡρμήνευσαν, τὸ ἀναντίῤῥητον τῆς προῤῥήσεως ἐμφαίνοντες. Οὐ μόνον, φησὶν, ὄψομαι τῶν ἀδίκων τὸ ἐπώδυνον τέλος, ἀλλὰ καὶ ἀκούσομαι πάντων τοῦτο διαγγελλόντων, καὶ θαυμαζόντων τῆς προνοίας τὸ δίκαιον.

ιγ'. ΔΙΚΑΙΟΣ ΩΣ ΦΟΙΝΙΞ ΑΝΘΗΣΕΙ.] Οἱ μὲν ἁμαρτωλοὶ χόρτῳ παρεβλήθησαν· φοίνικι δὲ παραβάλλει τὰ τῶν δικαίων κατορθώματα· διότι οὐκ ἐπ' ἄκρῳ τῶν πρέμνων, τουτέστιν, ἐπ' ἀβεβαίῳ τῇ πράξει τὸ ἀγαθὸν ἐργάζονται, ἀλλ' ἐπὶ ἑδραίῳ τῷ στελέχει· τουτέστιν, ἀκλονήτως καὶ ἀναποβλήτως μετάσι τὰ σωτήρια αὐτοῖς· ὡς καὶ ὁ φοῖνιξ ἐπὶ τῷ στελέχει μόνῳ τὸν καρπὸν ἔχει. ἢ ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ πολύκαρπος, ἡ δὲ κέδρος πολύερνος, εἰκότως παρέβαλε τοῖς τοιούτοις τὸν δίκαιον, πολύκαρπον ὄντα ἐν ταῖς κατ' εἶδος ἀρεταῖς, καὶ τοῖς διαφόροις πολυέρνοις δόγμασι. Τὸ δὲ, ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρει πίονι, ἕτερος, ἔτι γεννηματίσουσι· ἀντὶ τοῦ, ἔτι καρποφορήσουσι, καὶ ἐπιδώσουσιν εἰς πλῆθος. Ἕξουσι δὲ μακρότητα ζωῆς ἐν πάσαις [...] εὐπαθείᾳ καὶ εὐθηνίᾳ· ὥστε δικαίως καὶ καταλλήλως δοξάζειν τὸν θεὸν, τὴν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῦ δικαιοσύνην ὁμολογοῦντας. γῆρας δὲ ἐνταῦθα τὴν τελειότητα καλεῖ· ὡς καὶ ἡμεῖς τέλειον μὲν τὸν γεγηρακότα, ἀτελῆ δὲ τὸν νέον καλοῦμεν. ἐν ᾗ, φησι, γενόμενοι εὐπαθοῦντες ἔσονται, οἱ τῷ οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοι, οἱ κατὰ τὸ παρὸν κακοπαθοῦντες διατελοῦσι, τοὺς τῆς γεωργίας πόνους ὑπομένοντες· ἀλλ' ἐπὰν τοῦ γήρως πίονος ἀξιωθῶσιν, εὐπαθοῦντες γενήσονται, ὡς τῶν καμάτων ἀναπαυσάμενοι, καὶ τὰ ἔπαθλα τῶν ἀγώνων ἀπολειψόμενοι, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν.

senectutem deponam instar oliuæ germinantis, & quasi oleo quodam impinguabor voluptate. Alij autem senectutem postrema populi tempora [dicunt,] sicut prima iuuentutem: alius verò animæ perfectionem, quia consequetur mutationem in melius. Symmachus verò *intuebitur* ait. Ea enim quæ hîc dicuntur prædicti[...] sunt futurorum. Septuaginta autem præterita tamquam futura exposuerunt, prædictionis irrefragabilitatem declarantes. Non solùm, inquit, videbo finem luctuosum iniquorum, verùm etiam audiam omnes hoc enarrantes, & prouidentiæ iustitiam admirantes.

COMMENTARIUS HERACLEOTÆ.

13. IVSTVS VT PALMA FLOREBIT.] Peccatores quidem fœno assimilati sunt; iustorum verò proba facta palmæ comparat; quia non in vertice caudicum, id est, instabili actione bonum operantur, sed in firmo trunco: id est, inconcussè & constanter salutaria ipsis obueniunt: sicut palma in solo stolone fructum habet. Vel quia palma multos fructus, cedrus verò plurimos ramos obtinet, iure merito iustum cum istiusmodi arboribus comparat, vt qui secundùm speciem fructuosus sit virtutibus, & varijs fertilis doctrinis. Porrò illud, *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi*, alius ait, *Adhuc germinabunt:* id est, Adhuc fructificabunt, & adijcient ad multitudinem. Habebunt autem longitudinem vitæ in omni felicitate & vbertate versantes; ita vt iure merito etiam vicissim Deum glorificent, eius in omnibus iustitiam confitentes. Senectutem autem hîc appellat perfectionem; sicut etiam nos perfectum quidem senem, imperfectum verò iuuenem appellamus. In hac, inquit, senectute constituti *benè patientes erunt, plantati in domo Domini*, qui in præsentiarum molestijs afficiuntur, dum agriculturæ labores sustinent: sed quando senectute pingui dignati fuerint, benè patientes siue tranquilli erunt, vtpote à laboribus cessantes, & certaminum præmia recipientes, quæ oculus non vidit. 1. Cor. 2. 9.

Peccatores fœno, iusti palmæ similes.

CATENA

CATENA PATRVM.

Quid sit Psalmus Cantici.

TIMOTHEI. Aptè dixit Psalmus Cantici. Cùm enim Deo vniuersorum ex persona Ecclesiæ voces gratiarum actionis oblaturus esset ob sedatas perturbationes ex malitia oborientes; eæ autem laudationes quæ linguâ formantur mentem excedant, idcircò præposuit Psalmum Cantici. Hymnus qui solâ mente perficitur tantùm Psalmus appellatur, vt qui spiritalis quidam Psalmus existat: siquidem interioribus spiritalium virtutum operationibus perficitur sine corporis instrumentis; nequaquam tamen Canticum appellatur, eò quòd labijs minimè pronuntietur atque canatur. Ode namque vox quædam est, & nuncupatur. Dixit autem iterùm in diem Sabbati, vt tempus designaret diuinæ incarnationis, quò fideles quodammodò prosabbatizant, deponentes onera peccati, & futuri atque perfecti sabbatismi requiem assumentes.

Hymnus quid.

Sabbati dies designat tempus Incarnationis Christi.

Sabbati dies non colebatur ante tempora Moysis.

ANONYMI. Dies Sabbatorum ij qui Moysem præcesserant viri iusti ac amici Dei neque nouerant neque seruabant: atque adeò neque ipse Abraham, neque Isaac, neque Iacob, neque huius filij. Sed neque qui hisce antiquiores fuere videntur diem Sabbati cognouisse. Cùm igitur hi qui de circumcisione sunt, ac si rem magnam agerent, Sabbata se seruare arbitrantur, quæ ex legis voluntate minimè obseruant, ea quæ hîc dicuntur ipsis accommodanda sunt. Et quoniam Sabbatum designat quietem; scriptum est enim, *Et requieuit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit, & sanctificauit illum*; dices Dei requiem intelligendam, & verum Sabbatum dignè Deo accipiendum esse. Ait enim homines impios non ingressuros in requiem suam dicens in Psalmis, *Semper hi errant corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas: Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam*. Itaque necessariò secundùm intelligentiam accipienda sunt Sabbata Dei, & requies Deum decens, quâ impij quidem non habentur digni, sed soli iusti & Deo amici. Sic nimirum dixerimus quoque Abraham, & Isaac, & Iacob, & eorum prædecessores

Gen. 2, 2.

Psal. 94, 10.

Moysis prædecessores Sabbata spiritualia agebant.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Προσφυῶς εἶπε ψαλμὸν ᾠδῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας χαριστηρίους φωνὰς ἔμελλεν ἀναπέμπειν τῷ θεῷ τῷ ὅλων ἐπὶ τῇ καταστάσει τῶν ἀπὸ τῆς κακίας ἐπεισπασμένων· αἱ δὲ διὰ τῆς γλώττης τυπούμεναι δοξολογίαι τῆς διανοίας ἐξήρτηνται, τούτου χάριν προέταξε τὸν ψαλμὸν τῆς ᾠδῆς. καὶ μόνον μὲν τῷ νῷ ἐνεργούμενος ὕμνος καλεῖται μόνον ψαλμὸς, οἱονεί τις ψυχικὸς ψαλμὸς ὤν· ταῖς γὰρ ἐνδιαθέτοις ἐκτελεῖται τῶν ψυχικῶν δυνάμεων ἐνεργείαις χωρὶς τῶν ὀργάνων τοῦ σώματος· οὐκέτι δὲ ᾠδὴ προσηγόρευται, διὰ τὸ μὴ ἐκφωνεῖσθαι καὶ ᾄδεσθαι τοῖς χείλεσι. ᾠδὴ γὰρ οἷον αὐδή τίς ἐστι, καὶ ὀνομάζεται. εἶπε δὲ πάλιν εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου, τὸν καιρὸν σημαίνων τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, ἐν ᾧ οἱ πιστεύσαντες οἱονεὶ προσαββατίζουσιν, ἀποτιθέμενοι τὰ φορτία τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ μέλλοντος καὶ τελείου σαββατισμοῦ προσλαμβάνοντες.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὰς τῶν σαββάτων ἡμέρας οἱ πρὸ Μωϋσέως δίκαιοι καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες οὔτε ᾔδεισαν, οὔτε ἐφύλαττον· οὔτε οὖν αὐτὸς Ἀβραὰμ, οὔτε Ἰσαὰκ, οὔτε Ἰακὼβ, οὔτε οἱ τούτου παῖδες· ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἔτι τούτων τῷ χρόνῳ παλαιότεροι φαίνονται γνώσκοντες ἡμέραν σαββάτου. ἐπεὶ [illegible] οἱ ἐκ περιτομῆς, ὡς μέγα τι κατορθοῦντες, τὰ σάββατα φυλάττειν ἡγοῦνται, ἃ οὐδὲ φυλάττουσι κατὰ τὸ βούλημα τοῦ νόμου, παραθετέον αὐτοῖς τὰ εἰρημένα. καὶ ἐπειδὴ κατάπαυσιν σημαίνει τὸ σάββατον· γέγραπται γοῦν, καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ἐρεῖς ὅτι προσήκει θεοῦ κατάπαυσιν νοῆσαι, καὶ τὸ ἀληθινὸν σάββατον ἐκδέξασθαι ἐπαξίως τοῦ θεοῦ. Τοὺς γὰρ ἀσεβεῖς ἀνθρώπους φησὶ μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, λέγων ἐν ψαλμοῖς, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου· ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον κατὰ διάνοιαν ἐκλαβεῖν σάββατα θεοῦ, καὶ ἀνάπαυσιν θεῷ πρέπουσαν, ἧς ἀσεβεῖς μὲν οὐ καταξιοῦνται, μόνοι δὲ οἱ δίκαιοι καὶ τοῦ θεοῦ φίλοι. οὕτω γοῦν εἴποιμεν ἂν καὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὸν Ἰακὼβ, τούς τε πρὸ αὐτοῦ καὶ

τοὺς

τὰς μετ' αὐτὰς θεοφιλεῖς ἄνδρας κατὰ διάνοιαν ἐγνωκέναι καὶ πεφυλαχέναι τὰ σάββατα τοῦ θεοῦ, καὶ εἰσεληλυθέναι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ. Τί δὴ οὖν ἐπισημαίνει τὸ σάββατον ἀναγκαῖον ἐπιστῆσαι· ὁ λόγος ἀνάπαυσιν δηλοῖ θεοῦ· εἰσάγει τε ταύτην μετὰ τὴν τῶν αἰσθητῶν κοσμοποιΐαν. Θεοῦ δὲ ἀνάπαυσις τίς ἂν γένοιτο ἑτέρα, ἢ τῆς πρὸς τοῖς νοητοῖς καὶ ὑπερκοσμίοις διαγωγῆς; ὅτι μὲν γὰρ ἐπισκοπεῖ τὰ ἔθνη, καὶ περὶ τὰ ἔργα τῆς τοῦ κόσμου προνοίας γίνεται, ἐργάζεσθαι λέγεται. καὶ οὕτως ἀκουστέον λέγοντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. Ὅτε δὲ πρὸς τοῖς ἀσωμάτοις καὶ ὑπερκοσμίοις ἐστὶ, καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἐν τῇ αὐτοῦ περιοχῇ, τηνικαῦτα ἀνάπαυσιν ἄγειν, καὶ τὸ αὐτοῦ σάββατον ἐπιτελεῖν νοεῖται. Κατὰ ταῦτα τοιγαροῦν καὶ οἱ τοῦ θεοῦ ἄνδρες, ἐπειδὰν τῶν κοπούντων τὴν ψυχὴν ἔργων (τοιαῦτα δὲ πάντα τὰ σωματικὰ καὶ φίλα τῆς γεώδους σαρκὸς) ἀπαλλαγέντες, ὅλοι γένωνται πρὸς τῷ θεῷ καὶ πρὸς τῇ τῶν θείων καὶ νοητῶν σχολῇ τε καὶ θεωρίᾳ, τότε φίλα τῷ θεῷ σάββατα καὶ ἀνάπαυσιν κυρίῳ τῷ θεῷ ἄγουσιν. Ἔνθεν εἰκότως καὶ ὁ Μωσέως νόμος, σκιὰς τῶν εἰρημένων καὶ σύμβολα παραδιδοὺς, ἡμέραν τινὰ τοῖς πλήθεσιν ἀφώρισεν, ὅπως κατ' αὐτὴν ἀπέχοιντο τῶν συνήθων ἔργων, σχολάζοιεν δὲ τῇ τοῦ θείου νόμου μελέτῃ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ σαββατισμὸς ἤτοι τὸ σάββατον εἴη ἂν ἡ μέλλουσα κληρονομία, ὅτε καὶ ἀνάπαυσις τοὺς ἐνθάδε πόνους διαδέξεται· τὰς ἀμοιβὰς ἡμῶν δηλονότι ἀπολαμβανομένων. αἰνεῖ οὖν ἐκείνην τὴν γενησομένην ἀνάπαυσιν. Ἔστι δὲ τῆς ᾠδῆς ὅλος ὁ σκοπὸς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου· εἰκὼν δὲ ὥσπερ ἐστὶ τὸ σάββατον τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας· ἣν αὐτὸς ἡμῖν κεκαινοτόμηκεν ὁ σωτὴρ μεταβαλὼν, τὰς τοῦ νόμου σκιὰς εἰς τὴν πνευματικὴν λατρείαν.

β. ΑΓΑΘΟΝ ΤΟ ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΤΑΙ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ ἐξομολόγησις ὕμνος ἐστὶ μετ' εὐχαριστίας εἰς δόξαν θεοῦ συγκείμενος. ὀφείλομεν δὲ τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ τὰς ὑπὲρ ὧν εὖ πεπόνθαμεν εὐχαριστίας· εὐηργετήθημεν δὲ παρ' αὐτοῦ πολυτρόπως. Θεὸς γὰρ ὢν, κύριος ἐπέφανεν ἡμῖν, δόξῃ θεοπρεπεῖ περιαστράπτων τὰ σύμπαντα, καὶ τὴν τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἀκτῖνα δωρούμενος.

sores ac posteros viros Dei amicos secundùm intelligentiam Dei Sabbata agnouisse & obseruasse, atque in eiusdem requiem introiuisse. Quid igitur Sabbatum designet necessariò sciendum est: vocabulum hoc Dei quietem declarat: hanc autem introducit post rerum sensibilium in mundo creationem. Porrò Dei requies quæ alia esse possit, quàm vitæ spiritalis ac supermundialis? Quando enim ad Gentes respicit, & circa mundialis prouidentiæ opera versatur, operari perhibetur. Atque ita hoc intelligendum Saluatore nostro dicente, *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.* Quando verò apud res incorporeas ac supermundiales existit, &, ac si quis ita dixerit, suo ambitu se continet, tunc requiescere & Sabbatum suum celebrare intelligitur. Secundùm hæc igitur etiam viri Dei, postquam ab operibus animam grauantibus (talia autem sunt omnia corporea & terrenæ carni amica) liberati, toti Deo atque diuino ac spiritali otio ac contemplationi fuerint intenti, tunc amica Deo Sabbata & requiem Domino Deo ducunt. Hinc meritò etiam lex Moysis, vmbras prædictorum & symbola tradens, diem aliquam multitudini determinauit, vt in ea à consuetis operibus abstinerent, atque diuinæ legis meditationi vacarent.

CATENA PATRVM.

Sabbatum quid significet.

Ioan. 5,17.

Contemplatio est Sabbatum spirituale.

DIODORI. Sabbatismus seu Sabbatum fuerit hereditas futura, quando etiam requies eos qui hîc sunt labores excipiet; dum nimirum nos retributionem accipiemus. Laudat igitur illam requiem futuram. Totus autem Cantici scopus respicit diem Sabbati: Sabbatum porrò est imago vitæ quæ in Christo est, atque Euangelici instituti; quod ipsemet Saluator nobis innouauit, legis vmbras in spiritalem cultum commutans.

Sabbatum est imago vitæ quæ in Christo est.

2. BONVM EST CONFITERI DOMINO.] ATHANASII. Confessio hymnus est cum gratiarum actione ad gloriam Dei compositus. Debemus autem omnium nostrûm Saluatori Christo gratiarum actiones pro beneficijs: hæc autem multipliciter ab ipso accepimus. Siquidem cùm Deus esset, Dominus illuxit nobis, gloriâ Deo conueniente vniuersa perstringens, & veræ cognitionis Dei radium impertiens.

Confessio quid sit.

Psal. 117. 27.

CATENA PATRVM.

Quid Sabbatis agendum.

EVSEBII. Præsens Psalmus disertè docet ideircò Sabbato vacandum esse, vt simul conuenientes ageremus ea quæ hoc Psalmo declarantur: Primum autem erat confiteri Domino; Secundum, musicis instrumentis psallere nomini eius; Tertium, horis matutinis annuntiare misericordiam eius; Quartum, temporibus nocturnis narrare veritatem eius, atque hæc non solùm labijs ac voce, sed etiam musicorum instrumentorum complosione facere; nempe in decachordo psalterio, cum cantico & cithara. Ijs autem qui ventris saturitati, & ebrietati atque omni immunditiæ semetipsos tradunt die Sabbati per Prophetam Deus interminatur dicens, *Qui attingunt Sabbatum falsum.* & rursus: *Neomenias vestras, & Sabbata & diem magnum non fero.* Idcircò illis abrogatis, noui Testamenti sermo Sabbati festiuitatem transtulit, atque in lucis ortum mutauit, & nobis veram quietis imaginem tradidit Dominicam salutarem, ac primam lucis diem: in qua etiam illa quæ in præsenti Psalmo proponuntur diligenter perficere satagimus, operibus ipsis Domino confitentes, & nomini eius psallentes. Alia verò omnia quæ in Sabbato præstanda erant nos in diem Dominicum transtulimus, vtpote qui magis proprius, atque Iudaico Sabbato prior sit atque præstantior.

Isaiæ 1,14.

Sabbatum in Dominicam mutatum.

EIVSDEM. In his omnibus quæ dicta sunt subaudienda est illa vox *bonum.* Siquidem cùm dixerit *manè & per noctem*, laudes gratiarum nocte dieque quasi iuges quasdam hostias Deo afferendas esse præcepit. Ceterùm quærendum, qualem misericordiam Altissimi & qualem veritatem dicat. Vtique manifestum, quòd illam quæ olim locuta fuit in misericordia ad Abraham, promittens ac dicens, *In semine tuo benedicentur omnes Gentes;* isto sermone videlicet Christum significante. Vel potiùs misericordiam & veritatem modò illum ipsum appellauit Filium, qui nos etiam instruxit in confitendo & psallendo Deo ad annuntiandum siue prædicandum Christum mundi Redemptorem: in ipso enim misericordiam consecuti sumus, & per ipsum solius veri Dei cognitionem obtinemus.

Continua gratia Deo agenda.

Gen. 26,4.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ γὰρ μὲν παρὼν ψαλμὸς διαῤῥήδην διδάσκει ἐπὶ τούτῳ δεῖν τοῦ σαββάτου σχολὴν ποιεῖσθαι, ἐπὶ τῷ κατ' αὐτὸν συνερχομένους ἐργάζεσθαι τὰ τοῦ ψαλμοῦ δηλούμενα· ἦν δὲ πρῶτον ἐξομολογεῖσθαι τῷ κυρίῳ· δεύτερον, ψάλλειν διὰ τῶν μουσικῶν ὀργάνων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· τρίτον, ἀναγγέλλειν κατὰ τὰς ἑωθινὰς ὥρας τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τέταρτον, διηγεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ κατὰ τοὺς νυκτερινοὺς καιρούς, καὶ ταῦτα πράττειν μὴ μόνον χείλεσι καὶ φωνῇ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἀνακρούσεως· ἐν δεκαχόρδῳ γὰρ ψαλτηρίῳ, μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Τούτων δὲ πλησμονῇ γαστρὸς, καὶ μέθῃ καὶ πάσῃ ἀκοσμίᾳ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου ἑαυτοὺς παρεχόντων ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου ἐπανατείνεται λέγων, Οἱ ἐφαπτόμενοι σαββάτων ψευδῶν. καὶ πάλιν· τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. Διὸ δὴ παρῃτημένων ἐκείνων ὁ τῆς καινῆς διαθήκης λόγος μετήγαγε καὶ μετέθεικεν τὴν τοῦ σαββάτου ἑορτὴν, ἐπὶ τὴν τοῦ φωτὸς ἀνατολὴν, καὶ παρέδωκεν ἡμῖν ἀναπαύσεως ἀληθινῆς εἰκόνα τὴν σωτήριον κυριακὴν, καὶ πρώτην τοῦ φωτὸς ἡμέραν· ἐν ᾗ καὶ τὰ ἐν τῷ μετὰ χεῖρας ψαλμῷ φιλοτίμως ἐκπληροῦν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν σπουδάζομεν, ἔργοις αὐτοῖς ἐξομολογούμενοι τῷ κυρίῳ, καὶ ψάλλοντες τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Ἅπαντα δὲ ὅσα ἄλλα χρὴ ἐν σαββάτῳ τελεῖν ταῦτα ἡμεῖς ἐν τῇ κυριακῇ μετατεθείκαμεν, ὡς ἂν κυριωτέρας οὔσης αὐτῆς, καὶ ἡγουμένης καὶ πρώτης τοῦ Ἰουδαϊκοῦ σαββάτου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Κατὰ κοινοῦ ἐπὶ πάντων τῶν εἰρημένων ἐκληπτέον τὸ ἀγαθόν. εἰπὼν μέντοι τῷ πρωῒ καὶ κατὰ νύκτα, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα προσφέρειν, οἷόν τινας ἐνδελεχεῖς θυσίας τὰς χαριστηρίους αἰνέσεις τῷ θεῷ παρεγγύησεν. Ἀλλὰ ζητητέον, ποῖον ἔλεος τοῦ ὑψίστου καὶ ποίαν ἀλήθειαν ἀναγγέλλειν φησίν. ἢ δῆλον, ὅτι τὴν πάλαι λαληθεῖσαν ἐν ἐλέει πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ, κατεπαγγελλομένην καὶ φάσκουσαν, Ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη· σημαίνοντος τοῦ λόγου δηλαδὴ τὸν Χριστόν. ἢ μᾶλλον ἔλεος καὶ ἀλήθειαν νῦν αὐτὸν ἐκεῖνον προσηγόρευσε τὸν υἱὸν, εἰσηγούμενον καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ ἐξομολογεῖσθαι καὶ ψάλλειν τῷ θεῷ, ἀναγγέλλειν ἤγουν διακηρύττειν τὸν λυτρωτὴν τοῦ κόσμου Χριστόν· ἐν αὐτῷ γὰρ ἠλεήθημεν, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν πρὸς τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν ἐπίγνωσιν ἔχομεν.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Προκόψαντες δὲ διὰ τῆς ἐξομολογήσεως, ἤδη καὶ ψάλλειν κελευόμεθα, ἐπὶ κρείττονα ψυχῆς κατάστασιν προελθόντες. Ἡ ἐξομολόγησις οὖν τὸ τέλος ἔχει τὴν ἀλήθειαν, ἣν ἀναγγέλλειν προσήκει οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς, καὶ ἐκ τῶν φανερῶν πραγμάτων, ἀλλ᾽ ἐκ βαθέων καὶ ἀποκρύφων διὰ γνώσεως ὑπερβολήν. Τὴν δὲ σοφίαν τὴν ἐν τοῖς τοιούτοις ὠνόμασε νύκτα. φύσει γὰρ τὰ περὶ Θεοῦ εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς λεγόμενα, τῆς τῶν πολλῶν γνώσεως διὰ μέγεθος δυνάμεως ἀποδημεῖ. νὺξ δέ ἐστι διὰ τὸ δυσκατάληπτον. αὕτη δὲ νὺξ ἀναφορὰν ἔχει πρὸς τὸ σκότος ὃ ἔθετο ὁ Θεὸς ἀποκρυφὴν αὐτοῦ.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Μὴ ὑπολάβῃς ὅτι διΐστησιν ἐν τούτοις ὁ ψάλλων τὴν τῆς ᾠδῆς δύναμιν, ὡς χρῆναι μὲν τὸ πρωῒ τὸ ἔλεος ἀναγγεῖλαι, τὴν δὲ ἀλήθειαν κατὰ νύκτα. Οὐ τοῦτό φησιν· ἀναγνωσόμεθα δὲ οὕτως τὸν στίχον, τοῦ ἀναγγέλλειν τὸ πρωῒ καὶ κατὰ νύκτα [τουτέστιν ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ] τὸ ἔλεος καὶ τὴν ἀλήθειαν. Τὸ δὲ ἀναγγέλλειν τὸ ἀνακηρύττειν ἐστίν· ὅ ἐστι δοξολογεῖν. καὶ τί τὸ ἀναγγελλόμενον; τὸ ἔλεος καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· τουτέστι Χριστός· ἠλεήθημεν γὰρ ἐν αὐτῷ, ἐδικαιώθημεν ἐν πίστει, ἡγιάσθημεν διὰ τοῦ πνεύματος, ἐλυτρώθημεν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας, εἰς υἱοὺς τετάγμεθα, κληρονόμοι γεγόναμεν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Ἠλέησε τοίνυν ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν Χριστῷ· ἐδίδαξε δὲ ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν καὶ λατρείαν.

δʹ. ΕΝ ΔΕΚΑΧΟΡΔΩ ΨΑΛΤΗΡΙΩ, ΜΕΤ᾽ ΩΔΗΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διδάσκει ἀκολούθως τὸν τρόπον τῆς ἐξομολογήσεως, τὸ πῶς χρὴ ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Θεὸν τὴν εὐχάριστον αἴνεσιν, δηλονότι διὰ τοῦ ψάλλειν καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναγγέλλειν· νῦν αὖθις εἰσηγεῖται, τὸ πῶς δεῖ τοῦτο ποιεῖν. ψαλτήριον μὲν οὖν ἡ ψυχὴ τοῦ δικαίου νοητὸν καὶ πνευματικόν, ἅτε δὴ ταῖς ἄνωθεν ἐπινοίαις ἀνακρουομένη καὶ κινουμένη πρὸς πᾶσαν εὔηχον θεωρίαν· ἐπειδή φασι καὶ, τὸ αἰσθητὸν ψαλτήριον μόνον τῶν μουσικῶν ὀργάνων ἄνωθεν ἔχειν τὸν ἐνηχοῦντα χαλκόν. τῇ κιθάρᾳ δέ πως ἔοικε τὸ σῶμα, ἅτε δὴ κάτωθεν ἔχον τὴν τῶν φωνητικῶν ὀργάνων διάπλασιν. γίνεται τοίνυν δεκάχορδον ψαλτήριον ψυχὴ θεοφιλής, ὅταν ταῖς ἰδίαις πέντε δυνάμεσι συνα-

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Vbi autem per confessionem profecerimus, iam etiam psallere iubemur, ad præstantiorem animæ statum procedentes. Confessio igitur pro fine habet veritatem, quam annuntiare oportet non ex superficie, & ex rebus apparentibus, sed ex profundis & occultis per excessum cognitionis. Sapientiam autem quæ in istiusmodi versatur noctem nominauit. Ea enim quæ de Deo piè ac rectè enuntiantur, naturâ suâ propter virtutis magnitudinem à plurimorum notitia remota sunt. Nox autem est propter comprehensionis difficultatem. Hæc verò nox relationem habet ad tenebras illas quas Deus posuit latibulum suum.

Quomodo psallendum & confitendum Domino.

Sapientia nocti comparata.

Psal. 17, 12.

ALTERIVS. Ne opineris Psalmistam in his Cantici vim distinguere, quasi manè quidem misericordiam, per noctem verò veritatem annuntiare oporteat. Non hoc dicit; sed hoc modo versus ille legendus, ***Ad annuntiandum manè & per noctem*** [id est diu noctuque] ***misericordiam & veritatem.*** Annuntiare autem idem est quòd prædicare; id est laudare. Quid porrò annuntiandum? Vtique misericordia & veritas Dei ac Patris; id est Christus: siquidem in ipso misericordiam adepti sumus, iustificati in fide, sanctificati per Spiritum, liberati de potestate diaboli, in filios adoptati, heredes facti Regni cælorum. Nostri igitur miseratus est Deus ac Pater in Christo: docuit autem nos per ipsum veritatem, id est adorationem & cultum in spiritu ac veritate.

Misericordia & veritas semper prædicanda.

4. IN DECACHORDO PSALTERIO, CVM CANTICO.] EVSEBII. Docet consequenter modum confitendi, quomodo oporteat Deo gratam laudationem offerre, scilicet psallendo per singulos dies, atque veritatem annuntiando: nunc denuò instruit, quomodo hoc faciendum sit. Intellectuale igitur ac spirituale psalterium est anima iusti, quatenus supernis cogitationibus pulsatur atque mouetur ad omnem benè resonantem contemplationem; quoniam tradunt etiam, sensibile psalterium solùm inter musica instrumēta habere supernè æs insonans. Citharæ verò corpus quodam modò assimilatur, vtpote quod infernè habeat vocalium instrumentorū efformationem. Decachordum itaque psalterium fit anima Deo amica, quando proprijs quinque facultatibus

Psalterium spirituale est anima iusti.

Corpus citharæ assimilatur.

 corpo-

corporis sensus conjunxerit & accommodauerit, atque vnum concentum fecerit ad Deum & res diuinas, imaginatione aliò nusquam diuertente.

Collectâ mente psallendum.

Hilarii. Oportet igitur confitendo Domino psallere, atque misericordiam & veritatem eius annuntiare, non cum aliqua distractione, aut cum alia quapiam rerum materialium cogitatione aut imaginatione, sed cum attentione, & omnium animæ virium sedulitate, atque insuper totali corporis sensuum consensione.

Anonymi. Olim quidem, quando illi de circumcisione per symbola & figuras Deum colebant, haud indecens erat per psalterium & citharam Deo laudes aliquas offerre, idque diebus Sabbatinis facere, quietem scilicet hoc modo dissoluentes, & legem de Sabbato transgredientes. Nos autem, qui secundùm diuinum Apostolum in abscondito Iudæum seruamus, viuo psalterio, & animatâ citharâ, spiritalibus canticis hymnum reddimus.

Rom. 2, 29.
Quomodo spiritualiter psallendum.

Alterivs. Cithara quidem est omne corpus, cuius anima motibus & actionibus conuenientem Deo hymnum offert. Psalterium verò decachordum est Spiritus sancti cultus, qui per quinque corporis sensus totidemque facultates animæ perficitur. Quæ vtique Apostolus ipse declarans alibi ait, *Orabo spiritu, orabo & mente*; ita vt & mens proprios motus habeat, quibus corpus pulset, & spiritus rursum proprios, quibus animam agitet.

1. Cor. 14, 15.

5. Qvia delectasti me Domine.] Hilarii. Cùm ad inferiora nos aggrauantis carunculæ cum interiori homine communicationem atque consensionem respiceret, iure merito delectatus est in factura vnius ac solius omnisapientis & omnipotentis vtriusque Conditoris, qui & immateriale atque incorporeum materiali carneoque corpusculo coaptauit, & vnam vnius substantiæ ac naturæ admirabilem compositionem architectatus est. Ceterùm obseruãdum, quomodo singulariter dixerit, *Quia delectasti me in factura*, sed non pluraliter in facturis; ne videlicet de ceteris quæ in cælo vel terra sunt creaturis ipsum loqui putaremus; sed de sola

Corpus & anima ad laudem Dei coaptanda.

In quo factura delectatus sit Propheta.

ψῃ καὶ συναρμόσῃ τὰς τοῦ σώματος αἰσθήσεις, καὶ μίαν συμφωνίαν ἐργάσηται τῆς πρὸς Θεὸν καὶ τὰ θεῖα, φαντασίας μηδὲ ἑτέρωθι παρεκτρεπομένης.

ΙΛΑΡΙΟΥ. Χρὴ τοίνυν ἐξομολογουμένους τῷ Κυρίῳ ψάλλειν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀγγέλλειν, οὐχὶ μετά τινος ἀπροσεξίας, καὶ τῆς πρὸς ἑτέραν τινὰ τῶν ὑλικῶν ἐνθυμήσεως ἢ φαντασίας, ἀλλὰ μετὰ προσοχῆς, καὶ νηφαλιότητος τῶν ἁπασῶν δυνάμεων τῆς ψυχῆς, ἔτι δὲ καὶ συμφωνίας ὁλικωτάτης πάντων τῶν αἰσθητηρίων τοῦ σώματος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πάλαι μὲν, οὖν ἡνίκα διὰ συμβόλων καὶ τύπων ἐλάτρευον οἱ ἐκ περιτομῆς, οὐκ ἀπεικὸς ἦν διὰ ψαλτηρίου καὶ κιθάρας ἀναπέμπειν τινὰς τῷ Θεῷ τοὺς ὕμνους, καὶ τοῦτο ποιεῖν ταῖς ἡμέραις τοῦ σαββάτου, παραλύοντας δηλαδὴ τὴν ἀργίαν, καὶ παραβαίνοντας τὸν νόμον τὸν περὶ τοῦ σαββάτου. ἡμεῖς δὲ, τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον ἀποσώζοντες κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ζῶντι ψαλτηρίῳ, καὶ κιθάρᾳ ἐμψύχῳ, πνευματικαῖς ᾠδαῖς τὸν ὕμνον ἀποδίδομεν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Κιθάρα μὲν πᾶν σῶμα, οὗ διὰ τῶν κινήσεων καὶ τῶν πράξεων ἡ ψυχὴ τὸν πρέποντα τῷ Θεῷ ὕμνον ἀποδίδωσι. ψαλτήριον δὲ δεκάχορδον ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τῶν αἰσθητηρίων πέντε μὲν τοῦ σώματος ἰσαρίθμων δὲ τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐπιτελουμένη λατρεία. ἃ δὴ παριστὰς αὐτὸς ὁ Ἀπόστολός φησί που, προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ὡς καὶ τοῦ νοὸς ἰδίας ἔχοντος κινήσεις, δι' ὧν ἀνακρούεται σῶμα, καὶ τοῦ πνεύματος πάλιν οἰκείας, δι' ὧν τὴν ψυχὴν ἐνεργεῖ.

ε. ΟΤΙ ΕΥΦΡΑΝΑΣ ΜΕ ΚΥΡΙΕ.] ΙΛΑΡΙΟΥ. Τὴν γὰρ τοῦ βρίθοντος ἡμᾶς σαρκίου πρὸς τὰ κάτω συνηγορίαν καὶ συμφωνίαν θεώμενος πρὸς τὸν ἔνδοθεν ἄνθρωπον, εἰκότως εὐφράνθη ἐν τῷ ποιήματι τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου δημιουργοῦ τῶν ἄμφω πανσόφου καὶ παναλκοῦς, τοῦ καὶ τὸ ἄϋλον καὶ ἀσώματον τῷ ὑλικῷ καὶ σαρκικῷ σώματι συναρμόσαντος, καὶ μίαν τεχνουργήσαντος μιᾶς οὐσίας καὶ φύσεως παράδοξον σύνθεσιν. Ἀλλὰ παρατηρητέον, πῶς ἑνικῶς φησιν, ὅτι εὔφρανάς με ἐν τῷ ποιήματι, ἀλλ' οὐ πληθυντικῶς ἐν τοῖς ποιήμασί σου· ἵνα μὴ περὶ τῶν ἄλλων τῶν κατ' οὐρανὸν ἢ τὴν γῆν ποιημάτων λέγειν αὐτὸν οἰηθῶμεν, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας·

οὐσίας· καὶ ταύτης οὐκ ἀπὸ μέρους, ἀλλὰ περιεκτικῶς καὶ καθολικῶς τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος τὴν δήλωσιν ἐποιήσατο φήσας, ἐν τῷ ποιήματί σου· καὶ διὰ τὴν καταληφθεῖσαν αὐτοῖν τῶν ἀμφοτέρων εἰς τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν συμφωνίαν καὶ σύμπνοιαν, δι' ἣν καὶ τῆς θείας ἐπληροῦντο εὐφροσύνης· καὶ διὰ τὸ μίαν κατασκευάσαι τὸν ποιητὴν φύσιν δι' ἑκατέρων.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ποίημα δὲ τὸ κάλλιστον, ἤγουν κατόρθωμα τῆς βουλῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οἷον ἔργον τῆς αὐτοῦ χειρὸς, τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας ἡ δύναμις, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Χριστός· Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, φησὶν, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ζητήσεις, πῶς οὐκ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου εὐφρανθῆναι λέγει, οὐδὲ ἐπὶ τῇ καταπαύσει τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν ὑπολάβοιεν Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ἐν τῷ ποιήματί σου καὶ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου ἀγαλλιάσομαι. Καὶ ποίημα μὲν νοήσεις ἐφ' ᾧ εὐφραίνει Θεὸς τὴν πρώτην ἡμέραν, περὶ ἧς φησιν· Αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. δηλοῖ δὲ τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν καὶ κυριακὴν, ὡς ἐν ἑτέροις ἀπεδείξαμεν, ἀπὸ τῆς κοσμοποιΐας παραθέμενοι, καθ' ἣν ὁ Μωσῆς φησιν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ ἐπιλέγει· γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν. Ὁρᾷς γὰρ ὡς οὐδὲ ἕτερον ἐν ταύτῃ γίνεται δημιούργημα ἀλλ' αὐτὴ μόνη ἡ ἡμέρα, ὡς ἐφαρμόζειν αὐτῇ τὸ, αὕτη ἡ ἡμέρα ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος· περὶ ἧς καὶ νῦν λέγεται, ὅτι εὔφρανάς με κύριε ἐν τῷ ποιήματί σου. Ἔργα δὲ χειρῶν ἐν ταῖς μετὰ ταῦτα ἡμέραις γεγενημένα. ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, ὁρῶν σου τὰς δημιουργίας καὶ τὰς ἀῤῥήτους οἰκονομίας ἀγάλλομαί τε καὶ γάννυμαι, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἡδονῇ τὴν γλῶτταν εἰς ὑμνῳδίαν κινῶ.

ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ ΤΩΝ ΧΕΙΡΩΝ ΣΟΥ ΑΓΑΛΛΙΑΣΟΜΑΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Διεῖλε γὰρ ἐνταῦθα θάτερον ἑκατέρου τοῖς ἔργοις εἰπὼν, ἀλλ' οὐ τῷ ἔργῳ, ἵνα μή τις ταὐτὸν κατ' οὐσίαν σώματι καὶ ψυχῇ οἰηθείη. ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέπει πρὸς τὴν ἐπ' ἀγαθῷ συμφωνίαν τῶν ἑκατέρων, ὡς ἤδη τὰ δύο συμβιβασθέντα πρὸς μίαν ἐνέργειαν, δι' ἑνικοῦ βούλεται χαρακτῆρος σημαίνειν· ὅταν δὲ τὴν ὕπαρξιν τῆς ἑκατέρου φύσεως ἐννοεῖ, συνδιαι-

natura humana; atque hanc non ex parte, sed complete ac totaliter secundùm animam & corpus significauit dicens, *In factura tua*; tum propter vtriusque ipsorum ad placendum Deo concordiam & conspirationem, ob quam etiam diuinâ lætitiâ replebantur; tum propter vnicam quam ex vtrisque Creator condidit naturam. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Factura porrò pulcherrima, siue perfectio consilij Dei ac Patris, & quasi opus manus ipsius, est virtus dispensationis nostræ, vt Christus ipse nos docuit: *Sic enim* (inquit) *Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Christus est factura Dei.

Ioan. 3, 16.

EVSEBII. Quæres, quomodo non in die Sabbati dicat se delectatum fuisse, neque in quiete Dei, vti Iudæi opinabantur, sed *in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.* Ac facturam quidem in qua Deus delectatur primam diem intelliges, de qua dicit: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Significat autem resurrectionis atque Dominicam diem, vti alibi demonstrauimus, ex mundi opificio hoc comprobantes, vbi Moyses ait: *In principio creauit Deus cælum & terram.* & subiungit: *Fiat lux; & facta est lux: appellauitq́; Deus lucem Diem.* Vides namque vt in hac nullum aliud opificium factum sit quàm ipsamet sola dies, adeò vt ipsi congruat ille versiculus, *Hæc dies quam fecit Dominus*: de qua etiam nunc dicitur, *Quia delectasti me Domine in factura tua.* Opera autem manuum sequentibus diebus facta sunt. Simpliciter autem dicendo, Videns tuas creaturas & ineffabiles dispensationes exulto & gaudeo, & ex animi voluptate linguam moueo ad canticum laudis.

Prima dies factura Dei.

Psal. 117, 24.

Gen. 1, 1.

Ibid. 3.

Psal. 117, 24.

Opera manuum sunt ea quæ sequentibus diebus facta sunt.

ET IN OPERIBVS MANVVM TVARVM EXVLTABO.] EVSEBII. Hîc enim oppositum vtriusque distinxit dicendo *operibus*, & non opere, ne nonnulli animam & corpus idem secundùm substantiam esse existimarent. Quando enim respicit ad vtriusque in bono consensionem, ac si iam illa duo ad vnam operationem coagmentata essent, singulari vult ea numero designare: quando verò substantiam vtriusq; naturæ considerat, tunc

Quo sensu homo singulariter opus & pluraliter opera dicatur.

CATENA PATRVM.

vnà cum naturalibus differentijs secundùm mentis conceptum etiam numerum distinguit, dualiter opera & non opus appellans. Porrò manuum effectrices ac creatrices potentias nominauit, à quibus tam corpus quàm anima, illud quidem ex puluere, hæc verò de nihilo, producta sunt; & vtriusque compositio & contemperatio facta est; ad quam etiam oculis spiritualibus respiciens, atque diuini consilij infinipotentem scientiam obstupescens, immediatè subiunxit: *Quàm magnificata sunt opera tua Domine!*

Sapientia Dei incomprehensibilis.

ANONYMI. Opera quidem, inquit, tua Domine magna & admiranda sunt: nam illud *quàm* coniunctiuè adiunxit. Sapientia autem tua incomprehensibile fundum habet. Quænam enim mens prouidentiæ tuæ rationibus inuestigandis sufficiat? At nos quidem hoc & scimus, & ignorantes docemus. Verùm hi qui mente priuati sunt, & rationis vsum perdiderunt, neque scire volunt, neque discere ab alijs sustinent. Quanta autem eorum apparet nobis magnitudo, tantam circa illa cogitationum Dei cernimus profunditatem, secundùm quas fecit & magnificauit ea.

8. CVM EXORTI FVERINT PECCATORES.]

Peccatores fœno similes.

TIMOTHEI. Simul ac exorti fuerint, id est effloruerint, & apparuerint sicut fœnum ex portis inferi (scilicet desolati & aridi cordis) peccatores, & emerserint ex obscuris antris (scilicet occultis impietatis cogitationibus) & manifesti facti fuerint ad ipsum accedentes; quin & omnes conspirauerint qui operantur iniquitatem, tamquam propriarum adinuentionum successum consecuti, cum omnibus impijs qui ipsos præcesserunt & secuti sunt impietatis laqueo transfixi, iustissimum referent in vtraque vita exterminium.

ANONYMI. Exorti sunt igitur, inquit, sicut fœnum, siue sicut herba in agro: ad modicum verò quodammodò florentes posteà apparuerunt; id est, incuruati & humiliati, atque ad omnimodum interitum redacti sunt, qui operabantur aduersus Christum iniquitatem.

Insipiens non intelligit rationes prouidentiæ Dei.

EVSEBII. Insipiens quidem ac stultus videntes impios prosperari, iustos verò atque pios affligi, minimè intelligunt rationes prouidentiæ. Ego verò facturæ tuæ atque operibus manuum tuarum attendens, cum alijs intellexi finem illorum qui in hac vita prospe-

ρεῖ τηνικαῦτα ταῖς φυσικαῖς διαφοραῖς κατ' ἐπίνοιαν καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἔργα δυϊκῶς ἀλλ' οὐκ ἔργον καλῶν. χειρῶν δὲ νῦν τὰς ποιητικὰς καὶ δημιουργικὰς δυνάμεις ὠνόμασεν, ὑφ' ὧν καὶ τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ μὲν ἐκ χοὸς, τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντος, παρήχθη· καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἡ συνθήκη καὶ σύγκρασις γέγονε· πρὸς ἣν καὶ τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς ἀποβλέψας, καὶ τῆς θεοπρεποῦς βουλῆς τὴν ἀπειροδυνάμον ἐπιστήμην καταπλαγεὶς, ἀμέσως ἐπήγαγεν· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε;

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Τὰ μὲν ἔργα σου κύριε, φησὶ, μεγάλα καὶ θαυμαστά· τὸ γὰρ ὡς ἐπιτατικῶς τέθεικεν. ἡ δὲ σοφία σου ἀνέφικτον ἔχει τὸ βάθος. Ποῖος γὰρ νοῦς ἱκανὸς ἐξετάσαι τῆς σῆς προνοίας τοὺς λόγους; Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τοῦτο καὶ ἴσμεν, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκομεν. Οἱ δὲ φρενῶν ἐστερημένοι, καὶ τὸ λογικὸν ἀπολέσαντες, οὔτε συνιδεῖν ἐθέλουσιν, οὔτε μαθεῖν παρ' ἑτέρων ἀνέχονται. Ὅσον δὲ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀναφαίνεται ἡμῖν, τοσοῦτον βαθυνομένους ὁρῶμεν τοὺς περὶ αὐτῶν θεοῦ διαλογισμοὺς, καθ' οὓς πεποίηκε καὶ ἐμεγάλυνεν αὐτά.

η. ΕΝ ΤΩ ΑΝΑΤΕΙΛΑΙ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ.]

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι, τουτέστιν ἐξανθῆσαι, καὶ φανῆναι καθάπερ χόρτον ἐκ τῶν ᾅδου πυλῶν (δηλονότι τῆς κεχερσωμένης καὶ χορτώδους καρδίας) τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ διακύψαι ἀπὸ τῶν ἀφανῶν φωλεῶν (δηλονότι τῶν κεκρυμμένων τῆς ἀσεβείας ἐνθυμημάτων) καὶ γεγόνασι φανεροὶ προσδραμόντες αὐτῷ· καὶ συμφωνήσωσι δὲ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὡς τὴν τῶν ἰδίων καταθυμίων εὑρηκότες ἐπίδοξιν, μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτοὺς ἀσεβῶν τῷ σταυρῷ τῆς ἀσεβείας πεπαρέντες, ἐνδικωτάτην ἀποίσονται καθ' ἑκάτερον βίον τὴν ἐξολόθρευσιν.

ΑΝΟΝΥΜΟΥ. Ἀνέτειλαν γοῦν, φησὶν, ὡς χόρτος, ἤγουν ὡς ἐν ἀγρῷ βοτάνη· βραχὺ δὲ ὥσπερ ἀνθήσαντες μετὰ τοῦτο διέκυψαν, τουτέστι κατεκάμφθησαν καὶ ἐταπεινώθησαν, καὶ εἰς παντελῆ κατέβησαν ὄλεθρον, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν κατὰ Χριστοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μὲν ἄφρων καὶ ἀσύνετοι ὁρῶντες ἀσεβεῖς εὐθηνουμένους, δικαίους δὲ καὶ εὐσεβεῖς κακουμένους, οὐ συνιοῦσι τοὺς τῆς προνοίας λόγους. ἐγὼ δὲ τῷ ποιήματί σου ἐνορῶν καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν, μετὰ τῶν ἄλλων συνεῖδον ὅτι τὸ τέλος τῶν κατὰ τὸν βίον

διαθυμούντων ἀσεβῶν ὄλεθρον ἔχει καὶ ἀπώλειαν· διὸ πολὺ μᾶλλον τοὺς τῆς θείας κρίσεως λόγους ὑπερεκπλήττομαι. Οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ οἷα χόρτος ἀνατέλλουσι, καὶ ἐνεργεῖται ἡ ἀνομία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἔχθρα αὐτῶν ἐπιτείνεται· ἀγνοεῖται δὲ τὸ τοῦ Θεοῦ ὕψος καὶ μέγεθος, τυφλώσης τῆς κακίας τὸ ὄμμα τοῦ νοῦ, τὸ δυνάμενον προσβάλλειν τῷ κυρίῳ. Ὅταν οὖν οὕτω κατάλυσις τῆς ἁμαρτίας γένηται, ὡς ἀπολέσθαι διὰ τὸ ἁμαρτάνειν τοὺς ἐχθροὺς γεγενημένους Θεοῦ· τότε δὴ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα εὑρεθήσεται.

Ἀνωνύμου. Ὕψιστος γάρ ἐστιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ εἰ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑπέδυ σμικροπρέπειαν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀναχαλκεύσῃ πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ ὑψώσῃ τὸ ταπεινόν, καὶ τιμήσῃ τὸ ἠτιμωμένον, ἵνα τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι καταλαμπρύνῃ τὸν δοῦλον. Συνεπτώχευσε γὰρ ἡμῖν, πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Ὕψιστος τοίνυν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· καὶ εἰ γέγονεν ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἀπέστη τοῦ εἶναι Θεός, ἀλλὰ μεμένηκεν ὅπερ ἦν. Σὺ μὲν γάρ, φησιν, ὦ κύριε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς διαμένεις, τὸν σύμπαντα αἰῶνα οὐ τρεπόμενος, οὐκ ἀλλοιούμενος· ἀλλ' εἰς ἄπειρον ἑαυτῷ διαμένων ὅμοιος· ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοί, καὶ μακρὰν τῆς σῆς ἀπέχοντες δυνάμεως, ἄλλοτε ἄλλοθεν φερόμεθα καὶ μεταβαλλόμεθα.

Εὐσεβίου. Ὡς γοῦν χόρτος καὶ τὰ ἀπὸ γῆς ἄνθη πρὸς ὀλίγον ὡραῖα φαίνεται, καὶ θέλγει τὴν ὅρασιν, καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπατᾷ, εὐθέως δὲ φθίνει, καὶ τὰ ῥᾷστα ἀπόλλυται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζόμενοι, ἅμα τε ἀνέτειλαν, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες διέκυψαν· εἶτ' οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν οὐκέτι βραχὺς καὶ πρόσκαιρος ὄλεθρος, ἀλλὰ αἰώνιος ἀπώλεια.

ια. Καὶ ὑψωθήσεται ὡς μονοκέρωτος.] Διοδώρου. Τὸν μονοκέρωτα φασὶ ζῷον εἶναι οὗ κέρας ἐπὶ τοῦ μετώπου ἐγήγερται, ὑψηλόν τε καὶ ἄθραυστον· ᾧ κεχρημένον πρὸς τὰ ἕτερα τῶν ζώων ἀεὶ νικᾷ καὶ περιγίνεται· καὶ ἔστιν ἰσχυρὸν καὶ δυσάντητον. Τούτῳ τῷ μονοκέρωτι παρεικάσει τὸν νέον λαὸν ἡ θεία γραφή. νέον δὲ ὅταν εἴπω λαόν, τοὺς διὰ πίστεως νόει οἳ πάντα νενικήκασι τὰ ἔθνη.

CATENA PATRVM.

prosperantur interitum & perditionem obtinere; quapropter multò magis diuini iudicij rationes formido. Siquidem peccatores velut fœnum exoriuntur, & in illis iniquitas operatur, & ipsorum aduersus Deum inimicitia intenditur; Dei verò celsitudo & magnitudo ab ipsis ignoratur, dum malitia mentis oculum excæcat, qui Domino attendere poterat. Quando igitur peccatum ita fuerit dissolutum, vt propter illud interierint qui inimici Deo facti sunt; tunc vtique Deus altissimus in æternum reperietur.

Altissimum est Dei Verbum, licet exinanitum.

ANONYMI. Altissimum enim est vnigenitum Dei Verbum, tametsi demiserit semetipsum ad voluntariam exinanitionem, & humanitatis vilitatem subiuerit, vt hominis naturam ad immortalitatem innouaret, atque eius vilitatem extolleret, abiectionemque honoraret, nec non seruum adoptionis gratiâ illustrem redderet. *Quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopiâ nos diuites essemus.* Altissimum igitur Dei Verbum licet homo factum sit; non enim desijt esse Deus, sed remansit id quod erat. Tu enim, inquit, ô Domine secundùm eadem & eodem modo te habens, Altissimus in excelsis permanes, per omnem æternitatem minimè variatus, aut immutatus; sed in infinitum tibi ipsi similis perseueras; nos autem cùm viles & abiecti simus, & à tua virtute longè absimus, huc illucque ferimur & immutamur.

1. Cor. 8, 9.

EVSEBII. Quemadmodum igitur fœnum & flores terræ ad modicum speciosa videntur, & visum oblectant, sensumque fallunt, confestim verò deficiunt, & citissimè intereunt: eodem modo etiam qui apud plurimos in admiratione erant, simul vt exorti fuerant, & ad modicum florentes apparuerant; deinde non longè pòst excepit illos non iam breuis aliqua ac temporaria perditio, sed interitus sempiternus.

Vnicornis quale animal sit.

II. ET EXALTABITVR SICVT VNICORNIS.] DIODORI. Vnicornem tradunt esse animal cui cornu in fronte erectum sit, & altum & infractum; quo dum vtitur aduersus alia animalia semper vincit ac superat: estque validum atque terribile. Huic vnicorni diuina Scriptura nouum populum assimilat. Cùm autem nouum populum dico, intelligo illos qui per fidem omnes Gentes deuicerunt.

ANO-

CATENA PATRVM.

Vnicornes sunt iusti, præsertim Christus.

ANONYMI. Vnicornes quidem sunt iusti; sed Christus per excellentiam, qui vno cornu, scilicet cruce, aduersus aduersarias potestates vsus est. Hic nobis pro cornu fidem suam contra aduersarios donauit; quæ cornu Dominico, scilicet cruci, correspondentem habet altitudinem. Quemadmodum enim crux per cruciatus glorificata fuit, ita etiam piorum fides per persecutiones exaltatur, & per cruciatus gloriosior euadit. Sed & senectus nostra, id est nouissima, in oleo pingui exaltantur. Nouissimis enim temporibus is qui copiosè nostri misertus est, etiam benignè obuiauit, vt peccatores & publicanos ad Regnum suum converteret.

ALTERIVS. Illa verba, *Et senectus mea in oleo pingui*, Symmachus sic habet: *Vetustas mea sicut oliua benè germinans.* Florebo enim, & senectutem deponam, & oliuam germinantem imitabor; & iuxta Septuaginta, tamquam oleo quopiam impinguabor voluptate. Senectutem autem non corpoream dicit, sed quæ perfectam interioris hominis ætatem exhibet; de qua scriptum est: *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata: canities autem est prudentia hominibus, & ætas senectutis vita immaculata.*

Senectus venerabilis quæ sit. Sap. 4, 8.

12. ET DESPEXIT OCVLVS MEVS INIMICOS MEOS.] THEODORI. Illud *despexit* idem est quod videre inimicos corruentes, perculsos ab ijs qui ex aduerso sunt. Hi autem sunt qui veritati ac gloriæ Dei repugnant, audaciâ sese armantes. Tales aliqui erant Iudæorum Synagogæ Rectores, Scribæ & Pharisæi: non cessabant enim Christo insultare, & nefariè opinionem eius oppugnare.

EVSEBII. Symmachus & Theodotion, ipseque textus Hebræus, *inspiciet* dixerunt. Quoniam ea quæ dicta sunt, futurorum sunt prædictiones. Sed more suo Septuaginta futura tamquam facta interpretati sunt; in hoc etiam vaticinationis firmitatem declarantes. Nam sicut non potest fieri vt ea quæ facta sunt infecta sint: sic etiam non potest fieri vt Spiritus sancti vaticinatio sine certo fine maneat. Dicit igitur, Non modò impiorum calamitosum finem cernam, verùm etiam auribus percipiam cunctos hoc enarrantes, & pœnæ iustitiam admirantes.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μονοκέρωτες εἰσὶ μὲν οἱ δίκαιοι· Χριστὸς δὲ κατ᾽ ἐξοχὴν, ἑνὶ κέρατι, τῷ σταυρῷ, πρὸς τὰς δυνάμεις τὰς ἐναντίας χρησάμενος. οὗτος ἡμῖν κέρας τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν κατὰ τῶν ἀντιπεταγμένων δεδώρηται· ὅπερ ἀνάλογον τῷ δεσποτικῷ κέρατι, δηλαδὴ τῷ σταυρῷ, τὸ ὕψος ἔχει. Καθάπερ γὰρ ὁ σταυρὸς διὰ παθημάτων ἐδοξάσθη, οὕτως καὶ ἡ τῶν εὐσεβούντων πίστις διὰ διωγμῶν ὑψοῦται, καὶ διὰ παθημάτων δοξάζεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ γῆρας ἡμῶν, τουτέστι τὰ ἔσχατα, ἐν ἐλαίῳ πίονι ὑψοῦται. ἐν ἐσχάτοις γὰρ καιροῖς ὁ δαψιλῶς ἡμᾶς ἐλεῶν, καὶ φιλοτίμως ἀπήντησεν, ὥστε ἁμαρτωλοὺς καὶ τελώνας εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν περιστρέψασθαι.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Τὸ, καὶ τὸ γῆράς μου ἐν ἐλαίῳ πίονι, Σύμμαχος οὕτως· Ἡ παλαίωσίς μου ὡς ἐλαία εὐθαλής. ἀνθήσω γὰρ, καὶ τὸ γῆράς μου ἀποθήσομαι, καὶ ἐλαίαν τεθηλυῖαν μιμήσομαι· καὶ κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, οἱονεί τινι ἐλαίῳ πιανθήσομαι τῇ θυμηδίᾳ. Γῆρας δὲ οὐ τὸ σωματικὸν λέγει, ἀλλὰ τὸ παριστὸν τὴν τελείαν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἡλικίαν· περὶ οὗ γέγραπται· Γῆρας γὰρ τίμιον, οὐ τὸ πολυχρόνιον, οὔτε ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται· πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, καὶ ἡλικία γήρως βίος ἀκηλίδωτος.

ιβ΄. ΚΑΙ ΕΠΕΙΔΕΝ Ο ΟΦΘΑΛΜΟΣ ΜΟΥ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΧΘΡΟΙΣ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ἐπεῖδεν ἐστι τὸ ἰδεῖν πεπτωκότας ἐχθροὺς, ἀπονήσαντας τοὺς δι᾽ ἐναντίας. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ, τὸ ἑαυτῶν ὁπλίζοντες θράσος. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν οἱ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἡγούμενοι, γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι· οὐ διαλελοίπασι γὰρ ἐπιπηδῶντες Χριστῷ, καὶ ἀνοσίως αὐτοῦ τῇ δόξῃ μαχόμενοι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων, καὶ αὐτὸς ὁ Ἑβραῖος, ἐπόψεται εἰρήκασι. μελλόντων γὰρ προῤῥήσεις τὰ λεγόμενα. ἀλλὰ συνήθως οἱ ἑβδομήκοντα ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα ἡρμήνευσαν· τὸ ἀντίῤῥητον τῆς προῤῥήσεως κἀν τούτῳ δηλοῦντες. ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τὰ γεγενημένα μὴ γεγενῆσθαι· οὕτως ἀδύνατον τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος προῤῥησιν ἀπέρατον διαμεῖναι. Λέγει τοίνυν, ὅτι οὐ μόνον ὄψομαι τῶν ἀδίκων τὸ ἐπώδυνον τέλος, ἀλλὰ καὶ ἀκούσομαι τούτων πάντων διαγγελλόντων, καὶ θαυμαζόντων τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον.

ιγ΄. ΔΙ-

ιγʹ. ΔΙΚΑΙΟΣ ΩΣ ΦΟΙΝΙΞ ΑΝΘΗΣΕΙ.]

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ τέλος, φησὶν, οὕτως ἔσται, καὶ δίκην χόρτου ῥᾳδίως μαρανθήσονται· ὁ δὲ δίκαιος τῆς μὲν κέδρου τὸ δασὺ καὶ θερμόν τι, καὶ ἐρέψιμον, τοῦ δὲ φοίνικος μιμήσεται τὸ ὑψίκομόν τι καὶ κάρπιμον· διαρκοῦσι δὲ ἀμφότερα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαμένοντα χρόνον· χρόνου δὲ καὶ εἰς αὔξησιν δεῖται. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς φυτουργία, πόνῳ πολλῷ καὶ χρόνῳ φυτευομένη· ἀλλ' εἰς ὕψος αἰρομένη, ὥριμόν τι καὶ ἥδιστον φέρουσα τὸν καρπὸν, καὶ σκέπην ἱκανὴν τῷ κεκτημένῳ παρέχουσα.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Φοίνιξι δὲ καὶ κέδροις τοὺς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένους παρεικάζειν ἀξιοῖ τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. Φυτὸν γάρ ἐστιν ὁ φοῖνιξ ἀειθαλὲς, εὔριζόν τε, καὶ ὑψηλὸν, καὶ εὐκάρδιον, εὐώδη, καὶ γλυκὺν ἔχον τὸν καρπόν. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ τὴν ἐν Χριστῷ δικαιοσύνην ἔχοντες· ἑστήκασι γὰρ ἑδραῖοι καὶ ἀκατασάλευτοι, λευκὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν. οὕτω πως καὶ ὁ ψάλλων φησί· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ πολύχρουν τὸν καρπὸν φέρει, καὶ ἡ κέδρος, ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ, πολύϊνος καὶ πολύρριζός ἐστιν, εἰκότως τὸν δίκαιον παρέβαλε τούτοις, πολύκαρπον ὄντα ἐν ταῖς κατ' εἶδος ἀρεταῖς καὶ διαφόροις δόγμασι τῆς ἀληθείας, κατὰ ταῦτα γὰρ παραβάλλεται τῷ φοίνικι. Ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ βέβαιον καὶ ὀχυρὸν περὶ ἀγαθὰ τῇ κέδρῳ, τῇ ἐν τῷ Λιβάνῳ, παρεικάζεται. Ἄσηπτος γὰρ καὶ πυκνοτάτη ἡ κέδρος· ἀειθαλὴς δὲ ὁ φοῖνιξ, καὶ τὴν καρδίαν ἄνω νενευκυῖαν ἔχων· ᾧ εἰκότως ὁμοιοῦται ὁ θησαυρίσας ἐν οὐρανῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖ τὴν καρδίαν ἔχων. Πολύϊνος δὲ καὶ ὡς κέδρος ὁ δίκαιος πολλοὺς ἔχων, τοὺς δι' αὐτοῦ σωζομένους.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Φοίνικι μὲν ἕκαστον ἀπεικάζει τῶν περὶ πολλοῦ ποιουμένων τὴν θείαν δικαιοσύνην, καὶ διὰ τοῦτο παρωνύμως ὀνομαζομένων δικαίων· ὡς μηδὲν ἄλλο ἐχόντων ἐμφροντιστὸν ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, κἀντεῦθεν τῷ φοίνικι παραπλησίως ἀειθαλεῖς ἐχόντων τοὺς κλάδους τῆς ἀρετῆς, καὶ προβαλλομένων καρποὺς γλυκεῖς, ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, ἐλεημοσύνην, ἐγκράτειαν, καὶ παραπλήσια. γλυκαίνουσι γὰρ ταῦτα πάντα ἀνθρώπου βλέποντος ἢ ἀκούοντος τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς. Παρεικάζεται δὲ καὶ τῇ κέδρῳ διὰ τὸ εὐῶδες αὐτῆς, καὶ ἄσηπτον, καὶ ὑψίκο-

13. IVSTVS VT PALMA FLOREBIT.] CATENA PATRVM.

ANONYMI. Talis, inquit, erit finis peccatorum, & instar fœni citò marcescent: iustus verò cedri quidem densitatem & calorem, & opacitatem, palmæ verò altas comas & fertilitatem imitabitur: vtræque autem perdurant, & diu permanent, temporis verò ad crescendum indigent. Talis etiam est virtutis conditio, multo labore ac tempore producitur; sed in altitudinem erecta, tempestiuum dulcissimumque fructum profert, & sufficientem vmbram possessori suo præbet. *Peccatores fœno, iustus cedro & palmæ similis.*

DIODORI. Scriptura verò sacra eos qui in Christo iustificati sunt palmis ac cedris assimilare dignatur. Palma enim arbor est semper germinans, benè radicata, & alta, & cordialis, beneolens, & dulcem fructum gerens. Istiusmodi autem sunt omnes qui Christi iustitiâ præditi sunt: consistunt enim firmi & inconcussi, candido corde præditi. Sic etiam alibi Psalmista dicit: *Cor mundum crea in me Deus.* *Palma qualis arbor sit.* Psal. 50.

EVSEBII. Cùm palma multifarium fructum ferat, & cedrus, quæ in Libano est, multos ramos multasque radices habeat, iure merito cum istiusmodi arboribus virum iustum comparauit, quòd in genere virtutum fructibus abundet atque diuersis doctrinis veritatis, secundùm quas nimirum cum palma confertur. Quin & propter firmitatem & in bonis securitatem cedro, quæ in Libano est, assimilatur. Imputribilis enim ac densissima est cedrus; palma verò semper viget, & cor sursum vergens habet: cui meritò comparatur is qui thesaurizat in cælo, atque idcircò ibidem corde versatur. Porrò iustus quoque instar cedri plurimos ramos habet, cùm plurimi per ipsum salui fiant. *Cedrus qualis arbor sit.*

TIMOTHEI. Palmæ assimilat vnumquemque eorum qui diuinâ iustitiam magni faciunt, atque idcircò denominatiuè iusti appellantur, vt qui nullam aliam rem curent nisi iustitiam Dei, atque inde adinstar palmæ perpetuò germinent ramos virtutum, dulcesq; fructus producant, charitatem, gaudium, pacem, eleëmosynam, continentiam, & his similia. Hæc enim omnia videntis aut audientis hominis sensus animi oblectant. Ceterùm quoque cedro assimilatur propter eius suaueolentiam, & impu- *Iustorum fructus quales.*

CATENA PATRVM.

tribilitatem, comarumque altitudinem atque opacitatem. Dixit autem iustum multiplicari sicut cedrum, nēpe dum multos ex vno vnius moris iustos reddit communicatiuis proborum facinorum suorum gratijs atque sementis. *Ego* enim, inquit, *plantaui, Apollo rigauit.*

1. Cor. 3, 6.

Palma iusti symbolum; & quare.

ANONYMI. Non frustrà palmæ iustum assimilat, sed quia parua quidem eius pars in terra, totum verò supra terram est. Quin & fructus eius à feris decerpi minimè potest, cùm propter ascensus ratione frondium difficultatem, tum propter eius altitudinem. Ad hæc, nil in palma reiectaneum, sed totum vtile existit. Horum vnumquodque ad iustum referens, similitudinis genuinam proprietatem admiraberis. Sed & certantibus currentibusque in symbolum victoriæ palmarum rami traduntur, quia nec aliter quàm propter iustitiam in futuro sæculo coronari possumus.

Libanus symbolum Gentium.

ALTERIVS. Etsi Libanus propter cedrorum infructuositatem Gentium nota symbolumque existat, attamen in Gentibus quoque Dei iustitia multiplicatur. Multi siquidem Prophetæ, plurimique Patriarchæ, atque alij Deiferi ac iusti ex Israël orti sunt; verumtamen horum numerum auxerunt Martyres qui ex Gentibus prodierunt, in quibus Dei iustitia in multitudinem excreuit.

14. PLANTATI IN DOMO DOMINI.] TIMOTHEI. Sed obseruandum quomodo nunc etiam Cedrum & Libanum in meliorem partem acceperit; Cedrum quidem, vti dictum est, iusto assimilans, Libanum verò tamquam loco iustorum capaci, scilicet Ecclesiæ, propter comarum eius densitatem & varietatem, omnigenasque plantas. In hac igitur iusti plantati sunt tamquam in domo Domini, & in atrijs Dei nostri diuersis varijsque floribus virtutum efflorescunt. Domus enim Domini est Ecclesia Catholica: sic enim Apostolus illam nuncupauit; *Vt scias*, inquit, *quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui.* Qui itaque in ea plantati sunt, & fructum ferunt, in atrijs Dei nostri florebunt, id est in singulis ac particularibus fidelium Gentium cœtibus localibus. Domum namque Domini spiritalem, omnem cœtum Catholicæ Ecclesiæ, atria verò Dei, singulas fidelium congregationes appellauit.

Ecclesia est domus Domini.

1. Tim. 3, 15.

μον, καὶ πυκαστικόν. Ἔφη δὲ τὸν δίκαιον πληθυνθῆναι καθάπερ κέδρον, δηλονότι τὸ πολλοὺς ἐξ ἑνὸς ὁμοιοτρόπους ἀποτελεῖν δικαίους ταῖς μεταδοτικαῖς τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ χάρισι καὶ καταβολαῖς. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μάτην τῷ φοίνικι παρεικάζει τὸν δίκαιον, ἀλλ' ἐπειδὴ μικρὸν μὲν αὐτοῦ τὸ μέρος ἐν τῇ γῇ, ὑπὲρ γῆν δὲ τὸ πᾶν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ καρπὸς εἰς τὸ τρυγηθῆναι τοῖς θηρίοις, διὰ τὸ δύσβατον τοῦ φύλλου, καὶ ὑψηλὸν ἀδύνατος. Πρὸς τούτοις οὐδὲν ἀπόβλητον ὁ φοῖνιξ, πᾶν δὲ χρειῶδες κέκτηται. ὧν ἕκαστον ἀναλαμβάνων εἰς τὸν δίκαιον, θαυμάσεις τὸ ἀπαράλλακτον τῆς εἰκόνος καὶ γνήσιον. Ἀλλὰ μὴν καὶ νίκης τοῖς ἀθλοῦσι καὶ τοῖς τρέχουσι σύμβολον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων δίδοται, ὥστε οὐκ ἄλλως στεφανωθῆναι κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀλλὰ διὰ τῆς δικαιοσύνης δυνάμεθα.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Εἰ καὶ τῶν ἐθνῶν ὁ Λίβανος διὰ τὴν ἀκαρπίαν τῶν κέδρων χαρακτὴρ ὑπάρχει καὶ σύμβολον, ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη πληθύνεται. Πολλοὶ μὲν γὰρ προφῆται, πολλοὶ δὲ πατριάρχαι, καὶ ἕτεροι θεοφόροι καὶ δίκαιοι ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ γεγόνασιν· ἀλλ' ἐπλεόνασαν τὸν τούτων ἀριθμὸν οἱ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἀναδειχθέντες μάρτυρες, ἐν οἷς εἰς πλῆθος ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη προκέκοφεν.

ιδ'. ΠΕΦΥΤΕΥΜΕΝΟΙ ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ ΚΥΡΙΟΥ.] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ἀλλὰ παρατηρητέον πῶς νῦν καὶ τὴν κέδρον καὶ τὸν Λίβανον ἐπὶ κρείττονος παρείληφε· τὴν μὲν κέδρον τῷ δικαίῳ, καθάπερ εἴρηται, ἀφομοιώσας, τὸν δὲ Λίβανον ὡσεὶ τόπῳ χωρητικῷ τῶν δικαίων, ἤγουν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἀμφιλαφὲς αὐτῆς ποικίλον, καὶ παντοδαπὸν τῶν φυτῶν. Ἐν ταύτῃ τοίνυν οἱ δίκαιοι πεφυτευμένοι ὡς ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθοῦσι τὰ διάφορα καὶ ποικίλα ἄνθη τῶν ἀρετῶν. Οἶκος γὰρ Κυρίου ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· οὕτως γὰρ αὐτὴν ὀνόμασεν ὁ Ἀπόστολος· ἵνα εἰδῇς, φησι, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Οἱ τοίνυν πεφυτευμένοι ἐν τούτῳ, καὶ καρποφοροῦντες, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι, τουτέστιν ἐν ταῖς καθ' ἕκαστα καὶ ἀνὰ μέρος τοπικαῖς συναθροίσεσι τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν. οἶκον γὰρ Κυρίου νοητὸν, τὸ πᾶν σύστημα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, αὐλὰς δὲ τοῦ Θεοῦ, τὰς καθ' ἕκαστα τῶν πιστῶν συναθροίσεις ὠνόμασεν.

ΑΝΩ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ πεφυτευμένοι μεταφυτευθέντες ἕτεροι τὴν ἑρμηνείαν ἐκδεδώκασιν, ὥστε εἶναι σαφὲς, οὐ τὰς ἁπλῶς δὲ κέδρους, ἀλλὰ τὰς ἐκ πλάνης μεταφυτευθείσας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῇ ἐκκλησίᾳ, φησίν. ἐν ταῖς αὐλαῖς, τουτέστιν ἐν ταῖς ἐπουρανίαις μοναῖς· εἴγε πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί· ἔνθα κατ' ἀξίαν διαμερισθέντες, οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοι, κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ἐξανθήσουσιν.

ιέ. ΕΤΙ ΠΛΗΘΥΝΘΗΣΟΝΤΑΙ ΕΝ ΓΗΡΕΙ ΠΙΟΝΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐκ ἔσται, φησὶν, αὐτῶν ἡ εὐθηνία πρόσκαιρος, μήποτε τοῦτό τις περὶ τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ἐξανθῆσαι στοχάσηται, ἀλλ' ἐν γήρει λιπαρῷ πληθυνθήσονται καὶ προκόψουσι· τοῦ γὰρ χρόνου προϊόντος πληθύνεται τῶν ἐθνῶν ἡ εὐσέβεια.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Γῆρας δὲ ἐνταῦθα τὴν τελείωσιν οἶμαι λέγεσθαι τῆς ψυχῆς· ἐν ᾗ γενόμενοι εὐπαθοῦντες ἔσονται οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοι. εἰ γὰρ, καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἐν ᾧ φυτεύονται ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, κακοπαθοῦντες διατελοῦσι τοὺς πρώτους τῆς γεωργίας πόνους ὑπομένοντες· ἀλλ' ἐπειδὰν τοῦ γήρως τοῦ πίονος ἀξιωθῶσιν, εὐπαθοῦντες ἔσονται, ἀναπαυόμενοι τῶν καμάτων· καὶ τῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα ἀπολαμβανόμενοι ὁμολογήσουσιν· ὅτι εὐθὺς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.

ΕΤΕΡΟΥ. Ὁρᾷς ὡς ἀπὸ τοῦ εὐπαθεῖν, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σφριγᾶν καὶ ἀκμάζειν εἰς ζῆλον προκόπτουσιν; ἢ καὶ εὐπαθεῖν ἐπὶ τῶν πιστῶν κυρίως λεχθήσεται τὸ πάσχειν εὐκόλως ὑπὲρ τούτου εἰς ὃν καὶ πεπιστεύκασι· τοιγαροῦν τὸ εὐπαθὲς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὖ πάσχειν ἀναγγελοῦσι· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. ὡς γὰρ εὐθὺς καὶ δίκαιος στεφανοῖ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχοντας, καὶ βραβεῖον αὐτοῖς ἐξαίρετον μεταδίδωσιν.

ANONYMI. Pro *plantati* alij interpretes ediderunt *transplantati*, ita vt clarum sit, quòd non simpliciter cedros, sed illas, quæ ex errore in domo Dei, id est Ecclesia, transplantati sunt, dicat. *In atrijs*, id est supercælestibus mansionibus: siquidem apud Patrem mansiones multæ sunt: vbi secundùm dignitatem distributi qui nunc in domo Domini plantati sunt, tempore opportuno florebunt. CATENA PATRVM. Ioan. 14, 2.

15. ADHVC MVLTIPLICABVNTVR IN SENECTA VBERI.] THEODORI. Non erit, inquit, eorum fertilitas temporaria, ne quis hoc de Gentibus propter efflorescentiam conijciat, sed in senecta vberi multiplicantur atque proficiunt: nam successu temporis Gentium pietas multiplicatur. *Ecclesiæ fertilitas perennis.*

ANONYMI. Senectam autem hîc animæ perfectionem dici credito: in qua existentes benè patientes erunt illi qui modò in domo Domini plantati sunt. Etsi enim, præsertim in præsenti tempore, in quo plantantur in domo Domini, malè afficiantur, dum primos agriculturæ labores sustinent; attamen vbi senectâ vberi dignati fuerint, benè patientes erunt, à laboribus quiescentes: & certaminum præmia recipientes confitebuntur; *quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.*

ALTERIVS. Vides vt *benè patientes*, id est, fructu turgescentes & vigentes in zelum proficiant? Vel etiam illud *benè pati* de fidelibus propriè dicetur esse idem quod *facilè pati* pro eo in quem etiam crediderunt: siquidem Dei beneficentiam dum benè afficiuntur annuntiabunt; & quoniam non est iniquitas in eo. Tamquam enim rectus ac iustus coronat eos qui pro ipso patiuntur, atque eximia ipsis præmia largitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS iste, *Psalmus Cantici in die Sabbati*, habetur in omnibus Codicibus Hebraicis, Græcis & Latinis: & continet argumentum Psalmi, docens quomodo dies festi sint sanctificandi abstinendo ab operibus seruilibus, & etiam illos impendendo considerandis operibus Dei: ex qua consideratione accenditur amor diuinus, & fit in corde quies & tranquillitas ineffabilis; quæ dicitur sabbatum cordis, sabbatum verè delicatum & sanctum.

2. *Bonum est confiteri Domino, & psallere,* &c.] Id est, vtile, salutare, decorum, consentaneum. Ita alibi dicit: *Quoniam bonus est Psalmus.* Bonum enim ait esse, quia, vt D. Chrysostomus ait, τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρει, *animam expurgat,* μετάρσιον ποιεῖ τὸν λογισμὸν, *cogitationem in altum extollit,* πτεροῖ τὴν ψυχὴν, *alatam quodammodò reddit animam*; nos leues sublimesque efficit; dignas Deo cælestesque inspirat cogitationes. Sanctus quoque Dionysius inter ceteras psallendi vtilitates quas recenset, ait Psalmorum modula- Psal. 146. *Confitendi & psallendi vtilitas.* Eccl. Hier. cap. 3. & 4.

ANNOTATIONES CORDERII.

dulationem ψυχικὰς ἕξεις ἐμμελῶς διαδιδοῦσι, *animales habitus* (vtpote futiliter gestientes, & rationi contrarios) *aptè & concinnè componere*, & efficere πρὸς τὰ θεῖα ὁμοφροσύνην, *cum diuinis consensionem*.

Manè & vesperi præcipuè laudandus Deus.

3. *Ad annuntiandum manè*, &c.] Alludit ad sacrificium matutinum & vespertinum, præcipuas orationis horas. Symbolicè autem *manè* tempus rerum prosperarum, *nox* aduersarum designat. Quocumque igitur tempore laudandus est Deus, & quia misericors, & quia stat promissis; præcipuè autem temporibus publicæ orationi destinatis: qualia erant in veteri lege manè & vesperi.

Cum hilaritate præcepta Dei obseruanda.

4. *In decachordo psalterio*, &c.] Celebrandus enim Deus cum instrumentis musicis, id est cum hilaritate & voluptate; scilicet in Decalogi (habentis decem præcepta tamquam decem chordas) præstatione, & reliquæ diuinæ legis partium executione; vt quemadmodum decachordum est Decalogi symbolum, ita reliqua instrumenta reliquarum legis partium. Ita Genebrardus.

5. *Quia delectasti me Domine in factura tua.*] S. Hieronymus, *Quoniam lætificasti me Domine in opere tuo*. Piè ad hunc locum contemplatur Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 1. partis 1. cap. 7. Opera, inquit, Dei si ad moderatum vsum accipias, tibi seruient; si ad nimium amorem quæras, te turbabunt & contristabunt: at si sedulam meditationem adhibeas, non aliter quàm lyra dulcisona, aut conuiuium lautissimum & exquisitè apparatum delectabunt. Meditationi itaque operum Dei gustus mellis non deficit; siquidem internam consolationem immittit: si verò ex meditatione ad Deum exorandum siue ad laudes eius concinendas transeas, existimo quia non carebis delectatione maximâ, quæ ad ipsum corpus descendat, & in recessibus mentis se continere non possit. Vide hæc fusiùs apud Aluarem nostrum iam citatum.

Meditatio operum Dei gustum mellis habet & delectationem maximam.

Quanta sit vtilitas considerationis creaturæ Dei.

Quàm autem non tantùm delectabilis, sed etiam vtilis sit hæc facturæ seu creaturæ Dei consideratio, vel inde patet, quòd ex ea in Dei notitiam deueniatur. *A magnitudine enim* (inquit Sapiens) *speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri*. cui suffragatur Apostolus dicens: *Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas*. Itaque S. Basilius Homiliâ 1. in Hexaëmeron mundum eleganter appellat διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν, *commune quoddam animorum auditorium*, exedram sapientiæ; vbi admirabilia doceantur: quem opinor secutus Pisides, σχολὴν κτισμάτων, *creaturarum scholam*, nominauit.

Sap. 13, 5.

Rom. 1, 20.

Mundus hic est schola animorum.

Mirabantur Philosophi quidam beatissimum Antonium, cumque negabant vlla in parte humanitatis atque sapientiæ posse excellere, cùm libris & bibliothecâ destitueretur; at ille, *Codicem suum* aiebat esse rerum naturam, in quibus verba Dei legere consueuisset. Sic Leo Magnus Serm. 7. de ieiunio decimi mensis elementa mundi vocat *publicas paginas* quibus erudimur. Et Serm. 8. idem ad eruditionem nostram ait omnia elementa seruire, *dum per ipsum mundi cardines, quasi per quatuor Euangelia, incessabili tubâ discimus quod & prædicemus, & agamus*. Eadem ferè sunt apud S. Prosperum lib. 2. de Vocatione Gentium cap. 1. qui in paginis elementorum, & voluminibus temporum, diuinæ institutionis communem doctrinam legi prodique monet. Adijciendi sunt igitur oculi ad librum vniuersitatis, ne quis doctrinarum ignorationem aut librorum inopiam causetur.

Magnificentia operum Dei

6. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine!*] Id est, Quantâ magnificentiâ perfecta sunt omnia! Nimirum apparet in molitione rerum atque ordine incomparabilis Dei potentia, vis, magnitudo, summa excellentia; quæ meritò metum à nobis & demissi animi venerationem postulant. Vnde Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum ait eum qui sapientiam adepturus est, & cognitionem sacris hominibus conuenientem, initium ducere ἐκ τοῦ θαυμάζειν τὴν κτίσιν, *à rerum creatarum admiratione*. Quod Habacuc Propheta in se diuinitus expressit, *Consideraui opera tua, & expaui*. Vbi Cyrillus: Nam si, inquit, operum Dei virtutem intueamur, ἔκπληξις ἐστι τὸ χρῆμα καὶ ἕτερον οὐδέν, *Res non nisi merus stupor & admiratio est*. Illud idem Regio Vati tribuit Nyssenus Oratione de Baptismo Christi: qui cùm diceret Dei vim & efficientiam in rerum procreatione esse ἀκατάληπτον καὶ ἀνεκλάλητον, hoc est, nullius hominis cogitatione percipi, nullius arte & oratione explicari posse; vult Dauidem in eius rei contemplatione defixum, & vndique admiratione obstupefactum id exclamasse, *Quàm magnificata sunt opera tua Domine!* &c.

Habacuc in Cantico.

Peccatores oriuntur vt occidant.

8. *Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum*, &c.] Peccatores, inquit, oriuntur, vt occidant: ostentant se hostes nostri, vt intereant: intereunt verò, vt in nobis Dominus sublimis & gloriosus appareat. Vnde Dorotheus hunc eumdem locum explanans sic ait: *Peccatores, qui vt fœnum oriuntur, sunt impuræ cogitationes. Est enim debile quid & infirmum fœnum nullam habens potentiam. Cùm igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes qui operantur iniquitatem: quæ sunt ipsa vitia, vt intereant in sæculum sæculi. Cùm enim apparuerint vitia ante concertatores & athletas, statim ab eis perimuntur.* Rectè autem vita hæc mortalis flori & fœno comparatur, vt ostendit sanctus Gregorius lib. 11. Moralium cap. 27. exponens illud Iobi, *Qui quasi flos egreditur*, &c. dicens: *Quasi enim flos egreditur homo, quia nitet in carne; sed conteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis, & ecce quasi tot floribus quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos est in fœno. Vnde benè per Psalmistam dicitur: Homo sicut fœnum dies eius, & sicut flos agri sic efflorebit. Isaias quoque ait: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni. Homo enim more floris procedit ex occulto, & subitò apparet in publico; qui statim ex publico per mortem trahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus; quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus.*

Iob 14. Homo & flos comparantur.

Psal.

Isaiæ 6.

11. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.*] In hæc verba est quædam animaduersio D. Hieronymi erudito ingenio digna, scilicet omne

Omne animal quod in templo immolabatur cornutum esse debebat.

omne animal, quod in Iudaico templo Deo immolaretur, cornutum esse debuisse: & huiusmodi tria commemorat, taurum, arietem, hircum. Cornu autem de cruce interpretatur: quod etiam doctissimi alij Patres faciunt. Sic enim Moyses in Deuteronomio Christi crucem appellauit *cornua eius*, vt interpretatur Tertullianus aduersus Iudæos cap. 11. *Cornua vnicornis cornua eius; in eis nationes ventilabit.* Simile illud Purpurei Vatis, *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Quem etiam locum profert D. Hieronymus, additque, neminem esse dignum qui immoletur Numini, & in templi sanctitudinem veniat, nisi qui sit cornutus, hoc est, crucem singulari animi deuotione prosequatur. Hinc sanctus Cyrillus Alexandrinus in caput vltimum Sophoniæ crucem vocat καύχημα τῆς ἐκκλησίας, *decus & ornamentum Ecclesiæ*. Cyrillus quoque Hierosolymitanus Catechesi 13. planè magnificè ait, *Gloriationem Ecclesiæ Catholicæ esse quidem omnem Christi actionem;* καύχημα δὲ καυχημάτων, *gloriam autem gloriarum esse crucem.* Atque hanc rem egregie quoque videtur illuminasse S. Augustinus, qui in Psalmum 32. sic ait: *Reges signum crucis Christi in fronte iam portant: pretiosius signum quam quælibet gemma diadematis.* Vnde patet, quantum exaltatum sit hoc Christi cornu, vtpote trophæum triumphale gloriæque plenissimum.

Deut. 33.

Crucis quanta sit gloria & exaltatio.

Oleum est symbolum misericordiæ quæ in Christo eminebat.

IBIDEM. *Et senectus mea in oleo pingui.*] S. Hieronymus ex Hebræo vertit *in oleo vberi.* Verbum enim שֶׁמֶן *semen* propriè oleum significat. Verùm Vulgatus Interpres symbolicam eruditi Vatis orationem perspicuo verbo expressit: *Et senectus mea in misericordia vberi.* Senectus autem illa pinguis, oleoque liquido exuberans, ad Ecclesiam pertinet; & designat nouissimum tempus legis Euangelicæ, vt ait Glossa; in quo videlicet vber & copiosa misericordia est, oleumque pingue Christi. Qui mundi liberator vt virtutum omnium magisterium fecit, cùm in omnibus fuerit mirabilis atque perfectus, ita in miseratione adeò excelluit, vt illius virtutis velut signum aliquod sustulisse videatur, quod homines sequerentur. Quam ob causam honorato hieroglyphico apud Isaiam filius olei nuncupatur: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei:* Quod de Christo intelligendum esse Patres docent.

Isaiæ 5, 1.

Iustus phœnici similis est.

13. *Iustus vt palma florebit.*] Græcè est φοῖνιξ: quæ vox etiam, & quidem primitiùs, *Phœnicem* significat. Vnde Tertullianus libro de Resurrectione carnis cap. 13. transfert, *Iustus vt phœnix florebit.* Nam vt phœnix è suis cineribus rediuiuus nouam iuuentutem exorditur; ita homo è funere suorum peccatorum in vitam restitutus, nouam infantiam, hoc est nouam innocētiam, auspicatur. Ad litteram magis facit *palma* interpretatio: instituit enim hîc ab arboribus comparationem, cùm cedri mentionem subiungat. Pulchrè S. Bernardus Serm. 23. in Cantica sensum Scripturæ historicum ait hortum nuncupari: *Quoniam in eâ,* inquit, *inueniuntur viri virtutum tamquam ligna fructifera in horto sponsi & in paradiso Dei: de quorum bonis actibus ac moribus quot sumis exempla, tot carpis poma.* Ideò itaque ligna dicuntur, & ligna fructifera, quia bonis operibus sicut fructibus onerantur; quibus & sibimetipsis honorem verum & gloriam numquam perituram mereantur; & à cordibus peccatorum tamquam ligna vitæ mortem iniquitatis depellunt. Ideò etiam oliuæ & cedri nuncupantur, quia dum ad modum oliuarum misericordiæ oleum in alios effundunt, ad modum etiam cedrorum imputribiles manent, & nullum in seipsis ex cura & labore exteriori detrimentum sentiunt. Hanc igitur ob causam iustus in arcano sermone palma & cedrus nuncupatur: quòd vtraque arbor sit ἀειθαλὴς, *semper virens;* vtraque ἀείφυλλος καὶ ἀμετάβολος, quæ folia numquam amittit sua; vtraque hieroglyphicum immortalitatis. Aponius grauis auctor lib. 5. in Cant. scribit cedri & palmæ succos tantæ esse virtutis, vt diuersa corporum membra sanent, vermes vlcerum necent, à muscarum defendant aculeis; earum esse naturam semper crescere, nec aliquando sini ire in senectam; vt non sine ratione symbolum esse videantur perseuerantiæ & honesto in proposito firmitatis. Hinc D. Ambrosius Serm. 38. de tempore palmam tribuit Martyribus, qui ad extremum vsque spiritum pro Deo belligerant, atque in ipso constantiæ gremio emoriuntur: *Palma,* inquit, *Martyri suauis ad cibum, vmbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs,* &c. Nemo sanè felicior quàm quem mors deprehendit victorem, & in lege Domini perseuerantem: quem Deus non communi hac fronde, sed corollis longè pulchrioribus in omnem æternitatem insignit. Quod bonum perseuerantis animi, vt insigne aureumque pignus felicitatis, sibi optabat anima illa pia, quæ de se ita canit: *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Ipsa altitudo, & animi quædam excelsitas, quæ humanis dominatur, neque sinit se ab vllo vinci, quo à recta virtutis via seuocetur, naturâ palmæ & mystico symbolo exprimitur. Est enim hæc arbor tota regia, quæ deceat maximè illos, qui & sui & mundi sunt victores, ac spiritali quadam potentiâ inuicti, animique motibus contra rationem elatis superiores; vno verbo Reges, quales D. Petrus Christianos omnes esse cupiebat.

Viri probi lignis frugiferis comparantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

Palma & cedrus sunt hieroglyphicum immortalitatis.

Eccli. 24, 18.

Homo est arbor cælestis.

14. *Plantati in domo Domini.*] A stirpibus atque arboribus loquendi ratio prompta est, quòd ex mente sapientum homo quoddam genus arboris esse mysticum videatur; quæ opportunissimo in loco sita, mirificum in modum alitur, & vberrimâ fructuum copiâ circumfluit. Hinc Plato in Timæo ait hominem esse φυτὸν οὐράνιον, *plantam cælestem*, non terræ; & proinde habere celsum caput atque diuinum, quod vocat ῥίζαν, *radicem*; vt à cælo videlicet ali & augeri intelligamus. Hunc sine dubio est secutus Philo Iudæus lib. de eo quòd deterius potiori insidiari soleat: vbi ea ipsa de re sic disserit: *Solam in terris cælestem plantam fecit hominem Deus, cuius radices in cælum protendit, vt inde* τροφὰς οὐρανίους, *alimenta cælestia & immortalia caperemus.* Sed illæ scholæ veterum è sacris Dei monimentis loquendi modum hauserunt; in quibus tralatitium hoc est, homines esse arbores, quæ vitam è cælo ducant, pomisque abundent, aut steriles sint, & flammis addicantur. Quæ ratio quoque Christo in Euangelio placuit, *Facite,* inquit, *arborem bonam:* similia sunt alijs in locis: eamdemque ob causam parentem omnium rerum Deum, & prouiden-

Matth. 12, 33.

ANNOTATIONES CORDERII.

uidentissimum curatorem, *agricolam* indigetauit. Quare illi qui diuinis monitionibus obediunt, & magnum animum ad innocentiam vitæ conferunt, nihilque ducunt antiquius, quàm vt in illo vitæ beatissimæ tenore perseuerent, & constantissimè inhæreant, dicuntur hîc à Vate Regio *plantati in domo Domini*; & à S. Paulo, *in charitate radicati & fundati*. His ergo victricibus arboribus, vel, vt veriùs dicam, hominibus diuinis plantis, qui Numinis sancti beneficio & vi mentis mutabilitatem animi superauerunt, Regius Vates epinicion canit, *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt*. Hoc in primis multum est *in atriis Domini*, hoc est in Ecclesia, inquit Bruno, quæ est *domus Dei*, bonis operibus & virtute florere. Quid igitur? an hoc tantùm facient in adolescentia, in qua multi candidum boni & honesti limitem tenent; aut dum viri sunt, parte vnâ sepositâ ad virtutem, alterâ solutâ & liberiore? Minimè verò, inquit pius Dauid, sed vt sequitur:

Ioan. 15, 1.

Ephes. 3, 17.

In senectute fructificare mirum est.

15. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi.*] Vbi multiplicari de fructu intelligi debet. Quare S. Hieronymus vertit, *Adhuc fructificabunt in senectute*: & Græci Patres cum Symmacho & Theodotione legunt: Ἔτι καρποφορήσουσι γηρῶντες πίονες καὶ εὐθαλεῖς, *Adhuc fructum ferent in senecta ipsi pingues & fecundi*: Caietanus in hunc modum reddit, *Adhuc fructificabunt in senectute, pingues & viuidi erunt*. Vbi notat veluti miraculum vel rem certè extraordinariam, quæ suprà naturam & arborum & hominum sit. Quoniam, inquit, vtrorumque est in senectute minui & deficere; isti verò fructificabunt in senectute, pingues & viuidi erunt; hoc est, meâ quidem opinione bonis operibus abundantes vsque ad humanæ vitæ metam: in quo perseuerantiæ decus & bonum ostenditur.

Patientia Concionatoribus necessaria.

IBIDEM. *Benè patientes erunt vt annuntient.*] Græcè est, Εὐπαθοῦντες ἔσονται τοῦ ἀναγγεῖλαι: quod nolim accipere iuxta crassam aliquorum expositionem de bonis lateribus, seu robusta corporis complexione quæ Prædicatoribus opportuna sit, sed potiùs de multa laborum perpessione, quâ aptiores redduntur ad prædicandum. Ita S. Gregorius lib. 35. Moralium cap. 16. *Bene patientes sunt*, inquit, *vt annuntient; quia cælestia prædicantes, tantò robustiùs aduersa tolerant, quantò & per tolerantiam suam animarum commoda locupletiùs reportant*. Hæc nimirum bona Prædicatoris complexio, constitutio, affectio, habitudo; hæc bona latera. Symmachus vertit πίονες καὶ εὐθαλεῖς ἔσονται, *pingues & virentes* seu *benè floridi erunt*. Quæ verba de Martyribus exponit Ayguanus. Patientia enim nec maciem sentit, nec deformitatem, nec senium; *quia* (vt loquitur Tertullianus lib. de Patientia) *in omni sexu, in omni ætate formosa est*.

IN PSALMVM XCII. ARGVMENTVM.

In die ante Sabbatum, quando fundata est terra, * laus Cantici ipsi Dauid.

* *Hæc præponit Vulgata.*

Psalmus hic hominum immutationem vaticinatur. Diuinum enim numen inuariabile & immutabile existit: non enim modò quidem regnat, modò verò non; sed semper Rex est, licet non semper hoc notum fuerit. Nam diu plurimi Deum ignorantes, honorem eius ad idola transtulerant: verùm eius incarnatio instar lucis affulgens, omnibus Dei notitiam irradiauit. Quapropter Iudæus subterfugit huius tituli inscriptionem. sic enim habet textus: Laus cantici in die ante Sabbatum, quando fundata est terra. *Ad quid* in die ante Sabbatum? *Tunc enim mortis mysterium vim suam exeruit, quando terra fundata fuit à Conditore nostro, qui dirutam incolatus nostri ciuitatem dissoluendo, id quod ab initio destructum fuerat instaurauit. Euersor autem noster erat mors, quam tunc aboleuit, quando nobis sabbatizare visus est, in quo erat loco immobilis permanens: verùm mortis vim debellauit, per eam nobis viam sternens ad resurrectionem. Attamen inimicus*

Deus semper Rex noster.

Quid significetur per diem ante Sabbatum.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ, αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

Τὴν τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει. ἄτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀναλλοίωτον· οὐ γὰρ νῦν μὲν βασιλεύει, νῦν δὲ οὐχί· ἀλλ' ἀεὶ μέν ἐστι βασιλεύς, οὐκ ἀεὶ δὲ τοῦτο ἐγνώσκετο. ἐπὶ πλεῖστον γὰρ τὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες, τὴν ἐκείνου τιμὴν εἰδώλοις ἀπένεμον· ἡ δὲ ἐνανθρώπησις δίκην φωτὸς φανεῖσα, πᾶσι τὴν θεογνωσίαν ἀπήστραψεν. Οὗ χάριν φεύγει ὁ Ἰουδαῖος τὴν τῆς ἐπιγραφῆς συγκατάθεσιν. φησὶ γὰρ ἡ λέξις· αἶνος ᾠδῆς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ. διὰ τί τῇ ἡμέρᾳ τοῦ προσαββάτου; τότε γὰρ τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ἐνηργήθη μυστήριον, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ οἰκιστοῦ ἡμῶν, ὃς διὰ τὸ καταλῦσαι τὴν καθαιρεθεῖσαν τῆς ἡμετέρας οἰκειώσεως πόλιν, τὸ ἐρειπωθὲν ἐξ ἀρχῆς ᾠκοδόμησεν. ὁ δὲ καθαιρέτης ἡμῶν ἦν ὁ θάνατος, ὃν τότε κατήργησεν, ὅτε ἡμῖν σαββατίζειν ἐδόκει, μένων ἀκίνητος ἐν ᾧ ἦν τόπῳ· τὴν δὲ τοῦ θανάτου καταγωνίζεται δύναμιν, ὁδοποιῶν δι' αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν. ἀλλ' ὁ τοῦ

crucis

σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ ἐχθρὸς οὐ δέχεται τὸ τοῦ θανάτου μυστήριον. διὸ καὶ οὗτος ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις· σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐκ βαβυλῶνος ἐπάνοδον.

crucis Christi minimè capit mortis mysterium. Idcircò etiam hic Psalmus sine titulo est apud Hebræos: significat verò etiam reditum ex Babylone. PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α΄. ΚΥΡΙΟΣ ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο.

Τὸ ἐβασίλευσεν οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι νῦν ἤρξατο βασιλεύειν, ἀλλ' ὅτι ἀφ' ὧν παρέσχεν ἡμῖν ἀγαθῶν, ἔδειξεν πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι βασιλεύς ἐστι πάσης τῆς γῆς ἀΐδιος. εὐπρέπειαν δὲ δείκνυται ἐνδεδυμένος· ἐπεὶ ἔπρεπεν αὐτῷ ῥύσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους. εὐπρεπείᾳ δὲ συνῆψε τὴν δύναμιν, ἣν διὰ τῆς ζώνης ὑπέφηνεν, ἵνα δειχθῇ πανταχόθεν ἡ εὐπρέπεια.

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται.

Βεβαιοῖ τὸ ἄνωθεν λεχθέν· ὅτι, παντοδύναμος καὶ παντοκράτωρ ὤν, ἡμᾶς ἠλευθέρωσεν.

β΄. Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ.

Ὁ γὰρ θεὸς βασιλεύς ἀΐδιός ἐστι, καὶ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.

γ΄. Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ κύριε· ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν.

Ποταμοὺς ἐνταῦθα καλεῖ τροπικῶς τῶν Βαβυλωνίων τὸ πλῆθος· λέγει οὖν ὅτι κἀκεῖνοι ἐξεπλάγησαν τὴν παράδοξον ἄφεσιν ἡμῶν θεασάμενοι.

Ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν.

Ἐπιτρίψεις καλεῖ τὰς συμβαινούσας γίνεσθαι ἐν τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων· ταῦτα γὰρ ἀεὶ διὰ τὸ πλῆθος ἀλλήλοις ἐπιτρίβεται, οὐκ ἔχοντα πολλάκις διέξοδον. ὅθεν ἐπιφέρει· ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν. εἶτα ὡς σμικρὸν εἰπὼν τὸ ὑπόδειγμα τῶν ποταμῶν, ἐπήγαγε τὴν θάλασσαν λέγων·

δ΄. Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης,

1\. DOMINVS regnauit, decorem * induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se.

* *Vulgata* indutus est: indutus est

Illud *regnauit* non eò dicit, quòd nunc cœperit regnare, sed quòd ex bonis quæ nobis præbuit, omnibus hominibus ostenderit se vniuersæ terræ Regem esse sempiternum. Decorem autem indutus esse demonstratur; quia decebat ipsum captiuos liberare. Decori porrò virtutem adiunxit, quam per cingulum insinuauit, vt vndique decor demonstretur. *Deus Rex æternus.*

Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur.

Confirmat id quod superiùs dictum erat: quòd, cùm omnipotens & omnitenens existeret, nos liberauerit.

2\. Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.

Deus namque Rex sempiternus est, & Regni eius non est finis.

3\. Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina * voces suas.

* *Vulgata* vocem suam.

Flumina hîc figuratè vocat Babyloniorum multitudinem: dicit itaque illos etiam obstupefactos fuisse videntes prodigiosam nostram dimissionem. *Multitudo flumen appellatur.*

* Eleuabunt flumina illisiones suas à vocibus aquarum multarum.

* *Vulgata* Eleuauerunt flumina fluctus suos

Illisiones vocat illas quæ existere solent in aquarum multitudine: siquidem hæ propter multitudinem inuicem collidunt, non habentes sæpenumerò egressum. vnde subdit: *A vocibus aquarum multarum.* Deinde ac si nimis paruum de fluminibus exemplum attulisset, subiunxit ipsum mare dicens:

4\. Mirabiles elationes maris,

Mare

PARAPHRASIS ANONYMI.

Mare iterùm hîc vocat illam ipsam Babyloniorum multitudinem, elationes verò fluctus. Dicit igitur magnas fuisse Babyloniorum machinationes, vt quæ maris fluctus imitarentur.

Mirabilis in altis Dominus.

Attamen ipsemet, inquit, illis sublimior atque potentior apparuisti, vt qui res nostras ad tranquillum statum reduxeris.

5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:

Testimonia vocat contestationes quas per Prophetas contestatus fuit. Dicit igitur omnia valdè credita fuisse. Visi enim, inquit, fumus omnia sustinuisse quæ Prophetæ nobis testati sunt. Deinde ac si per temporis tractum quodammodò templum sanctum contuerentur subiungunt:

Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Sed quoniam, inquit, multarum molestiarum experimentum cepimus, sufficiunt nobis illa quæ suppetunt. Et templum tuum illæsum & intactum sit, vt in eo nos perennare possimus tua beneficia annuntiantes.

Θαλάσσας πάλιν ἐνταῦθα καλεῖ αὐτὸ τὸ πλῆθος τῶν Βαβυλωνίων, μετεωρισμοὺς δὲ τὰ κύματα. λέγει οὖν ὅτι μεγάλα ἦν τὰ τῶν Βαβυλωνίων φρονήματα, μιμούμενα κύματα θαλάσσης.

Θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ κύριος.

Ἀλλ' ὅμως αὐτὸς, φησιν, ἐκείνων ὤφθης ὑψηλότερος καὶ δυνατώτερος, ὁ εἰς γαλήνην ἡμῖν τὰ πράγματα μεταστήσας.

έ. Τὰ μαρτύρια σου ἐπιστώθησαν σφόδρα.

Μαρτύρια καλεῖ τὰς διαμαρτυρίας, ἃς διεμαρτύρατο διὰ τῶν προφητῶν. λέγει οὖν ὅτι ἐπιστώθησαν σφόδρα πάντα. ὤφθημεν γάρ, φησι, πάντα ὑπομείναντες ὅσα οἱ προφῆται ἡμῖν ἐμαρτύραντο. εἶτα ὥσπερ διὰ χρόνου θεασάμενοι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον ἐπιφέρουσι·

Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, κύριε εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Ἀλλ' ἐπειδή, φησι, πολλῶν χαλεπῶν ἐλάβομεν πεῖραν, ἀρκέσει ἡμῖν τὰ ὑπάρξαντα. καὶ γενέσθω ὁ σὸς ναὸς ἀβλαβὴς καὶ ἀνέπαφος, ὡς διαιωνίζειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτῷ τὰς σὰς καταγγέλλοντας εὐεργεσίας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. DOMINVS REGNAVIT.] Duplex est Regnum Saluatoris: vnum quidem principio carens & ante sæcula; aliud verò post sæcula, & sub principio. Cùm igitur ante aduentum eius dæmones regnassent, qui minimè legitimum principatum, sed tyrannidem gerebant, huius euersionem insinuans, per dispensationem dixit, *Regnauit*. Hoc Regnum autem inchoauit, quando incarnationis dispensationem exhibuit. Decorem verò appellat carnem Christi: siquidem decora erat, cùm peccati turpitudinem minimè haberet. Ceterùm cùm Regem quoque cingulo exornet (est autem hoc Regni insigne atque potentia) introducit ipsum Isaias regnantem ac iudicantem dicens: *Et erit iustitia* * *cinctus lumbum suum*. Cùm autem Propheticus sermo ipsum repræsentasset armaturam regiam indutum, cinguloque vtentem & aduersus hostes decertantem, ostendit etiam quæ hinc extiterint beneficia.

Duplex Regnum Saluatoris.

Dei Filius decorem induit, quando incarnatus fuit.

Isaiæ 11.5. * Vulgata cingulum lumborum eius.

ά. ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ.] Διπλῆ τοῦ σωτῆρος ἡ βασιλεία· ἡ μὲν ἄναρχος καὶ προαιώνιος· ἡ δὲ μετὰ τοὺς αἰῶνας, καὶ ὑπὸ ἀρχήν. ἐπεὶ οὖν πρὸ τῆς παρουσίας ἐβασίλευον οἱ δαίμονες, οὐκ ἀρχὴν ἔχοντες ἔννομον, ἀλλὰ τυραννίδα, ταύτης μηνύων τὴν καθαίρεσιν, διὰ τῆς οἰκονομίας εἶπεν, ἐβασίλευσεν. ἤρξατο δὲ ταύτης τῆς βασιλείας, ὅτε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν ἐπεδείξατο. Εὐπρέπειαν δὲ καλεῖ τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ· εὐπρεπὴς γὰρ ἦν, τὸ ἐξ ἁμαρτίας αἶσχος οὐκ ἔχουσα. ἐπεὶ δὲ τὸν βασιλέα καὶ ζώνῃ κοσμεῖ (ἔστι δὲ αὕτη βασιλέως γνώρισμα καὶ κράτος) εἰσάγει αὐτὸν βασιλεύοντα καὶ κρίνοντα Ἠσαΐας λέγων· καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. χρηματίσας δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος πανοπλίαν περιβαλλόμενον βασιλέως, ζώνῃ χρώμενον κατὰ πολεμίων ἀγωνιζόμενον, δείκνυσι καὶ τὰ ἐντεῦθεν κατορθώματα.

β'. Καὶ

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην.] Καὶ οὐδὲν, φησὶ, θαυμαστὸν, εἰ τῆς αἰχμαλωσίας ἡμᾶς ἀπήλλαξεν ὁ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κτίσας, καὶ ἀσάλευτον αὐτὴν ἀπεργασάμενος. Τὸ δὲ, ἕτοιμος ὁ θρόνος σου, ἀντὶ τοῦ ἑδραῖος, καὶ ἐν τῷ ἀμεταβλήτῳ ἱδρυμένος· καὶ τὸ, ἀπὸ τότε, ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν, καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς· ὡς καὶ τὸ, ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἀρχῆς παρίγνωσό σοι τὰ τῆς τιμωρίας τοῦ πολεμίου. εἶτα ἐπεὶ εἶπεν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς βασιλεύεις, ἐπήγαγε τὸ αὐτὸ βεβαιῶν· ὅτι ἀπὸ αἰῶνος σὺ εἶ.

γ΄. Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ κύριε.] Ποταμοὺς καλεῖ τοὺς ἱεροὺς Ἀποστόλους καὶ τοὺς μετ᾽ ἐκείνους διαδεξαμένους τὸ κήρυγμα· οὗτοι γὰρ ποταμῶν δίκην πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν ἀρδείαν προσήνεγκαν τὴν φωνὴν ἐπάραντες, καὶ τὰ θεῖα κηρύττοντες. οὕτως αὐτοὺς καὶ Ἀμβακοὺμ προσαγορεύει λέγων· ποταμῶν ῥαγήσεται γῆ· τουτέστι, διαιρεθήσεται, καὶ τὴν ἀρδείαν δέξεται. Ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ τοῖς εἰρημένοις νοηθήσονται ἕτεροι ποταμοὶ ἐπιρριβόμενοι, καὶ κατηπαιρόμενοι τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ, ἐναντίως διακείμενοι τοῖς ἐπαίρουσι τὴν φωνὴν πρὸς θεόν. οὗτοι δὴ ἀροῦσί, φησι, τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν· τουτέστιν, ἀποθήσονται πᾶν ἔπαρμα καὶ πάντα τῦφον· καὶ τοῦτο ποιήσουσιν ἀπὸ φωνῶν τῶν ἁγίων ὑδάτων. ἀντὶ ἐπιτρίψεις ἄλλος μὲν λέγει βάθη, ἕτερος δὲ ταπεινώσεις αὐτῶν.

δ΄. Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης.] Μετεωρισμοὺς τῆς θαλάσσης τὰ τῶν κυμάτων φησὶν ἐπάρματα, ἡνίκα τοῖς ἀνέμοις ἐλαυνόμενα ἐπὶ πολὺ ἐξογκοῦται, ὡς ἐπικλύζειν δοκεῖν τὴν γείτονα χέρσον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πειρασμοὶ τοῦ βίου καὶ αἱ τρικυμίαι, καὶ οἱ ἐπανιστάμενοι διωγμοί. ἢ καὶ κατὰ τὴν λέξιν αὐτοὺς τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς τῆς θαλάσσης μετεωρισμοὺς τοῦ δημιουργοῦ καὶ ὑποστησαμένου νοήσεις τὴν δόξαν ἀναφαίνοντας. ὡς γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ δημιουργὸς, οὕτω καὶ ἐκ τῶν μερῶν τοῦ κόσμου τὸ θαῦμα τῆς θείας μεγαλουργίας παρίσταται. Δυνατὸν δὲ, καὶ τοὺς λόγους τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ποταμοὺς εἶναι διὰ τὸ ζωτικόν τε, καὶ πότιμον καὶ καρποφορίας αἴτιον· οὗτοι δὲ τοὺς ἀπ᾽ αὐτῶν πίνοντας ἐπαίρουσι, καὶ μετεωρίζουσι τῇ θεωρίᾳ τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ τούτων οὕτω θαυμαζομένων, θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ κύριος. προσφυῶς γὰρ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις προσέθηκε,

Commentarius Heracleotæ.

Etenim firmavit orbem terræ.] Et nihil, inquit, mirum est, si à captiuitate nos liberauerit is qui vniuersum orbem creauit, atque inconcussum ipsum reddidit. Illud autem, *Parata sedes tua*, id est firma, & in inuariabili fundata; atque illud, *Ex tunc*, id est desuper, & ab initio; vti & istud, *Ex tunc ira tua*, id est, Ab initio supplicium inimici cognouisti. Deinde quoniam dixerat, quòd ab initio regnes, hoc ipsum confirmans subiunxit; *Quoniam à sæculo tu es.*

3. Elevaverunt flumina Domine.] Flumina vocat sanctos Apostolos & eos qui post ipsos prædicationem susceperunt: hi namque hominibus adinstar fluuiorum irrigationem suppeditarunt vocem extollentes, & diuina prædicantes. Sic etiam ipsos Habacuc appellat dicens: * *Fluuiorum scindetur terra*, id est, diuidetur, & irrigationem excipiet. E diuerso autem eorum quæ dicta sunt intelligi possunt alij fluuij collisi, & Dei notitiâ eleuati, ex aduerso positi eorum qui Deo vocem eleuant. Hi autem, inquit, eleuant illisiones suas; id est, deponent omnem elationem & omnem tumorem; atque hoc facient à vocibus sanctarum aquarum. Pro *illisiones* alius quidem ait *profunditates*, alius verò *humiliationes suas*.

Apostoli & prædicatores fluminibus comparati.

Habac. 3, 9.

** Vulgata Fluuios terræ scindes*

4. Mirabiles elationes maris.] *Elationes maris* appellat fluctuum exuberationes, quando ventis impulsæ plurimùm intumescunt, ita vt vicinam terram inundare videantur. Ita verò etiam se habent huius vitæ tentationes atque procellæ, atque instantes persecutiones. Vel etiam ad litteram ipsos fluuios & maris elationes intelliges Conditoris & Opificis sui gloriam declarare. Sicut enim ex magnitudine & pulchritudine creaturarum Conditor ipse, sic etiam ex mundi partibus diuinæ magnificentiæ miraculum ostenditur. Ceterùm fieri quoque potest, vt sermones diuinitus inspiratarum Scripturarum fluuij sint propter viuificandi, & potandi ac fructificandi vim: hi quoque ex ijs bibentes extollunt, atque veritatis contemplatione sublimant. Cùm autem hæc adeò admiranda sint, mirabilis in altis Dominus. Aptè enim hoc iam dictis adiunxit, eius qui hæc fecerat potentiam declarans. Siquidem hæc τὴν καθαρότητα δεικνὺς τὴν ἰσχύν. τὰ γὰρ οὕτω

Scriptura fluuijs assimilatur.

CATENA PATRVM.

adeò perturbata & elata in principio prædicationis, increpans procellam ipsam ad lenem auram reduxit. Quæ vtique omnia superiùs antè testificata, confirmata, & exitum sortita sunt, nullo aberrante. Quocircà etiam istud *nimis* adiungitur. Domus autem Dei est Ecclesia, quam decet sanctam esse; vtpote quæ sanctum habeat inhabitatorem, & in longitudinem dierum conseruetur. Non enim temporaria est eorum quæ nobis donata sunt fruitio, sed perennis. Domus verò Dei est quoque fidelium cœtus: cui sanctitatem conuenire necesse est, iuxta illud, *Perficientes sanctificationem in timore Dei.*

2. Cor. 7, 1.

ταρασσόμενα καὶ μετεωριζόμενα ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, ἐπιτιμήσας τῇ καταιγίδι εἰς αὔραν ταύτην μετήγαγεν. Ἃ δὴ πάντα ἄνωθεν προμαρτυρηθέντα, ἐπιστώθη, καὶ εἰς πέρας προέβη, μηδενὸς τοῦ τυχόντος διαψευσθέντος. Διὸ καὶ τὸ σφόδρα προστέθειται. Οἶκος δὲ Θεοῦ ἡ ἐκκλησία, ᾗ πρέπει τὸ ἁγίαν εἶναι· ὡς ἔνοικον ἔχουσα τὸν ἅγιον, καὶ τὸ φυλάττεσθαι αὐτὴν εἰς μακρότητα ἡμερῶν. οὐ γὰρ πρόσκαιρος τῶν δεδωρημένων ἡμῖν ἡ ἀπόλαυσις, ἀλλὰ διαιωνίζουσα. οἶκος δὲ Θεοῦ καὶ ὁ τῶν πιστῶν σύλλογος· ᾧ τὸν ἁγιασμὸν ἐπιπρέπειν ἐπάναγκες, ὡς τὸ, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ.

CATENA PATRVM.

Dauid interpretatur manu validus.

ANONYMI. Hic Psalmus sine titulo est apud Hebræos, sed à Septuaginta titulo inscriptus est: qui ipsum ad verum Dauidem manu validum, scilicet Christum (hoc enim Dauid interpretatur) referri censuerunt; cùm in laudem Christi cedat, & simul etiam Prophetiæ canticum contineat.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὗτος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς ἀνεπίγραφος· ἐπιγέγραπται δὲ τοῖς ἑβδομήκοντα· οἵτινες αὐτὸν εἰς τὸν ὄντως Δαβὶδ τὸν ἱκανὸν χειρὶ, δηλαδὴ τὸν Χριστὸν (τοῦτο γὰρ ὁ Δαβὶδ ἑρμηνεύεται) ἐκλαβεῖν ἠβουλήθησαν· ἐπειδὴ πρὸς ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ, ὁμοῦ δὲ καὶ ᾠδὴ καὶ τῆς προφητείας τὴν ἐχομένην συγκεῖται.

Christus humanum genus à satana vindicauit.

1. DOMINVS REGNAVIT.] ATHANASII. Cùm genus humanum à Dei Regno desciscens satanæ tyrannidi obnoxium fuerit, idcircò Vnigenitus aduenit, vt proprijs illud iterùm sceptris subijceret: quod & factum est.

α'. Ο ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀποστὰν τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ὑπὸ τὴν τυραννίδα γέγονε τοῦ Σατανᾶ, τούτου χάριν ἐπεδήμησεν ὁ μονογενὴς, ἵνα πάλιν αὐτὸ τοῖς ἰδίοις ὑποτάξῃ σκήπτροις· ὃ καὶ ἐγένετο.

THEODORI. Qui enim ante suam è mortuis resurrectionem nobiscum homo erat, quando ad Patrem cælestem ascendit, tunc proprium decorem induit, atque virtute quæ ipsi à principio aderat, se præcinxit: sedit enim regnans cum Patre.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ γὰρ μετ' ἡμῶν ἄνθρωπος πρὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅτε πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀνέβη πατέρα, τότε τὴν ἰδίαν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχουσαν αὐτῷ περιεζώσατο δύναμιν· κεκάθηκε γὰρ βασιλεύων μετὰ τοῦ Πατρός.

Ioan. 2, 19.

Psal. 15, 10.

ANONYMI. Cùm enim corruptibile corpus assumpsisset, decorem induit suscitans illud non corruptibile, sed incorruptum. Rursus namque resurgens corpus proprium resumpsit iuxta suam promissionem: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Corpus igitur quod suscitauerat, induit. dixerat enim: *Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* ad hæc autem: *Et caro mea requiescet in spe.* Cùm resurrexit, in sepulchro minimè mansit: sed & quando in sepulchro morabatur minimè vidit corruptionem; quoniam corruptio illi nequaquam præualuit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλαβε φθαρτὸν σῶμα, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο ἀναστήσας αὐτὸ οὐ φθαρτὸν, ἀλλ' ἄφθαρτον. ἔλαβε γὰρ πάλιν ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ὃ ἤγειρε τοίνυν ἐνεδύσατο σῶμα. ἔλεγε γάρ· Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου· οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Ἀναστὰς, ἐν τῷ μνήματι οὐκ ἔμεινεν· ἀλλὰ καὶ μείνας ἐν τῷ μνήματι οὐκ εἶδε διαφθορὰν· ὅτι οὐκ ἐκράτησεν αὐτοῦ ἡ διαφθορά.

Ὁ γὰρ ἄφθαρτος λόγος τὸ φθαρτὸν ἀνέστησε σῶμα εἰς ἀφθαρσίαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πάθος σκυθρωπὸν ὤφθη, καὶ τοῖς τὸν ἐντεῦθεν φυόμενον καρπὸν ἐπισταμένοις· ὡς βοᾶν τὸν προφήτην· Καὶ εἴδομεν αὐτὸν· καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· μετὰ δὲ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τὰς θεοπρεπεῖς ἀφῆκεν ἀκτῖνας· εἰκότως ὁ προφήτης βοᾷ· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Οὐ γὰρ ἃ μὴ εἶχεν ἔλαβεν, ἀλλ᾽ ἅπερ εἶχεν ὑπέδειξεν. Οὕτω καὶ πρὸς οἰκεῖον πατέρα φησί· Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πῶς δὲ, ἐρεῖς, ὁ πρὸ αἰώνων βασιλεὺς τῆς βασιλείας ἤρξατο; ποίαν καὶ ὅλως εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, αὐτὸς ὑπάρχων εὐπρέπεια; εἰ γὰρ ὁ οὐρανὸς καλὸς τοσοῦτον ὥστε εἶναι ἀκόρεστος, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τὰ ἄστρα καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τῆς κτίσεως· πῶς οὐχ ὑπερβαλόντως καὶ κατ᾽ οὐσίαν εὐπρεπὴς ὁ τοσαύτην δημιουργήσας εὐπρέπειαν; Ἀλλὰ σαφῶς προφητεύει τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκωσιν· ταύτης γὰρ ἡ σὰρξ εὐπρέπεια δικαίως ὀνομάζεται· πρῶτον μὲν ὡς εἰκόνα ἔχουσα τὴν αὐτοῦ· ἔπειτα ὡς ἀναμάρτητος· πρὸς τούτοις ὅτι ἔπρεπεν αὐτῷ ὡς ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν μυστήριον. ὅθεν αὐτὸν ὡραῖον κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ πνεῦμα προσηγόρευσε. Ταύτην οὐ μόνον εὐπρέπειαν ἐρεῖς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν· οὐχ ὅτι δύναμιν ἐξ αὐτῆς ὁ δυνατὸς προσέλαβεν, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἀγνοουμένην τῷ κόσμῳ δι᾽ αὐτῆς ἐφανέρωσεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Δυνατὸν οὖν καὶ ὅσον εἰς τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἐπίγνωσιν λέγεσθαι τὸ ἐνδύσασθαι δόξαν καὶ περιζώννυσθαι δύναμιν· οἰκειότερον δὲ πρὸς τὴν προτέραν παρουσίαν γενομένην ἀδοξίαν Χριστοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἀσθενές.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὅτι δὲ Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία σαφῶς ἡμᾶς ὁ θεῖος Παῦλος ἐδίδαξε. τοιγαροῦν οὐχ ἑτέρωθεν πόθεν ἐδέξατο δύναμιν ἣν μὴ πρότερον εἶχεν, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῇ οἰκείᾳ κατὰ τῶν πολεμίων ἐχρήσατο. Σχηματίζει δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος οἷόν τινα βασιλέα βασιλικὴν πανοπλίαν περιβαλόμενον, καὶ κατὰ τῶν πολεμίων ἀγωνιζόμενον. καίτοι γὰρ καθ᾽

Siquidem verbum incorruptum corruptibile corpus resuscitauit in incorruptionem. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Cùm enim passio res tristis esse videretur, etiam ijs qui fructum hinc oriturum sciebant; ita vt Vates exclamaret: *Et vidimus eum; & non habebat speciem neque decorem: sed species eius inhonorata, & deficiens præ filijs hominum*; at post suum in cælos ascensum radios Deo dignos emiserit; meritò Propheta exclamat: *Dominus regnauit, decorem indutus est*. Non enim quæ non habebat assumpsit, sed quæ habebat demonstrauit. Ita etiam ad proprium Patrem ait: *Pater clarifica me claritate quam habui priusquam mundus esset apud te.* (Isaiæ 53, 3. — Ioan 17,5.)

ANONYMI. Quomodo autem, inquies, is qui ante sæcula Rex est Regnum inchoauit? qualem etiam omnino decorem indutus est, qui ipsemet decor existit? Si enim cælum tam pulchrum sit vt minimè satiet, similiter & astra ceteraque elementa creationis; quomodo non excellenter & secundùm essentiam decorus sit qui tantum decorem condidit? Verùm manifestè Christi incarnationem prædicit: ipsius enim caro iure merito decor appellatur: primùm quidem tamquam imaginem eius habens: deinde tamquam impeccabilis: prætereà quia conueniebat ipsi tamquam bono & benigno mysterium quod pro nobis gessit. Quapropter ipsum Spiritus speciosum formâ præ filijs hominum appellauit. Hanc non solùm decorem dices, sed etiam virtutem: non quòd ex ea virtutem is qui potens est acceperit, sed quòd virtutem suam mundo incognitam per ipsam manifestauerit. (Christi caro est decor eius. — Psal. 44,3)

APOLINARII. Potest igitur etiam quoad captum hominum dici indutus esse gloriâ & virtute præcinctus; magis propriè tamen quoad primum aduentum Christi, qui factus est in ignominia secundùm humanam infirmitatem.

THEODORETI. Christum esse Dei virtutem & Dei sapientiam manifestè nos diuus Paulus edocuit. Igitur non aliunde virtutem accepit quam non priùs habuerit, sed propriâ virtute in hostes vsus est. Ceterùm ipsum format propheticus sermo veluti quemdam Regem vniuersa arma indutum, & aduersus hostes dimicantem. Etenim secundùm (Christus Dei virtus & sapientia.)

CATETA PATRVM.

vnà cum naturalibus differentijs secundùm mentis conceptum etiam numerum distinguit, dualiter opera & non opus appellans. Porrò manuum effectrices ac creatrices potentias nominauit, à quibus tam corpus quàm anima, illud quidem ex puluere, hæc verò de nihilo, producta sunt; & vtriusque compositio & contemperatio facta est; ad quam etiam oculis spiritualibus respiciens, atque diuini consilij infinipotentem scientiam obstupescens, immediatè subiunxit: *Quàm magnificata sunt opera tua Domine!*

Sapientia Dei incomprehensibilis.

ANONYMI. Opera quidem, inquit, tua Domine magna & admiranda sunt: nam illud *quàm* coniunctiuè adiunxit. Sapientia autem tua incomprehensibile fundum habet. Quænam enim mens prouidentiæ tuæ rationibus inuestigandis sufficiat? At nos quidem hoc & scimus, & ignorantes docemus. Verùm hi qui mente priuati sunt, & rationis vsum perdiderunt, neque scire volunt, neque discere ab alijs sustinent. Quanta autem eorum apparet nobis magnitudo, tantam circa illa cogitationum Dei cernimus profunditatem, secundùm quas fecit & magnificauit ea.

8. CVM EXORTI FVERINT PECCATORES.]

Peccatores fœno similes.

TIMOTHEI. Simul ac exorti fuerint, id est effloruerint, & apparuerint sicut fœnum ex portis inferi (scilicet desolati & aridi cordis) peccatores, & emerserint ex obscuris antris (scilicet occultis impietatis cogitationibus) & manifesti facti fuerint ad ipsum accedentes; quin & omnes conspirauerint qui operantur iniquitatem, tamquam propriarum adinuentionum successum consecuti, cum omnibus impijs qui ipsos præcesserunt & secuti sunt impietatis laqueo transfixi, iustissimum referent in vtraque vita exterminium.

ANONYMI. Exorti sunt igitur, inquit, sicut fœnum, siue sicut herba in agro: ad modicum verò quodammodò florentes posteà apparuerunt; id est, incuruati & humiliati, atque ad omnimodum interitum redacti sunt, qui operabantur aduersus Christum iniquitatem.

Insipiens non intelligit rationes prouidentiæ Dei.

EVSEBII. Insipiens quidem ac stultus videntes impios prosperari, iustos verò atque pios affligi, minimè intelligunt rationes prouidentiæ. Ego verò facturæ tuæ atque operibus manuum tuarum attendens, cum alijs intellexi finem illorum qui in hac vita prospe-

ρεῖ τηνικαῦτα ταῖς φυσικαῖς διαστολαῖς κατ' ἐπίνοιαν καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἔργα δυϊκῶς ἀλλ' οὐκ ἔργον καλῶν. χειρῶν δὲ νῦν τὰς ποιητικὰς καὶ δημιουργικὰς δυνάμεις ὠνόμασεν, ὑφ' ὧν καὶ τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ μὲν ἐκ χοὸς, τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντος, παρήχθη· καὶ τῶν ἀμφοτέρων ἡ συνθήκη καὶ σύγκρασις γέγονε· πρὸς ἣν καὶ τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς ἀποβλέψας, καὶ τῆς θεοπρεποῦς βουλῆς τὴν ἀπειροδύναμον ἐπιστήμην καταπλαγεὶς, ἀμέσως ἐπήγαγεν· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε;

ANONYMOY. Τὰ μὲν ἔργα σου κύριε, φησὶ, μεγάλα καὶ θαυμαστά· τὸ γὰρ ὡς ἐπιτατικῶς τέθεικεν. ἡ δὲ σοφία σου ἀνέφικτον ἔχει τὸ βάθος. Ποῖος γὰρ νοῦς ἱκανὸς ἐξετάσαι τῆς σῆς προνοίας τοὺς λόγους; Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τοῦτο καὶ ἴσμεν, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκομεν. Οἱ δὲ φρενῶν ἐστερημένοι, καὶ τὸ λογικὸν ἀπολέσαντες, οὔτε συνιδεῖν ἐθέλουσιν, οὔτε μαθεῖν παρ' ἑτέρων ἀνέχονται. Ὅσον δὲ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀναφαίνεται ἡμῖν, τοσοῦτον βαθυνομένους ὁρῶμεν τοὺς περὶ αὐτῶν θεοῦ διαλογισμοὺς, καθ' οὓς πεποίηκε καὶ ἐμεγάλυνεν αὐτά.

ή. ΕΝ ΤΩ ΑΝΑΤΕΙΛΑΙ ΑΜΑΡΤΩΛΟΥΣ.]

TIMOΘΕΟΥ. Ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι, τουτέστιν ἐξανθῆσαι, καὶ φανῆναι καθάπερ χόρτον ἐκ τῶν ᾅδου πυλῶν (δηλονότι τῆς κεχερσωμένης καὶ χορτώδους καρδίας) τοὺς ἁμαρτωλοὺς, καὶ διακύψαι ἀπὸ τῶν ἀφανῶν φωλεῶν (δηλονότι τῶν κεκρυμμένων τῆς ἀσεβείας ἐνθυμημάτων) καὶ γεγόνασι φανεροὶ προσδραμόντες αὐτῷ· καὶ συμφωνήσουσι δὲ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὡς τὴν τῶν ἰδίων κατὰ θυμὸν διηρηκότες ἐπίδειξιν, μετὰ πάντων τῶν πρὸ αὐτῶν καὶ μετ' αὐτοὺς ἀσεβῶν τῷ σταυρῷ τῆς ἀσεβείας πεπαρμένοι, ἐνδικωτάτην ἀποίσονται καθ' ἑκάτερον βίον τὴν ἐξολόθρευσιν.

ANΩNYMOY. Ἀνέτειλαν γοῦν, φησὶν, ὡς χόρτος, ἤγουν ὡς ἐν ἀγρῷ βοτάνη· βραχὺ δὲ ὥσπερ ἀνθήσαντες μετὰ τοῦτο διέκυψαν, τουτέστι κατεκάμφθησαν καὶ ἐταπεινώθησαν, καὶ εἰς παντελῆ κατέβησαν ὄλεθρον, οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν κατὰ Χριστοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ μὲν ἄφρων καὶ ἀσύνετοι ὁρῶντες ἀσεβεῖς εὐθηνουμένους, δικαίους δὲ καὶ εὐσεβεῖς κακουμένους, οὐ συνιοῦσι τοὺς τῆς προνοίας λόγους. ἐγὼ δὲ τῷ ποιήματί σου ἐνορῶν καὶ τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν, μετὰ τῶν ἄλλων συνεῖδον ὅτι τὸ τέλος τῶν κατὰ τὸν βίον

εὐθυμούντων ἀσεβῶν ὄλεθρον ἔχει καὶ ἀπώλειαν· διὸ πολὺ μᾶλλον τοὺς τῆς θείας κρίσεως λόγους ὑποπτήσσομαι. Οἱ γὰρ ἁμαρτωλοὶ οἷα χόρτος ἀνατέλλουσι, καὶ ἐνεργεῖται ἡ ἀνομία, καὶ ἡ πρὸς θεὸν ἔχθρα αὐτῶν ἐπιτείνεται· ἀγνοεῖται δὲ τὸ τοῦ θεοῦ ὕψος καὶ μέγεθος, τυφλώσης τῆς κακίας τὸ ὄμμα τοῦ νοῦ, τὸ δυνάμενον προσβάλλειν τῷ κυρίῳ. Ὅταν οὖν οὕτω κατάλυσις τῆς ἁμαρτίας γένηται, ὡς ἀπολέσθαι διὰ τὸ ἁμαρτάνειν τοὺς ἐχθροὺς γεγενημένους θεοῦ· τότε δὴ ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος εἰς τὸν αἰῶνα εὑρεθήσεται.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὕψιστος γάρ ἐστιν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ εἰ καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς ἑκούσιον κένωσιν, καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ὑπέδυ σμικροπρέπειαν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακαλέσῃ πρὸς ἀφθαρσίαν, καὶ ὑψώσῃ τὸ ταπεινόν, καὶ τιμήσῃ τὸ ἠτιμωμένον, ἵνα τῇ τῆς υἱοθεσίας χάριτι καταλαμπρύνῃ τὸν δοῦλον. Ἐπτώχευσε γὰρ ἡμῖν, πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. Ὕψιστος τοίνυν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καὶ εἰ γέγονεν ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἀπέστη τοῦ εἶναι θεός, ἀλλὰ μεμένηκεν ὅπερ ἦν. Σὺ μὲν γάρ, φησίν, ὦ κύριε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, ὕψιστος ἐν ὑψηλοῖς διαμένεις, τὸν σύμπαντα αἰῶνα οὐ τρεπόμενος, οὐκ ἀλλοιούμενος· ἀλλ' εἰς ἄπειρον ἑαυτῷ διαμένων ὅμοιος· ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοί, καὶ μακρὰν τῆς σῆς ἀπέχοντες δυνάμεως, ἄλλοτε ἀλλαχόθεν φερόμεθα καὶ μεταβαλλόμεθα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς γοῦν χόρτος καὶ τὰ ἀπὸ γῆς ἄνθη πρὸς ὀλίγον ὡραῖα φαίνεται, καὶ θέλγει τὴν ὅρασιν, καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπατᾷ, εὐθέως δὲ φθίνει, καὶ τὰ ῥᾷστα ἀπόλλυται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζόμενοι, ἅμα τε ἀνέτειλαν, καὶ πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες διέκυψαν· εἶτ' οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν οὐκέτι βραχὺς καὶ πρόσκαιρος ὄλεθρος, ἀλλὰ διηνεκὴς ἀπώλεια.

ια΄. ΚΑΙ ΥΨΩΘΗΣΕΤΑΙ ΩΣ ΜΟΝΟΚΕΡΩΤΟΣ.] ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Τὸν μονοκέρωτα φασὶ ζῶον εἶναι οὗ κέρας ἐπὶ τοῦ μετώπου ἐγήγερται, ὑψηλόν τε καὶ ἄθραυστον· ᾧ κεχρημένον πρὸς τὰ ἕτερα τῶν ζώων ἀεὶ νικᾷ καὶ περιγίνεται· καὶ ἔστιν ἰσχυρὸν καὶ δυσάντητον. Τούτῳ τῷ μονοκέρωτι παρεικάσει τὸν νέον λαὸν ἡ θεία γραφή. νέον δὲ ὅταν εἴπω λαόν, τοὺς διὰ πίστεως νόει οἳ πάντα νενικήκασι τὰ ἔθνη.

prosperantur interitum & perditionem obtinere; quapropter multò magis diuini iudicij rationes formido. Siquidem peccatores velut fœnum exoriuntur, & in illis iniquitas operatur, & ipsorum aduersus Deum inimicitia intenditur; Dei verò celsitudo & magnitudo ab ipsis ignoratur, dum malitia mentis oculum excæcat, qui Domino attendere poterat. Quando igitur peccatum ita fuerit dissolutum, vt propter illud interierint qui inimici Deo facti sunt; tunc vtique Deus altissimus in æternum reperietur.

ANONYMI. Altissimum enim est vnigenitum Dei Verbum, tametsi demiserit semetipsum ad voluntariam exinanitionem, & humanitatis vilitatem subiuerit, vt hominis naturam ad immortalitatem innouaret, atque eius vilitatem extolleret, abiectionemque honoraret, nec non seruum adoptionis gratiâ illustrem redderet. *Quoniam propter nos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopiâ nos diuites essemus.* Altissimum igitur Dei Verbum licet homo factum sit; non enim desijt esse Deus, sed remansit id quod erat. Tu enim, inquit, ô Domine secundùm eadem & eodem modo te habens, Altissimus in excelsis permanes, per omnem æternitatem minimè variatus, aut immutatus; sed in infinitum tibi ipsi similis perseueras; nos autem cùm viles & abiecti simus, & à tua virtute longè absimus, huc illucque ferimur & immutamur.

Altissimum est Dei Verbum, licet exinanitum.

1. Cor. 8. 9.

EVSEBII. Quemadmodum igitur fœnum & flores terræ ad modicum speciosa videntur, & visum oblectant, sensumque fallunt, confestim verò deficiunt, & citissimè intereunt: eodem modo etiam qui apud plurimos in admiratione erant, simul vt exorti fuerant, & ad modicum florentes apparuerant; deinde non longè pòst excepit illos non iam breuis aliqua ac temporaria perditio, sed interitus sempiternus.

11. ET EXALTABITVR SICVT VNICORNIS.] DIODORI. Vnicornem tradunt esse animal cui cornu in fronte erectum sit, & altum & infractum; quo dum vtitur aduersus alia animalia semper vincit ac superat: estque validum atque terribile. Huic vnicorni diuina Scriptura nouum populum assimilat. Cùm autem nouum populum dico, intelligo illos qui per fidem omnes Gentes deuicerunt.

Vnicornis quale animal sit.

ANO-

CATENA PATRVM.

Vnicornes sunt iusti, præsertim Christus.

ANONYMI. Vnicornes quidem sunt iusti; sed Christus per excellentiam, qui vno cornu, scilicet cruce, aduersus aduersarias potestates vsus est. Hic nobis pro cornu fidem suam contra aduersarios donauit; quæ cornu Dominico, scilicet cruci, correspondentem habet altitudinem. Quemadmodum enim crux per cruciatus glorificata fuit, ita etiam piorum fides per persecutiones exaltatur, & per cruciatus gloriosior euadit. Sed & senectus nostra, id est nouissima, in oleo pingui exaltantur. Nouissimis enim temporibus is qui copiosè nostri misertus est, etiam benignè obuiauit, vt peccatores & publicanos ad Regnum suum converteret.

ALTERIVS. Illa verba, *Et senectus mea in oleo pingui*, Symmachus sic habet: *Vetustas mea sicut oliua benè germinans*. Florebo enim, & senectutem deponam, & oliuam germinantem imitabor; & iuxta Septuaginta, tamquam oleo quopiam impinguabor voluptate. Senectutem autem non corpoream dicit, sed quæ perfectam interioris hominis ætatem exhibet; de qua scriptum est: *Senectus enim venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata: canities autem est prudentia hominibus, & ætas senectutis vita immaculata.*

Senectus venerabilis quæ sit.

Sap. 4, 8.

12. ET DESPEXIT OCVLVS MEVS INIMICOS MEOS.] THEODORI. Illud *despexit* idem est quod videre inimicos corruentes, perculsos ab ijs qui ex aduerso sunt. Hi autem sunt qui veritati ac gloriæ Dei repugnant, audaciâ sese armantes. Tales aliqui erant Iudæorum Synagogæ Rectores, Scribæ & Pharisæi: non cessabant enim Christo insultare, & nefariè opinionem eius oppugnare.

EVSEBII. Symmachus & Theodotion, ipseque textus Hebræus, *inspiciet* dixerunt. Quoniam ea quæ dicta sunt, futurorum sunt prædictiones. Sed more suo Septuaginta futura tamquam facta interpretati sunt; in hoc etiam vaticinationis firmitatem declarantes. Nam sicut non potest fieri vt ea quæ facta sunt infecta sint: sic etiam non potest fieri vt Spiritus sancti vaticinatio sine certo fine maneat. Dicit igitur, Non modò impiorum calamitosum finem cernam, verùm etiam auribus percipiam cunctos hoc enarrantes, & pœnæ iustitiam admirantes.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μονοκέρωτες εἰσὶ μὲν οἱ δίκαιοι· Χριστὸς δὲ κατ' ἐξοχὴν, ἑνὶ κέρατι, τῷ σταυρῷ, πρὸς τὰς δυνάμεις τὰς ἐναντίας χρησάμενος. οὗτος ἡμῖν κέρας τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν κατὰ τῶν ἀντιτεταγμένων δεδώρηται· ὅπερ ἀνάλογον τῷ δεσποτικῷ κέρατι, δηλαδὴ τῷ σταυρῷ, τὸ ὕψος ἔχει. Καθάπερ γὰρ ὁ σταυρὸς διὰ παθημάτων ἐδοξάσθη, οὕτως καὶ ἡ τῶν εὐσεβούντων πίστις διὰ διωγμῶν ὑψοῦται, καὶ διὰ παθημάτων δοξάζεται. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ γῆρας ἡμῶν, τουτέστι τὰ ἔσχατα, ἐν ἐλαίῳ πίονι ὑψοῦται. ἐν ἐσχάτοις γὰρ καιροῖς ὁ δαψιλῶς ἡμᾶς ἐλεῶν, καὶ φιλοτίμως ἀπήντησεν, ὥστε ἁμαρτωλοὺς καὶ τελώνας εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν προσξενῶσαι.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Τὸ, καὶ τὸ γῆρας μου ἐν ἐλαίῳ πίονι, Σύμμαχος οὕτως· Ἡ παλαίωσίς μου ὡς ἐλαία εὐθαλής. ἀνθήσω γὰρ, καὶ τὸ γῆρας μου ἀποθήσομαι, καὶ ἐλαίαν τεθηλυῖαν μιμήσομαι· καὶ κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, οἱονεί τινι ἐλαίῳ πιανθήσομαι τῇ θυμηδίᾳ. Γῆρας δὲ οὐ τὸ σωματικὸν λέγει, ἀλλὰ τὸ παριστὸν τὴν τελείαν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἡλικίαν· περὶ οὗ γέγραπται· Γῆρας γὰρ τίμιον, οὐ τὸ πολυχρόνιον, οὔτε ἀριθμῷ ἐτῶν μεμέτρηται· πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, καὶ ἡλικία γήρως βίος ἀκηλίδωτος.

ιβ'. ΚΑΙ ΕΠΕΙΔΕΝ Ο ΟΦΘΑΛΜΟΣ ΜΟΥ ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΧΘΡΟΙΣ ΜΟΥ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Τὸ ἐπεῖδεν ἐστὶ τὸ ἰδεῖν πεπτωκότας ἐχθροὺς, ἀπονήσαντας τοὺς δι' ἐναντίας. Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ, τὸ ἑαυτῶν ὁπλίζοντες θράσος. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν οἱ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἡγούμενοι, γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι· οὐ διαλελοίπασι γὰρ ἐπιπηδῶντες Χριστῷ, καὶ ἀνοσίως αὐτοῦ τῇ δόξῃ μαχόμενοι.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὁ Σύμμαχος καὶ ὁ Θεοδοτίων, καὶ αὐτὸς ὁ Ἑβραῖος, ἐπόψεται εἰρήκασι. μελλόντων γὰρ προῤῥήσεις τὰ λεγόμενα. ἀλλὰ συνήθως οἱ ἑβδομήκοντα ὡς γεγενημένα τὰ ἐσόμενα ἡρμήνευσαν· τὸ ἀντίῤῥητον τῆς προῤῥήσεως κἀν τούτῳ δηλοῦντες. ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον τὰ γεγενημένα μὴ γεγενῆσθαι· οὕτως ἀδύνατον τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος προῤῥησιν ἀπέρατον διαμεῖναι. Λέγει τοίνυν, ὅτι οὐ μόνον ὄψομαι τῶν ἀδίκων τὸ ἐπώδυνον τέλος, ἀλλὰ καὶ ἀκούσομαι τούτων πάντων διαγγελλόντων, καὶ θαυμαζόντων τῆς τιμωρίας τὸ δίκαιον.

ιγ'. ΔΙ-

ιγ'. ΔΙΚΑΙΟΣ ΩΣ ΦΟΙΝΙΞ ΑΝΘΗΣΕΙ.]

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τῶν ἁμαρτωλῶν τὸ τέλος, φησὶν, οὕτως ἔσται, καὶ δίκην χόρτου ῥᾳδίως μαρανθήσον)ται· ὁ δὲ δίκαιος τῆς μὲν κέδρου τὸ δασὺ καὶ θερμόν τι καὶ ἐρίσκιμον, τοῦ δὲ φοίνικος μιμήσε)ται τὸ ὑψίκομόν τε καὶ κάρπιμον· διαρκεῖ δὲ ἀμφότερα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαμένοντα χρόνον· χρόνου δὲ καὶ εἰς αὔξησιν δέεται. Τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς φυτουργία, πόνῳ πολλῷ καὶ χρόνῳ φυτευομένη· ἀλλ' εἰς ὕψος αἰρομένη, ὡραῖόν τε καὶ ἥδιστον φέρουσα τὸν καρπὸν, καὶ σκέπην ἱκανὴν τῷ κεκτημένῳ παρέχουσα.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Φοίνιξι δὲ καὶ κέδροις τοὺς ἐν Χριστῷ δεδικαιωμένους παρεικάζειν ἀξιοῖ τὸ γράμμα τὸ ἱερόν. Φυτὸν γάρ ἐστιν ὁ φοῖνιξ ἀειθαλὲς, εὔριζόν τι, καὶ ὑψηλὸν, καὶ εὐκάρδιον, εὐῶδες, καὶ γλυκὺν ἔχον τὸν καρπόν. Τοιοῦτοι δὲ πάντες οἱ τὴν ἐν Χριστῷ δικαιοσύνην ἔχοντες· ἑστήκασι γὰρ ἑδραῖοι καὶ ἀκαταπτόητοι, λευκὴν ἔχοντες τὴν καρδίαν. οὕτω πως καὶ ὁ ψάλλων φησί· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπεὶ ὁ φοῖνιξ πολύχρουν τὸν καρπὸν φέρει, καὶ ἡ κέδρος, ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ, πολύκλωνος καὶ πολύρριζός ἐστιν, εἰκότως τὸν δίκαιον παρέβαλε τούτοις, πολύκαρπον ὄντα ἐν ταῖς κατ' εἶδος ἀρεταῖς καὶ διαφόροις δόγμασι τῆς ἀληθείας, κατὰ ταῦτα γὰρ παραβάλλεται τῷ φοίνικι. Ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ βέβαιον καὶ ὀχυρὸν περὶ ἀγαθὰ τῇ κέδρῳ, τῇ ἐν τῷ Λιβάνῳ, παρεικάζεται. Ἄσηπτος γὰρ καὶ πυκνοτάτη ἡ κέδρος· ἀειθαλὴς δὲ ὁ φοῖνιξ, καὶ τὴν καρδίαν ἄνω τετακυῖαν ἔχει· ᾧ εἰκότως ὁμοιοῦται ὁ θησαυρίσας ἐν οὐρανῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖ τὴν καρδίαν ἔχων. Πολύκλωνος δὲ καὶ ὡς κέδρος ὁ δίκαιος πολλοὺς ἔχων, τοὺς δι' αὐτοῦ σωζομένους.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Φοίνικι μὲν ἕκαστον ἀπεικάζει τῶν περὶ πολλοῦ ποιουμένων τὴν θείαν δικαιοσύνην, καὶ διὰ τοῦτο παρωνύμως ὀνομαζομένων δικαίων· ὡς μηδὲν ἄλλο ἐχόντων ἐμφροντιστὸν ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, κἀντεῦθεν τῷ φοίνικι παραπλησίως ἀειθαλεῖς ἐχόντων τοὺς κλάδους τῶν ἀρετῶν, καὶ προβαλλομένων καρποὺς γλυκεῖς, ἀγάπην, χαρὰν, εἰρήνην, ἐλεημοσύνην, ἐγκράτειαν, καὶ τὰ παραπλήσια. γλυκαίνουσι γὰρ ταῦτα πάντα ἀνθρώπου βλέποντος ἢ ἀκούοντος τὰ αἰσθητήρια τῆς ψυχῆς. Παρεικάζε)ται δὲ καὶ τῇ κέδρῳ διὰ τὸ εὐῶδες αὐτῆς, καὶ ἄσηπτον, καὶ ὑψίκο-

13. IVSTVS VT PALMA FLOREBIT.] ANONYMI. Talis, inquit, erit finis peccatorum, & instar fœni citò marcescent: iustus verò cedri quidem densitatem & calorem, & opacitatem, palmæ verò altas comas & fertilitatem imitabitur: vtræque autem perdurant, & diu permanent, temporis verò ad crescendum indigent. Talis etiam est virtutis conditio, multo labore ac tempore producitur; sed in altitudinem erecta, tempestiuum dulcissimumque fructum profert, & sufficientem vmbram possessori suo præbet. *CATENA PATRVM.* *Peccatores fœno, iusti cedro & palmæ similes.*

DIODORI. Scriptura verò sacra eos qui in Christo iustificati sunt palmis ac cedris assimilare dignatur. Palma enim arbor est semper germinans, benè radicata, & alta, & cordialis, beneolens, & dulcem fructum gerens. Istiusmodi autem sunt omnes qui Christi iustitiâ præditi sunt: consistunt enim firmi & inconcussi, candido corde præditi. Sic etiam alibi Psalmista dicit: *Cor mundum crea in me Deus.* *Palma qualis arbor sit.* *Psal. 50.*

EVSEBII. Cùm palma multifarium fructum ferat, & cedrus, quæ in Libano est, multos ramos multasque radices habeat, iure merito cum istiusmodi arboribus virum iustum comparauit, quòd in genere virtutum fructibus abundet atque diuersis doctrinis veritatis, secundùm quas nimirum cum palma confertur. Quin & propter firmitatem & in bonis securitatem cedro, quæ in Libano est, assimilatur. Imputribilis enim ac densissima est cedrus; palma verò semper viget, & cor sursum vergens habet: cui meritò comparatur is qui thesaurizat in cælo, atque idcircò ibidem corde versatur. Porrò iustus quoque instar cedri plurimos ramos habet, cùm plurimi per ipsum salui fiant. *Cedrus qualis arbor sit.*

TIMOTHEI. Palmæ assimilat vnumquemque eorum qui diuinâ iustitiam magni faciunt, atque idcircò denominatiuè iusti appellantur; vt qui nullam aliam rem curent nisi iustitiam Dei, atque inde adinstar palmæ perpetuò germinent ramos virtutum, dulcesq; fructus producant, charitatem, gaudium, pacem, eleëmosynam, continentiam, & his similia. Hæc enim omnia videntis aut audientis hominis sensus animi oblectant. Ceterùm quoque cedro assimilatur propter eius suaueolentiam, & impu- *Iustorum fructus quales.*

CATENA PATRVM.

tribilitatem, comarumque altitudinem atque opacitatem. Dixit autem iustum multiplicari sicut cedrum, nempe dum multos ex vno vnius moris iustos reddit communicatiuis proborum facinorum suorum gratijs atque sementis. *Ego* enim, inquit, *plantaui, Apollo rigauit.*

1. Cor. 3. 6.

Palma iusti symbolum, & quare.

ANONYMI. Non frustrà palmæ iustum assimilat, sed quia parua quidem eius pars in terra, totum verò supra terram est. Quin & fructus eius à feris decerpi minimè potest, cùm propter ascensus ratione frondium difficultatem, tum propter eius altitudinem. Ad hæc, nil in palma reiectaneum, sed totum vtile existit. Horum vnumquodque ad iustum referens, similitudinis genuinam proprietatem admiraberis. Sed & certantibus currentibusque in symbolum victoriæ palmarum rami traduntur, quia nec aliter quam propter iustitiam in futuro sæculo coronari possumus.

Libanus symbolum Gentium.

ALTERIVS. Etsi Libanus propter cedrorum infructuositatem Gentium nota symbolumque existat, attamen in Gentibus quoque Dei iustitia multiplicatur. Multi siquidem Prophetæ, plurimique Patriarchæ, atque alij Deiferi ac iusti ex Israël orti sunt; verumtamen horum numerum auxerunt Martyres qui ex Gentibus prodierunt, in quibus Dei iustitia in multitudinem excreuit.

14. PLANTATI IN DOMO DOMINI.] TIMOTHEI. Sed obseruandum quomodo nunc etiam Cedrum & Libanum in meliorem partem acceperit; Cedrum quidem, vti dictum est, iusto assimilans, Libanum verò tamquam loco iustorum capaci, scilicet Ecclesiæ, propter comarum eius densitatem & varietatem, omnigenasque plantas. In hac igitur iusti plantati sunt tamquam in domo Domini, & in atrijs Dei nostri diuersis varijsque floribus virtutum efflorescunt. Domus enim Domini est Ecclesia Catholica: sic enim Apostolus illam nuncupauit; *Vt scias*, inquit, *quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui.* Qui itaque in ea plantati sunt, & fructum ferunt, in atrijs Dei nostri florebunt, id est in singulis ac particularibus fidelium Gentium cœtibus localibus. Domum namque Domini spiritalem, omnem cœtum Catholicæ Ecclesiæ, atria verò Dei, singulas fidelium congregationes appellauit.

Ecclesia est domus Domini.

1. Tim. 3. 15.

μον, καὶ σκιερόν. Ἔφη δὲ τὸν δίκαιον πληθυνθῆναι καθάπερ κέδρον, δηλονότι τὸ πολλοὺς ἐξ ἑνὸς ὁμοιοτρόπους ἀποτελεῖν δικαίους ταῖς μεταδοτικαῖς τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ χάρισι καὶ κατασποραῖς. Ἐγὼ γάρ, φησιν, ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μάτην τῷ φοίνικι παρεικάζει τὸν δίκαιον, ἀλλ' ἐπειδὴ μικρὸν μὲν αὐτοῦ τὸ μέρος ἐν τῇ γῇ, ὑπὲρ γῆν δὲ τὸ πᾶν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ καρπὸς εἰς τὸ συληθῆναι τοῖς θηρίοις, διὰ τὸ δύσβατον τῶν φύλλων, καὶ ὑψηλὸν ἀδυνάτως. Πρὸς τούτοις οὐδὲν ἀπόβλητον ὁ φοίνιξ, πᾶν δὲ χρειῶδες κέκτηται. Ὧν ἕκαστον ἀναλαμβάνων εἰς τὸν δίκαιον, θαυμάσεις τὸ ἀπαράλλακτον τῆς εἰκόνος καὶ γνήσιον. Ἀλλὰ μὴν καὶ νίκης τοῖς ἀθλοῦσιν ἢ τοῖς τρέχουσι σύμβολον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων δίδοται, ὥστε οὐκ ἄλλως στεφανοῦσθαι κατὰ τὸ μέλλον ἀλλὰ διὰ τῆς δικαιοσύνης δυνάμεθα.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Εἰ καὶ τῶν ἐθνῶν ὁ Λίβανος διὰ τὴν ἀκαρπίαν τῶν κέδρων χαρακτὴρ ὑπάρχει καὶ σύμβολον, ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη πληθύνεται. Πολλοὶ μὲν γὰρ προφῆται, πολλοὶ δὲ πατριάρχαι, καὶ ἕτεροι θεοφόροι καὶ δίκαιοι ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ γεγόνασιν· ἀλλ' ἐπλεόνασαν τὸν τούτων ἀριθμὸν οἱ ἐκ τῶν ἐθνῶν ἀναδειχθέντες μάρτυρες, ἐν οἷς εἰς πλῆθος ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη προέκοψεν.

ιδ'. ΠΕΦΥΤΕΥΜΕΝΟΙ ΕΝ ΤΩ ΟΙΚΩ ΚΥΡΙΟΥ.] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Ἀλλὰ παρατηρητέον πῶς νῦν καὶ τὴν κέδρον καὶ τὸν Λίβανον ἐπὶ κρείττονος παρείληφε· τὴν μὲν κέδρον τῷ δικαίῳ, καθάπερ εἴρηται, ἀφομοιώσας, τὸν δὲ Λίβανον ὡσεὶ τόπῳ χωρητικῷ τῶν δικαίων, ἤγουν τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὸ ἀμφιλαφὲς αὐτῆς ποικίλον, καὶ παντοδαπὸν τῶν φυτῶν. Ἐν ταύτῃ τοίνυν οἱ δίκαιοι πεφυτευμένοι ὡς ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθοῦσι τὰ διάφορα καὶ ποικίλα ἄνθη τῶν ἀρετῶν. Οἶκος γὰρ Κυρίου ἡ καθολικὴ ἐκκλησία· οὕτως γὰρ αὐτὴν ὠνόμασεν ὁ Ἀπόστολος· Ἵνα εἰδῇς, φησι, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. Οἱ τοίνυν πεφυτευμένοι ἐν τούτῳ, καὶ καρποφοροῦντες, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐξανθήσουσι, τουτέστιν ἐν ταῖς καθ' ἕκαστα καὶ ἀνὰ μέρος τοπικαῖς συναθροίσεσι τῶν πιστευόντων ἐθνῶν. οἶκον γὰρ Κυρίου νοητόν, τὸ πᾶν σύστημα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, αὐλὰς δὲ τοῦ Θεοῦ, τὰς καθ' ἕκαστα τῶν πιστῶν συναθροίσεις ὠνόμασεν.

ΑΝΟ-

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἀντὶ τοῦ πεφυτευμένοι μεταφυτευθέντες ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδεδώκασιν, ὥστε εἶναι σαφὲς, ὡς οὐ τὰς ἁπλῶς δὲ κέδρους, ἀλλὰ τὰς ἐκ πλάνης μεταφυτευθείσας ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τῇ ἐκκλησίᾳ, φησίν. ἐν ταῖς αὐλαῖς, τουτέστιν ἐν ταῖς ὑπερουρανίαις μοναῖς· εἰσὶ γὰρ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί· ἔνθα κατ' ἀξίαν διαμερισθέντες, οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοι, κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα ἐξανθήσουσιν.

ιε. ΕΤΙ ΠΛΗΘΥΝΘΗΣΟΝΤΑΙ ΕΝ ΓΗΡΕΙ ΠΙΟΝΙ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Οὐκ ἔσται, φησὶν, αὐτοῖς ἡ εὐθηνία πρόσκαιρος, μήποτε τοῦτό τις περὶ τῶν ἐθνῶν διὰ τὸ ἐξανθῆσαι στοχάσηται, ἀλλ' ἐν γήρει λιπαρῷ πληθύνονται καὶ προκόπτουσι· τοῦ γὰρ χρόνου προϊόντος πληθύνεται τῶν ἐθνῶν ἡ εὐσέβεια.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Γῆρας δὲ ἐνταῦθα τὴν τελείωσιν οἶμαι λέγεσθαι τῆς ψυχῆς· ἐν ᾗ γενόμενοι εὐπαθοῦντες ἔσονται οἱ νῦν ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου πεφυτευμένοι. εἰ γὰρ, καὶ τὰ μάλιστα κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν, ἐν ᾧ φυτεύονται ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου, κακοπαθοῦντες διατελοῦσι τοὺς πρώτους τῆς γεωργίας πόνους ὑπομένοντες· ἀλλ' ἐπὰν τοῦ γήρως τοῦ πίονος ἀξιωθῶσιν, εὐπαθοῦντες ἔσονται, ἀναπαυόμενοι τῶν καμάτων· καὶ τῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα ἀπολαμβάνοντες ὁμολογήσουσιν· ὅτι εὐθὺς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ.

ΕΤΕΡΟΥ. Ὁρᾷς ὡς ἀπὸ τοῦ εὐπαθεῖν, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ σφριγᾶν καὶ ἀκμάζειν εἰς ζῆλον προκόπτουσιν; ἢ καὶ εὐπαθεῖν ἐπὶ τῶν πιστῶν κυρίως λεχθείη τὸ παθεῖν εὐκόλως ὑπὲρ τούτου εἰς ὃν καὶ πεπιστεύκασι· τυγχάνοντες τὸ εὐπαθὲς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὖ πάσχειν ἀναγγελοῦσι· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. ὡς γὰρ εὐθὺς καὶ δίκαιος στεφανοῖ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχοντας, καὶ βραβεῖον αὐτοῖς ἐξαίρετον μεταδίδωσιν.

ANONYMI. Pro *plantati* alij interpretes ediderunt *transplantati*, ita vt clarum sit, quòd non simpliciter cedros, sed illas, quæ ex errore in domo Dei, id est Ecclesia, transplantati sunt, dicat. *In atrijs*, id est supercælestibus mansionibus: siquidem apud Patrem mansiones multæ sunt: vbi secundùm dignitatem distributi qui nunc in domo Domini plantati sunt, tempore opportuno florebunt. CATENA PATRVM. Ioan. 14, 2.

15. ADHVC MVLTIPLICABVNTVR IN SENECTA VBERI.] THEODORI. Non erit, inquit, eorum fertilitas temporaria, ne quis hoc de Gentibus propter efflorescentiam conijciat, sed in senecta vberi multiplicantur atque proficiunt: nam successu temporis Gentium pietas multiplicatur. *Ecclesiæ fertilitas perennis.*

ANONYMI. Senectam autem hic animæ perfectionem dici credito: in qua existentes benè patientes erunt illi qui modò in domo Domini plantati sunt. Etsi enim, præsertim in præsenti tempore, in quo plantantur in domo Domini, malè afficiantur, dum primos agriculturæ labores sustinent; attamen vbi senectâ vberi dignati fuerint, benè patientes erunt, à laboribus quiescentes: & certaminum præmia recipientes confitebuntur; *quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.*

ALTERIVS. Vides vt *benè patientes*, id est, fructu turgescentes & vigentes in zelum proficiant? Vel etiam illud *benè pati* de fidelibus propriè dicetur esse idem quod *facilè pati* pro eo in quem etiam crediderunt: siquidem Dei beneficentiam dum benè afficiuntur annuntiabunt; & quoniam non est iniquitas in eo. Tamquam enim rectus ac iustus coronat eos qui pro ipso patiuntur, atque eximia ipsis præmia largitur.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS iste, *Psalmus Cantici in die Sabbati*, habetur in omnibus Codicibus Hebraicis, Græcis & Latinis: & continet argumentum Psalmi, docens quomodo dies festi sint sanctificandi abstinendo ab operibus seruilibus, & etiam illos impendendo considerandis operibus Dei: ex qua consideratione accenditur amor diuinus, & fit in corde quies & tranquillitas ineffabilis; quæ dicitur sabbatum cordis, sabbatum verè delicatum & sanctum. *...do ...di ...fican-*

2. *Bonum est confiteri Domino, & psallere,* &c.] Id est, vtile, salutare, decorum, consentaneum. Ita alibi dicit: *Quoniam bonus est Psalmus.* Bonum enim ait esse, quia, vt D. Chrysostomus ait, τὴν ψυχὴν ἐκκαθαίρει, *animam expurgat*, μετάρσιον ποιεῖ τὸν λογισμὸν, *cogitationem in altum extollit*, πτεροῖ τὴν ψυχὴν, *alatam quodammodo reddit animam*; nos leues sublimesque efficit; dignas Deo cælestesque inspirat cogitationes. Sanctus quoque Dionysius inter ceteras psallendi vtilitates quas recenset, ait Psalmorum modula- Psal. 146. *Confitendi & psallendi vtilitas.* Eccl. Hier. cap. 3. & 4.

ANNOTATIONES CORDERII.

dulationem *ψυχαῖς ἕξιν ἐναρμόνιον διαδιδοὺς, animalis habitus* (vtpote futiliter gestientes, & rationi contrarios) *aptè & concinnè componere*, & efficere *πρὸς τὰ θεῖα ὁμοφροσύνην, cum diuinis consensionem*.

Manè & vesperi præcipuè laudandus Deus.

3. *Ad annuntiandum manè*, &c.] Alludit ad sacrificium matutinum & vespertinum, præcipuas orationis horas. Symbolicè autem *manè* tempus rerum prosperarum, *nox* aduersarum designat. Quocumque igitur tempore laudandus est Deus, & quia misericors, & quia stat promissis; præcipuè autem temporibus publicæ orationi destinatis: qualia erant in veteri lege manè & vesperi.

Cum hilaritate præcepta Dei obseruanda.

4. *In decachordo psalterio*, &c.] Celebrandus enim Deus cum instrumentis musicis, id est cum hilaritate & voluptate; scilicet in Decalogi (habentis decem præcepta tamquam decem chordas) præstatione, & reliquæ diuinæ legis partium executione; vt quemadmodum decachordum est Decalogi symbolum, ita reliqua instrumenta reliquarum legis partium. Ita Genebrardus.

5. *Quia delectasti me Domine in factura tua.*] S. Hieronymus, *Quoniam lætificasti me Domine in opere tuo*. Piè ad hunc locum contemplatur Aluarez de Paz Tom. 3. lib. 1. partis 1. cap. 7. Opera, inquit, Dei si ad moderatum vsum accipias, tibi seruient; si ad nimium amorem quæras, te turbabunt & contristabunt: at si sedulam meditationem adhibeas, non aliter quàm lyra dulcisona, aut conuiuium lautissimum & exquisitè apparatum delectabunt. Meditationi itaque operum Dei gustus mellis non deficit, siquidem internam consolationem immittit: si verò ex meditatione ad Deum exorandum siue ad laudes eius concinendas transeas, existimo quia non carebis delectatione maximâ, quæ ad ipsum corpus descendat, & in recessibus mentis se continere non possit. Vide hæc fusiùs apud Aluarem nostrum iam citatum. Quàm autem non tantùm delectabilis, sed etiam vtilis sit hæc facturæ seu creaturæ Dei consideratio, vel inde patet, quòd ex ea in Dei notitiam deuenitur. *A magnitudine enim* (inquit Sapiens) *speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* cui suffragatur Apostolus dicens: *Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* Itaque S. Basilius Homiliâ 1. in Hexaëmeron mundum eleganter appellat *διδασκαλεῖον καὶ παιδευτήριον τῶν ψυχῶν, commune quoddam animorum auditorium*, exedram sapientiæ; vbi admirabilia doceantur: quem opinor secutus Pisides, *σχολὴν κτισμάτων, creaturarum scholam*, nominauit. Mirabantur Philosophi quidam beatissimum Antonium, cumque negabant vlla in parte humanitatis atque sapientiæ posse excellere, cùm libris & bibliothecâ destitueretur; at ille, *Codicem suum* aiebat esse rerum naturam, in quibus verba Dei legere consueuisset. Sic Leo Magnus Serm. 7. de ieiunio decimi mensis elementa mundi vocat *publicas paginas* quibus erudimur. Et Serm. 8. idem ad eruditionem nostram ait omnia elementa seruire, *dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Euangelia, incessabili tubâ discimus quod & prædicemus, & agamus*. Eadem ferè sunt apud S. Prosperum lib. 2. de Vocatione Gentium cap. 1. qui in paginis elementorum, & voluminibus temporum, diuinæ institutionis communem doctrinam legi prodique monet. Adijciendi sunt igitur oculi ad librum vniuersitatis, ne quis doctrinarum ignorationem aut librorum inopiam causetur.

Meditatio operum Dei gustum mellis habet & delectationem maximam.

Quanta sit vtilitas considerationis creaturæ Dei. Sap. 13, 5.

Rom. 1, 20.

Mundus hic est schola animorum.

Magnifica & admiranda sunt opera Dei.

6. *Quam magnificata sunt opera tua Domine!*] Id est, Quantâ magnificentiâ perfecta sunt omnia! Nimirum apparet in molitione rerum atque ordine incomparabilis Dei potentia, vis, magnitudo, summa excellentia; quæ meritò metum à nobis & demissi animi venerationem postulant. Vnde Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum ait eum qui sapientiam adeptus est, & cognitionem sacris hominibus conuenientem, initium ducere *ἐκ τοῦ θαυμάζειν τὴν κτίσιν, à rerum creatarum admiratione*. Quod Habacuc Propheta in se diuinitus expressit, *Consideraui opera tua, & expaui.* Vbi Cyrillus: Nam si, inquit, operum Dei virtutem intueamur, *ἄσεμνος ὄντως τὸ χρῆμα καὶ ἔτερον οὐδὲν*, *Res non nisi merus stupor & admiratio est*. Illud idem Regio Vati tribuit Nyssenus Oratione de Baptismo Christi: qui cùm diceret Dei vim & efficientiam in rerum procreatione esse *ἀκατάληπτον καὶ ἀνερμήνευτον*, hoc est, nullius hominis cogitatione percipi, nullius arte & oratione explicari posse; vult Dauidem in eius rei contemplatione defixum, & vndique admiratione obstupefactum id exclamasse, *Quàm magnificata sunt opera tua Domine!* &c.

Habacuc in Cantico.

Peccatores oriuntur vt occidant.

8. *Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum*, &c.] Peccatores, inquit, oriuntur, vt occidant: ostentant se hostes nostri, vt intereant: intereunt verò, vt in nobis Dominus sublimis & gloriosus appareat. Vnde Dorotheus hunc eumdem locum explanans sic ait: *Peccatores, qui vt fœnum oriuntur, sunt impuræ cogitationes. Est enim debile quid & infirmum fœnum nullam habens potentiam. Cùm igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes qui operantur iniquitatem: quæ sunt ipsa vitia, vt intereant in sæculum sæculi. Cùm enim apparuerint vitia ante concertatores & athletas, statim ab eis perimuntur.* Rectè autem vita hæc mortalis flori & fœno comparatur, vt ostendit sanctus Gregorius lib. 11. Moralium cap. 27. exponens illud Iobi, *Qui quasi flos egreditur*, &c. dicens: *Quasi enim flos egreditur homo, quia nitet in carne; sed conteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi præsentis, & ecce quasi tot floribus quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos est in fœno. Vnde benè per Psalmistam dicitur: Homo sicut fœnum dies eius, & sicut flos agri sic efflorebit. Isaias quoque ait: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos fœni. Homo enim more floris procedit ex occulto, & subitò apparet in publico; qui statim ex publico per mortem trahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulueris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus; quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus.*

Iob 14. Homo flori & fœno comparatus.

Psal. 10[illegible]

Isaiæ 4[illegible] 6.

11. *Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.*] In hæc verba est quædam animaduersio D. Hieronymi erudito ingenio digna, scilicet

omne

Omne animal quod in templo immolabatur cornutum esse debebat.

omne animal, quod in Iudaico templo Deo immolaretur, cornutum esse debuisse: & huiusmodi tria commemorat, taurum, arietem, hircum. Cornu autem de cruce interpretatur: quod etiam doctissimi alij Patres faciunt. Sic enim Moyses in Deuteronomio Christi crucem appellauit *cornua eius*, vt interpretatur Tertullianus aduersus Iudæos cap. 11. *Cornua vnicornis cornua eius; in eis nationes ventilabis.* Simile illud Purpurei Vatis, *In te inimicos nostros ventilabimus cornu.* Quem etiam locum profert D. Hieronymus, additque, neminem esse dignum qui immoletur Numini, & in templi sanctitudinem veniat, nisi qui sit cornutus, hoc est, crucem singulari animi deuotione prosequatur. Hinc sanctus Cyrillus Alexandrinus in caput vltimum Sophoniæ crucem vocat καύχημα τῆς ἐκκλησίας, *decus & ornamentum Ecclesiæ*. Cyrillus quoque Hierosolymitanus Catechesi 13. planè magnificè ait, *Gloriationem Ecclesiæ Catholicæ esse quidem omnem Christi actionem; καύχημα δὲ καυχημάτων, gloriam autem gloriarum esse crucem.* Atque hanc rem egregie quoque videtur illuminasse S. Augustinus, qui in Psalmum 32. sic ait: *Reges signum crucis Christi in fronte iam portant: pretiosius signum quam qualibet gemma diadematis*. Vnde patet, quantum exaltatum sit hoc Christi cornu, vtpote trophæum triumphale gloriæque plenissimum.

Deut. 33.

Crucis quanta sit gloria & exaltatio.

Oleum est symbolum misericordiæ quæ in Christo eminebat.

IBIDEM. *Et senectus mea in oleo pingui.*] S. Hieronymus ex Hebræo vertit *in oleo vberi*. Verbum enim שמן *scemen* propriè oleum significat. Verùm Vulgatus Interpres symbolicam eruditi Vatis orationem perspicuo verbo expressit: *Et senectus mea in misericordia vberi.* Senectus autem illa pinguis, oleoque liquido exuberans, ad Ecclesiam pertinet; & designat nouissimum tempus legis Euangelicæ, vt ait Glossa; in quo videlicet vber & copiosa misericordia est, oleumque pingue Christi. Qui mundi liberator vt virtutum omnium magisterium fecit, cùm in omnibus fuerit mirabilis atque perfectus, ita in miseratione adeò excelluit, vt illius virtutis velut signum aliquod sustulisse videatur, quod homines sequerentur. Quam ob causam honorato hieroglyphico apud Isaiam filius olei nuncupatur: *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei:* Quod de Christo intelligendum esse Patres docent.

Isaiæ 5, 1.

Iustus phœnici similis est.

13. *Iustus vt palma florebit.*] Græcè est φοῖνιξ: quæ vox etiam, & quidem primitiùs, *Phœnicem* significat. Vnde Tertullianus libro de Resurrectione carnis cap. 13. transfert, *Iustus vt phœnix florebit.* Nam vt phœnix è suis cineribus rediuiuus nouam iuuentutem exorditur, ita homo è funere suorum peccatorum in vitam restitutus, nouam infantiam, hoc est nouam innocētiam, auspicatur. Ad litteram magis facit *palma* interpretatio: instituit enim hîc ab arboribus comparationem, cùm cedri mentionem subiungat. Pulchrè S. Bernardus Serm. 23. in Cantica sensum Scripturæ historicum ait hortum nuncupari: *Quoniam in eâ*, inquit, *inueniuntur viri virtutum tamquam ligna fructifera in horto sponsi & in paradiso Dei: de quorum bonis actibus ac moribus quot sumus exempla, tot carpis poma.* Ideò itaque ligna dicuntur, & ligna fructifera, quia bonis operibus sicut fructibus onerantur; quibus & si-

Viri probi lignis frugiferis comparantur.

bimetipsis honorem verum & gloriam numquam perituram mereantur; & à cordibus peccatorum tamquam ligna vitæ mortem iniquitatis depellunt. Ideò etiam oliuæ & cedri nuncupantur, quia dum ad modum oliuarum misericordiæ oleum in alios effundunt, ad modum etiam cedrorum imputribiles manent, & nullum in seipsis ex cura & labore exteriori detrimentum sentiunt. Hanc igitur ob causam iustus in arcano sermone palma & cedrus nuncupatur: quòd vtraque arbor sit ἀειθαλὲς, *semper virens*; vtraque ἀείφυλλος [illegible], quæ folia numquam amittit sua; vtraque hieroglyphicum immortalitatis. Aponius grauis auctor lib. 3. in Cant. scribit cedri & palmæ succos tantæ esse virtutis, vt diuersa corporum membra sanent, vermes vlcerum necent, à muscarum defendant aculeis; earum esse naturam semper crescere, nec aliquando sinere ire in senectam; vt non sine ratione symbolum esse videantur perseuerantiæ & honesto in proposito firmitatis. Hinc D. Ambrosius Serm. 38. de tempore palmam tribuit Martyribus, qui ad extremum vsque spiritum pro Deo belligerant, atque in ipso constantiæ gremio emoriuntur: *Palma*, inquit, *Martyris suauis ad cibum, vmbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita folijs*, &c. Nemo sanè felicior quàm quem mors deprehendit victorem, & in lege Domini perseuerantem: quem Deus non communi hac fronde, sed corollis longè pulchrioribus in omnem æternitatem insignit. Quod bonum perseuerantis animi, vt insigne aureumque pignus felicitatis, sibi optabat anima illa pia, quæ de se ita canit: *Quasi palma exaltata sum in Cades.* Ipsa altitudo, & animi quædam excelsitas, quæ humanis dominatur, neque sinit se ab vllo vinci, quo à recta virtutis via seuocetur, naturâ palmæ & mystico symbolo exprimitur. Est enim hæc arbor tota regia, quæ deceat maximè illos, qui & sui & mundi sunt victores, ac spiritali quadam potentiâ inuicti, animique motibus contra rationem elatis superiores; vno verbo Reges, quales D. Petrus Christianos omnes esse cupiebat.

ANNOTATIONES CORDERII.

Palma & cedrus sunt hieroglyphicum immortalitatis.

Eccli. 24, 18.

14. *Plantati in domo Domini.*] A stirpibus atque arboribus loquendi ratio prompta est, quòd ex mente sapientum homo quoddam genus arboris esse mysticum videatur; quæ opportunissimo in loco sita, mirificum in modum alitur, & vberrimâ fructuum copiâ circumfluit. Hinc Plato in Timæo ait hominem esse φυτὸν οὐράνιον, *plantam cælestem*, non terræ; & proinde habere celsum caput atque diuinum, quod vocat ῥίζαν, *radicem*; vt à cælo videlicet ali & augeri intelligamus. Hunc sine dubio est secutus Philo Iudæus lib. de eo quòd deterius potiori insidiari soleat: vbi ea ipsa de re sic disserit: *Solam in terris cælestem plantam fecit hominem Deus, cuius radices in cælum protendit, vt inde τροφὰς οὐρανίους, alimenta cælestia & immortalia caperemus.* Sed illæ scholæ veterum è sacris Dei monumentis loquendi modum hauserunt; in quibus tralatitium hoc est, homines esse arbores, quæ vitam è cælo ducant, pomisque abundent, aut steriles sint, & flammis addicantur. Quæ ratio quoque Christo in Euangelio placuit, *Facite*, inquit, *arborem bonam*: similia sunt alijs in locis: eamdemque ob causam parentem omnium rerum Deum, & prouiden-

Homo est arbor cælestis.

Matth. 12, 33.

uiden-

ANNOTATIONES CORDERII. Ioan. 15, 1.

Ephes. 3, 17.

uidentissimum curatorem, *agricolam* indigetauit. Quare illi qui diuinis monitionibus obediunt, & magnum animum ad innocentiam vitæ conferunt, nihilque ducunt antiquius, quàm vt in illo vitæ beatissimæ tenore perseuerent, & constantissimè inhæreant, dicuntur hic à Vate Regio *plantati in domo Domini*; & à S. Paulo, *in charitate radicati & fundati*. His ergo victricibus arboribus, vel, vt veriùs dicam, hominibus diuinis plantis, qui Numinis sancti beneficio & vi mentis mutabilitatem animi superauerunt, Regius Vates epinicion canit, *Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt*. Hoc in primis multum est *in atrijs Domini*, hoc est in Ecclesia, inquit Bruno, quæ est *domus Dei*, bonis operibus & virtute florere. Quid igitur? an hoc tantùm facient in adolescentia, in qua multi candidum boni & honesti limitem tenent; aut dum viri sunt, parte vnâ sepositâ ad virtutem, alterâ solutâ & liberiore? Minimè verò, inquit pius Dauid, sed vt sequitur:

In senectute fructificare mirum est.

15. *Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi.*] Vbi multiplicari de fructu intelligi debet. Quare S. Hieronymus vertit, *Adhuc fructificabunt in senectute*: & Græci Patres cum Symmacho & Theodotione legunt: Ἔτι καρποφορήσουσιν γήρει πίονες καὶ εὐθαλεῖς, *Adhuc fructum ferent in senecta ipsi pingues & fecundi*: Caietanus in hunc modum reddit, *Adhuc fructificabunt in senectute, pingues & virides erunt*. Vbi notat veluti miraculum vel rem certè extraordinariam, quæ supra naturam & arborum & hominum sit. Quoniam, inquit, vtrorumque est in senectute minui & deficere; isti verò fructificabunt in senectute, pingues & viridi erunt; hoc est, meâ quidem opinione bonis operibus abundantes vsque ad humanæ vitæ metam: in quo perseuerantiæ decus & bonum ostenditur.

IBIDEM. *Bene patientes erunt vt annuntient.*] Græcè est, Εὐπαθοῦντες ἔσονται τοῦ ἀναγγέλλειν: quod nolim accipere iuxta crassam aliquorum expositionem de bonis lateribus, seu robusta corporis complexione quæ Prædicatoribus opportuna sit, sed potiùs de multa laborum perpessione, quâ aptiores redduntur ad prædicandum. Ita S. Gregorius lib. 35. Moralium cap. 16. *Bene patientes sunt*, inquit, *vt annuntient; quia cælestia prædicantes, tantò robustiùs aduersa tolerant, quantò & per tolerantiam suam animarum commoda locupletius reportant*. Hæc nimirum bona Prædicatoris complexio, constitutio, affectio, habitudo; hæc bona latera. Symmachus vertit πίονες καὶ εὐθαλεῖς ἔσονται, *pingues & virentes* seu *bene floridi erunt*. Quæ verba de Martyribus exponit Ayguanus. Patientia enim nec maciem sentit, nec deformitatem, nec senium; *quia* (vt loquitur Tertullianus lib. de Patientia) *in omni sexu, in omni ætate formosa est*.

Patientia Concionatoribus necessaria.

IN PSALMVM XCII. ARGVMENTVM.

*Hæc præponit Vulgata.

In die ante Sabbatum, quando fundata est terra, * laus Cantici ipsi Dauid.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ, αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.

Deus semper Rex noster.

Psalmus hic hominum immutationem vaticinatur. Diuinum enim numen inuariabile & immutabile existit: non enim modò quidem regnat, modò verò non; sed semper Rex est, licet non semper hoc notum fuerit. Nam diu plurimi Deum ignorantes, honorem eius ad idola transtulerant: verùm eius incarnatio instar lucis affulgens, omnibus Dei notitiam irradiauit. Quapropter Iudæus subterfugit huius tituli inscriptionem. sic enim habet textus: Laus cantici in die ante Sabbatum, quando fundata est terra. *Ad quid* in die ante Sabbatum? *Tunc enim mortis mysterium vim suam exeruit, quando terra fundata fuit à Conditore nostro, qui dirutam incolatus nostri ciuitatem dissoluendo, id quod ab initio destructum fuerat instaurauit. Euersor autem noster erat mors, quam tunc aboleuit, quando nobis sabbatizare visus est, in quo erat loco immobilis permanens: verùm mortis vim debellauit, per eam nobis viam sternens ad resurrectionem.*

Quid significetur per diem ante Sabbatum.

Τὴν τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει. ἄτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀναλλοίωτον· οὐ γὰρ νῦν μὲν βασιλεύει, νῦν δὲ οὐχί· ἀλλ' ἀεὶ μέν ἐστι βασιλεύς, οὐκ ἀεὶ δὲ τοῦτο ἐγνώσθη. ἐπὶ πλεῖστον γὰρ τὸν θεὸν ἀγνοήσαντες, τὴν ἐκείνου τιμὴν εἰδώλοις ἀπένειμον· ἡ δὲ ἐνανθρώπησις δίκην φωτὸς ἐκλάμψασα, πᾶσι τὴν θεογνωσίαν ἀπέστραψεν. Οὐ χαίρει δέ γε ὁ Ἰουδαῖος τὴν τῆς ἐπιγραφῆς συγκατάθεσιν. φησὶ γὰρ ἡ λέξις· αἶνος ᾠδῆς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ. διὰ τί τῇ ἡμέρᾳ τοῦ προσαββάτου; τότε γὰρ τὸ κατὰ τοῦ θανάτου ἐνηργήθη μυστήριον, ὅτε κατῴκιστο ἡ γῆ ὑπὸ τοῦ οἰκιστοῦ ἡμῶν, ὃς διὰ τὸ καταλῦσαι τὴν καθαιρεθεῖσαν τῆς ἡμετέρας οἰκειώσεως πόλιν, τὸ ἐρειπωθὲν ἐξ ἀρχῆς ᾠκοδόμησε. ὁ δὲ καθαιρέτης ἡμῶν ἦν ὁ θάνατος, ὃν τότε κατήργησεν, ὅτε ἡμῖν σαββατίζειν ἔδοξεν, μένων ἀκίνητος ἐν ᾧ ἦν τόπῳ· τὴν δὲ τοῦ θανάτου καταπολεμήσας δύναμιν, ὁδοποιεῖ δι' αὐτοῦ τὴν ἀνάστασιν. ἀλλ' ὁ τοῦ

Attamen inimicus crucis

σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ἰχθεὺς οὐ δέχεται τὸ τοῦ θανάτου μυστήριον. διὸ καὶ οὗτος ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις· σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον.

crucis Christi minimè capit mortis mysterium. Idcircò etiam hic Psalmus sine titulo est apud Hebræos: significat verò etiam reditum ex Babylone. *PARAPHRASIS ANONYMI.*

PARAPHRASIS ANONYMI.

α´. ΚΥΡΙΟΣ ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο.

Τὸ ἐβασίλευσεν οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι νῦν ἤρξατο βασιλεύειν, ἀλλ' ὅτι ἀφ' ὧν παρέσχεν ἡμῖν ἀγαθῶν, ἔδειξεν πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι βασιλεύς ἐστι πάσης τῆς γῆς ἀΐδιος. εὐπρέπειαν δὲ δείκνυται ἐνδεδυμένος· ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ ῥύσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους. εὐπρεπείᾳ δὲ συνῆψε τὴν δύναμιν, ἣν διὰ τῆς ζώνης ὑπέφηνεν, ἵνα δειχθῇ πανταχόθεν ἡ εὐπρέπεια.

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται.

Βεβαιοῖ τὸ ἄνωθεν λεχθέν· ὅτι, παντοδύναμος καὶ παντοκράτωρ ὤν, ἡμᾶς ἠλευθέρωσε.

β´. Ἕτοιμος ὁ θρόνος σου ἀπὸ τότε· ἀπὸ τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ.

Ὁ γὰρ Θεὸς βασιλεὺς αἰώνιός ἐστι, καὶ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.

γ´. Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ Κύριε· ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν.

Ποταμοὺς ἐνταῦθα καλεῖ τροπικῶς τῶν Βαβυλωνίων τὸ πλῆθος· λέγει οὖν ὅτι κἀκεῖνοι ἐξεπλάγησαν τὴν παράδοξον ἄφεσιν ἡμῶν θεασάμενοι.

Ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν.

Ἐπιτρίψεις καλεῖ τὰς συμβαινούσας γίνεσθαι ἐν τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων· ταῦτα γὰρ ἀεὶ διὰ τὸ πλῆθος ἀλλήλοις ἐπιτρίβεται, οὐκ ἔχοντα πολλάκις διέξοδον. ὅθεν ἐπιφέρει· ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν. εἶτα ὡς σμικρὸν εἰπὼν τὸ ὑπόδειγμα τῶν ποταμῶν, ἐπήγαγε τὴν θάλασσαν λέγων·

δ´. Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης,

1. DOMINVS regnauit, decorem * induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se. ** Vulgata indutus est: indutus est*

Illud *regnauit* non eò dicit, quòd nunc cœperit regnare, sed quòd ex bonis quæ nobis præbuit, omnibus hominibus ostenderit se vniuersæ terræ Regem esse sempiternum. Decorem autem indutus esse demonstratur, quia decebat ipsum captiuos liberare. Decori porrò virtutem adiunxit, quam per cingulum insinuauit, vt vndique decor demonstretur. *Deus Rex æternus.*

Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur.

Confirmat id quod superiùs dictum erat: quòd, cùm omnipotens & omnitenens existeret, nos liberauerit.

2. Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.

Deus namque Rex sempiternus est, & Regni eius non est finis.

3. Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina * voces suas. ** Vulgata vocem suam.*

Flumina hîc figuratè vocat Babyloniorum multitudinem: dicit itaque illos etiam obstupefactos fuisse videntes prodigiosam nostram dimissionem. *Multitudo flumen appellatur.*

* Eleuabunt flumina illisiones suas à vocibus aquarum multarum. ** Vulgata Eleuauerunt flumina fluctus suos.*

Illisiones vocat illas quæ existere solent in aquarum multitudine: siquidem hæ propter multitudinem inuicem collidunt, non habentes sæpenumerò egressum. vnde subdit: *A vocibus aquarum multarum*. Deinde ac si nimis paruum de fluminibus exemplum attulisset, subiunxit ipsum mare dicens:

4. Mirabiles elationes maris,

Mare

PARAPHRASIS ANONYMI.

Mare iterùm hîc vocat illam ipsam Babyloniorum multitudinem, elationes verò fluctus. Dicit igitur magnas fuisse Babyloniorum machinationes, vt quæ maris fluctus imitarentur.

Θάλασσαν πάλιν ἐνταῦθα καλεῖ αὐτὸ τὸ πλῆθος τῶν Βαβυλωνίων, μετεωρισμοὺς δὲ τὰ κύματα. Λέγει οὖν ὅτι μεγάλα ἦν τὰ τῶν Βαβυλωνίων φρονήματα, μιμούμενα κύματα θαλάσσης.

Mirabilis in altis Dominus.

Θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ κύριος.

Attamen ipsemet, inquit, illis sublimior atque potentior apparuisti, vt qui res nostras ad tranquillum statum reduxeris.

Ἀλλ' ὅμως αὐτὸς, φησὶν, ἐκείνων ὤφθης ὑψηλότερος καὶ δυνατώτερος, ὁ εἰς γαλήνην ἡμῶν τὰ πράγματα μεταστήσας.

5. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:

ε. Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα·

Testimonia vocat contestationes quas per Prophetas contestatus fuit. Dicit igitur omnia valdè credita fuisse. Visi enim, inquit, sumus omnia sustinuisse quæ Prophetæ nobis testati sunt. Deinde ac si per temporis tractum quodammodò templum sanctum contuerentur subiungunt:

Μαρτύρια καλεῖ τὰς διαμαρτυρίας ἃς διεμαρτύρατο διὰ τῶν προφητῶν. λέγει οὖν ὅτι ἐπιστώθησαν σφόδρα πάντα. εἴδομεν γάρ, φησι, πάντα ὑπομείναντες ὅσα οἱ προφῆται ἡμῖν ἐμαρτύραντο. εἶτα ὥσπερ διὰ χρόνου θεασάμενοι τὸν ναὸν τὸν ἅγιον ἐπιφέρουσι·

Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα, κύριε εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Sed quoniam, inquit, multarum molestiarum experimentum cepimus, sufficient nobis illa quæ suppetunt. Et templum tuum illæsum & intactum sit, vt in eo nos perennare possimus tua beneficia annuntiantes.

Ἀλλ' ἐπειδή, φησι, πολλῶν χαλεπῶν ἐλάβομεν πεῖραν, ἀρκεῖ ἡμῖν τὰ ὑπάρξαντα. καὶ γενέσθω ὁ σὸς ναὸς ἀβλαβὴς καὶ ἀσύλητος, ὡς διηνεκῶς ἡμᾶς ἐν αὐτῷ τὰς σὰς καταγγέλλοντας εὐεργεσίας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Duplex Regnum Saluatoris.

1. DOMINVS REGNAVIT.] Duplex est Regnum Saluatoris: vnum quidem principio carens & ante sæcula; aliud verò post sæcula, & sub principio. Cùm igitur ante aduentum eius dæmones regnassent, qui minimè legitimum principatum, sed tyrannidem gerebant, huius euersionem insinuans, per dispensationem dixit, *Regnauit*. Hoc Regnum autem inchoauit, quando incarnationis dispensationem exhibuit. Decorem verò appellat carnem Christi: siquidem decora erat, cùm peccati turpitudinem minimè haberet. Ceterùm cùm Regem quoque cingulo exornet (est autem hoc Regni insigne atque potentia) introducit ipsum Isaias regnantem ac iudicantem dicens: *Et erit iustitia * cinctus lumbum suum*. Cùm autem Propheticus sermo ipsum repræsentasset armaturam regiam indutum, cinguloque vtentem & aduersus hostes decertantem, ostendit etiam quæ hinc extiterint beneficia.

Dei Filius decorem induit, quando incarnatus fuit.

Isaiæ 11, 5. * Vulgata cingulum lumborum eius.

α. ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ.] Διπλῆ τοῦ σωτῆρος ἡ βασιλεία· ἡ μὲν ἄναρχος καὶ προαιώνιος ἡ δὲ μετὰ τοὺς αἰῶνας, καὶ ὑπὸ ἀρχήν. ἐπεὶ οὖν πρὸ τῆς παρουσίας ἐβασίλευον οἱ δαίμονες, οὐκ ἀρχὴν ἔχοντες ἔννομον, ἀλλὰ τυραννίδα, ταύτης μηνύων τὴν καθαίρεσιν, διὰ τῆς οἰκονομίας εἶπεν, ἐβασίλευσεν. ἤρξατο δὲ ταύτης τῆς βασιλείας, ὅτε τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν ἐπεδείξατο. Εὐπρέπειαν δὲ καλεῖ τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ· εὐπρεπὴς γὰρ ἦν, τὸ ἐξ ἁμαρτίας αἶσχος οὐκ ἔχουσα. ἐπεὶ δὲ τὸν βασιλέα καὶ ζώνη κοσμεῖ (ἔστι δὲ αὕτη βασιλείας γνώρισμα καὶ κράτος) εἰσάγει αὐτὸν βασιλεύοντα καὶ κρίνοντα Ἡσαΐας λέγων· καὶ ἔσται δικαιοσύνῃ ἐζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. σχηματίσας δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος πανοπλίαν περιβαλλόμενον βασιλικήν, ζώνῃ χρώμενον καὶ πολεμίοις ἀγωνιζόμενον, δείκνυσι καὶ τὰ ἐντεῦθεν κατορθώματα.

Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην.] Καὶ οὐδὲν, φησὶ, θαυμαστὸν, εἰ τῆς αἰχμαλωσίας ὑμᾶς ἀπήλλαξεν ὁ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κτίσας, καὶ ἀσάλευτον αὐτὴν ἀπεργασάμενος. Τὸ δὲ, ἕτοιμος ὁ θρόνος σου, ἀντὶ τοῦ ἑδραῖος, καὶ ἐν τῷ ἀμεταπτώτῳ ἱδρυμένος· καὶ τὸ, ἀπὸ τότε, ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν, καὶ ἀπ' ἀρχῆς· ὡς καὶ τὸ, ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου, ἀντὶ τοῦ, ἐξ ἀρχῆς παρέγνωσό σοι τὰ τῆς τιμωρίας τοῦ πολεμίου. εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ἐξ ἀρχῆς βασιλεύεις, ἐπήγαγε τὸ αὐτὸ βεβαιῶν ὅτι ἀπὸ αἰῶνος σὺ εἶ.

γʹ. Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ Κύριε.] Ποταμοὺς καλεῖ τοὺς ἱεροὺς Ἀποστόλους καὶ τοὺς μετ' ἐκείνους διαδεξαμένους τὸ κήρυγμα· οὗτοι γὰρ ποταμῶν δίκην πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν ἀρδείαν προσενηνόχασι τὴν φωνὴν ἐπαίροντες, καὶ τὰ θεῖα κηρύττοντες. οὕτως αὐτοὺς καὶ Ἀμβακοὺμ προσηγόρευσε λέγων· ποταμῶν ῥαγήσεται γῆ· τουτέστι, διαιρεθήσεται, καὶ τὴν ἀρδείαν δέξεται. Ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ τοῖς εἰρημένοις νοηθήσονται ἕτεροι ποταμοὶ ἐπαιρόμενοι, καὶ κατεπαιρόμενοι τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἐναντίως διακείμενοι τοῖς ἐπαίρουσι τὴν φωνὴν πρὸς Θεόν. οὗτοι δὴ ἀροῦσι, φησὶ, τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν· τουτέστιν, ἀποθήσονται πᾶν ἔπαρμα καὶ πάντα τῦφον· καὶ τοῦτο ποιήσουσιν ἀπὸ φωνῶν τῶν ἁγίων ὑδάτων. ἀντὶ ἐπιτρίψεις ἄλλος μὲν λέγει βάθη, ἕτερος δὲ ταπεινώσεις αὐτῶν.

δʹ. Θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης.] Μετεωρισμοὺς τῆς θαλάσσης τὰ τῶν κυμάτων φησὶν ἐπάρματα, ἡνίκα τοῖς ἀνέμοις ἐλαυνόμενα ἐπὶ πολὺ ἐξογκοῦται, ὡς ἐπικλύζειν δοκεῖν τὴν γείτονα χέρσον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πειρασμοὶ τοῦ βίου καὶ αἱ τρικυμίαι, καὶ οἱ ἐπανιστάμενοι διωγμοί. ἢ καὶ κατὰ τὴν λέξιν αὐτοὺς τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς τῆς θαλάσσης μετεωρισμοὺς τοῦ δημιουργοῦ καὶ ἀποτελεσμάτων νοήσεις τὴν δόξαν ἀναφαίνοντας. ὡς γὰρ ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ὁ δημιουργὸς, οὕτω καὶ ἐκ τῶν μερῶν τοῦ κόσμου τὸ θαῦμα τῆς θείας μεγαλουργίας παρίσταται. Δυνατὸν δὲ, καὶ τοὺς λόγους τῶν θεοπνεύστων γραφῶν ποταμοὺς εἶναι διὰ τὸ ζωτικόν τε, καὶ πότιμον καὶ καρποφορίας εἶπον· οὗτοι δὲ τοὺς ἀπ' αὐτῶν πίνοντας ἐπαίρουσι, καὶ μετεωρίζουσι τῇ θεωρίᾳ τῆς ἀληθείας. Ἀλλὰ τούτων οὕτω θαυμαζομένων, θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος. προσφυῶς γὰρ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις προστέθεικε, τῷ καθεξῆς συντέταχε δεικνὺς τὴν ἰσχύν. τὰ γὰρ οὕτω

ETENIM FIRMAVIT ORBEM TERRÆ.] Et nihil, inquit, mirum est, si à captiuitate nos liberauerit is qui vniuersum orbem creauit, atque inconcussum ipsum reddidit. Illud autem, *Parata sedes tua*, id est firma, & in inuariabili fundata; atque illud, *Ex tunc*, id est desuper, & ab initio; vti & istud, *Ex tunc ira tua*, id est, Ab initio supplicium inimici cognouisti. Deinde quoniam dixerat, quòd ab initio regnes, hoc ipsum confirmans subiunxit; *Quoniam à seculo tu es*.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

3. ELEVAVERVNT FLVMINA DOMINE.] Flumina vocat sanctos Apostolos & eos qui post ipsos prædicationem susceperunt: hi namque hominibus adinstar fluuiorum irrigationem suppeditarunt vocem extollentes, & diuina prædicantes. Sic etiam ipsos Habacuc appellat dicens: * *Fluuiorum scindetur terra*, id est, diuidetur, & irrigationem excipiet. E diuerso autem eorum quæ dicta sunt intelligi possunt alij fluuij collisi, & Dei notitià eleuati, ex aduerso positi eorum qui Deo vocem eleuant. Hi autem, inquit, eleuant illisiones suas, id est, deponent omnem elationem & omnem tumorem; atque hoc facient à vocibus sanctarum aquarum. Pro *illisiones* alius quidem ait *profunditates*, alius verò *humiliationes suas*.

Apostoli & prædicatores fluminibus comparati.

Habac. 3. 9.

* *Vulgata* Fluuios terræ scindes

4. MIRABILES ELATIONES MARIS.] *Elationes maris* appellat fluctuum exuberationes, quando ventis impulsæ plurimùm intumescunt, ita vt vicinam terram inundare videantur. Ita verò etiam se habent huius vitæ tentationes atque procellæ, atque instantes persecutiones. Vel etiam ad literam ipsos fluuios & maris elationes intelliges Conditoris & Opificis tui gloriam declarare. Sicut enim ex magnitudine & pulchritudine creaturarum Conditor ipse, sic etiam ex mundi partibus diuinæ magnificentiæ miraculum ostenditur. Ceterùm fieri quoque potest, vt sermones diuinitus inspiratarum Scripturarum fluuij sint, propter viuificandi, & potandi ac fructificandi vim: hi quoque ex ijs bibentes extollunt, atque veritatis contemplatione sublimant. Cùm autem hæc adeò admiranda sint, mirabilis in altis Dominus. Aptè enim hoc iam dictis adiunxit, eius qui hæc fecerat potentiam declarans. Siquidem hæc

Scriptura fluuijs assimilatur.

CATENA PATRVM. adeò perturbata & elata in principio prædicationis, increpans procellam ipsam ad lenem auram reduxit. Quæ vtique omnia superiùs antè testificata, confirmata, & exitum sortita sunt, nullo aberrante. Quocircà etiam istud *nimis* adiungitur. Domus autem Dei est Ecclesia, quam decet sanctam esse; vtpote quæ sanctum habeat inhabitatorem, & in longitudinem dierum conseruetur. Non enim temporaria est eorum quæ nobis donata sunt fruitio, sed perennis. Domus verò Dei est quoque fidelium cœtus: cui sanctitatem conuenire necesse est, iuxta illud, *Perficientes sanctificationem in timore Dei.* 1. Cor. 7, 1.

ταρασσόμενα καὶ μετεωριζόμενα ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, ἐπιτιμήσας τῇ καταιγίδι εἰς αὔραν ταύτην μετήγαγεν. Ἃ δὴ πάντα ἄνωθεν προμαρτυρηθέντα, ἐπιστώθη, καὶ εἰς πέρας προέβη, μηδενὸς τῶν τυχόντων διαψευσθέντος. Διὸ καὶ τὸ σφόδρα προστίθεται. Οἶκος δὲ θεοῦ ἡ ἐκκλησία, ᾗ πρέπει τὸ ἅγιον τῷ ὡς οἰκοῦν ἔχουσα τὸν ἅγιον, καὶ τὸ φυλάττεσθαι αὐτὴν εἰς μακρότητα ἡμερῶν. οὐ γὰρ πρόσκαιρος τῶν δεδωρημένων ἡμῖν ἡ ἀπόλαυσις, ἀλλὰ διαιωνίζουσα. Οἶκος δὲ θεοῦ καὶ ὁ τῶν πιστῶν σύλλογος· οὗ τὸν ἁγιασμὸν ἐπιτελεῖν ἐπάναγκες, ὡς τό, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Hic Psalmus sine titulo est apud Hebræos, sed à Septuaginta titulo inscriptus est: qui ipsum ad verum Dauidem manu validum, scilicet Christum (hoc enim Dauid interpretatur) referri censuerunt; cùm in laudem Christi cedat, & simul etiam Prophetiæ canticum contineat.

Dauid interpretatur manu validus.

1. DOMINVS REGNAVIT.] ATHANASII. Cùm genus humanum à Dei Regno desciscens satanæ tyrannidi obnoxium fuerit, idcircò Vnigenitus aduenit, vt proprijs illud iterùm sceptris subijceret: quod & factum est.

Christus humanum genus à satana vendicauit.

THEODORI. Qui enim ante suam è mortuis resurrectionem nobiscum homo erat, quando ad Patrem cælestem ascendit, tunc proprium decorem induit, atque virtute quæ ipsi à principio aderat, se præcinxit: sedit enim regnans cum Patre.

ANONYMI. Cùm enim corruptibile corpus assumpsisset, decorem induit suscitans illud non corruptibile, sed incorruptum. Rursus namque resurgens corpus proprium resumpsit iuxta suam promissionem: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Ioan. 2, 19. Corpus igitur quod suscitauerat, induit. dixerat enim: *Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Psal. 15, 10. ad hæc autem: *Et caro mea requiescet in spe.* Cùm resurrexit, in sepulchro minimè mansit: sed & quando in sepulchro morabatur minimè vidit corruptionem; quoniam corruptio illi nequaquam præualuit.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὗτος παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμὸς ἀνεπίγραφος· ἐπιγέγραπται δὲ διὰ τῶν ἑβδομήκοντα· εἰπόντες αὐτὸν εἰς τὸν ὄντως Δαβὶδ τὸν ἰσχυρὸν χειρί, δηλαδὴ τὸν Χριστὸν (τοῦτο γὰρ ὁ Δαβὶδ ἑρμηνεύεται) ἀναλαβεῖν ἠβουλήθησαν· ἐπειδὴ προσῆκε τὸν ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ, ὁμοῦ δὲ καὶ ᾠδὴν τῆς προφητείας τὸ ἐχόμενον συγκεῖσθαι.

α'. Ο ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀποστὰν τῆς ὑπὸ τοῦ θεοῦ βασιλείας ὑπὸ τὴν τυραννίδα γέγονε τοῦ Σατανᾶ, τούτου χάριν ἐπιδήμησεν ὁ μονογενής, ἵνα πάλιν αὐτὸ τοῖς ἰδίοις ὑποτάξῃ σκήπτροις· ὃ καὶ γέγονε.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὁ γὰρ μεθ' ἡμῶν ἄνθρωπος πρὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅτε πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀνῄει πατέρα, τότε τὴν ἰδίαν εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχουσαν αὐτῷ περιεζώσατο δύναμιν· κεκάθικε γὰρ βασιλεύων μετὰ τοῦ Πατρός.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλαβε φθαρτὸν σῶμα, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο ἀναστήσας αὐτὸ οὐ φθαρτόν, ἀλλ' ἄφθαρτον. ἔλαβε γὰρ πάλιν ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν· Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ὃ ἤγειρε τοίνυν ἐνεδύσατο σῶμα. ἔλεγε γάρ· Οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην· οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. Ἀναστὰς, ἐν τῷ μνήματι οὐκ ἔμεινεν· ἀλλὰ καὶ μένων ἐν τῷ μνήματι οὐκ εἶδε διαφθοράν· ὅτι οὐκ ἐκράτησεν αὐτοῦ ἡ διαφθορά.

Ὁ γὰρ ἄφθαρτος λόγος τὸ φθαρτὸν ἀνέστησε σῶμα εἰς ἀφθαρσίαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πάθος σκυθρωπὸν ὤφθη, καὶ τοῖς τὸν ἐντεῦθεν φυόμενον καρπὸν ἐπισταμένοις· ὡς βοᾷν τὸν προφήτην· Καὶ εἴδομεν αὐτὸν· καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· μετὰ δὲ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τὰς θεοπρεπεῖς ἀφῆκεν ἀκτῖνας· εἰκότως ὁ προφήτης βοᾷ· Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. Οὐ γὰρ ὃ μὴ εἶχεν ἔλαβεν, ἀλλ' ὅπερ εἶχεν ὑπέδειξεν. Οὕτω καὶ πρὸς οἰκεῖον πατέρα φησί· Πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πῶς δέ, ἐρεῖς, ὁ πρὸ αἰώνων βασιλεὺς τῆς βασιλείας ἤρξατο; ποίαν καὶ ὅλως εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, αὐτὸς ὑπάρχων εὐπρέπεια; εἰ γὰρ ὁ οὐρανὸς καλὸς τοσοῦτον ὥστε εἶναι ἀκόρεστος, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τὰ ἄστρα καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τῆς κτίσεως· πῶς οὐχ ὑπερβαλλόντως καὶ κατ' οὐσίαν εὐπρεπὴς ὁ τοσαύτην δημιουργήσας εὐπρέπειαν; Ἀλλὰ σαφῶς προφητεύει τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκωσιν· τούτου γὰρ ἡ σὰρξ εὐπρέπεια δικαίως ὀνομάζεται· πρῶτον μὲν ὡς εἰκόνα ἔχουσα τὴν αὐτοῦ· ἔπειτα ὡς ἀναμάρτητος· πρὸς τούτοις ὅτι ἔπρεπεν αὐτῷ ὡς ἀγαθῷ καὶ φιλανθρώπῳ τὸ ἐφ' ἡμῖν μυστήριον. ὅθεν αὐτὸν ὡραῖον κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων τὸ πνεῦμα προσηγόρευσεν. Ταύτην οὐ μόνον εὐπρέπειαν ἐρεῖς, ἀλλὰ καὶ δύναμιν· οὐχ ὅτι δύναμιν ἐξ αὐτῆς ὁ δυνατὸς προσέλαβεν, ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἀγνοουμένην τῷ κόσμῳ δι' αὐτῆς ἐφανέρωσεν.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Δυνατὸν οὖν καὶ ἴσον εἰς τὴν πρὸς ἀνθρώπους ἐπίγνωσιν λέγεσθαι τὸ ἐνδύσασθαι δόξαν καὶ περιζώννυσθαι δύναμιν· οἰκειότερον δὲ πρὸς τὴν προτέραν παρουσίαν γενομένην ἀδοξίαν Χριστοῦ, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἀσθενές.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὅτι δὲ Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία σαφῶς ἡμᾶς ὁ θεῖος Παῦλος ἐδίδαξε. τοιγαροῦν οὐχ ἑτέρωθεν πόθεν ἐδέξατο δύναμιν ἣν μὴ πρότερον εἶχεν, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῇ οἰκείᾳ κατὰ τῶν πολεμίων ἐχρήσατο. Σχηματίζει δὲ αὐτὸν ὁ προφητικὸς λόγος οἷόν τινα βασιλέα βασιλικὴν πανοπλίαν περιβαλλόμενον, καὶ κατὰ τῶν πολεμίων ἀγωνιζόμενον. καίτοι γὰρ καθ'

Siquidem verbum incorruptum corruptibile corpus resuscitauit in incorruptionem. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Cùm enim passio res tristis esse videretur, etiam ijs qui fructum hinc oriturum sciebant, ita vt Vates exclamaret: *Et vidimus eum; & non habebat speciem neque decorem: sed species eius inhonorata, & deficiens præ filijs hominum*, at post suum in cælos ascensum radios Deo dignos emiserit, meritò Propheta exclamat: *Dominus regnauit, decorem indutus est.* Non enim quæ non habebat assumpsit, sed quæ habebat demonstrauit. Ita etiam ad proprium Patrem ait: *Pater clarifica me claritate quam habui priusquam mundus esset apud te.* Isaiæ 53. 3. Ioan 17,5.

ANONYMI. Quomodo autem, inquies, is qui ante sæcula Rex est Regnum inchoauit? qualem etiam omnino decorem indutus est, qui ipsemet decor existit? Si enim cælum tam pulchrum sit vt minimè satiet, similiter & astra ceteraque elementa creationis; quomodo non excellenter & secundùm essentiam decorus sit qui tantum decorem condidit? Verùm manifestè Christi incarnationem prædicit: ipsius enim caro iure merito decor appellatur: primùm quidem tamquam imaginem eius habens: deinde tamquam impeccabilis: prætereà quia conueniebat ipsi tamquam bono & benigno mysterium quod pro nobis gessit. Quapropter ipsum Spiritus speciosum formâ præ filijs hominum appellauit. Hanc non solùm decorem dices, sed etiam virtutem: non quòd ex ea virtutem is qui potens est acceperit, sed quòd virtutem suam mundo incognitam per ipsam manifestauerit. Christi caro est decor. Psal. 44.3

APOLINARII. Potest igitur etiam quoad captum hominum dici indutus esse gloriâ & virtute præcinctus; magis propriè tamen quoad primum aduentum Christi, qui factus est in ignominia secundùm humanam infirmitatem.

THEODORETI. Christum esse Dei virtutem & Dei sapientiam manifestè nos diuus Paulus edocuit. Igitur non aliunde virtutem accepit quam non prius habuerit, sed propriâ virtute in hostes vsus est. Ceterùm ipsum format propheticus sermo veluti quemdam Regem vniuersa arma indutum, & aduersus hostes dimicantem. Etenim secundùm Christus Dei virtus & sapientia.

CATENA PATRVM.

nos homo factus, & tamquam vnus ex nobis in terra visus, Deo conuenientissimam virtutem indutus est; & gessit potestatem quam etiam ipsemet Pater habet: nam principem huius sæculi deleuit, virtute nimirum Deo conuenientissimâ vtens.

ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν ὁρώμενος ἐπὶ τῆς γῆς, θεοπρεπεστάτην δύναμιν ἐνεδύσατο· καὶ περιβέβληται ἐξουσίαν ἣν ἔχει καὶ αὐτὸς ὁ Πατήρ· κατήργησε γὰρ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, δυνάμει δηλονότι θεοπρεπεστάτῃ χρώμενος.

Christus pro nobis fortitudinem indutus est.

ANONYMI. Figura huius sermonis formata est quasi de Rege cum hostibus conflicturo, ac belli apparatum induente. *Indutus est*, inquit, *fortitudinem*. Pro nobis enim bellum gessit; per crucem verò deleuit princi-

Ephes. 6, 12.

pes ac mundi rectores tenebrarum harum: triumphauit quoque de thronis ac potestatibus; nos autem per semetipsum Deo ac Patri exhibuit. Hanc fortitudinem indutus est. Ad hæc verò etiam decorem indutus est: at quomodo? Etenim secundùm nos homo factus est: id est, diuinitatis pulchritudinem nobis in semetipso ostendit. Vidimus enim ipsum etiam in humanitate Deum.

ἈΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπλάσθη δὲ τὸ σχῆμα τοῦ λόγου ὡς ἐπὶ βασιλέως μέλλοντος πολεμίοις συμβάλλειν, καὶ τὴν τοῦ πολέμου σκευὴν περιτιθεμένου. Ἐνεδύσατο, φησι, δύναμιν. πεπολέμηκε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν· κατήργησε δὲ διὰ τοῦ σταυροῦ ἀρχὰς καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου· καὶ τεθριάμβευκε θρόνους καὶ ἐξουσίας· παρέστησε δὲ ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ταύτην ἐνεδύσατο τὴν δύναμιν. ἐνεδύσατο δὲ πρὸς τούτοις καὶ εὐπρέπειαν· καὶ τίνα τρόπον; καίτοι γενόμενος ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς· τουτέστιν, ἔδειξεν ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὸ τῆς θεότητος κάλλος. εἴδομεν γὰρ αὐτὸν καὶ ἐν ἀνθρωπότητι Θεόν.

ETENIM FIRMAVIT ORBEM TERRÆ.]

Quomodo Christus firmauerit orbem terræ.

EVSEBII. Constantem, inquit, & firmum orbem reddidit, à diuina cognitione firmitatem ac veritatem obtinentem, & ab errore liberatum. Ceterùm hic sermo per orbem terræ designans

Matth. 16, 18.

Ecclesiam eius quæ supra petram fundata est, cui portæ inferi minimè præualent, hanc verè firmatam esse ait: quæ non commouebitur, eò quòd supra petram fundata sit.

ΚΑΙ ΓΑΡ ΕΣΤΕΡΕΩΣΕ ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἑδραίαν, φησί, τὴν οἰκουμένην ἀπέφηνε καὶ στερράν, ὑπὸ τῆς θείας γνώσεως τὸ βέβαιον καὶ ἀληθὲς ἔχουσαν, καὶ τῆς τοῦ ψεύδους πλάνης ἀπηλλαγμένην. Τὴν ἐκκλησίαν δὲ αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν πέτραν τεθεμελιωμένην, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύουσι, διὰ τῆς οἰκουμένης ὁ λόγος σημάνας, ταύτην ἀληθῶς ἐστερεῶσθαί φησιν· ἥτις οὐ σαλευθήσεται, διὰ τὸ τεθεμελιῶσθαι ἐπὶ τὴν πέτραν.

ANONYMI. Ecce, inquit, causam Dei incarnationis: orbem enim terrarum errore nutantem firmauit, atque adeò firmum reddidit, vt nulla sit ampliùs commotio formidanda. Ceterùm dices, Ecclesiam quoque orbem terrarum esse: siquidem ab Angelis & ipso Deo incolitur; vnde & eius domus appellatur, quæ non commouebitur. Etsi enim plurimi ipsi insidientur, attamen supra petram

Ibidem.

ædificata est; *& portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

ἈΝΩΝΥΜΟΥ. Ἰδού, φησιν, ἡ αἰτία τῆς τοῦ Θεοῦ σαρκώσεως· σαλευομένην γὰρ τῇ πλάνῃ τὴν οἰκουμένην ἐνδημήσας ἐστήριξε· καὶ τοσοῦτον ἐστήριξεν, ὥστε μηκέτι σάλον αὐτῆς ἐλπίζεσθαι. Ἐρεῖς δέ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν οἰκουμένην· οἰκεῖται γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ· ὅθεν αὐτοῦ καὶ οἶκος προσηγόρευται, ἥτις οὐ σαλευθήσεται. Κἂν γὰρ ἐπιβουλεύωσι πολλοί, ἐπὶ τὴν πέτραν ὅμως οἰκοδομεῖται· καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς.

2. PARATA SEDES TVA EX TVNC.] THEODORETI. Non nunc, inquit, Regni inaugurationem accepisti, sed perpetuum habes Imperium & Regnum sempiternum. Ac de Regno quidem etiam in quadragesimo quarto Psalmo testatus est: *Sedes tua Deus in sæculum sæculi*: ceterùm immutabilitatem eius & firmitatem in centesimo primo Psalmo rursus nos docuit: *Tu enim*, inquit, *idem ipse es, & anni tui non deficient.* Vtraque igitur hæc te-

β'. ΕΤΟΙΜΟΣ Ο ΘΡΟΝΟΣ ΣΟΥ ΑΠΟ ΤΟΤΕ.] ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οὐ νῦν, φησί, τὴν τῆς βασιλείας ἐδέξω χειροτονίαν, ἀλλ' ἀΐδιον ἔχεις τὸ κράτος καὶ τὴν βασιλείαν αἰώνιον. Καὶ περὶ μὲν τῆς βασιλείας καὶ ἐν τῷ μδ' ἔφη ψαλμῷ· Ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· τὸ δὲ ἀναλλοίωτον αὐτοῦ καὶ ἄτρεπτον ἐν τῷ ρα' ψαλμῷ πάλιν ἡμᾶς ἐδίδαξε· σὺ γάρ, φησιν, ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ἀμφοτέρας μὲν τοίνυν τὰς μαρτυ-

ρίας προσήρμοσεν ὁ μακάριος Παῦλος τῷ δεσπότῃ Χριστῷ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ μυστήριον δὲ τῆς κυρίου σαρκώσεως ἀπὸ τότε ἡτοίμασται. ἀπὸ πότε; ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, φησι, τουτέστιν, ἀπ' ἀρχῆς τῆς τοῦ κόσμου τοῦ ὁρωμένου κτίσεως· τότε γὰρ τὸν ἄνθρωπον κτίζων κατ' εἰκόνα οἰκείαν ἐδημιούργησε, βασιλικὸν αὐτῷ χαρακτῆρα περιθείς. ἐγίνωσκε γὰρ ὅπερ αὐτὸν ἀναλαμβάνειν ἔμελλε, διὸ προσέθηκε σὺ εἶ. μονονουχὶ λέγων· ὅτι νῦν σαρκωθεὶς σὺ εἶ ὁ ἀπ' αἰῶνος κτίσας τὸν ἄνθρωπον.

γ'. ΕΠΗΡΑΝ ΟΙ ΠΟΤΑΜΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ποταμοὺς ἐνταῦθα τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους καὶ Εὐαγγελιστὰς φησιν, οἳ καὶ τὴν τοῦ θεοῦ Ἐκκλησίαν τοῖς πνευματικοῖς κατηύφραναν νάμασιν· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτούς· Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Βασιλεύσαντος γὰρ τοῦ κυρίου, καὶ περιζωσαμένου δύναμιν, ἐνδυσαμένου τε εὐπρέπειαν, τότε καὶ ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. ποταμῷ μὲν γὰρ καὶ πηγῇ καὶ χειμάρρῳ παρεικάζει πολλάκις τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον. καὶ γοῦν ἔφη που ψάλλων ὁ Δαβίδ· ὁ ποταμὸς τοῦ θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων. προεῖσι γὰρ ὡς ποταμὸς ἐκ πηγῆς τοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν γεννηθεὶς θεὸς Λόγος.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Οἱ προειρημένοι πνευματικοὶ ποταμοὶ ἐπῆραν αὐτῶν τὴν φωνὴν τὰ θεῖα κηρύξαντες δόγματα, καὶ τὰς οἰκείας πορείας ποιούμενοι. τρίψεις γὰρ καὶ τὰς τρίβους ἐκάλεσεν. ἐπειδὴ γὰρ πέφυκε τῶν ὑδάτων ἡ φύσις, τρίβειν τὴν ὑποκειμένην γῆν, καὶ πορείαν ἐργάζεσθαι, εἰκότως τρίψιν τῶν ποταμῶν τὴν πορείαν ἐκάλεσε. Οὕτως γὰρ οἱ πρῶτοι, πιστευθέντες τὸ κήρυγμα, τὴν ὁδὸν τοῖς δευτέροις εὐτρέπισαν, καὶ ἄπονον αὐτοῖς τε ἀταλαίπωρον τὴν διδασκαλίαν ἐπραγματεύσαντο.

ΕΠΗΡΑΝ ΟΙ ΠΟΤΑΜΟΙ ΦΩΝΑΣ ΑΥΤΩΝ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐ γὰρ ἐσιγήκασιν οἱ μακάριοι μαθηταί, ἐπῆραν δὲ μᾶλλον τὰς ἑαυτῶν φωνάς· τουτέστι, διεκήρυξαν εἰς ἅπασαν γῆν τοῦ Χριστοῦ μυστήριον.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅτε ἡ κιβωτὸς διῄει τὸν Ἰορδάνην, ὑπανεχώρει τε καὶ ἵστατο τὰ ὕδατα, ἔργοις τὴν δόξαν ἀναβοῶντα τοῦ θεοῦ· οὕτω καὶ ὅτε αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐβαπτίζετο ἐν τῷ αὐτῷ ποταμῷ, ἡ οὐράνιος φωνὴ υἱὸν αὐτὸν ἀγαπητὸν εἰς τὰς πάντων ἀκοὰς διεκήρυττε.

ſtimonia beatus Paulus ad Dominum Chriſtum retulit.

ANONYMI. Myſterium incarnationis Domini ex tunc præparatum fuit. Ex quo? A ſæculo, inquit, id eſt, A viſibilis huius mundi creationis principio: tunc enim hominem condens ad imaginem propriam creauit eum, Regium ipſi inſigne circumponens. Sciebat quippe quòd ipſum aſſumpturus eſſet, proptereà addidit *Tu es*. Tantum non dicens; Quoniam nunc incarnatus es tu qui à ſæculo hominem condidiſti.

Heb. 1.
Myſterium incarnationis à ſæculo præparatum.
Gen. 1.

3. ELEVAVERVNT FLVMINA DOMINE.] ATHANASII. Fluuios hoc loco ſanctos Apoſtolos & Euangeliſtas vocat, qui etiam Eccleſiam Dei ſpiritalibus riuulis lætificarunt: ſiquidem ad ipſos dictum eſt: *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.*

Viri Apoſtolici fluuijs comparati.
Ioan. 7, 38.

ANONYMI. Domino enim regnante, & virtute ſe præcingente, atque decorem induto, tunc etiam *eleuauerunt flumina voces ſuas.* Fluuio namque ac fonti & torrenti ſæpenumerò diuina Scriptura Dei Verbum aſſimilat. Alibi igitur etiam pſallens Dauid ait: *Flumen Dei repletum eſt aquis.* Promanat enim ſicut fluuius è fonte Dei ac Patris quod ex ipſo ſecundùm naturam genitum eſt Verbum Deus.

Scriptura fluuio ſimilis.
Pſal. 64, 10.

THEODORETI. Prædicti ſpiritales fluuij eleuauerunt vocem ſuam quando diuina dogmata prædicarunt, & propria itinera faciebant. Attritionem enim etiam ſemitas appellauit. Quandoquidem enim iſtiuſmodi eſt aquarum natura, vt ſubiectam terram atterere ſoleat, & ſibi ſemitam efficere, meritò attritionem fluuiorum ſemitam vocauit. Sic nempe primi illi, quibus diuina prædicatio concredita fuit, viam ſecundis præpararunt, & expeditam ac facilem doctrinam reddiderunt.

Spiritales fluuij quomodo progrediantur.

ELEVAVERVNT FLVMINA VOCES SVAS.] ATHANASII. Non enim beati illi diſcipuli ſiluerunt, ſed potiùs eleuauerunt voces ſuas: id eſt, in vniuerſam terram Chriſti myſterium promulgarunt.

ANONYMI. Quando arca Iordanem pertranſibat, receſſerunt & ſteterunt aquæ, operibus ipſis Dei gloriam proclamantes: ſic etiam quando in eodem fluuio Saluator baptizabatur, vox cæleſtis ipſum eſſe Filium dilectum omnium auribus inſonabat.

Ioſ. 3.
Matth. 3, 17.

CATENA PATRVM.

Ioan 7,38. Spiritus sancti munera fluuio comparata. Ibid. 39.

ALTERIVS. Fluuios intellige etiam spiritus operationes. Ait enim Christus: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. Quod Euangelista exponens subiunxit: *Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum*. Hæc igitur spiritus munera eleuauerunt voces suas; id est, exaltauerunt: vbique enim terrarum apparuerunt tamquam ab altitudine cæli delatæ. Eleuauerunt autem vocem suam per linguam Prophetarum, qui anteà nimirum fuerant vaticinati.

Psal. 45, 5. Quomodo flumina spiritalia lætificant ciuitatem Dei.

DIDYMI. Flumina quæ imitantur flumen illud quod lætificat ciuitatem Dei priùs intelligentiam suam eleuant, deinde voces quæ ab ipsis intellecta interpretantur, ita vt à plurimarum harum fluuiatilium aquarum voce admirabiles & acceptabiles euadant per pœnitentiam & virtutis assumptionem, qui olim propter superbiam, & diuitias, & arrogantiam, & inanem gloriam in humanæ vitæ maris elationibus versabantur. Possint quoque ipsimet diuinitus inspiratarum Scripturarum tam veteris quàm noui Testamenti sermones esse flumina, propter pretiosam, & viuificam, & fructiferam conditionem suam.

EVSEBII. E diuerso eorum quæ dicta sunt intelligi possint alia flumina quæ attrita & eleuata sunt cognitione Dei, & aduersantur ijs quæ eleuant vocem suam Deo. Hæc vtique contraria flumina tollent illisiones suas; id est, repellent omnem elationem, atque omnem fastum, omnemque illisionem.

4. MIRABILES ELATIONES MARIS.] ATHANASII. Plurimæ, inquit, mystagogiæ & sensus Apostolorum & Euangelistarum, qui sunt riui aquarum, mirabiles fecerunt elationes maris. Mare autem dicit Gentium credentium multitudinem.

Qualia sint maria spiritualia.

DIODORI. Mare sæpenumerò quidem vita, sæpè etiam mysterium dicitur: vita quidem propter pericula quæ in ea sunt & spiritales malitiæ feras: vt quando idem Dauid

Psal 103, 25.

ait: *Hoc mare magnum & spatiosum: illic reptilia, quorum non est numerus*. Mysterium verò propter eius immensitatem & incomprehensibilitatem. vnde Habacuc ait:

Hab. 3,15.

Superduxisti in mare equos tuos contur-

ΕΤΕΡΟΥ. Ποταμοὺς νόησον καὶ τὰς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος. φησὶ γὰρ ὁ Χριστός· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. ὅπερ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἑρμηνεύων ἐπήγαγε· τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. Αὗται τοίνυν αἱ δωρεαὶ τοῦ πνεύματος, ἐπῆραν τὰς ἑαυτῶν φωνάς· τουτέστιν, ὑψώθησαν· πανταχοῦ γὰρ τῆς γῆς ἐφανερώθησαν ὡς ἀπὸ ὕψους τοῦ οὐρανοῦ φερόμεναι. Ἐπῆραν δὲ τὴν φωνὴν διὰ τῆς γλώττης τῶν προφητῶν, τῶν ἤδη ἔμπροσθεν προφητευσάντων δηλαδή.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οἱ μιμούμενοι ποταμοὶ τὸν ποταμὸν τὸν εὐφραίνοντα τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ ἐπαίρουσι πρότερον τὴν σφῶν νόησιν, εἶτα τὰς φωνὰς τὰς ἑρμηνευούσας τὰ νοηθέντα αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ τῆς πολλῶν τούτων ποταμίων ὑδάτων φωνῆς θαυμαστοὺς καὶ ἀποδοχῆς ἀξίους γενέσθαι διὰ μετανοίας καὶ ἀναλήψεως ἀρετῆς, τοὺς πάλαι δι' ἀλαζονείας, καὶ πλοῦτον, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ δοξομανίας ἐν μετεωρισμοῖς ὄντας τῆς τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων θαλάττης. Δυνατὸν δὲ καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς τῶν θεοπνεύστων γραφῶν καινῆς τε καὶ παλαιᾶς διαθήκης ποταμοὺς εἶναι, διὰ τὸ τίμιον, καὶ ζωτικὸν, καὶ καρποφορίας αἴτιον.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐκ τοῦ ἐναντίου τοῖς εἰρημένοις νοηθήσονται ἕτεροι ποταμοὶ ἐπηρμένοι καὶ κατηνεχθέντες τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἐναντίως τε διακείμενοι τοῖς ἐπαίρουσι τὴν φωνὴν αὐτῶν τῷ Θεῷ. οὗτοι δὴ ἂν οἱ ἐναντίοι ποταμοὶ ἀροῦσι τὰς ἐπιτρίψεις αὐτῶν· τουτέστιν, ἀποθήσονται πᾶν ἔπαρμα, καὶ πάντα τῦφον, καὶ πᾶσαν ἐπίτριψιν.

δ'. ΘΑΥΜΑΣΤΟΙ ΟΙ ΜΕΤΕΩΡΙΣΜΟΙ ΤΗΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αἱ πολλαὶ, φησι, μυσταγωγίαι καὶ τὰ νοήματα τῶν Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν νάματα, θαυμαστοὺς πεποίηκε τῆς θαλάσσης τοὺς μετεωρισμούς. θάλασσαν δὲ λέγει τῶν ἐθνῶν τῶν πιστευσάντων τὰ πλήθη.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Θάλασσα πολλάκις μὲν ὁ βίος, πολλάκις δὲ τὸ μυστήριον λέγεται· ὁ βίος μὲν διὰ τοὺς ἐν αὐτῷ κινδύνους καὶ τὰ νοητὰ τῆς κακίας θηρία· ὡς ὅταν εἴπῃ ὁ Δαβὶδ λέγῃ· αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ ἑρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. τὸ μυστήριον δὲ διὰ τὸ ἀνέφικτον αὐτοῦ καὶ ἀκατάληπτον. ὅθεν φησὶν Ἀμβακούμ· Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου ταράσσοντας

ἐξαιρούσας ὕδατα πολλά· ἵππους τοὺς Ἀποστόλους διὰ τὸν δρόμον καλῶν. ὕδατα πολλὰ τὰ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τελούμενα διὰ τῆς ἐκκλησίας βαπτίσματα. περὶ ταύτης τῆς θαλάσσης καὶ νῦν εἰπεῖν τῷ μελῳδοῦντι προήρηται. ἡ γὰρ φωνὴ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν· τουτέστιν, ἡ τῶν πανταχοῦ βαπτισμάτων ἐνέργεια θαυμαστοὺς τοὺς μετεωρισμοὺς τῆς νοητῆς θαλάσσης, τὰς θεωρίας δηλαδὴ, καὶ τὰ ὕψη τοῦ μυστηρίου πεποίηκε. θαυμαστὸς δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐν ὑψηλοῖς, ὅτι διὰ τῶν ταπεινῶν ὑψηλὰ, καὶ διὰ τῶν μικρῶν μεγάλα ἐθαυματούργησεν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁπηνίκα προσελθόντες οἱ μαθηταὶ εἶπον αὐτῷ, Κύριε σῶσον, ἀπολλύμεθα· ὅτε καὶ ἐπετίμησε τῇ θαλάσσῃ, καὶ γέγονε γαλήνη· καὶ ἄλλοτε πάλιν ὅτε τῷ τοῦ κυρίου κελεύσματι διῃρέθη ἡ θάλασσα, καὶ εἰς ἑαυτὴν σχισθεῖσα καὶ ἀναχωρήσασα παρέσχε δίοδον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ διελθεῖν δι' αὐτῆς, ὡς διὰ ξηρᾶς γῆς· καὶ τότε γὰρ θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτῆς οἱ μετεωρισμοί.

ΕΤΕΡΟΥ. Μετεωρισμοὶ θαλάσσης κατὰ τὴν παροῦσαν ἐκδοχὴν ὄντων τῶν καλουμένων πειρασμῶν, οἳ καὶ θαυμαστοὶ γίνονται σωτηρίας αἴτιοι, ἀναφαινόμενοι ἀπὸ τῶν φωνῶν τῶν ποτίμων πολλῶν ὑδάτων. Ἔστι γοῦν ἰδεῖν ἐπὶ τοῖς πειρασμοῖς καὶ ἀγῶσι τούτοις νικητὰς ἀποδεικνυμένους τινάς. μακάριος γὰρ ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΘΑΥΜΑΣΤΟΣ ΕΝ ΥΨΗΛΟΙΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Εἰ γὰρ καὶ γέγονε σὰρξ ὁ Λόγος κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, καὶ πεφόρηκε δούλου μορφὴν, καὶ κεκένωκεν ἑαυτὸν εἰς ταπείνωσιν· ἀλλὰ μὴν καὶ οὕτως ἐν ὑψώμασι τοῖς θεοπρεπέσι καὶ ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ δεσπότης ἐστίν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ὑψηλὰ, ἐν οἷς ὑψηλός ἐστι, δυνατὸν ἀνθρώπους θείους διὰ πίστεως καὶ τῆς λοιπῆς ἀρετῆς ὑψωμένους εἰπεῖν· ἢ καὶ τοὺς κατ' οὐρανὸν ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους ὑψηλοὺς, ἐν οἷς ὁ κύριος θαυμαστὸς ὢν ἔχει μαρτύρια καὶ λόγια βεβασανισμένα καὶ ἐξητασμένα, ἃ διὰ τὸ βέβαιον πιστὰ εἴρηται. ὅθεν ἐπιφέρει·

ε. ΤΑ ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΣΟΥ ΕΠΙΣΤΩΘΗΣΑΝ ΣΦΟΔΡΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐνταῦθα τὰς περὶ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρίας αἰνίττεται. διόπερ ὁ Σύμμαχος, αἱ μαρτυρίαι σου, φησί. νοήσεις δὲ ὅσα ἐν τῷ νόμῳ περὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς προφήταις

bantes aquas multas; Apostolos propter cursum equos vocans. Aquæ multæ sunt Baptismata quæ per totum orbem in Ecclesia celebrantur. De hoc mari etiamnum Psalmistæ propositum est loqui. Siquidem vox aquarum multarum: id est, Baptismatum vbique efficacitas admirabiles spiritalis maris elationes fecit, scilicet contemplationes, & mysterij sublimitates. Quin & admirabilis in altis Deus, quòd per humilia excelsa, & per parua magna mirificauerit. CATENA PATRVM.

ANONYMI. Quando accedentes ad eum discipuli dicebant ipsi, *Domine salua nos, perimus*: quando etiam inhibuit mare, & facta est tranquillitas: atque aliàs iterùm quando iussu Domini diuisum est mare, & in semetipso dissidens atque recedens filijs Israël transitum præbuit, ita vt per ipsum tamquam per aridam terram pertransirent. Tunc vtique etiam admirabiles factæ sunt eius elationes. Matth. 8, 25.

ALTERIVS. Cùm elationes maris secundùm præsentem sensum sint illæ quæ tentationes appellantur, quæ etiam admirabiles existent causæ salutis, à multarum potabilium aquarum vocibus declaratæ. Licet itaque videre aliquos in tentationibus & certaminibus victores declaratos. *Beatus enim vir qui suffert tentationem*, &c. *Elationes maris quid spiritaliter.* Iac. 1, 12.

MIRABILIS IN ALTIS DOMINVS.] ATHANASII. Etsi enim *Verbum* secundùm Ioannis vocem *caro factum est*, & formam serui gessit, & semetipsum ad humilitatem demisit; verumtamen etiam sic in sublimitatibus Deo conuenientibus & in serui forma Dominus existit. Ioan. 1.

DIDYMI. Ipsius Dei alta, in quibus altus est, liceat dicere homines diuinos per fidem & reliquam virtutem eleuatos; vel etiam Angelos & Archangelos in cælo sublimes, in quibus Dominus admirabilis existens habet testimonia & eloquia examinata & exquisita, quæ propter firmitatem fidelia dicta sunt. vnde subdit:

5. TESTIMONIA TVA CREDIBILIA FACTA SVNT NIMIS.] ANONYMI. Hic insinuat testimonia quæ de Christo sunt. Quapropter Symmachus ait, *Testimonia tua*. Intelliges autem quæcumque de ipso in Lege & Prophetis *Testimonia credibilia de Christo.*

dicta

CATENA PATRVM.

dicta sunt. Hæc enim non simplici ratione, sed admodum credibilia facta sunt, cùm Christus ea sic impleuerit, ita vt nos accuratè palpemus quæcumque olim de ipso in Scriptura diuina dicta sunt.

DIDYMI. Rerum futurarum vaticinationes per quas efferebantur, & ea quæ de Domini Regno sunt testimonia, ante rerum euentum oraculorum credibilitatem spectandam minimè præbebant; post euentum verò atque operum adimpletionem testimonia Dei credibilia facta sunt nimis. Olim siquidem dicta & prædicta sunt plurima de Regno Dei in Gentes vniuersas. Verùm in præsentiarum confirmatum est hoc testimonium, quando rebus ipsis impletum cernitur oraculum circa omnia quæ pridem prædicta fuerant.

Ecclesiam decet sanctitudo.

DOMVM TVAM DECET SANCTITVDO DOMINE.] ATHANASII. Id est, Ecclesiæ tuæ nihil æquè conuenit ac sanctitas, ad eam in longitudinem dierum conseruandam. Quòd si verò aliquando contigerit in domo tua indecentiam reperiri, & pro sanctitate impuritatem & immundam actionem, haudquaquam ipsa in longitudinem dierum perseuerare poterit.

ANONYMI. Domus Dei sicut qui ipsi in semetipsis incolatum præbent, quibus reuerà conuenit vt sancti sint non ad vnam alteramve, sed in longitudinem dierum. Vnde facer Doctor volens nos habere domum Dei in longitudinem dierum ait: *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est: quod estis vos.* Decet enim reuerà sanctitas & sanctificatio omnem qui factus est domus Dei; vt sicut Dei sanctus sit, & sicut sanctus, sic & Dei.

1. Cor. 3, 16.

ALTERIVS. Domum eius vel carnem ipsius dicas, vel Ecclesiam, vel eos qui ipsi consecrati sunt. Horum sanctitudo est: in longitudinem dierum; id est in sæculum sæculorum. Quapropter etiam ceteri interpretes ediderunt in longitudine dierum. Non potest igitur hæc Prophetia accipi de templo Iudæorum: illo enim iam pridem & olim euerso, quomodo eius sanctitudo erit in longitudinem dierum? sed nos ipsi sumus: siquidem nobis optabile est templũ Dei nuncupari,

εἴρηται. ταῦτα γὰρ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σφόδρα πεπίστευται, ὅπως αὐτὰ τοῦ Χριστοῦ πληρώσαντος, ὥστε ἡμᾶς ἀκριβῶς ψηλαφᾶν ὅσα περὶ αὐτοῦ πάλαι ἐν τῇ γραφῇ τῇ θεοπνεύστῳ εἴρηται.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Αἱ περὶ τῶν μελλόντων προφητεῖαι καθ' ἃς ἐφέροντο, καὶ αἱ περὶ τῆς τοῦ κυρίου βασιλείας μαρτυρίαι, πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως οὐ παρεῖχον ὁρᾶν τὸ πιστὸν τῶν λογίων· μετὰ δὲ τὴν ἀπόβασιν καὶ τὰ ἔργα τῶν ἔργων ἀποτελέσματα ἐπιστώθη τὰ μαρτύρια τοῦ θεοῦ. πάλαι μὲν γὰρ εἴρητο καὶ προεπεφήτευτο πολλὰ τὰ περὶ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη τοῦ θεοῦ βασιλείας. ἐπιστώθη δὲ τοῦτο μαρτύριον νῦν, ὅτε ἔργοις ὁρᾶται πεπληρωμένον τὸ λόγιον περὶ πάντων τῶν ἤδη προειρημένων.

ΤΩ ΟΙΚΩ ΣΟΥ ΠΡΕΠΕΙ ΑΓΙΑΣΜΑ ΚΥΡΙΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τουτέστι, τῇ Ἐκκλησίᾳ σου οὐδὲν οὕτω πρέπει, εἰς τὸ φυλάττεσθαι αὐτὴν εἰς μακρότητα ἡμερῶν, ὡς ἁγιωσύνη. εἰ δέ ποτε συμβαίη ἀπρέπειαν ἐν τῷ οἴκῳ σου εὑρεθῆναι, καὶ ἀντὶ ἁγιάσματος βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον πρᾶξιν· οὐχ οἷόν τε αὐτὴν εἰς μακρότητα ἡμερῶν μένειν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἶκος θεοῦ πάντες οἱ παρασχόμενοι αὐτὸν εἰς ἑαυτοὺς, οἷς καὶ πρέπει ἀληθῶς τὸ ἁγίοις εἶναι οὐκ ἐπὶ μίαν καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μακρότητα ἡμερῶν. ὅθεν ὁ μυσταγωγὸς βουλόμενος τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ εἰς μακρότητα ἡμερῶν ἔχειν φησίν· Οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἅγιός ἐστιν· οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. πρέπει γὰρ ἀληθῶς ἡ ἁγιότης καὶ τὸ ἁγίασμα παντὶ τῷ γενομένῳ οἴκῳ θεοῦ· ἵν' ὥσπερ θεοῦ ἅγιος ᾖ, καὶ ὥσπερ ἅγιος, οὕτω καὶ τοῦ θεοῦ.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Οἶκον αὐτοῦ εἴτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα λέγοις, εἴτε τὴν ἐκκλησίαν, εἴτε τοὺς ἀφιερωθέντας αὐτῷ. Τούτων τὸ ἁγίασμα εἰς μακρότητα ἡμερῶν· τουτέστιν εἰς αἰῶνα αἰώνων. διόπερ οἱ λοιποὶ ἑρμηνευταὶ μήκει χρόνων ἐκδεδώκασιν. οὐ τοίνυν περὶ τοῦ ναοῦ τῶν Ἰουδαίων ἡ προφητεία ἐκλαμβάνεσθαι δύναται· τούτου γὰρ πάλαι καὶ πρόπαλαι καθαιρεθέντος, ἁγίασμα πῶς ἔσται εἰς μακρότητα ἡμερῶν; ἀλλ' ἡμεῖς· εἴπερ ἡμῖν ποθεινὸν ναὸς θεοῦ προσαγορεύεσθαι,

ἵνα

ἵνα ἐνοικοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔχωμεν, καὶ φυλάξωμεν τὸν ἁγιασμὸν εἰς ἡμερῶν μακρότητα.

vt Spiritum sanctum in nobis habitantem habeamus, atque custodiamus sanctitatem in longitudinem dierum.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

De titulo & argumento.

HIC Psalmus est sine titulo apud Hebræos: qui autem illum addidit, videtur voluisse vt hic Psalmus Feriâ sextâ decantaretur, quæ est ante Sabbatum; eò quòd terra narretur tunc fundata, vel, vt alij legunt, primùm inhabitata fuisse. Tunc enim formatus est homo, propter quem mundus hic visibilis creatus est; eodemque die per Christi passionem & mortem reformatus fuit, quando mortis & diaboli imperio destructo Christus acquisiuit sibi Regnum ac Deo, vti Psalmi huius initio insinuat Psalmista dicens:

Homo in dignitate regia creatus est.

1. *Dominus regnauit.*] Quando (vt Nyssenus Gregorius de Opificio hominis cap. 4. animaduertit) Deus hominem præsidio magno subornatum, & tuendæ regiæ dignitati peridoneum, in hunc mundum induxit, cùm ipsi impressit imaginem suam, cum qua & dignitas & nomen Archetypi communicatur. Atque hæc imago, inquit, non purpurâ est exornata, non sceptro & diademate, quæ Principum clarissimorum sunt insignia; sed pro purpura virtute amicta est: quo cultu nihil regalius esse potest: pro sceptro, immortali beatitudine suffulta: pro gemmea opulentaque tænia, iustitiæ coronâ mirabiliùs exornata. Regnum enim Dei & Christi Regnum virtutis est & gratiæ, per quam regnat in Sanctis suis, & de vitijs triumphat; vt mihi quidem meritissimò Reges nominari posse videantur, qui Deo rebelles animorum affectiones inuictâ mente atque generosâ domuerint. Quare Socrates optimum Regem sapienter definiebat τὸν αὐτοῦ ἄρχοντα, *qui affectus suos moderaretur.*

Dei Regnum est Regnum virtutis.

Rex est qui affectibus suis moderatur.

Hinc oritur beatissimus animi status, quem veterum Philosophorum scholæ dixere αὐτάρκειαν, cùm quis rebus suis contentus non aliunde suspensas vitæ suæ rationes habet; verùm omni fortunâ superior, quietus & humanissimâ voluptate perfruens, imitatur Beatarum mentium conditionem, quæ in bono felicissimè conquiescunt. Nam αὐτάρκειαν, eam videlicet virtutem, quæ in rerum humanarum quodam veluti regio dominatu hominem constituit, sapientes Græci nominari voluerunt ab ἑαυτοῦ ἄρχειν: quòd quis sibi imperet, motusque animi sui moderetur, vt ait Ecphantes. Huc accedit eorum opinio qui virtutem regificum esse quiddam aiunt, hominesque in sublimi veluti solio Imperatorum collocare. Magnificè illud Seneca de Beata vita cap. 7. *Altum quiddam est virtus, excelsum, regale.* Quod idem antiqui Patres sanctiùs pronuntiant. Est enim Alexandrini Clementis acroama, *rectè viuere esse* βασιλικὸν *regale*. Et Isidorus Pelusiota virtutibus ornatos ait fas appellare ἀρίστους καὶ βασιλικωτάτους, *optimos, generosos, maximè regios viros*. Cuius rei clarissimum sanctissimumque exemplum Nyssenus in Moyse ponit: quem non tam Hebræi populi quàm virtutum omnium Ducem & Imperatorem appellare queas: hic celsâ animi magnitudine honores despiciens humanos, & inanem regiæ maiestatis pompam, quam Ægyptus offerebat, magnificentissimum, inquit, iudicauit atque regium, ἀντὶ τῆς δορυφορίας τε καὶ τοῦ βασιλικοῦ κόσμου, *pro satellitum & regio ornatu*, clarissimarum præsidium habere virtutum, & non minùs earum satellitio quàm ornatu gloriari.

Virtutis Regnum quàm magnificum sit.

Decor est indumentum virtutum.

IBIDEM. *Decorem indutus est.*] Decor autem nihil est aliud quàm modestia, à qua chori omnes aliarum virtutum pulcherrimo amictu vestiuntur, & placent: quippe non purpuram aut byssum, aut mollissimos secum textus adhibet, sed diuiniora quædam indumenta, qualia in diuinis oraculis Deo tribuuntur. Hoc genus paludamenti regale omnino est atque magnificum, & ab eodem Deo Ecclesiæ coronatæ relictum: de cuius dote ornatuque Salomon carmen hoc pangit: *Fortitudo & decor indumentum eius.* A Deo sapientissimo rerum opifice, qui pelliceas vestes primos homini amictus dedit, hoc indumentum excogitatum est, atque incredibili magnificentiâ perfectum; qui aspectabilia quidem omnia, sed maximè quæ oculis non tuentur, cælestes humanasque mentes pulcherrimo hoc decore vestiuit; cuius causa Regius alibi Vates illum prædicat: *Pulchritudo & decor opus eius.* ita vertit ex Hebræo Caietanus: id quod in Vulgatis *Confessio & magnificentia* legitur. In omnibus Dei operibus lucet illa grata & formosa omnium compositio, quam vno verbo *decorem* appellat, haud obscurum diuinitatis & æternæ sapientiæ vestigium. Bis autem hoc loco dicitur Dominus indutus fuisse; nimirum primò, vbi decoris plenam virgineam induit carnem in Maria: secundò, vbi fortiter è sepulchro rediuiuus surrexit. Sed in primo indumento non dicitur se præcinxisse. Solent enim qui statim deponendas vestes induunt minimè illas præcingere: verùm qui vestes induunt, non vt deponant, sed vt illis conspicui integrum faciant diem, illas & diligenter aptant, & curiosè & fortiter præcingunt, vt iam non exuendus sit; ideò ex tunc indutus dicitur & præcinctus. Pulchrè rem hanc illustrat D. Epiphanius lib. Aduersus hæreses Tomo 2. dicens: *Quemadmodum enim is qui super lumbos præcinctus est adstringit indumentum ad lumbos, superfluam speciem firmans, sic primum decorem, propter aduentum in carne, deinde fortitudinem induit: vbi resurrexit ex mortuis, non ampliùs ad passionem humanitas ipsius venit, non ampliùs ad flagella, non ampliùs crucifigitur.* Quippe ex tunc & indutus erat & præcinctus. Quòd si scire cupis, quale præterea sit hoc fortissimum Dei præcinctum, consule S. Ioannem cap. 21. vbi significans Dominus Petro quâ morte eum clarificaturus esset ait: *Cùm senueris, alius cinget te, & ducet quò tu non vis.* Itaque mortis crucisque præcinctum induit Dominus, quo inimicos debellauit, totumque orbem terrarum æternùm confirmauit. Ab hac sententia stat S. Chrysostomus Homiliâ 2. in Genesin aiens:

Prou. 31.

Psal. 110, 3.

Christus bis indutus.

Christus per crucem & mortem suum Regnum stabiliuit.

ANNOTATIONES CORDERII.

Per corpus corporis expertes & malignos dæmones debellauit; & per crucem de aduersarijs potestatibus triumphauit. Meritò dixit, Indutus est Dominus, & præcinxit se. Et quid est quod mox inducitur? Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur. Quoniam ergo peccatum concusserat primùm orbem terrarum, cùm venisset Saluator, fixit crucem, & stabiliuit vniuersitatem.

2. *Parata sedes tua ex tunc.*] Hic de Christo & Regno eius sermonem esse nefas sit dubitare. Meritò tamen ambigitur quid significet illud *ex tunc*, cùm nimirum Christo parata sedes dicatur. Et plures quidem hanc locutionem æternitatem denotare affirmant. Ego verò vel ex titulo Psalmi, qui cùm sit *pro die ante Sabbatum*, quando scilicet de Adæ costa ædificata est Heua, hoc est, cùm de Christi latere ædificata est Ecclesia; vel ex phrasi præcingendi se, quæ immediatè præcesserat, crediderim ad Christi passionem esse referendum; præsertim cùm & ipsi Hebræi, Christiani nominis hostes, teste Agellio, hunc Psalmum ad Christi tempora spectare confiteantur. Ergo sensus est: q. d. Quamuis à sæculo Deus sis; at sedes tua ô Christe ex passionis tempore parata tibi est. Huic interpretationi adstipulatur ipsemet Dominus; qui dum iniquo Principi Sacerdotum sisteretur, simulque, an esset Dei Filius, fuisset adiuratus, ipse respondit:

Matth. 26, 64. *Tu dixisti: verumtamen dico vobis; Amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.* Vbi obserua particulam *amodò*, pro qua lectio Syriaca posuit *ab hoc tempore*, vt cum præfata *ex tunc* componas. Subest enim illi vis; ac si diceret Assertor: Quamuis ego quidem Dei sim Filius, regiam tamen sedem & solium non priùs accipere præsumpsi, quàm vobis vt reus sisterer, iudiciumque subirem. Amodò verò, ex hoc inquam tempore, quo à vobis iniquè condemnor, parata mihi à dextris Dei sedes ac diuinum solium est. A quo non multùm discrepat id quod ad illud verbum *sedentem* sic adnotauit Paschasius lib. 12. in Matthæum, *Ac si dicat, Supra virtutem fundatum & stabilitum.* Vides natiuum potestatis ac sedis fundamentum virtutem esse? Et verò, vt huic naturâ suâ Dei Filius semper fuerit innixus, at non fuit contentus, nisi externis id operibus, laboribus ac morte ipsâ manifestum redderet.

3. *Eleuabunt flumina illisiones suas.*] Græcè, Ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν: ita est in plerisque Codicibus, abest tamen in editione Septuaginta, quæ Sixti Quinti iussu edita est: pro quo S. Augustinus & Vetus Psalterium repetunt illud, *Eleuauerunt flumina voces suas*. Vulgata autem pro *voces suas* habet *fluctus suos*.

4. *Mirabiles elationes maris.*] S. Hieronymus, *Grandes fluctus maris*: S. Augustinus legit, *Mirabiles suspensura maris; mirabilis in altis Dominus*. quod sic exponens, *Suspensura*, inquit, *exaltationes maris sunt. Cùm enim irascitur mare suspenduntur fluctus. Mirabiles igitur suspensura maris, mirabiles minæ, mirabiles persecutiones. Sed vide quid sequitur: Mirabilis in altis Dominus. Turbabatur mare, fluctuabat nauicula, venit Dominus, ambulauit super mare, pressit fluctus: super mare enim ambulauit, hoc est super capita istorum fluctuum magnorum spumantium; quoniam potestates & reges crediderunt, & subiugati sunt Christo.*

5. *Domum tuam decet sanctitudo.*] Iuxta communiorem sententiam & sensum litteralem docet hic Propheta, in Dei templo summam sanctitatem & animi puritatem esse adhibendam. Quò respiciens opinor D. Ambrosius lib. 3. in Hexaëmeron cap. 1. ædem sacram vocat *sanctitatis domicilium & sacrarium Trinitatis*. Atque hinc Patres ducunt argumentum ad commendandam pijs Sacerdotibus & reliquis initiatis singularem animi sanctitudinem, quòd admissi ad diuinam ædem, ad altare soliumque sempiterni Dei, familiariùs cum eo versentur: quem Gregorius Neocæsareæ Antistes, cognomento Thaumaturgus, Sermone primo in Annuntiatione verè vocat ἁγιασμοῦ κύριον, *sanctificationis Dominum*, & τῆς ἁγνείας πατέρα, *Patrem castitatis*. Necesse enim est, vt vsu commercioque vitæ sociati diuinos mores hauriant, & in eo veluti sole positi eximiarum virtutum luce colluceant. Quare obtestandi nobis sunt Religionis administri & deuoti homines, vt Christū Iesum ante oculos semper habeant, cuius sanctimoniam imitemur. Est autem illius sanctitas, vt Magni Dionysij verbis vtar, πάντοθεν τελεία, *vndique perfecta & incontaminata puritas*; quam eamdem à doctis Ecclesiæ magistris propè requiri in illis video, qui sacra ceremoniasque procurant. Quid purius sole est atque lumine in humanis rebus, quodque minùs luto & sordibus inquinari possit? & tamen S. Chrysostomus Hom. 83. in Matthæum radio solari puriorem esse vult qui ad aram accedit: qui etiam lib. 3. de Sacerdotio dicere non dubitauit, à Sacerdotibus etiamnum in carne manentibus adhiberi τὴν ἀγγέλων διακονίαν, *Angelorum ministerium* & cælestem functionem. Quare, inquit, necesse est Sacerdotem sic esse purum, vt si in ipso cælo collocatus inter cælestes virtutes medius staret, sic clemens Alexandrinus lib. 7. Stromatum grauiter pronuntiat, habere animum illum oportere ἄχραντον καὶ ἀμίαντον, *purum & immaculatum*; qui dulci Numinis commercio & coniunctione perfruitur. Cùm hic dico puritatem, non solùm intelligenda est animi seuocatio à libidine voluptatis & turpium rerum obscœnitate, quod pertinet ad castimoniam, sed innocentia vitæ singularis ab omni penitus labe vitiorum aliena: quod genus proprium est & præstabile sanctitatis: qualem Dei sanctitatem exponit Hierarcha Dionysius lib. de Diuinis nominibus cap. 12. παντὸς ἄγους ἐκλελυμένην, *à noxa omni atque flagitio liberam & solutam*. Hæc igitur in sacris hominibus sanctimonia requiritur, vt non modò à scelere & flagitio, verùm etiam, quoad fieri potest, à næuo minimo & imperfectione puri sint, præsertim in augustis & religiosissimis templis & piarum rerum administratione; vti pulchrè & fusè Cresollius noster ostendit Mystagogi lib. 3. cap. 23. 24. 25.

Quanta sanctitas in templis adhibenda sit.

IN

Digitized by Google

PARAPHRASIS ANONYMI.

IN PSALMVM XCIII. ARGVMENTVM.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ τετράδι σαββάτου.

Τινὲς καὶ τοῦτον κατὰ Βαβυλωνίων εἰρῆσθαι ἔφασαν, ὡς εὐφραινομένου τοῦ θείου λαοῦ, ὡς ἐπαναστάντες οἱ Μῆδοι, τῆς εἰς τὸν λαὸν πεπραγμένης αὐτοῖς, πλείω ἢ ἔδει ἐτιμωρήσαντο. Ἄλλοι δὲ ἐκ προσώπου τῶν εὐσεβείᾳ τεθραμμένων κατὰ τῶν πονηρίᾳ συζώντων, ἐφ' οἷς ὑπ' αὐτῶν ἔπασχον ἀπεμπολούντων τὸ δίκαιον, κονδυλιζόντων πένητας, καὶ τ' ἄλλα ὅσα καὶ οἱ προφῆται αὐτοῖς ἐπιβοῶσιν, ἑκάστου τὴν παρανομίαν ἐλέγχοντες. εἰσάγει οὖν τὸν περὶ προνοίας λόγον, ἐν τούτῳ ὁ θεῖος Δαβὶδ πόρρωθεν τὰ ἐσόμενα προορῶν, ὡς ἂν καὶ διὰ τῆς μελῳδίας ἡ ὠφέλεια τοῖς βουλομένοις προσγένηται.

Psalmus ipsi Dauid quartâ Sabbati.

Nonnulli hunc Psalmum contra Babylonios dictatum tradiderunt, diuino populo quodammodò lætante, quòd Medi aduersus ipsos insurgentes maiorem ijs quàm oportuerat, ob ea quæ populo intulerant, vindictam irrogassent. Alij verò dictum volunt ex persona eorum qui piè educati sunt contra eos qui iniquè viuebant, ob mala quæ ab ijs patiebantur qui iustum vendebant, & pauperes pugnis excipiebant, & quæcumque alia Prophetæ ipsis attribuunt, dum sigillatim eorum iniquitatem reprehendunt. Introducit itaque sermonem de prouidentia, dum in hoc Psalmo diuinus Dauid eminus futura prospicit, vt simul cum dulci concentu eius vtilitas illam exposcentibus obueniat.

De iusta Dei vindicta & prouidentia.

PARAPHRASIS ANONYMI.

α'. ΘΕΟΣ ἐκδικήσεων κύριος· θεὸς ἐκδικήσεων ἐπαρρησιάσατο.

Ὥσπερ γὰρ θεὸς οἰκτιρμῶν ἐστι καὶ θεὸς παρακλήσεων, οὕτω καὶ θεὸς ἐκδικήσεων· τότε δὲ ἐπαρρησιάσατο, ὅτε ἐφανερώθη. παρρησίαν γὰρ ἐκάλεσε τὴν φανέρωσιν.

β'. Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν· ἀπόδος ἀνταπόδοσιν τοῖς ὑπερηφάνοις.

Τὸ ὑψώθητι καὶ τὸ ἀπόδος ἐνήλλακται κατὰ τὸν χρόνον. βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι καὶ ὑψώθη, καὶ ἀνταπέδωκεν. τὸ δὲ ὑψώθητι· ἀντὶ τοῦ, ἔδειξας, ὅτι ὑψηλότερος εἶ πάσης τῆς γῆς, ὡς βούλει τιμωρεῖς τοὺς ὑπερηφάνους.

γ'. Ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται;

δ'. Φθέγξονται καὶ λαλήσουσιν ἀδικίαν· λαλήσουσι πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν;

1. DEVS vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.

Quemadmodum enim Deus miserationum & Deus consolationum est, sic etiam Deus vltionum: tunc autem liberè egit, quando apparuit. Libertatem enim appellauit apparitionem.

Deus vltionum Dominus.

2. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Illud *exaltare* & *redde* secundùm tempus immutatum est. Vult enim dicere quòd etiam exaltatus sit, & retribuerit. Illud autem exaltare: id est, ostendisti, quòd cùm vniuersâ terrâ sublimior sis, prout volueris punias superbos.

3. Vsquequò peccatores Domine, vsquequò peccatores gloriabuntur?

4. Effabuntur & loquentur iniquitatem; loquentur omnes qui operantur iniustitiam?

PARAPHRASIS ANONYMI. Quoniam dixerat, quòd terrâ sublimior apparens superbos puniuisset, subiunxit, quòd non longo tempore permiserit prauos esse prauos, neque in iniustitijs gloriari.

5. Populum tuum Domine humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt.

* Vulgata aduenam
* Vulgata pupillos

6. Viduam & * pupillum interfecerunt; & * aduenam occiderunt.

Speciatim recenset ea quæ ab iniquis patrata sint. Deinde etiam aliam addit impietatis exaggerationem dicens:

* Vulgata nec

7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, * neque intelliget Deus Iacob.

Quia, inquit, hæc audent, non existimantes se futura prospicere.

8. Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

* Vulgata audiet?

9. Qui plantauit aurem non * audit? aut qui finxit oculum non considerat?

Impiè Deum sibi fingunt cæcum & surdum.

Cùm, inquit, existimaueritis Deum neque audire neque videre quæ fiunt, quomodo non in animum induxistis, quòd non possit non videre & audire, qui alijs videndi & audiendi facultatem præstitit? Nequaquam enim priuandus erat ijs quæ alijs largitus est.

10. Qui corripit Gentes non arguet? qui docet hominem scientiam?

Vel hoc, inquit, omnino existimastis, quòd quidem alias Gentes iudicet, nos verò irreprehensos finet?

11. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Illud *scit* hoc loco idem est quòd irritabit.

* Vulgata de

12. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & * ex lege tua docueris eum:

Correptio Dei salutaris.

At illi quidem, inquit, hoc modo amentiæ & iniquitatis suæ dignas pœnas luant,

Ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ὑψηλότερος τῆς γῆς φανεὶς ἐτιμωρήσατο τοὺς ὑπερηφάνους, ἐπήγαγεν ὅτι οὐκ ἐπιχωρεῖ ἐπὶ πολὺν χρόνον τοὺς πονηροὺς εἶναι πονηρούς, οὐδὲ σεμνύνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν.

έ. Τὸν λαόν σου κύριε ἐταπείνωσαν· καὶ τὴν κληρονομίαν σου ἐκάκωσαν.

ς'. Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπέκτειναν· καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν.

Τὰ τολμηθέντα παρὰ τῶν ἀδίκων λέγει κατ' εἶδος. εἶτα καὶ ἑτέραν προστίθησιν ἀσεβείας ἐπίτασιν λέγων·

ζ'. Καὶ εἶπαν· οὐκ ὄψεται κύριος, οὐδὲ συνήσει ὁ θεὸς τοῦ Ἰακώβ.

Ὅτι ταῦτα, φησί, τολμῶσιν, οὐχ ἡγούμενοί σε ἐφορᾶν τὰ γινόμενα.

ή. Συνέτε δὴ ἄφρονες ἐν τῷ λαῷ· καὶ μωροί ποτε φρονήσατε.

θ'. Ὁ φυτεύσας τὸ οὖς οὐχὶ ἀκούει; ἢ ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν οὐχὶ κατανοεῖ;

Ἐπειδή, φησίν, ἐνομίζετε τὸν θεὸν μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν τὰ γινόμενα, πῶς οὐκ ἐλάβετε ἐπὶ διανοίας, ὅτι οὐκ ἐνχωρεῖ μὴ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, τὸν ἄλλοις δεδωκότα τὴν δύναμιν τοῦ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν; οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν ἐστερῆσθαι ὧν ἄλλοις ἐδωρήσατο.

ί. Ὁ παιδεύων ἔθνη οὐχὶ ἐλέγξει; ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν;

Ἢ τοῦτο, φησίν, ἐνομίζετε πάντως, ὅτι μὲν ἄλλα ἔθνη δικάζει, ὑμᾶς δὲ ἀνεγκλήτους ἐάσει;

ιά. Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

Τὸ γινώσκει ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἀπράκτους ἀποτελεῖ.

ιβ'. Μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν.

Ἀλλ' ἐκεῖνοι μέν, φησίν, ὑπὸ τῆς ἀνοίας καὶ παρανομίας ἀξίας τὰς εὐθύνας διδόασιν·

ὑμεῖς

Digitized by Google

ἡμεῖς δὲ μακάριοι, οἱ καὶ παιδευθῆναι ἀξιωθέντες παρὰ σοῦ καὶ τὸν παιδεύσεως τὸν σκοπὸν εἰδέναι, ὡς οὐκ ἀφειδίᾳ τῇ περὶ ἡμᾶς ἐπήγαγες τὰς τιμωρίας, ἀλλ' ἐπὶ τῷ βελτιωθῆναι.

nos verò beati, qui etiam à te corripi & correctionis scopum percipere meruimus, ita vt non ex inclementia nobis pœnas irrogaueris, sed vt emendaremur. PARAPHRASIS ANONYMI.

ιγ'. Τοῦ πραΰναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν· ἕως οὗ ὀρυγῇ τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος.

13. Vt mitiges * eum à diebus malis; donec fodiatur peccatori fouea. * Vulgata ei

Ἐπειδὴ εἶπεν, τοῦ πραΰναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, βούλεται εἰπεῖν· ὥστε φησὶ· μὴ περιπεσεῖν τῇ τιμωρίᾳ τῶν ἁμαρτωλῶν· ἥτις ἐστὶ βόθρος, τουτέστιν ἀπώλεια.

Quoniam dixerat, *Vt mitiges eum à diebus malis*, vult dicere: q. d. Ne incidat in supplicium peccatorum: quod est fouea, id est perditio.

ιδ'. Ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει.

14. Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.

Ἰδοὺ γὰρ ἔδειξε, φησιν, ὡς οὐκ ἀπώσατο ἡμᾶς παντελῶς, ἀλλ' ἐφύλαξεν, ἐπὶ τῷ τυχεῖν τῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἐπανόδου· τοῦτο γὰρ ὁ ἑξῆς στίχος σημαίνει. ἐπιφέρει γάρ·

Ecce enim, inquit, ostendit, quomodo non penitus nos repulerit, sed custodiuerit, vt iustitiam & reditum consequeremur: hoc enim sequens versiculus declarat. subiungit enim:

ιε'. Ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν· καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

15. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & * iuxta illam omnes qui recto sunt corde. * Vulgata addit qui

ΔΙΑΨΑΛΜΑ.

DIAPSALMA.

Δικαιοσύνην καλεῖ τὴν ἐπάνοδον. βούλεται οὖν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ ἀπώσατο ἡμᾶς παντελῶς, ἀλλ' ἐφύλαξεν ἕως ὅτε αἰτήσωμεν τῆς δικαιοσύνης, ἧς μετέχειν ὀφείλουσι πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

Iustitiam vocat reditum. Vult enim dicere, quòd non penitus nos repulerit, sed custodiuerit donec iustitiam rogaremus, cuius participes esse debent omnes qui recto sunt corde.

ις'. Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένοις; ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν;

16. Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?

Τίνα γάρ, φησιν, ἄλλον ἦν ἀναμένειν βοηθὸν ἐν τοῖς χαλεποῖς· καὶ τίνα ἀντιλήπτορα ἐπὶ τοὺς παρανομοῦντας εἰς ἐμέ.

Quis enim, inquit, alius expectandus erat adiutor in difficultatibus; vel quis protector aduersus eos qui in me delinquunt.

ιζ'. Εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι· παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου.

17. Nisi quia Dominus adiuuit me; paulò minùs habitasset in inferno anima mea.

Παρὰ τίνος γάρ, φησιν, ἔμελλον ἐλπίζειν τὴν βοήθειαν, εἰ μὴ παρὰ σοῦ τοῦ ἀεὶ βοηθοῦντος; ὃς εἰ μὴ καὶ νῦν παρέστης, καὶ ταχεῖαν μετάθεσιν τὴν τῶν κακῶν ἀπαλλαγὴν, οὐδὲν ἐκώλυέ με ἔνοικον εἶναι τοῦ θανάτου καὶ τῆς γῆς ἀλλότριον.

A quo enim, inquit, mihi sperandum erat auxilium, nisi à te qui semper opitularis? qui nisi etiamnum adfuisses, & celerem malorum immutationem concessisses, nil prohibuisset quò minùs iam mortis & alienæ terræ incola fuissem. Nil sine auxilio Dei.

ιη'. Εἰ ἔλεγον, σεσάλευται ὁ πούς μου· τὸ ἔλεός σου κύριε ἐβοήθει μοι.

18. Si dicebam, Motus est pes meus; misericordia tua Domine adiuuabat me.

 Illud

PARAPHRASIS ANONYMI.

Illud *Si dicebam:* id eſt, Quando enim dicebam. Cùm enim, inquit, de rebus meis deſperabam, maximam ex clementia tua conſolationem habebam.

Τὸ εἰ ἔλεγον· ἀντὶ τοῦ, ὅτε γὰρ ἔλεγον. ἀπέγνων γάρ, φησιν, ἀπελπίζων τῶν κατ' ἐμαυτόν, μεγίστην εἶχον παράκλησιν τὴν φιλανθρωπίαν τὴν σήν.

19. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

ιθ'. Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου.

Et compendio, inquit, dicendo, in omni deſperatione bona mihi ſpes iniecta fuit, quæ res meas in melius commutabat.

Καὶ συντόμως, φησὶν, εἰπεῖν, ἐπὶ πάσης ἀπογνώσεως ἀντεισῆλθέ μοι χρηστὴ ἐλπὶς, μεταβάλλουσα τὰ κατ' ἐμὲ εἰς τὸ ἄμεινον.

* Vulgata adhæret

20. Numquid * adhærebit tibi ſedes iniquitatis,

κ'. Μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας,

Nam delinquentes, inquit, non poſſunt Regnum tuum attingere. Illud enim *Numquid adhærebit?* id eſt: Non poteſt, inquit, in tali Regno locum habere ſuſpicio iniquitatis.

In Dei Regnum nulla cadit ſuſpicio iniquitatis.

Οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ, φησὶ, τὴν βασιλείαν σου ἀψίχεσθαι παρανομούντων. τὸ γὰρ μὴ συμπροσέσται; ἀντὶ τοῦ· οὐδὲ ἐγχωρεῖ προσεῖναι τῇ τοιαύτῃ βασιλείᾳ, φησὶ, παρανομίας ὑποψίαν.

† Vulgata Qui fingis

* Fingens laborem in præcepto?

Ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ προστάγματι;

Verſus hic obſcurus eſt: vult enim dicere, Babylonios quodammodò viſos eſſe fingere & creare labores & obſtacula præcepto tuo, quo iuſſiſti nos reuerti.

Ἀσάφειαν ἔχει ὁ στίχος· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι πλάττειν ὥσπερ ἐδόκουν οἱ Βαβυλώνιοι καὶ δημιουργεῖν κόπους καὶ ἐμπόδια τῷ προστάγματί σου, τῷ κελεύοντι ἡμᾶς ἐπανελθεῖν.

21. Captabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.

κα'. Θηρεύσουσιν ἐπὶ ψυχὴν δικαίου· καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάσονται.

Ceterùm aduerſati ſunt præcepto tuo, vt nos caperent (ſemetipſos enim iuſtos appellant comparatione Babyloniorum) ita vt etiam ſanguinem noſtrũ ſine cauſa effunderent.

Ἠναντιοῦντο δὲ τῷ προστάγματί σου, ἐπὶ τῷ θηρεῦσαι ἡμᾶς (ἑαυτοὺς γὰρ δικαίους καλοῦσι πρὸς σύγκρισιν τῶν Βαβυλωνίων) ὥστε καὶ τὸ αἷμα ἡμῶν ἀναιτίως ἐκχέαι.

22. Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.

κβ'. Καὶ ἐγένετό μοι κύριος εἰς καταφυγὴν, καὶ ὁ θεός μου εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου.

Verumtamen, inquit, illis ita cogitantibus, atque hoc modo agere ſatagentibus, tu ipſe & adiutorium & refugium & ſpes optima extitiſti.

Ἀλλ' ὅμως, φησὶν, ἐκείνων οὕτω διανοουμένων, καὶ οὕτω σπουδαζόντων πράττειν, αὐτὸς καὶ βοήθεια ἡμῖν καὶ καταφυγὴ καὶ ἐλπὶς χρηστοτέρα.

* Abeſt à Vulgata vox Dominus

* Vulgata in malitia eorum diſperdet eos

23. Et reddet illis * Dominus iniquitatem ipſorum, & * malitiam eorum: diſperdet illos Dominus Deus noſter.

κγ'. Καὶ ἀποδώσει αὐτοῖς κύριος τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν· ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

Atque hoc modo quidem nobis opitulatus es, Babylonios verò trades exterminio, ipſis ſupplicia eorum operibus conſentanea retribuens.

Καὶ ἡμῖν μὲν οὕτως ἐβοήθησας, Βαβυλωνίους δὲ ἀφανισμῷ παραδώσεις, καταλλήλους τιμωρίας αὐτοῖς τῶν ἔργων ἀποδιδούς.

COM-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α. ΘΕΟΣ ΕΚΔΙΚΗΣΕΩΝ ΚΥΡΙΟΣ.] Ἀπὸ τοῦ πράγματος εἴωθε καλεῖν τὸν θεόν. Ὥσπερ οὖν ἐλέους αὐτὸν καλεῖ θεὸν ἐλεοῦντα, καὶ οἰκτιρμῶν, οἰκτείροντα, οὕτω καὶ ἐκδικήσεων θεὸν, ἐκδικοῦντα. Τὸ δὲ ἐπαῤῥησιάσατο· ἀντὶ τοῦ, ἐν φανερῷ ἐξεδίκησεν, ἐπαγαγὼν Μήδους κατὰ Βαβυλωνίων. Τὴν οὖν ἔκδηλον δίκην καὶ πᾶσιν ἐγνωσμένην παῤῥησίαν καλεῖ· ἢ ἐπεὶ μέλει αὐτῷ τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων, ὡς καὶ δίκην ἀξίαν παρὰ τῶν ἀδικούντων εἰσπράττεσθαι· ὃς καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐπάγει τὰς ἐκδικήσεις, τῶν ἄλλων κριτῶν ἐθέλειν μὴ φυλαττομένων, ἀνάλογον τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ποιότητος τιμωρίαν ἐπάγειν· ἐφ' ᾧ καὶ αἰσχύνεσθαι συμβαίνει τὸν κρίνοντα. Ὁ δὲ Ἀκύλας ἀντὶ τοῦ ἐπαῤῥησιάσατο ἐπιφάνηθι εἴρηκεν, ὡς ἔντευξιν μᾶλλον προσάγων· ᾧ ἀκόλουθον καὶ τὸ, Ὑψώθητι· ἀντὶ τοῦ, Δεῖξον τὸ σὸν ὑψηλὸν, καὶ κατάγαγε τὴν τῶν ἀλαζόνων ὀφρύν.

γ. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ ΚΥΡΙΕ;] Οὐκ ὄλεθρον ἐπεύχεται τοῖς ἐχθροῖς, ἀλλὰ μὴ ἀφεθῆναι ἔχειν εἰς ἀδικίαν τὴν ἐξουσίαν ἐφόδιον. ἢ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τοῦ θεοῦ ἀνεξικακίας διὰ τούτων κατασημαίνει. Ἄλλος δὲ ἐνηλλαγμένως εἰπὼν τὸ ὑψώθητι, ἀντὶ τοῦ καὶ ὑψώθη, καὶ ἀνταπέδωκε τοῖς Βαβυλωνίοις· ἀκολούθως ἐπάγει, ὅτι οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ τοὺς πονηροὺς, οὐδὲ σεμνύνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν, οὐδὲ φθέγγεσθαι οὕτως ὑπερηφάνως, ὡς οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἐφορῶντος· ἀλλ' ἔδει δίκας δοῦναι τῷ δέοντι καιρῷ ἅπερ ἐπλημμέλησαν· ἃ δὴ καὶ ἐπιφέρει λέγων· τὸν λαόν σου κύριε ἐταπείνωσαν. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι ὡς χήραν καὶ ὀρφανὸν καὶ ξένον οὕτως ἡμᾶς ἐκάκωσαν καὶ ἔθλιβον· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, οὕτως ἡμῖν ἐνεχρήσαντο, ὡς οὐδὲ ὄντος τοῦ ἐφορῶντος, ἢ συνιέναι δυναμένου τὰ γινόμενα. τὸ γὰρ εἶπαν ἐπὶ πράγματος λέγει· εἰς αὔξησιν δὲ τῆς κατηγορίας καὶ τὸ, ὁ θεὸς Ἰακώβ. πολλὴν γὰρ προμήθειαν ποιεῖσθαί σε τοῦ λαοῦ διὰ τῶν πραγμάτων ἐγνωκότες, οὐδὲ οὕτω δεδοίκασιν. εἶτα συμβουλὴν εἰσάγει λέγων·

η. ΣΥΝΕΤΕ ΔΗ ΑΦΡΟΝΕΣ ΕΝ ΤΩ ΛΑΩ.] Καλῶς στρέφει τὸν λόγον πρὸς τοὺς Βαβυλωνίους, ἢ τοὺς ἀδίκους, ὥσπερ ἐπιτίμησιν

1. DEVS VLTIONVM DOMINVS.] Ex opere ipso Deum appellare solet. Quemadmodum igitur ipsum misericordiæ Deum vocat, dū misericordiam præstat, & miserationum, quando miseretur; sic etiam vltionum Deum, dum vlciscitur. Ceterùm istud *liberè egit*: id est, manifestè vltus est, inducens Medos contra Babylonios. Manifestam igitur atque omnibus notam vltionem appellat libertatem: vel quia ipsi curæ sunt res humanæ, ita vt etiam iustam vindictam irroget facientibus iniuriam; & qui cum libertate inferat vltiones, cùm alij iudices quandoque non obseruent, vt peccatorum qualitati respondens supplicium infligant: vnde contingit etiam iudicem pudore suffundi. Aquila verò pro *Liberè egit Appare* dixit, ita vt potiùs intercessionem adducat: cui consonat & illud, *Exaltare*: id est, Ostende tuam altitudinem, & superborum supercilium deprime.

Dei in iudicando libertas & iustitia.

3. VSQVEQVO PECCATORES DOMINE?] Non imprecatur inimicis interitum, sed vt non permittantur habere potestatem quæ iniquitati ipsorum suffragetur. Vel superabundantem Dei clementiam per hæc significat. Alius autem cùm tempore variato dixisset *Exaltare*, pro *exaltatus est*, & Babylonijs retribuit; consequenter subiungit, malignos haud longo tempore potuisse in iniquitatibus suis gloriari, neque tam superbè loqui, ac si nullus esset qui aspiceret; sed pro delictis suis conuenienti tempore pœnas dare debuisse: quæ vtique etiam subiungit dicens: *Populum tuum Domine humiliauerunt*. Vult enim dicere, quòd instar viduæ & pupilli ac peregrini nos vexauerint & afflixerint; & quod grauius est, ita nobis abusi sint, ac si non esset qui aspiceret, vel scire posset ea quæ fiebant. Nam illud *dixerunt* de re ipsa dicit; ad accusationem autem exaggerandam addit illud, *Deus Iacob*. Cùm enim te magnam populi tui curam gerere cognouerint, nequedum sic te verentur. Deinde consilium suggerit dicens:

Impij ita agunt ac si non videretur Deus.

8. INTELLIGITE INSIPIENTES IN POPVLO.] Pulchrè conuertit orationem ad Babylonios, vel iniquos, iustam irrogans increpatio-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Deus omnia cominus videt, etiam antequam fiant vel fiant.

pationem. Vel serò tandem, inquit, sensum capite, etsi delinquentes non intellexeritis. Argumentatur autem ipsis hoc modo: Qui plantauit, inquit, in hominibus aurem, numquid multò priùs ipsemet audiet? & qui videndi facultatem largitus est, numquid ipse non videbit? Vtique profectò non solùm quæ agenda sunt inspiciet, verùm etiam cogitationes adhuc in mente versantes intelliget. Non enim fieri potest, vt non videat & audiat is qui alijs hæc concessit. Vel hoc, inquit, existimastis, quòd alias quidem Gentes iudicet, vos verò irreprehensos sinet? & cùm alijs peccatoribus supplicia irroget, vos quoque non sit examinaturus? Vel ac si dicat: Is qui Gentes legi minimè subiectas corripit, vestras non arguet iniquitates? Quin & hoc, inquit, existimastis, eum qui docuit homines iudicare ac ius dicere (hoc enim dicit scientiam) ipsum iudicandi ac ius dicendi facultate priuatum esse? Verùm ostendit, inquit, se istiusmodi consilia & cogitationes Gentium hominumque infatuare & irritare, dum pro tempore & rei exigentia ius dicit, & supplicia infligit. Etenim cùm hominum naturam ipse effinxerit, per ea quæ in creatura considerantur scientiam proponit, & non solùm videt & audit, verùm etiam cogitationes nostras nouit vana de prouidentia suspicari. Ceterùm cùm hoc modo ipsorum vanitatem refutasset, iniuriam passos consolatur.

Beatus qui eruditur à Deo.

12. BEATVS HOMO QVEM TV ERVDIERIS.] Qui enim, inquit, sic eruditus fuerit mitigatur in diebus malis. In ipsis igitur afflictionibus atque tentationibus à lege tua consolationem accipiens curatur, doctus sustinere & longanimiter agere. Quin aliàs etiam beatus qui in præsenti tempore eruditur, mitiorem illic reperiet castigationem, cùm hi qui in prauitate viuunt ineuitabile subeant supplicium. *Fouea* enim multis locis prò punitione ponitur. Non dixit autem à quo fodiatur; quia fouea quæ peccatori foditur, non ab alio foditur quàm ab ipso qui in eam incidit. Fortasse verò beatum dicit illum qui ex Gentibus spiritali legi credidit, qui cùm antehac homo carnalis esset, atque pecoribus comparatus in diuinæ legis institutione beatus fit; quia huic quidem à diebus malis ita mitigatur, illi verò fouea foditur.

Fouea pro punitione quam sibi peccator accersit.

ἐπάγων δικαίως. ὅτι ὀψὲ γοῦν ποτέ, φησι, λάβετε αἴσθησιν, εἰ καὶ πλημμελοῦντες μὴ συνίετε. Συλλογίζεται δὲ αὐτοῖς οὕτως· ὁ φυτεύσας, φησὶν, ἐν ἀνθρώποις τὸ οὖς, οὐ πολὺ πρότερον αὐτὸς ἀκούσεται; καὶ ὁ τὴν ὀπτικὴν ἐνέργειαν δωρησάμενος, αὐτὸς οὐκ ὄψεται; ἀλλὰ μὴν οὐ μόνον τὰ πραττόμενα ἐποπτεύσει, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐνθυμήσεις τὰς ἔτι κατὰ διάνοιαν συνήσει. Οὐ γὰρ ἐνεχώρει, μὴ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν τὸν ἄλλοις ταῦτα δωρησάμενον. Ἢ τοῦτό, φησιν, ἐνομίζετε, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἔθνη δικάζει, ὑμᾶς δὲ ἀνελέγκτους ἐάσει; καὶ ἄλλοις ἡμαρτηκόσι δίκας εἰσπραττόμενος, οὐκ ἔχει καὶ ὑμῶν ἐξέτασιν ποιήσασθαι; ἢ ἀντὶ τοῦ· ὁ τὰ ἔθνη τὰ μὴ ὑπὸ νόμον παιδεύων, τὰς ὑμῶν οὐκ ἐλέγξει παρανομίας; ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτό, φησιν, ἐνομίζετε, ὅτι ὁ διδάξας ἀνθρώπους κρίνειν καὶ δικάζειν (τοῦτο γὰρ λέγει γνῶσιν) αὐτὸς ἐστέρηται τοῦ κρίνειν καὶ δικάζειν; Ἀλλ' ἔδειξέ, φησιν, ὅτι τὰς τοιαύτας βουλὰς καὶ τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἐθνῶν καὶ ἀνθρώπων μωραίνει καὶ ἀπράκτους ποιεῖ, δι' ὧν ἐκδικεῖ, καὶ τιμωρεῖται κατὰ καιρὸν καὶ χρείαν. Καὶ μὴν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν αὐτὸς διαπλάσας, διὰ τῶν ἐν τῇ κτίσει θεωρουμένων τὴν γνῶσιν προτίθησι, καὶ οὐ μόνον ὁρᾷ καὶ ἀκούει, ἀλλὰ καὶ λογισμοὺς ὑμῶν οἶδε ματαίους περὶ τῆς προνοίας τοπάζοντας. οὕτως δὲ ἀνοίαν διελέγξας τὸ μάταιον, τοὺς ἀδικουμένους ψυχαγωγεῖ.

ιβ'. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΝ ΑΝ ΠΑΙΔΕΥΣΗΣ.] Ὁ γὰρ οὕτω παιδευόμενος πραΰνεται, φησιν, ἐν ταῖς πονηραῖς ἡμέραις. Ἐν αὐταῖς γοῦν ταῖς κακοπαθείαις καὶ τοῖς πειρασμοῖς τὰς ἀπὸ τοῦ νόμου σου παραμυθίας λαμβάνων θεραπεύεται, ὑπομένειν διδασκόμενος καὶ μακροθυμεῖν. Καὶ ἄλλως δὲ μακάριος ὃς ἐν τῷ παρόντι καιρῷ παιδευόμενος, πρᾳοτέραν εὑρήσει ἐκεῖσε τὴν κόλασιν, τῶν πονηρίᾳ συζώντων ἀπαραίτητον ἐχόντων τὴν κόλασιν. πολλαχοῦ γὰρ ὁ βόθρος ἀντὶ κολάσεως λέγεται. Οὐκ εἶπε δὲ ὑπὸ τίνος ὀρύσσεται· ὅτι ὁ ὀρυσσόμενος τῷ ἁμαρτωλῷ βόθρος, οὐχ ὑπ' ἄλλου ἢ ὑπ' αὐτοῦ ὀρύσσεται ὡς ἐμπεσουμένου εἰς αὐτόν. Τάχα δὲ μακαρίζει τὸν ἐξ ἐθνῶν τῷ πνευματικῷ νόμῳ πιστεύσαντα, ὃς ἄνθρωπος ὢν πρὸ τούτου σαρκικὸς, καὶ παραβεβλημένος τοῖς κτήνεσιν ἐν τῇ παιδείᾳ τοῦ θείου νόμου μακάριος γίνεται· ὅτι αὐτῷ μὲν ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἡμερῶν ἡ ὀργὴ πραΰνεται, ἐκείνῳ δὲ βόθρος ὀρύσσεται.

ιγ'. ΟΤΙ

ιδ΄. Ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαόν.] Τεύξεται τῆς θείας προμηθείας, φησὶν, ὁ λαὸς, ἅτε ἔθνος αὐτοῦ ὢν, ἕως ἂν ἡ τοῦ θεοῦ δικαιοσύνη φανῇ, ὅς ἐστι Χριστός. τὴν γὰρ ἐσομένην αὐτῶν ἄρνησιν προγνωστικῶς τοῦτο εἴρηκεν. ἀντὶ δὲ τοῦ ἐχόμενοι ὁ Ἀκύλας, καὶ ὀπίσω αὐτοῦ, φησι, πάντες οἱ εὐθεῖς. Τούτῳ, φησὶ, τῷ σωτῆρι, ὃν δικαιοσύνην ἐκάλεσεν, ἕψονται πάντες οἱ εὐθέσι χρώμενοι λογισμοῖς, ἐχόμενοι αὐτοῦ καὶ ἀντεχόμενοι, καὶ καταλιπεῖν οὐκ ἀνεχόμενοι, ὡς ὁ Πέτρος καὶ λοιποί. Τὸ δὲ, τίς ἀναστήσεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς πονηρευομένους; τίς συμπαραστήσεται πρὸς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; ἐκ προσώπου λέγων ταῦτα Χριστοῦ. ἔρημος, φησι, πάσης γέγονα βοηθείας· καὶ εἰ μὴ τῆς τοῦ πατρὸς ἀπήλαυσα βοηθείας, πάντως ἄν με θανάτῳ παρέδωκαν. καὶ ἄλλως δὲ ἡ βοήθεια τοῦ κυρίου οὐκ ἀφίησιν ἡμᾶς παροικεῖν τῷ θανάτῳ. Ἔστι δὲ καὶ τῶν θλιβομένων φωνὴ τό· τίς ἀναστήσεταί μοι; ἀντὶ τοῦ, τίς γενήσεταί μοι σύμμαχος κατὰ τῶν εἰς ἐμὲ πονηρευομένων; εἶτα δεξάμενος αἴσθησιν ταχείας τῆς βοηθούσης, φησιν ὡς πάλαι ἂν εἰς ᾅδου κατῆλθον, εἰ μὴ τῆς θείας ἐπικουρίας ἀπήλαυσεν.

ιη΄. Εἰ ἔλεγον, σεσάλευται ὁ πούς μου.] Εἰ θλιβόμενός, φησιν, ὀλισθαίνοντα ἔβλεπον ἐμαυτὸν ὡς τῆς κατὰ θεὸν ἐκπεσόμενον στάσεως· εὐθύς σου τῆς ἐλέους τῆς βοηθείας ἐτύγχανον, καὶ ἀναλογοῦσαν ταῖς ὀδύναις ἐδεχόμην παραψυχήν. Αἰτίαν δὲ τῆς πρὸς τὰς ὀδύνας εὐφροσύνης φησὶν, ὅτι μὴ προσέσται τῷ ἀγαθῷ θεῷ καὶ δικαίῳ θρόνος ἀνομίας· οὗ καὶ τὸ πρόσταγμα κοπιαστικὸν ἐστι ποιητικὸν, διὰ τὰς μετὰ τοὺς κόπους ἀμοιβάς. ἐπάγει γάρ·

κ΄. Μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας;] Θρόνον ἀνομίας τὴν τῶν ἀθέων καὶ ἁμαρτωλῶν φησιν ἐξουσίαν, οἱ πλάσσουσι κόπον ἐπὶ πρόσταγμα· ἀντὶ τοῦ, ἐγκοπα παρέχουσι προστάγματα, ἐπὶ ψυχὴν δικαίου θηρεύοντες, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάζοντες. Τινὲς δὲ ἐν ὑπερβατῷ· Σὺ κύριε ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ πρόσταγμα, μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας; ἵν' ᾖ τοιοῦτον οὕτως· Σὺ ὁ τὰ ἔγκοπα ἡμῖν προστάγματα ἐπιδιδοὺς, ὡς ἂν μὴ τῷ εὐκόλῳ τῶν προσταγμάτων πρὸς ῥαστώνην ἀποκλινοίμεθα, ἀλλὰ τῷ δυσκόλῳ τῶν μεταχειρίσεων διὰ παντὸς νήφοιμεν, μὴ καταδέξῃ τὴν ἄνομον ἐξουσίαν συνεῖναί σοι. Τοῦτο δὲ

14. QVIA NON REPELLET DOMINVS POPVLVM.] Populus, inquit, diuinâ prouidentiâ fruetur, vtpote gens eius existens, donec Dei iustitia appareat, qui est Christus. Hoc enim dixit futuræ ipsorum negationis præscius. Ceterùm pro *iuxta illam* Aquila dicit, *Et post illam omnes recti.* Hunc, inquit, Saluatorem, quem iustitiam nuncupauit, sequentur omnes qui rectis cogitationibus vtuntur, ipsi inhærentes & coniuncti, neque ipsum deserere sustinentes, vt Petrus ceterique. Ceterùm illud, *Quis resurget pro me aduersus malignantes? quis instabit aduersus operantes iniquitatem?* ex persona Christi hæc dicens. Fui, inquit, omni auxilio destitutus: & nisi Patris adiutorio fruitus fuissem, omnino me morti tradidissent. Quin aliàs quoque Domini adiutorium non permisit nos in morte commorari. Hæc autem etiam afflictorum vox est: *Quis exurget mihi?* id est, Quis erit mihi adiutor aduersus eos qui contra me malignantur? Deinde cùm celeriter opitulantis sensum percepisset, ait quomodo olim in infernum descendisset, nisi diuinum auxilium fuisset consecutus.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Christus est Dei iustitia & auxilium.

Ver. 16.

18. SI DICEBAM, MOTVS EST PES MEVS.] Si afflictus, inquit, videbam me ipsum exorbitasse vt à diuino statu dilapsum, illicò misericordiæ tuæ auxilium consequebar, & conformem doloribus consolationem percipiebam. Hanc autem dicit in doloribus lætitiæ causam suppetere, quòd nimirum bono iustoque Deo sedes iniquitatis minimè adhæreat; cuius etiam præceptum labores facit, propter retributiones quæ labores subsequuntur. Subdit enim:

20. NVMQVID ADHÆREBIT TIBI SEDES INIQVITATIS?] Sedem iniquitatis vocat atheorum & peccatorum potestatem, *qui fingunt laborem in precepto:* id est, laboriosa præbent præcepta, captantes in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnantes. Nonnulli autem in hyperbato dicunt: *Tu Domine formans laborem in precepto, numquid adhærebit tibi sedes iniquitatis?* vt sit sensus hoc modo: Tu qui laboriosa nobis præcepta tradis, ne mandatorum facilitate ad remissionem declinemus, sed eorumdem exercitio semper nos excitemus, non permittes vt iniqua potestas tibi adhæreat. Hoc autem eò dicit,

Quid sedes iniquitatis significet.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

cit, quòd videantur Principes conregnare Deo. Ceterùm hæc vox est eorum qui pro diuina confessione dimicant: ac si dicerent, Non exaltetur sedes iniquorum contra te Domine, in præcepto tuo labores nobis facescens, sicut iustis pueris Babylonius ille tyrannus, & alius alijs. Vel per hoc docet non perpetuum esse malum, dum hoc dicit: Quoniam non videbitur tecum malitiæ principium: sedes enim principium est quod peccatum creat per præceptum; quia peccatum non est sempiternum.

Deus non communicat iniustitiæ.

Symmachus verò manifestiùs ait, *Numquid coniungetur sibi thronus iniuria formans miseriam super præceptum?* ac si non sustineret communicare iniustitiæ illorum qui iniquè iudicant: ipsorum enim opus est sine causa innocentes condemnare; & cùm iudicis præ se formam gerant, dolosè captant & illaqueant. Ceterùm thronus iniquitatis est etiam tyrannicus principatus atque diabolus, cui subsignati sunt malignantes: hi autem sunt dæmones & homines praui de quibus dicit, *Quis exurget mihi aduersus malignantes?* Illud autem, *Nisi quia Dominus adiuuit me*, intelligendum est de Incarnatione: ipsius enim adiutorium non permisit nos incolas esse inferni. Qui etiam in adiutorem spei credentibus constitutus est, in iusto iudicio cuilibet pro merito tribuens. Qui item delebit iniquitatem eorum qui peccarunt, sed non naturam. ac si diceret: Qui modò peccato conformati sunt, delebuntur: malitiâ enim non existente ne quidem erit quisquam secundùm ipsam conformatus. Cùm autem istiusmodi character in nemine susceptus fuerit, omnes secundùm Christum formabuntur.

φεσιν, ἐπειδὴ δοκοῦσιν οἱ ἄρχοντες συνάρχειν θεῷ. Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ τῶν ἀγωνιζομένων ὑπὲρ τῆς θείας ὁμολογίας φωνή· ὡσεὶ ἔλεγον· Μὴ ὑψωθήτω θρόνος ἀνόμων ἐναντίον σου κύριε, κατὰ τοῦ σοῦ προστάγματος κόπους ἡμῖν παρεχόμενος, οἷον ἐν τοῖς δικαίοις παισὶν ὁ Βαβυλώνιος τύραννος, καὶ ἄλλος ἄλλοις. ἢ διὰ τούτο τὸ μὴ ἀΐδιον εἶναι τὸ κακὸν δογματίζει, τοῦτο λέγων· Ὅτι οὐ συμπαρέσταί σοι ἡ τῆς κακίας ἀρχή· ἀρχὴ γὰρ ὁ θρόνος ὁ τὴν ἁμαρτίαν κτίζων διὰ προστάγματος· διὰ τὸ μὴ ἀΐδιον εἶναι κακίαν εἶναι. ὁ δὲ Σύμμαχος σαφέστερον, Μὴ συναφθήσεταί σοι θρόνος ἐπηρείας ὁ πλάσσων ταλαιπωρίαν κατὰ προστάγματος, οἷον οὐκ ἀνέχῃ κοινωνῆσαι ἀδικίας τῶν παρανόμως δικαζόντων· ἔργον γὰρ αὐτῶν ἀναιτίως τοὺς ἀθώους καταψηφίζεσθαι· καὶ ἐπιμορφαζόμενοι τὸ δικασταὶ τυγχάνειν, θηρεύουσι δολερῶς. Θρόνος δὲ ἀδικίας καὶ ἡ τυραννικὴ ἀρχὴ καὶ ὁ διάβολος, ᾧ ὑποτάσσονται οἱ πονηρευόμενοι· δαίμονες δὲ οὗτοι καὶ ἄνθρωποι πονηροί, περὶ ὧν φησι, τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους; τὸ δὲ, εἰ μὴ ὅτι κύριος ἐβοήθησέ μοι, ἵνα νοήσῃς καὶ περὶ τῆς οἰκονομίας· ἡ γὰρ αὐτοῦ βοήθεια οὐκ ἀφῆκεν ἡμᾶς παροίκους εἶναι τοῦ ᾅδου. ὃς καὶ εἰς βοηθὸν ἐλπίδος τοῖς πιστεύουσι καθίσταται, ἀποδιδοὺς ἐν τῇ δικαίᾳ κρίσει τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ. Ὃς καὶ ἀφανιεῖ τὴν πονηρίαν τῶν ἡμαρτηκότων, οὐχὶ τὴν φύσιν. ὡσεὶ λέγων· οἱ νῦν τῇ ἁμαρτίᾳ μεμορφωμένοι ἀφανισθήσονται· τῆς γὰρ κακίας μὴ οὔσης οὐδὲ κατ' αὐτὴν ἔσται μεμορφωμένος. ἐν μηδενὶ δὲ τοῦ τοιούτου χαρακτῆρος ὑπολειφθέντος, ἅπαντες κατὰ Χριστὸν μορφωθήσονται.

CATENA PATRVM.

De titulo & argumento Psalmi.

ATHANASII. Hic Psalmus etiam Hebræis est sine titulo; Septuaginta verò ipsi titulum adinuenerunt à die in qua omnino recitabatur: quam non frustrà in medium adduxerunt; sed vt propositæ melodiæ diligentiam demonstrarent, cùm cuiuslibet hebdomadæ dies proprius ipsi assignatus sit.

EVSEBII. Hic Psalmus apud Hebræos quidem sine titulo est; verùm continet consolationem & solatium eorum qui in præsenti vita infestantur, & pro pietate affliguntur:

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Τοῖς Ἑβραίοις καὶ οὗτος ἀνεπίγραφος· οἱ ἑβδομήκοντα δὲ αὐτοὶ ἐπιγεγράφηκεν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ πάντως ἐλέγετο· ἣν οὐ μάτην εἰς μέσον παρήγαγον· ἀλλ' ἵνα τὸ ἀκριβὲς τῆς μελῳδίας τῆς προκειμένης δείξωσιν, ἀφ' ὧν ἡμέραν ἑκάστης ἑβδομάδος ἔλαχεν ἰδιάζουσαν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνεπίγραφος μέν ἐστι παρ' Ἑβραίοις ὁ ψαλμός· περιέχει δὲ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν τῶν κατὰ τὸν βίον τὸν ἐνεστῶτα διωκομένων, καὶ κακοπαθουμένων διὰ εὐσεβείας ἕνεκα-

ἐν

ὧν καὶ τὴν εὐχὴν ὑποκαταβὰς τίθησι. Προσάπτει δὲ τῆς εὐχῆς τὴν παράκλησιν καὶ τὴν παραμυθίαν, προλαμβάνων τὴν δέησιν τῶν διωκομένων, καὶ προθεραπεύων αὐτῶν τοὺς πόνους, ἔργοις τὸ πράγμασι πληρούμενον ἐπ' αὐτοῖς τὸ, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρῶ ἰδοὺ πάρειμι, θαρσεῖτε. Ἔστι γὰρ ὁ κύριος ἐφ' ᾧ ἐλπίσατε Θεὸς ποιητὴς, καὶ δημιουργὸς, καὶ σωτὴρ, καὶ εὐεργέτης, καὶ κριτὴς, καὶ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, μακρόθυμός τε, καὶ πολυέλεος, καὶ ἄλλας μυρίας ἔχων θείας ἐπωνυμίας.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ. Τὸ ἐν τούτῳ μυστήριον τὴν περὶ τὸ πάθος οἰκονομίαν προαγορεύει. τῇ γὰρ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου τῆς προδοσίας τοῦ Ἰούδα γεγενημένης, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἡμέρᾳ ὁ πάντα τὸν κόσμον δι' ἑαυτοῦ λυτρούμενος ὑπὸ τοῦ προδότου τρόπον τινὰ πωλεῖται, ἵνα τῇ ἑαυτοῦ πράσει τοὺς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πεπραμένους ἐξαγοράσῃ.

α'. ΘΕΟΣ ΕΚΔΙΚΗΣΕΩΝ ΚΥΡΙΟΣ.] ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ. Μέλει γὰρ αὐτῷ τῶν ἐν ἀνθρώποις πραττομένων, ὡς καὶ δίκην ἀξίαν παρὰ τῶν ἀδικούντων εἰσπράττεσθαι, κρίνειν τε καὶ δικαίως κολάζειν. Δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι τι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πέφυκεν δὲ Θεὸς ὁ ἡμέτερος κύριος, καὶ ἐπὶ τούτῳ παρρησίαν ἄγει ὡς Θεὸς ἔκδικος τῶν ἀδικουμένων, καὶ διαῤῥήδην τε καὶ μετὰ παρρησίας διὰ τῶν αὐτοῦ προφητῶν κηρύττει.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ὁ τῶν ἐκδικήσεων Θεὸς κύριος ὑπάρχων, ἐν αὐτῷ τῷ ἐκδικεῖν ἐπαῤῥησιάσατο. Τὸ γὰρ ἀκριβῶς ἐπίστασθαι τῶν κρινομένων τὰ πράγματα, καὶ αὐτὴν τὴν πρόθεσιν τῶν ἐπραγμένων αὐτοῖς, μετὰ παρρησίας ἐπάγει τὰς ἐκδικήσεις· τῶν ἄλλων κριτῶν ἔσθ' ὅτε σφαλλομένων, ὡς μὴ κατὰ ἀναλογίαν τῆς ποσότητος τῶν ἁμαρτανομένων ἐπάγειν τὴν τιμωρίαν· ἐφ' ᾧ καὶ αἰσχύνεσθαι συμβαίνει τὸν κρίνοντα, ὡς μὴ δεόντως ἐπιτιμῶντα τοῖς ἑαλωκόσι τῇ κακίᾳ· μόνου παῤῥησιαζομένου ἐν τῷ ἐκδικεῖν τοῦ λέγοντος· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Ἀποδιδοὺς γάρ ἐστιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τίς τῶν ἐκδικήσεων ὁ Θεὸς ἀλλ' ἢ πάντων ὁ κριτὴς ὁ ἡμέτερος, ὁ Χριστὸς δηλαδή. φησὶ γὰρ, ὁ Πατὴρ οὐδένα κρίνει, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ. αὐτὸς τοίνυν ἐπαρ-

quorum etiam orationem in progressu proponit. Orationi autem adiungit quoque consolationem & solatium, anticipans supplicationem eorum qui persecutionem patiuntur, & labores ipsorum præmitigans, ac rebus ipsis ostendens in ijs impletum esse illud, *Adhuc loquente te dicam Ecce adsum*, confidite. Est enim Dominus in quo speratis Deus Creator, & Conditor, & Saluator, & Beneficus, & Iudex, & Pater miserationum, & Deus totius consolationis, & longanimis, & multæ misericordiæ, & millenas alias habens diuinas appellationes. CATENA PATRVM.

GREGORII NYSSENI. Mysterium quod hoc Psalmo continetur passionis dispensationem prædicit. Cùm quintâ enim Sabbati Iudæ proditio contigerit, die præcedenti is qui vniuersum orbem per semetipsum redimebat à proditore quodammodò venditur, vt sua venditione eos qui à peccato venditi erant redimeret. *Iudas Feria quarta Christum prodidit.*

1. DEVS VLTIONVM DOMINVS.] GREGORII NYSSENI. Ipsi enim curæ sunt res humanæ, vt & dignam pœnam iniquis irroget, eosque iudicet ac iustè puniat. Oportet enim cuilibet reddere secundùm opera eius. *Deus ultus Iudex & vindex*

ANONYMI. Deus naturâ suâ noster Dominus est, & idcircò liberè agit tamquam Deus vindex iniquorum, atque disertè ac cum libertate per Prophetas suos hoc prædicat.

DIODORI. Deus vltionum cùm sit Dominus, in ipsa vltione liberè egit. Cùm enim exactè nouerit actiones eorum qui iudicandi sunt, & simul animi propositum quo hæc operantur, cum libertate atque fiducia irrogat vltiones; vbi alij iudices quandoque falluntur ita vt secundùm proporcionem quantitatis peccatorum non infligant supplicium: in quo etiam contingit iudicem pudore suffundi, vt qui non competenter in malitiâ deprehensos puniat, cùm solus is in vlciscendo liberè agere possit qui dicit: *Quâ mensurâ mensi fueritis remetietur vobis*. Reddit enim vnicuique secundùm opera sua. Matth. 7, 2. Rom. 2, 6.

ANONYMI. Quis vltionum Deus nisi omnium Iudex noster, scilicet Christus. Ait enim: *Neque Pater iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit Filio*. Hic itaque liberè Ioan. 5, 22. *Christus vniuersorum Iudex.*

 egit;

CATENA PATRVM. *egit*; id est, manifestatus est. Libertatem enim appellauit manifestationem.

2. Exaltare qui iudicas terram.]

Didymi. Ostende omnibus dominationis tuæ celsitudinem, & superborum supercilium dissolue, per experientiam docens te totius orbis esse Iudicem, qui superbis resistit, & conuenientem ipsis irrogat vltionem. Hæc omnia etiam ad Christi aduentum referri possunt. Tunc enim liberè egit cùm esset homo impeccabilis; quin imò Deus quoque vltionum Dominus existeret. Sed & terram iudicauit, ostendens illam esse peccati plenam, cùm ipse peccatum non fecerit, neque peccatum cognouerit. Quapropter etiam retribuit superbis Pharisæis & hostibus inuisibilibus qui in eius crucifixione efferebantur.

Anonymi. Hortatur vt per crucem dispenset altitudinem, de qua ipse dixit: *Cùm exaltatus fuero omnia traham ad meipsum.* (Ioan. 12, 32.) Tunc enim reuerà superbis aduersariis Principatibus reddidit retributionem: quoniam per crucem Principatus ac Potestates traducens, vti Paulus ait, triumphauit. (Col. 2, 15.) Aliter etiam alias per crucem ipsis retributiones præstitit, quando per lignum è medio sublati fuerunt qui per lignum Adamum seduxerant.

3. Vsquequo peccatores Domine?]

Athanasii. Quinam porrò hi sunt? vtique Scribæ & Pharisæi, qui Christum contemnere ausi sunt.

Anonymi. Propheta Spiritus sancti instinctu ante orationem ponit responsionem, & propter eorum quæ in oratione continentur præscientiam, id quod post orationem dicturus erat anticipat: etenim ea quæ ad Dei supplicationem spectant inchoat ab illo, *Exaltare qui iudicas terram.* Hic sermo igitur ait, Ex quo hominum vita constare cœpit, ex tunc peccatores iustos opprimere cœperunt; (*A mundi principio peccatores oppresserunt iustos.*) vt Cain Abelem, & in diluuio gigantes cæteros qui apud ipsos erant; quin & Esau Iacobum, & Iosephum fratres eius: atque ita tempora peruoluens, reperies in qualibet generatione peccatores aduersus iustos insurrexisse. Vsquequo igitur Domine hoc erit, vt glorientur in impietatibus suis, & non sileant ea quæ patrant? Qui enim à prauis facinoribus minimè abstinent, quomodo illi à verbis abstineant? Idcirco istiusmodi loquuntur

ἐπαῤῥησιάσατο· τουτέστιν, ἐφανερώθη. παῤῥησίαν γὰρ ἐκάλεσε τὴν φανέρωσιν.

β'. ΥΨΩΘΗΤΙ Ο ΚΡΙΝΩΝ ΤΗΝ ΓΗΝ.]

ΔΙΔΥΜΟΥ. Δεῖξον ἅπασι τῆς δεσποτείας τὸ ὕψος, καὶ κατάλυσον τὴν τῶν ἀλαζόνων ὀφρύν, διδάσκων διὰ τῆς πείρας ὅτι σὺ εἶ τῆς οἰκουμένης κριτής, ὁ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν αὐτοῖς κόλασιν ἀποδιδούς. Ἀναχθείη ταῦτα πάντα καὶ εἰς τὴν Χριστοῦ ἐπιδημίαν. Τότε γὰρ ἐπαῤῥησιάσατο ἀναμάρτητος ἄνθρωπος γενόμενος· κρίτης θεὸς ἐκδικήσεων ὁ κύριος ὤν. Ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἔκρινεν, ἁμαρτίας πλήρη αὐτὴν ἀποδείξας, αὐτὸς ἁμαρτίαν οὐ ποιήσας, οὐδὲ γνοὺς ἁμαρτίαν. Διὸ καὶ ἀνταπέδωκε τοῖς ὑπερηφάνοις Φαρισαίοις καὶ τοῖς ἀοράτοις ἐχθροῖς ἐπαρθεῖσιν ἐν τῷ σταυροῦσθαι αὐτόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὕψος τὸ διὰ τοῦ σταυροῦ οἰκονομηθὲν προτρέπεται, περὶ οὗ αὐτὸς ἔλεγεν· ὅταν ὑψωθῶ πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. Τότε γὰρ τοῖς ὄντως ὑπερηφάνοις ταῖς ἀντικειμέναις ἀρχαῖς ἀποδέδωκεν ἀνταπόδοσιν· ἐπειδὴ διὰ σταυροῦ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας δειγματίσας, καθά φησιν ὁ Παῦλος, ἐθριάμβευσεν. Ἄλλως τε καὶ ἑτέρας ἐπ' αὐτοῖς ἀνταποδόσεις διὰ τοῦ σταυροῦ πεποίηκεν, ὅτι ξύλῳ καθῃρέθησαν οἱ διὰ ξύλου τὸν Ἀδὰμ ἀπατήσαντες.

γ'. ΕΩΣ ΠΟΤΕ ΑΜΑΡΤΩΛΟΙ ΚΥΡΙΕ;]

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Καὶ τίνες οὗτοί εἰσιν; οἱ γραμματεῖς δηλονότι καὶ Φαρισαῖοι, οἱ τολμήσαντες ἐξουθενῆσαι Χριστόν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ μὲν προφήτης πνεύματι ἁγίῳ πρὸ τῆς εὐχῆς τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, καὶ προλαμβάνει τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι μετὰ τὴν εὐχήν, διὰ τὴν πρόγνωσιν τῶν ἐν τῇ εὐχῇ περιεχομένων· τά γε μὴν τῆς ἱκετηρίας [illegible] ἀπὸ τοῦ, Ὑψώθητι ὁ κρίνων τὴν γῆν ἄρχεται. Φησὶ τοίνυν ὁ λόγος, ἀφ' οὗπερ ὁ τῶν ἀνθρώπων ἤρξατο συνίστασθαι βίος, ἀπὸ τότε ἁμαρτωλοὶ κατισχύειν τῶν δικαίων ἤρξαντο· ὡς Κάϊν τοῦ Ἄβελ, καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ γίγαντες τῶν παρ' αὐτοῖς δικαίων, [illegible] τοῦ Ἰακώβ, καὶ τοῦ Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοί· καὶ [illegible] τοὺς χρόνους, εὕροις ἂν καθ' ἑκάστην γενεὰν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπανισταμένους τοῖς δικαίοις. Ἕως πότε οὖν ὦ κύριε τοῦτο ἔσται, [illegible] ἐγκαυχῶνται ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν, καὶ μηδὲ παύονται ἐφ' οἷς πράττουσιν; Οἱ γὰρ ἔργων πονηρῶν μὴ φειδόμενοι, λόγων ἀδίκων πῶς φείσονται; Διόπερ λαλοῦσιν,

ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις ὀλισθῆσαι προξενοῦνται· ποτὲ μὲν λέγοντες, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά· ποτὲ δὲ, φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· καὶ πάλιν, Οὐκ ἐφορᾷ κύριος τὴν γῆν. καὶ ὅσα τοιαῦτα παρὰ τῶν προφητῶν κατηγορηθέντες εὑρίσκονται.

ε. ΤΟΝ ΛΑΟΝ ΣΟΥ ΚΥΡΙΕ ΕΤΑΠΕΙΝΩΣΑΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐκάκωσαν γὰρ ἀληθῶς τὸν τοῦ Θεοῦ κλῆρον· οὐ γὰρ συνεχώρησαν αὐτοῖς ἐπιγνῶναι Χριστὸν, οὐδὲ τῶν ἐκ πίστεως μετασχεῖν ἀγαθῶν. Ὅταν δὲ ποιμὴν ἐπιβουλεύσῃ προβάτοις, καὶ ὁ τῆς ἀγέλης ἡγούμενος οὐδένα ποιῆται τὸν λόγον τῶν ποιμνίων, τότε καλεῖται πρὸς δικαίας ὀργὰς ὁ τῆς ἀγέλης δεσπότης. Τοῦτο πεπονθότας Ἰουδαίους εὑρήσομεν ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις καθηγηταῖς.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Διττὸν αὐτοῖς ὁ λόγος ἐπιφέρει τὸ αἰτίαμα. Οὐ γὰρ ἀδικοῦσι μόνον τοὺς ἀσθενεστέρους, καὶ οὓς ἦν εἰκὸς ἐλεεῖσθαι μᾶλλον, τούτοις ἀφορήτοις περιβάλλουσι συμφοραῖς· (τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἀπέκτειναν·) ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ἀνωτάτω βλασφημοῦσι φύσιν, μὴ ἐφορᾷν αὐτὴν λέγοντες τὰ ἀνθρώπινα, μὴ μὴν ἐπισκέπτεσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς. Ἑλλήνων μὲν τῶν ἀθέων ἡ τοιαύτη δόξα, τῶν μήτε εἰδότων τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, μήτε νοεῖν ἀνεχομένων ὅτι τοῖς αὐτοῦ νεύμασι διοικεῖται τὰ πάντα. ἀλλὰ νενοσήκασι τινὲς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ τὴν τοιαύτην ἀπόνοιαν.

ζ. ΚΑΙ ΕΙΠΑΝ, ΟΥΚ ΟΨΕΤΑΙ ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ταῦτα κἂν μὴ λέγωσι τῇ γλώττῃ οἱ ἅρπαγες καὶ παράνομοι, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ λέγουσι.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ἐλέγχων αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν ὁ Θεὸς οὐκ εὐθὺς ἐπήγαγε τὰ τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἀπαράβλητον ἔχων τὴν ἡμερότητα, χαρίζεται μᾶλλον αὐτοῖς τῆς παιδείας τὸ φάρμακον, καὶ τὸν τῆς κατηχήσεως ἐξαρτύει λόγον, Σύνετε δὴ ἄφρονες. ἀντὶ λέγων· κἂν ὀψὲ ἢ καὶ νῦν γοῦν φρονήσατε, ἐκεῖνο καθ' ἑαυτοὺς ἐννοοῦντες, Ὁ φυτεύσας ἑτέροις ἀκοὴν αὐτὸς οὐκ ἀκούει; ὁ πλάσας ἡμῖν ὀφθαλμὸν οὐχ ὁρᾷ; ὁ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς αὐτὸς ἐστέρηται τούτων; Οὐκοῦν τὰς τῶν ἀσυνέτων αὐτοὺς γνώμας μὴ μεταδιώκωμεν λέγοντος τοῦ παροιμιαστοῦ; Ὀρθὰς τροχιὰς ποίει τοῖς ποσί, καὶ τὰς ὁδούς σου κατεύθυνον. Ἐνώπιον γάρ εἰσι τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρός· εἰς δὲ πάσας τὰς τροχιὰς αὐτοῦ

bus etiam alijs lapsum persuadeant; modò quidem dicentes, *Faciamus mala vt veniant bona*; modò verò, *Edamus & bibamus; cras enim moriemur*; & iterùm, *Non respicit Dominus terram*. Et similia quæcumque apud Prophetas dixisse reperiuntur. CATENA PATRVM. Isaiæ 22, 13.

5. POPVLVM TVVM DOMINE HVMILIAVERVNT.] ANONYMI. Reuerà enim Dei hereditatem vexauerunt: nam non permiserunt vt ipsi Christum agnoscerent, neque vt fidei bona participarent. Quando autem pastor ipse ouibus insidiatur, & gregis rector nullam ouium curam gerit, tunc gregis Dominus ad iustas iras prouocatur. Hoc Iudæis vnà cum præceptoribus suis contigisse reperiemus.

ALTERIVS. Hic sermo geminum ipsis crimen impingit. Non solùm enim imbecillioribus iniuriam faciunt, & quorum potiùs misereri oportebat, illos intolerandis ærumnis obijciunt; (hoc enim declarat vox illa *occiderunt*;) verùm etiam in ipsammet supremam naturam blasphemant dicentes, ipsam res humanas minimè considerare, neque nostratia intueri. Impiorum gentilium est istiusmodi opinio, qui neque verum naturâ Deum agnoscunt, neque in animum suum inducunt eius nutibus omnia gubernari. Istiusmodi autem vesanâ perfidiâ nonnulli quoque Israelitæ laborarunt. *Impij censent Deum non curare res humanas.*

7. ET DIXERVNT, NON VIDEBIT DOMINVS.] ATHANASII. Hæc licet illi furciferi atque scelesti linguâ suâ non proferant, mente tamen dicunt.

DIODORI. Deus peccatum eorum increpans non statim iram irrogauit, sed tamquam bonus & clemens, & incomparabili præditus mansuetudine, correctionis potiùs pharmacum ipsis præbet, & institutionis sermonem inchoat dicens, *Intelligite insipientes*. quasi dicat: Licet serò vel etiamnum aliquando sapite, hoc apud vosmetipsos recogitantes, *Qui plantauit* alijs *aurem ipse non audit? Qui finxit* nobis *oculum non videt?* Qui nobis bonorum omnium auctor est ipsemet his priuatus sit? Itaque imprudentium opiniones deserentes recordemur Parœmiastæ dicentis: *Rectas orbitas fac tuis pedibus, & vias tuas dirige*. Nam coram oculis Dei sunt viæ viri; in omnes autem orbitas eius ipse Prou. 4. 26.

 consi-

CATENA PATRVM.

consideratur. Hoc modo constituti rectam & immaculatam vitam viuemus, quasi Deo aspiciente.

10. QVI CORRIPIT GENTES NON ARGVET?] TIMOTHEI. Id est, qui percutit, & flagellat, & corrigit, & ad meliorem frugem reducit.

A corruptibilibus & transitorijs ad res aeternas & permanentes cogitatio traducenda.

EVSEBII. Vult eos quidem qui in terra sunt à vanitate & temporarijs, ac corruptibilibus atque caducis rebus abstinere; praeferre verò potiùs illa quae firma sunt ac permanentia, & ad vitam conducunt sempiternam. Cogitationes autem hîc vocat illas quae in mente resident, siue concupiscentias, quas erga rem quamlibet aliqui habent.

EIVSDEM. Persuasus ego & credens his dictis, quoniam cogitationes hominum vanae sunt, meritò illum solum beatum esse existimo, qui à sapientia & eruditione tua tamquam è fonte participat. Quomodo autem quis particeps fiat eruditionis tuae nisi diuinâ tuâ lege institutus?

Doctrina Moysis non sanctificabat vt Christi eruditio.

12. BEATVS HOMO QVEM TV ERVDIERIS.] ANONYMI. Moyses quidem veteres erudiuit legales ipsis ceremonias tradens, sed non erant beati: siquidem non habebant iustitiam quae est in fide, neque sanctificationem quae est in Spiritu. Verè autem beati illi qui in Christo perfecti sunt, & ab ipso per Spiritum sanctum illustrari meruerunt, & exactam mysteriorum eius notitiam obtinuerunt.

ALTERIVS. Peccatorum autem amatoribus fouea fodietur; nam ad infernum detrudentur, vt cum satana crucientur.

14. QVIA NON REPELLET DOMINVS POPVLVM.] ANONYMI. Non enim semper permisit nos in peccati foueas deturbari, sed eripuit & seruauit nos iniuriarum immemori gratiâ iustificans impios, & ab omni sorde liberans coinquinatos.

15. QVOADVSQVE IVSTITIA CONVERTATVR IN IVDICIVM] EVSEBII. Insinuat hic sermo Dei ac Saluatoris nostri Incarnationem & Iudaeorum negationem. Iustitiam enim Dominum Christum appellauit: siquidem ipse Sol iustitiae nuncupatur, atque de ipso beatus Paulus ait: *Qui* [*] *datus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, &*

1\. Cor. 1. 30.
[*] *Vulgata factus*

σπονδήν. Οὕτω διακείμενοι τὸν ὀρθὸν καὶ ἀμώμητον διαζήσομεν βίον, ὡς ἐφορῶντος Θεοῦ.

ι. Ο ΠΑΙΔΕΥΩΝ ΕΘΝΗ ΟΥΧΙ ΕΛΕΓΞΕΙ;] ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Τουτέστιν, ὁ πλήττων, καὶ μαστίζων, καὶ σωφρονίζων, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν τὴν βελτίονα ἐπανάγων.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Βούλεται ματαιότητος μὲν ἀποστῆναι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς καὶ προσκαίρων καὶ φθαρτῶν, καὶ ἀπολλυμένων πραγμάτων· ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὰ πεπηγότα καὶ μόνιμα, καὶ εἰς ζωὴν ἀποφέροντα τὴν αἰώνιον. Διαλογισμοὺς δέ φησιν ἐν τούτοις τὰς ἐνθυμήσεις, ἤτοι τὰς ἐπιθυμίας, ἃς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ποιοῦνταί τινες.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Πεισθεὶς ἐγὼ καὶ πιστεύσας τοῖς εἰρημένοις, καὶ ὅτι διαλογισμοὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ μάταιοι, εἰκότως ἐκεῖνον μόνον μακάριον εἶναι ἡγοῦμαι, τὸν ἀπὸ τῆς σῆς σοφίας καὶ παιδεύσεως ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς μεταλαμβάνοντα. Πῶς δὲ μεταλάβοι ἄν τις τῆς σῆς παιδείας ἢ τῷ νόμῳ σου τῷ θείῳ μαθητευθείς;

ιβ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΝ ΑΝ ΠΑΙΔΕΥΣΗΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπαίδευε μὲν τοὺς ἀρχαιοτέρους ὁ Μωσῆς τὰς νομικὰς αὐτοῖς παραδοὺς λατρείας, ἀλλ' οὐκ ἦσαν μακάριοι· οὐ γὰρ εἶχον τὴν ἐν πίστει δικαιοσύνην, οὐδὲ τὸν διὰ τοῦ πνεύματος ἁγιασμόν. Μακάριοι δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς οἱ ἐν Χριστῷ τελειούμενοι, καὶ τὸν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωτισμὸν παρ' αὐτοῦ κερδαίνοντες, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ μυστηρίων ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν καταπλουτήσαντες.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Τοῖς φιλαμαρτήμοσι δὲ ὁ βόθρος ὀρυχθήσεται· κατακρημνισθήσονται γὰρ εἰς ᾅδου, κολασθησόμενοι σὺν τῷ σατανᾷ.

ιδ. ΟΤΙ ΟΥΚ ΑΠΩΣΕΤΑΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΟΝ ΛΑΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ μέχρι παντὸς συγκεχώρηκεν ἡμᾶς τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἐμπεσεῖν βόθρους, ἀλλ' ἐξείλετο καὶ σέσωκεν ἀμνησικάκῳ χάριτι δικαιώσας τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ῥύπου παντὸς ἀπαλλάξας τοὺς μεμολυσμένους.

ιε. ΕΩΣ ΟΥ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΕΠΙΣΤΡΕΨΗ ΕΙΣ ΚΡΙΣΙΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Αἰνίττεται ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἄρνησιν. Δικαιοσύνην γὰρ ἐκάλεσε τὸν δεσπότην Χριστόν· αὐτὸς γὰρ ἥλιος δικαιοσύνης ὠνόμασται, καὶ περὶ αὐτοῦ ὁ μακάριος φησὶ Παῦλος· ὃς ἐδόθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπο-

ἀπολύτρωσις. ὁ τοῦ Θεοῦ τοίνυν μνημονεύσας προνοίας εἰρηκὼς, ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ· καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ οὐκ ἐγκαταλείψει· καὶ τὴν ἐσομένην αὐτῶν προθεασάμενος ἄρνησιν, εἰκότως ἐπήγαγεν· ἕως οὗ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν. ἕως γὰρ ἀρνηθῶσι τῆς δικαιοσύνης τὴν ἐπιφάνειαν, τῆς ἄνωθεν τεύξονται προμηθείας.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Δικαιοσύνην μὲν ὀνομάζει Χριστόν· ἐπιστρέψειν δέ φησιν εἰς κρίσιν αὐτόν· ἀνελήφθη μὲν γὰρ πατήσας τὸν θάνατον, καὶ ἀνέβη πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ Θεὸν, ἀλλ' ἐπιστρέψει κατὰ καιροὺς εἰς κρίσιν, καὶ σὺν αὐτῷ πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, τουτέστιν οἱ ἅγιοι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπιστρέψει εἰς κρίσιν· τουτέστιν, ἐξ οὐρανοῦ παραγενήσεται ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Τότε γὰρ, φησὶν, ὅταν ἡ δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν, ἐχόμενοι αὐτῆς ἔσονται, τουτέστιν ἐγγύς· καὶ περὶ αὐτὴν, ἤτοι σὺν αὐτῇ, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ, τουτέστιν οἱ δίκαιοι.

ιϛ'. ΤΙΣ ΑΝΑΣΤΗΣΕΤΑΙ ΜΟΙ ΕΠΙ ΠΟΝΗΡΕΥΟΜΕΝΟΙΣ;] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πόλεμον ἡμῖν ἰσχυρὸν καὶ λίαν ἀκμάζοντα πρὸς τὰς πονηρὰς δυνάμεις ὁ προφήτης αἰνίττεται, καὶ μονονουχὶ τὸ τοῦ Παύλου λέγει· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μαχομένῳ μοι, φησὶ, κατὰ τῶν πονηρευομένων τίς συναντήσεται; ἢ τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν; καὶ οὐκ ἀγνοούντων ἐστὶν ἡ φωνὴ, ἀλλ' εὖ εἰδότων καὶ πεπιστευκότων ὅτι πάντη τε καὶ πάντως συμπαραστάτην ἕξουσι Χριστὸν, καὶ αὐτὸς αὐτοὺς ἐξελεῖται, καὶ κρείττονας ἀποφανεῖ τῆς τῶν ἐχθρῶν δυστροπίας.

ιζ'. ΕΙ ΜΗ ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΟΗΘΗΣΕ ΜΟΙ.] ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Παρακαλεῖ ὁ Θεὸς τοὺς καμνόντας ὑπὲρ ἀρετῆς, τοὺς πονοῦντας δι' εὐσέβειαν, τοὺς κατορθοῦν ἐθέλοντας τὴν ἀρέσκουσαν αὐτῷ πολιτείαν, τοὺς κατανεκροῦντας τὸ κίνημα τῆς σαρκὸς, καὶ μαχομένους τοῖς ἰδίοις θελήμασιν, ἕως ἂν τὸ σπουδαζόμενον κατορθώσωσιν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πόδα δέ φησιν ἐν τούτοις οὐ τὸν τοῦ σώματος (μὴ γὰρ τοῦτο ὑπολάβῃς) ἀλλὰ τὴν τῆς διανοίας ῥοπὴν, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν θέλησιν, ἀφ' ἧς ἐφ' ἕκαστον τῶν πρακτέων ἐρχόμεθα. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν πεπίστευται τῆς ἑαυτοῦ

redemptio. Cùm itaque diuinæ prouidentiæ mentionem fecisset dicens, *Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet*; & futuram ipsorum negationem præuidisset, meritò subiunxit: *Quousque iustitia conuertatur in iudicium*. Donec enim iustitiæ apparitionem negauerint, supernâ prouidentiâ fruentur. CATENA PATRVM.

ATHANASII. Iustitiam quidem vocat Christum: ait autem ipsum ad iudicium reuersurum: nam conculcatâ morte assumptus est, & ad cælestem Patrem ac Deum ascendit, sed post præstituta tempora reuertetur ad iudicium, & cum eo omnes recti corde, id est Sancti. *Christus qui iustitia est, reuertetur ad iudicium faciendum.*

ANONYMI. Reuertetur ad iudicium: id est, de cælo adueniet in gloria Patris sui cum sanctis Angelis, vt iudicet orbem terrarum in iustitia. Quando, inquit, *iustitia conuertetur in iudicium, iuxta illam erunt*, scilicet propinqui; & circa illam, siue cum illa, *omnes recti corde*, id est iusti.

16. QVIS EXVRGET MIHI ADVERSVS MALIGNANTES?] APOLINARII. Bellum nobis validum & valdè feruens aduersus malignas virtutes Propheta insinuat, & tantum non illa Pauli dicit: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes ac potestates*, &c. Ephes. 6, 12.

ANONYMI. Mihi, inquit, aduersus malignantes dimicanti quis suffragabitur? Vel quis consistet aduersus operantes iniquitatem? Hæc vox non est ignorantium, sed rectè scientium & credentium se omnino ac semper Christum auxiliatorem habituros, atque illum ipsos erepturum, & inimicorum versutiâ superiores ostensurum.

17. NISI QVIA DOMINVS ADIVVIT ME.] DIODORI. Solatur Deus eos qui laborant pro virtute, qui vexantur pro Religione, qui beneplacitum eius perficere volunt, qui carnis motus mortificant, & proprijs voluntatibus repugnant, donec id quod satagunt consummauerint.

ANONYMI. Pedem autem non corporis hîc dicit (neque enim hoc opineris) sed mentis propensionem, atque animi voluntatem, quâ ad quidlibet agendum accedimus. Vnicuique enim mentis suæ gubernaculum *Qui sint pedes mentis.*

con-

CATENA PATRUM.

concreditum est. Itaque amator castitatis, & qui Deo gratissimam exercet continentiam, sæpenumerò commouetur dum satan ipsum, vti assolet, ad absurdas instigat voluptates; verumtamen opitulatur & seruat Deus.

19. Secundum multitudinem dolorum meorum.] Anonymi. Hoc etiam periti Medici est, vt accommodata vulneribus medicamenta adhibeat. Dolores autem in corde dixit tristitias de proprijs peccatis ex conuersione & contritione ortas, siue ex peccatorum rebus prosperis acceptas, siue inuasiones nobis iniustè illatas: quibus omnibus opportunè Deus adhibet consolationem.

Non adhæret Deo sedes iniquitatis.

20. Numquid adhærebit tibi sedes iniquitatis?] Didymi. Tu cùm Creator noster sis ô Domine, vtique etiam nostri curam geris; vnde si quid adsit nobis boni, scimus id ipsum quantumcumque est à te etiam existere. Verùm cùm videamus prauos aliquos aduersus iustos vociferari, atque innocentes condemnare, ad te exclamamus: numquid alia quædam sedes Regni adest aut adhærebit tibi, quòd hæc contra seruos tuos perpetrentur? Verumtamen non adhæret tibi sedes iniquitatis. Legem enim omnium Reginam ostendisti, secundùm quam vniuersum hoc gubernatur. Etsi igitur diabolus iniquè imperare tentauerit tuorum factus apostata mandatorum, non adest neque adhærebit tibi, sed cùm defecerit, & longè à te recesserit, instar latronum principis tyrannicè opprimit illos qui crudeli eius imperio sese subdiderunt. Sedes enim iniquitatis est tyrannicus principatus. Idcircò cùm crudelissimus & onerosus sit, onera quoque per eam molesta præcipit, laborem præceptis suis adnectens. Verùm mandata tua Deus grauia non sunt, quæ extollũt & eleuant cultorem suum. Quapropter cohibe ipsos ab immani illa in nos ira.

Diabolus virtuti laborem affingit.

Anonymi. Satanas enim omni diuino mandato laborem affingit; nam minimè sinit illos qui virtutem colere cupiunt, vt facilè hoc peragere possint, sed insidiatur & insultat, atque in foueas iniquitatis pertrahere molitur illos qui puram religiosissimamque vitam instituere satagunt. *Fingit itaque laborem in præcepto*, diuinis nempe mandatis repugnando, neque viros probos eadem obser-

ἀκρασίας τὸ πηδάλιον. Οὐκοῦν ὁ μὲν τῆς τῆς ἁγνείας ἐραστὴς, καὶ τὴν θεοφιλεστάτην ἐγκράτειαν ἀσκῶν ὑποσαλεύεται, πολλάκις καταστρέφοντος τοῦ σατανᾶ, προστιθέντος, πρὸς ἀτόπους ἡδονάς· πλὴν ἐπαμύνει καὶ σώζει ὁ Θεός.

ιθ'. Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου.] Ἀνωνύμου. Ἰατροῦ καὶ τοῦτο ἐπιστήμονος, ἀνάλογα τοῖς τραύμασιν ἐπιβάλλειν τὰ φάρμακα. ὀδύνας δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ εἶπε τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τοῖς οἰκείοις λύπας τὰς γινομένας ἐκ ἐπιστροφῆς καὶ κατανύξεως, εἴτε τὰς ἐπὶ ταῖς διαπραγίαις τῶν ἁμαρτωλῶν, εἴτε τὰς ἐπιφερομένας ἡμῖν ἀδίκους ἐπαγωγάς· αἷς ἀναλόγως πάσαις ὁ Θεὸς παρέχει τὴν παράκλησιν.

κ'. Μὴ συμπροσεσέτω σοι θρόνος ἀνομίας;] Διδύμου. Σὺ δημιουργὸς ἡμῶν ὑπάρχων, καὶ δὴ καὶ φροντίζεις ἡμῶν ὦ δέσποτα· ὅθεν εἴ τι πάρεστιν ἡμῖν ἀγαθὸν, ἴσμεν αὐτὸ ὅσον καὶ παρὰ σοῦ εἶ. ἀλλ' ἐπεὶ ὁρῶμεν φαύλους τινὰς κατὰ τῶν δικαίων φωνοῦντας, καὶ ἀθῴους καταδικάζοντας, ἀναφθεγγόμεθα πρὸς σέ· Μὴ ἕτερος θρόνος βασιλείας συνέστη σοι ἢ προσέσται σοι, ὅτι ταῦτα κατὰ τῶν θεραπόντων ἐπιτελεῖται; ἀλλ' οὐ πρόσεστί σοι ἀνομίας θρόνος. νόμον γὰρ τῶν πάντων βασιλέα ἀπέδειξας, καθ' ὃν τὸ πᾶν διοικεῖται. κἂν τοίνυν παρανόμως ἄρχειν ἐπιχειρῇ διάβολος ἀποστάτης τῶν σῶν προσταγμάτων γενόμενος, οὐ συνέστιν οὐδὲ προσέσται σοι, ἀλλ' ἀποστὰς, καὶ μακρὰν σου γενόμενος, λῃστάρχου δίκην τυραννεῖ κατὰ τῶν ὑπομείναντων τὴν ὠμότητα αὐτοῦ τυγχάνειν. θρόνος γὰρ ἀνομίας ἡ κατὰ τυραννίδος ἀρχή. Διὸ καὶ ὠμότατος καὶ ἐπαχθὴς ὢν, βαρέα καὶ ἐπίμοχθα προστάττει, συμπεριφέρων τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ κόπον. Ἀλλ' αἱ ἐντολαί σου τοῦ Θεοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσὶν, ἀνυψοῦσαι καὶ μετεωρίζουσαι τὸν μετερχόμενον. διὸ κώλυσον αὐτοὺς τῆς ὠμοτάτης καθ' ἡμῶν ὀργῆς.

Ἀνωνύμου. Ἐπὶ γὰρ παντὶ θείῳ προστάγματι πλάσσει κόπον ὁ σατανᾶς· οὐ γὰρ ἐᾷ τοὺς κατορθοῦν ἐθέλοντας τὴν ἀρετὴν, εὐκόλως τοῦτο διανύειν δρᾶν, ἐπιβουλεύει δὲ καὶ ἐπιπηδᾷ, καὶ εἰς τοὺς τῆς ἀνομίας βόθρους κατασύρειν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἐθέλοντας τὴν ἁγνὴν καὶ εὐσεβεστάτην κατορθοῦσαι ζωήν. Πλάττει τοίνυν κόπον ἐπὶ προστάγματι, μαχόμενος δηλονότι ταῖς θείαις ἐντολαῖς, καὶ οὐκ ἐῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας κα-

τορθοῦν

πορεῦσαι αὐτοῖς. Ἀποτραχύνει δὲ μᾶλλον τῆς εὐσεβείας τὴν ὁδὸν, λειοτάτην οὖσαν καὶ εὐτροχωτάτην τοῖς ἐθέλουσι βαδίζειν αὐτήν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δυνατὸν δὲ καὶ οὕτως ἐκλαβεῖν. Σὺ δ' ὥσπερ κοῦφα καὶ ἐλαφρὰ προστάττοντος, κόπους ἐπὶ τοῖς σοῖς προστάγμασι πλάττει ὁ τῆς ἀνομίας θρόνος, δειλίαν καὶ τὰ ἐναντία τοῖς προσταχθεῖσιν ὑποβάλλων τῇ διανοίᾳ. Τοῦ γὰρ ὀρθοῦ λόγου προτρεπομένου ἐπὶ δικαιοσύνην, ὡς ὠφέλιμον τὴν ἀδικίαν ἀντίθησι, κέρδη καὶ πορισμοὺς τὰ ἐκ ταύτης πάλιν προτείνων. Τοῦ λόγου ἐπ' ἀκτημοσύνην παρακαλοῦντος καὶ ἀμεριμνίαν, καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ προστάγματι πλάττει κόπον δειλίας, ἐννοίας λογισμὸν καὶ φόβον, τοῦ μὴ στερηθῆναι τῶν ἀναγκαίων νόσου καὶ γήρως μεταλαμβανόντων.

κά. ΘΗΡΕΥΣΟΥΣΙΝ ΕΠΙ ΨΥΧΗΝ ΔΙΚΑΙΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἐπιβουλεύουσι γὰρ τοῖς ἁγίοις οἵ τε πονηροὶ καὶ ἀλιτήριοι δαίμονες, καὶ ἄνθρωποι σὺν αὐτοῖς ἄδικοι καὶ βδελυρώτατοι, καὶ θεοστυγεῖς· οἷς τὰ ἐκείνων μέλει φρονεῖν· καὶ πολυτρόπους ἱστῶσι παγίδας· ἀλλ', ὥς φησιν ὁ Σολομῶν, οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας. Ἐξαιρεῖται γὰρ καὶ σώζει Θεὸς τοὺς ἀνακειμένους αὐτῷ, ὥστε καὶ χαίροντας ἐπὶ τούτῳ λέγειν· ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὡς στρουθίον ἐρρύσθη ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων· ἡ παγὶς συνετρίβη, καὶ ἡμεῖς ἐρρύσθημεν.

κγ'. ΚΑΙ ΑΠΟΔΩΣΕΙ ΑΥΤΟΙΣ ΤΗΝ ΑΝΟΜΙΑΝ] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὁ Θεὸς, φησὶν, ἐμοὶ μὲν βοηθὸς καταφυγή μου γενόμενος· τοῖς δὲ θηρεύουσι τὴν ψυχὴν τοῦ δικαίου, καὶ αἷμα ἀθῷον καταδικάζουσιν, ἀποδώσει τὴν ἀνομίαν αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτῶν στρέψει κατ' αὐτῶν ἐν τῷ τῆς δικαιοκρισίας καιρῷ, ὅτε καὶ ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Τοῦτο δικαίου κριτοῦ ἀποδοῦναι τὴν ἀνομίαν τούτοις οἵπερ αὐτῆς τὴν αἰτίαν δεδώκασιν. Ἀνομίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν ἡτοιμασμένην ἐπ' αὐτοῖς τιμωρίαν ἐκλάμβανε. Διόπερ ἡ ε' καὶ ς' ἔκδοσις τὰς ὀδύνας αὐτῶν φασιν. Ἀλλὰ πῶς αὐτοῖς ἀποδίδωσιν; ἀφανιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μεγίστην γὰρ ταύτην οἱ πονηροὶ τιμωρίαν ὑφίστανται, ὅταν αὐτοί τε ἐκ μέσου καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἀρθῶσιν, ὅταν μηκέτι τρέφωνται ταῖς τῶν ἀνθρώπων διαφθοραῖς καὶ προσκόμμασιν. Ἀφανιεῖ τοίνυν αὐτοὺς οὐκ

nare permittens. Asperiorem verò reddit viam pietatis, cùm ex se leuissima & ad decurrendum expeditissima sit eam ingredi volentibus. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Ceterùm potest etiam accipi hoc modo. q. d. Cùm tu Domine leuia faciliaque præcipias, sedes iniquitatis fingit labores in præceptis tuis, tristitiam & præceptis contraria menti obijciens. Cùm enim recta ratio ad iustitiam hortetur, iniquitatem tamquam vtilem opponit, ex hac iterùm lucra & prouentus promittens. Dum ratio paupertatem & curarum vacuitatem persuadet, etiam istiusmodi præcepto affingit laborem pusillanimitatis, ingerens cogitationem & metum, ne necessarijs destituamur morbo ac senectute succedentibus. *Diabolus conatur per fictos labores à virtute reuocare.*

21. CAPTABVNT IN ANIMAM IVSTI.] ANONYMI. Viris enim sanctis insidiantur praui atque impostores dæmones, atque vnà cum illis homines iniusti & execrabiles, Deoque inuisi; quibus curæ est vt ea quæ ipsorum sunt sapiant, atque multimodos laqueos nectunt: sed, vt Salomon ait, *non consequetur dolosus venationes*. Eruit enim & seruat Deus eos qui ipsi adhærent, ita vt etiam lætantes in ipso dicant: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus.*

Prou. 12, 27.

Psal. 123, 7.

23. ET REDDET ILLIS INIQVITATEM.] ANONYMI. Deus quidem, inquit, mihi opitulabitur refugium meum factus; at venantibus animam iusti, & sanguinem innocentem condemnantibus, reddet iniquitatem eorum in caput ipsorum, & malitiam eorum in ipsos conuertet in tempore iusti iudicij, quando etiam *disperdet illos Dominus Deus noster.*

DIODORI. Hoc iusti Iudicis est reddere iniquitatem ijs qui huius causam dederunt. Iniquitatem autem hic accipe pro pœna ipsi præparata. Quapropter Quinta & Sexta editio *dolores eorum* dicunt. Sed quomodo ipsis retribuit? *Disperdet illos Dominus Deus noster.*

ANONYMI. Maximum enim hoc supplicium maligni sustinent, quando ipsi & res ipsorum è medio sublata fuerint, quando non amplius hominum corruptelis & offendiculis nutriuntur. Disperget igitur ipsos non ad nihilum

ANNOTATIONES CORDERII.

nihilum redigens substantiam eorũ; (vult enim ipsos perpetuis cruciatibus superesse; vnde etiam ignem ipsis præparatũ appellat sempiternum;) sed disperdet illos è medio tollendo, potentiam ipsorum euacuando, & non amplius ipsos in medio nostri esse permittendo.

ἀφανίζων αὐτῶν τὴν οὐσίαν· (μέλει γὰρ αὐτοὺς διηνεκῶς κολαζομένους βούλεσθαι)· ὅθεν καὶ τὸ ἑτοιμασθὲν αὐτοῖς πῦρ χρηματίζει αἰώνιον·) ἀλλ' ἀφανιεῖ ἐκ μέσου ποιῶν, καταργῶν αὐτῶν τὴν δυναστείαν, καὶ μηκέτι μέσον ἡμῶν εἶναι συγχωρῶν.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIc Psalmus caret etiam titulo apud Hebræos; solet autem ab ijs quarta Feriâ recitari: ex qua consuetudine Septuaginta ei hanc epigraphen, *Quartâ Sabbati*, apposuerunt. Argumentum autem huius Psalmi est prouidentia Dei punientis tandem malos, & remunerantis bonos; quamuis interdum aliquamdiu iusto suo iudicio sinat improbos prosperari & probos affligi.

Solus Deus liber iudex & vindex. 1. *Deus vltionum Dominus.* Vbi notandum, homines aliorum iudices in iudicando non esse verè dominos; tum quia altiorem Dominum habent supra se, scilicet Deum; tum quia ex suo libero arbitrio alios non debent iudicare, sed solùm secundùm leges & iura: propter quod D. Gregorius lib. 24. Moralium cap. 29. ait, quòd quilibet iudex in terris cogitare debeat se superiorem Iudicem habere in cælis: Deus autem cùm superiorem non habeat, sequitur eum liberè posse iudicare, & quem voluerit punire; & cui voluerit parcere: & ideò vocatur hic Dominus vltionum seu punitionum; quia aliquem punire vel non punire liberè subest iustæ eius voluntati. *Vindicta Deo relinquenda.* Vnde subdit: *Deus vltionum libere egit.* Ex hoc, inquit Ayguanus, vult Psalmista nos inducere ad patientiam habendam in aduersis; quia si aliquis tibi iniuriam facit, cogita Deum esse Dominum vltionum & liberum Iudicem: noli tu de tua iniuria vindictam facere; quia officium est Domini vltionum. *Mea est vltio, & ego retribuam,* ait Dominus. Noli dicere, Deus non vindicat iniuriam meam; quia nescis modum, quomodo ipse illam vindicandam disposuit. *Deut. 32, 35.*

2. *Exaltare qui iudicas terrã, &c.*] Quia dixerat Dominum esse scelerum vltorem, consequenter nunc precatur, vt officio suo fungatur, & impios puniendo eorum ora claudat, qui prouidentiam eius in dubium reuocant. Idem autem alibi sæpiùs petit David, vt exaltetur Deus, vel dextera eius, vel ipse in virtute suâ, &c. quæ designant vel ex superiore loco iudicantem, vel fortiùs ferientem, vel suam gloriam efferentem ac manifestantem. Tantum enim (inquit Lorinus noster) decet eminere aliorum iudicem virtute, quantum potestate ac dignitatis loco superat: oportet velut è specula & loco superiore cognoscere de quibus iudicat: debet extare & excellere, non sese ad ea demittere & abijcere quæ condemnat in alijs: necesse est *vt honorificet ministerium suum*, nec se sinat contemni, sed tueatur auctoritatem, sicque viuat, vt nemo videri melior eo possit, nemo contemnere audeat. *Iudices caeteris virtute præstare debent.* *Rom. 11, 13.*

6. *Viduam & pupillum interfecerunt, &c.*] Latini vertunt *pupillos:* & in Vulgata & Romana alius est ordo, *Viduam & aduenam interfecerunt; & pupillos occiderunt:* Theodotion, καὶ ὀρφανοὺς ἐφόνευσαν, καὶ προσήλυτον ἐκάκωσαν, *Viduam & pupillos occiderunt, & aduenam afflixerunt.*

7. *Et dixerunt: Non videbit Dominus, &c.*] Ita nimirum sui obliti atque Dei rapi se sinunt ad omne genus vitiorum: abutuntur enim indulgentissimi parentis omnium Dei humanissimique patientiâ, quòd dissimulet peccata hominum, quòd expectet, & pœnam illicò non irroget. Quod Tertullianus lib de Patientiâ cap. 2. eleganter expressit, cùm ait Deum patientiam sibi suam detrahere, quâ vtitur in tolerandis sustinendisque sceleratis: *Plures enim*, inquit, *Dominum idcirco non credunt, quia sæculo iratum tamdiu nesciunt.* Fraus inimici illam menti caliginem inducit, vt aut nesciri propè sibi persuadeant scelus suum, aut oblitum esse Deum maleficiorum, neque vmquam repetiturum rationem, aut ea nihili facere putent: hinc timor sanctus effluit ex animo, & impunitas quædam in scelere & audendi licentia dominatur. Fraudem dixi veteratoris importuni & crudelis, qui acerbo nos odio insequitur, & eo ipso abutitur ad timorem minuendum, quo nos vti debuissemus ad timendum. Neque enim si non punit subitò Deus, & impiorum hominum vecordiam scelestosque mores merito supplicio coërcet, si manum sustinet telum vibrantem, iamque ad feriendum paratam, ideò putandus est aut nescire impudentium hominum insaniam, aut punire nolle. Reseruat enim scelera Deus, & recondit in thesauris suis immensis, & quantum crescit cumulus facinorum innumerabilium, tantò ita fit Numinis potentior & acrior ad vindicandum. Iob Dei instinctu in oraculis suis illud posuit: *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Magnos iræ thesauros refertosque significat, quos improbi ingratique in Deum sibi accumulant, &, vt loquitur D. Paulus, thesaurizant, cùm excusso omni timore diuinæ bonitati illudunt, dum aculeos diuinæ seueritatis, qui reconditi sunt, excussos putant; sed falluntur: nam iustissimus scelerum vindex indignatur, & intereà minas intentat, & reseruat continetque iram suam prosilire cupientem ad impiorum malitiam conterendam. Hinc factum vt in diuinis Paginis ira Dei nominetur *reseruatio*, & irasci in Deo sit idem quod *custodire*. Sic apud Ieremiam: *Numquid irasceris in perpetuum?* in Hebræo est נָטַר *natar*: quod significat propriè *custodire, seruare*. Itaque Pagninus vertit, *Numquid reseruabis?* Tigurina, *Numquid iram in perpetuum retinebis?* Consimili modo apud Nahum Prophetam, *Et irascens ipse inimicis suis*: propriè ex Hebræo vertit Regia, *Reseruans ipse inimicis suis*, videlicet iram, pœnam, supplicium, cùm maturitas puniendi aduenerit. Hanc verò pœnæ & vltionis dilationem

Impij dum allicit non puniuntur, Deum peccata sua ignorare existimant. *Deus quantò serius tantò grauius delicta punit.* *Iob 14, 17.* *Rom. 2, 5.* *Ira Dei dicta Hebræis reseruatio.* *Ier. 3, 5.* *Nahum 1, 2.*

Digitized by Google

nem magni supplicij loco deputauere sapientes, cùm scirent fore aliquando, vt diuina ira sic collecta, & abundantissimè reseruata, quasi rupto aggere vim furoris sui esset in impiorum caput effusura: vnde illos commouendo subiungit: *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite.*

Deus videt & audit absque oculo & aure.

9. *Qui plantauit aurem non audiet?* &c.] Hîc ex D. Hieronymo contra Anthropomorphitas, qui dicebant Deum esse corporeum, obseruauit S. Augustinus Epist. 111. Psalten non dicere, Qui finxit oculum non habet oculum? sed, non considerat? Quia Deus videt visione excellentiæ: videt enim absque corporeis oculis, sicut & audit absque corporeis auribus, tamquam habens

Sap. 1, 7.

non audientiam, sed, vt dicit Sapiens, scientiam vocis; quia omnia singularia atque corporalia non sensu corporeo, sed intellectu percipit; id est, eminenter videt & audit. Hoc igitur statuit vt certum, & naturæ ipsius lumine perspicuum, aurium & oculorum esse auctorem Deum. Hinc benè esse vtendum oculis & auribus probat Salomon ducto argumento ab ipso opifice Deo; cuius amori & humanissimæ prouidentiæ illas debemus, sic vt ab eius lege & præscripto numquam deficiant:

Deus aurium & oculorum auctor.

Prou. 20, 12.

Aurem audientem & oculum videntem Dominus fecit vtrumque. Deus igitur condidit aurem audientem, hoc est ad audiendum instructam, vt oculum ad videndum: qui duo sensus, vt ex omnibus eleuari maximè à colluuione materiæ, sic parandæ vtili sapientiæ vehementer inseruiunt. Rectè autem auris ad modum horti plantari dicitur, quia in ea Dei verba excepta & veluti in horto sata florere debent & germinare, & in operum fructus, vt ita dicam, erumpere. Non est auris hortus, nec ad modum paradisi plantatur, si recepta verborum semina ibi ea non pullulent, si tamquam littoris arena sterilis maneat & infecunda, vt verba in ea potiùs sepeliri videantur, & in sepulchro condi, quàm sicut in horto seri.

Cur auris plantari dicatur. Verba in aure sata in flores fructusque erumpere debent.

1. Reg. 2, 3.

10. *Qui docet hominem scientiam.*] Quippe *scientiarum Dominus*, nihil ignorans, nec auro vel argento beatus, tonitruisque aut fulminibus potens, sed [illegible], *scientiâ & intelligentiâ*, vt ait Plutarchus de Iside. Quomodo igitur nihil non sciens non & hominum sciret mala, & eadem argueret? vnde alibi ait: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam.*

Psal. 49, 21.

11. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.*] Tertullianus cõtra Marcionem cap. 6. legit: *Dominus scit cogitationes sapientum, quòd sint supervacanea*: Cyprianus de Bono patientiæ, *Cognouit Dominus cogitationes sapientum, quia sunt stulta*: Prosper ad Demetrium, *Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vana sunt.* Pamelius ait Tertullianum agere paraphrastem. Atqui duo alij iam citati sic quoque legunt, *sapientes* pro *hominibus*. Fortassis alius ante hos omnes eo modo interpretatus fuerat de *sapientibus*, & irrepsit posteà in textum: nam in Hebræo tantùm est אדם *Adam*, Græcè [illegible], *homines*. S. Paulus tamen quoque citat hoc ipso modo: *Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vana sunt.* Ad verbum verò sensus est, *quòd sint hominum cogitationes vanitas*: Hebraicè הבל *Hevel*.

1. Cor. 3, 20.

12. *Beatus homo quem tu erudieris Domine.*] Intrinsecus scilicet mentem inspiratione suâ illuminando. Homo enim docendo extrinsecus tantùm aures pulsat; solus autem Deus mentem illustrat. Vbi nota cum Ayguano, Deum nos multipliciter erudire: Primò nos erudit per gratiæ inspirationem sicut Pater Filium; iuxta illud, *Sicut erudit homo filium suum, sic Dominus Deus erudit te, vt custodias mandata eius.* Vnde *apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobriè, piè & iustè viuamus*, &c. Secundò erudit nos per Scripturæ consolationem sicut Magister discipulum. Per Scripturas enim nos erudit quid credendum, quid sciendum, quid fugiendum, quid sequendum; iuxta illud, *Omnis Scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Tertiò nos erudit per creaturarum contemplationem, sicut artifex erudit discipulum per imagines & opera suæ artis. Sic contemplando opera Dei erudimur de Dei prouidentia, bonitate & benignitate; iuxta illud, *Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos.* Quartò erudit nos per disciplinæ flagellationem sicut Dominus seruum: quando ipsum rebellem reperit erudit flagellis; iuxta illud, *In forti manu erudiuit me, ne irem in viam populi huius.* Quintò denique cæteris eminentiori quodam modo erudit eos qui per Dei gratiam ad eam mentis puritatem euecti sunt, vt continuâ Dei visione perfruantur iuxta supremam illam, cuius capaces sunt mortales, diuini amoris influentiam: hi enim proprijssimè à Deo erudiuntur, & (vt diuini Dionysij verbis vtar) *ab ipsamet Diuinitate sacris mysticis initiantur, dum ad Deum per dilectionem surriguntur, nec non in eo summa puritate summaque constantiâ stabiliuntur, atque supernaturalibus diuinorum operum rationibus ab ipsomet diuino principatu* [illegible] *erudiuntur.* Tales sunt verè mystici Theologi: de quibus vide nostram Isagogen ad mysticam Theologiam S. Dionysij Tomo secundo.

ANNOTATIONES CORDERII.

Erudit nos Deus multipliciter.

Deut. 8.

Tit. 2.

2. Tim. 3, 16.

Iob 35.

Isaiæ 8.

Mystici Theologi proprijssimè à Deo erudiuntur.

17. *Nisi quia Dominus adiuuit me*, &c.] Hæc verissima propriæ vilitatis & diuinæ bonitatis cognitio perfectos viros erudit, vt inter abundantiam spiritualium diuitiarum humiles sint, seipsos despiciant, & in solo Deo tamquam in omnium bonorum principio confidant. Ipsum vt auctorem sanctitatis, & seipsos vt vilia instrumenta ab ipso mota & eleuata conspiciunt, & indignum putant, præcipuâ & verâ causâ sanctitatis omissâ, sibiipsis, qui à Deo vocantur & mouentur, & quodammodò impelluntur, adscribere. Sapienter Laurentius Iustinianus lib. de Gradibus perfectionis cap. 8. hanc perfectorum humilitatem tantis opibus cumulatam admiratur. cuius hæc est oratio: *At verò perfecti, quorum in præsentiarum exiguus est numerus, iam mundo ex corde mortui, quibus etiam crucifixus est mundus, quamuis operentur magna, aggrediantur ardua, perferant aspera, innocenter viuant, virtutibus polleant, coruscent miraculis, terrena despiciant, inhiantique affectu concupiscant cælestia, veritatis tamen lumine illustrati, se nihil ex se esse proclamant, atque ex Dei gratuita bonitate, si quid sunt, sincerâ humilitate fatentur esse quod sunt:*

Perfecti nil sibi, sed totum Deo adscribunt.

ANNOTATIO NESCORDERII. Ioan. 15.

norunt siquidem se Conditoris vniuersorum esse instrumenta electa per gratiam; quæ procul dubio nisi exercerentur à Domino, tamquam ceteri racerent interiori habitu vacui, memoriter retinentes quod Dominus ait, Sine me nihil potestis facere.

20. *Numquid adhærebit tibi sedes iniquitatis fingens laborem in præcepto?*] Aquila, Μὴ μεθέξει σου θρόνος ἐπιβουλῶν, ὁ πλάσσων πόνον ἐπὶ ἀκριβασμῷ; *Numquid particeps erit tui thronus insidiarum fingens laborem super præceptum?* Symmachus, Μὴ συναρθήσεταί σοι θρόνος ἐπηρείας, ὁ πλάσσων ταλαιπωρίαν κατὰ προστάγματος; *Numquid coniungetur tibi thronus iniuria, formans miseriam super præceptum?* Latini illud ὁ πλάσσων πόνον vertunt in secunda persona, *qui fingis laborem*, ita vt ad Deum sermo dirigatur, cum quo Propheta ipse loquitur. Et tunc duplex sensus efficitur: vnus est, Numquid adhæret tibi Domine sedes iniquitatis? hoc est, Numquid es Princeps aliquis iniustus & tyrannus, qui fingas laborem in præcepto, hoc est, qui præcepta imponas difficilia & ardua, vt per eam occasionem subditos possis opprimere? Quasi dicat Minimè. Alter sensus: *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis?* id est, Numquid commune aliquid habes cum throno & imperio tyrannico, qui vis tua præcepta maximo cum labore, solicitudine diligentiaque seruari? quasi dicat, Minimè verò. Neque enim iniustum est aut tyrannicum, velle vt præcepta tua exactissimè seruentur, & in eorum obseruatione labor aliquis suscipiatur. Græci autem & Hebræi hoc efferunt in tertia persona, vt referatur ad thronum iniquitatis; & sit sensus, Numquid adhæret tibi impiorum & sceleratorum Principum thronus, *fingens*, hoc est, *qui fingit*, laborem in præcepto? siquidem eiusmodi thronus impius ac tyrannicus condit laboriosa arduaque præcepta, vt occasionem habeat vexandi & opprimendi subditos. Participium *fingens* vtroque modo siue ad thronum siue ad ipsum Deum referri potest; naturaliùs tamen refertur ad ipsum Deum, cum quo Propheta loquitur.

Tyranni laboriosas leges condunt ad opprimendos subditos.

Mandata Dei à nobis exactè impleri æquissimum est.

IN PSALMVM XCIV. ARGVMENTVM.

Laus Cantici ipsi Dauid.
Sine titulo apud Hebræos.

Hic etiam ad reditum spectat, continens gratiarum actionem pro ijs quæ consecuti fuerant, & commonitionem ne in posterum in similia inciderent. Ceterùm conuenit quoque personæ Iosiæ populum admonentis vt ab idololatria desisteret, ac pœnitentiam ageret, Deumque placaret. Quin etiam congruit cætui sanctorum infidelem Israëlem adhortantium, vt ad salutem per Christum accederet.

Αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαβίδ.
Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Τῆς ἐπανόδου καὶ αὐτός ἐστι, περιέχων ἅμα εὐχαριστίαν, καὶ παραίνεσιν ὥστε τὸ λοιπὸν μὴ τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἐκ προσώπου τοῦ Ἰωσίου παραινοῦντος τὸν λαὸν ἀποσχέσθαι τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ μεταμελείᾳ χρήσασθαι, καὶ τὸν Θεὸν ἱλάσασθαι. ἁρμόζει δὲ καὶ ἐκ τοῦ τῶν ἁγίων χοροῦ πρὸς τὸν ἄπιστον Ἰσραὴλ προτρεπομένων, πρὸς τὴν διὰ Χριστοῦ προσδεχομένην σωτηρίαν.

PARAPHRASIS ANONYMI.

1. VENITE exultemus Domino; iubilemus Deo salutari nostro.

Omnes conuocat ad exultationem & vocem triumphalem.

2. Præoccupemus faciem eius in confessione; & in psalmis iubilemus ei.

Illud *Præoccupemus*: id est, Præcedamus coram ipso (figurat enim Deum quasi in tempore ingredientem Hierosolymam) faciamus hymnos, & triumphalibus vocibus vtamur hæc dicentes:

3. Quoniam Deus magnus Do-

α΄. ΔΕΥΤΕ ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ· ἀλαλάξωμεν τῷ θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν.

Πάντας συγκαλεῖ εἰς ἀγαλλίασιν καὶ φωνὴν ἐπινίκιον.

β΄. Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει· καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ.

Τὸ προφθάσωμεν· ἀντὶ τοῦ, προηγησώμεθα ἔμπροσθεν αὐτοῦ (σχηματίζει γὰρ τὸν Θεὸν ὥσπερ διὰ χρόνου εἰσιόντα εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ) ποιησώμεθα τοὺς ὕμνους, καὶ ταῖς ἐπινικίοις χρησώμεθα φωναῖς ταῦτα λέγοντες·

γ΄. Ὅτι θεὸς μέγας κύριος,

καὶ

Digitized by Google

καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς.

Ὅτι βουληθείς, φησιν, ὤφθη πάσης τῆς γῆς ὁ κύριος τῷ προστάγματι δείξας τὴν κυριότητα.

δ΄. Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ τὰ ὕψη τῶν ὀρέων αὐτοῦ εἰσίν.

Ἐπειδὴ ἔδειξε, φησι, καὶ τὸν γῦρον ἅπαντα κρατῶν τῆς γῆς, καὶ τῶν ὑψηλῶν ὑπάρχων ὑψηλότερος.

ε΄. Ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν· καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.

Τὸ αὐτὸ λέγει ἐκ παραλλήλου. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι παντὸς στοιχείου δεσπότης ὤφθη· στρέφων καὶ μεταβάλλων ὡς βούλεται τὰ πράγματα.

ς΄. Δεῦτε προσκυνήσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.

Ἀναμίξωμεν, φησι, τῇ πολλῇ εὐφροσύνῃ καὶ κατάνυξιν, μιμνησκόμενοι ὅτι οὓς αὐτὸς ἐποίησε τούτους οὐ παρεῖδεν, ἀλλ' ἐν μεγίστῃ κατέστησεν ἀγαλλιάσει.

ζ΄. Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ἡμῶν· καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.

Καὶ τοῦτό, φησι, λαμβάνετε ἐπὶ διανοίας, ὅτι ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος θεὸς, ὁ τοῦ παντὸς δεσπότης καὶ ἡμῶν ποιητὴς, ποιμὴν ἡμῶν ὤφθη, ἐπιστρέφων ὡς πρόβατα πεπλανημένα ἐπὶ νομὴν πάλιν ἀγαθήν. Ἄχρι τούτου ἐγκελευόμενος χρῆσθαι ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς, ἐντεῦθεν λοιπὸν παραινεῖ φυλάττεσθαι ἁμαρτίαν, καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι, ὅτι οὐ μόνον νῦν ἡμαρτηκότες παρεδόθησαν Βαβυλωνίοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν αὐτοῖς παρακούσαντες, καὶ ἀπειθοῦντες, δεδώκασι δίκας μὴ ἐπιτυχόντες τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ δι' ἀπείθειαν τιμωρηθέντες, καὶ τῶν τοιούτων ἐκπεσόντες ἀγαθῶν. διὸ τοῦτο ἐπιφέρει·

η΄. Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν·

minus, & Rex magnus super omnes Deos. PARAPHRASIS ANONYMI.

Quoniam cùm voluit, inquit, apparuit vniuersæ terræ Dominus præcepto ostendens dominatum suum. *Deus terra marisq; Dominus.*

4. Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ostendit, inquit, se totum terræ gyrum continere, & rebus altis altiorem existere.

5. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & * aridam manus eius formauerunt. ** Vulgata siccam*

Idem vicissim dicit. Vult enim dicere, vniuersi elementi Dominum apparuisse, qui pro libitu suo res vertit & immutat.

6. Venite adoremus, & procidemus * ei; & ploremus ante Dominum qui fecit nos. ** Vulgata omittit ei.*

Plurimæ, inquit, lætitiæ compunctionem quoque admisceamus, recordantes eum quos fecerat hos minimè despexisse, sed in maxima exultatione constituisse. *Lætitia est admiscenda compunctio.*

7. Quia ipse est * Deus noster; * nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. ** Vulgata addit Dominus* ** Vulgata & nos populus*

Atque hoc, inquit, in animum inducite, quòd talis tantusque Deus, qui vniuersi Dominus est ac Conditor noster, pastor noster apparuerit, nos velut oues errantes ad bona pascua rursus conuertens. Cùm hactenus hymnis ac canticis vti iussisset, hinc ceterùm hortatur ad cauendum peccatum, & reminiscendum, quoniam non solùm in præsentiatum hi qui peccauerant Babylonijs traditi fuerint, sed etiam aliàs tempore progenitorum illi qui non obediuerant, & infideles erant, pœnas luerint terram promissam minimè attingentes, sed propter perfidiam puniti, talibus ac tantis etiam bonis exciderint. Quapropter subiungit: *Inobedientia semper à Deo punita fuit.*

8. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra;

PARAPHRASIS ANONYMI.

Nunc, inquit, animas nostras conformemus, ne ipsi inobedientes simus, cùm ipsâ experientiâ didicerimus quantum malum sit inobedientia.

Νῦν, φησί, βεβαιώσωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ, μὴ παρακούειν αὐτοῦ, πείρᾳ μαθόντες ὅσον κακὸν ἡ παρακοή.

* Vulgata irritatione

9. Sicut in * exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me, & viderunt opera mea.

θ΄. Ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ· οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου.

Exacerbationem vocat tempus, quo Israëlitæ in eremo non obediendo diuinum Numen ad iram prouocarunt, & Moysi molestiam facessiuerunt.

Παραπικρασμὸν καλεῖ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν παρακούσαντες Ἰσραηλῖται ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐξώργισαν τὸ θεῖον, καὶ Μωσῆν κακοπαθῆσαι παρεσκεύασαν.

10. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.

ι΄. Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπα· ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ.

Nam propter hanc causam non reduxi ipsos in terram promissionis, sed quadraginta annos detinui ipsos in deserto, ibidem ab ipsis pœnas exposcens vbi etiam deliquerunt. Hoc enim ait *Semper errant corde*. Vnde subdit:

Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἐπανήγαγον αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ τεσσαράκοντα αὐτοὺς κατέσχον ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐκεῖ δίκας αὐτοὺς ἀπαιτῶν ἔνθα καὶ παρηνόμησαν. Τοῦτο γὰρ λέγει ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. ὅθεν ἐπιφέρει·

* Vulgata Et ipsi non

11.* Ipsi verò non cognouerunt vias meas:

ια΄. Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου·

Tot enim, inquit, annis noluerunt attendere actionibus meis, neque credere illi qui tanta ipsis beneficia præstiterat.

Ἐν γὰρ τοσούτοις, φησὶν, ἔτεσιν οὐκ ἠβουλήθησαν θεάσασθαι τὰς πράξεις μου, οὐδὲ πιστεῦσαι τῷ τοσαῦτα εὐεργετηκότι.

* Vulgata Vt

* Sicut iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

Atque ob hanc, inquit, causam irascî visus sum: hoc enim ait, Iuraui non introducturum me illos in terram promissionis.

Καὶ διὰ ταύτην, φησὶ, τὴν αἰτίαν ὀργιλῶς ἀπεφηνάμην· αὐτὸ γὰρ λέγει, ὤμοσα μὴ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

1. VENITE EXVLTEMVS DOMINO.] Tripudiantium est exordium, & gaudentium ob impietatis ac seruitutis liberationem, & inuicem ad exultationem & victoriæ vocem prouocantium: hoc enim iubilare est. Ad hæc etiam suadent vti pœnitentiâ, ante supplicij tempus per Psalmos Deum laudantes, & per rectam vitam ipsi seruientes. Etenim in primo quidem aduentu Dei verbum diuinam personam abscondens in forma serui

Pœnitentia ante tempus supplicij agenda.

α΄. ΔΕΥΤΕ ΑΓΑΛΛΙΑΣΩΜΕΘΑ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] Χορευόντων ἐστὶ προοίμιον, ἡδομένων ἐπὶ τῇ τῆς ἀσεβείας καὶ δουλείας ἀπαλλαγῇ, καὶ ἀλλήλους προτρεπομένων πρὸς ἀγαλλίασιν καὶ φωνὴν ἐπινίκιον· τοῦτο γὰρ ὁ ἀλαλαγμός. καὶ πρὸς τούτοις μεταμελείᾳ χρήσασθαι, πρὸ τοῦ τῆς τιμωρίας καιροῦ διὰ ψαλμῶν τὸν θεὸν αἰνοῦντες, καὶ διὰ βίου ὀρθοῦ θεραπεύοντες αὐτόν. καὶ γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης παρουσίας τὸ ἔνθεον πρόσωπον ἀποκρύψας ὁ τοῦ θεοῦ λόγος ἐν δούλου ὤφθη μορφῇ·

μορφῇ· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ καὶ μετὰ δυνάμεως ἐπιστήσεται. Καλὸν οὖν ἐφ' οἷς ἡμαρτάνομεν ἀποκάθαρσιν ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι διὰ τῆς ἐξομολογήσεως. ἢ καὶ πρόσωπον λέγει τὸν υἱόν. ὅν, φησι, πρὶν εἰς κρίσιν καθίσῃ προλάβωμεν, καὶ διὰ μεταμελείας εὐμενῆ καταστήσωμεν. εἰ δὲ τὴν εὐχαριστίαν κἀνταῦθα σημαίνει, ἀπὸ τοῦ ἐκ Βαβυλῶνος ἐπανιόντος ἂν εἴη λαοῦ. οἷον προηγουμένῳ ἡμῶν αὐτῷ καὶ ὁδοποιοῦντι εὐχαριστήσωμεν, καὶ ἐπινικίοις χρησώμεθα φωναῖς ταῦτα λέγοντες·

γ'. ΟΤΙ ΘΕΟΣ ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΟΣ.] Ὅτι, φησίν, ἄρρητος αὐτοῦ ἡ ἰσχύς, ὅτι καὶ πάντων ἔχει τὸ κράτος, ὅτι ἐν χειρὶ περιέχει τὴν κτίσιν, τὴν ὑγρὰν, τὴν ξηρὰν, καὶ πάντων ἐστὶ δημιουργός. ἐν τῇ χειρὶ δὲ αὐτοῦ, διὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ διοικεῖσθαι τὰ περίγεια, τὰ ἐπουράνια, ἃ τροπικῶς διὰ τῶν ὀρέων ὠνομάσθησαν. Οὐχ' ὅτι δὲ χεῖρας ἔχει, ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι ἡ δύναμις αὐτοῦ ἡ προνοουμένη πάντων, αὐτή ἐστιν ἡ διαβαστάζουσα τὸ πᾶν. Διόπερ δὴ δεῦτε προσκυνήσωμεν, συνδράμωμεν, φησι, καὶ τὸ δέον αὐτῷ προσενέγκωμεν σέβας, καὶ ὀλοφυρόμενοι τὸν ἔλεον ἐξαιτήσωμεν. Διὰ τί δὲ ἐναντίον κυρίου κλαίειν παρακελεύεται; ἵνα μὴ πρὸς ἀνθρώπων ἐπίδειξιν τοῦτο ποιῶν. Μίξωμεν, φησι, τῇ εὐφροσύνῃ καὶ κατάνυξιν, μιμνησκόμενοι, ὅτι οὓς ἐποίησεν οὐ παρεῖδεν, ἀλλ' ἐν ἀγαλλιάσει κατέστησεν. Ὅτι ὁ τοσοῦτος καὶ τηλικοῦτος ὁ τοῦ παντὸς θεὸς καὶ ποιητὴς ποιμὴν ἡμῶν ὤφθη, ἐπιστρέψας ὡς πρόβατα πεπλανημένα ἐπὶ νομὴν ἀγαθὴν, καὶ οὐδεὶς ἡμᾶς ἁρπάσει ἐκ τῆς αὐτοῦ χειρός. Καὶ ἄλλως δὲ λαὸς μὲν αὐτοῦ οἱ λογικώτεροι πρόβατα δὲ οἱ ἀλογώτεροι. μέχρι τούτου ἐγκελευσάμενος τὸ ὑμνεῖν, παραινεῖ φυλάττεσθαι ἁμαρτίαν, ἐπεὶ παρανομοῦντες ἀπατηθῶσιν, καὶ φησί·

η'. ΣΗΜΕΡΟΝ ΕΑΝ ΤΗΣ ΦΩΝΗΣ ΑΥΤΟΥ ΑΚΟΥΣΗΤΕ.] Σήμερον καλεῖ τὸ νῦν, ὡς αὔριον τὸ μέλλον, καὶ τὸ παρελθὸν χθές. Νῦν γοῦν, φησί, βεβαιώσωμεν ἡμῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ μὴ παρακούειν θεοῦ, πείρᾳ μαθόντες ὅσον ἐστὶ κακὸν ἡ παρακοή. εἰ ἅπαξ, φησίν, ἐσκληρύνατε ἐπὶ τῆς ἐρήμου, ὁρᾶτε μὴ καὶ σήμερον ἀκούσαντες σκληρυνῆτε, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε ἐν ἀνθρώποις γινομένης. τὸ δὲ σήμερον ὁ Ἀπόστολος εἰς πάντα τὸν

apparuit; at in secundo aduentu reuelatâ facie & cum potestate aderit. Bonum est igitur sibi per confessionem procurare peccatorum expiationem. Vel etiam faciem vocat Filium. Hunc, inquit, priusquam ad iudicium veniat præoccupemus, & per pœnitentiam nobis placabilem reddamus. Si verò hîc etiam gratiarum actionem significet, hæc erit populi ex Babylonia reuersi. q. d. Ipsi ductori & antesignano nostro gratias agamus, & victoriosis vocibus vtamur hæc dicentes: COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

3. QVONIAM DEVS MAGNVS DOMINVS.] Quoniam, inquit, ineffabilis est potentia eius, quia omnium habet imperium, quia in manu sua continet creaturam tam liquidam quàm aridam, & omnium est Conditor. In manu autem eius sunt, eò quòd ab ipso terrestria cælestiaque gubernentur, quæ tropicè per montes nominata sunt. Non quòd manum habeat, sed vt discas virtutem eius quæ omnibus prospicit, illam ipsam esse quæ cuncta sustentat. Quapropter itaque venite adoremus, conueniamus, inquit, & conuenientem ipsi cultum afferamus, & plorantes misericordiam imploremus. Cur autem coram Domino plorandum monet? vt non coram hominibus hoc faciendum ostendat. Lætitiæ etiam, inquit, compunctionem admisceamus, in memoriam reuocantes, quomodo quos fecit minimè despexerit, sed in exultatione constituerit. Quoniam talis tantusque Deus ac Conditor vniuersi, noster quoque pastor apparuit, nos veluti oues erraticas ad bona pascua conuertens, nec vllus nos eripiet de manu eius. Quin aliter etiam populus quidem eius sunt hi qui magis rationales sunt, oues verò quæ non sunt præditæ tantâ ratione. Cùm hactenus ad hymnos recitandos fuisset adhortatus, modò suadet cauere peccatum, quoniam iniquè agentes seducti sunt. atque ait:

Deo facta omnia subdita.

Coram Deo & non coram hominibus plorandum.

8. HODIE SI VOCEM EIVS AVDIERITIS.] *Hodie* vocat tempus præsens, sicut *cras* futurum, & præteritum *heri*. Nunc igitur, inquit, obfirmemus animas nostras ad minimè refragandum Deo, experimento discentes quantum malum sit inobedientia. Vel semel, inquit, in deserto animum obdurastis, videte ne etiam hodie illum obduretis, si vocem eius audieritis in hominibus factam esse. Istud *Hodie* Apostolus accepit de omni tempore

Hodie & cras quid significent.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Pœnitentia ex animi affectu æstimatur.

tempore quod vitæ nostræ coëxtenditur. Non enim quantitate temporis, sed animi affectu pœnitentia iudicatur. Cùm autem non simpliciter dixerit *Obduremini*, sed *Obdurare*, mentis ipsorum libertatem & spontaneam electionem ostendit, & quòd ipsi fint illius cordis opifices, non ille. Diem verò tentationis vocat tempus quo illi in deserto ad iram Deum prouocarunt, & Moysi molestiam facessiuerunt, irrationabilem timorem prætexentes, & dicentes quomodo ipsi quidem è medio tollendi essent, liberi verò eorum in captiuitatem essent abducendi. Quando item signa fieri postularunt, & iis factis non crediderunt, eorumdem opificem imbecillitatis arguentes. Atque alij quidem his adiungunt illud, *Et quadraginta annis proximus fui in deserto*, pœnas ipsis irrogans ibidem vbi etiam deliquerunt. Quamdiu enim ab imprudentia non desistebant, neque pœna cessabat. Hoc autem ait, *Semper errant*. Quoniam quadraginta annis neque ipsi emendati sunt, neque punitio ipsorum cessauit. Vnde subiungit: *Ipsi verò non cognouerunt vias meas*. Ideo tantis, inquit, annis noluerunt consentire admonitionibus meis, neque credere tanta operanti: quamobrem etiam iratus decreui non introducere ipsos in terram quietis, & priuare bonis iis circa quæ incredulitatem ostenderunt. Symmachus autem pro *Offensus fui* ait *Fastidiui*. Execratus sum, inquit, leuitatem ipsorum & mentis instabilitatem videns. Alius ait: Certè ait *Satur fui*, non omnis generationis, sed istius, quæ semper in errore viuit, eò quòd nolit habere Dei cognitionem; atque illos pro hostibus habui.

παρεκτείνεται τῆς ζωῆς χρόνον ἐξείληπται. Οὐ γὰρ χρόνου ποσότητι, ἀλλὰ διαθέσει ψυχῆς μετάνοια κρίνεται. Διὰ δὲ τοῦ μὴ ἁπλῶς εἰπεῖν σκληρυνθῆτε, ἀλλὰ σκληρύνητε, ἔδειξεν αὐτῶν τὸ τῆς γνώμης ἐλεύθερον καὶ αὐτεξούσιον, καὶ ὡς αὐτοὶ εἰσι τῆς τοιαύτης καρδίας δημιουργοί, οὐκ ἐκεῖνος. Ἡμέραν δὲ πειρασμοῦ τὸν καιρὸν λέγει καθ' ὃν παροξύναντες ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰς ὀργὴν ἐκίνησαν τὸν Θεὸν, καὶ Μωσῆν κακοπαθεῖν παρεσκεύασαν, δέος ἄλογον προβαλλόμενοι, καὶ φάσκοντες ὡς αὐτοὶ μὲν ἀναιρεθήσονται, δορυάλωτα δὲ τὰ παιδία γενήσεται. Ὅτε καὶ ᾔτησαν γενέσθαι τὰ σημεῖα, καὶ γενομένων ἠπίστουν, ἀσθένειαν τοῦ ποιοῦντος καταγινώσκοντες. καὶ ἕτεροι μὲν τούτοις συνάπτουσι τὸ, Καὶ τεσσαράκοντα ἔτη παρατείνων ἐν τῇ ἐρήμῳ, δίκας αὐτοὺς εἰσπραττόμενος ἐκεῖ ἔνθα καὶ παρηνόμησαν. μὴ παυομένων γὰρ τῆς ἀγνωμοσύνης, οὐδὲ ἡ δίκη ἐπαύετο. τοῦτο γὰρ λέγει, ἀεὶ πλανῶνται. ὅτι ἐν τεσσαράκοντα ἔτεσιν οὔτε αὐτοὶ ἐβελτιώθησαν, οὔτε ἡ κόλασις αὐτῶν ἀπέστη. ὅθεν ἐπιφέρει· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. ἐν τοσούτοις, φησὶν, ἔτεσιν οὐκ ἠθέλησαν συνθέσθαι ταῖς προτροπαῖς μου, οὐδὲ πιστεῦσαι τῷ τοσαῦτα ἐνεργηκότι· δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὀργισθεὶς ἀπεφηνάμην μὴ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν τῆς καταπαύσεως γῆν, ἀλλ' ἀπολεσθῆναι αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν περὶ ἃ τὴν ἀπιστίαν ἐπεδείκνυντο. ὁ δὲ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ προσώχθισα ἀνεπλήσθην. ἐβδελυξάμην, φησὶ, τὸ κοῦφον αὐτῶν καὶ ἄστατον τῆς γνώμης ἰδών. Ἄλλος δὲ προσκορὴς ἐγενόμην, οὐ πάσης γενεᾶς, ἀλλ' ἐκείνης, ᾗ ἀεὶ πλάνῃ συμβιοῖ, διὰ τὸ μὴ θέλειν ἔχειν γνῶσιν Θεοῦ· καὶ ἐχθροὺς αὐτοὺς ἔσχηκα.

CATENA PATRVM.

De titulo & argumento Psalmi.

EVSEBII. Hic Psalmus est apud Hebræos sine titulo; & iure merito: neque enim Psalmum, neque Hymnum, neque Canticum inscribere conueniebat, vt qui populum Iudæorum ad exultationem quidem inuitabat, sed iram ipsis comminabatur, & admonitiones in rerum tristium descriptione concluderet.

Iosias pietate & Zelo.

ANONYMI. Iosias Rex admodum pius erat: hic cùm maiorem populi partem idolorum cultum amplexam fuisse cerne-

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις οὗτος ὁ ψαλμὸς· καὶ εἰκότως· οὔτε γὰρ ψαλμὸν, οὔτε ὕμνον, οὔτε ᾠδὴν εὔλογον ἦν ἐπιγράφειν, τὸν καλοῦντα μὲν τὸν Ἰουδαίων λαὸν ἐπὶ ἀγαλλίασιν, ἀπειλοῦντα δὲ αὐτοῖς ὀργὴν, καὶ τὰς τέλη τῶν παραγγελμάτων ἐπὶ σκυθρωποῖς περιγράφοντα.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς κομιδῇ γέγονεν εὐσεβής· οὗτος θεασάμενος τοῦ λαοῦ τὸ πλεῖστον τῇ τῶν εἰδώλων ἀπατασάμενον θρησκείαν,

πιαι, προσέταξε μὲν ἅπαντας κατασφαγῆναι τῶν εἰδώλων τοὺς ἱερέας, τοὺς δὲ τούτων βωμοὺς ἐκ βάθρων ἀνασπασθῆναι· εἶτα τὸν λαὸν ἅπαντα συναθροίσας μεταμελείᾳ χρήσασθαι παρῄνεσε, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεώσασθαι, καὶ τούτῳ διαφυγεῖν τῷ τρόπῳ τὴν ἀπειλημένην πανωλεθρίαν. Ὄλδα γὰρ ἡ προφῆτις δεινὰ καὶ χαλεπὰ πάντα προεθέσπισε τῷ λαῷ. Ταῦτα τοίνυν πόῤῥωθεν ὁ μακάριος Δαβὶδ τοῖς προφητικοῖς προορῶν ὀφθαλμοῖς, τοῦτον συνέγραψε τὸν ψαλμὸν καὶ εἰς ἐκείνων ὠφέλειαν καὶ εἰς διδασκαλίαν πάντων ἀνθρώπων.

α'. Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ.] Θεοδώρου. Οἱ ταῦτα λέγοντες, πρὸς συνάφειαν καλοῦσι τοὺς ἀφεστηκότας ἑαυτῶν. Οὐ γὰρ τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ τοῖς κεχωρισμένοις ἁρμόζει τὸ δεῦτε. Ἐχωρίσθη δέ τινα τρόπον ὁ Ἰσραήλ, ἄρα τοῖς κατὰ τόπον νοουμένοις διαστήμασιν οὐδαμῶς, ἀλλὰ τῇ κατὰ γνώμην ἀνυποταξίᾳ. Δεῦτε τοίνυν ἀφέντες τὸ ἄγριον, καὶ ἀποβαλόντες τὸ ἀνυπότακτον· ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ· τουτέστιν, ἐπιλαβώμεθα τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως, κληρονομήσωμεν τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων τὴν μετουσίαν, ἥτις τὴν υἱοθεσίαν ἡμῖν χαρίζεται, πνεύματος ἁγίου μέθεξιν, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ οὐρανῶν βασιλείαν.

Ἀνωνύμου. Ἐν τοῖς καιροῖς τῶν πολέμων οἱ νικῶντες ἀλαλάζειν εἰώθασι, καὶ μεταβολὴν κατὰ τῶν πολεμίων ἐργάζεσθαι. Εἰκότως τοίνυν οὐ μόνον χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾶν, ἀλλὰ καὶ ἀλαλάζειν ἐπὶ σωτηρίῳ νίκῃ προστάττει. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ σωτὴρ καὶ Θεὸς ἡμῶν; ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ εἰπών· Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον, καὶ ῥυσάμενος ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πάλαι καταπιεζούσης ὑμῶν δαιμονικῆς ἐπηρείας.

Τοῦ ἄλλου. Ὁ ἀλαλαγμὸς φωνή τίς ἐστιν ἐπινίκιος, ἀναπεμπομένη πεπτωκότων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων ἀπολωλότων. Δεῦτε τοίνυν, ἀλαλάξωμεν τῷ σωτῆρι καὶ λυτρωτῇ· ἐλυτρώσατο γὰρ τόν τε Ἰσραὴλ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου πλεονεξίας ἐκ τῆς τῶν ἐχθρῶν τυραννίδος· ἐξ ἁμαρτιῶν καὶ αἰτιαμάτων, ἀπήλλαξε τοῦ κατακρίνοντος νόμου καὶ δίκας ἀπαιτοῦντος τοὺς ἡμαρτηκότας· ἐδικαίωσε δὲ διὰ τῆς πίστεως Ἕλληνάς τε καὶ Ἰουδαίους καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη.

Θεοδώρου. Ἐν ἐξομολογήσει, φησί, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν· τουτέστι, διὰ τῶν ὀργά-

xet, præcepit vt omnes idolorum sacrificuli necarentur, & eorumdem aræ funditus conuellerentur: deinde vniuersum populum in vnum coactum commonefecit vt pœnitentiam agerent, Deumque placarent, & hoc pacto totalem interitum ipsis interminatum effugerent. Olda namque Prophetissa grauia difficiliaque populo prædixerat. Hæc igitur cùm beatus Dauid Propheticis oculis præuidisset, hunc Psalmum tam in illorum vtilitatem quàm ad omnium hominum instructionem conscripsit. CATENA PATRVM.

1. VENITE EXVLTEMVS DOMINO.] THEODORI. Hi qui hæc dicunt, ad societatem suam inuitant eos qui ab ipsis distabant. Non enim præsentibus, sed segregatis competit vox illa *Venite*. Israël autem quodammodò recesserat, non vtique spatijs secundùm locum, sed secundùm mentem intellectis, scilicet per inobedientiam. *Venite* igitur ferociam dimittentes, & intractabilitatem deponentes: *exultemus Domino*, id est, fidem in ipsum assumamus, donorum eius hereditatem adeamus, quæ præstat nobis filiorum adoptionem, Spiritus sancti participationem, peccatorum remissionem, & Regnum cælorum.

ANONYMI. Qui tempore bellorum vincunt iubilare consueuerunt, & hostibus adferre mutationem. Meritò igitur non solùm gaudere & exultare, sed etiam iubilare iubet in victoria salutari. Quis porrò sit Saluator ac Deus noster? vtique Dei Verbum, quod dicit: *Confidite, ego vici mundum*, & liberaui vos à dæmonico iugo, quod vos deprimebat. *Iubilatio est vox victoria.* *Ioan. 16, 33.*

ALTERIVS. Iubilatio vox quædam est triumphalis, quæ emittitur hostibus cæsis & inimicis euersis. Venite igitur, iubilemus Saluatori ac Redemptori: siquidem Israëlem & eos qui de Gentibus sunt ex diaboli seruitute ex inimicorum tyrannide redemit; à peccatis & culpis, à lege damnante & peccatorum pœnas exigente liberauit eos qui peccauerant: per fidem verò tam Græcos quàm Iudæos ceterasque Gentes iustificauit.

THEODORI. In confessione, inquit, & in Psalmis iubilemus, id est, per animæ instrumenta, *Quomodo spiritualiter iubilandum.*

CATENA PATRVM.

menta, quæ sunt corpora. Quapropter dicta iubilatio per vitam sobriam celebranda est, & per probum institutum, diuini Spiritus harmoniam & sanctum concentum exhibendo. Ad confessionem autem adhortantur pro malis quæ gesserant, siue pro ijs quæ diuinitus acceperant gratias agentes illi qui manifestauerat ipsis figuram substantiæ suæ, quæ est facies ipsius. Siquidem ipse est imago Dei inuisibilis. Psalmi autem, in quibus Domino iubilant, sunt actiones quas exercent ipsi placentes. Talia enim hic Psalmus vociferanda proponit.

3. QVONIAM DEVS MAGNVS DOMINVS.] ANONYMI. Ergóne igitur istud *magnus* ait quasi in comparatione cæterorum minorum? Haudquaquam hoc dicit, quin potius illud, quòd soli secundùm naturam Deo huius magnitudinis dignitas competat: Ipse enim reuerà est Dei gloria & incomparabilis magnitudo. Quod autem magnus Deus Christus sit, atque ita nominetur etiam in diuinis Scripturis, confirmat beatus Paulus dicens: *Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi.*

Christus Deus magnus est. — Tit. 2, 13.

DIODORI. Quales Deos? num falsi nominis? non hoc dicit, sed eos qui in cælo sunt & super terram, id est, rationales & supernas virtutes, quin & Sanctos qui in terra sunt; quibus ab eo qui super omnes est honoris & gloriæ causâ nomen diuinitatis datum est. Hoc modo etiam Psalmista eorum facit mentionem dicens: *Deus Deorum Dominus locutus est*, &c.

Psal. 49, 1.

ANONYMI. Magnus autem Deus noster super omnes Deos, scilicet iustos. Dei enim magnitudo ab impijs ignoratur, pijs verò cognita est. Neque enim quòd cæci illum tamen ignorent, idcircò Solis gloria minor existit: neque quòd impij potentiam Dei traducant, idcircò pijs parua de virtute ipsius cogitanda sunt: quos vtique etiam Deos appellauit: quoniam iusti impiorum Dij à Deo ordinati sunt. Vnde ad Moysem ait: *Constitui te Deum Pharaonis.*

Iusti quoque Dij appellantur. — Exod. 7, 1.

4. QVIA IN MANV EIVS SVNT OMNES FINES TERRÆ.] DIDYMI. Verbum diuinum vniuersam terram complectens, secundùm prouidentiæ rationem in manu sua

Dei Verbum totam terram complectitur. — Psal. 2, 8.

τῆς γῆς περιδραττόμενος ὁ θεῖος λόγος, κατὰ

νων τῆς ψυχῆς, ἅπερ ἐστὶ τὰ σώματα. Διὸ προσήκει τὸν καλλίφθογγον ἀλαλαγμὸν ἐπιτελεῖν βίῳ σώφρονι, καὶ πολιτείᾳ ἐναρέτῳ, τὴν τοῦ θείου πνεύματος ἁρμονίαν καὶ τὸν ἅγιον ῥυθμὸν ἐπιδεικνυμένους. Ἐπὶ ἐξομολογήσει δὲ παρακαλοῦσιν ἐφ' οἷς ἔδρασαν κακοῖς, ἤτοι ἐφ' οἷς πεπόνθασι θεόθεν εὐχαριστοῦντες τῷ ἐπιφάναντι αὐτοῖς τὸν χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τυγχάνοντα αὐτοῦ πρόσωπον. Αὐτὸς γάρ ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Ψαλμοὶ δὲ, καθ' οὓς ἀλαλάζουσι τῷ κυρίῳ, εἰσὶ πράξεις καθ' ἃς ἐνεργοῦσιν εὐαρεστοῦντες αὐτῷ. Τοιαῦτα γὰρ ὑποβάλλει ὁ ψαλμὸς φωνεῖν.

γ'. ΟΤΙ ΘΕΟΣ ΜΕΓΑΣ ΚΥΡΙΟΣ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ἆρα οὖν τὸ μέγας φησὶν ὡς πρὸς σύγκρισιν ἑτέρων μικροτέρων; μὴ τοῦτό φησιν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι μόνῳ πρέπει τῷ κατὰ φύσιν θεῷ τὸ τῆς μεγαλειότητος ἀξίωμα. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἀληθῶς ἡ τοῦ θεοῦ δόξα καὶ ἡ ἀσύγκριτος μεγαλειότης. Ὅτι δὲ μέγας θεός ἐστι Χριστὸς, οὕτω τε ὠνομάσθη καὶ παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, πιστοῦται λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Ποίους θεούς; ἆρα ψευδωνύμους; οὐ τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τουτέστι, τὰς λογικὰς καὶ ἄνω δυνάμεις, καὶ ἁγίους δὲ τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς· οἷς τὸ τῆς θεότητος ὄνομα δέδοται παρὰ τοῦ πάντων ἐπέκεινα τιμῆς ἕνεκα καὶ δόξης. Οὕτως αὐτῶν καὶ ὁ ψαλμῳδὸς διαμνημονεύει λέγων· Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Μέγας δὲ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πάντας τοὺς θεοὺς, δηλαδὴ τοὺς δικαίους. Τὸ γὰρ τοῦ θεοῦ μέγεθος τοῖς ἀσεβέσιν ἠγνόηται, τοῖς δὲ εὐσεβέσιν ἔγνωσται. Οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τυφλοὶ τὸ φῶς ἀγνοοῦσιν, ἡ δόξα παρὰ τοῦτο τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦται· οὐδ' εἰ ἀσεβεῖς ὅτι τὴν τοῦ θεοῦ δυναστείαν παραλογίζονται, μικρὰ τοῖς εὐσεβέσι προσήκει περὶ τῆς αὐτοῦ ἐννοεῖν δυνάμεως· οὕσπερ δὴ καὶ θεοὺς προσηγόρευσεν· ἐπειδὴ τῶν ἀσεβῶν οἱ δίκαιοι θεοὶ παρὰ τοῦ θεοῦ κεχειροτόνηνται. Ὅθεν πρὸς τὸν Μωσέα φησί· θεόν τέθεικά σε τῷ Φαραώ.

δ'. ΟΤΙ ΕΝ ΤΗ ΧΕΙΡΙ ΑΥΤΟΥ ΤΑ ΠΕΡΑΤΑ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Πάσης τὸν τῆς προνοίας λόγον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ

ἔχει

ἔχει τὰ λεγόμενα τῆς γῆς πέρατα· ὁ κατεῖχε· ἡ κτῆσις γὰρ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐστι. Κεκτημένου οὖν αὐτοῦ τὰ τῆς γῆς πέρατα, ἐπεὶ μέρη τῆς γῆς καὶ τὰ ὄρη, αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ ταῦτά ἐστι. Πρὸς διάνοιαν δὲ ἐν τῇ χειρὶ γίνονται τοῦ Θεοῦ (τῇ σκεπαστικῇ αὐτοῦ καὶ παντοδυνάμῳ) μόνοι οἱ ὑπεραίροντες τῆς γῆς φρονήσει καὶ πολιτείᾳ γινόμενοι. Ὅθεν οὐδεὶς αὐτοὺς ἁρπάσαι δύναται, οἷα ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Υἱοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα τὰ πέρατα αἰτήσας παρὰ τοῦ Πατρὸς εἴληφεν ὁ σωτήρ, κατὰ τό, Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, διὰ τὸ τῇ αὐτοῦ χειρὶ διοικεῖσθαι τὰ ἐπίγεια. Τὰ δὲ ἐπουράνια τροπικῶς ὕψη τῶν ὀρέων ὀνομαζόμενα, κρεῖττόν τι ἔχει τῶν ἐπὶ γῆς· ἅτε δή περ αὐτοῦ ὄντα οἷον τι κτῆμα καὶ οἰκητήριον τῆς βασιλείας.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὕψη δὲ ὀρέων· τουτέστι, τὰ ὑπερηρμένα κατὰ τὴν δόξαν, καὶ ἀριφανέστερα τῶν ἐν οὐρανοῖς· ἀρχαί, θρόνοι, δυνάμεις, ἐξουσίαι, κυριότητες, ἀρχάγγελοι, καὶ αὐτὰ τὰ Σεραφίμ. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα αὐτοῦ ἐστιν· ὁ μὲν γὰρ ὡς Υἱὸς συγκάθηται τῷ Πατρί, οἱ δὲ παρεστήκασι λειτουργοῦντες αὐτῷ, καὶ δοξολογίαις στεφανοῦντες αὐτόν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Εἶδες ὅπως δεσπότην αὐτὸν ἀποφαίνεται τῶν ἁπάντων; πῶς ἡμεῖς θαυμάζομεν τοὺς ἐπὶ γῆς βασιλέας; γῆς καὶ θαλάσσης δεσπότας αὐτοὺς ὀνομάζομεν· ἀλλὰ μέχρι τούτων ἐπιμετροῦντες αὐτοῖς τὰς προσηγορίας, οὐδαμῶς αὐτοὺς τῶν στοιχείων δημιουργοὺς φαμέν· πρέπει γὰρ τοῦτο μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ· αὐτὸς γάρ ἐστι τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ τεχνίτης. Ἐλθέτωσαν τοίνυν οἱ πλανώμενοι, καὶ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐρχέσθωσαν φῶς· ἐπιγνώτωσαν μεθ' ἡμῶν τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Θεοῦ Λόγον· ὁμολογείτωσαν ὅτι καὶ Θεός ἐστι καὶ Θεοῦ Υἱὸς κατὰ ἀλήθειαν.

ϛʹ. ΔΕΥΤΕ ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΩΜΕΝ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΠΕΣΩΜΕΝ.] ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὅταν ἴδητε, φησίν, εἶδος τὸ καθ' ἡμᾶς, ἤγουν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, πεφηνότα τὸν τῶν ὅλων βασιλέα καὶ κύριον, τὸν σύνθρονον τῷ Πατρὶ Θεὸν Λόγον, μὴ ἀγνοήσητε τὴν οἰκονομίαν, μὴ ἀποφύγητε τὸ προσκυνεῖν αὐτῷ, μὴ παραιτήσησθε τὸ προσπεσεῖν αὐτῷ· ἐπίγνωτε δὲ μᾶλλον, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λαὸς αὐτοῦ.

continet dictos fines terræ: siquidem possessio eius termini terræ sunt. Ipso igitur fines terræ possidente, cùm montes quoque partes terræ sint, etiam hi ipsius Domini sunt. Secundùm intelligentiam verò in manu Dei (scilicet protectrice atque omnipotente) sunt soli illi qui prudentiâ & conuersatione suâ terræ limites transscendunt. Vnde ipsos nemo rapere potest, cùm in manu Patris & in manu Filii versentur. CATENA PATRVM.

EVSEBII. Hos fines cùm à Patre postulasset Seruator accepit, iuxta illud, *Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Etiam *in manu eius sunt fines terræ*, quia manu eius terrena gubernantur. Cælestia verò cùm figuratè montium altitudines nominentur, habent quid præstantius rebus terrenis; quandoquidem sint eius quasi possessio & regium habitaculum. Psal. 2, 8. *Per altitudines montium res cælestes designantur*

ANONYMI. *Altitudines* verò *montium*; id est, ea quæ secundùm gloriam eleuata sunt, & in cælis maximè conspicua; vt Principatus, Throni, Virtutes, Potestates, Dominationes, Archangeli, atque ipsa Seraphim. Verùm hæc omnia ipsius sunt; siquidem tanquam Filius cum Patre residet, illi verò assistunt ipsi ministrantes, & laudum Canticis eum coronantes.

ALTERIVS. Vides quomodo ipsum vniuersorum Dominum esse demonstret? Quomodo nos admiramur terrenos Reges? Terræ ac maris Dominos ipsos nominamus: verumtamen istis titulis appellationes eorum admetientes, haudquaquam ipsos opifices elementorum esse dicimus, nam hoc soli vniuersorum Deo congruit: siquidem ipse vniuersorum auctor & opifex existit. Veniant igitur qui errant, & ad veritatis lumen accedant; agnoscant nobiscum incarnatum Dei Verbum; confiteantur quoniam secundùm veritatem Deus est & Filius Dei. *Dominum Dei præ cæteris Regibus.*

6. VENITE ADOREMVS, ET PROCIDAMVS.] THEODORI. Quando, inquit, in figura nostra, scilicet in humana forma, vniuersorum Regem ac Dominum, eumdem cum Patre thronj Deum Verbum, apparuisse videritis, nolite ignorare dispensationem, nolite subterfugere ipsius adorationem, ne detrectetis ipsi procidere; quin potius agnoscite, quoniam ipse est Deus noster, & nos populus ipsius.

CATENA PATRVM.

ANONYMI. Non hortantur inuicem vt ad Deum adorandum ex vno loco ad alium vadant: siquidem iam ampliùs non est localis adoratio, prout antè fuit, quando Hierosolyma & in ea templum extabat. Nam, secundùm Prophetam, *Adorabunt Dominum singuli de loco suo*, non sensiliter & corporaliter, sed spiritu & veritate.

Soph. 2, 11.

Quanta reuerentiâ Deus adorandus.

EVSEBII. Adoremus tamquam serui, procidamus tamquam opis eius indigi, ploremus tamquam peccatores, & qui deprecationem non aliter quàm per commiserationem obtineant. Nihil autem eorum quæ dicta sunt pudere nos debet: siquidem hoc fit coram eo qui nos condidit, nempe illo qui nos de nihilo produxit. Qui enim de nihilo nos eduxit, is omnis beneficij auctor existit. Ceterùm per clausulam illam *coram Domino* docet nos, vt non coram hominibus, neque hominibus hoc faciamus, sed in abscondito, juxta illud, *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.*

Matth. 6, 18.

8. HODIE SI VOCEM EIVS AVDIERITIS.] ATHANASII. Necessariò igitur illorum facit mentionem, ne nos hodiernâ die Dei admonitiones audientes, & non obedientes, ipsum exacerbemus.

Statim Deo obediendum.

EVSEBII. Et quid est illud *hodie*? nempe tempus instans seu præsens, quo vnigenitum Dei Verbum factum est homo: tunc enim omnes vocem eius audiuimus. Non enim ad nos verba fecit per vnum aliquem Sanctorum; neque in modum Prophetarum ad nos venit, sed tamquam Deus vniuersorum ac Dominus.

Cor minimè obdurandum.

ANONYMI. Obduratur autem cor eo modo quo etiam cor Pharaonis malitiâ obduruit, & à peccati deceptione durum ac refractarium redditum fuit. Ab hac igitur peruicacia declinantes, clamanti Deo auditum inclinemus, vt iusti euadamus.

ALTERIVS. Omni diligentiâ iam dictis attendamus. Ad hoc enim adhortatur nos Propheta Dauid in sacris Canticis, diuinæ benignitatis latitudinem proponens ad pœnitentiam nos prouocantis: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Cuilibet enim illud *hodie* per omnem vitam coëxtendit; & ait: Si volueris quotidie sicut hodie de

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐκ ἐκ τό[illegible] εἰς τὸν ἕτερον ἰόντες ἐπὶ τῷ Θεῷ προσκ[illegible] προσκαλοῦσιν ἀλλήλους· οὐκέτι γὰρ το[illegible] σκυνησίς ἐστιν, ὥσπερ ἐτύγχανεν [illegible] συνέστηκε τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ ὁ [illegible] ναός. προσκυνήσουσι γὰρ τῷ κυρίῳ, κατὰ [illegible] προφήτην, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ, [illegible] αἰσθητῶς καὶ σωματικῶς, ἀλλὰ πνεύματι [illegible] ἀληθείᾳ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Προσκυνήσ[illegible]λοι, προσπέσωμεν ὡς ἐπικουρίας αὐτοῦ δεόμενοι, κλαύσωμεν ὡς [illegible] καὶ τῆς πρεσβείας οὐκ ἂν ἄλλως [illegible] συμπαθείας τευξόμενοι. Οὐδὲν [illegible] εἰρημένων εἰκὸς αἰσχυνθῆς· ἐναντίον γὰρ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς, δηλαδὴ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων παραγαγόντος γίνεται. Ὁ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων παραγαγών, πάσης οὗτος εὐεργεσίας αἴτιος. Ἔτι δὲ διδάσκει ἡμᾶς διὰ τοῦ ἐνώπιον κυρίου, μὴ ἐνώπιον ἀνθρώπων, μηδὲ ἀνθρώποις τοῦτο ποιεῖν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ κρυπτῷ· κατὰ τό, ὁ πατήρ σου, ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

η. ΣΗΜΕΡΟΝ ΕΑΝ ΤΗΣ ΦΩΝΗΣ ΑΥΤΟΥ ΑΚΟΥΣΗΤΕ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἀναγκαίως οὖν ἐκείνων ἀπομιμνήσκει, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τῶν τοῦ Θεοῦ παραγγελμάτων ἀκούοντες, καὶ παρακούοντες, παραπικραίνωμεν αὐτόν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ τί ἐστι τὸ σήμερον; κατὰ τὸν ἐνεστῶτα δηλονότι καιρόν, καθ᾽ ὃν γέγονεν ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος· τότε γὰρ ἅπαντες ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Οὐ γὰρ λελάληκε πρὸς ἡμᾶς δι᾽ ἑνός τῶν ἁγίων τινός· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν τάξει προφητῶν παραγέγονε πρὸς ἡμᾶς, ἀλλ᾽ ὡς Θεὸς τῶν ὅλων καὶ κύριος.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σκληρύνεται δὲ καρδία ὃν τρόπον καὶ ἡ τοῦ Φαραὼ κακίᾳ προσσκληρυνομένη, καὶ ὑπὸ ἀπάτης τῆς ἁμαρτίας σκληρὰ καὶ ἀντίτυπος ἀναφαινομένη. Ταύτης τοίνυν ἀφέμενοι τῆς [illegible], βοῶντι Θεῷ κλίνωμεν τὴν ἀκοήν, ἐπὶ τῷ δίκαιοι [illegible].

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Πάσῃ σπουδῇ τοῖς λεγομένοις προσέχωμεν. Παραινεῖ γὰρ ἡμῖν μάλιστα ἱερῶς ὁ Προφήτης Δαβίδ, τὸ πλάτος τῆς θείας ἡμερότητος [illegible] προσκαλουμένης ἡμᾶς εἰς μετάνοιαν· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. Παρατείνει γὰρ ἑκάστῳ τὸ σ[illegible] μῆκος τοῦ βίου παντός· καὶ φησιν· ἐὰν βουληθῇς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ὡς σήμερον κα[illegible] ἀκού[illegible]

Digitized by Google

[illegible]

ΔΙΟΔΩΡΟΥ. [illegible]

Ι. ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ ΠΡΟΣΩΧΘΙΣΑ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. [illegible]

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. [illegible]

nouo Deum audire, & minimè duro aut refractario corde esse, poteris & à malitia desistere, & virtutis opera inchoare. Multi enim & fermè plurimi nostrûm illud *hodie* reijciunt, & otiosi ac desides pertranseunt; in crastinum autem differunt, & effusè quidem promittunt se proba vitæ instituta amplexuros, sed ignorant hoc modo se omnes vitæ suæ dies consumere, virtutis vestibus nudos è vita discedere, & vacuâ naue nauigare, cùm nihil omnino emerint, neque sarcinam aliquam attulerint, qualem prudentes negotiatores mercari solent, atque illâ summo studio expetendam misericordiam comparare. CATENA PATRVM.

DIODORI. Illud *hodie* Apostolus accepit pro tempore quod omni vitæ nostræ coëxtenditur; iuxta illud, *Donec hodie cognomina-* Heb. 3, 13. *tur*. Ceterùm hic sermo nos etiam adhortatur, vt hinc monitiones auspicemur, & attendamus ijs quæ dicuntur, ne populum illum æmulemur, qui cùm in illa quæ in deserto contigit visione vocem Dei audiuisset, cor suum obdurauit in tempore tentationis, quando omnium ipsorum intestina inuersa fuerunt in eremo, eò quòd Dei voci non obediuissent. Cùm enim in terram promissam ingredi minimè vellent, sed præcipienti Deo contradicerent, irrationabilem metum ac pusillanimitatem prætexentes, atque dicentes, quomodo ipsi quidem interficiendi, liberi verò ipsorum in captiuitatem redigendi essent. Tunc vtique quadraginta annorum spatium ipsi in deserto transigere ipsos fecit, donec excre[illegible] quidem consumpti essent, filij verò [illegible]uissent. Israelitarum contumacia in deserto punita.

10. QVADRAGINTA ANNIS OFFENSVS FVI.] ANONYMI. Aquila & Symmachus pro *offensus fui* dixerunt *Fastidiui*. Idcircò, inquit, generationem illam [illegible]xecratus sum, leuitatem animi illorum vi[illegible]ens.

EVSEBII. *Offensus fui*. Satur, inquit, fui [illegible]on omnis, sed illius generationis, quæ [illegible]r in errore vixit, eò quòd notitiam Dei ha[illegible]ere nollet; cui contigit Deum offensum iu[illegible]re non ingressuram illam in requiem eius. [illegible]æc autem in septuagesimo septimo Psalmo [illegible]ixit. Ceterùm cùm Paulus hæc explicuerit, Heb. 3, 15. [illegible]l amplius quàm ibi dicta sint proferimus. [illegible]adem autem nobis etiam euenient, si vocem Dei,

Digitized by Google

CATENA PATRVM.

Dei, quæ adhuc etiamnum hodiernâ die nos vocat, audientes, corda nostra obduremus. Apprehendet enim nos ira Dei, & à requie quæ apud ipsum & cum ipso est excidemus. Cùm igitur illi semper errent corde, meritò sequens Psalmus qui subiungitur Gentes omnes ad nouum canticum inuitat, & ad eam quæ in Deo est exultationem. Israëlitæ enim minis attendere noluerunt, neque per pœnitentiam amoliri illam comminationem; propter quod vtique terram patribus promissam minimè adepti sunt: illam enim suam requiem appellauit.

ANONYMI. Hic sermo triplicem nobis requiem designat; scilicet vnam carnalem, quæ est Sabbati; & alteram ingressus in terram promissionis, quam Iosue ipsis procurauit; & tertiam cælestem, quam modò nobis hic sermo declarat. Alias autem hoc loco non commemorasset, nisi illic esset reuerà requies. Quasi diuersæ igitur verè quietes declarantur. Sed vna propriè requies est illa, quæ post mundi huius immutationem in supernis mansionibus erit commoratio.

φωνῆς, εἰς ὅτι καὶ νῦν ἔτι τὴν [illegible] ἀποκαλυμμένης ἡμᾶς, ἀκούοντε[illegible] τὰς ἑαυτῶν καρδίας. Διαλήψ[illegible] γὰρ Θεοῦ, καὶ ἀποπεσούμεθα τ[illegible] σὺν αὐτῷ ἀναπαύσεως. Ἐπεὶ [illegible] πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, εἰκότως [illegible] ἑξῆς ψαλμὸς τὰ ἔθνη πάντ[illegible] καινὸν ᾆσμα, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Θε[illegible] Οἱ γὰρ ἐξ Ἰσραὴλ ταῖς ἀπει[illegible] οὐκ ἠθέλησαν, οὐδὲ μεταμελεί[illegible] λὴν ἐβουλήθησαν· οὐ δὴ χάριν [illegible] ἐπηγγελμένης οὐκ ἀπήλαυσα[illegible] ἐκείνην κατάπαυσιν αὐτὸς [illegible]

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τρεῖς ἡμῖν ὁ λόγος [illegible]ταπαύσεις σημαίνει· μίαν τὴν σαρκικὴν [illegible] τὴν τοῦ σαββάτου· καὶ ἑτέραν τὴν εἴσοδον τ[illegible] εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἣν Ἰησοῦς κατ[illegible] παυσεν αὐτούς· καὶ τρίτην τὴν ἐπουράνιον, [illegible] νῦν ἡμῖν ὁ λόγος σημαίνει. οὐκ ἂν δὲ ἑτέ[illegible] ἐμέμνητο ἐνταῦθα, εἰ ἀληθῶς ἐκεῖ μὴ [illegible] κατάπαυσις. δηλοῦνται οὖν ὡς ἀληθῶς κα[illegible] παύσεις διάφοροι. ἡ δὲ κυρίως κατάπαυσ[illegible] ἐκείνη, ἡ μετὰ τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀπαλλαγ[illegible] ἐν ταῖς ἄνω μοναῖς κατοίκησις.

ANNOTATIONES CORDERII.

HIC Psalmus continet inuitationem ad laudandum Deum corde, voce & opere: quare Ecclesia Catholica rectissimè voluit ab eo ducere initium nocturnæ Psalmodiæ, quæ vti longissima est, ita ista præparatione & exhortatione indigebat.

2. *Præoccupemus faciem eius in confessione.*] Notandum quòd Dauid laudaturus Deum in hoc Psalmo qui inscribitur, *Laus Cantici ipsi Dauid*, ante omnia ad confessionem hortetur; quasi confessio propriæ culpæ sit laudatio misericordiæ diuinæ. quod D. Augustinus hîc aduertit: *Quare*, inquit, *maximè pertinet ad laudem Dei quando confiteris peccata tua? Quia tantò ampliùs laudatur Medicus, quantò plus desperatur ægrotus. Confitere igitur peccata tua: tantò enim maior est laus ignoscentis, quantò maior est exaggeratio peccata confitentis.* Pulchrè etiam S. Petrus Chrysologus hunc Dauidis versum expendens ita scribit: *Non dixit, 'Præueniamus eum tantùm, sed 'Præueniat faciem eius in confessione: hoc est, cùm spes misericordiæ est, cùm tempus est veniæ, cùm pœnitentiæ locus est, confiteamur Patri, ne Iudicem sentiamus; prodamus quæ fecimus peccati, ne temeritati cogamur exoluere quæ tacemus.* Sic ille. Nempe ad iustitiæ tribunal se sistit, qui aperire miseriam suam ad clementiæ tribunal erubescit. Quàm demens, qui cùm delere culpas confessione possit, grandiores facit dum negligit medicinam. Magna sanè confessionis virtus, quæ peccati abolere pote[st] in Dei rationarijs diligentissimè notata. Nulla peccata, licet grauissima illa sint, sincerâ & humili confessione non delentur. Obsignat De[illegible] velut in sacculo nostra delicta; obsignemus nos veræ confessionis sigillo, vt ea obliterem[illegible] Papæ quanta confessionis vis, vt ea deleat q[illegible] Deus scripsit. Nobile sigillum quod ani[illegible] imaginem sceleribus deformatam suæ formæ r[illegible] stituit & pristino nitori.

Peccati confessio Dei glorificatio est.

Dei facies in confessione præoccupanda.

Vera confessio omnes culpas abolet.

3. *Quoniam Deus magnus.*] Pulchrè ha[illegible] Dei magnitudinem describit S. Dionysius lib. [illegible] Diuinis nominibus cap. 9. §. 2. *Ac magn[illegible] quidem*, inquit, *Deus appellatur secundùm [illegible] propriam magnitudinem, quæ magnis omnibus se communicat, & omni magnitudini extrinsec[illegible] superfunditur, & supra expanditur, locum o[illegible] nem complectens, omnem numerum excedens, o[illegible] nem transitione infinitatem, & iuxta supraqu[illegible] plenitudinem suam ac magnificentiam fontal[illegible] que suas distributiones, quatenus ha omnibus [illegible] nita profusione communicata manent prorsus [illegible] minuta, & eandem habent supraquam plenitudinem, neque participationibus minuuntur, [illegible] imò magis redundant. Hæc magnitudo & infi[illegible] est, & quantitatis ac numeri expers: & hæc excellentia secundùm effusionem absolutam & [illegible] praquam extensam magnificentia non com[illegible] hensa.* Hæc ille. Plura vide in nostris A[illegible] tationibus ad locum Dionysij citatum, & ad Psal. 47. ver. 2.

IBIDEM. *Super omnes Deos.*] Ita etiam Vulgata:

Vulgata: in alijs libris Græcis est, Ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, *Super omnem terram* Sixtina hoc loco addit, Ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, *Quoniam non repellet Dominus plebem suam*: quæ absunt etiam à Vulgata, sed non à S. Augustino, neque à Vetere Psalterio, neque à Romano: & canuntur in Inuitatorio, præterquam in Epiphania. Scholion habet, Καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεούς, ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ [illegible] γῆς, *Et Rex magnus super omnes Deos, cuius in manu* [illegible] *terræ*: Symmachus, Καὶ βασιλεὺς μέγας [illegible] *Et Rex magnus super omnes Deos, cuius in manu eius inuestigationes terræ.* Dicitur autem Deus magnus & Rex super omnes Deos, [illegible] *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.* Deus enim est qui illos sanctificat, & facit Deos per participationem. Vnde diuinæ personæ à S. Dionysio alijsque Patribus vocantur θεαρχικαὶ siue deificæ: & Spiritus sanctus vocatur [illegible], hoc est Spiritus supra Deos; quos scilicet sanctificando facit Deos siue in cælo, siue in terra, vti superius explicatum est ad Psal. 81. ver. 1. & 6.

Psal. 81. 6.

Deus est omnitenens.

4. *In manu eius sunt omnes fines terræ.*] Est enim παντοκράτωρ, id est *omnitenens*, vt excellenter S. Dionysius nominat lib. de Diuinis nominibus cap. 8. & 10. vbi nomen hoc in Deo celebrat; quia omnia & singula intus continet & constringit in vnum, ne dissoluantur & diffluant; & omnia tamquam sedes ac fundamentum omnium excipit, sustentat & conseruat. Ipse enim omnium radix, ex quo omnia velut pullulant; & omnium vinculum, quo singula in seipsis constringuntur, ne diffluant & euanescant; omnium sedes ac fundamentum omnia sustentans, ne in nihilum suum relabantur. Ceterùm quamquam Domini sit terra & plenitudo eius, mundique ædificator Deus videtur in primis tamen montibus capi & delectari: quod Dauid ad posteri memoriam hic [illegible] mirandam mundo, *Altitudines montium ipsius sunt*, siue, vt D. Hieronymus, *excelsa montium ipsius sunt*. Quasi diceret, [illegible] magno mundi esse Numinis [illegible] dein maiestatis [illegible] atque adeò sedem in [illegible] [illegible]

Montes præcipuè Deo sacri.

Habac. 3, 3.

Deut. 33, 2.

tum Deos montium esse dicerent. Verùm enimuerò etiam hanc religionem tandem aliquando successu temporis in impijssimum idolorum cultum degenerasse animaduertit Theodoretus, vbi Psalmum hunc exponens ait, *Deos esse montium crepidines, licet dæmones stolidis hominibus sæpe persuaserint, vt ibi delubra eis erigerent.* Cùm enim nefarius humani generis hostis vellet castam illam & innocentem religionem polluere, & ab Hebræis auertere ad insanum cultum & superstitionem, insusurrauit Gentilibus, omnia montium cacumina sacra Ioui esse, in illis oberrare Deos sanctos, in ijsdem propitiandos genios, fana, lucos, aras, oracula statuenda. Hinc princeps inanium apud illos Numinum tot propè habuit cognomina, quot in Græcia montes & Barbaria reperiuntur; in quibus incredibili hominum studio illis templa fuere consecrata. Nam inde Iupiter Casius, Ætnæus, Olympius, & trecentis huiusmodi nominibus appellatus fuit. Serpsit hæc deinde contagio ad Hebræos, cùm sordibus auaritiæ & libidine contaminati sese in omne genus flagitiorum effuderunt: nam derelicto Solymeo templo, cœpere in montibus ædificare delubra, atque aras inexpiabili scelere sub altis & vmbrosis arboribus collocare, ad Genios Erebi venerandos. Huic ergo vt impietati occurreret Dauid, vnum solum cæli ac terræ Conditorem Deum sacrificijs & oblationibus atque obsecrationibus religioso cultu colendum & adorandum esse docet, quia *altitudines montium ipsius sunt.*

ANNOTATIONES CORDERII.

3. Reg. 10.

Cùm Idololatria in montibus maximè regnaret.

6. *Procedamus & ploremus ante Dominum.*] Pulchrè S. Hilarius in Psal. 55. lacrymis attribuit linguam & potentem quamdam orationem, aitque *nos earum legatione vti ad obtinenda ea quæ Deus promisit*: quem secutus S. Ambrosius in Psal. 57. confirmat etiam lacrymas solere *legationem suscipere pro delictis*. Atque vt communem illam opinionem stantium in Ecclesia virorum esse videamus, illud ipsum piè & claré dixit Ennodius lib. 4. Epist. 24. *Deo ad plenam legationem sufficit ex compunctione defluens imber oculorum.* Anselmus Laudunensis in ea verba Tobiæ, *Cum lacrymis orabat Deum*, sanè hoc præclarè: *Oratio, inquit, Deum lenit, lacryma cogit; hæc vngit, illa pungit.* Quid est Deum pungere? vigere vehementer, inferre vim omnipotenti, in Dei corpus penetrare, ibi conturbare sententiam, iram discutere, veniam mereri, pacem extorquere. Sunt quoque lacrymæ genus quoddam sacrificij Deo gratissimum, vt eleganter & piè S. Augustinus Epist. 199. *Sacrifica, inquit, lacrymas tamquam vulneris sanguinem cordis.* Hoc sacrificium est, vt propitiatorium & augustum, & tam potens, vt Seruatoris cruore vestitum, & diuinè coloratum, expiare & saluare possit. Hinc S. Ambrosius lacrymas vocat *redemptrices*. Habent quoque Lacrymæ vim Baptismatis; quo lotus & mundus S. Petrus emersit ad amorem diuinum, & eam virtutis gloriam & perfectionem quam miramur: quod S. Leo Pontifex Maximus Serm. 9 de Passione dulci orationis copiâ celebrauit: *Felices, inquit, sancte Apostole tuæ lacrymæ, quæ ad diluendam culpam negationis virtutem sacri habuere Baptismatis.* Hinc Isidorus lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 25. lacrymas vocat *Baptisma laboriosum*. Climacus verò grauis auctor rem etiam attollit; mira-

Lacrymæ legatione funguntur ad Deum.

Tob. 3, 22.

Lacrymæ Deo sunt sacrificium.

Lacrymæ habent vim Baptismi.

Digitized by Google

ANNOTATIONES CONDERIS.

mirabiliùs, & Baptiſmo ipſo potiorem putat: *Maior*, inquit, *ac potentior Baptiſmate: poſt Baptiſma* (*etſi audax dictu id videatur*) *fons lacrymarum eſt.* Cuius dicti magnifici rationes duas profert: nam Baptiſmus tantùm culpam originis & ſcelera quæ in tenebris ignorantiæ facta ſunt delet: lacrymis autem eluuntur omnia, & longè quidem grauiora & deteſtabiliora quæ in luce Euangelij committuntur. Præterea ſemel tantùm Baptiſmo eluimur; hoc autem fonte lacrymarum, ſi ita lubet, quotidie. Vnde Petri Bleſenſis Epiſt. 7. illud axioma verum eſſe puto, atque in vſum inducendum, *Delictum cordis flet more oculi purgat.* Sed grauiùs S. Chryſoſtomus, qui in Pſal. 50. ſpongiam vocat lacrymas: *Peccata*, inquit, *tua in libro ſcripta ſunt; σπόγγος δὲ δάκρυα; ſpongia autem inſtar ſunt lacrymæ tuæ; plora, & ea deleberis.* Quo in loco etiam audet cum ſanguine Martyrum eaſdem comparare, cùm non minùs geminio illo fonte pellucentis aquæ quàm purpureo diuinorum hominum cruore ſcelera deleantur. Notandum autem, vbi hîc dicitur *Procidamus*, Hebræam vocem propriè ſignificare, *Caput in terram inclinemus*, more ſcilicet eorum qui accipiunt benedictionem, vt innuat Deum lacrymis benedictionem impertiri. Abijciamus nos ergo ad pedes Seruatoris Chriſti cum Magdalena, cum reliquo ſanctiſſimorum hominum cœtu, & confugiamus ad eoſdem vt ad tutum miſericordiæ aſylum & perfugium miſerorum. Eſt ſubtilis & polito ingenio digna S. Ambroſij an inductio in cap. 7. Lucæ, vbi de vi piarum lacrymarum diſſerit: *Fortaſſe*, inquit, *non lauerit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lacrymis nos lauemus. Bona lacrymæ, quæ non ſolùm noſtrum poſſunt lauare delictum, ſed etiam verbi cæleſtis regere veſtigium, vt greſſus eius in nobis exuberent*, &c.

Lacrymæ peccatorum ſpongia.

8. *Hodie ſi vocem eius audieritis.*] Monet hîc Pſalmiſta ne vitæ emẽdationem procraſtinemus. Huic conſonat illa S. Gregorij Magni monitio, quam in omnium auribus continuò circumſonare oporteret: *Qui pœnitenti veniam ſpopondit, peccanti diem craſtinum non promiſit. Semper ergo extremum diem debemus metuere*, &c. Vult ſanctus Doctor coruinam illam vocem ex omnium ore atque animo eijcere, qui cras ſemper & cras dicunt, neque vnquam boni operis initium reperiunt: quam ego in vocem referendam eſſe puto infelicium hominum exitium & deſperatæ vitæ colophonem. Quod notatum etiam fuit a S. Auguſtino Serm. 16. de verbis Domini: *Iſta res eſt*, inquit, *quæ multos occidit cùm dicunt Cras, cras, & ſubitò oſtium clauditur. Remanſit foras cum voce coruina, qui non habuit gemitum columbinum.* Hinc emblema infortunij maximi iratique numinis eſt, *Coruus in ſuperliminari*: quod graphicè pingitur à Sophonia, cùm futuras Gentium clades horribili ſono prædicit: nam funeſtum eſſe illius animantis cantum innuit cras toties repetentem. Quem eſſe dolum veteratoris inimici perſpicuè oſtendit S. Baſilius in Homilia de Baptiſmo: Satanæ enim vox, inquit, illa eſt, *Mihi hodie, cras Deo*; Domini contra, *Hodie vocem meam audite.* Quo eodem loco Magnus ille vir componit dæmonem cum aucupe, quæ, vt pullis det aufugiendi tempus & opportunitatem, deludit aucupem, & inuolitat, &

Non procraſtinanda vitæ emendatio.

Sophon. 2, 14.

accedit propiùs; tamque aſtutè call[illegible] tur, vt nec penitus ſe periculo mar[illegible] beat, neque ſpem omnem inſidia[illegible] callidus & perfidioſiſſimus animi [illegible] in altitù ſuggerit, vt in craſtinum d[illegible] tentia: cumque illud euenerit, [illegible] prorogandum ſuadet: & ita mente[illegible] ludit, donec cras & dies vitæ om[illegible] Hoc igitur prudens ſit conſilium [illegible] ſi quod pium & gloriandum op[illegible] nullo modo eſſe procraſtinandu[illegible] rientiâ conſtet, quæ virtutum ſect[illegible] tur, ſi præſertim ſint coniunctæ cu[illegible] cultate, & corporis voluptati re[illegible] magis differuntur, eò difficiliores [illegible] res; vt Sibyllæ folium mihi poëta [illegible] deatur,

Qui non eſt hodie, cras minùs aptus erit.

Cui conſonat illud Martialis lib. 1.

Sera nimis vita eſt craſtina; viue hodie.

Intepeſcit enim eâ dilatione voluntas, & ard[illegible] pius reſtinguitur, & gratiæ ille decor, qui an[illegible] mum exſuſcitabat, vt pictura vetus ſenſim eu[illegible] neſcit.

10. *Quadraginta annis offenſus fui generationi illi.*] Græcè eſt προσώχθισα: quod etiam verti po[illegible] teſt *proximus fui*, quomodo eſt in Breuiario: e[illegible] cuius lectionis varietate intelligimus Deum tun[illegible] eſſe nobis proximum & propitium cùm eſt in[illegible] fenſus, quemadmodum exponit D. Thomas [illegible] cap. 3. Epiſt. ad Hebræos: & dupliciter inte[illegible] pretatur; vno modo, vt ſit ſenſus, *Proximus fui* [illegible] puniendo: nam cùm Deus peccata diſſimula[illegible] videtur longè abeſſe: altero ſic, *Proximus fui* p[illegible] miſericordiam; quia nimirum hoc ipſo quòd e[illegible] puniebat pœnâ temporali, maximum miſerico[illegible] diæ ſignum dedit. Itaque Deum infenſum eſſe [illegible] hac vita eſt proximum eſſe ac miſericordem.

Miſericordia Dei eſt, quod hîc peccata vindicat.

IBIDEM. *Semper hi errant corde.*] Im[illegible] enim & vitioſi homines cùm vix vnqua[illegible] ſint apud ſe, & continuâ velut tempeſtate iacte[illegible] tur, in cor ſuum non penetrant; vel quòd ab[illegible] terrat à ianua, multiplici occupatione diſtenti; quòd aditus ſit obſtructus veluti malitiæ dum[illegible] & virgultis; vel quòd animi furioſæ perturbati[illegible] nes, vt ceſſantes vehementer ecnephiæ, ab [illegible] portu reijciant; vel quòd putore vitiorum ſit [illegible] timi cæli grauis aſpiratio. Quis enim graueol[illegible] tem mephitim lubens ſubeat, quis ſtabulum [illegible] giæ, quis puticulos & motam camarinam [illegible] S. Auguſtinus in Pſal 33. rem illuſtrat eleg[illegible] ſimilitudine eorum qui malas domi habent v[illegible] res & Xantippæ geminas. Hi prodeunt in for[illegible] læti, vt è piſtrino ſoluti, & cum amicis gen[illegible] ter agunt, ſed cùm domum reueniendum animi angore & mœſtitiâ conficiuntur: in[illegible] turi ſunt enim ad tædia, ad murmura, ad am[illegible] tudines, ad euerſiones, quia non eſt domus c[illegible] poſita. Hoc ipſum ait euenire hominibus qu[illegible] habent ſordibus vitiorum pollutum, ac turb[illegible] motibus agitatum: ad quod nemo lubens uertat.

Impij ſemper aberrant à corde.

11. *Ipſi verò non cognouerunt vias meas*, &[illegible] Agit hîc de duris illis & protervis Iſraëlitis bus non ſatis fuit exijſſe ex Ægypto; quia o[illegible] puſillanimitatem & diffidentiam ſuam in de[illegible] ſerto interierunt, & numquam ad terram ſibi pro[illegible] miſſam, lacte & melle manantem, peruenerunt. Ita etiam

Digitized by Google

Interior abnegatio ad quietem animi necessaria est.

etiam ad vitam spiritualem aspirantibus non satis erit seipsos exteriùs abnegare, quod est quasi Ægyptum deserere, nisi etiam interiùs se cohibeant, & subiectis potioribus viribus, quæ intus in mente & corde latent, ad eam quam Dominus perfectis pollicitus est mentis puritatem & tranquillitatem ascendant. *Nihil enim nobis proderit* (inquit optimè Cassianus collat. 3. cap. 7.) *abrenuntiatio corporalis, & localis quodammodo transmigratio ex Ægypto, si renuntiationem cordis, quæ sublimior & vtilior est, non valuerimus similiter obtinere.*

IN PSALMVM XCV. ARGVMENTVM.

α'. Ὠδὴ τῷ Δαβίδ, ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδομεῖτο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Οὔτε ὁ Δαβὶδ οὔτε τις τῶν ἑρμηνευτῶν τὴν ἐπιγραφὴν ταύτην τέθεικεν, ἀλλ' ἕτερός τις [illegible] τοῦ ψαλμοῦ [illegible]. Ἁρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐν Βαβυλῶνος ἐπανελθοῦσι, [illegible] ᾠκοδόμουν, καὶ τὰ ἐγκαίνια ἐπετέλουν. Ἁρμόζει δὲ καὶ τῇ τῶν ἐθνῶν κλήσει, ὅτε ἡ ὑπὸ Χριστοῦ Ἐκκλησία τεθεμελίωτο. Ὅθεν [illegible] μὲν ἑβραΐζουσιν ἀνεπίγραφος λέγεται, ἡμῖν δὲ ᾠδή ἐστι μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς αἰχμαλωσίας τῆς φύσεως τῷ Θεῷ ᾀδομένη, ὅτε [illegible] διαλυθεῖσα ἡ τῆς φύσεως ἡμῶν [illegible] διὰ τῆς ἀναστάσεως ἀνεστήθη. Εὐθὺς γὰρ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης μυστήριον ἐν προοιμίοις ἡ ψαλμῳδία εὐαγγελίζεται λέγουσα· Ἄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν. καὶ· Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. διὸ παρ' Ἑβραίοις σεσιώπηται.

1. Canticum ipsi Dauidi, quando domus ædificabatur post captiuitatem. *1. Paral. 15.*

Sine titulo apud Hebræos.

Neque Dauid neque aliquis interpretum hunc titulum composuit, sed alius quispiam ad sensum Psalmi attendens. Cæterùm congruit etiam iis qui è Babylonia reuertebantur, quando templum ædificabant, & encænia celebrabant. Conuenit quoque Gentium vocationi, quando à Christo Ecclesia fundata fuit. Vnde hebraizantibus sine titulo dicitur: nobis verò Canticum est post reditum captiuitatis naturæ Deo cantatum, quando dissoluta naturæ nostræ structura per resurrectionem instaurata fuit. Statim enim in proœmiis psalmodia noui Testamenti mysterium annuntiat dicens: Cantate Domino canticum nouum. Et: Afferte Domino patriæ Gentium. Idcircò ab Hebræis hæc silentio pressa sunt.

Psalmi titulus quibus conueniat.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Ἄσατε τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ᾄσατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ.

Καινῶν γὰρ δεῖ, φησί, τῶν ὕμνων τῷ Θεῷ ἐπὶ καινοῖς τοῖς γεγονόσι.

β'. Ἄσατε τῷ κυρίῳ, εὐλογήσατε τὸ ὄνομα αὐτοῦ· εὐαγγελίζεσθε ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

Τοιοῦτον γὰρ δεῖ ποιεῖν, φησί, τὸ ὄνομα [illegible] ἐν εὐλογίαις, ὡς ὅτε [illegible] τοῦ λαοῦ. ἀλλ' οὐδ' [illegible] αὐτοὺς τοῦτο ποιήσαντας, [illegible] πᾶσα γὰρ ἡμέρα προσθήκην ὀφείλει [illegible] τῆς τοῦ Θεοῦ δοξολογίας.

CANTATE Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.

Deo nouis hymnis celebrandus.

Nouis enim, inquit, hymnis opus est Deo pro rebus nouis quæ contigerunt.

2. Cantate Domino, *benedicite nomen eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

** Vulgata & benedicite nomini ei.*

Tale enim, inquit, nomen vbique in benedictione exauditum facere oportet, quòd nimirum taliter populi sui curam gesserit. Neque verò, inquit, vbi semel iterumque vti par est hoc feceritis, cessabitis. Omnis enim dies istiusmodi diuinæ laudis incrementum sumere debet.

Dei nomen vbique & semper benedicendum.

PARAPHRASIS ANONYMI.

3. Annuntiate * in Gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

* Vulgata inter Gentes.

Ita vt, inquit, nulla gens sit quæ istiusmodi Dei actionem non audiat, ita vt etiam omnis populus istiusmodi miraculorum vim percipiat.

4. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam quando Babylonios vlcisci voluit, illi qui ab ipsis Dij appellantur nihil valuerunt. Et meritò nil ipsi potuerunt; quandoquidem non Dij, sed dæmones existant. vnde subiungit:

Dij Gentium dæmonia.

5. Quoniam omnes Dij Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Illi siquidem sunt dæmones alienum nomen sibi vindicantes. Hic autem propriè Deus est qui condidit vniuersum. A cælo enim vniuersum denominat.

6. Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.

Meritò igitur, inquit, gratiarum actio, & si quid illustre sit, ipsi offertur. Sanctificationem verò appellat templum innouatum.

7. Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem:

8. Afferte Domino gloriam nomini eius.

Gentes modò appellat omnes Tribus Israël: iubet enim illas offerre sacrificia & hymnos gratiarum actionis tali Deo conuenientes. vnde subdit:

Tribus Israel vocat Gentes.

Tollite hostias, & introite in atria eius:

Et quid post sacrificia facto opus sit subiungit:

9. Adorate Dominum in atrio sancto eius.

Cùm hæc Tribubus siue Gentibus præcepisset (quas ipse populum nominat) subdit:

γ'. Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαυμάσια αὐτοῦ.

Ὥστε, φησὶ, μηδὲ ἓν ἔθνος εἶναι ... τῆς τοιαύτης τοῦ Θεοῦ πράξεως· ὥστε ... λαὸν τὴν τοιαύτην θαυμάτων δύναμιν.

δ'. Ὅτι μέγας κύριος ... σφόδρα· φοβερός ... πάντας τοὺς θεούς.

Ἐπείπερ ὅτε ἐβουλήθη ἀμύνασθαι ... νίοις, οἱ παρ' αὐτοῖς λεγόμενοι θεοὶ οὐκ ἴσχυσαν. Καὶ εἰκότως οὐκ ἐξίσχυσαν ἐκεῖνοι· ἐπείπερ οὐ θεοί εἰσιν, ἀλλὰ δαίμονες. ὅθεν ἐπιφέρει·

ε'. Ὅτι πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ὁ δὲ κύριος τοὺς οὐρανοὺς ἐποίησεν.

Ἐκεῖνοι μὲν γάρ εἰσι δαίμονες σφετεριζόμενοι ἀλλότριον ὄνομα. Οὗτος δὲ κυρίως ἐστὶ θεὸς ὁ τὸ πᾶν δημιουργήσας. ἀπὸ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ τὸ πᾶν ὀνομάζει.

ϛ'. Ἐξομολόγησις καὶ ὡραιότης ἐνώπιον αὐτοῦ· ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ.

Εἰκότως οὖν, φησιν, εὐχαριστία, καὶ εἴ τι σεμνὸν, προσάγεται αὐτῷ. ἁγίασμα δὲ καλεῖ τὸν ναὸν τὸν ἐγκαινιζόμενον.

ζ'. Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν·

η'. Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ δόξαν ὀνόματι αὐτοῦ.

Ἔθνη νῦν καλεῖ τὰς φυλὰς πάσας τοῦ Ἰσραήλ· ἐγκελεύεται γὰρ αὐταῖς θυσίας προσφέρειν καὶ ὕμνους εὐχαριστηρίους πρέποντας τῷ τοιούτῳ Θεῷ. ὅθεν ἐπιφέρει·

Ἄρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ.

Καὶ τί χρὴ ποιεῖν μετὰ τὰς θυσίας ... πάγει·

θ'. Προσκυνήσατε τῷ κυρίῳ ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVM huius Psalmi, qui in Hebræo non habetur, censet Bellarminus ab Esdra additum; & hunc Psalmum cantari solitum in reædificatione templi post Babylonicam captiuitatem. Tamen certum videtur intentionem primariam Dauidis & ipsius Spiritus sancti fuisse, prædicere aduentum Christi & Regnum eius, scilicet Ecclesiam in omnibus Gentibus ædificandam.

1. *Cantate Domino canticum nouum.*] S. Augustinus Tomo 9. edidit Tractatum de Cantico nouo, & de reditu ad patriam ac viæ periculis. Nouitatem autem vitæ ait esse canticum nouum, seu Testamentum nouum, propter hominem nouum qui exspoliet veterem, sciens vetera transijsse factaque omnia noua. Philippus Græcus Cancellarius Parisiensis *veteris hominis cantica* numerat & explicat, cùm cantat ex superbia, ex gula, vel luxuria; sicut aues garriunt tempore luxuriæ, & hinnit equus: præterea pro lucri acquisitione, pro pacis securitate, amicorum propinquitate, filiorum multitudine, item propter potentiam vel damnum alienum; denique ex propria malitia. *Cantica noui hominis* ait esse ex opprobrijs, ex tribulatione, ex rebus secundis; verùm ita vt cantet Domino, non sibi ad hæc pro spe æternorum, vt gallina, inquit, quæ ouum fecit: rursum pro aliorum protectu; pro diuinæ præsentiæ consolatione, pro fidelium multiplicatione; pro passionum carnalium extinctione. Tertullianus lib. de Resurrectione carnis cap. 46. interpretans *canticum nouum* ab innouatis per resurrectionem cantari, contendit eumdem ipsum qui mortuus est resuscitandum, nec fore transmigrationem Pythagoræam: *Si non meminerim*, inquit, *me esse qui merui, quomodo gloriam Deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam Deo debeam?* Hæc & alia plura de cantico nouo vide fusiùs apud Lorinum nostrum ad hunc locum.

Canticum nouum est nouitas vitæ.
Coloss. 3. 9.
1. Cor. 5. 17.
Quæ sint veteris hominis cantica.
Quæ sint cantica noui hominis.

5. *Quoniam omnes Dij Gentium dæmonia.*] Symmachus pro *dæmonia* legit *ἀνύπαρκτοι, non subsistentes*; Aquila, *εἴδωλα, ficta*: S. Hieronymus vertit, *Dij populorum sculptilia*: quidam vertunt, *idola, simulacra, vanitates, meræ nugæ, res nihili, vacuitates, inutilia, mendacia, statuæ.* Doctè autem ita verterũt, vt docerent Deos Gentium verè esse diabolos, non bonos aliquos spiritus siue Angelos. Nam idola siue sculptilia sunt diabolorum receptacula, & tamquam corpora. Hinc Clemens in Protreptico citat: Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν *δαιμονίων εἰσὶν εἴδωλα, Dij Gentium dæmoniorum sunt idola*; vt scilicet contemptim minueret quod sibi dæmones arrogabant: vel quia pijs nihil prodesse aut obesse possunt, vt docet Apostolus: *Quia nihil est idolum in mundo*: item, *quod idolum non sit aliquid*, id est, nullius contra Sanctos potestatis. Contrà maligni spiritus se dæmonia & dæmonas inscribebant, quasi diuinos & admirandos: nam vt in prauam partem perpetuò sumuntur apud sacros pro malignis & apostaticis mentibus, quæ suum deseruerunt principatum, in quo fuerant à summo Deo collocatæ; ita apud profanos in excellentem. Quare apud Aristotelem τὸ δαιμόνιον pro diuino & admirando; & apud Platonem *δαίμων* pro sapiente vniuersi moderatore accipitur. Nempe impuri illi spiritus suam infelicitatem celantes sibi omnem admirabilitatem diuinitatemque arrogabant, imò verò & omnium rerum scientiam ac reliqua Dei propria: nam ὑπὸ τοῦ δαίειν sic dictos aiebant; vt narrat Eusebius lib. 4. Præparationis Euangelicæ: Ex quo factum, inquit, vt apud nos nomina ista semper malè sonent; neque vllum bonum dæmonem nostræ dicant Scripturæ.

Dij Gentium sunt idola quæ nihil possunt.
1. Cor. 8, 4.
Ibid. c. 10, 19
Vox dæmon apud profanos in bonam, apud sacros Scriptores semper in malam partem sumitur.

6. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius.*] S. Hieronymus vertit, *Gloria & decor ante vultum eius.* Dixerat, Deum esse magnum & terribilem; nunc addit eumdem esse laudabilem & pulcherrimum. Illustrabit hunc versiculum, aliòqui satis obscurum, versiculus secundus Psalmi centesimi tertij: *Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Dicitur enim Deus induisse confessionem & decorem, quia ab omni parte conspicitur laudabilis; & ideo laudabilis, quia pulcher, & decorus totus, siue quis essentiam, siue attributa, siue iudicia, siue cogitationes, siue opera eius attendat. Hinc S. Dionysius de Diuinis nominibus cap. 4. §. 7. ipsum quoque pulchrum supereessentiale ac pulchritudinem more suo mirificè appellat, *propter illam pulchritudinem, quam rebus omnibus pro cuiusque modulo communicat, in quantum est causa omnis pulchritudinis ac venustatis, dum rebus omnibus pulchrificas fontalis sui radij distributiones lucis in morem afflat, omniaque ad se καλεῖ, id est vocat (vnde & κάλλος, id est pulchritudo, dicitur) & tota in totis quasi in se colligit.* Est enim fons omnis pulchritudinis in Angelis & hominibus; in cælis & elementis; in animalibus & plantis; in gemmis & margaritis, & ceteris rebus omnibus. Siquidem omnia suam pulchritudinem & speciem tam internam quàm externam, tam sensibilem quàm intelligibilem ab ipso acceperunt.

Deus est fons omnis pulchritudinis.

Sunt autem septem gradus pulchritudinis. Primus & infimus est *pulchritudo externa*, quæ cernitur oculis, vt in gemmis, in floribus, in specie & forma animalium, in viris & feminis, in Sole, Luna, stellis, &c. Hæc est pulchritudo quam mortales tantoperè mirantur, & ambiunt.

Septem gradus pulchritudinis.

Secundus gradus est *in pulchritudine interna earum formarum, unde pulchritudo illa externa promanat.* Hæc incomparabiliter maior & mirabilior; quia in simplici forma & virtute ineffabili modo continetur tota illa varietas, quæ exteriùs in floribus, plantis, animalium structuris, coloribus & figuris, aliisque in rebus apparet.

Tertius gradus pulchritudinis est *in vita animalium, seu animabus sentientibus.* In vna enim simplici forma continetur vis sensuum, vis imaginationis & appetitus sensitiui: quæ omnia ita sunt admirabilia, vt mens humana ne centesima quidem ex parte ea capere possit. Anima enim sentiens ita est eleuata supra vegetantem, vt plus sit pulchritudinis in vna sentiente quàm in omnibus vegetantibus simul iunctis.

Quartus gradus est *in anima rationali*: quæ incom-

incomparabiliter est pulchrior quàm animæ sensitiuæ simul iunctæ.

Quintus gradus est *in natura Angelica:* quæ adhuc longè sublimior ac splendidior est animâ rationali.

Sextus est *Beatorum :* quorum pulchritudo superat pulchritudinem totius vniuersi, etiamsi tota in vnam formam colligatur.

Diuinæ pulchritudinis conspectus efficit beatum.

Septimus gradus est *pulchritudinis diuinæ:* in qua omnis pulchritudo naturalis & supernaturalis, corporalis & spiritualis, omnium rerum creatarum & creabilium eminentissimè & vnitissimè continetur; & hæc simul collecta in vnum comparatione illius est instar nihili. Vnde conspectus diuinæ pulchritudinis incomparabiliter plus recreabit & oblectabit Beatos quàm aspectus Sanctorum, & totius curiæ cælestis, ac totius vniuersi, quamuis etiam hinc incredibilem voluptatem hausturi sint.

Verè igitur *confessio & pulchritudo in conspectu eius :* quia ipse formaliter est infinita pulchritudo, infinitè vincens omnem pulchritudinem creatam & creabilem, etiam omnem eam quam ipsa mens diuina extra sè concipere potest : vnde est infinitè amabilis & delectabilis, & habet vim infinitam alliciendi mentem ad sui amorem. Et quamuis re ipsâ non trahat mentes Beatorum infinitè, eò quòd visio non sit perfectionis infinitæ; ita tamen potenter trahit, vt omnes necessariò illam ament, nec possint vllo modo suspendere aut cohibere amoris actum. Verùm quò maior est hæc necessitas amoris, eò mens beatior.

Confessio miram animæ parit pulchritudinem.

Ceterùm, vt hunc versiculum etiam ad mores accommodemus, verborum ordinem expendamus. Non ait, *Pulchritudo & confessio*; sed confessionem pulchritudini præposuit, vt innueret, à criminum deuelatione, quæ per confessionem fit, pulchritudinem nasci, & pulchrum illum fieri, qui peccata sua confitetur, & fœdam imaginem ante Dei oculos ponit. Acutè hoc S. Augustinus in huius Psalmi enarratione obseruauit dicens: *Pulchritudinem amas? vis esse pulcher? Confitere. Non dixit, Pulchritudo & confessio; sed, Confessio & pulchritudo. Fœdus eras, confitere vt sis pulcher. Peccator eras, confitere vt sis iustus. Amamus pulchritudinem; priùs eligamus confessionem, vt sequatur pulchritudo.* Sic ille. Eleganter quoque Bernardus Epistolâ 113. ad virginem Sophiam: *Ama*, inquit, *confessionem, si affectas decorem. Confessioni*

Psal. 103, 1.

iungitur decor, iungitur pulchritudo. Confessionem & decorem induisti. Reuerà vbi confessio, ibi pulchritudo, ibi decor. Si peccata sunt, in confessione lauantur: si bona opera, confessione commendantur. Bonum animæ ornamentum confessio, quæ peccatorem purgat, & iustum reddit purgatiorem. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris est vita, iusti gloria.

Vox πατριαὶ quid significet.

7. *Afferte Domino patriæ Gentium.*] Interpres Latinus reliquit hoc loco dictionem Græcam πατριαί; quæ tamen Græcis non idem significat quod Latinis *patria :* nam illis significat tribum & familiam : vnde hoc loco dictio hæc accipienda vt Græca, non vt Latina. S. Hieronymus idcircò vertit, *Familiæ populorum :* alij, *stirpes, parentelæ, progenies, cognationes, affinitates :* in Hebræo est מִשְׁפְּחוֹת *misspechoth*, significatque *familias* seu *domos*.

ANNOTATIONES CORDERII.

8. *Tollite hostias.*] S. Hieronymus, *Leuate munera:* in Hebræo est מִנְחָה *Minchah :* quod nomen non significat hostias & oblationes ex pecudibus, sed libamenta, quæ pane, vino, & oleo & similibus constabant; vt hîc meritò (inquit Iansenius) intelligi debeat insinuari sacrificium Eucharistiæ, quod constat in pane & vino, & solùm relictum est Ecclesiæ Gentium pro omnibus legalibus sacrificijs, & propriè in Missa tollitur & eleuatur à Sacerdotibus post consecrationem, & populo adorandum exhibetur.

9. *Commoueatur à facie eius vniuersa terra.*] Græcè est Σαλευθήτω : Hebraicè est חִילוּ *chilu:* quod S. Hieronymus vertit *Paueat :* Symmachus & Aquila reddunt Ὠδινήσατε, *Parturite.* q. d. Timeat more parturientis feminæ, & crucietur ante eum, & expauescat vniuersus orbis terrarum, & timeat eum offendere.

Modus vertendi Veterum.

10. *Dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.*] Cyprianus legit, *Annuntiate Regnum Dei in Gentibus :* apud S. Augustinum, & Cassiodorum & in Officio Ecclesiastico habetur, *Dicite in nationibus, Regnauit à ligno Deus :* quod etiam à pluribus antiquis Patribus additur. Atque is fuit modus vertendi veterum, vt paucula obiter intercalarent, quæ inseruirent perspicuitati mysterij : sic sæpè præter Hebraicum contextum nonnulla de suo interponunt in lege & Prophetis, ad locos obscuriores illuminandos, Ionathan & Onkelos, qui proinde non tam Chaldaici translatores quàm Paraphrastæ appellantur.

IBIDEM. *Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur.*] S. Hieronymus, *Siquidem appendit orbem immobilem :* quo pacto ferè etiam Symmachus, Καὶ ἥδρασε τὴν οἰκουμένην ἀσάλευτον, *Et stabiliuit orbem terræ immobilem :* Hebræis est idem verbum כּוּן *chun :* quod Septuaginta varijs modis reddunt, κατορθόω, στερεόω, ἑτοιμάζω, *corrigo, firmo, paro.* Ceterùm hoc loco optimè vsi sunt verbo *corrigendi*, quia hæc non tam dicuntur de mundo creato & constituto, quàm de eodem recreato & restituto per Christi Euangelium. Mundus enim anteà erat deprauatus non modò vitâ & moribus, verùm etiam idololatriâ, Dei ignoratione, & opinionibus: hunc Christus iam correxit in religione, vita, moribus, conscientia, ne deinceps sit absque pietate, fide, Dei veri agnitione, quæ non deficiet vnquam inter Gentes, vt olim. Sed Euangelica doctrina, & vera Dei notitia, & fides, vnà cum Ecclesia toto orbe propagata, perpetuabitur, nec vllâ vi aut oppugnatione diaboli aut ministrorum eius delebitur: nam *portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, vti Veritas promisit. Ad quam verò regulam orbis terræ praua & deuia correcta sunt, pulchrè tradit S. Hieronymus ad hunc locum dicens : *Ideò venit Christus, & correxit genus humanum, quod ante fuerat deprauatum, vt in æternum non commoueatur. Crux enim ipsius columna est generis humani. In ipsa columna ædificata est domus eius. Ego crucem dico non lignum, sed passionem. Ceterùm crux ista & in Britannia est, & in India est, & in vniuerso orbe terrarum.* O crux, ô regulâ, ô normâ sic corrigens orbem, vt vltra à recta virtutis via non commoueatur.

Christus per Euangelium correxit orbem.

Math. 16, 18.

Crux Christi regula correctionis.

ANNOTATIO. NESCORDERIT.

11. *Lætentur cæli, & exultet terra.*] Vbi Paraphrastes vertit, *Lætentur exercitus Angelorum, & exultent incolæ terræ.* quem secutus D. Ioannes Damascenus lib. 2. Fidei cap. 6. *Scriptura,* inquit, *his verbis Angelos qui in cælo sunt, & homines qui in terra versantur, ad lætitiam accersit.* Itaque Angeli in extremo iudicio intuentes Christum Dominum perfectissimè triumphantem incredibili gaudio perfundentur, orto ex illo huius triumphi videndi desiderio, quo ad illud vsque tempus ardenter æstuabant. Propheta itaque hoc & sequentibus versibus per prosopopœiam introducit totam rerum vniuersitatem de secundo Christi aduentu & iudicio lætantem: tota enim ardentissimo quodam desiderio videndi Christum Dominum ad terras venturum, & sua cuique præmia aut supplicia redditurum, inflammatur; iuxta illud Apostoli, *Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.* Vbi huius desiderij seu expectationis magnitudo tripliciter commendatur. Primò, quia non dicitur Creatura expectat, sed *Expectatio creaturæ expectat*: quasi ipsa creatura non sit aliud quàm pura quædam expectatio: sicut Dauid, *Et substantia mea,* inquit, *apud te est.* Vbi ex Hebræo legi potest, *Expectatio mea apud te est.* Quasi tota Dauidis substantia ex sua expectatione constans seu cum sua expectatione coincidere videretur. Secundò, ex causa finali expectationis, vt scilicet liberetur *à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Quantum enim malum seruitus, & quantum bonum libertas; tantum est omnium creaturarum desiderium exeundi à seruitute, & transeundi ad libertatem: quod in secundo Christi aduentu consecuturas se sperant. Cùm enim omnes fuerint propter hominem; sicut cum homine seruo & corruptibili seruiunt, & corrumpuntur, ita cum homine libero, & immortali, libertate & immortalitate donabuntur. Tertiò ex affectu, quia *ingemiscit & parturit: Sic enim loquitur Apostolus* (Inquit Chrysostomus ibidem Hom. 14.) *non quòd suspirium aliquod à terra & à cælo editum audierit ipse; sed vt futurorum bonorum declaret immensitatem & desiderium quod habet, vt à malis præsentibus liberetur.* Tanta est enim huius expectationis efficacitas, vt gemitus & dolores parturientis in omnibus creaturis suscitare videatur non solùm ad breue tempus, sed ab initio mundi vsque huc, & hinc ad extremum iudicium duraturos; vtiles tamen & iucundos. Nam sicut ex dolore partus sequitur gaudium, *quia natus est homo in mundum;* Ioan. 16, 21. ita ex illa anxietate desiderij felicitas lætitiæ subsequitur: quia veniens iterùm in hunc mundum Christus Dominus, senescentem renouabit. Hoc igitur desiderio insito & innato, quo vnaquæque res suum appetit bonum, omnis creatura etiam insensibilis Christum Dominum desiderat & præstolatur.

Tota vniuersitas secundum Christi aduentum expectat.

Rom. 8, 19.

Psal. 38, 8. *Iustorum quasi substantia expectatio est.*

IN PSALMVM XCVI. ARGVMENTVM.

* *Vulgata* Huic Dauid. * *Vulgata* restituta

1. * Psalmus ipsi Dauidi, quando terra eius* constituta est.

Sine titulo apud Hebræos.

Etiam hic triumphalis est aduersus Babylonios quasi ex persona populi. Describit autem Dei contra Babylonios victoriam, ac si vniuersam creaturam contra ipsos concitasset, atque vicisset. In fine autem eos qui hoc beneficium obtinuerant hortatur vt virtutem colant. Ceterùm cùm in interpretatione Septuaginta propositus titulus habeatur, dicimus Dauidem in varias calamitates incidentem, modò quidem Saülem fugisse, & deserta loca petiuisse, modò verò bellis vacasse. Dixit igitur hunc Psalmum eo tempore quo terra eius constituta fuit, quando simul animus & Regnum eius post inimicorum euersionem tranquillitate potiebatur. Continet autem vaticinium de secundo Christi aduentu.

α'. Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσαται.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

Ἐπινίκιος καὶ οὗτος κατὰ Βαβυλωνίων ὡς ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ. χρηματίζει δὲ τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ Βαβυλωνίων νίκην, ὥσπερ συγκινήσαντος πᾶσαν τὴν κτίσιν κατ' αὐτῶν, καὶ ὑπονενικηκότος. Ἐν δὲ τοῖς τελευταίοις παραινεῖ τοῖς τυχοῦσιν εὐεργεσίας φροντίζειν ἀρετῆς. ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνείᾳ φέρεται ἡ προκειμένη προγραφὴ, ἐροῦμεν ὡς πολλαῖς συμφοραῖς περιπεσὼν ὁ Δαβὶδ, νῦν μὲν ὑπὸ Σαοὺλ ἐλαυνόμενος, καὶ τὰς ἐρήμους μετεδίωκε, νῦν δὲ πολέμοις ἐσχόλαζεν. εἶπεν οὖν τὸν προκείμενον ψαλμὸν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν καθ' ὃν κατέστη ἡ γῆ αὐτοῦ, ὁμοῦ καὶ τῆς διανοίας αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας ἐν ἀταραξίᾳ γεγενημένης μετὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀναίρεσιν. προφητείαν δὲ περιέχει περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας.

PARA-

PARAPHRASIS ANONYMI.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΚΥΡΙΟΣ ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· εὐφρανθήτωσαν νῆσοι πολλαί.

Γῆν πάλιν ἐνταῦθα τὴν Παλαιστίνην λέγει, τὴν αὐτὴν δὲ καὶ νήσους καλεῖ, ὡς κατὰ τόπους ἀπολειφθείσης αὐτῆς καὶ κυκλωθείσης ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὡς κυκλοῦνται αἱ νῆσοι ὑπὸ τῆς θαλάσσης. εἰπὼν οὖν ὅτι ἐν εὐφροσύνῃ ὀφείλει καταστῆναι ἡ γῆ, ὡς δεξαμένη τοὺς οἰκήτορας, λέγει καὶ τὸ πῶς ἐνίκησεν ὁ θεὸς τοὺς ἐχθρούς. φησὶ γάρ·

β΄. Νεφέλη καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ·

Βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀόρατος παρεγένετο τοῖς τόποις τῶν πολεμίων.

Δικαιοσύνη καὶ κρίμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ.

Παραγενόμενος, φησίν, ἀοράτως, ἐδίκασε καὶ ἔκρινε, καὶ ἔδειξε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ δικαιοσύνης πεπληρωμένην.

γ΄. Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Μετὰ γὰρ κατακρῖναι, φησὶ, Βαβυλωνίους, ὡσανεὶ πῦρ ἔχων προηγούμενον, καὶ φλέγον τοὺς ἐναντιουμένους.

δ΄. Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ·

Ὥστε, φησὶ, τὰς τοῦ πυρὸς ἀστραπὰς μηδὲ τοὺς πέριξ λαθεῖν. λέγει δὲ τὰς φήμας τὰς διαδραμούσας ἐπὶ τῇ τῶν Βαβυλωνίων καταστροφῇ.

Εἶδε, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ.

Ἀντὶ τοῦ· ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας πᾶσα ἡ γῆ φοβηθεῖσα ἡσύχασεν.

ε΄. Τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου κυρίου·

Σχηματισμός ἐστι καὶ τοῦτο. βούλεται γὰρ εἰπεῖν, ὅτι οὐδὲ τὰ ὄρη ὑπέμειναν τῆς φλογὸς τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καθάπερ κηροῦ δίκην ἐξετάκησαν.

Ἀπὸ προσώπου κυρίου πᾶσα ἡ γῆ.

DOMINVS regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.

Terram iterùm hîc vocat Palæstinam, eamdem verò etiam Insulas appellat, vtpote secundùm loca circumdatam & cinctam inimicis, sicut Insulæ à mari ambiuntur. Cùm itaque dixisset terram in lætitia versari debere, vt quæ incolas accepisset, narrat etiam quomodo Deus inimicos superauerit. ait enim: *Cur Palæstinam vocet insulas.*

2. Nubes & caligo in circuitu eius:

Vult dicere, ipsum inaspectabilem ad inimicorum loca accessisse.

Iustitia & iudicium * directio sedis eius. ** Vulgata correctio*

Cùm, inquit, inuisibiliter aduenisset, vindicauit & iudicauit, atque ostendit Regnum suum iustitiæ plenum esse.

3. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Ad condemnandos nimirum, inquit, Babylonios, quasi ignem habens præcedentem, & aduersarios comburentem. *Deus terribilis inimicis.*

4. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ:

Ita vt, inquit, ignis fulgura non laterent eos qui in circuitu erant. Intelligit autem rumores qui de Babyloniorum euersione increbrescebant.

Vidit, & commota est terra.

Id est: Hac de causa omnis terra consternata quieuit.

5. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini;

Hæc etiam est oratio figurata. Vult enim dicere, ne montes quidem ipsos flammæ vehementiam sustinuisse, sed instar ceræ liquefactos fuisse.

A facie Domini omnis terra.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Et meritò, inquit, hoc accidit: quoniam vniuersi Dominus iram suam ijs qui merebantur inflixit.

6. Annuntiauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Hanc eius, inquit, actionem atque victoriam cælestes quidem virtutes annunciarunt: sed & omne genus alienigenum in terra cognouit.

7. Confundantur omnes qui adorant sculptilia:

Dij Gentium imbecilles.

Meritò hic deos Gentium increpauit, vt qui simulent quidem se opitulari quando non adest necessitas, in tempore verò necessitatis propriam imbecillitatem ostendunt.

** Vulgata addit: **

* Qui gloriantur in simulachris suis.

Non solùm autem sculptilia, inquit, pudore afficiantur, sed etiam illi qui putant hæc vim aliquam habere.

Adorate eum omnes Angeli eius.

At dicti quidem dij, inquit, tali pudore suffundantur; nostrum verò Deum omnes Angelorum ordines concelebrent.

8. Audiuit, & lætata est Sion.

** Vulgata Iudæ.*

Et exultauerunt filiæ* Iudææ,

Talia, inquit, ac tanta Dei facinora atque victorias audiens Sion & omnes qui in ea sunt, in lætitia versabantur. Qua de causa subiungit:

Propter iudicia tua Domine:

Quia, inquit, hoc modo inter Babylonios & Israëlitas dijudicasti.

9. Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

Deus noster potens super omnes deos.

Ostendisti enim, inquit, te vniuersæ terræ habere potestatem; atque hoc ipsum factum te verum Deum demonstrauit, alios verò inane nomen obtinere. Cùm huc vsque victoriam recensuisset, hinc deinceps eos qui hoc beneficium acceperant hortatur, vt in posterum quidem à prauitate abstineant, virtutis verò curam gerant. subiungit enim:

Καὶ εἰκότως, φησὶν, ἐγένετο τοῦτο· ὁ γὰρ τῶν πάντων κύριος τὴν ὀργὴν ἐπήγαγε τοῖς ἀξίοις.

ϛʹ. Ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ· καὶ εἴδοσαν πάντες οἱ λαοὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ.

Ταύτην αὐτοῦ, φησὶ, τὴν πρᾶξιν καὶ τὴν νίκην ἀνήγγειλαν μὲν αἱ οὐράνιαι δυνάμεις· ἔγνω δὲ πᾶν τὸ γένος ἀλλόφυλον ἐπὶ γῆς.

ζʹ. Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς·

Εἰκότως ἐνταῦθα τοῖς θεοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπετίμησεν, ὡς προσποιουμένοις μὲν βοηθεῖν ὅταν μὴ πάρεστιν ἀνάγκη, ἐν καιρῷ δὲ χρείας τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν ἐπιδεικνυμένοις.

Οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν.

Μὴ μόνον δὲ, φησὶ, τὰ γλυπτὰ περιβεβλήσθω τὴν αἰσχύνην, ἀλλὰ καὶ οἱ νομίζοντες ταῦτα ἔχειν ἰσχύν.

Προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ.

Ἀλλ' οἱ μὲν λεγόμενοι θεοί, φησι, τοιαύτῃ περιβεβλήσθωσαν αἰσχύνῃ· τὸν δὲ ἡμέτερον Θεὸν πᾶσαι τῶν ἀγγέλων ἀνευφημείτωσαν αἱ τάξεις.

ηʹ. Ἤκουσε, καὶ εὐφράνθη Σιών.

Καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας,

Ταύτας, φησὶ, καὶ τοιαύτας τοῦ Θεοῦ τὰς πράξεις καὶ τὰς νίκας ἀκούσασα ἡ Σιὼν καὶ οἱ ἐν αὐτῇ πάντες, ἐν εὐφροσύνῃ κατέστησαν. τίνος χάριν ἐπάγει·

Ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου κύριε·

Ἐπειδή, φησι, οὕτως ἔκρινας Βαβυλωνίοις τε καὶ Ἰσραηλίταις.

θʹ. Ὅτι σὺ κύριος ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς.

Ἔδειξας γὰρ, φησιν, ὅτι πάσης τῆς γῆς δεσπόζεις· καὶ αὐτό σε τὸ πρᾶγμα ἔδειξε Θεὸν ἀληθινὸν, τοὺς δὲ ἄλλους μάτην κεκτημένους τὸ ὄνομα. Ἄχρι τούτου τὰ τῆς νίκης εἰπὼν, ἐντεῦθεν λοιπὸν (παρακαλεῖ) τοὺς τυχόντας τῆς εὐεργεσίας, ἀπέχεσθαι μὲν τῆς λοιπῆς πονηρίας, φροντίζειν δὲ τῆς ἀρετῆς. ἐπάγει γάρ·

ιʹ. Οἱ

Digitized by Google

ί. Οἱ ἀγαπῶντες τὸν κύριον μισεῖτε πονηρόν·

Ἔσται γὰρ οὐκ ἄμισθον τοῦτο. πῶς καὶ τίνα τρόπον;

Φυλάσσει κύριος τὰς ψυχὰς τῶν ὁσίων αὐτοῦ,

Ἔδειξε γὰρ ἀπὸ τοῦ πράγματος φροντίζειν τῶν τοιούτων.

. Ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσεται αὐτούς.

Καὶ ἔδειξεν, ὡς ἐν καιρῷ καὶ πολεμίων ἀπαλλάσσει. ἁμαρτωλοὺς γὰρ τοὺς πολεμίους ἀπὸ τῆς πράξεως ὀνομάζει.

ιά. Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη.

Τῷ δικαίῳ, ἀντὶ τοῦ λαοῦ τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ. ἐν συγκρίσει τῶν Βαβυλωνίων τούτους δικαίους καλεῖ. φῶς δὲ τὴν ἀντίληψιν λέγει καὶ τὴν προνοίαν.

ιβ΄. Εὐφράνθητε δίκαιοι ἐν τῷ κυρίῳ· καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ.

Ἔσεσθε οὖν, φησιν, ἐν εὐφροσύνῃ τοῦ λοιποῦ, οἱ ἀνακείμενοι τῷ θεῷ, μεμνημένοι τῆς αὐτοῦ κηδεμονίας.

10. Qui diligitis Dominum odite malum: *PARAPHRASIS ANONYMI.*

Hoc enim mercede non carebit. Quomodo & quâ ratione?

Custodit Dominus animas Sanctorum suorum,

Re ipsâ enim ostendit se talium curam gerere.

De manu peccatoris liberabit eos.

Et ostendit, quomodo etiam suo tempore ab inimicis liberet. Peccatores enim ab actione ipsa hostes nominat.

11. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.

Iusto, id est populo Israëlitico. Comparatione Babyloniorum ipsos iustos vocat. Lucem verò appellat protectionem & prouidentiam.

12. Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Eritis igitur, inquit, in posterum in lætitia, Deo deuoti, memores eius prouidentiæ.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

ά. ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ, ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩ Η ΓΗ.] Ἐπεὶ πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἐβασιλεύετο ἡμῶν ἡ φύσις ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὑπὸ τοῦ θανάτου· εὐαγγελίζεται τοῖς τυραννουμένοις ὁ Δαβίδ, ἀπολυθῆναι τοῦ ζυγοῦ τῆς δουλείας, καὶ δέξασθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν κηρυττομένην. βασιλεύει δὲ ὁ κύριος· οὐκ ἀπὸ τοῦ μὴ βασιλεύειν καθάπαξ ἐπὶ τὸ βασιλεύειν ἐληλυθώς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ ἄρχειν τῶν ἁμαρτανόντων, μετανοησάντων ἥκειν ἐπὶ τὴν βασιλείαν. Νῆσοι δὲ πολλαὶ αἱ τοῦ σωτῆρος ἐκκλησίαι, ὡς ἐν μέσῳ πελάγει τοῦ ἀνθρωπίνου βίου φερόμεναι, καὶ πανταχόθεν ὡς ὑπὸ κυμάτων ἐκπειραζόμεναι ταῖς ἀλμυραῖς περιστάσεσιν· ἢ ψυχαὶ τῶν ἐν πειρασμοῖς ἐπιδεικνυμένων τὸ ἀκλόνητον. νεφέλη δὲ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ, οὐ σωματικῶς· εἰ γὰρ τὰ κυκλοῦντα εἴη σώματι, καὶ ὁ κυκλούμενος εἴη ἂν σῶμα, ἢ σώματί γε

1. DOMINVS REGNAVIT, EXVLTET TERRA.] Quoniam ante Christi aduentum natura nostra à peccato, à diabolo, à morte regebatur; tyrannicè oppressis bonum nuntium Dauid adfert, ipsos à iugo seruitutis fore liberandos, & suscepturos Christi Regnum quod erat prædicandum. Regnat autem Dominus; non quòd *Quomodo Deus regnet in nobis.* ex non regnante aliquando ad Regnum peruenerit, sed quòd cùm peccatoribus non imperaret, ipsis pœnitentiam agentibus ad Regnum venerit. Insulæ verò multæ sunt Ecclesiæ Saluatoris, quæ tamquam in medio pelago in vita humana feruntur, & vndique acerbis periculis veluti à tempestatibus exagitantur: vel animæ illorum qui in tentationibus constantiam ostendunt. *Nubes* autem *& caligo in circuitu eius*, non corporaliter: nam *Quomodo dicatur nubes & caligo in circuitu Dei.* si ea quæ ambiunt corpora forent, etiam is qui ijs circumdatur corpus esset, vel corpore

 vte-

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

vteretur: verùm incircumſcriptus corporibuſque ſuperior eſt Deus: ſed hoc modò dicitur ad incomprehenſibilitatem eius declarandam. Vel fortè quidem nubes deſignat pretioſos illos ſermones qui ex ipſo profluunt; caligo verò obſcuritatem incomprehenſibilitatis eius. Ceterùm per hæc etiam in memoriam reuocat, ipſum eumdem eſſe qui in monte Sina per iſta ſe manifeſtauit, qui nimirum etiam homines iuſtitiam docuit, atque hoc ſedes eius & Regnum perfecit. Nubes poteſt etiam intelligi caro Saluatoris quæ eſt in circuitu eius: cui nubi etiam caligo coniuncta eſt, tamquam incarnatio eius multum contineat quod ſit difficile contemplatu. Vel in ſecundo aduentu nubes erit circa ipſum & caligo, ne ab indignis aſpiciatur. Ignis autem ante ipſum, ac ſi quis dicat in oculis eius, qui prauos habitus comburat & aduerſariam inoperationem. Vel hæc præconia ſunt ſecundi aduentus, quæ Daniel etiam vidit. Apparuerunt autem fulgura eius, quoniam duplex eſt ignis actiuitas: ac lumen quidem iuſtis attribuitur, combuſtio verò iniquè viuentibus. Fuerint quoque fulgura eius Apoſtoli, qui lucis inſtar ſubcæleſtem hunc orbem illuſtrarunt. Fulguri verò etiam Chriſtus ſuam in carne diſpenſationem aſſimilauit dicens: *Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & pares vſque in Occidentem, ita erit & aduentus Filij hominis.* Montes autem liquefacti ſunt Dynaſtæ ac Reges, qui hoc maiori ſunt ſupplicio obnoxij, quò maior ipſis rerum adminiſtratio fuerit concredita. Quantò enim maius eſt creditum, tantò maius eſt & debitum. Vel etiam aduerſariæ virtutes. Quod enim Aquilo conſtringit, hoc Auſter liquefacit. Quapropter etiam ſponſa eleganter dicit: *Exurge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortos meos, & fluant aromata mea.*

Quomodo nubes ſit caro Chriſti.

Quomodo ignis ante Chriſtum præcedat.

Matth. 24. 27.

Cant. 4. 16.

περιγραφόμενος· ἀπερίγραπτος δὲ καὶ ὑπερέχων τῶν σωμάτων ὁ Θεός· ἀλλὰ λέγεται ἐπὶ τοῦ πρὸς παράστασιν τῆς ἀκαταληψίας αὐτοῦ. ἢ τάχα μὲν ἡ νεφέλη τοὺς ἐξ αὐτοῦ ῥέοντας σημαίνει λόγους πολυτίμους· ὁ δὲ γνόφος τὴν ἀσάφειαν τῆς ἀκαταληψίας αὐτοῦ. Ἀναμιμνήσκει δὲ διὰ τούτων, καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἐν τῷ Σινᾷ διὰ τούτων τὴν οἰκείαν ποιησάμενος ἐπιφάνειαν, ὃς δὴ καὶ δικαιοσύνην τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίδευσε, καὶ τοῦτο ὁ θρόνος αὐτοῦ καὶ ἡ βασιλεία κατώρθωσε. νεφέλη δύναται νοεῖσθαι καὶ ἡ σὰρξ τοῦ σωτῆρος κύκλῳ αὐτοῦ οὖσα· ᾗ τινι νεφέλῃ καὶ γνόφος συνυπάρχει, ὡς πολὺ τὸ δυσθεώρητον τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐχούσης. ἢ κατὰ τὴν δευτέραν παρουσίαν νεφέλη ἔσται περὶ αὐτὸν καὶ γνόφος, ὡς ἂν μὴ ὁρῷτο τοῖς ἀναξίοις. πῦρ δὲ ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς ἂν εἴποι τις ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καῖον τὰς ἕξεις τὰς μοχθηρὰς καὶ τὴν ἀντικειμένην ἐνέργειαν. ἢ κηρύγματα ταῦτα τῆς δευτέρας παρουσίας, ἃ καὶ Δανιὴλ ἐθεάσατο· Ἔφαναν δὲ αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ, ἐπεὶ διπλῆ τοῦ πυρὸς ἡ ἐνέργεια· καὶ τὸ φῶς μὲν τοῖς δικαίοις ἀπομερίζεται, ἡ δὲ καῦσις τοῖς συζῶσι παρανομίαν. εἶεν δ' ἂν ἀστραπαὶ αὐτοῦ καὶ οἱ Ἀπόστολοι, φωτὸς δίκην τὴν ὑπουράνιον καταλάμποντες. Ἀστραπῇ δὲ καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν ἀπείκασεν ὁ Χριστὸς εἰπών· ὅτι ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὄρη δὲ ἐτάκησαν οἱ δυναστεύοντες καὶ βασιλεύοντες, οἳ πλείονος εἰσὶ δίκης ὑπεύθυνοι, ὅσῳ καὶ πλειόνων πραγμάτων διοίκησιν ἐνεχειρίσθησαν. ὅσῳ γὰρ πλεῖον τὸ χρέος, τοσοῦτον τὸ δίκης. ἢ αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις. ὃ γὰρ σφίγγει ὁ Βορρᾶς, τήκει ὁ Νότος. διὸ καὶ ἡ νύμφη καλῶς λέγει· τὸ ἐξεγέρθητι Βορρᾶ, καὶ ἔρχου Νότε, διάπνευσον κήπους μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου.

6. ANNVNTIAVERVNT CÆLI IVSTITIAM.] Annuntiauerunt quoque cæli in diſpenſatione incarnationis: ſiquidem cæli ſiue virtutes cæleſtes exclamabant, *Gloria in altiſſimis Deo.* Ceterùm viderunt populi quoque gloriam eius propter propriam mutationem. Occumbant igitur, inquit, qui errori ſeruiunt, confundantur qui idolis cultum adhibent, vero Deo exoriente. Opportunè autem etiam illud *adoremus* Propheta poſuit:

Qualiter cæli annuntient iuſtitiam Dei.

Lucæ 2.

ϛ. ΑΝΗΓΓΕΙΛΑΝ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ ΤΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] Ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ καὶ ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας· οὐρανοὶ μὲν γὰρ ἤτοι αἱ οὐράνιαι δυνάμεις τὸ, δόξα ἐν ὑψίστοις ἐβόων Θεῷ. εἴδοσαν δὲ καὶ οἱ λαοὶ τὴν αὐτοῦ δόξαν διὰ τῆς οἰκείας μεταβολῆς. καταδυέσθωσαν οὖν, φησὶν, οἱ τῇ πλάνῃ δουλεύοντες, ἐγκαλυπτέσθωσαν οἱ τοῖς εἰδώλοις σέβας ἀπονεμόμενοι, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἀνατείλαντος. εἰς καιρὸν δὲ καὶ τὸ προσκυνήσωμεν τέθεικεν ὁ προφήτης· δείξας

δείξας γὰρ ἐγκαλυπτομένους τοὺς εἰδωλολάτρας ὑποδείκνυσι, τὰς τῶν ἀγγέλων μυριάδας προσκυνούσας τὸν θεὸν τὸν ἀληθινόν· ὃ δὴ καὶ ἡ Σιὼν ἀκούσασα εὐφράνθη ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία· ἧς θυγατέρες αἱ τῶν ἁγίων ψυχαί, ἢ αἱ κατὰ τόπον Ἐκκλησίαι· ἐπεὶ ἐκ Σιὼν οἱ Ἀπόστολοι οἱ ταύτας φυτεύσαντες. διὰ τί δὲ εὐφράνθη; διὰ τὰ κρίματά σου τὰ δίκαια· τῶν μὲν γὰρ εἰδώλων ἠλέγχθη τὸ μάταιον, σοῦ δὲ τὸ ὕψος ἐδείχθη.

ι. ΟΙ ΑΓΑΠΩΝΤΕΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΜΙΣΕΙΤΕ ΠΟΝΗΡΟΝ.] Παραίνεσιν εἰσάγει τοῖς ἠλευθερωμένοις, ἀποστρέφεσθαι πᾶν εἶδος πονηρόν. δεῖ γὰρ μετὰ τῆς πίστεως καὶ πράττειν τὰ δέοντα. ὡσεὶ λέγοι· τίς ὁ τρόπος τῆς πρὸς κύριον ἀληθοῦς ἀγάπης; τὸ μισεῖν τὰ πονηρά. οὐ γὰρ δυνατὸν ἐν ταυτῷ καὶ τὸν κύριον καὶ τὰ πονηρὰ ἀγαπᾶν. μισθὸς δὲ τούτου τὸ ἔχειν αὐτὸν φύλακα τῆς ζωῆς, κρείττους τῶν ἐπανισταμένων ἀποδεικνύοντα συμφορῶν, ὥστε μὴ ταῖς χερσὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ἤτοι ταῖς πράξεσι συλληφθῆναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ φωτὸς φαίνοντος οὐ πάντες ηὐγάσθησαν, λέγει ἀνατετάλθαι τῷ δικαίῳ τὸ φῶς. Δίκαιοι δὲ καὶ οἱ δικαιωθέντες διὰ τῆς πίστεως, οὓς καὶ εὐφρανθῆναι παρακελεύεται ὡς μετασχοῦσι τοῦ φωτισμοῦ, καὶ τὸ τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ πλῆθος ἀναλογιζομένους εὐχαριστεῖν. μέγα γὰρ εἰς εὐφροσύνην τὸ μνημονεύειν κυρίου καὶ ἁγιωσύνης ποιητικόν.

cùm enim idololatras ignominiâ suffusos esse ostendisset, subindicat Angelorum myriadas verum Deum adorantes, quod nimirum etiam Sion audiens læta est Catholica Ecclesia; cuius filiæ sunt animæ Sanctorum, vel locales Ecclesiæ: quoniam ex Sion oriundi sunt Apostoli, qui illas plantarunt. Quare autem læta est? propter iudicia tua iusta: siquidem idolorum vanitas reprobata, tua verò celsitudo demonstrata fuit. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

10. QVI DILIGITIS DOMINVM ODITE MALVM.] Admonitionem introducit ad eos qui liberati sunt, vt omnem mali speciem auersentur. Siquidem cum fide etiam bona opera coniungenda sunt. ac si dicat: Quænam vera ratio est diligendi dominum? odisse mala. Fieri enim non potest vt simul quis Dominum & mala diligat. Huius autem merces est quòd Dominum habeat custodem vitæ suæ, qui instantibus calamitatibus ipsum reddat superiorem, ne manibus siue actionibus peccatorum comprehendatur. Cùm autem luce splendente non omnes eâ irradiati sint, dicit iusto lucem obortam esse. Iusti verò sunt etiam illi qui per fidem iustificati sunt, quos etiam lætari iubet tamquam lucis participes effectos, & beneficiorum eius multitudinem recensentes gratias agere. Domini enim memoria magnum momentum adfert ad lætitiam & sanctitatem obtinendam. Cum fide bona opera coniungenda.

CATENA PATRVM.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ παρ' Ἑβραίοις μήτε ᾠδὴ μήτε ψαλμὸς ἐπιγέγραπται· εἴποις ἂν τὰ προκείμενα προφητείας εἶναι καὶ διδασκαλίας ἁπλῆν· τὰ περὶ τῆς ἐνδόξου παρουσίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν περιέχουσα· ἧς καὶ Δανιὴλ μνημονεύων φησίν, Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος καὶ μέχρι τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχή, καὶ ἡ τιμή, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοί, φυλαί, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσιν· ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία αἰώνιος, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ οὐ μὴ ἀφαιρεθῇ.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ πρὸς Δαβίδ, ἀλλὰ πρὸς θεὸν τὴν ἀναφορὰν ἔχει τό, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ κατῴκισται. ἡ γὰρ πρότερον διὰ

EVSEBII. Quandoquidem apud Hebræos neque Canticum neque Psalmus inscriptus sit, rectè dixeris ea quæ proponuntur esse vaticinationem & simplicem doctrinam, quæ contineat ea quæ ad gloriosum Saluatoris nostri aduentum spectant: cuius etiam Daniel mentionem faciens ait, *Aspiciebam, & ecce in nubibus cæli Filius hominis aderat, & vsque ad antiquum dierum peruenit: & datus est ipsi Principatus, & honor, & Regnum: & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruient. Regnum eius Regnum sempiternum, & potestas eius non auferetur.* Dan. 7. 13.

ANONYMI. Illud, *Quando terra eius constituta fuit*, non ad Dauidem, sed ad Deum refertur. Terra enim quæ priùs propter

CATENA PATRVM.

Nos sumus terra Dei.

pter malitiam defecerat, modò per Dei cognitionem obtinuit stabilitatem. Nos autem omnino sumus terra Dei, qui prius in bono inconstantes, atque ideò maledicti eramus, postmodum verò à maledicto liberati sumus, & in bono rursus statum obtinuimus: quod etiam exordium annuntiat; quia Domino regnante terra lætatur. ac si quis dicat: Sole lucente terra illuminatur. Insulæ multæ, id est homines qui in ijs habitant, & Ecclesiæ, vel etiam animæ per virtutem stabilitæ, quas vndique cingit salsugo malitiæ, verumtamen non tantum potest, vt nutationem aliquam virtuti afferat. Deinde postquam in medio diuinæ naturæ inuisibilitatem per nubem & caliginem designasset, & formidanda vindicis virtutis supplicia per illa verba, *Ignis in circuitu eius præcedet*, demonstrasset, Euangelicam reuelat illustrationem per ista verba, *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ*. Et *annuntiauerunt cæli*, scilicet altitudinem mysteriorum Euangelicorum, atque in ijs erroris abolitionem. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia*. Denique introducit bonorum conclusionem Christi per carnem manifestationem dicens: *Lux orta est iusto*, &c.

Insulæ vocantur Ecclesiæ.

1. DOMINVS REGNAVIT, EXVLTET TERRA.] EVSEBII. Tunc, inquit, exultabit omnis terra, siue noua creatura, & omnes homines Dei qui à sæculo terram inhabitarunt, siue qui supercælestem terram hereditate accepturi sunt; iuxta illud, *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Cùm igitur corporea substantia in incorruptionem mutata fuerit, iuxta sermones resurrectionis exultabit terra, vtpote etiam ipsa Regno cælorum dignata. Tunc vtique etiam Insulæ multæ lætabuntur, scilicet Ecclesiæ Saluatoris nostri, quæ in præsenti sæculo in vita hominum tanquam in medio pelago feruntur, & vndique quasi à ventis rapiuntur.

Matth 5. 4.

Aliter in primo, & aliter in secundo aduentu regnabit Christus.

ANONYMI. Ista verba *Dominus regnauit* aliter nuper & aliter modò intelligenda sunt. Etenim à primo aduentu regnauit, tanquam in capite peccatum damnans in sancta carne sua, & mortem delens. In secundo aduentu regnabit in vnoquoque participum suorum, malum & corruptionem soluens. Insulas

κακίας ὑποστᾶσα γῆ, νῦν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ ἔχει τὸ στάσιμον. ἡμεῖς δὲ πάντως ἐσμὲν ἡ γῆ τοῦ Θεοῦ, οἱ πρότερον ἐν τῷ ἀγαθῷ ἀστατήσαντες, καὶ διὰ τοῦτο κατάρᾳ γενόμενοι, μετὰ δὲ τοῦτο τῆς κατάρας ἐξαιρεθέντες, καὶ τῆς ἐν τῷ ἀγαθῷ πάλιν ἐπιτυχόντες στάσεως· ὃ καὶ ἡ ἀρχὴ εὐαγγελίζεται ὅτι τοῦ κυρίου βασιλεύσαντος ἡ γῆ εὐφραίνεται. ὡς εἴ τις εἴποι τοῦ ἡλίου λάμψαντος ἡ γῆ φωτίζεται. Νῆσοι πολλαί, ἤτοι οἱ ἐν αὐταῖς οἰκοῦντες ἄνθρωποι, καὶ αἱ ἐκκλησίαι, ἢ καὶ αἱ κατ' ἀρετὴν βέβαιοι ψυχαί, ἃς πάντοθεν διαλαμβάνει ἡ τῆς κακίας ἅλμη· ἡ μὲν τοσοῦτον ἰσχύει, ὡς καὶ σάλον τινὰ τῇ ἀρετῇ ἐμποιῆσαι. εἶτα διὰ μέσου τὸ ἀθεώρητον τῆς θείας φύσεως διὰ τῆς νεφέλης καὶ τοῦ γνόφου διασημάνας ὁ λόγος, καὶ τὰ φοβερὰ τῆς ἀνταποδοτικῆς δυνάμεως ὑποδείξας διὰ τοῦ, πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, ἐκκαλύπτει, τὴν εὐαγγελικὴν φωταγωγίαν διὰ τοῦ, ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοί, δηλαδὴ τὸ ὕψος τῶν εὐαγγελικῶν μυστηρίων, ἐν οἷς καὶ τὸν ἀφανισμὸν τῆς πλάνης. Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς. εἶτα ἐπάγει τῶν ἀγαθῶν τὴν σφραγῖδα τὴν διὰ σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνειαν· φῶς λέγων ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τὰ ἑξῆς.

α'. Ο ΚΥΡΙΟΣ ΕΒΑΣΙΛΕΥΣΕΝ, ΑΓΑΛΛΙΑΣΘΩ Η ΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τότε, φησὶν, ἀγαλλιάσεται πᾶσα ἡ γῆ, ἤτοι ἡ καινὴ κτίσις, καὶ πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος τὴν γῆν οἰκήσαντες ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ, ἢ καὶ οἱ μέλλοντες κληρονομεῖν τὴν ἐπουράνιον γῆν· κατὰ τὸ, Μακάριοι οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Τῆς σωματικῆς οὖν οὐσίας εἰς ἀφθαρσίαν μεταβαλλούσης, κατὰ τοὺς τῆς ἀναστάσεως λόγους ἀγαλλιάσεται ἡ γῆ, ἅτε τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας καὶ αὐτὴ καταξιωθεῖσα. Τότε δὲ καὶ νῆσοι πολλαὶ εὐφρανθήσονται, δηλαδὴ αἱ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἐκκλησίαι, κατὰ τὸν νῦν αἰῶνα ὡς ἐν μέσῳ πελάγει τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ φερόμεναι, καὶ πανταχόθεν ὥσπερ ὑπὸ πνευμάτων καταρριπιζόμεναι.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ κύριος ἐβασίλευσεν ἑτέρως ἄρτι καὶ ἑτέρως νῦν ἀκουστέον. Καὶ γὰρ ἐκ τῆς προτέρας παρουσίας ἐβασίλευσεν, ὡς ἐν κεφαλαίῳ κατακρίνας τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ ἁγίᾳ σαρκί, καὶ καταργήσας τὸν θάνατον. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ βασιλεύσει διὰ τοῦ καθέκαστον τῶν μετόχων αὐτοῦ, λελυκὼς τὸ κακὸν καὶ τὴν φθοράν. Νήσους

δὲ

Digitized by Google

δὲ τὰς Ἐκκλησίας φησὶν, ἅτε δὴ ῥιπιζομένας ὑπὸ παντὸς πνεύματος, καὶ μὴν καὶ περιῤῥηγνυμένας ταῖς ἐπαναστάσεσι ταῖς αἱρετικαῖς. Δύνασαι καὶ τὰς τῶν βεβαίων κατ' ἀρετὴν ψυχὰς νήσους φάναι, ὑπὸ τῆς τρικυμίας καὶ ζάλης τῶν παθῶν περικλυζομένας, πάσχουσας δὲ ὑπ' αὐτῶν τὸ σύνολον οὐδέν.

β΄. ΝΕΦΕΛΗ ΚΑΙ ΓΝΟΦΟΣ ΚΥΚΛῼ ΑΥΤΟΥ.] ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὕτως καὶ πρότερον εἴρηται, ὅτι ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Τὸ γὰρ δυσθεώρητον, μᾶλλον δὲ ἀκατάληπτον τοῦ κατὰ τῶν γινομένων τῆς πορείας αὐτοῦ, καθ' ἣν προάγεται δημιουργικῶς καὶ προνοητικῶς, παρίσταται διὰ τοῦ, γνόφος ὑπὸ πόδας αὐτοῦ· καὶ διδάσκει, ὅτι εἰ καὶ τὴν θείαν φύσιν ἀδύνατον κατιδεῖν, ἀλλ' οὖν διὰ τῆς ἐνεργείας τὴν ταύτης δύναμιν ἔνεστι θεωρῆσαι. εἰ δὲ περὶ τοῦ σωτῆρος κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκλαβεῖν ταῦτα καλῶς ἔχει, ἐπίστασο ὅτι νεφέλη, δύναται λέγεσθαι κύκλῳ αὐτοῦ, τυγχάνουσα ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἡ προσληφθεῖσα καθ' ἕνωσιν ἀδιαίρετον, πληροῦσα τὴν λέγουσαν προφητείαν· Ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον. ἦλθε γὰρ εἰς τὴν ἀλληγορικῶς καλουμένην Αἴγυπτον οἰκουμένην ἐπιβὰς, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, βασιλικῶς καθήμενος ἐπὶ νεφέλης κούφης, οὐδαμῶς βάρος ἁμαρτίας ἐχούσης (ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν) ἐπὶ τῷ ποτίσαι διὰ ταύτης τῆς νεφέλης τὸν πάντα κόσμον. Ἀλλ' ἐπεὶ ἡ ἐπίβασις τοῦ κυρίου ἐστὶ εἰς τὴν προειρημένην νεφέλην πολὺ τὸ δυσθεώρητον ἔχει, εἰκότως καὶ γνόφος ἅμα τῇ νεφέλῃ τυγχάνει περὶ αὐτόν.

ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ΚΑΙ ΚΡΙΜΑ ΚΑΤΟΡΘΩΣΙΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Αὕτη γέγονέ, φησι, τῆς ἀφίξεως ἡ αἰτία, τὸ κρῖναι δικαίως τὴν κρίσιν ἡμῶν· ἣν ἔχομεν δηλαδὴ πρὸς τὰς πονηρὰς καὶ ἀντικειμένας δυνάμεις.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Βεβασίλευκε γὰρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ἵνα δικαιώσῃ τῇ πίστει τοὺς ἐν ἁμαρτίαις. ἐχρήσατο δὲ καὶ θεοπρεπεῖ καὶ φιλαγάθῳ κρίματι· δεδικαίωκε γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων δικαιοσύνης, ἀλλὰ κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος. σέσωκε δὲ ἡμᾶς καὶ δι' ὕδατος. Δι' ὕδατος δὲ ποίου; τοῦ ἁγίου μυστικοῦ δηλονότι, ἐν ᾧ συνετρίβη καὶ πεπάτηται, μᾶλλον δὲ καὶ ἀπόλωλεν ὁ πολυκέφαλος δράκων, καὶ αἱ σὺν αὐτῷ δυνάμεις πονηραί. Ταῦτα γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία κατώρθωσε. Δῆλον δὲ ἀφ' ὧν

verò Ecclesias vocat, vtpote ab omni spiritu agitatas, nec non falsis discriminibus circumfusas. Possis etiam intelligere insulas esse animas eorum qui in virtute constantes sunt, quæ procellâ & tempestate passionum circumdantur, sed nihil omnino ab illis læduntur. CATENA PATRVM.

2. NVBES ET CALIGO IN CIRCVITV EIVS.] DIDYMI. Sic etiam anteà dictum fuit, quòd *inclinauit cælos & descendit: & caligo sub pedibus eius.* Per illud nempe, *Caligo sub pedibus eius*, ostendit itineris eius, quo in creatione & gubernatione rerum vtitur, indagandi difficultatem, quin potiùs incomprehensibilitatem; docetque, licet diuinam naturam conspicere impossibile sit, attamen virtutem eius ex operatione percipi posse. Ceterùm vt hæc etiam de Saluatore secundùm incarnationem commodè accipiantur, scito nubem, quæ est in circuitu eius, dici posse naturam humanam per indiuiduam vnionem assumptam, quæ implet Prophetiam dicentem: *Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum.* Venit enim in Ægyptum allegoricè dictum orbem terræ ascendens, &c, vt ita dicam, regaliter sedens super nubem leuem, quæ nequaquam peccati pondus habet (nam *peccatum non fecit*) vt per nubem illam totum mundum irrigaret. Ceterùm cùm Domini in prædictam nubem ascensus multum habeat difficultatis vt videatur, meritò etiam circa ipsum vnà cum nube caligo existit.

Psal. 17, 10.

Quomodo Deus in nube & caligine esse dicatur.

Isaiæ 19, 1.

1. Pet. 2, 22.

IVSTITIA ET IVDICIVM DIRECTIO.] ATHANASII. Hæc, inquit, fuit causa aduentus, vt iustè iudicium nostrum iudicaret; quod nimirum habemus contra malignas & aduersarias potestates.

Iustum iudicium est causa aduentus Christi.

ANONYMI. Regnauit enim super nos Christus, vt fide iustificaret eos qui erant in peccatis. Vsus est autem etiam Deo digno & benigno iudicio: iustificauit enim non ex operibus iustitiæ, sed secundùm multam misericordiam suam. Quin & per aquam saluos nos fecit. Per qualem autem aquam? per sanctam nempe mysticam, in qua contritus & conculcatus, imò potiùs etiam interfectus est ille multorum capitum draco, & simul cum eo malignæ virtutes. Hæc enim Christi Regnum direxit. Manifestum est autem quomodo

Christus in nobis regnat per fidem.

Tit. 3, 5.

CATENA PATRVM.

do nos quidem ab his qui iniustè nos in seruitutem redegerant liberati sumus, illi verò condemnati sunt. Verumtamen etiam nos ipsi iustitiam dirigamus: siquidem directio sedis Regni, hæc ipsa iustitia & iudicium est, quandoquidem is qui regnat sit Iudex iustus. Hisce consentiunt ea quæ in Prouerbijs sic habent:
Prou. 16, 12. *Cum iustitia paratur solium Principatus.*

3. IGNIS ANTE IPSVM PRÆCEDET.] EVSEBII. Ante autem vel coram ipso dicitur; ac si quis dicat in oculis eius, vt ostendatur secundùm voluntatem & iudicium ipsius supplicium impijs irrogari: præcedit autem ipsum ignis, & comburet eos qui materiam ignis sibi collegerint, & thesaurizauerint ligna, fœnum, stipulam, iram in die iræ.

Quomodo ante Christum præcedat ignis

1. Cor. 3, 12.

[illegible]

ANONYMI. Manifestè hic futurum iudicium eius commemorat. Etenim de igne non dicit *Præcedit*, sed *Præcedet & comburet inimicos*, scilicet peccatores: inimici enim
Prou. 1, 24. Dei sunt, quia vocanti non obediuerunt, monenti non crediderunt, & ad liberandum extendenti manum porrigere noluerunt.

ALTERIVS. Ignem non omnino sensibilem hanc & visibilem flammam vocat, sed diuinam aliquam vim inexpugnabilem, & irresistibilem, & ineuitabilem, instar ignis inimicos eius deuorantem. Hi autem & quidem præ ceteris erant infesti dæmones, & gregis eorum præfectus: hunc vnà cum ceteris Saluator combussit. Non enim aliter eripi poterant qui ab ipso in terra opprimebantur, nisi adinstar ignis cuiusdam iram suam deuastatricem & abolitricem ipsi irrogasset. Sic itaque exemit eos qui ab illo detinebantur, seruauit captiuos, liberauit deceptos, & ad lumen veritatis vocauit.

4. ILLVXERVNT FVLGVRA EIVS ORBI TERRÆ.] EVSEBII Ignis quidem eius præcedet propter inimicos ipsius; propter pios verò Deoque amicos viros fulgura eius ab ipsius luce emicantia loco Solis orbem illustrabunt. Si enim tunc, iuxta doctrinam saluta-
Matth. 24, 29. rem, *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo*; vnde aliàs mundus illuminabitur nisi ex ipso? quandoquidem est ipsis Dominus lux æterna.

ἡμεῖς μὲν τῶν καταδουλωσάντων ἀδίκως ἠλευθερώθημεν, ἐκεῖνοι δὲ κατεκρίθησαν. πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ δικαιοσύνην κατορθώσωμεν· ἡ κατόρθωσις γὰρ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας αὕτη δικαιοσύνη καὶ κρίσις ἐστίν· ἐπείπερ βασιλεύων κριτὴς δίκαιός ἐστι. συνᾴδει τούτοις τὰ ἐν παροιμίαις οὕτως ἔχοντα· μετὰ γὰρ δικαιοσύνης ἑτοιμάζεται θρόνος ἀρχῆς.

γʹ. ΠΥΡ ΕΝΩΠΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΠΟΡΕΥΣΕΤΑΙ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐνώπιον δὲ ἢ ἐναντίον αὐτοῦ εἴρηται· ὥσπερ ἂν εἴποι τις ὑπ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ· εἰς παράστασιν τοῦ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν καὶ κρίσιν τὴν τιμωρίαν τοῖς ἀσεβέσιν ἐκπέμπεσθαι· προπορεύεται δὲ αὐτοῦ τὸ πῦρ, καὶ φλογιεῖ τοὺς ὕλην πυρὸς ἑαυτοῖς συλλέξαντας, καὶ θησαυρίσαντας ξύλα, χόρτον, καλάμην, ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Σαφῶς ἐνταῦθα τὴν κρίσιν αὐτοῦ ἀναμιμνήσκει τὴν μέλλουσαν. Τοιγαροῦν περὶ τοῦ πυρὸς οὐ φησὶ προπορεύεται, ἀλλὰ προπορεύσεται καὶ φλογιεῖ τοὺς ἐχθρούς, δηλαδὴ τοὺς ἁμαρτωλούς· ἐχθροὶ γάρ εἰσι τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὴ καλοῦντος οὐχ ὑπήκουσαν, παρακαλοῦντι οὐκ ἐπείσθησαν, καταλλαγῆναι προτείναντι οὐκ ἠβουλήθησαν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Πῦρ φησὶν οὐ πάντως τοῦτο τὸ αἰσθητὸν οὔτε μὴν τὴν ὁρωμένην φλόγα, ἀλλὰ θείαν τινὰ δύναμιν ἄμαχον, καὶ δυσάντητον, καὶ δυσδιάφευκτον, πυρὸς δίκην κατεσθίουσαν τοὺς ἐχθραίνοντας αὐτῷ. Οὗτοι δὲ ἦσαν καὶ πρό γε τῶν ἄλλων οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες, καὶ ὁ ἀγέλης αὐτῶν ἐπιστάτης· τοῦτον κατέφλεξεν ὁ σωτὴρ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ. Οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως ἐξείλετο τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ὑπ' αὐτοῦ τυραννουμένους, εἰ μὴ καθάπερ τι πῦρ ἀφῆκεν αὐτοῦ τὴν δαπανῶσάν τε καὶ ἀφανίζουσαν αὐτὸν ὀργήν. Οὕτως οὖν ἐξείλετο τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γεγονότας, ἔσωσε τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, ἐῤῥύσατο τοὺς πεπλανημένους, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀληθείας ἐκάλεσε φῶς.

δʹ. ΕΦΑΝΑΝ ΑΙ ΑΣΤΡΑΠΑΙ ΑΥΤΟΥ ΤΗ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τὸ μὲν πῦρ αὐτοῦ προπορεύσεται ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ· τῶν δὲ εὐσεβῶν καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν χάριν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς ἐκπεμπόμεναι ἀντὶ ἡλίου καταλάμψουσι τὴν οἰκουμένην. εἰ γὰρ τότε ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ τὴν σωτήριον διδασκαλίαν, πόθεν ἄλλοθεν φωτισθήσεται ὁ κόσμος εἰ μὴ ἐξ αὐτοῦ; ἐπειδήπερ ἐστὶν αὐτοῖς ὁ κύριος φῶς αἰώνιον.

ΑΝΩ-

Digitized by Google

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οἱ φωτεινοὶ λόγοι τῆς ἀληθοῦς διδασκαλίας αὐτοῦ ἀστραπῶν τρόπῳ ἔφθασαν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καταυγάζοντες καὶ φωτίζοντες αὐτήν, ὥστε τὸ ἔχειν φῶς· ἀλλ' ἡ γῆ ταύτας τὰς ἀστραπὰς ἰδοῦσα κλονηθεῖσα, μετέβαλεν ἀποβαλοῦσα τὴν γεώδη ποιότητα, ὥστε τὸ ἀναλαβεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἔοικεν ἐν τούτοις ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς ἀστραπὰς ὀνομάζειν Χριστοῦ τοὺς τὸ θεῖον καὶ εὐαγγελικὸν ἱερουργοῦντας κήρυγμα, τουτέστιν Ἀποστόλους καὶ Εὐαγγελιστάς, οἷς καὶ αὐτὸς ἔφη Χριστός· ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. φῶς μὲν γὰρ τὸ ἀληθινὸν αὐτός ἐστιν ὁ Υἱός, καταφωτίζων ἅπασαν κτίσιν λογικήν. Ἐπειδὴ δὲ γεγόνασι μέτοχοι τοῦ παρ' αὐτοῦ φωτός, καὶ αὐτοὶ χρηματίζουσι φῶς τοῦ κόσμου. Οὗτοι τοίνυν οἱ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἱερουργοὶ καθάπερ ἀστραπαὶ γεγόνασι τὴν ὑπουράνιον διατρέχοντες πανταχοῦ, καὶ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν ταῖς τῶν μυσταγωγουμένων καρδίαις εἰσπέμποντες φῶς.

ΕΙΔΕ, ΚΑΙ ΕΣΑΛΕΥΘΗ Η ΓΗ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ δὲ εἶδε, ἀντὶ τοῦ ἀπέβλεψεν. Προειπὼν γὰρ ὅτι ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ, διαδείκνυσιν εὐθὺς ὅσον ὠφέλησε τὴν ὑπουράνιον τὸ ἀποσταλῆναι παρὰ Χριστοῦ τὰς νοητὰς ἀστραπάς, δι' ὧν εἰρημένων σημαίνεσθαι τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους καὶ Εὐαγγελιστάς, ὧν ταῖς πανσόφοις μυσταγωγίαις ἀνέβλεψεν ἡ γῆ. κατόρθωμα δὲ καὶ τοῦτο τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὄρη δέ φησι τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις, αἳ κηροῦ δίκην συνετάκησαν, ἀπὸ τοῦ προειρημένου δηλονότι πυρός.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Ὅσαι δέ εἰσι δυνάμεις ἐπαιρόμεναι κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ ὄρη προσαγορευόμεναι, αὗται κηρὸς τακήσονται ἀπὸ προσώπου κυρίου, μὴ φέροντες ὑπομένειν τὰς μαρμαρυγὰς τοῦ φωτὸς αὐτοῦ.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Πῆ μὲν τοὺς ἁγίους λέγει, πῆ δὲ τοὺς ἐναντίους· ὧν καὶ τὸ ὑψηλὸν δι' ὑπερηφανίαν ὄρεσιν ἀπεικάζει, καὶ τὴν κατάλυσιν τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν τῇ ὀρέων τήξει ὁμοιοῖ.

ϛ'. ΑΝΗΓΓΕΙΛΑΝ ΟΙ ΟΥΡΑΝΟΙ ΤΗΝ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Εἰ καὶ πολλάκις τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τὸν Χριστὸν, ἀνήγγειλαν (ἠνέχθη γὰρ ἐξ αὐτῶν φωνή, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, οὐ μόνον ἐν τῷ βαπτίσματι, ἀλλὰ

CATENA PATRVM. Prædicatio Christi est instar fulgurum.

ANONYMI. Lucidi sermones veræ doctrinæ eius more fulgurum apparuerunt orbi vniuerso, illustrantes & illuminantes illum, vt lumen habeat: verùm terra fulgura illa videns conturbata, mutata est, abijciens terrenam qualitatem, vt reciperet imaginem supercælestis.

Apostoli sunt fulgura spiritualia.

ALTERIVS. Beatus Psalmista in his visus est Christi fulgura nominare illos qui diuinam & Euangelicam prædicationem administrabant, id est Apostolos & Euangelistas, quibus etiam ipse Christus dixit: *Vos estis lux mundi*. Siquidem lux vera est ipse Filius, qui omnem creaturam rationalem illuminat. Cùm autem participes facti sint lucis eius, ipsi quoque lux mundi appellantur. Hi itaque Euangelicorum præconiorum administri instar fulgurum euaserunt totum subcælestem orbem vndique percurrentes, ac diuinam ac spiritalem lucem eorum quos instruebant cordibus ingerentes.

Math. 5, 14. Ioan. 1.

VIDIT, ET COMMOTA EST TERRA.] ANONYMI. Ceterùm istud *vidit*, id est aspexit. Cùm enim prædixisset, quòd illuxerint fulgura eius orbi terræ, statim ostendit quantum orbi subcælesti profuerit à Christo spiritalia fulgura emissa fuisse, per quæ diximus sanctos Apostolos & Euangelistas significari, quorum perquam sapientibus institutionibus terra respexit. Ceterùm hoc etiam omnium Saluatoris nostri Christi illustre opus fuit.

Montes sunt aduersariæ potestates.

ATHANASII. Montes autem vocat aduersarias virtutes, quæ instar ceræ colliquefactæ sunt, scilicet ab igne prædicto.

ANONYMI. Ceterùm quotquot virtutes elatæ sunt per cognitionem Dei, & montes appellantur, instar ceræ liquescent à facie Domini, non valentes sustinere coruscationes lucis eius.

ALTERIVS. Partim quidem sanctos dicit, partim verò aduersarios, quorum etiam sublimitatem propter superbiam montibus comparat, & elationis ipsorum dissipationem montium liquefactioni assimilat.

Quomodo cæli annunciant iustitiam Dei.

6. ANNVNTIAVERVNT CÆLI IVSTITIAM.] ANONYMI. Etsi sæpè iustitiam Dei, id est Christum, annunciauerint: (delata est enim ex ipsis vox, *Hic est Filius meus dilectus*, non solùm in Baptismate, sed

Math. 3, 17. Luc. 9, 35.

CATENA PATRVM.

etiam in monte Thabor; & iterùm cùm Dominus ad Patrem clamaret, *Pater clarifica Filium tuum*, vox quædam de cælo venit: *Clarificaui, & iterùm clarificabo:)* attamen cæli qui annuntiant Dei iustitiam propriè sunt Apostoli: non enim erant terreni, sed cælestes; quapropter etiam cæli appellantur.

Ioan. 17, 1. Ioan. 12, 28.

ALTERIVS. Cælos hîc vocat non elementum ipsum, sed eos qui in cælo sunt, id est sanctos Angelos: hi iustitiam Dei ac Patris annuntiant. Seruauit enim eos qui in terra sunt, iustificans ipsos in fide Christi. Sic enim plena facta est terra gloriâ eius. Ceterùm cùm etiam practica virtus sæpenumerò iustitia nuncupetur, hanc soli cæli practicè annuntiare sciunt, qui sunt viri iusti. Declaratam enim fidem annuntiabit iustus, cùm fides eorum ad iustitiam reputetur.

Rom. 4, 5.

7. CONFVNDANTVR OMNES QVI ADORANT.] ATHANASII. Videntes nimirum illos quos olim deos putabant instar ceræ à Domino liquefactos esse.

ANONYMI. Non solùm illi qui legem scriptam acceperunt digni sunt vt in manufactis idolis confundantur, verùm etiam illi qui naturalem legem habent. Cui enim non manifestum est quòd facere proprium sit Dei? quomodo igitur Deus sit id quod ab alio deificatum nominatur? Siue igitur adoret quis, siue non adoret, sed glorietur quasi ipse fecerit illa quæ ab alio adorantur, etiam ipse confusione dignus est, cùm graue vitæ nostræ scandalum adducat.

ADORATE EVM OMNES ANGELI.] ANONYMI. Quemnam adorare iubentur? Christum vtique, id est vnigenitum incarnatum. *Quando* enim, inquit, *introducit primogenitum in orbem terræ dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Necessariò autem hîc Angelorum adorationem introduxit, ne erubescamus Deum illum adorare quem Angeli adorant. Simul autem sciamus, quòd Deum adorantes ad Angelorum ordinem ascendamus. Prætereà, quoniam Angelorum proprium est adorare, non adorari. Dæmones igitur, qui etiam ab hac Angelorum dignitate exciderunt, adorari quidem poterunt, sed errore illorum qui ipsos adorant.

Christum Angeli adorant. Heb. 1, 6.

καὶ ἐν τῷ Θαβωρίῳ ὄρει· καὶ πάλιν τοῦ κυρίου πρὸς τὸν Πατέρα βοῶντος, Πάτερ δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, φωνή τις ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐφέρετο· (καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω·) ἀλλ' ὅμως οὐρανοὶ ἀναγγέλλοντες τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην κυρίως Ἀπόστολοι· οὐδὲ γὰρ ἦσαν χοϊκοί, ἀλλ' οὐράνιοι· διὸ καὶ οὐρανοὶ προσαγορεύονται.

ΕΤΕΡΟΥ. Οὐρανούς, φησιν, ἐν τούτοις οὐκ αὐτὸ τὸ στοιχεῖον, ἀλλὰ τοὺς ὄντας ἐν οὐρανοῖς, τουτέστι τοὺς ἁγίους ἀγγέλους· οὗτοι τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναγγέλλουσι. σέσωκε γὰρ τοὺς ἐπὶ γῆς, δικαιώσας ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ. οὕτω γὰρ πλήρης γέγονεν ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἡ πρακτικὴ ἀρετὴ πολλαχοῦ δικαιοσύνη καλεῖται, ταύτην ἀναγγέλλειν πραγματικῶς μόνοι ἴσασιν οἱ οὐρανοί, ὄντες ἄνδρες δίκαιοι. Ἐπιδεικνυμένην γὰρ πίστιν ἀναγγελεῖ δίκαιος, τῆς πίστεως αὐτῶν εἰς δικαιοσύνην λογιζομένης.

ζʹ. ΑΙΣΧΥΝΘΗΤΩΣΑΝ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΠΡΟΣΚΥΝΟΥΝΤΕΣ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ὁρῶντες δηλονότι ὡς πάλαι ἐνόμιζον θεοὺς κηροῦ δίκην λυομένους ὑπὸ τοῦ κυρίου.

ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ μόνον οἱ νόμον λαβόντες γραπτὸν ἐπὶ τοῖς χειροποιήτοις εἰδώλοις αἰσχυνθῆναι δίκαιοι, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν νόμον τὸν φυσικὸν ἔχοντες. Τίνι γὰρ οὐκ ἔστι πρόδηλον ὅτι Θεοῦ τὸ ποιεῖν ἴδιον; πῶς τοίνυν Θεὸς τὸ παρ' ἄλλου θεοποιηθὲν ὀνομάζεται; εἴτε τοίνυν προσκυνεῖ τις, εἴτε οὐ προσκυνεῖ, ἀλλ' ἐγκαυχᾶται ὡς αὐτὸς πεποιηκὼς τὰ παρ' ἄλλου προσκυνούμενα, αἰσχυνθῆναι καὶ αὐτὸς ἄξιος, χαλεπὸν συνεισαγαγὼν τῷ βίῳ τῷ ἡμετέρῳ πρόσκομμα.

ΠΡΟΣΚΥΝΗΣΑΤΕ ΑΥΤΩ ΠΑΝΤΕΣ ΑΓΓΕΛΟΙ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τίνι προσκυνεῖν ἐπιτάττονται; Χριστῷ δηλονότι, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντι τῷ μονογενεῖ. Ὅταν γάρ, φησιν, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. Ἀναγκαίως δὴ ἐνταῦθα τὴν προσκύνησιν τῶν ἀγγέλων εἰσήγαγεν, ἵνα μὴ αἰσχυνθῶμεν προσκυνῆσαι Θεὸν ὃν προσκυνοῦσιν ἄγγελοι· ἅμα δὴ γνῶμεν, ὡς εἰς ἀγγέλων τάξιν οἱ προσκυνοῦντες τὸν Θεὸν ἀνερχόμεθα. Πρὸς τούτοις ὅτι τῶν ἀγγέλων τὸ προσκυνεῖν ἴδιον, οὐ τὸ προσκυνεῖσθαι. οἱ τοίνυν δαίμονες, ἀποπεσόντες καὶ ταύτης τῆς ἀξίας τῶν ἀγγέλων, προσκυνεῖσθαι δύνανται, ἀλλ' ἀπάτῃ τῶν προσκυνούντων.

ηʹ. ΗΚΟΥΣΕ,

η'. Ἤκουσε, καὶ εὐφράνθη Σιών.]

Ἀνωνύμου. Σιὼν μὲν ἡ Ἐκκλησία. τίνος δὲ ἤκουσεν, ἢ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὃ καὶ εὐφροσύνης αὐτῇ γέγονε πρόξενον; Ἔοικεν οὖν ἐν τούτοις ἡμῖν ὁ λόγος τὴν πρώτην τῶν Ἰουδαίων κλῆσιν βούλεσθαι καταδηλοῦν, ἣν δὴ καὶ πρώτην ἐποιήσατο Χριστός. Τοῦτο καὶ πάλαι διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ ἔφη λέγων· Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. τουτέστι, φανερὸν καταστήσει τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

Τοῦ ἄλλου. Σιὼν μὲν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ ὑπάρχειν ἰστέον, θυγατέρας δὲ τῆς Ἰουδαίας τὰς ἀποστολικὰς ψυχὰς ἀπὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους προελθούσας, αἳ δὴ καὶ ἐμπεπλήσθησαν εὐφροσύνης καὶ ἀγαλλιάσεως, μαθοῦσαι περὶ τῶν κριμάτων τοῦ κυρίου τὴν τοῖς εἰδωλολάτραις ἀποκειμένην τιμωρίαν, καὶ τὴν τοῖς ἔθνεσι τετηρημένην εὐαγγελίαν. εἰκότως δὲ χαίρουσιν, ἅτε δὴ αὐτῷ ἀνακείμεναι καὶ ἐλπίζουσαι τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ παρουσίας καταξιωθήσεσθαι.

Ἑτέρου. Σιὼν νοήσομεν πᾶσαν σκοπευτικὴν καὶ θεωρητικὴν τῆς ἀληθείας ἕξιν· θυγατέρας δὲ τῆς Ἰουδαίας τὰς ἐξομολογουμένας ψυχάς, ἐπ' εὐχαριστίᾳ αἰνούσας Θεὸν ἐφ' οἷς εἶδον θαυμασίοις. (Ἰουδαία γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.) Δυνατὸν δὲ καὶ πάσας τὰς συγκατατιθεμένας τῇ θείᾳ γραφῇ (Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ) θυγατέρας αὐτῆς φάναι. ὁ τοίνυν μετὰ συνέσεως τῶν θείων λόγων ἀκούων, πάντως εὐφραίνεται, ὁρῶν τὰ κάλλη τῶν ὑπὸ τῆς διδασκαλίας δηλουμένων θεωρημάτων.

Τιμοθέου. Σιὼν τὴν εὐσεβῆ πολιτείαν καλεῖ, θυγατέρας δὲ τῆς Ἰουδαίας τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίας. Ἐξ Ἰουδαίων γὰρ κατῆγον τὸ γένος οἱ τοῦ Σωτῆρος Ἀπόστολοι, οἱ ταύτας φυτεύσαντες καὶ γεννήσαντες. Ἐπειδὴ γὰρ ἓν πάντες τελοῦσιν οἱ πιστεύοντες, καὶ ἀνάπαλιν πολλὰ τὰ μέλη τοῦ σώματος, διὰ μὲν τῆς Σιὼν τὸ κοινὸν ἐκάλεσε σύστημα τῶν εὐσεβῶν, διὰ δὲ τῶν θυγατέρων τῆς Ἰουδαίας, τὰς ἐν πόλεσι, καὶ κώμαις, καὶ ἀγροῖς καὶ ἐσχατιαῖς, τῶν πιστευόντων συλλόγους.

θ'. Ὅτι σὺ κύριος ὕψιστος.]

Ἀνωνύμου. Καὶ τοῦτο αἴτιον ἦν τῆς εὐφροσύνης τῆς δηλωθείσης, ὅτι τὸν κύριον καὶ Θεὸν αὐτῶν αὗται αἱ Ἐκκλησίαι μόναι ἔσεβον, ὕψιστον γεγονότα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ

8. AVDIVIT, ET LÆTATA EST SION.] CATENA PATRVM.

ANONYMI. Sion quidem est Ecclesia. Sed quid audiuit, nisi Euangelicum præconium, quod & lætitiam ipsi conciliauit? Videtur igitur hic sermo in his primam Iudæorum vocationem declarare voluisse, quam vtique primam quoque Christus fecerat. Hoc etiam olim per Dauidis vocem aiebat dicens: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum Domini.* Id est, Manifestam faciet bonam Dei ac Patris voluntatem. Psal. 2, 6.

ALTERIVS. Sion quidem Ecclesiam Dei esse sciendum est, filias verò Iudææ esse animas apostolicas ex Iudæorum gente oriundas, quæ impletæ sunt lætitiâ & exultatione, cùm à iudicijs Domini didicerunt idololatris reposita esse supplicia, Gentibus verò reseruata fuisse Euangelia. Meritò autem gaudent, vtpote ipsi addictæ, atque sperantes se gloriosâ ipsius præsentiâ dignandas esse. *Sion est Ecclesia, filiæ eius animæ fideles.*

ALTERIVS. Sionem intelligemus esse omnem habitum speculandi ac contemplandi veritatem; filias verò Iudææ esse animas confitentes, quæ cum gratiarum actione Deum laudant in mirabilibus quæ viderunt. (Iudæa enim confessio interpretatur.) Ceterùm omnes diuinæ Scripturæ (quæ Iudæa nuncupatur) consentientes, possumus quoque dicere filias eius. Qui igitur cum intellectu diuina verba audit, omnino lætatur, videns pulchritudines contemplationum quæ in doctrina illa declarantur. *Sion designat habitum contemplandi.*

TIMOTHEI. Sionem appellat pium vitæ institutum, filias verò Iudææ Ecclesias quæ sunt in orbe terrarum. Ex Iudæis enim genus deduxerunt Apostoli Saluatoris, qui illas plantarunt & genuerunt. Cùm enim omnes fideles quid vnum sint, & vicissim multa membra corporis, per Sionem quidem communem piorum cœtum appellauit, per filias verò Iudææ fidelium congregationes, quæ in ciuitatibus, & vicis, & agris atque extremis finibus existunt.

9. QVONIAM TV DOMINVS ALTISSIMVS.] ANONYMI. Etiam hæc declaratæ iam lætitiæ causa erat, quòd Dominum & Deum suum Ecclesiæ solæ colerent, altissimum existentem super omnem terram, &

CATENA PATRVM.

non amplius in solo cælo regnantem, sed etiam in vniuersa terra atque in Gentibus quæ supra terram sunt.

Crux Christi celsitudo. Ioan 12, 32.

ALTERIVS. Cùm victoriam contra dæmones per crucem partam proposuissent (crux autem vnigeniti celsitudo nuncupetur. ait enim: *Cùm exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum)* ne quis existimaret Christum tunc primùm sublimem euasisse, non solùm altum, verùm etiam altissimum super omnem terram existere pronuntiauit. Dicens autem terram, à parte totam creaturam nuncupauit. Verumtamen superexaltatus fuit per crucem super omnes (scilicet falsi nominis) Deos; quandoquidem cruce prostrati experimento ipso didicerunt quàm altus sit Deus, vt etiam per existimatam infirmitatem eos qui potentes putabantur debellauerit.

Omne malum odio habendum

10. QVI DILIGITIS DOMINVM ODITE MALVM.] ANONYMI. Non enim possumus simul secundùm idem & Dominum & mala diligere. Quamobrem dilectio erga Dominum exercenda est per odium & execrationem omnis mali, id est quarumlibet malitiæ specierum quæ malæ appellantur.

Malum quid sit.

ALTERIVS. Odite malum tamquam contrarium & inimicum Deo non in oppositione naturæ. (Non enim bonæ naturæ opponitur malum quod præter naturam est. Neque enim naturam aliquam determinatam accipere licet quam malum appellet: siquidem non habemus talem aliquam in cognitione quam scientes imitemur.) Sed malum intelligimus omne opus prauum, atque illud odio dignum.

CVSTODIT DOMINVS ANIMAS SANCTORVM.] ANONYMI. Non omnium, sed Sanctorum suorum. Si quando igitur aliquis Sanctorum insidijs impetatur vsque ad corporis afflictionem aut mortem, tyrannis inualescit, animâ illæsâ & inuiolatâ permanente. Quis igitur non fateatur, Martyres testes veritatis à Domino quem confitentur secundùm animas custodiri?

ALTERIVS. Ecce quàm purâ erga Deum dilectione fruamur. Sumus enim sancti, & amplissimæ possessionis animæ nostræ custodem habemus Deum, ne ab hoste subiugemur.

βασιλεύοντα οὐκέτι μόνῃ τῷ οὐρανῷ, ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς ἁπάσης καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἐπειδὴ τὴν διὰ σταυροῦ κατὰ τῶν δαιμόνων προενηνεγμένην νίκην ὑπετίθει (ὕψος δὲ τοῦ μονογενοῦς ὁ σταυρὸς προσηγόρευται. φησὶ γάρ· ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν) μή τοι τότε τις οἰηθῇ τὸν Χριστὸν ὑψηλὸν γεγονέναι πρότερον, οὐ μόνον ὑψηλόν, ἀλλὰ καὶ ὕψιστον κατὰ πάσης τῆς γῆς ὑπάρχειν προσηγόρευσεν. εἰπὼν δὲ τὴν γῆν, ἀπὸ τοῦ μέρους ὅλην τὴν κτίσιν ἐκάλεσεν. Ἀλλ' ὅμως ὑπερυψώθη διὰ τοῦ σταυροῦ κατὰ πάντων τῶν θεῶν (δηλαδὴ τῶν ψευδωνύμων) ἐπειδὴ τῷ σταυρῷ καταβληθέντες μεμαθήκασι τῇ πείρᾳ πόσον ἐστὶν ὑψηλὸς ὁ θεός, ὥστε διὰ τῆς νομιζομένης ἀσθενείας τοὺς νομισθέντας δυνατοὺς καταγωνίσασθαι.

ι. ΟΙ ΑΓΑΠΩΝΤΕΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ ΜΙΣΕΙΤΕ ΠΟΝΗΡΟΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ δυνατὸν ὁμοῦ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὸν κύριον καὶ πονηρὰ ἀγαπᾷν. Διόπερ τὴν πρὸς τὸν κύριον ἀγάπην κατορθωτέον διὰ τοῦ μισεῖν καὶ βδελύττεσθαι πᾶν πονηρόν, τουτέστι τὰς κατ' εἶδος κακίας αἳ πονηραὶ προσαγορεύονται.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Μισεῖτε τὸ πονηρὸν ὡς ἐναντίον καὶ ἐχθρὸν τῷ θεῷ οὐκ ἐν ἀντιστάσει φύσεως ὄν. (οὐ γὰρ ἀντιδιαιρεῖται τῇ ἀγαθῇ φύσει πονηρὸν τὸ παρὰ φύσιν. Οὐδὲ γὰρ φύσιν τινὰ διωρισμένην ὑπολαβεῖν ἔστιν ἣν καλεῖ πονηρόν· οὐδὲ γὰρ ἔχομέν τινα τοιαύτην ἐν γνώσει, ἣν εἰδότες μιμώμεθα.) ἀλλὰ πονηρὸν ἅπαν τὸ κακὸν ἔργον ἐπιστάμεθα, καὶ τοῦτο τοῦ μίσους ἄξιον.

ΦΥΛΑΣΣΕΙ ΚΥΡΙΟΣ ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ ΤΩΝ ΟΣΙΩΝ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Οὐ πάντων, ἀλλὰ τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Εἴ ποτε οὖν ἐπιβουλευθῇ τις τῶν ὁσίων μέχρι τῆς τοῦ σώματος κακώσεως ἢ θανάτου, τὰ τῆς ἐπιθέσεως ἴσχυσε, τῆς ψυχῆς ἀζημιώτου καὶ ἀμειώτου διαμεινάσης. Τίς γὰρ οὖν οὐχ ὁμολογήσει, τοὺς τῆς ἀληθείας μάρτυρας πεφρουρῆσθαι κατὰ τὰς ψυχὰς ὑπὸ τοῦ ὁμολογουμένου ὑπ' αὐτῶν κυρίου;

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ἴδε οὖν ἡλίκης τῆς πρὸς τὸν θεὸν καθαρᾶς ἀγάπης ἀπολαύομεν. Γενόμεθα γὰρ ὅσιοι, καὶ φύλακα τὸν θεὸν τῷ μεγίστῳ κτήματι τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας ἔχομεν, ὥστε μὴ ὑπὸ τὴν χεῖρα γενέσθαι τοῦ ἐχθροῦ.

ια. ΦΩΣ

Digitized by Google

ια΄. ΦΩΣ ΑΝΕΤΕΙΛΕ ΤΩ ΔΙΚΑΙΩ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι. Δικαίῳ δὲ, τῷ δικαιωμένῳ λαῷ διὰ τῆς πίστεως. Τὸ ἀνέτειλε δέ φησιν ἀντὶ τοῦ ἀνατέλλει. Πᾶς γὰρ εἴ τις ἐστὶν ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, τούτῳ πάντως εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τὸ νοητὸν καὶ θεῖον ἀνατέλλει φῶς. Οὐ γὰρ ἄμοιροι τῶν ἱερῶν ἔσονται χαρισμάτων οἱ τῶν ἀρίστων ἐπιτηδευμάτων ἐπιμεληταί. Τῷ τοίνυν τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, δικαιοσύνην καλουμένην, κατορθώσαντι ἀνέτειλε φῶς γνώσεως, οὐκ ἄλλο τυγχάνον τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ, περὶ οὗ ὁ Πατὴρ εἶπε· τοῖς δὲ φοβουμένοις τὸ ὄνομά μου ἀνατελεῖ ἥλιος δικαιοσύνης.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος λύχνος καὶ φῶς τοῖς δικαίοις καθέστηκε· διόπερ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Δαβίδ· Λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, δηλαδὴ καὶ τοῖς ὀρθῶς βαδίζουσιν, εὐφροσύνη· ὁδὸν γὰρ αὐτοῖς ἣν προσδέχονται δείκνυσι, καὶ πρὸς ἀρετὰς ἀλείφει, ἃς ἀφ' ἑαυτῶν ἐργάζονται. σὺ δὲ καὶ φῶς ἀνατεῖλαν τὸν μονογενῆ νόησον.

ιβ΄. ΕΥΦΡΑΝΘΗΤΕ ΔΙΚΑΙΟΙ ΕΝ ΤΩ ΚΥΡΙΩ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πρέπει γὰρ ὄντως τοῖς ἀγαπῶσι Χριστὸν καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας ἐρασταῖς, τὸ ἐπ' αὐτῷ λίαν εὐφραίνεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῖς δοθησομένοις ἡμῖν ἀγαθοῖς παρ' αὐτοῦ, δηλονότι πνευματικοῖς, ἃ καὶ ἀσφαλῆ καὶ ἀναπόβλητον ἔχει τὴν κίνησιν.

ΤΟΥ ΑΛΛΟΥ. Μαθόντες, φησὶν, ὑμεῖς οἱ τὸ δίκαιον ἀγαπήσαντες, καὶ παντὸς τοῦ παρόντος βίου τὸν Θεὸν προτιμήσαντες, τὰ ἐπηγγελμένα ὑμῖν ἀγαθὰ, ἐντεῦθεν κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ζωὴν ἐπὶ τῷ ὑμετέρῳ βασιλεῖ καὶ κυρίῳ εὐφραίνεσθε, μηδὲν μὲν ἄλλο τοῦ θνητοῦ βίου θαυμάζοντες, χαίροντες δὲ ἐπὶ μόνῳ τῷ κυρίῳ, καὶ τὴν μνήμην τῆς ἁγιωσύνης ἀναπεμπαζόμενοι, ἐξομολογεῖσθε κατὰ τοὺς δύο τῆς ἐξομολογήσεως τρόπους, ὡς ἂν τυχεῖν δυνηθῆτε τῶν ἐπηγγελμένων τοῖς ἁγίοις ἀγαθῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου κυρίου.

ΕΤΕΡΟΥ. Πάντες οὖν, φησιν, οἱ τοῦ φωτὸς ἀπολαύσαντες, καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς ἀσπασάμενοι κλῆρον, ἀγάλλεσθε, καὶ τὸν Θεὸν ὑμνεῖτε, τὸ τῶν εὐεργεσιῶν ἐξηγούμενοι πλῆθος. Ἐξομολόγησιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν εὐχαριστίαν ἐκάλεσεν.

11. LVX ORTA EST IVSTO.] ANONYMI. Euangelica nimirum. Iusto autem, id est, populo per fidem iustificato. Illud autem *orta est* dicit pro *oritur*. Si quis enim probus ac iustus est, huic omnino in mente & corde spiritale ac diuinum lumen oboritur. Nequaquam enim sacrorum charismatum expertes erunt qui studiorum cultores sunt optimorum. Illi igitur qui practicam virtutem, quæ iustitia nuncupatur, exercuit, oborta est lux cognitionis, quæ non est alia quàm lux vera, de qua Pater dixit: *Timentibus* autem *nomen meum orietur Sol iustitiæ*.

Lux Euangelica oboritur iustis.

Malach. 4, 2.

ALTERIVS. Dei lex lucerna & lux iustis posita est; quapropter alibi Dauid ait: *Lucerna pedibus meis lex tua & lumen semitis meis.* Eadem quoque rectis corde, scilicet ijs qui rectâ viâ incedunt, lætitia est: viam enim ijs quam exoptant ostendit, & ad virtutes inungit, quas per seipsos exercent. Tu verò etiam lumen exoriens intellige vnigenitum.

Dei lex est lux.

Psal. 118, 104.

12. LÆTAMINI IVSTI IN DOMINO.] ANONYMI. Conuenit enim reuerà diligentibus Christum & pietatis amatoribus, vt in ipso plurimùm lætentur, vti & in bonis quæ ab ipso donanda sunt nobis, scilicet spiritalibus, quæ etiam securum & constantem motum habent.

Iustis in Domino lætandum.

ALIVS. Vos, inquit, qui iustitiam diligitis, & vniuersæ præsenti vitæ Deum præfertis, promissa vobis bona cognoscentes, hinc in præsenti vita in Rege ac Domino vestro lætamini, nihil quidem aliud in vita mortali admirantes, in solo autem Deo gaudentes, nullam præteritæ sanctitatis memoriam reputantes, iuxta geminos confessionis modos confitemini, vt promissa Sanctis bona à sancto Domino consequi possitis.

ALTERIVS. Omnes igitur, inquit, qui lumen accepistis, & virtutis sortem amplexi estis, exultate, & Deum laudate, beneficiorum multitudinem commemorantes. Confessionem enim hoc loco vocauit gratiarum actionem.

ANNO.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

MERITO non videtur Bellarmino hic Psalmus ad litteram intelligendus de restitutione aut constitutione Regni Dauidis; nihil enim eiusmodi in ipso Psalmo legimus; sed videtur S. Propheta occasione terræ à se recuperatæ Spiritu sancto afflatus cecinisse restitutionem & constitutionem perfectam Ecclesiæ, quæ futura est post vltimum iudicium, quando remotis persecutionibus omnibus, & omnibus inimicis Christi sub pedibus constitutis, Ecclesia pace perpetuâ & tranquillitate fruetur, & Christus ipse pacificè in vniuersa creatura regnabit. Ita Bellarminus, Genebrardus, & alij.

Christus perfectè regnauit nouissimis temporibus.

1. *Dominus regnauit.*] Nota cum Genebrardo *Dominum* tota hoc Psalmo appellari *Christum* Apostolo interprete ad Hebræos primo: Nam is, inquit, regnauit in orbe, in quo antea diabolus regnabat. Christum autem regnare potissimùm apparebit nouissimis illis temporibus, cùm omnia sibi & Patri subiecerit: tunc enim regnum Satanæ prorsus concidet.

1 Cor. 15.

Ecclesiæ & religio(n)es Insulæ merito inter tentationum fluctus non franguntur.

IBIDEM. *Lætentur Insulæ multæ.*] Patres & Interpretes hoc loco Insularum nomine Ecclesias intelligunt, vti ex Græco Commentario & Eusebio in Catena patet: quod à potiori Religiosis Ordinibus applicari potest. Quid igitur sacris Deo Familijs cum Insulis? Duplex profectò similitudo Prior; quia sicut Insulæ quatiuntur fluctibus, sed non euertuntur; ita Religiones oppugnantur tentationibus & persecutionibus, sed non expugnantur. Ita S. Augustinus in hunc locum: *Omnis*, inquit, *Ecclesia Insula; quia circumlatrantur fluctibus omnium tentationum. Sed quomodo Insula vndique circumstrepentibus fluctibus tundi potest, frangi non potest, magisque ipsa frangit fluctus venientes, quàm frangitur ab eis; sic & Ecclesia Dei* (adde & Sacræ Religiones) *pullulantes per totum orbem terrarum passæ sunt persecutiones vndique frementium infidelium; & ecce stant Insulæ, & iam placatum est mare.* Concinit D. Hieronymus, sicut Insulas in medio mari, ita Ecclesias in medio sæculo positas esse; & sicut illas fluctibus, ita has persecutionibus agitatas. *Verum*, inquit, *istæ Insulæ tunduntur quotidie, sed non subruuntur: in mari quidem sunt, sed habent fundamentum Christum, qui moueri non potest.* Posterior similitudo est, quia sicut Insulæ interfuso mari à continenti absciduntur; ita Religiosæ Familiæ interposito perfectionis studio à terra separantur. Non est liber ab Insulis in continentem, neque à continenti in Insulas commeatus: magnum interponitur chaos. Ita planè inter Religiosos & profanos homines nullum intercedere debet mutuum commercium. Sicut enim exaltantur cæli à terra, ita exaltantur viæ Religiosorum à vijs sæcularium.

Religiones à sæculo sicut Insulæ à continenti separantur.

Nubes & caligo sunt symbola diuinæ Maiestatis.

Exod. 19. Isaiæ 19.

2. *Nubes & caligo in circuitu eius.*] Symbola sunt illa diuinæ Maiestatis. Hinc cùm Deus Moysi de aduentu suo prædicit, *Veniam*, inquit, *ad te in caligine nubis*; illo instructu magnifico venientem mirabatur Isaias: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem.* Et cùm plenè iam perfectum absolutumque tabernaculum inexplicabili præsentiæ suæ splendore cohonestare vellet, non alio gloriæ vehiculo vsus est. *Operuit nubes tabernaculum, & gloria Domini impleuit illud.* Plura de his vide superiùs ad Psalmum 67. in Annotationibus nostris in fine, ad versum 36. Mysticè designari vult Euthymius, Nicephorus, Chrysostomus assumptam carnem, quæ diuinitatem occultabat. Alij volunt per hæc designari naturam Dei esse inuisibilem, vtpote qui lucem inhabitet inaccessibilem, vt Apostolus ait. De hac inuisibilitate Dei & mystica caligine consule nostras Annotationes ad caput 1. Mysticæ Theologiæ S. Dionysij Areopagitæ Tomo 2. pag. 7. vbi fusiùs eam explicuimus. 1. Tim. 6.

3. *Ignis ante ipsum præcedet.*] Ita etiam Isaias venturum Iudicem cum igne testatur dicens: *Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis; quia in igne Dominus diiudicabit.* Cùm igitur hic ignis apparebit, tunc & apices apparebunt, quibus in libro conscientiæ peccata descripta sunt; & quæ modò in cordis pagina deleta videntur, ac nostrorum aliorumque oculorum aciem fugiunt, apertè conspicientur. Characteres nempe in papyro acribus quibusdam, v. g. malorum citreorum succis scripti & exarati, visum fugiunt; tunc verò scriptæ litteræ apparere incipiunt, cùm papyrus & pagina igni approximatur. Idem in peccatis accidit: multa enim in Dei ac conscientiæ libris scripta & notata sunt; quæ, quia diuinæ iustitiæ timor velut ignis abest, nostræ considerationis aciem effugiunt: sed vbi aduenerit ignis, qui omnia patefaciet, legi ab omnibus poterunt quæ latebant; ita vt ab igne formari apices videantur, cùm tamen formati antea fuerint quando peccata patrauimus. Hæc pulchrè Nouarinus ex B. Thoma à Villanouâ libro 3. Sacrorum Electorum Excursu 6. annotauit, vbi eadem fusiùs prosequitur. Hoc vaticinio nixi Theologi, aiunt ignem ante orbis Iudicem velut apparitorem ac satellitem præcessurum, & ad tribunal substiturum, dum iudicium omne peragatur. Vbi demum decretoria sententia fuerit prolata, ignis ille fulminis ritu præcipitabit, & velut lictor noxium gregem inuadet, vinciet inuoluetque, vt nec minimum vel vlli pateat effugium: sic vnà omnes velut catenatos canes in antra destinata rapiet.

Isaiæ 66, 15.

Diuina iustitia igni peccatorum characteres educit in lucem.

4. *Illuxerunt fulgura eius orbi terræ.*] Aliud iræ & vindictæ Dei signum, quo vt perterrefecit olim Hebræos in monte Sina, & in Mari rubro Ægyptios, sic potest, cùm libuerit, fulgura multiplicare, & conturbare mortales. Idem in Psal. 76. ver. 19. dixit: *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ*, &c. Vbi vide quid annotatum sit.

5. *Montes sicut cera fluxerunt.*] S. Hieronymus, *tabefacti sunt*. Sic olim cùm daretur lex *totus fumabat mons Sinai, eò quòd descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace; eratque omnis mons terribilis, & ardebat vsque ad cælum.* Montes mysticè sunt sublimes potentiâ, honoribus, dignitate, sapientiâ,

Exod. 19. 18 Deut. 4. 11.

Montes quid mysticè significent.

Digitized by Google

pientiâ, & ferè propterea superbi; quos mollit & frangit prædicatio Euangelica, & conuertit, aut, si nolunt acquiescere, subuertit. In malam partem accipiens Euthymius de dæmonibus exponit, aut etiam de hominibus peccatoribus, qui Psalmo 67. perire dicuntur à facie Dei, *sicut fluit cera à facie ignis*. Montibus peccatores similes Ayguanus docet, quoniam circa inferiora dilatantur, in superiorum amore sunt angusti; exterius illustrati obscurantur interius. Hæc & similia plura vide fusius apud Lorinum ad hunc locum.

Peccatores montibus similes.

IBIDEM. *A facie Domini omnis terra.*] Ita Vulgata & Romanum Psalterium: Græcè, πᾶσα ἡ γῆ Sixtina tamen editio habet in genitiuo, πάσης τῆς γῆς, *omnis terræ*: quomodo etiam S. Augustinum legisse, videtur Nobilio colligi posse ex eius explanatione.

7. *Adorate eum omnes Angeli eius.*] Hoc effatum à Regio Vate sumens Paulus Apostolus, eam ipsam beatarum mentium deuotionem comprobat. Sancti Patres vocant eos propterea Sacerdotum συλλειτουργοὺς, Symmystas, comministros, iisdem in sacris & cærimoniis occupatos, altarium præsides: quorum proprium & quotidianum est officium adoratio. Quare diuinissimi quidam viri, quibus arcana sua Deus aperiebat, non semel in templo viderunt beatorum Spirituum cœtum, pegma sacrum & ciborium circumambientium, & adorantium mundi Seruatorem. Illos ergo imitentur sacris Ordinibus initiati, cùm præsertim Angeli sint ipsi, aut certè esse debeant. Quam ob causam Hugo Cardinalis locum hunc Dauidis refert ad Clericos, Pontifices & Religiosos, aitque illos inuitari ad Deum sanctè & ritè venerandum, cùm Angelis officio pares aut simillimi esse videantur. Sanè decet vt frequenter quidem, sed præsertim cùm in eum locum introëunt, vbi Eucharistia religiosissimè asseruatur, cum illis cæli Palatinis, qui circumstant Regem suum, se abiiciant, & omni animi demissione Deum vitæ nostræ adorent.

Heb. 1, 6.

Angeli Sacerdotum comministri deuotissimè Deum adorant.

11. *Lux orta est iusto.*] Prius nempe refulget lux, & suâ pulchritudine intelligentiam afficiens, corda iustorum lætitiâ & exultatione dilatat: sic autem dilatata corda ora ipsorum laxant, & ad Dei confessionem & laudem aperiunt. vnde subiungit:

ANNOTATIONES CORDERII.

12. *Lætamini iusti in Domino.*] Vbi D. Augustinus: *Iam forte, inquit, fideles audientes Lætamini conuiuia meditantur, calices præparant, rosarum tempus expectant, quia dictum est, Lætamini iusti. Vide quid sequitur: In Domino. Non enim iucunditas, quæ est secundum sæculum, vera iucunditas est. Non est gaudere impijs dicit Dominus.* Addit Origenes Homilia de Helcana: *Quoties de Deo gaudemus, toties diabolum flagellari*: addere posset, Toties diabolum coronari, quoties in rebus inanibus lætamur. Sicut enim gaudium de Deo est diaboli flagellum; ita & gaudium de hoc sæculo est diaboli diadema.

Isaiæ 57, 21.

Gaudium de Deo est diaboli flagellum.

IBIDEM. *Et confitemini memoriæ sanctificationis eius.*] Id est, Laudibus celebrate memoriam sanctificationis à Deo acceptæ. Non enim decet vnquam obliuisci tanti beneficij, quo Deus nos ex impijs & iniquis sanctos & iustos effecit. Quoniam, vt Apostolus ait, ipse est *sanctificatio nostra*. Primò, quia omnis sanctitas hominum & Angelorum ab ipso est, & ipse per communionem suæ sanctitatis omnes iustos sibi assimilat & deiformes reddit.

1. Cor. 1, 30.

Quomodo Deus sit sanctificatio nostra.

Secundò, quia ipse solus iniurias in suam infinitam maiestatem commissas condonare potest, & labes animarum abstergere, ipsasque animas purgare & sanctificare: ipse solus potest eas illuminare cognitione supernaturali, & charitatem supernaturalem infundere. Ipse solus potest Spiritum sanctum vnà cum dono charitatis mentibus ad eas sanctificandas inserere. Datur autem Spiritus sanctus vnà cum dono charitatis, vt suâ præsentiâ animas sanctificet, suâ potentiâ protegat, illuminet, regat, & ad omne bonum excitet, & vt ipse per se sit nostra possessio, quâ in æternum fruemur, & beati erimus. Denique ipse solus omnes iam inchoatè sanctificatos ad supremam & completam sanctitatem euehet infundendo lumen gloriæ, quo omnes illum altissimo modo cognoscant, & altissimo modo ament. Nam altissima sanctitas intrinseca seu realis consistit in altissima Dei cognitione & fruitione.

IN PSALMVM XCVII. ARGVMENTVM.

α. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Ἔτι καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τῆς αὐτῆς ὑποθέσεώς ἐστι, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν· ἐπινίκιός τι γὰρ κατὰ Βαβυλωνίων ἐστὶ, καὶ ἑκατέραν προαναφωνεῖ σωτήριον ἐπιφάνειαν.

1. Psalmus ipsi Dauid.

Adhuc etiam hic Psalmus eiusdem est argumenti, & eumdem sensum habet: est enim victorialis contra Babylonios, & vtrumque salutarem aduentum præcinit.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΑΣΑΤΕ τῷ κυρίῳ ᾆσμα καινόν· ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν ὁ κύριος.

Καινοφανῆ, φησι, τὴν νίκην ἡμῖν ἐχαρίσατο, καὶ διὰ τοῦτο καινὸν αὐτῷ δεῖ τῶν ὕμνων.

CANTATE Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit * Dominus.

* *Vulgata omittit.*

Nouam, inquit, victoriam nobis largitus est, & idcircò nouis ipsi laudibus opus est.

Noua beneficia nouis canticis celebranda.

PARAPHRASIS ANONYMI.

Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

Ad tantam enim, inquit, victoriam suffecit ipsi propria fortitudo, & alio auxilio haud opus habuit.

2. Notum fecit Dominus salutare suum: * ante conspectum Gentium reuelauit iustitiam suam.

* Vulgata in conspectu

Dedit enim, inquit, proprio populo salutem in propatulo & in libertate, nemine ignorante illa quæ contigerunt.

3. * Memor fuit misericordiæ suæ * Iacob, & veritatis suæ domui Israël.

* Vulgata Recordatus est

* Abest à Vulgata vox Iacob,

Hæc autem, inquit, omnia præbuit nobis ex benignitate propria motus, & eò quòd memor fuerit maiorum nostrorum.

Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.

Atque idcircò, inquit, adeò publicum edidit beneficium, vt neminem etiam in terræ finibus latuerint ea quæ acciderunt.

4. Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

Omnes, inquit, quotquot vbique estis victorialem hymnum ipsi dicite.

5. Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi:

6. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Tubarum genera diuersa.

Ceterùm, inquit, accommodate hymnis psalmica instrumenta, vt etiam suauis concentus hymnis insit. Solebant enim in victoriæ solemnitatibus tubâ canere. Tubæ autem aliæ erant corneæ, aliæ verò æreæ: ductiles itaq; vocat æreas, vtpote à ferro attenuatas & diductas.

Iubilate in conspectu Regis * Domino:

* Vulgata Domini:

7. Moueatur mare & plenitudo eius; orbis terrarum, & * vniuersi qui habitant in eo.

* Abest à Vulgata vox vniuersi

Hoc modo, inquit, vtamini hymnis victoriosis cum instrumentis conuenientibus. Exiliat autem, inquit, omnis creatura dum istiusmodi hymni celebrantur.

Ἔσωσεν αὐτῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ.

Πρὸς γὰρ τὴν τοσαύτην νίκην, φησὶν, ἤρκεσεν αὐτῷ ἡ οἰκεία ἰσχὺς, καὶ συμμαχίας ἑτέρας οὐ προσεδεήθη.

β'. Ἐγνώρισε κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ· ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ.

Δέδωκε γὰρ, φησὶ, τὴν σωτηρίαν τῷ οἰκείῳ λαῷ ἐν φανερῷ καὶ ἐν παρρησίᾳ, μηδενὸς ἀγνοήσαντος τὰ γεγενημένα.

γ'. Ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ.

Ταῦτα δὲ, φησὶ, πάντα παρέσχεν ἡμῖν ἐκ φιλανθρωπίας ὁρμηθεὶς οἰκείας, καὶ ἀπὸ τοῦ μνημονεῦσαι τῶν προγόνων ἡμῶν.

Εἴδοσαν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

Καὶ διὰ τοῦτό, φησιν, οὕτως δημοσίαν ἔδωκε τὴν εὐεργεσίαν, ὥστε μηδένα τῶν ἐν τοῖς πέρασι λαθεῖν τὰ γεγενημένα.

δ'. Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ· ᾄσατε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, καὶ ψάλατε.

Πάντες, φησὶν, οἱ πανταχόθεν τὸν ἐπινίκιον αὐτῷ εἴπατε ὕμνον.

ε'. Ψάλατε τῷ κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ, ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ·

ς'. Ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς, καὶ φωνῇ σάλπιγγος κερατίνης.

Προσάψατε δὲ, φησι, τοῖς ὕμνοις ὄργανα ψαλμικὰ, ὥστε καὶ μέλος ἐνεῖναι τοῖς ὕμνοις. ἔθος γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ἐπινικίοις ἑορταῖς σαλπίζειν. Τῶν δὲ σαλπίγγων αἱ μὲν ἦσαν κεράτιναι, αἱ δὲ χαλκαῖ· ἐλατὰς οὖν καλεῖ τὰς χαλκᾶς, ὡς ἐλαθείσας ὑπὸ σιδήρου.

Ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως κυρίου·

ζ'. Σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.

Οὕτω, φησὶ, χρήσασθε τοῖς ἐπινικίοις ὕμνοις μετὰ τῶν προσηκόντων ὀργάνων. Σκιρτάτω δὲ, φησι, πᾶσα ἡ κτίσις τῶν ὕμνων ἐπιτελουμένων τῶν τοιούτων.

η'. Πο-

Digitized by Google

η΄. Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ, ἐπὶ τὸ αὐτὸ

Κατὰ μέρος βούλεται τὴν κτίσιν ἅπασαν εἰπεῖν, ὡς διὰ πλειόνων προσώπων ὀφειλόντων πλατυνθῆναι τὸν ὕμνον. ὅθεν ἐπιφέρει·

θ΄. Τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται ἀπὸ προσώπου κυρίου· ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἥκει κρῖναι τὴν γῆν.

Ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἐπανέρχεται νικήσας καὶ δικάσας τῇ γῇ τῶν Βαβυλωνίων.

Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

Καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, φησιν, εἰ Βαβυλῶνα ἔκρινεν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δικάζων, καὶ πᾶσιν ἀποδιδοὺς δικαίαν κρίσιν.

8. Flumina plaudent manu,* in idipsum

Sigillatim vult omnem creaturam recensere, quasi per plures personas debeat hymnus dilatari. vnde subiungit:

9. Montes exultabunt à * facie Domini; * quoniam venit, quoniam venit iudicare terram.

Id est, Quia redit victor & iudex terræ Babyloniorum.

Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Et nihil, inquit, mirum, si Babylonem iudicauerit: ipse enim est qui totum terrarum orbem iudicat, & omnibus iustam sententiam decernit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

* Vulgata simul

* Vulgata conspectu

* Vulgata omittit.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α΄. ΑΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΑΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] Ἐπεὶ παλαιῶν πραγμάτων κηρύττει μεταβολὴν, καὶ καινὴν πολιτείαν προαγορεύει, εἰκότως καὶ καινὸν ᾆσμα κελεύει προσενέγκαι τῷ θαυμαστὰ πεποιηκότι. Καὶ πῶς οὐ θαυμαστά; ἐχειμαζόμεθα, ἐπολεμούμεθα, τὰ μὲν παρῆν τῶν δεινῶν, τὰ δὲ ἔμελλεν. ἀλλὰ τίς ἔστησε τὴν καταιγίδα εἰς αὔραν; οὐχὶ ὁ Θεός; Καὶ ἄλλως δὲ πῶς οὐ θαυμαστὸν τὸ καταργηθῆναι θάνατον, τὸ ἀναβιῶναι νεκρούς; ἔσωσε δὲ αὐτῷ τῷ πατρὶ, δηλονότι ὁ υἱὸς (ὃν καλεῖ δεξιὰν) τοὺς εἰς μακαριότητα ἀγομένους. οὐ γὰρ πᾶς ὁ σωζόμενος κυρίῳ σώζεται, οἷον ὁ ἐκ νόσου ἢ τραυμάτων σωθεὶς ἢ λῃστῶν, ἀλλὰ μόνος καὶ πᾶς ὁ κακῶν ἀπαλλαττόμενος καὶ παθῶν κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν μετ' εὐσεβείας ἀναλαβὼν, καὶ ὁ τὴν αἰτίαν, τοῦ μηδὲν ὑπὸ λῃστῶν ἢ ὁμοίων ἄλλων κινδύνων βλαβῆναι, προσάπτων Θεῷ. ἅγιος δὲ ὁ βραχίων Θεοῦ οὐ κατὰ μετοχὴν ἁγιότητος, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν τοῦ Πατρὸς ὢν βραχίων. δεξιὰ μὲν οὖν ἡ ἐνεργητικὴ δύναμις τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἄλλη τοῦ Θεοῦ Λόγου τυγχάνουσα, διὰ τὸ δεξιῶς, τουτέστιν ἁγίως, καὶ σοφῶς, καὶ ἀμέμπτως καὶ ἐπαινετῶς πάντα ποιεῖν. βραχίων δὲ διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ὑπερβάλλον τῇ κραταιότητι. Ἐγνώρισε δὲ τὸ σωτήριον αὐτοῦ, τὴν ὑπερ- fortitudinem & eminentiam potentiæ.

1. CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM.] Quandoquidem rerum prædicat mutationem antiquarum, & nouam quamdam Rempublicam præcinit, iure merito etiam nouum canticum mirabilia facienti afferre iubet. Et quomodo non admiranda sint? Fluctuabamus, oppugnabamur, alia quidem mala aderant, alia verò instabant. Sed quis constituit tempestatem in tranquillitatem? numquid Deus? Quin aliàs etiam quomodo non mirandum fit mortem deleri? mortuos resuscitari? Saluauit autem ipsi Patri, scilicet Filius (quem dexteram appellat) eos qui ad beatitudinem adducuntur. Non enim omnis qui seruatur ipsi Domino seruatur, v. g. qui ex morbo vel vulneribus aut à latronibus seruatus est, sed solus & omnis ille qui à malis & passionibus secundùm veram rationem liberatus est, & veritatis cognitionem cum pietate accepit, & qui causam, quòd nihil à latronibus aliisve similibus lædatur, Deo adscribit. Sanctum autem est brachium Dei non secundùm participationem sanctitatis, sed secundùm substantiam Patris brachium existens. Dextera igitur est vis effectrix Dei; quæ non est alia quàm Verbi Dei, eò quòd dexterè, id est sanctè, & sapienter, & irreprehensibiliter & laudabiliter omnia faciat. Brachium verò propter Notum autem fecit salutare suum, scilicet in

Qui verè Domino seruantur.

Christus est dextera, & brachium & salutare Dei.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. *Luce 2, 30.*

carne præsentiam: iuxta quod & Symeon ait: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Iustitiam porrò suam reuelauit, iustificans eos qui olim tyrannicè opprimebantur. Ceterùm etiam recordatus est misericordiæ suæ Iacob; quoniam in semine ipsius se Gentibus benedicturum promisit, & impleuit. Et viderunt non Iudæi soli, sed etiam omnes Gentes salutare Dei.

Quomodo spiritualiter cantandum sit Deo.

4. IVBILATE DEO OMNIS TERRA.] Omnem terram vocat omnes homines qui super terram sunt, quibus etiam præcipit vt victoriale canticum adferant tamquam inuisibilium hostium euersori. Quod vtique etiam facimus in tempore mystico per citharam rationalem nostræ mortificationis, per practicam operationem, per omnes animæ vires, per tubas ductiles, quæ designant præconium Euangelicum propter accensionem & dilatationem pietatis. Corneæ namque erant legales; eò quòd Reges eorum cornu vngerentur. Vel tubam quoque frequenter vocat vocem, vt in illo: *Cùm facis eleemosynam noli tubâ canere ante te.* id est, Noli promulgare, neque omnibus propalare, ne per vanam gloriam benignitatis fructum corrumpas. Hoc loco igitur tubas etiam doctrinam vocat: quandoquidem illi quidem inanimatis tubis vtebantur irrationabilem agnum immolantes, quæ ipsi minimè gratæ erant (Amoue enim, inquit, à me sonitum canticorum tuorum, & vocem instrumentorum tuorum non audiam) nos verò animatis & rationalibus, salutarem Agnum immolantes, qui tollit peccatum mundi. Ceterùm *tubæ* quoque nostræ sunt diuini Apostoli, & Doctores qui post ipsos sunt: *ductiles* autem propter fidei probationem & ignitionem, *corneæ* verò propter operationem: quandoquidem ex bobus sint, bos autem animal laboriosum. Porrò istud, *Commoueatur mare & plenitudo eius*, videre licet impletum in ciuitatibus populosis. Pius enim populus in Ecclesijs mare imitatur. Per illud verbum autem *commoueatur* propheticus sermo motum & mutationem Gentium declarauit. Ceterùm flumina quoque plaudent manu [id est] illi qui instar fluminum diuinæ doctrinæ latices profundunt. Plaudere enim vincentium est. *Manus* autem eorum sunt actiones quæ Deo placent, quibus discipulos suos potiùs quàm

Matth. 6, 2.

Ioan. 1, 29. *Quæ sint tubæ spirituales.*

κατ παρουσίαν· καθὰ καὶ Συμεὼν φησιν· Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου. τὴν δικαιοσύνην δὲ αὐτοῦ ἀπεκάλυψε, δικαιώσας τοὺς πάλαι τυραννηθέντας. ἐμνήσθη δὲ καὶ τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ· ἐπεὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογεῖν τὰ ἔθνη κατεπηγγείλατο, καὶ ἐπλήρωσε. Καὶ ἴδοσαν οὐκ Ἰουδαῖοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ἔθνη τοῦ Θεοῦ τὸ σωτήριον.

δ'. ΑΛΑΛΑΞΑΤΕ ΤΩ ΘΕΩ ΠΑΣΑ Η ΓΗ.] Πᾶσαν τὴν γῆν τοὺς ἐπὶ γῆς ἅπαντας ἀνθρώπους λέγει, οἷς καὶ προστάττει τὸ ἐπινίκιον ἀναπέμπειν ᾠδὴν ὡς καθελόντι τοὺς ἀοράτους ἐχθρούς. ὃ δὴ καὶ ποιοῦμεν κατὰ τὸν μυστικὸν καιρὸν διὰ λογικῆς κιθάρας τῆς ἡμετέρας νεκρώσεως, διὰ πρακτικῆς ἐνεργείας, διὰ πασῶν τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, δι' ἐλατῶν σαλπίγγων, ὃ σημαίνει τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα διὰ τὸ πλατυνόμενον καὶ ἐκτεταμένον τῆς εὐσεβείας. κεράτιναι γὰρ αἱ νομικαί· διὰ τὸ κέρατι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν χρίεσθαι. ἢ σάλπιγγα πολλάκις καλεῖ καὶ τὴν βοήν· ὡς ἐν τῷ· Μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου ποιῶν ἐλεημοσύνην. ἀντὶ τοῦ, μὴ κηρύξῃς, μηδὲ δῆλον ἅπασι καταστήσῃς, ἵνα μὴ τῇ κενῇ δόξῃ τῆς φιλανθρωπίας λυμήνῃ καρπόν. Κἀνταῦθα οὖν σάλπιγγας τὴν διδασκαλίαν καλεῖ· ἐπειδὴ ἐκεῖνοι μὲν ταῖς ἀψύχοις ἐχρῶντο τὸν ἄλογον ἀμνὸν θύοντες, αἱ οὐδὲ θυμήρεις ἦσαν αὐτῷ (Ἀπόστησον γάρ, φησιν, ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ φωνὴν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι) ἡμεῖς δὲ ἐμψύχαις καὶ λογικαῖς, τὸν σωτήριον ἀμνὸν καταθύοντες, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. σάλπιγγες δὲ ἡμῶν εἰσὶν οἱ θεῖοι Ἀπόστολοι, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους διδάσκαλοι· ἐλαταὶ δὲ διὰ τὸ βεβασανισμένον καὶ πεπυρωμένον τῆς πίστεως· κεράτιναι δὲ διὰ τὸ πρακτικόν· ἐπειδὴ ἐκ βοῶν εἰσι, βοῦς δὲ ἐργατικὸν ζῶόν ἐστι. τὸ δέ, σαλευθήτω ἡ θάλασσα καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, πληρούμενόν ἐστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς πολυανθρώποις τῶν πόλεων. θάλασσαν γὰρ κυμαίνουσαν ὁ εὐσεβὴς ἀπομιμεῖται λαὸς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. διὰ δὲ τοῦ σαλευθήτω τὴν κίνησιν καὶ μεταβολὴν τῶν ἐθνῶν ὁ προφητικὸς ἐδήλωσε λόγος. κροτοῦσι δὲ καὶ ποταμοί, οἱ ποταμῶν δίκην τὰ θεῖα τῆς διδασκαλίας προχέοντες νάματα. τὸ ἐπινίκιον κροτοῦντες. νικώντων γὰρ τὸ κροτεῖν. χεῖρες δὲ αὐτῶν αἱ θεάρεστοι πράξεις, αἷς τοὺς μαθητευομένους μᾶλλον ἢ τῷ λόγῳ

λογοφθέγγονται, καὶ ὄρη δὲ οἱ ὑψηλὴν ἔχοντες καὶ μετάρσιον φρόνημα· οἱ τὴν θείαν ἀποδεχόμενοι ἐπιφάνειαν, τὸν πόνον αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι τὰς ἀμοιβάς, εὐφραίνονται· ὅτι ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ὁ δίκαιος κριτὴς ἐπιψηφίσεται.

verbis adducunt. Quin & *montes* sunt illi qui sublimem & eleuatum sensum habent: qui cùm diuinam manifestationem exceperint, lætantur ipsis reddi laborum retributiones: quoniam iustus Iudex cuilibet pro merito suffragabitur. CATENA PATRVM.

CATENA PATRVM.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐ μάτην τῷ Δαβὶδ ὁ ψαλμὸς ἀναγέγραπται· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ περὶ Χριστοῦ προφητεύει μυστήρια.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν· ἑκατέραν γὰρ τοῦ σωτῆρος ἐπιφάνειαν προθεσπίζει, ἀλλὰ τὰ πλείονα περὶ τῆς προτέρας διέξεισι.

α. ᾌΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ᾎΣΜΑ ΚΑΙΝΟΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰκότως ᾆσμα καινὸν κελεύει προσφέρειν τῷ Θεῷ. Ὑπερφυῆ γὰρ καὶ παράδοξα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων γεγονότα ἐπὶ σωτηρίᾳ ἡμετέρᾳ. ὁ γὰρ σωτὴρ ἐπιδημήσας τῷ κόσμῳ, καὶ χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γευσάμενος θανάτου, ἐπὶ τῷ ἆραι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὡς διὰ τῶν ἑπομένων δηλωθήσεται στίχων, τῶν μεγάλων καὶ ἀπορρήτων ἡμᾶς κατηξίωσεν μυστηρίων.

ΤΙΜΟΘΕΟΥ. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι τὰ καινά; τὰ διὰ Χριστοῦ δηλονότι. Πάλαι μὲν γάρ, ὡς ἔφην, ἐλυτρώσατο διὰ Μωσέως τὸν Ἰσραὴλ ὁ τῶν ὅλων Θεός, καὶ πικρᾶς αὐτοὺς ἐξείλετο δουλείας· κατεποντίσατο δὲ καὶ ἐν θαλάσσῃ διώκων ὁ Φαραώ, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ Θεὸς ἐδοξάζετο. ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν τὰ ἐκείνων. ἴδωμεν δὲ τὰ καινὰ τὰ διὰ Χριστοῦ. Οὐχ ἓν ἔθνος ἐλυτρώθη, καθὰ καὶ πάλαι μόνος ὁ Ἰσραήλ, σέσωσται δὲ μᾶλλον ἡ σύμπασα γῆ. Οὐκ ἄνθρωπον αἰγύπτιον πεπνιγμένον ὁρῶμεν ἐν θαλάσσῃ, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἀλαζόνα καὶ ἀλιτήριον σατανᾶν πεσόντα, καὶ κείμενον ὑπὸ πόδας ἁγίων. Ἔφη γάρ που Χριστός· Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ. Ὄφεις δὲ καὶ σκορπίους ὀνομάζει τοὺς πονηροὺς καὶ ἰοβόλους δαίμονας· ὧν τῆς σκαιότητος ἀπηλλάγημεν.

ΕΣΩΣΕΝ ΑΥΤΩ Η ΔΕΞΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Προσήγαγε τῷ ἰδίῳ Πατρὶ τὴν ὑπουράνιον ὁ Χριστός, ὅς ἐστι δεξιὰ τοῦ Πατρός.

ATHANASII. Non temerè Dauidi hic Psalmus inscriptus est; sed quia Christi vaticinatur mysteria.

EVSEBII. Etiam hic Psalmus eumdem sensum habet: vtrumque enim Saluatoris aduentum præcinit, sed pluribus de priori agit.

I. CANTATE DOMINO CANTICVM NOVVM.] EVSEBII. Meritò iubet Deo nouum canticum afferre. Supernaturalia enim & prodigiosa sunt quæ à Deo vniuersorum pro salute nostra gesta sunt. Siquidem Saluator mundo adueniens, & Dei gratiâ pro omnibus mortem degustans, vt tolleret peccatum mundi, vti in sequentibus versiculis declarabitur, magnis & ineffabilibus nos dignatus est mysterijs. *Noua sunt beneficia quæ Christus nobis præstitit.*

TIMOTHEI. Sed qualia sunt hæc noua? nempe quæ per Christum facta sunt. Olim siquidem, vti dicebam, vniuersorum Deus per Moysem Israël liberauit, & acerbâ ipsos seruitute exemit: quin & Pharaonem persequens in mare demersit, atque in hoc ipso glorificatus est Deus. Sed illa quidem in ipsis contigerunt. Videamus autem noua quæ per Christum gesta sint. Non vnica gens redempta est, vt olim solus Israël, sed vniuersa potiùs terra seruata est. Non videmus Ægyptium hominem submersum in mari, sed ipsum superbum & exitialem satanam cadentem, & Sanctorum pedibus substratum. Christus enim alibi dixit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* Serpentes autem & scorpiones vocat prauos & venenatos dæmones: à quorum peruersitate liberati sumus. Lucæ 10, 19.

SALVAVIT SIBI DEXTERA EIVS.] ATHANASII. Christus, qui est dextera Patris, subcælestem hunc orbem ad Patrem adduxit. *Christus dextera Patris orbem seruauit.*

CATENA PATRVM.

CYRILLI. Seruauit enim subcælestem hunc orbem dextera Patris, id est Filius: sic ipsum etiam Pater ipse nominat dicens: *Quoniam leuabo in cælum manum meam, & iurabo dexteram meam*, in qua firmaui cælum, & fundaui terram.

Deut. 32, 40.

EIVSDEM. Saluauit enim dextera Dei ac Patris, id est Filius, proprio Genitori orbem terræ ad Dei notitiam ipsum adducens, & à morte atque corruptione liberans creaturam à peccato contritam, licet ad imaginem Creatoris facta fuerat.

EIVSDEM. Dexteram Dei ac Patris vocat Filium: per ipsum enim tamquam per manum propriam Pater omnia vt essent produxit, vti de ipso testatur sapientissimus Ioannes dicens: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil.* Ceterùm sicut hominis manus minimè aliena est à corpore, sed ex ipso & in ipso. Hæc ipsa igitur omnipotens Patris dextera, omnium conditrix artifexque, quam omnia opera contremiscunt, saluauit sibi ipsi ac Patri. Quid porrò saluauit? totum vtique orbem subcælestem: hunc enim per Euangelica præconia ad gloriæ suæ cognitionem attraxit.

Ioan. 1. 1.

EVSEBII. Dexteram & brachium Dei pluribus ostensum est esse Saluatorem, qui per dexteram & brachium significatur. Ipsimet igitur Deo saluat dextera eius illos qui ad beatitudinem adducuntur. Non omnis enim Domino Deo saluatur, sed solus & omnis ille qui secundùm rectam rationem à malis & passionibus liberatus est, & veritatis cognitionem cum pietate accepit. Nam qui ex morbis & vulneribus seruatur non omnino Deo seruatur, præsertim quando nescit à Deo sibi sanitatem donari.

HESYCHII Ecquid hoc miri continet? quandoquidem propter excessum malitiæ omnino reiectus fuerit homo; quapropter Dei dexterâ eiusdemque brachio necessariò indiguit, scilicet Vnigenito eius: ipsum enim vtrâque appellatione designat. de quo etiam Isaias ait: *Sicut pastor pascit gregem suum, & brachium eius congregabit agnos.* Quem non frustrà Psalmodus modò sanctum appellauit,

Isaiæ 40, 11.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἔσωσε γὰρ τὴν ὑπουράνιον ἡ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς, τουτέστιν ὁ Υἱός· οὕτως αὐτὸν καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὀνομάζει λέγων· Ὅτι ἀρῶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρά μου, καὶ ὀμοῦμαι τὴν δεξιάν μου, ἐν ᾗ ἐστερέωσα τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐθεμελίωσα τὴν γῆν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Διέσωσε γὰρ ἡ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τουτέστιν ὁ Υἱὸς, τῷ ἰδίῳ γεννήτορι τὴν οἰκουμένην πρὸς θεογνωσίαν ἀναγαγὼν, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἐξελὼν τὸ ἐξ ἁμαρτίας συντετριμμένον πάλαι, καίτοι κατ' εἰκόνα γεγονὸς τοῦ κτίσαντος.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Δεξιὰν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὀνομάζει τὸν Υἱόν· δι' αὐτοῦ γὰρ ὡς διὰ χειρὸς ἰδίας τὰ πάντα εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν ὁ Πατήρ· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφώτατος Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. Ἀλλ' ὥσπερ ἡ τοῦ ἀνθρώπου χεὶρ οὐκ ἀλλοτρία τοῦ σώματός ἐστιν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τε καὶ ἐν αὐτῷ. Αὕτη τοίνυν ἡ πάντων ἰσχύουσα τοῦ Πατρὸς δεξιὰ, ἡ πάντων δημιουργὸς καὶ τεχνίτης, ἣν πάντα τὰ ἔργα φρίσσει, σέσωκεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρί. Τί δὲ σέσωκεν; ἅπασαν δηλονότι τὴν ὑπουράνιον· σεσαγήνευκε γὰρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης αὐτοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Δεξιὰ καὶ βραχίων Θεοῦ διὰ πλειόνων ἀποδέδεικται ὁ σωτὴρ εἶναι, κατ' αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς καὶ τοῦ βραχίονος κειμένων. Σώζει οὖν αὐτῷ τῷ Θεῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ τοὺς εἰς μακαριότητα ἀγομένους. Οὐ γὰρ πᾶς σωζόμενος κυρίῳ Θεῷ σώζεται, ἀλλὰ μόνος καὶ πᾶς ὁ κακῶν καὶ παθῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἀπαλλαττόμενος, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν μετ' εὐσεβείας ἀνειληφώς. Ὁ γὰρ ἐκ νόσων καὶ τραυμάτων σωθεὶς οὐ πάντως Θεῷ σώζεται, μάλιστα ὅτε οὐκ ἐπίσταται ἐκ Θεοῦ τὴν ὑγείαν αὐτῷ δεδόσθαι.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τί τοῦτο θαυμαστὸν ἔχει, ὅτε πάντως διὰ κακίας ὑπερβολὴν ἀπαγορευθεὶς ὑπῆρχεν ὁ ἄνθρωπος· διὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δεξιᾶς καὶ τοῦ βραχίονος ἀναγκαίως ἐδεῖτο, δηλαδὴ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ· αὐτὸν γὰρ χαρακτηρίζει τῶν εἰρημένων ἑκάτερον. Περὶ οὗ καὶ Ἡσαΐας φησίν· ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων αὐτοῦ συνάξει ἄρνας. Ὃν οὐ μάτην ὁ ψαλμῳδὸς νῦν προσηγόρευσεν ἅγιον, ἀλλ'

Digitized by Google

ἀλλ' ἐν ἰδίᾳ δεῖξαι τοῦτον ὑποστάσει βουλόμενος. Αὐτὸς τοίνυν τὸ πλάσμα τὸ ἀπολωλὸς ἔσωσεν. οὐδὲ γὰρ ἦλθε κρῖναι κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσῃ τὸν κόσμον.

β'. ΕΓΝΩΡΙΣΕ ΚΥΡΙΟΣ ΤΟ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Συμεών· Ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὡς δεξιὰ καὶ βραχίων Θεοῦ, οὕτω καὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Βούλεται δηλοῦν, ὅτι πάντες οἱ ἄνθρωποι διὰ τοῦ σώζεσθαι ὄψονται τοῦ Θεοῦ τὸ σωτήριον, τουτέστιν, αὐτὸν τὸν τὴν σωτηρίαν παρέχοντα Χριστόν.

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ. Ταύτην δὲ τὴν τοῦ λόγου ἔννοιαν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἤγαγε Θεὸς πέμψας ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τὸν ἴδιον Υἱὸν σωτῆρα εἰς τὸν κόσμον. εἰκότως δὲ ἐγνωρικέναι ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὸ ἑαυτοῦ σωτήριον εἴρηκεν. γνωρίσας γὰρ τὸ ἑαυτοῦ σωτήριον ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν τοῦ σώζειν ἐπίνοιαν ἀπεκάλυψε καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, τὴν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ σωτηρίου, ὡς εἶπον ἀρτίως. γέγονε γὰρ ἡμῖν σωτὴρ ἀπὸ Θεοῦ δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμός.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Σωτήριον καὶ δικαιοσύνην ὀνομάζει Χριστόν· σέσωκε γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ δι' αὐτοῦ τε, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ δεδικαίωκεν ἐν πίστει.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἐκβαλὼν μὲν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, δικαιώσας δὲ τοὺς πάλαι τυραννηθέντας ἡμᾶς.

γ'. ΕΜΝΗΣΘΗ ΤΟΥ ΕΛΕΟΥΣ ΑΥΤΟΥ ΤΩ ΙΑΚΩΒ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἐπειδὴ πολλαὶ προφητεῖαι καὶ τοῦ Ἰακὼβ καὶ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ περί τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καὶ περὶ τοῦ λεχθέντος σωτηρίου καὶ τῆς τοῦ δικαίου δικαιοσύνης ἐχρημάτισαν, αὗται δὲ κατὰ τὸ καινὸν ᾆσμα εἰς ἔργον προκεχωρήκασι· τούτου χάριν θαυμαστὰ ποιῶν, ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τοῦ οἴκου Ἰσραήλ. τὴν γὰρ τῶν λόγων ἀλήθειαν ἐπιστώσατο διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Διαφέρει τοῦ Ἰακὼβ ὁ Ἰσραὴλ ἐπινοίᾳ ἀλλ' οὐχ ὑποστάσει· ὁ γὰρ αὐτὸς ὅτε μὲν Ἰακὼβ, ὅτε δὲ Ἰσραήλ ἐστιν. Ὅτε γὰρ ἀσκητὰς τυγχάνει τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, καταπαλαίων τὰ ἄλογα πάθη καὶ κακίας, καὶ τὰς ἐνεργούσας αὐτὰς πονηρὰς δυνάμεις, Ἰακὼβ ἐστι πτερνίζων τὸ εἰρημένον εἴρηται·

quia in propria ipsum hypostasi exhibere volebat. Ipse igitur figmentum perditum seruauit. Non enim venit vt iudicet mundum, sed vt saluificet mundum. CATENA PATRVM. Ioan 3,17.

2. NOTVM FECIT DOMINVS SALVTARE SVVM.] ATHANASII. Iuxta id quod à Symeone dictum est: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Lucæ 2, 30.

δ'. ΣΥ ΗΤΟΙΜΑΣΑΣ ΕΥΘΥΤΗΤΑΣ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Πῶς ἡτοίμασε; προαποστείλας τὸν νόμον, ἐν ᾧ τὰς ἐντολὰς εὐθύτητας ἔταξεν. ὀρθοτομεῖν γὰρ τοῦ βίου τὴν ὁδὸν ἔξεστι, κατ' ἐκείνας ὁδεύοντα.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μηδείς, φησι, νομιζέτω ἕτερον εἶναι τὸν ἐνταῦθα δοξολογούμενον κύριον τοῦ Θεοῦ τοῦ νομοθετήσαντος ἐν τῇ ἐρήμῳ. Σὺ γάρ, φησι, κύριε, οὗ τὴν βασιλείαν θεσπίζομεν, αὐτὸς ὢν τυγχάνεις, ὁ καὶ τῷ ἐκ περιτομῆς λαῷ κρίσιν καὶ δικαιοσύνην διαταξάμενος κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς νομοθεσίαν, δικαιώματα καὶ κρίματα περιέχουσαν. Σὺ δὲ αὐτὸς καὶ εὐθύτητας ἡτοίμασας, κατὰ τὸν τῆς ἀνταποδόσεως καιρὸν ἀποδοθησομένας τοῖς φυλάττουσι τὴν κρίσιν καὶ τὴν δικαιοσύνην.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Κρίσιν γὰρ καὶ δικαιοσύνην ἐκ παραλλήλου τίθησι, τὴν κρίσιν οὐδὲν ἕτερον οὖσαν ἀποφαίνων πλὴν ὅτι δικαιοσύνην.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ γὰρ νόμος ὁ δοθεὶς ἐν Ἰακὼβ (λέγει δὲ τὸ γένος τοῦ Ἰσραὴλ) οὗτος καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι κρίσιν ἐπήγαγε τὴν κατάκρισιν, καὶ τοῖς ἀγαθὰ βιοῦσι τὴν δικαιοσύνην ὑπέδειξε, καθ' ἣν δεῖ πολιτεύεσθαι.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ἔδειξας τῆς ἐπαγγελίας σου τὴν ἀλήθειαν, τὰς πρὸς τοὺς προγόνους τοῦ Ἰσραὴλ γεγενημένας ὑποσχέσεις πληρώσας, καὶ τὴν διὰ τοῦ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ δωρησάμενος σωτηρίαν.

ε'. ΥΨΟΥΤΕ ΚΥΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΗΜΩΝ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν, ὕψιστον εἶναι πιστεύετε τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ Θεοῦ λόγον, μηδὲν ταπεινοφρονεῖτε περὶ αὐτοῦ, καθάπερ ἀμέλει καὶ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ. Τὴν διάνοιαν τῶν εἰρημένων ταύτην εἶναι ὑπονοοῦμεν. ὡς ἂν εἴπῃ· οἱ ἄνθρωποι μεμύηνται μὲν ὑμῖν, ὡς δυνατὸν δέξασθαι τὴν ἀνθρωπίνην ἀκοήν, τὰ θεῖα μυστήρια· ὑμεῖς δὲ διὰ τοῦτο ὁδηγηθέντες τὴν εὐσεβῆ θεογνωσίαν, ὅσον χωρεῖ ὑμῶν ὁ λογισμὸς, τοσοῦτον καὶ δόξαν τοῦ Θεοῦ ὑψώσατε· εἰδότες, ὅτι ὅσον ἂν ὑπερταθῇ ὑμῶν ἡ διάνοια, καὶ πᾶσαν παρέλθῃ ὑψηλὴν φαντασίαν ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεσι· τὸ παρ' ὑμῶν εὑρισκόμενόν τε καὶ προσκυνούμενον, οὐκ αὐτὴ ἡ μεγαλειότης τοῦ ζητουμένου ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ τὸ ὑποβεβηκός·

Digitized by Google

βεβαιοῖ· καὶ διὰ τούτου καὶ κάτω κείμενον τῆς διανοίας ἡμῶν συγκρίσει, τῆς ἀνεφίκτου συλλήψεως ἑρμηνεῦον.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ἆρ᾽ οὖν καὶ πόδας τοιούτους ἔχει Θεὸς ἐπικειμένους τῷ ὑποποδίῳ; ἆρα καὶ χεῖρας καὶ ὀφθαλμούς; μὴ τοῦτο ὑπολάβῃς. σχεδιάζεται μὲν γὰρ ὁ ὑπ᾽ αὐτοῦ λόγος ὡς ἐκ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς καὶ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων· νοεῖται δὲ τὰ ἐπ᾽ αὐτοῦ θεοπρεπῶς. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔθος ἐστὶ τοῖς προσκυνοῦσι τοὺς ἐπὶ γῆς βασιλέας φιλεῖν τοὺς πόδας αὐτῶν, ἐκ τῆς παρ᾽ ἀνθρώποις συνηθείας ἐπὶ Θεοῦ τὸν λόγον ἀναφέρει λέγων ὁ ψαλμῳδός· Καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τίνος χάριν οὐ τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ προσκυνεῖν μᾶλλον, ἀλλὰ τῷ ὑποποδίῳ παρακελεύεται; ποίῳ δὲ ὅλως ὑποποδίῳ; ἆρα τῇ γῇ; ὁ γὰρ οὐρανός μοι, φησί, θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Καὶ μὴν προσκυνεῖν ἡμῖν στοιχείοις οὐκ ἔξεστιν. Ἀλλὰ τοῦτον λέγει τὸν τόπον ὃν δι᾽ ἑτέρου ψαλμοῦ ἐξέθετο τηλαυγέστερον. προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ· λέγει δὲ τὸν Γολγοθᾶν. ἐκεῖνος γὰρ ὄντως ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ τῆς σαρκὸς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ γεγένηται.

ϛʹ. ΜΩΥΣΗΣ ΚΑΙ ΑΑΡΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΙΕΡΕΥΣΙΝ ΑΥΤΟΥ.] ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὗτός, φησιν, ὁ νῦν κάτω πεφηνὼς ἄνθρωπος, βασιλεὺς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἦν· ὃν καὶ πάλαι Μωϋσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουὴλ ἐπεκαλοῦντο.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τό, εἰ ἐπιστεύσατε Μωσῇ, ἐπιστεύσατε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε, τῆς οὖν αὐτῆς ἔχεται διανοίας καὶ τὰ προκείμενα. τοῦτον γὰρ τὸν Κύριον, καὶ οὐχ ἕτερον, φησὶ (τὸν ἐν τῷ παρόντι θεολογούμενον) καὶ Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν καὶ Σαμουήλ, καὶ εἴ τις ἕτερος εἴτε προφητῶν, εἴτε ἱερέων, ἐπεκαλοῦντο. καὶ οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ νῦν ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς ὑψηλὸς ὑπάρχων, καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δοξαζόμενος, ὁ κἀκείνων εἰσακούων, καὶ λαλῶν αὐτοῖς ἐν στύλῳ νεφέλης. Οὐκ ἄλλως δὲ τῆς τοσαύτης ἀξίας ἔτυχον οἱ δηλωθέντες, εἰ μὴ ὅτι ἐφύλαττον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὸ πρόσταγμα ὃ ἔδωκεν αὐτοῖς. οὕτως οὖν καὶ ἡμῖν διὰ τῆς καινῆς διαθήκης ὁ αὐτὸς προστάγματα καὶ ἐντολὰς καὶ μαρτύρια ἔδωκεν, ἅπερ εἰ φυλάττοιμεν, τῶν ἴσων καὶ αὐτοὶ καταξιωθησόμεθα.

eius: per hoc significans mentis & cogitationis nostræ submissionem & tenuitatem, comparatione illius nullo studio assequendæ comprehensionis. CATENA PATRVM.

CYRILLI. Num igitur etiam tales pedes habet Deus qui scabello innitantur? num etiam manus oculosque? Noli hoc opinari. Siquidem ab ipso hic sermo texitur quasi è rebus nostratibus & humanis: verùm hæc ab ipso Deo dignè intelliguntur. Cùm igitur hi qui terrenos Reges adorant eorumdem pedes deosculari solent, ex humana consuetudine ad Deum sermonem transfert Psalmista dicens: *Et adorate scabellum pedum eius.* *Quid per scabellum pedum Dei intelligatur.*

HESYCHII. At cur non thronum Dei potius quàm scabellum adorare iubet? Et quale porrò scabellum? Num terram? *Cælum* enim, inquit, *mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.* Verùm nefas nobis adorare elementa. Dicit igitur illum locum quem in alio Psalmo clarius exposuit. *Adoremus in loco vbi steterunt pedes eius:* intelligit autem Golgotha. Ille enim reuerà locus est, qui tempore crucifixionis fuit sub pedibus carnis eius. Isaiæ 66, 1. Psal. 131, 7.

6. MOYSES ET AARON IN SACERDOTIBVS EIVS.] ATHANASII. Hic, inquit, qui modò inferiùs homo apparuit, terricolarum Rex erat: quem etiam olim Moyses & Aaron & Samuel inuocarunt.

EVSEBII. Illud, *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit*, eumdem vtique sensum habet cum ijs quæ proposita sunt. Hunc enim, inquit, Dominum, & non alium (de quo in præsentiarum diuina verba agunt) etiam Moyses & Aaron & Samuel, & si quis alius sit siue Prophetarum, siue Sacerdotum, inuocarunt. Atque hic idem erat Dei Verbum, quod etiamnum super omnes populos excelsum existit, & ab omnibus Gentibus glorificatur, quod etiam ipsos exaudiebat, & ipsis loquebatur in columna nubis. Non aliter autem prædicti tantam dignitatem adepti sunt, nisi quia testimonia eius custodierunt, atque mandatum quod dedit ipsis. Eodem igitur modo nobis quoque idem per nouum Testamentum præcepta & mandata atque testimonia tradidit, quæ si custodiuerimus, similibus etiam nos digni habebimur. Ioan. 5, 46. *Deus semper idem est.* *Sancti viri nobis sunt imitandi.*

CATENA PATRVM.

DIDYMI. Non enim de solis istis viris hæc dicuntur, sed de omnibus qui eãdem cum ipsis virtute prædìti sunt. Quid igitur possumus de istis dicere, nisi quòd ijsdem virtutibus præditos, eodem cum ipsis nomine nuncupauerit? Quod cùm ita se habeat, manifestum est omnes fideles Dei famulos Moysi atque adeò etiam alijs similes existere.

EIVSDEM. Cùm Dei sermo stabilis ac verus sit, columna meritò vocatur, ita vt Ecclesia quæ ipsum suscipit sit *columna & firmamentum veritatis*. (1 Tim. 3, 15.) Ceterùm cùm etiam potabilis sit, & causa fructuum existat, adinstar pluuiæ in mentes hominum illabens, columna nubis est. Fortassis verò etiam per hoc secundus Christi aduentus prædictus fuerit, in quo nubem leuem ascendens in Ægyptum venit, scilicet in terrestrem hunc locum.

7. QVONIAM CVSTODIEBANT TESTIMONIA EIVS.] CYRILLI. Vtique honorauit ipsos tamquam qui se honorabant, diligebat tamquam sinceros famulos, tamquam oraculorum suorum sedulos obseruatores. Itaque obedientia mercede non caret, sed potiùs propter facilitatem & promptitudinem summum adfert honorem.

DIDYMI. Perfecti porrò viri atque omnibus virtutibus præditi munus est, omnia testimonia & præcepta Dei custodire.

8. DOMINE DEVS NOSTER TV EXAVDIEBAS EOS.] HESYCHII. *Deus noster*. Quorum? eorum qui per fidem ipsi militant, & qui omnium Deum per Baptismatis adoptionem sibi proprium possident. Quod enim per excellentiam dicatur Deus eorum qui in ipsum crediderunt Thomas ipse docebit: quando enim Christum tangens credebat, *dixit ei, Dominus meus, & Deus meus*, (Ioan. 20, 28.) propriũ suum Dominum ac Deum vocans, eum qui super omnes est.

THEODORETI. Illud *Et vlciscens* Symmachus sic exposuit, *Et vltor in iniurijs eorum*. Magni enim Moysis tempore eos qui tyrannidem affectabant igni tradidit, eosque qui flammam declinarunt viuentes sepulturæ intulit; & eos qui per mare ambulauerant, & profundum illud pedestri itinere transierant, demersit in terra, inopinatis fluctibus vsus. Alios verò Prophetæ Samuelis tempore seditionem excitantes Saülis dominatus subegit, atque omnigenis calamitatibus circumdedit.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ γὰρ περὶ μόνων τῶν ἀνδρῶν τούτων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν ἐχόντων τὴν αὐτὴν αὐτοῖς ἀρετήν. Τί οὖν ἔχομεν περὶ τούτων εἰπεῖν, ἢ ὅτι τοὺς τὰς αὐτὰς ἀρετὰς ἔχοντας, ὁμωνύμως αὐτοῖς ὀνόμασεν; εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι καὶ οἱ πιστοὶ θεράποντες γινόμενοι πάντες κατὰ Μωσέα τυγχάνουσι καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ. Ἐπεὶ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος βέβαιος καὶ ἀληθινός ἐστι, στύλος εἰκότως καλεῖται, ὡς τὴν καταδεξαμένην αὐτὸν Ἐκκλησίαν στύλον καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας εἶναι. Ἀλλ' ἐπεὶ καὶ πότιμος, καὶ καρπῶν αἴτιός ἐστιν, ὑετοῦ δίκην εἰς τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων ἐρχόμενος, στύλος νεφέλης ἐστί. Τάχα δὲ καὶ προσθεσπίζεται διὰ τούτου ἡ τοῦ σωτῆρος εἰς δεῦρο κάθοδος, καθ' ἣν ἐπιβὰς κούφης νεφέλης εἰς Αἴγυπτον ἥκε, τὸν περὶ τὴν γῆν τόπον.

ζ'. ΟΤΙ ΕΦΥΛΑΣΣΟΝ ΤΑ ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΑΥΤΟΥ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐκοῦν τετίμηκεν ὡς τιμήσαντας, ἠγάπησεν ὡς γνησίους οἰκέτας, ὡς τῶν αὐτοῦ θεσπισμάτων γεγονότας φύλακας. Οὐκοῦν οὐκ ἄμισθος ἡ ὑπακοή, μᾶλλον δὲ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς πρόξενος διὰ τὸ εὐπειθὲς καὶ διάγωγον.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τελείου δὲ ἀνδρὸς καὶ ἔχοντος πάσας τὰς ἀρετάς, τὸ πάντα τὰ μαρτύρια καὶ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ φυλάττειν.

η'. ΚΥΡΙΕ Ο ΘΕΟΣ ΗΜΩΝ ΣΥ ΕΠΗΚΟΥΕΣ ΑΥΤΩΝ.] ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὁ Θεὸς ἡμῶν. τίνων; τῶν διὰ πίστεως αὐτῷ στρατευσαμένων, καὶ κτησαμένων τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν διὰ τῆς υἱοθεσίας τοῦ βαπτίσματος ἴδιον. Ὅτι γὰρ Θεὸς κατ' ἐξαίρετον τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων λέγεται ὁ Θωμᾶς διδάξει· ἡνίκα γὰρ τοῦ Χριστοῦ ψηλαφήσας ἐπίστευσεν, ὁ κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου φησίν, ἴδιον αὐτοῦ κύριον καὶ Θεὸν καλῶν, τὸν ἐπὶ πάντων ἀνακεκραγμένον.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Τὸ καὶ ἐκδικῶν Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκε, Καὶ ἔκδικος ἐπὶ ταῖς ἐπηρείαις αὐτῶν. Τοὺς μὲν γὰρ κατὰ τὸν μεγάλου Μωσῆ τυραννήσαντας πυρὶ παραδέδωκε, καὶ τοὺς τὴν φλόγα διαφυγόντας ζῶντας τῷ τάφῳ παρέπεμψε· καὶ τοὺς διὰ θαλάττης ὁδεύσαντας, καὶ τὸν βυθὸν ἐκεῖνον πεζεύσαντας πεποίηκεν, ὑποβρυχίους ἐν γῇ, παραδόξοις χρησάμενος κύμασι. τοὺς δὲ κατὰ τὸν προφήτην Σαμουὴλ στασιάσαντας τῇ τοῦ Σαοὺλ δυναστείᾳ παραδέδωκε, καὶ παντοδαπαῖς περιέβαλε συμφοραῖς.

θ'. ΥΨΟΥΤΕ

Catena Patrum.

θ'. ΥΨΟΥΤΕ ΚΥΡΙΟΝ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΗΜΩΝ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μηδὲν ταπεινόν, φησι, καὶ ἀνθρώπινον περὶ τοῦ κυρίου φρονεῖτε, ἀλλ' ὑψοῦτε αὐτόν, ὑψηλὰ περὶ αὐτοῦ δοξάζοντες. καὶ γὰρ κύριός ἐστιν ὡς δούλων δεσπότης. ἀλλὰ καὶ Θεὸς ἡμῶν αὐτὸς τυγχάνει, ἅτε ποιητὴς ἡμῶν καὶ πλάστης γεγενημένος.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Καὶ τί χρήζει ὑψωθῆναι ὁ ὑψηλός; πῶς δὲ παρὰ ἀνθρώπων ὁ ἐν οὐρανοῖς ὑψωθήσεται; ἀλλὰ ὑψηλά, φησι, περὶ αὐτοῦ διανοήθητε. Ὕψος ἄρα τοῦ Θεοῦ Λόγου ἡ ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ προσκύνησις. ὥσπερ γὰρ δόξα βασιλεῖ τὰ ἐν πολέμῳ τρόπαια, οὕτω καὶ τῷ Χριστῷ ἡ διὰ τῶν παθημάτων κατόρθωσις, ἥτις ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ τῷ τὸν σταυρὸν δεξαμένῳ γεγένηται. ἅγιον δὲ τὸ ὄρος οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ καλεῖ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ σταυρωθέντος ἐπιφοιτήσεως.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Ὄρος ἅγιον πάλαι μὲν τὸ Σιὼν ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ τῆς θεογνωσίας τὸ ὕψος. οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας καὶ Μιχαίας ἐθέσπισαν· Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος. τουτέστιν, ἡ Θεοῦ γνῶσις δήλη πᾶσι γενήσεται.

ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Οὐ μόνον τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ Θεοῦ προσκυνεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁγιαστικὸν οἰκειοτέρως ἤδη παρακελεύεται· σύμβολον ἐν τούτῳ διδοὺς τὴν ἐν τῷ ἡγιασμένῳ ὄρει προσκύνησιν.

9. EXALTATE DOMINVM DEVM NOSTRVM.] EVSEBII. Nihil, inquit, humile & humanum de Domino cogitate, sed exaltate ipsum, excelsa de ipso opinantes. Etenim Dominus est tamquam seruorum herus. Idem verò etiam Deus noster est, vtpote Creator & Conditor noster existens.

HESYCHII. At quid exaltatione opus sit illi qui excelsus est? Quomodo autem is qui in cælis est ab hominibus exaltabitur? verumtamen sublimia, inquit, de ipso cogitate. Dei Verbi igitur exaltatio est eius in monte sancto adoratio. Quemadmodum igitur in bello gloriosa Regi sunt trophæa, ita quoque Christo per passionem consummatio, quæ in monte sancto crucem excipienti contigit. Porrò montem non à semetipso appellat sanctum, sed ab aduentu crucifixi.

THEODORETI. Mons sanctus olim quidem Sion appellabatur, nunc verò diuinæ sublimitas cognitionis. Sic enim etiam Isaias & Michæas vaticinati sunt: *Erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini.* id est, Cognitio Dei omnibus clara erit.

APOLINARII. Non solùm potentiam Dei, quin potiùs ac magis propriè sanctificationem eius iubet adorare: huius rei symbolum præbens illam in monte sancto adorationem.

ANNOTATIONES CORDERII.

TITVLVS per se clarus est. Hortatur autem nos ad Christum Dominum celebrandum & inuocandum, eiusque vestigia adorandum exemplo Moysis, Aaronis & Samüelis.

Quomodo regnante Christo populi irascantur.

1. *Dominus regnauit, irascantur populi.*] Quid est hoc? Num quia Dominus regnauit, consequens est ira populorum? S. Augustinus sic exponit: *Cœpit regnare Dominus noster Iesus Christus, cœpit prædicari postquam resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum, posteaquam impleuit discipulos suos fiduciâ Spiritus sancti, vt non timerent mortem, quam ipse iam occiderat in se. In se ergo cœpit prædicari Dominus noster Iesus Christus, vt in illum crederent qui salutem habere vellent: & irati sunt populi qui idola colebant. Irascebantur qui colebant quod fecerunt; quia annuntiabatur ille à quo facti sunt. Vtique ille annuntiabat per discipulos suos seipsum; qui illos volebat conuerti ad eum à quo facti sunt, & auerti ab iis quæ ipsi fecerant*, &c. Ait ergo Dauid *Irascantur*: non iussum est, sed prædictum: *Irascentur populi.* Dices: Væ igitur fidelibus, si aduersus eos irascatur mundus. Ad hoc subdit:

Cherubim quid significet.

IBIDEM. *Qui sedet super Cherubim.*] Exponat & hoc nobis S. Augustinus: *Cherubim, inquit, sedes Dei est, sicut Scripturæ tradunt, cælestis quædam sedes sublimis, quam nos non vidimus, sed Verbum Dei nouit illam. Nouit tamquam sedem suam & ipsum Verbum Dei; & Spiritus Dei dixit seruis Dei vbi sedeat Deus: non quia sic sedeat Deus quomodo homo. Sed tu si vis vt sedeat in te Deus, si bonus eris, sedes Dei eris. Sic enim scriptum est: Sedes sapientiæ anima iusti. Thronus enim Latinè sedes dicitur. Nam & ipsum Cherubim interpretati sunt quidam plenitudinem scientiæ. Ergo quia Deus superat omnem scientiam, super plenitudinem scientiæ sedere dicitur. Sit in te ergo plenitudo scientiæ, & eris & tu sedes Dei. Sed fortè dicturus es: Et quando in me erit plenitudo scientiæ? Et quis potest ad tantum culmen peruenire, vt sit in illo plenitudo scientiæ? Putas hoc velle Deum, vt sit in nobis ista plenitudo scientiæ, vt nouerimus aut quot sint stellæ, aut quot sint grana, non dico arenæ, sed tritici, aut quot poma pendeant in arbore? Ille nouit omnia, quia capilli nostri numerati sunt Deo. Sed alia est plenitudo scientiæ quam voluit hominem nosse. Ad legem Dei pertinet*

Quando sit in nobis plenitudo scientiæ & simus Dei sedes.

ANNOTATIONES CORDERII.

timet scientia, quam te voluit habere. Et quis potest, fortè dicas mihi, perfectè nosse legem, vt habeat in se plenitudinem scientiæ legis, & possit esse sedes Dei? Noli turbari: breuiter tibi dicitur quid habeas, si vis habere plenitudinem scientiæ, & esse sedes Dei. Ait enim Apostolus:

Rom. 13, 10.

Plenitudo autem legis charitas. Quid ergo est? Perdidisti totam excusationem. Interroga cor tuum, vide vtrùm habeat charitatem. Si est ibi charitas, est ibi plenitudo legis, iam in te habitat Deus, sedes Dei factus es. Irascantur populi. Quid facient irascentes populi ei qui factus est sedes Dei? Qui contra te sæuiant attendis, quis in te sedeat non attendis. Cælum factus es, & terram times?

Isaiæ 66.

Dicit enim alio loco Scriptura: Cælum mihi sedes est. Si ergo & tu habendo plenitudinem scientiæ, & habendo charitatem, vtique sedes Dei factus es, cælum factus es. Non enim hoc cælum, quod oculis his nostris suspicimus, valdè pretiosum est Deo. Cælum Dei animæ sanctæ sunt. Ita S. Augustinus. Monetque posse nos fieri Cherubim, & habere in nobis præsidentem Deum, si habuerimus plenitudinem scientiæ non cuiuscumque, sed diuinæ legis.

Per legis cultoriam Cherubim & Dei sedes euadimus.

Hinc illa S. Hieronymi docta monitio in Epistolam ad Ephesios nos adhortantis, vt fiamus templum sanctum, condaturque in nobis Arca Testamenti, custos legis Domini, & Cherubim scientiæ multitudo, & interiora pectoris nostri in nouum vocabulum transeant, dicamurque דְּבִיר *debir*: quod *oraculum*, siue responsum, vel, vt Græci dicerent, *λαλητήριον*, *locutorium* appellare possumus, vt piæ à nobis voces & diuinæ audiantur. Plura de proprietatibus Cherubim vide apud S. Dionysium Cælest. Hier. cap. 7. & ibidem nostras Annotationes atque Pachymeram.

3. *Confiteantur nomini tuo magno*, &c.] Sic

Iosue 7, 9. Ier. 44, 26. Exod. 6, 3.

etiam in Iosue dicitur: *Et quid facies magno nomini tuo?* & apud Ieremiam: *Ecce ego iuraui in nomine meo magno.* & in Exodo: *Nomen meum magnum Adonai non indicaui eis.* Hugo hæc tria epitheta, *magni, terribilis, sancti*, aptat tribus personis SS. Trinitatis: Patri quidem primum, quia omnium Creator est: Filio secundum, quia Iudex vniuersorum est: tertium Spiritui sancto, quia sanctificator existit. Theodoretus in Catena exponit hæc de laudibus ac beneficijs diuinis recensendis, & de ineffabili natura diuina non curiosè perscrutanda. In Græco Commentario hæc exponitur de venerando nomine Iesu. Hebraizantes volunt id de nomine tetragrammato dictum esse. Plura vide apud Genebrardum & Lorinum nostrum.

4. *Honor Regis iudicium diligit.*] Symmachus, *Ἰσχὺς βασιλέως τὸ κρίματος ἀγαπᾷ*, *Fortitudinem Rex iudicij diligit*: Aquila, *Καὶ κράτος βασιλέως κρίσιν ἠγάπησεν*, *Et imperium Regis iudicium dilexit.*

Quale iudicium Christus Rex diligat.

Et quale iudicium bonus Rex diligit? An iudicium ad quod miseri trahentur inuiti? Absit. Minimè natus & crucifixus pro nobis Rex illud iudicium diligit; sed iudicium diligit, ad quod volentes accedamus, vt dum nos ipsos dijudicamus, à seueritate iudicij liberemur. Ita pulchrè Bernardus Serm. 3. in Aduentu: *Diligit enim animam, quæ in conspectu eius & sine intermissione considerat & sine simulatione diiudicat seipsam. Idque iudicium non nisi propter nos à nobis exigit: quia si nosmetipsos iudicauerimus, non vtique iudicabimur.* Hæc ille.

5. *Adorate scabellum pedum eius.*] Ita vocat Christi humanitatem personæ Verbi coniunctam, & diuinitati eius perfectissimè in omnibus subiectam, vti passim Patres exponunt.

Humanitas Christi scabellum diuinitatis dicitur.

Sic alibi terra quoque scabellum Dei dicitur, quia eius voluntate regitur, eique subijcitur; vt apud Isaiam, *Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum*: item inimici, qui ipsi, licet inuiti, subijciuntur; iuxta illud, *Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Plura vide apud Lorinum.

Isaiæ 66. Psal. 109.

IBIDEM. *Quoniam sanctus est.*] Vulgata ponit *sanctum*; ita vt ad scabellum referatur: quod licet benè quidem sanctum appelletur, quomodo terram illam, in qua Moyses stabat, Dominus sanctam dicebat.

Exod. 3.

Verùm Græca habent masculinum genus: *ὅτι ἅγιός ἐστι*, *Quoniam sanctus est*: quemadmodum & ex Hebræo vertit S. Hieronymus. quamquam ibi nomen קָדוֹשׁ *kados* accipi possit in vtroque genere: magis tamen conuenit accipere in masculino, vt ad Dominum referatur, non ad scabellum; quia in fine Psalmi, vbi hoc repetitur, dicitur *sanctus Dominus Deus noster.* S. Augustinum quoque legisse masculinum *sanctus* manifestè ipsius enarratio ostendit, quamuis contextus habeat *sanctum*; vitio certè Scriptorum. sic enim scribit: *Ideò & ad terram quamlibet cum te inclinas atque prosternis non quasi terram intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est quod adoras: propter ipsum enim adoras. Ideò & hîc subiecit: Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius amore adoras scabellum pedum eius.* D. Hieronymum quoque legisse *sanctus est* Commentaria indicant; in quibus sic scribit: *Multa de scabello opiniones sunt, sed hîc Propheta corpus Dominicum dicit, in quo maiestas diuinitatis tamquam super scabellum stat. Sanctum enim eum dici sæpè docuimus*, &c. Cùm enim dicit *sanctum eum dici*, manifestè ostendit se legisse genus masculinum: proinde satis apparet vitio scriptorum neutrum genus in Latinis codicibus irrepsisse.

6. *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.*] Exemplo Moysis, Aaronis, Samuelis, virorum pietate illustrium, Iudæos inuitat, vt Christum Dominum agnoscant, exaltent, adorent & inuocent. Nam hæc non forent sine fructu. Meritissimo sanè iure Moyses, Aaron & Samuel, excellenti omnes pietate erga Deum, præcipuum referunt hoc laudis elogium, vt à Dauide numerentur *inter eos qui inuocant nomen eius.*

Moysis, Aaronis & Samuelis pietas imitanda proponitur.

Tam verò assidui fuerunt atque spectabiles in deferendis Deo precibus & sancto illius nomine inuocando, vt vnicum id studium & præcipuam operam habuisse videantur. Itaque miranda & inaudita consecuti sunt, sapphirinas leges Dei manu exaratas, mundo propitiationem, barbarorum extinctionem, scelerati populi vitam, vbertatem omnium rerum & exquisitam copiam, altricem & magnificam cæli beneficentiam, obsecundantes nubes atque maria, ministros suæ voluntatis Angelos, tabernaculum, aram, cærimonias, victorias, triumphos. Horum igitur de industria meminisse videtur, vt Iudæis suam rabiem & seditionem ac regnandi cupiditatem tacitè exprobraret; vtpote qui olim Moysi & Aaroni Sacerdotium Num. 16.
eri-

eripere conati sint, & sub Samuele Regem sibi poposcerint, illo qui iudicabat & Deo ipso reiecto. Quàm sæpè autem hi tres viri pro populo Deum deprecantes exauditi fuerint, de Moyse quidem & Aarone Pentateuchus, de Samuele verò Libri Regum abundè testantur. Richardus de S. Victore applicat hæc ad spiritualem hominem siue religiosum, dicitque hunc esse Moysem legislatorem, si toto die circa hoc sit intentus, in hoc omni hora occupatus, quid pro præteritis delictis satisfaciat, quomodo de futuris se cautum custodiat; quid, quo ordine gerendum, quando, vel quantum cuilibet rei insistendum, &c. denique, si dura præcipiat sibi, & districtè se puniat, Aaronem; si se mactet per mortificationem in ara exteriore sensus carnis, in interiore affectus cordis, Samuelem, qui erat Propheta, & inuocator Dei; qui quantò plus nouerit, frequentiùs cogitauerit præmia & supplicia æterna, tantò plus, attentiùs & veriùs Deum inuocat, oratque: si desinat hic Samuel prophetare dicto modo, desistere citò & Aaronis deuotionem, & Moysis districtionem. Additque ad Moysem pertinere, agenda discernere; ad Aaronem, diuinum auxilium implorare; ad Samuelem, quid ex re qualibet vtilitatis vel periculi prouenire possit, prouidere, vt sit in nobis discretio, deuotio, circumspectio. Plura de his vide apud Lorinum nostrum, qui & disputat, num Moyses & Samuel fuerint Sacerdotes.

8. *Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.*] Vbi prior versiculi pars satis est perspicua. q. d. Tuam erga eos beneuolentiam semper ostendisti. Posterior aliquantulùm subobscurior. Nam illæ adinuentiones, seu rebelliones, seu peccata eorum, intelligi possunt vel actiuè, hoc est peccata quæ ipsi committebant; vel passiuè, hoc est peccata quæ à subditis contra eos committebantur. Priori modo, licet minùs ad rem præsentem, explicat D. Augustinus, asseritque Deum propitium pariter & punitorem se illis præstitisse, imò in nulla re magis quàm in punitione suam erga eos beneuolentiam manifestasse; vt eos per temporales pœnas ab omni culpatum macula expiaret; atque Moysem quidem & Aaronem, propter illam suam diffidentiam in aqua de petra educenda, damnatos fuisse ad mortem ante ingressum terræ promissionis subeundam; Samuelem autem propter occultam aliquam sui muneris negligentiam punitum fuisse ad vitam inter malos homines transigendam. Itaque illi duo ad oppetendam mortem; hic tertius ad vitam inter malos ducendam condemnatur, & quidem pari supplicio; cùm sub eodem verbo, *vlciscens* proponatur: quasi non minor pœna fuerit, in mortem dari, quàm in vita inter malos retineri. Posteriori modo, & ad præsens institutum accommodatè, explicant Theodoretus, Euthymius & Genebrardus; dicuntque Deum acerrimum fuisse vltorem omnium iniuriarum quas Hebræi contra Moysem, Aaronem & Samuelem commiserunt. Et quidem adinuentiones seu machinationes Hebræorum contra Moysem & Aaronem excitatæ satis punitæ sunt, cùm Dathan & Abiron eorumque sectatores terrâ dehiscente hausti, viuique ad inferos descenderunt. Machinationes verò Hebræorum contra Samuelem, cum de suo munere repellentium, & nouum potiùs Regem cooptantium, hoc loco puniuntur, cùm impij machinatores sub tyrannide Saülis coërcentur. Vnde vides æqualiter punitos fuisse eos qui Samuelem abiecerunt, & qui in Moysem & Aaronem rebellarunt. Nam Dauid æqualiter loquitur de omnibus dicens: *Vlciscens in omnes adinuentiones eorum.* Et tamen illi ad inferos, hi in tyrannidem Saülis dati sunt. Quasi non esset minor pœna sub impio tyranno coërceri, quàm sub gehennalibus flammis cruciari. Itaque grauissimas pœnas luerunt Israëlitæ, cùm Regem, quem tam auidè desiderabant, impetrarunt. Neque nouum est, malos subditos per malos Principes puniri.

Magna propitiatio est in hac vita puniri, & non in futura.

ANNOTATIONES CORDERII. Num. 20, 11.

Inter malos viuere non minor pœna est quàm mori.

Quomodo Deus Hebræorum in Moysem, Aaronem & Samuelem delicta puniuerit. Num. 16, 31.

IN PSALMVM XCIX. ARGVMENTVM.

α. Ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν.

Προτροπὴν ἔχει εὐχαριστίας τοῖς ἐπανελθοῦσιν ὑπὲρ ὧν ἔτυχον. παρεγγυᾷ δὲ καὶ διὰ πάντων θεραπεύειν τὸ θεῖον. δι᾽ ἀμφοτέρων γὰρ τὴν ἔννοιαν πρὸς τὸν κατ᾽ ἀρετὴν βίον χειραγωγούμεθα. ἥτε γὰρ ἐξαγόρευσις ἀλλοτρίωσιν τῶν κακῶν ἀπεργάζεται· ᾧ δὲ πρόσεστιν εὐχαριστία, τὸ πρόθυμον πλεονάζει. Καὶ τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσι τὸ διὰ μετανοίας συμβουλεύει καθάρσιον· ᾧ δὲ, πρὸς τὸ κρεῖττον ὁ βίος εὐοδοῦται, βεβαίωσιν ἐμποιεῖ διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐχαριστίας.

1. Psalmus in * confessionem.

Continet monitionem ad gratias agendas pro iis quæ reuersi acceperant. Hortatur autem vt Deum quoque in omnibus colant. Per hæc vtraque enim ad probam vitam manuducimur. Siquidem confessio malorum amolitionem operatur: cui autem adest gratiarum actio, is animi alacritatem obtinet. Ac peccatoribus quidem suadet expiationem per pœnitentiam: illi autem, cuius vita iam in melius dirigitur, constantiam indit erga Deum per actionem gratiarum.

* *Vulgata* confessione.

Confessione & gratiarum actione ad probam vitam adducimur.

PARA-PHRASIS ANONY-MI.

PARAPHRASIS ANONYMI

2. IVBILATE Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.

Id est, Triumphales ipsi hymnos canite, non infructuosam simul adferentes submissionem.

Introite in conspectu eius in exultatione.

Illud *in conspectu eius*. id est, In templum eius ingredientes ea quæ decent peragite.

3. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus * noster:

* Abest in Vulgata.

Etiam ex rebus ipsis, inquit, discite non esse Deum alium præter ipsum. Quodnam huius argumentum?

Ipse fecit nos, & non * nos:

* Vulgata ipsi nos:

Illud *non nos*. id est, Non nosmetipsos nos fecimus, sed ipse nos.

* Nos autem populus eius & oues pascuæ eius:

* Abest à Vulgata.

Non solùm autem, inquit, noster Conditor est, sed etiam Pastor, qui erraticum reducit.

4. Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi.

Ob hanc igitur causam, inquit, minimè recedendum à templo, sed legitima ibidem sacrificia offerenda sunt. Illic enim & gratiarum actiones & congruæ laudes ipsi referendæ sunt.

5. Laudate nomen eius; quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Laudate igitur, inquit, ipsum, quoniam continuò abundat benignitate, atque misericordiam & veritatem generationibus coëxtendit.

β΄. ΑΛΑΛΑΞΑΤΕ τ[...] σα ἡ γῆ· δουλ[...] κυρίῳ ἐν εὐ[...]

Τουτέστιν, ἐπινικίους ὕμνους ἀ[...] ὑποταγὴν συνεισφέροντες οὐκ ἀ[...]

Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐ[...] γαλλιάσει.

Τὸ ἐνώπιον αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ, [...] αὐτοῦ εἰσελθόντες τὰ πρέπο[...] πράττετε.

γ΄. Γνῶτε ὅτι κύριος [...] ὁ θεὸς ἡμῶν·

Καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμ[...] μάθετε ὅτι θεὸς ἕτερος οὐκ ἔστι [...] τίς ἡ ἀπόδειξις;

Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶ[...] ἡμεῖς·

Τὸ οὐχ ἡμεῖς. ἀντὶ τοῦ, οὐχ [...] πεποιήκαμεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς.

Ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ [...] βατα νομῆς αὐτοῦ·

Οὐ μόνον δὲ, φησιν, ἡμῶν [...] ἀλλὰ καὶ ποιμὴν, τὸ πεπλαν[...] νάγων.

δ΄. Εἰσέλθετε εἰς τα[...] αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει[...] αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις· [...] γεῖσθε αὐτῷ.

Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν, [...] ἀφίστασθαι τοῦ ναοῦ, ἀλλ' ἐκεῖ τὰς [...] προσφέρειν θυσίας. Ἐκεῖ γὰρ χα[...] ιστίας αὐτῷ καὶ τὰς προσηκ[...] ἀποδιδόναι.

έ. Αἰνεῖτε τὸ ὄνομα α[...] χρηστὸς κύριος, εἰς τὸν α[...] λεος αὐτοῦ, καὶ ἕως γενεὰ[...] ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ.

Αἰνεῖτε οὖν, φησιν, αὐτὸν, ἐπ[...] τῇ πλουτεῖ διηνεκῶς, καὶ τὸ [...] παρ' αὐτοῦ ἔλεον καὶ τὴν ἀλήθ[...] ρεκτείνει.

Digitized by Google

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ. COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

β'. ΑΛΑΛΑΞΑΤΕ ΤΩ ΘΕΩ ΠΑΣΑ Η ΓΗ.] Τὸν ἐπινίκιον τοὺς λελυτρωμένους ᾄδειν παρακελεύεται, οἳ ἦσαν ἐκ παντὸς γένους. τὸ δὲ πᾶσα ἡ γῆ, ἀντὶ τοῦ, πάντα τὰ ἔθνη. Ἐν εὐφροσύνῃ δὲ ἡ δουλεία Θεοῦ γίνεται. οὐ γάρ ἐστι κατὰ τὴν πικρὰν τυραννίδα τοῦ διαβόλου, ἡ τοῦ σωτῆρος βασιλεία, ἀλλ' ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος. ὁ δὲ Σύμμαχος μετ' εὐφημίας εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας ἐν αἰνέσει. ἀγαλλιωμένων δὲ καὶ εὐφραινομένων ὁ ὕμνος. Γνῶτε οὖν, φησίν, ὡς αὐτός ἐστιν ἡμῶν δημιουργός, ὁ τῷ αἵματι τῷ οἰκείῳ ἡμᾶς λυτρωσάμενος, καὶ οὐκ αὐτομάτως συνέστημεν, ἀλλ' οἱ μὲν ὡς λαὸς αὐτοῦ, οἱ κρείττους, οἱ δὲ ὡς πρόβατα νομῆς, οἱ ὑποβεβηκότες· τῶν μὲν γάρ ἐστι δεσπότης, τῶν δὲ ποιμήν. Σημείωσαι, ὅτι τὴν ἐξομολόγησιν μὲν ταῖς πύλαις ἀπένειμεν, εἶτα καθαρθέντας εἰς τὰς αὐλὰς εἰσιέναι, καὶ τῶν ὕμνων κατατολμᾶν. Πύλας δὲ αὐτοῦ καὶ αὐλὰς τὰς Ἐκκλησίας καλεῖ· αὗται γὰρ ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὸν παρέχουσιν εἴσοδον, ἐν αἷς εἰσιόντας προσήκει τὰς εὐχαριστίας ἀναφέρειν, καὶ τὰ πεπλημμελημένα διορθοῦν, ἀπογυμνοῦντας διὰ τῆς ὁμολογίας τὰ τραύματα τῷ ἰατρῷ τῶν ψυχῶν, ἔπειτα θαρροῦντας αἰνεῖν, ὅτι χρηστός ἐστι. Τὰ δὲ περὶ χρηστότητος καὶ ἐλέους εἰς πάντα καιρὸν ἀπαγγελλέσθω καὶ ἐν πάσῃ γενεᾷ. ἀληθείας γὰρ γέμουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ.

2. IVBILATE DEO OMNIS TERRA.] Triumphale carmen liberatos canere iubet, qui erant ex omni genere. Illud itaque *omnis terra*, id est, omnes Gentes. Seruitus autem Dei fit in lætitia. Non enim sicut acerba diaboli tyrannis, ita est Regnum Saluatoris, sed mansuetum & benignum. *Regnum Dei mansuetum & benignum.* Symmachus verò dixit *cum benedictione*; Aquila verò *in laudatione*. Exultantium autem & lætantium hymnus est. Scitote igitur, inquit, ipsum esse Conditorem nostrum, qui proprio sanguine nos redemit, & non à nobis ipsis nos extitisse, sed ab ipso productos, alios quidem qui potiores sunt vt populus eius; alios verò vt inferiores, qui sunt oues pascuæ eius: atque illorum quidem Dominus, horum verò pastor est. Obserua, quòd confessionem quidem portis attribuerit, deinde mundatos in atria ingredi, & hymnos auspicari. Portas autem & atria eius vocat Ecclesias: hæ enim nobis ad ipsum aditum præbent, in quas ingressos decet offerre gratiarum actiones, & delicta corrigere, per confessionem animarum Medico vulnera detegentes, deinde confidentes laudare, quoniam suauis est. Ceterùm ea quæ benignitatis & misericordiæ sunt per omne tempus annuntientur, & in omni generatione. Sermones enim eius pleni sunt veritatis.

CATENA PATRVM.

β'. ΑΛΑΛΑΞΑΤΕ ΤΩ ΘΕΩ ΠΑΣΑ Η ΓΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Τουτέστι, τὰ ἐπὶ γῆς ἔθνη. καὶ διὰ τούτων κέκληνται ἐπὶ ἐξομολόγησιν τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, ἐν οἷς ἐκαλινδοῦντο, ὅτε τῇ εἰδωλολάτρῳ προσεῖχον πλάνῃ. διὸ ἐπιγέγραπται ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν.

ΔΟΥΛΕΥΣΑΤΕ ΤΩ ΚΥΡΙΩ ΕΝ ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὑποβαλόντες ἑαυτοὺς τῷ αὐτοῦ ζυγῷ. Ὅμοιον γάρ ἐστι τὸ δουλεύειν αὐτῷ τῷ δουλεύειν φωτί, καὶ δουλεύειν ζωῇ καὶ ἀληθείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιασμῷ. πάντα γὰρ ταῦτά ἐστιν ὁ Κύριος.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Ἡ τῶν ἀνθρώπων δουλεία φόβον φθοροποιὸν ἐμποιεῖ· ἡ δὲ τοῦ Κυρίου

2. IVBILATE DEO OMNIS TERRA.] EVSEBII. Id est, Gentes quæ in terra sunt. Atque per hæc vocantur ad confessionem priorum delictorum, in quibus volutabantur, quando errori idololatrico adhærebant. Idcircò hic Psalmus inscriptus est In confessionem.

SERVITE DOMINO IN LÆTITIA.] EVSEBII. Submittentes nosmetipsos iugo eius. *Dei seruitus iucunda.* Simile enim est seruire ipsi atque seruire luci, & seruire vitæ ac veritati, atque iustitiæ sanctitatique. Hæc enim omnia Dominus est.

ATHANASII. Seruitus hominum noxium timorem incutit; sed Domini serui-

CATENA PATRVM.

seruitus timorem castum indit, ex quo animæ lætitia existit.

CYRILLI. Id est, Minimè tristes, minimè deiecti, neque pigri ad bonum operandum, sed prompti potiùs hilaresque ac spe gaudentes: spe nimirum quæ omnino Sanctis præparata est.

EVSEBII. Si quis autem non seruiat ipsi in lætitia, ne præsumat comparere in conspectu eius, illotis pedibus ad Ecclesiam eius accedens.

3\. SCITOTE QVONIAM DOMINVS IPSE EST DEVS.] EVSEBII. Quando cognouerimus ipsum esse Deum, ipsum esse Dominum, tunc hac ipsa cognitione in conspectum eius ingressi, confitebimur etiam ipsum esse Conditorem nostrum.

CYRILLI. Id est, Is qui in omnes habet dominium naturale, ille ipse est Deus. Nihil enim, vti dicebam, in creaturis dominium habet naturale, sed omnia serua sunt Creatoris. Non enim nos ipsi nos fecimus, neque sponte sua super terram rationale animal pullulauit, quin potiùs à Deo formatum fuit.

Omnes à Deo formati sumus.

EVSEBII. Non enim nos ipsi nos facimus, tametsi videamur esse auctores generationis liberorum. Vtique cùm ex patre & matre geniti essent Dauid & Iacob, ambo aiunt:

Psal. 118, 73. *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me.*

Ier. 1, 5. Et ad Ieremiam Deus ipse ait: *Antequam formarem te in vtero noui te: & antequam exires de vulua sanctificaui te.* Quin imò eò

Gen. 30, 1. * Vulgata alioquin moriar. quòd frustraretur, dicenti viro suo, *Da mihi liberos, * sin autem non, occide me,* acerbissimè, cùm sapiens esset vir, dogmaticè increpando respondit:

Ibid. 2. *Numquid pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris?*

ATHANASII. Cùm igitur omnium Deus sit ac Conditor, omnes vocat, & familiares facit. Homines enim & iumenta seruat

Psal 35, 8 Deus: illos quidem, vt populum suum; hæc verò, velut oues pascuæ eius.

HESYCHII. Cuius oues simus disce ex

Ioan 10, 27. Vnigenito dicente: *Oues mea vocem meam audiunt.* Ipsius etiam populus sumus, qui nobis

Ier. 11, 4. per linguam propheticam dixit: *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Itaque Dominus ipse est Deus. Vtrumque enim Filius æquè ac Pater nominatur.

δουλεία φόβον ἁγνὸν, ἐξ οὗ γίνεται τῇ ψυχῇ εὐφροσύνη.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστι, μὴ στυγνοὶ, μὴ κατηφεῖς, μηδὲ ὀκνηροὶ πρὸς ἀγαθουργίαν, πρόθυμοι δὲ μᾶλλον καὶ ἱλαροὶ καὶ τῇ ἐλπίδι χαίροντες· ἐλπίδι δὲ πάντως τῇ τοῖς ἁγίοις ἡτοιμασμένῃ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Εἰ δέ τις μὴ δουλεύοι αὐτῷ ἐν εὐφροσύνῃ, μὴ τολμάτω παρεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ, ἀνίπτοις ποσὶ παραβάλλων εἰς τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ.

γʹ. ΓΝΩΤΕ ΟΤΙ ΚΥΡΙΟΣ ΑΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΘΕΟΣ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὅταν γὰρ γνῶμεν ὅτι αὐτὸς Θεός ἐστιν, αὐτὸς ὁ κύριος, τηνικάδε δι' αὐτῆς τῆς γνώσεως ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσεληλυθότες, καὶ ποιητὴν ἑαυτῶν ὁμολογήσομεν αὐτόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστιν, ὁ τὴν κατὰ πάντων ἔχων κυριότητα φυσικὴν, αὐτὸς οὗτός ἐστιν ὁ Θεός. οὐδὲν γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν τοῖς ποιήμασι φυσικὴν ἔχει κυριότητα, πάντα δὲ δοῦλά ἐστι τοῦ κτίσαντος. Οὐ γὰρ ἡμεῖς ἑαυτοὺς πεποιήκαμεν, οὐδὲ αὐτομάτως ἀνέθηλεν ἐπὶ γῆς τὸ λογικὸν ζῶον, πέπλασται δὲ μᾶλλον παρὰ Θεοῦ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Οὐ γὰρ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ποιοῦμεν, κἂν αἴτιοι δοκοῦμεν τυγχάνειν τῆς τῶν παίδων γενέσεως. ἐκ πατρὸς οὖν καὶ μητρὸς γενόμενοι Δαβὶδ καὶ Ἰακὼβ, φασὶν ἑκάτεροι· Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με. καὶ πρὸς Ἱερεμίαν ὁ Θεὸς αὐτός· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ ἐπίσταμαί σε· καὶ πρὸ τοῦ σε ἐξελθεῖν ἐκ μητρὸς ἡγίακά σε. τί γοῦν διὰ τὸ σφάλλεσθαι, λεγούσῃ τῷ ἀνδρὶ, ἢ δός μοι τέκνα, εἰ δὲ μὴ, ἀπόκτεινόν με, ἐκπληκτικώτατα, σοφὸς ὢν ἀνὴρ, δογματικῶς ἐπιτιμῶν· μὴ ἀντὶ Θεοῦ σοι εἰμὶ, ὃς ἐστέρησέ σε καρπὸν κοιλίας;

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πάντων οὖν Θεὸς ὢν καὶ ποιητὴς, πάντας καλεῖ, καὶ ἐξοικειοῦται. Ἀνθρώπους γὰρ καὶ κτήνη σώζει ὁ Θεός· τοὺς μὲν, ὡς λαὸν αὐτοῦ· τὰ δὲ, ὡς πρόβατα νομῆς αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Τίνος ἐσμὲν πρόβατα μάνθανε τοῦ μονογενοῦς λέγοντος· τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει. Αὐτοῦ καὶ λαὸς ἐσμὲν, ὅστις ἡμῖν διὰ τῆς γλώσσης τῆς προφητικῆς ἔλεγε· Καὶ ἔσεσθέ μοι εἰς λαὸν, κἀγὼ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεόν. Οὐκοῦν ὁ κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. ἑκάτερον γὰρ ὁ υἱὸς καθάπερ ὁ πατὴρ ὀνομάζεται.

Digitized by Google

δ'. ΕΙΣΕΛΘΕΤΕ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΥΛΑΣ ΑΥΤΟΥ.] ΑΝΩΝΥΜΟΥ. Πύλας τοῦ κυρίου τὴν ἐπὶ γῆς Ἐκκλησίαν φησὶν, ἐν ᾗ ἐξομολογεῖσθαι δεῖ· ἅτε πρότερον ἐκβάλλοντας τὰ ἁμαρτήματα, τάς τε εἰς ἡμᾶς γενομένας ἀφηγεῖσθαι καὶ εὐεργεσίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Μνημονεύετε, φησὶ, τῶν κακῶν ἐν οἷς πρότερον ἐξητάζεσθε, ὅτε μακρὰν ἐτυγχάνετε τοῦ κυρίου, ὑφ' ἑτέροις δεσπόταις πονηροῖς ἀγόμενοι. Διὸ ὡς περιρραντηρίῳ χρώμενοι τῇ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων ὁμολογίᾳ, εἴσιτε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ, θαρροῦντες, ὅτι μετὰ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς πρώτας εἰσόδους τῆς τοῦ θεοῦ δουλείας, εἰς τὰ ἐνδοτάτω παρελθόντες, οὐκέτι χρήσεσθε τῇ ἐξομολογήσει, ἀλλ' ὕμνοις λοιπὸν τοῖς εἰς αὐτὸν σχολάσετε. Διὸ πρῶτον μὲν εἴρηται, εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει· δεύτερον δὲ, εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ. Αὐλὰς αὐτοῦ τὰς Ἐκκλησίας καλεῖ· αὗται γὰρ ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὸν παρέχουσιν εἴσοδον, ἐν αἷς προσήκει τὰς θείας αὐτοῦ καὶ σωτηρίους εὐεργεσίας διεξιέναι, καὶ τὸν χαριστήριον ὕμνον οἷόν τι δῶρον προσφέρειν.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Πύλαι τοῦ κυρίου αἱ κατ' εἶδος ἀρεταὶ, περὶ ὧν καὶ ἐν ἄλλοις εἴρηται, Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης· ἵνα ὑπερβάντες τὰς πύλας αὐτοῦ, ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς κατὰ θεολογίαν ὕμνοις εἰσεληλυθότες, εὐχαρίστως ἐξομολογήσωνται τῷ θεῷ.

ΕΞΟΜΟΛΟΓΕΙΣΘΕ ΑΥΤΩ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ὡς ἰατρῷ τὰ τῆς ψυχῆς ἀπογυμνοῦντες τραύματα διὰ τῆς ἐξομολογήσεως τῶν ἁμαρτημάτων. Θαρροῦντες δὲ τοῦτο πράττετε, δόγμα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ μαθόντες, ὅτι χρηστός ἐστι, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Ταῦτα δὲ αὐτὰ τὰ σωτήρια μαθήματα τὰ περὶ ἐξομολογήσεως καὶ τὰ περὶ χρηστότητος καὶ ἐλέους κυρίου εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀπαγγελλέσθω· καὶ ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ ἀληθείας γέμουσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ὡς γὰρ χρηστὸς, τουτέστιν, ὡς συμπαθὴς, ὡς φιλάνθρωπος ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι τὸ ἔλεος ἔδωκεν, ἵνα κἂν πλανηθῶμεν ἐκ ῥαθυμίας, ἀλλὰ διὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας πρὸς αὐτὸν ἐπιστρέψωμεν. Ἀπὸ γὰρ τῆς νῦν γενεᾶς ἀρξαμένη τοῦ θεοῦ ἡ ἀλήθεια, εἰς τὴν γενεὰν φανεροῦται τὴν μέλλουσαν, ὅταν ἀποδώσῃ ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἄμαχος καὶ ἀψευδὴς ἀλήθεια.

4. INTROITE PORTAS EIVS.] ANONYMI. Portas Domini vocat Ecclesiam quæ in terra est, in qua confiteri oportet; nempe primùm peccata eijciendo, & beneficia in nos collata recensendo. CATENA PATRVM. *Quomodo introeundum in Ecclesiam.*

EVSEBII. Commemorate, inquit, mala in quibus priùs versabamini, quando procul à Domino aberatis, ab alijs dominis malignis agitati. Quapropter tamquam aspergillo priorum delictorum confessione vtentes, introite in portas eius, confisi, vos post primordia, primosque aditus seruitutis Dei, in interiora ingressos, non ampliùs confessione vsuros, sed in hymnis in posterum ipsi vacaturos. Idcircò primùm quidem dictum est, *Introite portas eius in confessione*, deinde verò, *in atria eius in hymnis.*

THEODORETI. Atria eius Ecclesias vocat: hæ enim nobis aditum ad ipsum præbent, in quibus decet diuina & salutaria eius beneficia commemorare, hymnumque gratiarum actionis veluti donum adferre.

DIDYMI. Portæ Domini sunt virtutes speciales, de quibus etiam alibi dictum est, *Aperite mihi portas iustitiæ*; vt qui portas Psal. 117, 19.
eius transierint, in atria Dei secundùm theologiam hymnis ingressi, cum gratiarum actione Deo confiteantur.

CONFITEMINI ILLI.] EVSEBII. Tamquam Medico animæ vulnera per peccatorum confessionem detegentes. Confidentes autem hoc facite, veram doctrinam de ipso discentes, *Quoniam suauis est, & in æternum misericordia eius*. Hæ autem salutares de confessione & benignitate atque misericordia Domini doctrinæ omni tempore annuntientur: & in omni generatione & generatione veritatis pleni sunt sermones eius.

HESYCHII. Tamquàm suauis enim, id est, tamquam compatiens, tamquam benignus in præsenti sæculo misericordiam dedit, vt etiamsi ex socordia errauerimus, propter benignitatem tamen ipsius ad ipsum reuertamur. Dei enim veritas ab hac generatione incipiens, in futuram generationem manifestatur, quando reddet vnicuique secundùm opera eius. Hæc est enim veritas quæ vinci ac falli nescit.

ANNOTATIONES CORDERII.

ANNOTATIONES CORDERII.

ARGVMENTVM ex titulo cognoscitur: est enim adhortatio ad confitendum Domino eique pro beneficijs gratias agendum.

Deo cum lætitia seruiendum.

2. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia.*] Absit, inquit, labor, solicitudo, tristitia à cordibus nostris; succedat iubilum, lætitia, exultatio; nihil quod ad gaudium non faciat requiratur. Pulchrè S. Chrysologus Serm. 6. explicans Psalmum istum, per Dominum hìc Christum intelligit, & in conspectu eius venientis in mundum, cùm iam factus esset homo, inuitare nos Prophetam vt intremus, & coram eo lætemur.

IBIDEM. *Introite in conspectu eius in exultatione.*] Symmachus, Μετ' εὐλογίας, *Cum benedictione:* Aquila autem dixit, Ἐν αἰνέσει, *In laudatione.* Stupendum sanè quòd iubeamur intrare in conspectu Dei. Et quis se tanti Regis conspectui committere audeat? Quis speret tantæ posse obtinere præsentiam maiestatis? Qualiter poterimus de tanto condescensu gloriari? *Archangeli* (inquit Chrysologus) *tremunt, pauent Angeli, Potestates metuunt, in faciem cæli proruunt seniores: elementa fugiunt, soluuntur saxa, montes defluunt, terra tremit; & homo terra quàm intrepidus intrabit? & adhuc consistit exultans? Vnde est quod Propheta hoc nos debere facere sic præsumit? vnde est? Ex eo quod sequitur:*

Deo omnia sunt adscribenda.

3. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus noster.*] Tunc nempe in Dei conspectum intramus, tunc Deum nobiscum certò habemus, cùm quidquid sumus, quidquid agimus, non ipsi nobis adscribimus, sed totum donamus auctori. Eo ipso enim quòd abiecto seruili spiritu Deum factorem tuum habeas, & non seruus creaturarum, sed filius sis tanti genitoris, nil tibi deficit, quod gaudium præstare possit. Ad hæc pulchrè Chrysologus ibidem Serm. 6. ait: *Erat homo peccati seruus, erat captiuus mortis, erat mancipium dæmonum, erat idolorum vernula. Sic malis dominis talibus miseram exhibebat seruitutem. Et ideò homo dabat extrema suspiria, quando tales, tam crudeles Dominos sustinebat. Propheta ergo videns nos à talibus liberatos, & reuocatos ad obsequium Creatoris, ad Patris gratiam, meritò exclamat: Seruite Domino in lætitia,* &c. Nulla enim potest deficere lætitia, vbi ablatâ tyrannide dominorum iam pater sonat in ore liberorum: dum dominos pateris, nil lætum videre poteris. Exue dominos, patrem habe; nil enim deficit filio apud genitorem.

Deus nos de nihilo produxit.

IBIDEM. *Ipse fecit nos, & non nos.*] Græcè, Καὶ οὐχ ἡμεῖς: Latini, *Et non ipsi nos:* Symmachus, Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας, *Ipse fecit nos cùm non essemus.* id est, de nihilo produxit. Vnde ingens oritur in nobis obligatio agnoscendæ & prædicandæ summæ Dei erga nos beneficentiæ, & inexplicabilis bonitatis, modestiæque retinendæ; cùm præsertim sic ab illo pendeamus, vt absque illo, aut nihil simus, aut possimus. Nihil enim tam proprium est creatæ rei quàm ipsum nihil; quod etiam minus est quàm cinis & puluis: quo se nomine sancti viri ad testimonium iustæ humilitatis nuncupauerunt. Quidquid superstruxeris alienum est, cæleste munus, Dei donum, magnificentia principalis. Iam si oculos à nobis reflectamus ad auctorem principemque nostrum Deum, tanta est tamque immensa illius amplitudo atque maiestas, vt in illius consideratione deficiat mens, & tamquam vermiculi esse in terra videamur, nihil audentes, nihil intelligentes. Ex his ergo duobus benè cognitis atque exploratis nascitur illa reuerentia animique deiectio in oculis opificis Dei, cuius magnum & augustum numen veneramur.

IBIDEM. *Nos autem populus eius & oues pascua eius.*] Ita ferè in Latinis & Græcis omnibus: in Vulgata tamen & Editione Sixtina deest vocula *autem:* Eusebius verò legit, Ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ, *Nos autem populus pascua eius & oues manus eius.* Pulchrè iterùm ad hoc propositum Chrysologus: *Deus,* inquit, *mitissimi pastoris elegit officium, personam pastoris induit; vt vagos populos, palantes plebes, dispersas longè lateque gentes, velut errantes oues in vnum pastor misericors congregaret, imò vt nationes feras, prædam mortis, carnis cibum, potum sanguinis, bestiarum furorem sitientes, ad vsum lactis, ad cibum graminis, ad ouium totum duceret & redderet lenitatem, terra omni pastoralem mandat & imperat disciplinam.*

Christus erga nos pastoris exercet officium.

Confessio aperit cæli ianuam.

4. *Introite portas eius in confessione,* &c.] *Sola enim confessio est* (inquit Chrysologus) *quæ nos fidei facit introire per ianuam. Nobis autem iam positis intra domum Patris, assumenda cælestium canticorum spiritualis symphonia; vt sit nobis in ingressu confessio, sint in atrijs hymni, sit laus in penetralibus, vbi tota Deitatis inhabitat plenitudo.*

Deus quàm suauis sit & benignus.

5. *Quoniam suauis est Dominus.*] Græcè χρηστὸς: quod propriè est *benignus:* quo nomine passim in Psalmis Deus frequentissimè appellatur, idque quinque potissimùm ob causas. Primùm, quia infinitè propensus ad benefaciendum, & ad immensum æternumque bonum conferendum; ex qua propensione motus est ad condendos Angelos & homines, eosque formandos ad imaginem & similitudinem suam, vt illos suæ diuinitatis suæque gloriæ faceret participes. Secundò, quia cùm perditi essemus per peccatum, non abiecit nos, sed benignissimè nobiscum egit, mittendo ad nos Filium, qui assumptâ naturâ nostrâ visibili, nobiscum versaretur, & nos per eam reuocaret à peccatis, doceret viam salutis, præberet exempla benè viuendi, satisfaceret diuinæ iustitiæ pro nostris peccatis, suâ passione & morte nos redimeret, suo sanguine nos ablueret, suo Spiritu sanctificaret, & filios Dei constitueret; & insuper optimis ad salutem adminiculis sensilibus & nostræ naturæ accommodatis instrueret. Tertiò, quia abiturus in cælum seipsum totum nobis mirando modo reliquit in Sacramento Eucharistiæ, vt suâ præsentiâ semper nobis in hoc exilio esset solatio, eiusque oblatione Deum placaremus, & eius sumptione diuinitatis ipsius fieremus participes. Quartò, quia peccatores,

catores, etsi sæpiùs relapsos, non solùm sustinet patienter, semper paratus eos in gratiam recipere, si velint redire; redeuntes non durè excipit, nec improperat pristinam ingratitudinem, sed benignè amplectitur tamquam charissimos filios, eosque in pristinum gradum filiorum restituit. Quintò, quia nihil requirit à nobis quod vires nostras superet, sed omnia facilia, & etiam menti benè compositæ iucunda: iugum enim eius suaue est, & onus leue. PARAPHRASIS ANONYMI. Matth 11, 30.

IN PSALMVM C. ARGVMENTVM.

α΄. Τῷ Δαβὶδ Ψαλμός.

Διάφορος ἡ περὶ τοῦ ψαλμοῦ δόξα. ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι λελέχθαι τοῦτον εἶπεν λαοῦ δεομένου τυχεῖν ἐπανόδου, καὶ ἐπαγγελλομένου ζῆν κατὰ τὸ ἀρέσκον θεῷ, εἰ τύχωσι τῆς φιλανθρωπίας, ἧς καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ ἀπομνημονεύουσιν. ὁ δὲ τὴν τοῦ Ἰωσίου ἀρετὴν καὶ ἃ πεποίηκεν ἀγαθὰ προφητεύειν φησὶ τὸν ψαλμὸν πᾶσιν ἀνθρώποις· διὰ τούτου δὲ χαρακτῆρα πᾶσιν ἀνθρώποις τελειότητος προτίθενται. Ἄλλος δέ τις τὸν περὶ προνοίας καὶ κρίσεως ἄγειν λόγον φησί.

1. * Ipsi Dauidi Psalmus. *Vulgata Psalmus ipsi Dauid.

Varia est de Psalmo hoc opinio. Alius enim dixit illum recitatum fuisse ex persona populi in Babylonia rogantis pro reditu impetrando, & promittentis se ex Dei placito victurum, si clementiæ compos fieret, cuius etiam in exordio meminerunt. Alius verò tradit hunc Psalmum cunctis hominibus præcinere virtutem Iosiæ, & bona quæ gessit: per hunc autem exemplar perfectionis omnibus hominibus proponunt. Alius denique non nemo dicit de prouidentia & iudicio verba facere.

PARAPHRASIS ANONYMI.

ΕΛΕΟΝ καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι κύριε·

Ποίησόν με, φησὶ, δέσποτα ᾆσαί σοι ὕμνον ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ μὲν εἰς ἡμᾶς προαχθείσῃ, δικαιοσύνῃ δὲ ἤτοι τιμωρίᾳ εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ ἐάν, φησι, ᾆσαί με τοῦτον ἐκ τοῦ πράγματος δώσεις.

MISERICORDIAM & iudicium cantabo tibi Domine:

Fac me, inquit, Domine cantare tibi hymnum pro benignitate quidem nobis exhibita, pro iustitia verò siue supplicio hostibus irrogato: & si, inquit, concesseris me hymnum ex re ipsa canere. *Pro quibus cantandum sit Deo.*

β΄. Ψαλῶ καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ· πότε ἥξεις πρός με;

Ἀντὶ τοῦ, ἐπιλήσομαι βίου ἀκαθάρτου, καὶ προσοίσω σοι ἀντὶ ψαλμῶν πολιτείαν εἰλικρινῆ, μόνον ἀπόφηναι ἐλθεῖν με πρὸς σὲ, ἤγουν ἐπανελθεῖν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ὥστε βίου φροντίσαι, καὶ τοιούτοις σεμνύνεσθαι ποίοις ἐπιφέρει, ὥστε καυχώμενον λέγειν τὰ ἑξῆς.

2. Psallam & intelligam in via immaculata: quando venies ad me?

Id est, obliuiscar vitæ impuræ, & adferam tibi pro psalmis sincerum vitæ institutum, tantùm iube me venire ad te, siue redire Hierosolymam, vt vitæ curam habeam, & in istiusmodi glorier quæ subiungit, ita vt ea quæ sequuntur gloriando dicat.

Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου, ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου.

Ὥστε, φησὶν, ἀκακίας φροντίσω, ἀναστρεφόμενος μεταξὺ τοῦ λαοῦ μου.

Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

Vt, inquit, innocentiæ curam habeam, conuersans in medio populi mei. *Innocentia vita in quo consistat.*

γ΄. Οὐ προεθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον·

Ὅτι, φησὶ, πᾶν παράνομον πρᾶγμα ἐκ τῆς ἐμῆς προθέσεως ἀπήλαυνον.

3. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam:

Quoniam, inquit, omnem rem iniustam ex animo meo reijciebam.

Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα.

Facientes præuaricationes odiui.

Tantum,

PARAPHRASIS ANONYMI.

Tantum, inquit, aberam, vt proponerem aliquid mali facere, ita vt etiam odissem eos qui malè agebant.

4. Non adhæsit mihi cor prauum:

Sed neque omnino, inquit, à recta via deflexi, neque volui à bono ad malum declinare.

Declinantem à me malignum non cognoscebam:

Si autem, inquit, quis malè viuebat, & diues erat ac potens in ciuitate, atque is me auersabatur, eò quòd nequitiæ ipsius communicare minimè volebam, non curabam, neque vllius faciebam: meipsum enim totum ad vitæ honestatem componebam.

5. Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar.

Detractores & superbi abominandi.

Si quis autem, inquit, etiam insidiabatur fratri, dicens contra absentem quæ ipsi nocebant, reijciebam istiusmodi tam quam maleficum & impurum.

Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

Id est, Eos qui superbiâ & auaritiâ delectabantur conuiuio minimè adhibebam.

6. Oculi mei ad fideles terræ

Conuersatio proborum.

Quemadmodum enim, inquit, à malis abstinebam, ita bonis totus eram addictus. Vnde subiungit:

Vt sedeant mecum.

Id est, Cum similibus suauiter agebam, & cum ijsdem iucundè conuersabar.

Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Omnis autem, inquit, qui agebat vitam inculpatam, hic mihi placebat, illoque vtebar coadiutore.

7. Non * habitauit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

* Vulgata habitabit

Et breuiter, inquit, dicendo, omnem iniquitatem auersabar, ita vt ne oculis quidem omnino contaminarer.

Τοσοῦτον γάρ, φησιν, ἀπεῖχον τοῦ προθέσθαι ποιῆσαι κακόν, ὥστε καὶ τοὺς ποιοῦντας ἐμίσουν.

δʹ. Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή·

Ἀλλ᾽ οὐδὲ ὅλως, φησίν, εὐθείας ἐξέκλινον, οὐδὲ ἠρεσκόμην ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀποκλίναι.

Ἐκκλίνοντος ἀπ᾽ ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον·

Εἰ δέ τις, φησί, πονηρίᾳ συνέζη, καὶ πλούσιος ἦν καὶ μέγα ἐν τῇ πόλει δυνάμενος, καὶ οὐδὲ ἐπεστρέφετό με, διὰ τὸ μὴ θέλειν κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς πονηρίας, οὐδὲ ἐφρόντιζον, οὐδὲ προσεποιούμην· ὅλον γὰρ ἐμαυτὸν ὑπὸ τοῦ πρέποντος ἦν χόμην περιέχεσθαι.

εʹ. Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ τοῦτον ἐξεδίωκον.

Εἰ δέ τις, φησί, καὶ ἐπεβούλευεν ἀδελφῷ, λέγων κατ᾽ ἀπόντος ἅπερ ἔβλαπτεν ἐκεῖνον, ἀπήλαυνον τὸν τοιοῦτον ὡς κακοποιὸν καὶ ἀνόσιον.

Ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ, καὶ ἀπλήστῳ καρδίᾳ, τούτῳ οὐ συνήσθιον.

Ἀντὶ τοῦ, τοὺς ὑπερηφανίᾳ χαίροντας καὶ πλεονεξίᾳ οὐδὲ συσσίτους ἐποιούμην.

Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς

Ὡς γάρ, φησι, τῶν μὲν πονηρῶν ἀφιστάμην, οὕτω τοῖς ἀγαθοῖς ὅλος προσετιθέμην. ὅθεν ἐπιφέρει·

Τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ᾽ ἐμοῦ·

Ἀντὶ τοῦ, μετὰ τῶν τοιούτων διέτριβον ἡδέως, καὶ τοῖς τούτοις συναναστρεφόμην μετ᾽ εὐφροσύνης.

Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, οὗτός μοι ἐλειτούργει.

Πᾶς δέ, φησι, βίον ἄμεμπτον ἐπιτηδεύων, οὗτός μοι ἤρεσκε, καὶ αὐτῷ ἐκεχρήμην συνεργῷ.

ζʹ. Οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν· λαλῶν ἄδικα, οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου.

Καὶ συντόμως, φησίν, εἰπεῖν, πᾶσαν ἀδικίαν ἀποστρεφόμην, ὥστε ὀφθαλμοῖς μηδὲ ὅλως μολυνθῆναι.

ηʹ. Εἰς

η'. Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς·

Οὐ μόνον δέ, φησιν, ἐμίσουν τοὺς τοιούτους, καὶ ἀπεστρεφόμην, ἀλλ' ἡδέως ἂν καὶ ἀνεῖλον τοὺς τοιούτους, εἴπερ οἷόν τε ἦν, ὥστε μὴ ἔχειν τὴν γῆν ἡμῶν τινα τῶν τοιούτων. πρωΐας δὲ καλεῖ τὸ τάχος. ἀντὶ τοῦ· ταχέως οὖν ἂν ἐποίουν ταῦτα.

Τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν.

Ἀλλὰ καὶ ἐκ πόλεως, φησί, πάσης ἀνακειμένης θεῷ ἠβουλόμην τοὺς τοιούτους ἐξωρίσθαι, ὡς μὴ βλάπτειν τῇ συνουσίᾳ τοὺς ἐνοικοῦντας.

8. In * matutinis interficiebam omnes peccatores terræ: COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

Non solùm autem, inquit, oderam & auersabar istiusmodi, verùm etiam, si quando poteram, libenter tales interficiebam, ne terra nostra istiusmodi quempiam haberet. Matutinum autem appellat velocitatem. q. d. Velociter itaque ista faciebam.

* Vulgata matutino

Vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Quin imò, inquit, ex omni ciuitate Deo addicta volebam istiusmodi exterminatos, ne consortio suo incolis obessent.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

α'. ΕΛΕΟΝ ΚΑΙ ΚΡΙΣΙΝ ΑΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] Ἐπεὶ ἀκριβής ἐστιν ἡ κρίσις αὐτοῦ, οὐ τὰ φανερὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς καρδίας ἐξετάζουσα, διὰ τοῦτο προηγεῖται τῆς κρίσεως ἔλεος· ἐπεὶ μὴ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν κρίνει, μηδὲ κατὰ τὰς ἀδικίας ποιεῖ· εἰ γὰρ πρὸς ἀξίαν τῶν λόγων, τῶν ἔργων, τῶν ἐνθυμημάτων σκοπήσοι, ἀπολούμεθα· διὸ πρὸ τῆς κρίσεως ἐλεεῖ. Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, τίς ὑποστήσεται; ψαλῶ δὲ καὶ συνήσω. ἀντὶ τοῦ, δοξολογήσω καὶ συνήσω. ἡ γὰρ πρακτικὴ καὶ ἡ σύνεσις, ἠκριβωμένη ὀφείλει εἶναι, ἤτοι ἡ περὶ τὰ δόγματα γνῶσις. Πότε ἥξεις πρός με; ὅτι ὅτε ἄμωμος γένωμαι. ἐν τῷ ἁγίῳ γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ ὁδός. ὁσίαν δέ τις προσκτήσεται καθαρότητα, ὡς βοῆσαι τό, πότε ἥξεις πρός με; ὡς Ἰωσίας, ὃς τὰς ὑποκειμένας ἀρετὰς ποιήσας, τῆς θείας ἐμφανείας ἐμοίρατο.

β'. ΔΙΕΠΟΡΕΥΟΜΗΝ ΕΝ ΑΚΑΚΙΑ ΚΑΡΔΙΑΣ.] Ἁπλότητι, φησί, συζῶν, ἀντὶ διπλοΐδος χρώμενος. Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων σχηματιζόμενοι, κατὰ τὰς ἀγορὰς σεμνοὶ φαίνονται καὶ ἐπιεικεῖς, ἐν ταῖς οἰκίαις ἐλέγχονται φαῦλοί τινες ὄντες· ἐν ἐμοὶ δὲ συνέβαινε τὰ κεκρυμμένα τοῖς μὴ κεκρυμμένοις. Ἀκακίᾳ γὰρ συνέζων καὶ ἐκτὸς καὶ ἐν οἴκῳ, μὴ ἔχων ἐξιόντας ἐκ τῆς καρδίας λογισμοὺς πονηρούς. οὐ προετιθέμην δέ, ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε κατὰ προαίρεσιν ἥμαρτον· εἰ δέ τι

proponebam autem, id est, Numquam

1. MISERICORDIAM ET IVDICIVM CANTABO TIBI DOMINE.] Cùm exactum sit iudicium eius, non manifesta solùm, sed etiam ea quæ cordis sunt exquirens, idcircò misericordia iudicium præcedit; quandoquidem non secundùm iniquitates nostras iudicat, neque secundùm iniustitias nostras nobis facit: nam si ad meritum verborum, operum & cogitationum respexerit, perimus: quamobrem ante iudicium miseretur. *Si enim iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Psallam* autem & *intelligam.* id est, Laudabo & intelligã. Actio enim & cognitio, siue notitia dogmatum, debet esse accurata. *Quando venies ad me?* vtique quãdo immaculatus fuero. In sancto enim via Dei. Quãtam autem quis obtinere debeat puritatem, vt clamare possit illud, *Quando venies ad me?* sicut Iosias, qui cùm propositas virtutes perfecisset, diuini aduentus particeps est factus.

Misericordia præcedit iudicium Dei.

Psal. 129, 3.

In sancto via Dei.

2. PERAMBVLABAM IN INNOCENTIA CORDIS.] Viuens, inquit, in simplicitate, hac pro pallio vtebar. Plurimi namque homines ad hoc se componentes, vt in foro & compitis honesti ac modesti appareant, in domibus peruersi esse arguuntur: in me autem occulta cum apertis consentiebant. In innocentia enim viuebam tam domi quàm foris, non habens prauas cogitationes de corde prodeuntes. *Non* ex animi destinatione peccabam; sed si quid

Vera simplicitas omnis est simulationis expers.

COMMENTARIVS HERACLEOTÆ.

etiam humanitus accidebat, non fiebat hoc me proponente. id est, Omnem iniquitatem ex animo meo eijciebam, atque ita meipsum conseruaui, ne vllum tuorum mandatorum transgrederer; adeò vt etiam odissem illos quos præuaricationes facere videbam, eosdem tamquam impios auersatus; omnemque vitium peruersum ac prauum respuebam, ne mihi coniungeretur aut adhæreret, sciens quòd qui iusto agglutinatur, iustus erit. Vel idem est ac si dicat: Neque omnino à recta semita declinaui, neque malum placebat mihi. Porrò propter nimiam, inquit, à malo auersionem, etiam cùm mihi præsens esset, non reflectebam in ipsum sensum. Vel sic: Et si quis, inquit, peruersè viuens declinabat meam amicitiam, eò quòd cum ipso communicare nollem, minimè curabam, neque hanc separationem pro separatione habebam, eò quòd eius præsentiâ minimè gaudebam. Si quis autem, inquit, etiam insidiabatur fratri suo, dicens ea quæ absentem læderent, talem tamquam maleficum respuebam. Non quodcumque autem de aliquo etiam clàm dicere detractio est. Sæpè nimirum loquimur contra absentem non studio detrahendi, sed dolentes ipsum esse istiusmodi; conamur autem ex amico affectu loqui de ipso ijs qui æquè ac nos illi benè volunt, eiusque curam gerunt. Qui itaque sic loquitur non est detractor.

Peruersorum auersio minimè curanda.

Detractores fugiendi.

Quando aliena vita recensere detractio sit vel non.

5. SVPERBO OCVLO.] Ex membris ipsis describit eos qui malitiam sectantur, superbum per superbum oculum, auarum per cor insatiabile designans. A similibus igitur, inquit, procul recedebam, eorum communicationem tamquam peccati communionem fugiens. Fideles autem vocat religiosos & modestos, ac Dominum metuentes: ijs, inquit, tamquam perfectioribus me adiungebam, vt eorum vitam ceteramque conuersationem inspiciens, exinde proficerem. Per confessionem autem declarat suam cum ijs ad tempus commorationem. Quin & famuli, inquit, ac ministri mei valdè innocentes erant in actione. Non enim dumtaxat amicorum delectum faciebam, sed etiam famulorum: & quisquis vitam irreprehensibilem agebat, hoc vtebar coadiutore. Vtilitas enim maxima subdito sapientis (vtpote correcto per hoc, quòd insipientiam abijcere valuerit) ministrare prudenti.

Superbi & auari fugiendi.

Habendus etiam delectus proborum famulorum.

καὶ συνάφθη ἀνθρώπινον, ἀλλ' οὐ προτεθειμένου μου τοῦτο ἐγίνετο. ἀντὶ τοῦ, πᾶν παράνομον ἐκ τῆς προθέσεως μου ἀπήλαυνον, καὶ οὕτως ἐμαυτὸν ἐφύλαττον, τοῦ παραβαίνειν τι τῶν σῶν ἐντολῶν· ὥστε καὶ τοὺς ἑώρων ποιοῦντας παραβάσεις, ἐμίσουν ἐκτρεπόμενος ὡς ἀσεβεῖς· καὶ πάντα διάστροφον καὶ σκαμβὸν ἄνδρα παρῃτούμην, συνάπτεσθαι καὶ κολλᾶσθαί μοι, εἰδὼς ὅτι ὁ κολλώμενος δικαίῳ, δίκαιος ἔσται. ἢ ἀντὶ τοῦ· οὐδὲ ὅλως τῆς εὐθείας ἐξέκλινον, οὐδὲ ἠρεσκόμην τῷ χείρονι. διὰ δὲ τὸ ἄγαν μισοπόνηρόν μου, φησὶν, οὔτε παρόντι μοι τῷ πονηρῷ, αἴσθησιν αὐτοῦ ἐποιούμην. ἢ οὕτως· Καὶ εἴ τις, φησὶ, πονηρίᾳ συζῶν ἐξέκλινεν ἐκτρεπόμενος τὴν πρός με φιλίαν, διὰ τὸ μὴ θέλειν κοινωνεῖν αὐτῷ, οὐκ ἐφρόντιζον, οὐδὲ χωρισμὸν τοῦτον χωρισμὸν ὑπελάμβανον, τῷ μηδὲ τῇ παρουσίᾳ συγχαίρειν αὐτοῦ. εἰ δέ τις, φησὶ, καὶ ἐπεβούλευεν ἀδελφῷ, λέγων κατ' ἀπόντος τὰ βλάπτοντα, ὡς κακοποιὸν τοῦτον ἀπήλαυνον. οὐ τὸ ὁπωσοῦν δὲ λέγειν περί τινος καὶ λάθρα τοῦτο καταλαλεῖν ἐστι. πολλάκις γὰρ ἀγορεύομεν κατ' ἀπόντος οὐ καταλαλεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ διὰ τὸ εἶναι τοιοῦτον αὐτὸν λυπούμενοι· πειρώμεθα δὲ λέγειν περὶ αὐτοῦ τοῖς ὡσαύτως ἡμῖν κηδομένοις αὐτοῦ, καὶ φροντίζουσιν ἀπὸ διαθέσεως φιλικῆς. ὁ οὖν οὕτω λέγων οὐ κατάλαλός ἐστι.

έ. ΥΠΕΡΗΦΑΝΩ ΟΦΘΑΛΜΩ.] Ἀπὸ τῶν μελῶν αὐτοὺς λέγει τοὺς ἐπιτηδεύοντας πονηρίαν, αὐτὸν τὸν ὑπερήφανον ὑπερήφανον ὀφθαλμὸν, καὶ τὸν πλεονέκτην καρδίαν ἄπληστον. τῶν τοιούτων οὖν, φησι, μακρὰν ἐχωριζόμην, φεύγων τὴν κοινωνίαν αὐτῶν ὡς κοινωνίαν ἁμαρτίας. πιστοὺς δὲ καλεῖ τοὺς εὐλαβεῖς καὶ ἐπιεικεῖς, καὶ φοβουμένους τὸν κύριον· τούτοις δέ, φησι, προσετιθέμην τοῖς ἐμοῦ τελειοτέροις, ἵν' ὁρῶν αὐτῶν τὸν βίον καὶ τὴν ἄλλην ἀγωγὴν, ὠφελῶμαι. διὰ δὲ τοῦ συγκαθῆσθαι τὴν ἐν χρόνῳ μετ' αὐτῶν δηλοῖ διατριβήν. Ἀλλὰ καὶ οἱ θεραπεύοντες καὶ λειτουργοῦντές μοι, φησὶ, σφόδρα τῆς ἀμώμου εἴχοντο πράξεως. Οὐ γὰρ τῶν φίλων μόνον ἐκλογὴν ἐποιούμην, ἀλλὰ καὶ τῶν διακόνων· καὶ ὃς ἂν τὸν βίον ἄμεμπτον ἐπιτηδεύων, τούτῳ συνεργῷ ἐκεχρήμην. ὠφέλεια δὲ μεγίστη τῷ ὑπὸ σοφοῦ ἀρχομένῳ (ὥστε βελτιουμένῳ, οἷα δυνηθέντι τὴν ἀφροσύνην ἀποβαλόντι) διακονεῖν τῷ φρονίμῳ.

νήμῳ. ὅθεν ἐν εὐλογίας μέρει εἴρηται τό· καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις. τῷ γὰρ μὴ δυναμένῳ ἑαυτοῦ ἄρχειν, εὐλογία δέδοται ἡ πρὸς σοφὸν ἄρχοντα καὶ δεσπότην ὑποταγή. Ἀλλὰ μὴν οὐδέ τινα τῶν ὑπερηφανίᾳ χρωμένων συνοίκον ἐποιούμην, οὔτε παρρησίας αὐτῷ μετεδίδουν. Τὸ γὰρ ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας οἰκεῖν παρρησίας ἐστὶ δηλωτικὸν, καὶ ἐλευθερίαν ἔχοντος ἐν ὄψεσι τοῦ δεσπότου. Ποιεῖν δὲ ὑπερηφανίαν, ἐστὶ τὸ μετὰ θρασύτητος καὶ ἀλαζονείας ἐνεργεῖν. καὶ συντόμως εἰπεῖν, πᾶσαν ἀδικίαν ἀποστρεφόμην, οὐδὲ τὴν μέχρι λόγων ὑπομένων ἀδικίαν.

η. Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον.] Ἀντὶ τοῦ, κρίσει νηφούσῃ τὴν κατάδικην αὐτῶν ἐποιούμην. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἄνθρωποι ἐν πρωΐᾳ. Τὸ οὖν ἀκριβὲς καὶ νηφάλιον τῆς δίκης διὰ τούτων παρίστησιν· ὅτι οὔτε θυμὸς οὔτε μέθη τὴν ἀναίρεσιν ὑπετίθετο. ὁ μὲν γὰρ εἰ καὶ τῇ χθὲς παρωξύνειν, ἀλλὰ διὰ τῆς νυκτὸς ἐμαλάττετο· ἡ δὲ καὶ ὀψὲ πολλὴ προσεγίνετο, διὰ τοῦ ὕπνου ἱκανῶς ἐλεπτύνετο. Καθαρᾷ οὖν χειρὶ καὶ γνώμῃ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὡπλιζόμην. Ταῦτα καὶ ὡς ἐπαγγελλομένων τῶν ἐν Βαβυλῶνι εἶπε· καὶ τοιοῦτον σχῆμα διδασκαλίας προτέθεικεν, ἵν' αἰσχυνόμενοι τὴν ἐπαγγελίαν, οἰκειώσωνται τὴν ἀρετήν. ἢ τὸ ἀπέκτεινον, ἀντὶ τοῦ, ἀπεδοκίμαζον, ἀποβαλλόμην τῆς τοῦ θεοῦ μερίδος, ὅπερ ἦν αὐτοῖς θανάτου χεῖρον. ἡ πρωΐα δὲ τὸ ταχὺ καὶ σπουδαῖον δηλοῖ. οὕτω καὶ Ἐζεκίας ἐποίησε, τοὺς ἱερεῖς τῶν εἰδώλων ἀποκτείνας, καὶ τ' ἄλλα δὴ ἐργασάμενος, ὅσα ἐν τοῖς Παραλειπομένοις ἀναγέγραπται. Ἁμαρτωλοὶ δὲ εἶεν ἂν καὶ οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, οὓς ἐν ἑωθιναῖς προσευχαῖς ὀλοθρεύειν ἐπάναγκες τὸν τῆς πόλεως κυρίου, ἤτοι, τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς φροντίδα τιθέμενον, ὡς μὴ ἁλῶναι ὑπ' αὐτῶν.

denti. Vnde pro benedictione dictum est illud: *Fratri tuo seruies.* Illi enim qui seipsum regere non poterat, pro benedictione data subiectio ad Regem ac dominum sapientem. Sed neque quempiam superbum mihi contubernalem faciebam, neque ipsi libertatem in me vllam concedebam. In medio enim domus habitare indicium est familiaritatis, & in oculis Domini libertatem habentis. Facere autem superbiam, est cum audacia & insolentia operari. Et breuiter dicendo, omnem iniquitatem auersabar, ne verbo quidem tenus iniquitatem sustinens. COMMENTARIVS HERACLEOTAE. Gen. 27, 40.

8. In matutinis interficiebam.] Id est, Maturo iudicio ipsos condemnabam. Tales enim homines sunt tempore matutino. Per hæc igitur sententiæ accurationem atque maturitatem ostendit; quòd neque ex furore neque ex ebrietate interitum irrogarit. Etsi enim hesternâ die offensus fuerit, noctu tamen ira mitigata fuit: quæ licet etiam serò plurima adfuisset, per somnum sufficienter attenuata esset. Purâ igitur manu ac mente contra peccatores armabar. Hæc autem dixit ac si ab ijs qui in Babylonia erant prolata fuissent; ac talem doctrinæ formam proposuit, vt decretum reuerentes, virtutem sibi redderent familiarem. Vel illud *interficiebam*, id est, reprobabam, repudiabam ex parte Dei, quod ipsis morte perniciosius erat. Matutinum autem celeritatem & diligentiam designat. Sic etiam Ezechias fecit, cùm idolorum sacrificulos interemit, ceteraque illa gessit, quæ libro Paralipomenon descripta sunt. Peccatores porrò fuerint quoque prauæ cogitationes, quas in matutinis precationibus exterminare necesse est illi qui ciuitatis domini, id est, animæ suæ curam gerit, ne ab ijs capiatur. *Matutinum iudicium maximè maturum.*

CATENA PATRVM.

Ἀνωνύμου. Τῷ Δαβὶδ ψαλμός. τουτέστιν, ὕμνος καὶ δοξολογία τῷ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τῷ κατὰ σάρκα Χριστῷ. ἀνέφυ γὰρ ἐξ Ἰεσσαὶ καὶ Δαβὶδ τὸ τῆς εἰρήνης φυτόν. Εἰσηκόμισται δὲ πρόσωπον ἀνδρὸς ἁγίου, πολιτείας ἡμῖν τῆς ἐξαιρέτου καταγράφον τοὺς τύπους, καὶ οὐχ' ἵνα τοὺς παρ' ἑτέρων τινῶν τύπους ἁρπάσῃ, οὐδ' ἵνα δόξαν θηρεύσηται κενὴν (ἀλλότριον γὰρ τοῦτο ἁγίων)

Anonymi. Ipsi Dauidi Psalmus. id est, Hymnus & glorificatio Christo qui secundùm carnem est ex semine Dauid. Ex Iesse enim & Dauide exortum est germen pacis. Introducta est autem persona viri sancti, vt eximia nobis viuendi exemplaria delinearet, non vt ab alijs ipse vitæ formas desumeret, neque vt inanem gloriam venaretur (hoc enim alienum est à Sanctis) sed *Christus ex semine Dauid.* *Sancti non sectantur vanam gloriam.*

CATENA PATRVM.

sed vt ipse potiùs hac ratione nobis prodesset, & disceremus quâ ratione viuendum sit illis qui volunt placere Deo.

Quomodo misericordia & iudicium Dei cantandum.

1. MISERICORDIAM ET IVDICIVM CANTABO TIBI DOMINE.] EVSEBII. Id est, Tuam misericordiam tuumque iudicium cantabo, rationem enarrans quâ soles non primùm iudicare, deinde misereri, sed primùm misereri ac deinde iudicare, & cum clementia & misericordia sententias pronuntiare. Quare ego ipse, cùm misericordiam & iudicium erga proximum exerceam, audeo accedere ad canendum & psallendum tibi. Sciens igitur quomodo hoc faciendum sit, vias meas immaculatas & irreprehensibiles custodio, persuasum habens hoc modo me tibi placiturum per bona opera psallendo. In posterum igitur ô Domine veni ad me, paratam apud me mansionem reperturus; quandoquidem omnia bona mihi præparata sunt expectanti, quando ad me venturus sis.

Deus est iudex misericors & & iustus.

CYRILLI. Scio, inquit, te misericordem & iustum esse iudicem, & pro his ipsis te laudabo. Deus enim ac Pater nostri misertus est, in Christo nos per fidem iustificans, & præbens nobis remissionem veterum delictorum, & iustam in nos sententiam pronuntians.

HESYCHII. Cùm per præsentem psalmodiam totam vitam nostram ordinare velit, necessariò meminit iudicij. Oculus enim in ipsum intuens offendere non audebit, sed metu eorum quæ pro illo tempore intentantur assecuratur. Ceterùm cùm iudicio præponat misericordiam, misericors est iudex noster, non vtique quando iudicat, sed modò quando nondum exercet iudicium, ita vt misericordia sit temporis præsentis, iudicium verò sit temporis futuri. Hæc igitur cantantes, neque desperaturi, neque desides futuri sumus cùm peccamus.

Misericordia est temporis præsentis, iudicium futuri.

2. PSALLAM ET INTELLIGAM IN VIA IMMACVLATA.] CYRILLI. *Psallam*, inquit, tibi ô Domine, & glorificabo te assiduè: quin etiam *intelligam in via immaculata*. id est, Cum intelligentia & sapientia rectam & inconcussam atque immaculatam viam ingrediar. Oportet enim maximè intelligentes nos esse qui volumus placere Deo, & sapientiæ plenissimum habere cor: sapientiæ autem non terrenæ ac sæcularis, sed illius potiùs quam largitur Christus. In

Sapientia ad benè viuendum necessaria est.

ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἡμᾶς ὠφελήσῃ διὰ τούτου, καὶ μάθωμεν τίνα τρόπον πολιτεύεσθαι χρὴ τοὺς ἐθέλοντας ἀρέσκειν Θεῷ.

α'. ΕΛΕΟΝ ΚΑΙ ΚΡΙΣΙΝ ΑΣΟΜΑΙ ΣΟΙ ΚΥΡΙΕ.] ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ἤτοι, τὸν σὸν ἔλεον καὶ τὴν σὴν κρίσιν ᾄσομαι, τὸν τρόπον διεξιὼν καθ' ὃν πέφυκας οὐ πρότερον κρίνειν, ἔπειτα ἐλεεῖν· ἀλλὰ πρότερον ἐλεεῖν ἔπειτα κρίνειν, καὶ μετὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλέου ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις. ἢ ἐγὼ αὐτὸς, ἔλεος ποιῶν καὶ κρίσιν ἐπὶ τοὺς πλησίον, θαρρῶ παριέναι ἐπὶ τὸ ᾄδειν σοι καὶ ψάλλειν. Συνιεὶς οὖν ὅπως χρὴ τοῦτο ποιεῖν, τὰς ἐμαυτοῦ ὁδοὺς ἀμώμους καὶ ἀμέμπτους φυλάττω, πεπεισμένος τοῦτον τὸν τρόπον ἀρέσειν σοι δι' ἔργων ἀγαθῶν ψάλλειν. λοιπὸν οὖν ἧκε πρός με σὺ κύριε, ἕτοιμον εὑρήσων παρ' ἐμοὶ μονήν· ἐπειδήπερ πάντα μοι τὰ καλὰ παρεσκεύασται, περιμένοντι πότε ἥξεις πρός με.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οἶδά σε, φησὶν, ἐλεήμονα καὶ δίκαιον ὄντα κριτὴν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις ὑμνήσω σε. ἠλέησε γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐν Χριστῷ δικαιώσας τῇ πίστει, καὶ χαρισάμενος ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἀρχαίων πλημμελημάτων, καὶ κρίσιν ἐφ' ἡμῖν δικαίαν ἐξενηνοχώς.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Ἀναγκαίως ἐπειδὴ ῥυθμίσαι διὰ τῆς παρούσης ψαλμῳδίας ὅλον τὸν βίον τὸν ἡμέτερον βούλεται, μνημονεύει τῆς κρίσεως. Ὀφθαλμὸς γὰρ εἰς αὐτὴν ὁρῶν προσκόπτειν οὐκ ἀνέξεται, φόβῳ δὲ τῶν κατ' ἐκεῖνον ἀπειλουμένων τὸν καιρὸν ἀσφαλίζεται. ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς κρίσεως προτάττει τὸν ἔλεον, ἐλεήμων ἐστὶν ὁ κριτὴς ὁ ἡμέτερος, οὐ μὴν ὅτε κρίνει, νῦν δὲ ὅτε μήπω τὴν κρίσιν ἐνεργεῖ· ὥστε τὸ ἔλεος τοῦ νῦν καιροῦ, ἡ δὲ κρίσις τοῦ μέλλοντος. Ταῦτα τοιγαροῦν ᾄδοντες, οὔτε ἀπογινώσκειν, οὔτε καταφρονεῖν ἁμαρτάνοντες μέλλομεν.

β'. ΨΑΛΩ ΚΑΙ ΣΥΝΗΣΩ ΕΝ ΟΔΩ ΑΜΩΜΩ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Ψαλῶ σοι, φησὶν, ὦ δέσποτα, καὶ δοξολογήσω σε διηνεκῶς· συνήσω δὲ καὶ ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. τουτέστι, μετὰ συνέσεως καὶ σοφίας βαδιοῦμαι τὴν ὀρθὴν καὶ ἀδιάστροφον καὶ ἀμώμητον ὁδόν. χρὴ γὰρ ἡμᾶς εἶναι συνετωτάτους τοὺς ἐθέλοντας ἀρέσκειν τῷ Θεῷ, καὶ σοφίας μεμεστωμένην ἔχειν τὴν καρδίαν· σοφίας δὲ οὐ τῆς ἐπιγείου καὶ κοσμικῆς, ἐκείνης δὲ μᾶλλον ἣν χαρίζεται Χριστός. ἐν

αὐτῷ

αὐτῷ γὰρ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· καὶ αὐτὸς σοφοῖ τυφλοὺς, καὶ συνέσεως ἁπάσης ἐστὶ χορηγός.

Ησυχιου. Μακάριον τοῦ Θεοῦ τὴν ἐπιδημίαν προσδέχεσθαι, οὕτω τε διηνεκῶς ὡς ἥξοντα πρὸς ἡμᾶς ἀναμένειν· ἥξει δὲ πρὸς ἡμᾶς, ὅταν αὐτοῦ τὰς ἐντολὰς τηρήσωμεν. φησὶ γὰρ ὁ Χριστός· Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ὁ Πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ᾽ αὐτῷ ποιήσομεν.

Θεοδωρητου. Καὶ γὰρ τῷ ἥκειν σε πρός με, καὶ οἰκεῖν σε ὡς ἐν ἁγίῳ ναῷ παρ᾽ ἐμοὶ, τὰ προειρημένα κατώρθωταί μοι. Ῥηθείη δ᾽ ἂν καὶ πρὸς τῶν προαναφωνησάντων τὴν τοῦ σωτῆρος ἐνταῦθα ἐπιδημίαν. ἐψάλαμεν, συνήκαμεν τὰ θεσπισθέντα περὶ τῆς εἰς τὸν βίον φοιτήσεώς σου. πότε ἥξεις πρὸς ἕκαστον ἡμῶν;

Κυριλλου. Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ἕως μὲν γὰρ ἐσμὲν ἐν ῥύποις καὶ ἁμαρτίαις, οὐκ ἔχομεν ἑαυτοῖς κατοικοῦντα Χριστόν· ὅταν δὲ τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἀπονιψώμεθα ῥύπους, καὶ καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελέσωμεν δὲ καὶ ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ, τότε γὰρ παρ᾽ ἡμῖν γίνεται, καὶ ἐν ἡμῖν αὐλίζεται, καὶ οἶκος ἐσμὲν αὐτοῦ.

Διεπορευομην εν ακακια καρδιας.] Κυριλλου. Τί ἐστι τὸ, ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου; ἀντὶ τοῦ, ἀπονήρως καὶ ἀφιλοπραγμόνως, οὐ θορύβους ἀγαπῶν πραγμάτων κοσμικῶν καὶ περισπασμῶν εἰκαίων· ἔχων δὲ μᾶλλον ἐν ἐμαυτῷ τὸν νοῦν εὐσταθῆ καὶ ἠρεμοῦντα, κατ᾽ ἐκεῖνόν που πάντως τὸν ἀρχαῖον Ἰακὼβ, περὶ οὗ γέγραπται· Καὶ ἦν Ἰακὼβ ἄπλαστος ἀνὴρ οἰκῶν οἰκίαν.

Ευσεβιου. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων σχηματιζόμενοι κατὰ τὰς ἀγορὰς σεμνοὶ φαίνονται καὶ ἐπιεικεῖς· ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις οὐκέτι κρύπτοντες τὸν ἑαυτῶν τρόπον, ἐλέγχονται φαῦλοί τινες ὄντες. Ἐγὼ δέ, φησὶν, ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου ἐπορευόμην, οὐκ ἔχων ἔσωθεν ἐκ τῆς καρδίας μου ἐξιόντας διαλογισμοὺς πονηρούς. Οὐδέποτε γοῦν κατὰ προαίρεσίν τι ἥμαρτον· εἰ δὲ καί τι συνέβη ἀνθρώπινον, ἀλλ᾽ οὐ προθυμίας μου τοῦτο ἐγένετο.

ipso enim *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*; atque ipse sapientes reddit eos qui cæci sunt, & scientiæ omnis auctor est. CATENA PATRVM. Coloss. 2, 3.

Hesychii. Beatum est Dei aduentum expectare, atque ita assiduè tamquam ad nos venturum præstolari: veniet autem ad nos, quando eius mandata custodiemus. Ait enim Christus: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* *Aduentus Dei semper expectandus.* Ioan. 14, 23.

Theodoreti. Etenim dum ad me venis, & tamquam in templo sancto in me habitas, prædicta in me perfecta sunt. Ceterùm hoc quoque dictum fuerit ab ijs qui Saluatoris ad nos aduentum prænuntiarunt. q. d. Psallimus, intelleximus quæ de tuo in hanc vitam aduentu vaticinijs prædicta sunt. Quando venies ad vnumquemque nostrûm?

Cyrilli. Ecquid porrò hoc sibi vult? Donec quidem in sordibus & peccatis versamur, non habemus habitantem in nobis Christum; quando verò peccati sordes deterserimus, & nosmetipsos mundauerimus ab omni inquinamento carnis & spiritus, nec non perfecerimus sanctificationem in timore Dei, tunc vtique apud nos est, & in nobis commoratur, sumusque domus eius. *Deus non nisi in Sanctis habitat.* 2. Cor. 7, 1.

Perambvlabam in innocentia cordis.] Cyrilli. Quid sibi vult istud, *in innocentia cordis mei?* id est, Absque prauitate, absque curiositate, non diligens tumultus negotiorum sæcularium & inanium distractionum; sed potiùs habens in memetipso mentem stabilem & tranquillam, omnino similem isti antiquo Iacob, de quo scriptum legitur: Et *erat Iacob vir simplex habitans domum.* *Innocentia cordis diligenter custodienda.* Gen. 25, 27.

Evsebii. Plerique quidem hominum composito habitu & sumptâ grauitatis personâ in publico modesti videntur ac probi; at verò domi mores suos detegunt, & se improbos produnt. Ego verò, inquit, *in innocentia cordis mei in medio domus meæ ambulaui*, non habens prauas cogitationes ex intimo corde prodeuntes. Numquam igitur ex animi affectu quidquam peccaui: & si quid mihi humanitus acciderit, id ex mea certè destinatione non fuit. *Domi non minùs quàm foris decentia seruanda.*

CATENA PATRVM.

Mali exterioribus, probi interioribus studijs vacant.

DIDYMI. Secundùm legis opera perambulantes qui cum malitia mouentur, extra seipsos versantur, eò quòd passionatè rebus sensibilibus adhærescant. Vsus itaque loquendi obtinuit vt tales dicantur extra semetipsos versari & euagari. Verùm qui cum innocentia, id est, cum virtute in rebus agendis & cogitandis mouetur, is ad semetipsum orbiculariter reuertitur, totus mente studioque interioris hominis existens, & cum optimo habitu ambulat in medio domus suæ. Domus autem eius & cuiuslibet viri probi virtus est quam exercent.

ATHANASII. Nullam, inquit, habui iniquam cogitationem mecum commorantem.

Animus ad nullam rem iniquam adijciendus.

CYRILLI. Ad nullam, inquit, rem prauam & iniquam, & quæ ad delictum prouocet, animum adieci. Istiusmodi autem plurima sunt in nobis. Delinquit enim aliquis, cùm in concupiscentiam inciderit earum rerum quæ ad se non spectant, & factus fuerit amator iniquus rerum alienarum. Delinquit similiter qui corporeis succumbit voluptatibus, & adulterij criminum reus constituitur. Præuaricatur legem is qui detrahit fratri suo, & quotquot potuerit infirmiores in suam redigit potestatem. Et ne singula recenseam, Omnis species nequitiæ & iniquitatis secum crimen adfert. At fortasse dices, Numquid igitur impeccabilis erat? Atqui quomodo fieri hoc possit? Siquidem libertas ad peccata seruata est, atque impeccabilitas soli Deo qui super omnia est competit. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Quomodo igitur intelligendum est illud, *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam?* Non dixit, Numquam incidi in rem iniustam, sed, Non proponebam ante oculos meos rem iniustam. id est, Desideraui atque animo proposui numquam aspicere ad rem iniustam. Etsi autem, inquit, contigerit me tamquam hominem à scopo aberrare, nil mirandum; quoniam gubernatores etiam in arte sua periti frequenter vnà cum naui periclitantur, si quando ventorum atrox tempestas ingruit.

1. Pet. 2, 22.

Probi nonnumquam incidunt; sed numquam ex animi proposito malum agunt.

DIDYMI. Non, inquit, mihi propositum habeo scopum & finem delinquendi. Hoc quoque iure dixerint Ioseph, Susanna & tres pueri in camino, & quicumque in horum ordinem adlegantur. Manifestè autem hoc loco omnem renuit iniquitatem, non illam

ΔΙΔΥΜΟΥ. Τοὺς διαπορευομένους κατὰ τὰς τοῦ νόμου ἐνεργείας ὅσοι σὺν κακίᾳ κινοῦνται, ἐκτὸς ἑαυτῶν γίνονται, ἐμπαθῶς τοῖς αἰσθητοῖς προσεσχηκότες. Ἔθος οὖν λέγειν τοὺς τοιούτους ἐκτὸς ἑαυτῶν καὶ ἐξεστηκότας εἶναι. ὁ δὲ σὺν ἀκακίᾳ, τουτέστι, σὺν ἀρετῇ κινούμενος περὶ τὰ πρακτέα καὶ φροντιστέα, πρὸς ἑαυτὸν κυκλικῶς στρέφεται, ὅλος τοῦ νοῦ καὶ τῆς ἐπιμελείας τοῦ ἔσω ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ διαπορεύεται μετ' ἕξεως βελτίστης ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. οἶκος δὲ αὐτοῦ καὶ ἑκάστου τοῦ σπουδαίου ἣν κατορθοῦσιν ἀρετήν.

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Οὐδένα, φησὶν, ἔσχον ἄδικον συνοικοῦντά μοι λογισμόν.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Οὐδενὶ, φησὶ, προσέσχον φαύλῳ τε καὶ ἀνοσίῳ πράγματι, καὶ καλοῦντι πρὸς παρανομίαν. πολλὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ ἡμᾶς. παρανομεῖ γάρ τις, ὅταν εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπέσῃ τῶν οὐδὲν αὐτῷ προσηκόντων, καὶ γίνεται τῶν ἀλλοτρίων ἄδικος ἐραστής. παρανομεῖ δὲ ὁμοίως ὁ σωματικαῖς ἡδοναῖς ἡττώμενος, καὶ τοῖς μοιχείας ἐγκλήμασιν ὑπόχεος γεγονώς. Παραλύει νόμον ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ, καὶ πλεονεκτῶν ὡς ἂν δύνηται τῶν ἀσθενεστέρων. Καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγων διατρίβω, πᾶν εἶδος φαυλότητος καὶ παρανομίας ἔγκλημα φέρει. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς, ἆρ' οὖν ἀναμάρτητος ἦν; εἶτα πῶς τοῦτό ἐστιν ἐφικτόν; τὸ γὰρ ἐλεύθερον εἰς ἁμαρτίας τετήρηται, καὶ τὸ ἀναμάρτητον πρέπει μόνῳ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. Οὐ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Πῶς οὖν ἄρα νοῆσαι πρέπει τὸ, οὐ προετιθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον; Οὐκ εἶπεν, οὐδέποτε ἐμπέπτωκα παρανόμῳ πράγματι, ἀλλ', ὅτι οὐ προετιθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον. τουτέστιν, ἠθέλησα καὶ προτεθύμημαι μηδέποτε ἐνορᾷν παρανόμῳ πράγματι. εἰ δὲ καὶ ἀστοχῆσαι συνέβη, φησὶν, ὡς ἄνθρωπον, θαυμαστὸν οὐδέν· ὅτι κυβερνῆται πολλάκις καὶ αὐτοὶ καλῶς εἰδότες τὴν τέχνην κινδυνεύουσι μετὰ τῆς νηὸς, ἀγρίου καταιγίζοντος πνεύματος.

ΔΙΔΥΜΟΥ. Οὐ σκοπὸν ἔχω, φησὶ, καὶ προκείμενον τέλος παρανομῆσαι. Καὶ ἐροῦσί γε τὸ ἐγκείμενον Ἰωσὴφ, Σωσάννα καὶ οἱ ἐν καμίνῳ τρεῖς παῖδες, καὶ ὅσοι εἰς τὰ τάγματα τούτων συλλέγονται. Σαφῶς δὲ ἐνταῦθα παρανομίαν ἀπηγόρευσεν ἅπασαν, οὐ τὴν

ἐν

ἐν πράξει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν λογισμῷ. ὀφθαλμοὺς γὰρ τὸ τῆς ψυχῆς ὁρατικὸν ἐδήλωσεν. ὥστε εἴ τις προτίθεται κακὰ κἂν κωλυθῇ πρᾶξαι, τῆς ἀπὸ σκοποῦ κακίας τὴν δίκην οὐκ ἐκφεύξεται.

γ'. Ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα.] Ἀθανασίου. Δεῖ γὰρ μὴ μόνον ἀπέχεσθαι τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἀποστρέφεσθαι.

Διδύμου. Ποιοῦντας παραβάσεις λέγει τοὺς ἁμαρτάνοντας. Πᾶσα γὰρ ἁμαρτία παρακοὴ καὶ παράβασις τοῦ θείου νόμου γίνεται. ἡ συνήθεια δὲ τῶν ἀδελφῶν παραβάτας καλεῖ τοὺς Χριστὸν ἀρνησαμένους, οὓς ἐπιτεταμένως μισεῖν προσήκει, ἐχθροὺς τοῦ σωτῆρος ἑλομένους εἶναι.

δ'. Οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή.] Ἀθανασίου. Οὕτως καλεῖ τὰ τοῦ διαβόλου βουλεύματα, ἅτε μηδὲν εὐθὲς ἔχοντα.

Διδύμου. Γέγραπται ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ· ὁ θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον εὐθῆ. εἰ οὖν εὐθὺς γεγένηται, τῷ κατ' ἀρετὴν ἀρχῆθεν πεποιῆσθαι, πᾶσα κακία καὶ σκολιότης ἠθῶν μακρὰν αὐτοῦ ἐστιν. ὅστις οὖν διέμεινε τηρῶν τὴν εὐθύτητα καὶ τὴν πρὸς θεὸν ὁμοιότητα, ταύτην προφέρει τὴν φωνήν.

Ἡσυχίου. Τὸ γὰρ εὐθὺ τῷ στρεβλῷ συναφθῆναι οὐ δύναται. καὶ καθάπερ σκαμβὴ ῥάβδος κολληθῆναι πρὸς ὀρθὴν οὐ δύναται, οὕτως ἀκακίᾳ συζῶντι οἱ σκαμβὴν ἔχοντες καρδίαν οὐ συνάπτονται.

Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον.] Κυρίλλου. Τουτέστιν, οὐδὲ εἰδέναι προσεποιούμην. οὐ γὰρ ἠξίουν εἶναι φίλος αὐτῶν. ἆρα ὡς ὑπερήφανος; οὐδαμῶς, φησιν, ἀλλ' εἰδώς, ὅτι φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

Εὐσεβίου. Οὕτω δέ μου διακειμένου εἴ τις τῶν πονηρῶν ἐξέκλινεν, ἐκτρεπόμενος τὴν πρός με φιλίαν, οὐ προσεποιούμην, οὐδ' ἐγίνωσκον, οὐδὲ χωρισμὸν ὑπελάμβανον τὸν τοιοῦτον χωρισμόν, οὕτως εὐκαταφρόνητός μοι ἦν λίαν ὁ τὴν κακίαν αἱρούμενος.

Κυρίλλου. Καρπὸς διανοίας ἁγιοπρεποῦς τὸ παραιτεῖσθαι τοὺς πονηρούς. ἐσχάτης δὲ πονηρίας ἀπόδειξις τὸ καταλαλεῖν ἀδελφοῦ.

Ἡσυχίου. Ὁ γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἑτέρου καταλαλῶν, οὗτος οὐδὲ ἡμῶν καταλαλεῖν ἐφ' ἑτέρων ἀφέξεται. καὶ χρὴ τὸν τοιοῦτον ὡς κοινὸν

dumtaxat quæ in actione, verùm etiam quæ in cogitatione versatur. Per oculos enim animæ aciem designauit. Itaque si quis mala sibi proposuerit, licet eadem exequi prohibeatur, malitiæ quam ex tali proposito contrahit supplicium non effugiet. CATENA PATRVM.

3. FACIENTES PRÆVARICATIONES ODIVI.] ATHANASII. Oportet enim non solùm à malis abstinere, verùm etiam auersari eos qui talia agunt.

DIDYMI. *Facientes præuaricationes* vocat peccatores. Omne enim peccatum inobedientia & præuaricatio est legis diuinæ. Consuetudo autem fratrum præuaricatores vocat eos qui Christum negarunt, quos vehementiùs odisse conuenit, vt qui elegerint esse inimici Saluatoris. *Omne peccatum est præuaricatio legis.*

4. NON ADHÆSIT MIHI COR PRAVVM.] ATHANASII. Sic appellat diaboli consilia, vtpote nil recti habentia.

DIDYMI. Scriptum est in Ecclesiaste, *Deus fecit hominem rectum.* Si igitur rectus factus sit, eò quòd secundùm virtutem ab initio formatus sit, omnis malitia & obliquitas morum ab ipso procul abest. Is igitur qui hanc rectitudinem & ad Deum similitudinem retinuit vocem illam profert. Eccle. 7, 30. *Homo à Deo factus est rectus.*

HESYCHII. Rectum enim curuo coagmentari nequit. Et sicut virga incurua cum recta conglutinari minimè potest, ita innocenter viuenti minimè adhærent illi qui cor prauum habent. *Rectum curuo coagmentari nequit.*

DECLINANTEM A ME MALIGNVM NON COGNOSCEBAM.] CYRILLI. Id est, Fingebam me non nosse. Non enim dignabar esse amicus eorum. Num tamquam superbus? nequaquam, inquit, sed sciens, quia *corrumpunt bonos mores colloquia praua.* 1. Cor. 15, 33.

EVSEBII. Ceterùm me ita constitutum si quis malignorum declinabat, amicitiam meam auersatus, eum nihili faciebam, neque cognoscebam, neque discessionem ducebam istiusmodi secessionem, adeò contemnebam hominem qui ad vitium animum adiecisset. *Improbi sunt auersandi.*

CYRILLI. Fructus mentem sanctam decens est auersari prauos. Extremæ autem malitiæ argumentum est, fratri detrahere.

HESYCHII. Qui enim apud nos alteri detrahit, is neque nobis apud alios detrahere desinet. Talis profectò tamquam communis hostis *Detractor detestabilis.*

CATENA PATRVM.

hostis meritò reijciendus est, vt qui draconem in paradiso imitetur, qui Deo detrahens Euam supplantauit.

Superbia Deo abominabilis.

5. SVPERBO OCVLO.] CYRILLI. Plurimæ enim sunt in nobis affectiones animales: vna autem præ ceteris maximè absurda & omnibus intolerabilis existit, cui ipse quoque Deus aduersatur: hæc autem est superbia, quæ & sororem atque contubernalem habet auaritiam, siue insatiabile desiderium plus habendi. Hæ duæ sunt voragines animarum & portæ perditionis, atque incessabili flammâ dignæ. Ecquis non vitat superbum? quis non auersatur eum qui manu insatiabili diuitiarum prouentus congregat, & plurimos in suam redigit potestatem?

Superbus & auarus sunt societati hominum exitiales.

HESYCHII. Non feriebam, inquit, cum illis fœdus amicitiæ. Siquidem mensa plerumque pro dilectionis pignore accipitur. Necessariò autem corde insatiabilem, id est auarum, cum superbo coniunxit. Nemo enim ipsum sibi amicum habere poterit, quandoquidem superbus & auarus sui ipsius amans est.

Sanctus est omnibus vtilis.

6. OCVLI MEI AD FIDELES TERRÆ.] CYRILLI. Id est Sanctos, ita vt etiam *sedeant mecum*; id est, mecum sint, semperque conregnent, & vtilia referant. Eximium enim bonum homini consiliarius bonus. Pretiosum ipsum & exoptabilem reddit, quòd ad quælibet vtilia conducat, & doceat ea quæ conferant ad salutem.

HESYCHII. Non solùm dicit se prauos auersari, verùm etiam bonos sibi adeò placere, vt oculos in ipsos intendat: quod amantium erga amatos proprium est.

8. IN MATVTINIS INTERFICIEBAM OMNES.] APOLINARII. Matutinum designat diligentiam: sicut Deus cùm declarat se diligenter mittere Prophetas. Manè vigilans, inquit, mittebam eos. Legitima autem est prauorum exstirpatio. Euellite malum ex vobis ipsis.

SEVERI. Matutinum autem iure merito & valdè conuenienter intelligi possit ortus Solis iustitiæ, qui ciuitatem doctrinæ veritatis illuminat, quo maximi peccatores hæretici in flagranti delicto deprehenduntur. Cùm autem sint nocturni quidam fures, qui luminis reprehensionem minimè sustinent, ne in illo quidem viuere omnino possunt.

ἐχθρὸν εἰκότως ἐλαυνόμενος, ὡς τὸν ἐν παραδείσῳ μιμούμενον δράκοντα, ὃς τοῦ Θεοῦ καταλαλήσας τὴν Εὔαν ἠπάτησεν.

έ. ΥΠΕΡΗΦΑΝΩ ΟΦΘΑΛΜΩ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Πλεῖστα γὰρ ἐν ἡμῖν εἰσι πάθη ψυχικά· ἓν δὲ καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ἐκτοπώτερον καὶ πᾶσιν ἀφόρητον, ᾧ καὶ αὐτὸς μάχεται Θεός· τοῦτο δέ ἐστιν ὑπερηφανία, ἣ καὶ ἀδελφὴν καὶ σύντροφον ἔχει τὴν πλεονεξίαν, ἤτοι τὸ ἀπλήστως πλεονεκτεῖν. Ταῦτα δύο βάραθρα ψυχῶν καὶ ὀλέθρου πύλαι, καὶ ἀκοιμήτου φλογὸς ἄξια. τίς οὐ φεύγει τὸν ἀλαζόνα; τίς οὐ παραιτεῖται τὸν ἀπλήστῳ χειρὶ συλλέγοντα χρημάτων πορισμοὺς, καὶ πλεονεκτοῦντα πολλούς;

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐκ ἐτιθέμην, φησὶ, πρὸς αὐτοὺς φιλίας συνάλλαγμα. ἐπειδήπερ ἡ τράπεζα ἀγάπης ἐνέχυρον ὡς τὰ πολλὰ παραλαμβάνεται. ἀναγκαίως δὲ τὸν ἄπληστον τῇ καρδίᾳ, δηλαδὴ τὸν πλεονέκτην, καὶ τὸν ὑπερήφανον συνέπλεξεν. οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν φίλον ἔχειν δυνήσεται, ἐπειδὴ φίλαυτος ὁ ἀλαζὼν καὶ ὁ πλεονέκτης.

ϛ'. ΟΙ ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜΟΥ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΙΣΤΟΥΣ ΤΗΣ ΓΗΣ.] ΚΥΡΙΛΛΟΥ. Τουτέστι τοὺς ἁγίους, ὥστε καὶ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ· τουτέστι, συνεῖναι, καὶ συμβασιλεύειν ἀεὶ, καὶ ἀποφέρειν εἰς τὰ χρήσιμα. ἐξαίρετον γὰρ ἀγαθὸν ἀνθρώπῳ σύμβουλος ἀγαθός. σεπτὸν αὐτὸν καὶ ἀξιοζήλωτον ἀποτελεῖ, τὸ ἀποφέρειν πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν χρησίμων, καὶ εἰς σωτηρίαν διδάσκειν τὰ συμφέροντα.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Οὐ μόνον φησὶ τοὺς πονηροὺς ἀποστρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοσοῦτον ἀρέσκεσθαι, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς αὐτοὺς τείνειν· ὅπερ ἐραστῶν πρὸς ἐρωμένους ἴδιον.

ή. ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΡΩΙΑΣ ΑΠΕΚΤΕΙΝΟΝ ΠΑΝΤΑΣ.] ΑΠΟΛΙΝΑΡΙΟΥ. Πρωΐα δηλοῖ τὸ σπουδαῖον· ὥσπερ Θεὸς τὸ σπουδῇ πέμπειν τοὺς προφήτας δηλῶν. ὀρθρίζων, φησὶν, ἀπέστελλον αὐτούς. νόμιμος δὲ ἡ τῶν πονηρῶν ἐξαίρεσις. Ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.

ΣΕΒΗΡΟΥ. Πρωΐαι δὲ ἂν νοηθεῖεν καὶ μάλα εἰκότως καὶ ἁρμοδίως αἱ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνατολαὶ, τὴν πόλιν τῶν τῆς εὐσεβείας δογμάτων καταφωτίζουσαι, καθ' ἃς οἱ ἁμαρτωλότατοι τῶν αἱρέσεων ἐπ' αὐτοφώρῳ καταφωρῶνται. νυκτερινοὶ δέ τινες ὄντες κλέπται, καὶ τὸν ἐκ τοῦ φωτὸς οὐχ ὑπομένοντες ἔλεγχον, οὐδὲ ζῆν ἐν αὐτῷ τὸ παράπαν δύνανται.

ΑΘΑΝΑ-

ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ. Πόλιν κυρίου τὴν ἁγίαν φησὶ ψυχὴν· κατὰ τὸ εἰρημένον· Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις θεοῦ.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ. Πόλις τοῦ κυρίου ἡ σύστασίς ἐστι τῆς ἀνθρωπίνης κατασκευῆς. οἱ ἁμαρτωλοὶ δὲ γῆς οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν ἢ περὶ ὧν φησιν ὁ σωτήρ· ἐκ τῆς καρδίας γὰρ ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, καὶ τούτοις ὅμοια.

ΗΣΥΧΙΟΥ. Πόλις δὲ θεοῦ, ἐν ᾗ πάντως εἰσὶ καὶ κατοικοῦσιν ἅγιοι, οἷς συμφέρει ἁμαρτωλοὺς ἐκ μέσου γίνεσθαι, ἢ καταργουμένους ἢ ἀναιρουμένους, ἵνα μηδαμῶς αὐτοὶ τῇ κοινωνίᾳ βλάπτωνται.

ATHANASII. Ciuitatem Domini vocat animam sanctam, iuxta id quod dictum est: *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.*

ANNOTATIONES CORDERII.

BASILII. Ciuitas Domini est constitutio conditionis humanæ. Peccatores verò terræ non sunt alij quàm de quibus Saluator ait: *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia,* & his similia.

Ciuitas Domini est anima sancta. Psal. 86, 3. Matth. 15, 19.

HESYCHII. Ciuitas autem Dei est, in qua omnino sunt & habitant Sancti, quibus expedit vt peccatores de medio fiant, siue aboleantur siue interficiantur, ne illorum consortio vllatenus lædantur.

ANNOTATIONES CORDERII.

De argumento Psalmi.

HOc Psalmo Dauid docet exemplo suo qualis debeat esse bonus Princeps tum erga familiares & priuatam suam domum, tum erga Rempublicam. Notandum autem, omnia quæ post duos primos versus nos iuxta Septuaginta legimus per verba præteriti temporis, apud Hebræos efferri per verba futuri temporis; sicut apud nos duo primi versus verba habent futura; vt toto Psalmo Propheta non tam canat quid fecerit, quàm quid facere statuerit.

Qualem misericordiam & iudicium Propheta canat.

1. *Misericordiam & iudicium cantabo.*] Plerique de misericordia & iustitia Dei istud intelligunt, vt significet Propheta, se semper cantaturum Dei misericordiam & iustitiam, quas Deus in omnibus suis factis & verbis seruat. Et intelligunt quidam inter cetera officia iusti, & maximè Principis, de quibus agitur in sequentibus, istud significari primum esse, nempe vt Dei misericordiam & iustitiam assiduè celebret. Alij intelligunt Prophetam hîc loqui de misericordia & iustitia ab hominibus seruanda, atque hoc primo versu indicare, quid hoc Psalmo acturus sit, videlicet se cantaturum de misericordia & iudicio, in quibus rebus illa sint sita, & quomodo obseruanda sint. Quæ intelligentia maximè conuenit nostræ lectioni, in qua versibus sequentibus Propheta suo exemplo depingit, quomodo iustè & piè viuendum sit. De misericordia & iudicio vide plura superiùs ad Psalmi 24. ver. 10. annotata.

2. *Psallam & intelligam in via immaculata.*] Symmachus, Μελῳδήσω, ἐννοήσω ὁδὸν ἄμωμον, *Canam, considerabo viam immaculatam.* Id est, Prudenter apud me despiciam, & enuntiare studebo, quibus in rebus sita sit vita irreprehensibilis & immaculata. q. d. Prudenter aduertam ad viam immaculatam, non tantùm ad eam sectandam, sed etiam ad eamdem alijs demonstrandam. Potest enim Hebraica dictio אַשְׂכִּילָה *aschil* hoc loco verti *intelligere faciam*; sicut in illo, *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac quâ gradieris.* Vbi pro *Intellectum dabo* est idem verbum quod hoc loco.

Psal. 31, 8.

IBIDEM. *Perambulam in innocentia cordis mei, &c.*] Rectè nominauit innocentiam, vt proxeneram, & sequestrem amicitiæ, sine qua nemo familiarem habebit Deum, hospitem & amicum nemo. Sic enim alibi ait: *Quis ascendet in montem Domini; aut quis stabit in loco sancto eius?* Et respondet, *Innocens manibus, & mundo corde,* &c. Est nempe illa regalis & magnifica Numinis vox: *Inhabitabo in illis, & inambulabo.* Beati prorsus animi, & felicissimæ illæ mentes, quæ cum Deo inambulante simul in corde gradiuntur, & ad eius se immensam & inexplicabilem bonitatem accommodant. Quales fuisse Dauidis inambulationes perspicuum est, hominis in omni genere virtutis absoluti. Ait igitur Deus *Inambulabo,* Dauid *Perambulabam:* vt pares motus & progressiones intelligamus, hoc est perfectam cum diuina mente coniunctionem. Diceres illas sacras & mysticas animantes Ezechielis, quæ cum rotis oculatis & fulgurantibus quocumque ibat spiritus ibant, & eodem in sublime eunte simul attollebantur. Haud dissimili ratione Dauid in omni vitæ motu Dei nutum intuebatur, vt rationis gubernaculum, vt pondus amoris, vt illicium appetitionis, vt animi habenas, quibus in omnem partem ageretur. Itaque Deus cælestis quidam magnes videbatur Dauidici cordis & amoris, quo moto, simillimo quoque motu vir ille pius rapiebatur. Quod autem ait, *In medio domus meæ*, S. Chrysostomus exponit, τὸ ἡγεμονικὸν τῆς καρδίας, id est, *principale cordis:* & sensum istius loci hunc esse tradit, Διεσκόπουν ἠρεύνων τὰ κατ᾽ ἐμαυτοῦ, *Meipsum considerabam ac perscrutabar,* num videlicet cor innocentiâ conseruatâ virtutes sibi omnes conciliaret. S. Ambrosius lib. de Noë cap. 11. dixit *animæ principale;* & in rem nostram aliud diuinæ Scripturæ oraculum mirificè illustrat: nam exponens illud Geneseos, *Intra tu, & omnis domus tua,* sic loquitur: *Hoc dicit Dominus iusto, Intra tu, hoc est intra teipsum, intra tuam mentem, in tua anima principale: ibi salus est, ibi anima gubernaculum, foris diluuium, foris periculum.* Nihil dici mihi videtur potuisse elegantius, nihil diuinius. Sic S. Greg. Nyssenus Serm. de resurrectione cor nuncupat ἑστίαν τοῦ νοῦ, *domicilium mentis:*

Innocentia ad familiaritatem Dei necessaria. Psal. 23, 4. Leu. 26. 2. Cor. 6. *Dauidis interna cum Deo conuersatio.* Ezech. 1. *In animo cum Deo conuersandum.* Gen. 7.

ANNOTATIONES CORDERII. S. Augustinus Serm. 63. de verbis Domini *secretarium conscientiæ* dixit: *Intra te vide, si habes illic aliquod secretarium dulce conscientiæ tuæ, vbi non perstrepas, vbi non litiges, aut lites pares*, &c. Climacus vocat *abditum cordis*; & pulcherrimum documentum religiosis hominibus consignat in hunc modum: *Studiosus silentij appropiat Deo, ipsique iugiter in abdito cordis assistens, ab eo illustratur*. Seruator mundi in Euangelio *cubiculum* id vocauit: *Intra in cubiculum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito.* (Matth. 6, 6.) Sanctus iterùm Augustinus Tractatu 7. in Ioannem: *Ædificemus*, inquit, *& nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domum, quò veniat Iesus, & doceat nos, & colloquatur nobis*. Dauid igitur in medio domus vt in centro positus, cùm omnes vndique illum intuerentur, innocentiæ vitæ radios eiaculabatur, & cunctis proderat. Et perambulare se dicit, vt ostendat magnam curam & solicitudinem beneuolentissimi parentis, cuius mens semper intenta est in commune bonum; nihilque mauult, aut studet magis, quàm vt omnes sint beatissimi. Porrò hanc innocentiam S. Chrysostomus ait esse *δεσποτικὴν μίμησιν, Domini imitationem, θεϊκὴν ὁμοίωσιν, diuinæ similitudinis expressionem*, quam sectabatur pius Vates, cùm in Domino ita gloriatur, *Perambulabam in innocentia cordis mei.*

3. *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam.*] S. Hieronymus, *Non proponam coram oculis meis verbum Belial:* Hebraicè דְּבַר־בְּלִיָּעַל *debar belyahhal:* vbi verbum pro re ponitur, & significatur omne genus vitij. (*Mali non imitandi.*) Ita dicuntur viri Belial homines indisciplinati, immorigerati, peruersi. Sensus est, Quòd etiamsi videret mala exempla, non tamen ea sibi proposuerit imitanda, sed tam illa quàm auctores eorum fuerit abominatus.

4. *Non adhæsit mihi cor prauum.*] Græcè, *καρδία σκαμβὴ, cor obliquum* seu *curuum*, minimè rectum. Alibi vocatur *καρδία διεστραμμένη, στρεβλὴ, βαθεῖα, cor peruersum, intortum, profundum.*

5. *Detrahentem secretò proximo suo hunc persequebar.*] Hîc *persequi* ingens quoddam odium significat. Vnde quidam ex Hebræo vertunt; *Hunc succidam, perdam, opprimam ad internecionem*; vt illius sanctissimæ animæ zelum intelligamus. Ita Zepherinus Papa Epist. 1. detractores diuinâ auctoritate eradicandos esse pronuntiauit. (*Quantum malum sit detractio.*) *Nec mirum*, cùm (vt S. Bernardus Serm. 24. in Cant. ait) *id præcipuè vitium charitatem, quæ Deus est, & quidem cæteris acriùs impugnare & persequi cognoscatur. Omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is, cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis, apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus qui se audiunt lingua maledica, & quantum in se est necat funditus & extinguit.* Hoc profectò Ecclesiastes significat dicens: (Eccle. 10, 11.) *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minùs habet qui occultè detrahit.* Sicut enim serpens absconditè venenum infundit; & cùm aduertis, inuenis te ab illo percussum, & veneni pestiferi violentiâ sauciatum: sic detractorem admittens, & fratris peccata aut defectus audiens, subitò amorem, quem erga illum habebas, aut vulneratum aut penitus exhaustum inuenies. Meritò igitur Rex Dauid, ille hominum mansuetissimus, adeò concedere doctus, nihilominùs *detrahentem secretò proximo suo*, inquit, *hunc persequebar.*

6. *Oculi mei ad fideles terræ.*] Id est fidos, (*Viri fideles amandi.*) stabiles, veraces, veritatis studiosos, qui non fallunt fidem alicui, maximè Deo & Principibus datam. *Vt sedeant*, id est habitent, commorentur, vt sedes habeant domi meæ, vt mecum versentur familiariter, vel vt præsideant. q. d. Studui, vt mei consiliarij & ministri essent integri & fidi, non rapaces, non corrupti, &c. Ita Genebrardus. D. Hieronymus hoc Dauidis oraculum exponens accommodat Episcopis & Ecclesiæ Præsulibus, qui non sanguinis cognatione coniunctos, sed virtutum prærogatiuâ conspicuos promouent ad præbendas: *Potest*, inquit, *hoc dicere Episcopus Sanctus vir, Quoniam non ordinabam Presbyterum illum qui mihi obsequebatur, aut propinquum meum, sed eum quem sciebam fidelem.*

7. *Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam.*] Superbia enim fons omnium est (*Superbia fons omnis peccati.*) peccatorum & luculenta scaturigo; & facere superbiam est quocumque se maleficio polluere. Negat igitur vllum sceleratum, qui malum facinus & crimen admittat, domi suæ locum habiturum, quam similem templo esse cupit, atque omni sanctimoniæ genere collucentem. Quare ædes suas nuncupat *Sanctuarium*, vt Chaldæus intelligit, qui sic vertit: *Non habitabit in medio domus Sanctuarij mei faciens iniquitatem.* Iungit autem de zelo suo inflammato ad exterminandum flagitium id quod sequitur.

8. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ.*] Hoc est, Ante omnia hoc princeps (*Manè potissimùm praua cogitationes exterminanda.*) studium meum fuit, hoc auspicium euigilantis animi, hæ primitiæ cogitationum, hoc constantis & erectæ ad Deum voluntatis propositum, si quæ latuit in penatibus meis nequitia, si quod scelus, id omni contentione persequi. Nota, vbi in Latino Vulgatæ habemus *in matutino*, in Græco est disertiùs *εἰς τὰς πρωΐας, in matutinis*: quemadmodum habent Arnobius, Cassiodorus alijque non pauci diuinarum Litterarum Interpretes, vt quotidie id fuisse ab eo factum intelligamus.

Ibidem. *Vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.*] S. Gregorius Nyssenus Hom. 12. in Cant. Ciuitatem Dei ait esse animam ex qua tollere oporteat *πάντας τοὺς λογισμοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, Omnes ratiocinationes siue cogitationes designantes iniquitatem. Earum enim*, inquit, *interitus meliorum vita est*. In huiusmodi internecione gestiebat ille Princeps, & eius gladius impio sanguine stillabat, benè de bello cruentus, & melior homicida, laudem suam consecratione pensaturus.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ QVÆ IN HOC OPERE CITANTVR VEL EXPLICANTVR.

Loca quæ ex libro Psalmorum in hoc Opere citantur, studio in hoc Indice omittuntur; quia toto Opere Psalmi explicantur.

E VETERI TESTAMENTO.

EX LIBRO GENESIS.

CAP. I. *Vers.* 1. In principio creauit Deus cælum & terram. 901.
Vers. 2. Terra autem erat inuisibilis & incomposita. 860.
Vers. 9. Congregentur aquæ quæ sub cælo in congregationem vnam, & appareat arida. Et factum est ita. ibid.
Vers. 26. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 142.
CAP. II. *Vers.* 2. Et requieuit Deus in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit, & sanctificauit illum. 896.
CAP. III. *Vers.* 1. Quid, quia dixit Deus, ne edatis ab omni ligno, quod est in paradiso? 135.
Vers. 5. Sciebat enim Deus, quoniam quâ die manducaueritis de eo, aperientur oculi vestri; & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. 135. 543. 709.
Vers. 12. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 418.
Vers. 14. Super pectus & ventrem gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. 474.
Vers. 15. Ipse seruabit caput tuum, & tu seruabis eius calcaneum. 82. 94.
Vers. 19. In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es. 861.
Ibidem. Terra es, & in terram ibis. 744.
Vers. 22. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. 704.
Vers. 24. Et collocauit ante paradisum Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. 380.
CAP. IV. *Vers.* 15. Posuit Dominus Deus signum Caino, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. 172.
Vers. 16. Egressus à facie Dei, habitauit in terra Naëd. 294.
CAP. VI. *Vers.* 3. Non permanebit spiritus meus in filijs hominum. 573.
CAP. VII. *Vers.* 1. Intra tu, & omnis domus tua. 1025.
CAP. IX. *Vers.* 22. Nuntiauit duobus fratribus suis foras. 170.
CAP. XV. *Vers.* 13. Sciendo scies, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria; & in seruitutem redigent eos, & humiliabunt, & affligent eos quadringentis annis, *&c.* 643.
CAP. XVII. *Vers.* 1. Ambula coram me, & esto perfectus. 80.
CAP. XVIII. *Vers.* 13. Num vtique verè pariam? 142.
Vers. 20. Vox Sodomorum & Gomorrhæ multiplicata est. 64.
CAP. XXII. *Vers.* 14. In monte Dominus videbit. 575.
Vers. 18. Et in semine tuo benedicentur omnes fines terræ. 808. 820.
CAP. XXIV. *Vers.* 63. Et egressus est Isaac ad exercendum se in campum. 591.
CAP. XXV. *Vers.* 8. Deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum. 513.
Vers. 27. Erat Iacob vir simplex habitans domum. 1021.
CAP. XXVI. *Vers.* 4. In semine tuo benedicentur omnes Gentes. 898.
CAP. XXVII. *Vers.* 40. Fratri tuo seruies. 1019.
CAP. XXVIII. *Vers.* 18. Tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum. 778.
Vers. 20. Si dederit mihi Deus panem ad comedendum, *&c.* omnium quæcumque mihi dederis decimam decimabo eam tibi. 205.
CAP. XXX. *Vers.* 1. Da mihi liberos, sin autem non, occide me. 1012.
CAP. XXXI. *Vers.* 13. Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, *&c.* 778.
CAP. XLVII. *Vers.* 31. Adorauit fastigium virgæ illius. 699.
CAP. XLIX. *Vers.* 9. Catulus leonis Iuda. 751.
Ibidem. De germine fili mi ascendisti, requiescens dormiuisti vt leo, & quasi catulus leonis, quis suscitabit eum? 467.
